DISCEPTATIONES ECCLESIASTICÆ

UNA CUM RESOLUTIONIBUS,

ſeu Judicatis Sacrarum Congregationum, in quibus pro una Partium ſcripſit, vel pro veritate conſultus reſpondit

DOMINICUS URSAYA

IN URBE ADVOCATUS, A BOSCO Nullius in Provincia Salernitana, U. J. Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor, & in Almæ Urbis Archigymnaſio Sac. Canonum primarius Profeſſor.

TOMUS SEXTUS.

VENETIIS, MDCCXXVIII.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

LECTORI
BENEVOLO.

SExtum mearum Disceptationum Ecclesiasticarum Tomum cur Juris publici facere, ac Typis mandare constituerim, ecce consilii mei rationem, amice Lector. Cùm ex reliquis meis Operibus Disceptationes hasce Ecclesiasticas, ita Tibi probatas, & acceptas viderim, & brevi annorum spatio eas iterum edi oportuerit, quæ omnium certissima Librorum commendatio est (a) benevolentiæ non minùs tuæ, quàm voluntati satisfacere me posse putavi, si ad reliquas sextus hic ejusdem argumenti, ac methodi Tomus accederet, qui etiam præ se gratam Tibi animi mei significationem ferret.

Cùm verò (quod nunc primùm facere institui) nullum ex Principibus Viris appellarim, qui magni nominis umbra, non tam Opus illustraret, quàm præsidium contra Obtrectatores afferret, in eo quidem aliud quiddam spectavi. Cogitanti enim mihi, Patronumque maximè idoneum, atque opportunum Operi huic meo conquirenti, unus Benedictus XIII. P.O.M. genere, nobilitate, honoris gradu, virtute, doctrina, beneficentia, humanitate, reliquis rebus ornatissimus, occurrebat, cujus patrocinio licèt uti propè necessariò deberem, (b) studiosè tamen abstinui; novi enim, quòd (quis est, qui ignoret?) quàm de se demissè Vir Sanctissimus sentiat, qui testimonium bonæ conscientiæ, solidarum virtutum supellectilem, bonorum operum fructus unicè expetat; gloriæ verò, existimationisque aspernetur. Quid igitur attinuit operam me nuncupandi Operis mei quodammodo perdere, qui, vel sine ulla admonitione, passim Patronum, mihi benevolentissimum, pararem (c) quare id statui, à me fieri, potissimùm oportere, quod & hominis eximiæ modestiæ maximè conveniret, nec à meis rationibus, atque causa esset alienum. Habes, amice Lector, totius consilii mei explicatam rationem, quam Tibi probari, cùm opto, tum etiam confido. Vale.

a Ansald. in ep. ad Lector. suar. Decis. secundæ impress. *Cum videas tam brevi tempore iterum Typis vulgari Volumen, boni ponderosum, quæ omnium certissima Librorum commendatio est.* Zaul. ad Lector. to. primi Decis. Coccin. *Inter paucos annos prælo subjiciendi fuere, quod, uti in hujusmodi Libris earum, ita præclarum est publica æstimationis judicium.*

b *Sicuti nulli dignius possem, ita nulli libentius præsentem Librum, quam vestræ dedicare sapientiæ.* S. Anselm. Cantuar. lib. de Incarn. in epist. dedic. ad Urbanum II.

c Cassiod. lib. 12. epist. 28. *Diligentior est in alienis, quam potest esse cura de propriis. Non admonitus facis, quod alter, vix rogatus impleret.*

PRæclarissimæ Disceptationes Ecclesiasticæ D. Dominici Ursayæ, præstantissimi in Romana Curia Advocati, ex Authoris nomine maximam, & satis distinctam sibi vendicant authoritatem, & approbationem: Quo circa, nedum dignas prælo, sed necessarias ad bonum omnium, in Foro versantium, reputamus; præsertim, quia nihil contra bonos mores, orthodoxam doctrinam, & utriusque Juris principia, & fundamenta invenimus continere, illas percurrendo de mandato Reverendissimi P. Magistri S. P. A. In quorum fidem &c.

Marcellus Cremona Valdina J. U. & Sac. Theol. Doctor, Signaturæ Justitiæ votans, ac Sac. Congreg. Indicis Consultor.

Marcellus Passari Arianen. & Eminentissimi ac Reverendissimi D. Cardinalis Corsini Auditor.

NOI RIFORMATORI
Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la fede di revisione, & approvazione del P. Fr. Tomaso Maria Gennari Inquisitore, nel Libro intitolato: *Dominici Ursajæ Disceptationes Ecclesiasticæ Tomus Sextus, Pars Prima & Secunda, &c.* non esservi cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo licenza, che possi esser ſtampato, oſservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

} Carlo Ruzzini Kav. Proc. Rif.
} Zan Andrea Soranzo Proc. Rif.
} Zan Piero Pasqualigo Rif.

Agostino Gadaldini Seg.

Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſſimo degli Eſecutori contro la Beſtemia.

Antonio Canal Nod.

I N-

INDEX ARGUMENTORUM

Primæ & Secundæ Partis Tomi Sexti

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM.

PARS PRIMA.

DISCEPTATIO PRIMA.

Argumentum.

Monialibus in qua quantitate debeantur Livella in Monasterio S. Josephi *delli Ruffi* Civitatis Neapolis. Qua occasione demonstratur, Moniales omnes, in concernentibus paupertatis Votum, teneri servare punctualiter ea, quæ promiserunt in earum Professione, non attento abusu, qui vigebat in Monasterio, tempore, quo illam emiserunt. Ad quem effectum adducitur novissimum Oraculum S. M. Clementis XI.

DISCEPTATIO II.

Argumentum.

Datarii Jurisdictio non est restricta ad sola gratiosa, sed extenditur etiam ad causas, nedum civiles, sed etiam criminales, concernentes Datariæ interesse.

DISCEPTATIO III.

Argumentum.

Latè comprobatur Ritus, inter Græcos vigens, unica Defunctorum Missa, pluribus satisfaciendi obligationibus, ex verisimili voluntate eleemosynam offerentium, attenta immemorabili consuetudine eorumdem Græcorum, unicam Missam qualibet die celebrandi in eorum Ecclesiis, licèt plures inter illos reperiantur Sacerdotes.

DISCEPTATIO IV.

Argumentum.

Sponsalia, malis artibus extorta, exequenda non sunt; sed illis non attentis, potest Sponsa Matrimonium ad sui libitum cum alio Viro contrahere.

DISCEPTATIO V.

Argumentum.

Restitutio in integrum adversus lapsum quinquennii, quando deneganda sit Religioso, reclamanti adversùs meticulosam Professionem.

DISCEPTATIO VI.

Argumentum.

Locus quando dicatur Sacer, vel Religiosus, itaut sine Apostolico Beneplacito vendi, vel cedi possit. Et quid operetur istius reservatio, quatenus illud necessarium sit. Explicantur quatuor modi ducendi vitam Religiosam in Conventibus Ordinis Sanctiss. Trinitatis ad quatuor Fontes, in Constitutionibus ejusdem Ordinis præscripti, & distincti.

DISCEPTATIO VII.

Argumentum.

Dissolutioni Matrimonii ob perpetuam & insanabilem Viri impotentiam locus est, etiam ante triennium, quando illa est incontinenti probata.

DISCEPTATIO VIII.

Argumentum.

Ecclesia, quando dicatur publica, vel privata, vel potiùs dicendum sit Oratorium publicum. Interdictum, quando sit nullum, vel injustum, & quando talis dicatur etiam suspectio.

DISCEPTATIO IX.

Argumentum.

Pium Legatum, Puellæ relictum, quatenus in sæculo nubat, vel Monialis efficiatur, debetur eidem, declaranti, velle perpetuò vivere in Conservatorio, accedente obligatione illius superioris, retinendi ibidem eamdem Puellam toto tempore ejus vitæ.

DISCEPTATIO X.

Argumentum.

Testatoris voluntas quando pinguiùs adimpleri potest, non est judaicè insistendum in littera Testamenti, sed procuranda est executio eo meliori modo, quo fieri potest.

DISCEPTATIO XI.

Argumentum.

Dispensatio, quando dicatur in radice Matrimonii. Notatur differentia, quæ intercedit inter illam, concessam à Principe sæculari, vel à Summo Pontifice.

DISCEPTATIO XII.

Argumentum.

Enumeratis conditionibus, quibus mediantibus privata Hospitia permitti solent à Sacr. Congregationibus, ostenditur, illas non verificari in illis Hospitiis, quæ ædificare prætendunt PP. Cappuccini in tribus Oppidis Diœcesis Melphien.

DISCEPTATIO XIII.

Argumentum.

Concordia, qua mediante Personæ religiosæ recedunt à lite, confirmanda videtur, eò quia talis recessus magnum involvit commodum, ob considerabiles expensas, litibus inseparabiliter annexas.

DISCEPTATIO XIV.

Argumentum.

Canonicus, renuncians Canonicatum suæ Ecclesiæ cum Pensione, an possit deinde alium Canonicatum in eadem Ecclesia obtinere, ad exclusionem Beneficiati, eidem Ecclesiæ actualiter inservientis, quando vacat secundus Canonicatus, attenta dispositione testatoris, quòd in provisione Canonicatuum præferantur illi, qui eidem Ecclesiæ inserviunt.

DISCEPTATIO XV.

Argumentum.

Jus eligendi Officiales in Laicalibus Confraternitatibus privative spectat ad Confratres: Post tertium verò inutile Scrutinium, illud devolvitur ad Episcopum. Excommunicatio, lata post legitimam appellationem, quando sit nulla.

Index Argumentorum.

DISCEPTATIO XVI.

Argumenti loco subnectuntur sequentia dubia,

I. An liceat Ecclesiasticis Castri Maris proprias causas, Ecclesiarum, Pauperum, & miserabilium Personarum tueri in Tribunalibus Laicorum in casu, &c. & quatenus negativè.

II. An possint agere, & comparere per se, vel per Procuratores in dictis Tribunalibus pro eorum causis civilibus activis contra Laicos, absque licentia Episcopi.

III. An simplices Sacerdotes cogi possint ad interessendum, & assistendum Functionibus Ecclesiasticis, quæ fiunt in Cathedrali per Episcopum, & Canonicos ad formam Edicti, & quatenus affirmativè.

IV. An sit tolerandus Presbyter, qui sub nomine Fiscalis assistat in Choro, Canonicis, & aliis de Cathedrali Divina peragentibus,

V. An Clerici dictæ Civitatis teneantur quotidie assistere Divinis Officiis, quæ peraguntur in Cathedrali.

VI. An ad dictam assistentiam cogi possint pœna librarum trium Ceræ, aliisque pœnis arbitrio Episcopi.

VII. An simplices Sacerdotes non Confessarii, & Clerici cogi possint pœnis pecuniariis, censuris, aliisque pœnis, ad interessendum Conferentiis Casuum Conscientiæ, quæ fiunt in Collegio Societatis Jesu.

VIII. An Sacerdotibus, & Clericis dictæ Civitatis, non obligatis ad curam, neque ad residentiam, volentibus aliò se transferre, absque licentia Episcopi, teneatur idem Episcopus concedere litteras commendatitias.

DISCEPTATIO XVII.

Argumentum.

Pro erectione Seminarii supprimi non debet Collegiata Ecclesia, vel alia pia Societas Sacerdotum sæcularium.

DISCEPTATIO XVIII.

Argumentum.

In Ordine Augustiniano, examinatis pluribus Baccalaureis occasione vacationis unius Regentiæ, an omnes approbati dicantur Jus habere ad vacantem, & alias Regentias, in futurum vacaturas, ordine successivo.

DISCEPTATIO XIX.

Argumenti loco subnectuntur sequentia dubia:

I. An jus celebrandi Missam, sive solemnem, sive minùs solemnem, vel Conventualem singulis tertiis Dominicis cujuslibet Mensis, nec non Missam solemnem pro gratiarum actione tertia Dominica Mensis Novembris, quas ex instituto canere faciunt Priores, & Confratres Societatis Sanctissimi Corporis Christi in Ecclesia S. Joannis Baptistæ Terræ Fractæ, prætensa Parochiali, ubi eadem Societas est erecta; nec non jus successivè iisdem diebus ducendi Processionem, & in ea ferendi Sanctissimum Sacramentum, ac cum eo Populum benedicendi, privativè spectet ad Parochum Archipresbyterum, seu potiùs jus omnia prædicta peragendi spectet ad Cappellanum dictæ Societatis in casu &c.

II. An jus celebrandi Missam, sive lectam, sive cantatam, & canendi Vesperas in dicta Ecclesia, ac ducendi Processionem alterius Societatis Sanctissimi Rosarii, pariter in eadem Ecclesia erecta, prima die Dominica cujuslibet Mensis, privativè spectet ad eumdem Parochum, sive potiùs ad Cappellanum Societatis.

III. An renuentibus Prioribus, Sacristis, Officialibus, & Confratribus canere facere prædictis diebus Missas, de quibus suprà, eisdem Missis, & functionibus assistere possit Parochus eos cogere.

IV. An itidem renuentibus dictis Confratribus subministrare solitam ceram pro Altari, ubi Missæ, & Functiones, de quibus suprà, explentur, necnon assistere cum cereis accensis occasione elevationis, & delationis Sanctissimi Sacramenti, possit Parochus eos cogere ad assistendum, & ceram subministrandam.

V. An jus statuendi horam pro explendis, tam dictis functionibus, quàm aliis occasione quarumcumque Festivitatum ordinariarum, & extraordinariarum in dicta Ecclesia celebrandarum, spectet ad dictum Parochum, sive potiùs ad dictos Priores, & Confratres, vel eorumdem Cappellanum.

VI. An in diebus Dominicis, & aliis Festivitatibus de præcepto, possint dicti Priores, & Officiales celebrari facere in dicta Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ per eorum Cappellanum, vel alios Sacerdotes Missas privatas ante Missam Parochialem, lectam vel cantatam, sive hujus celebratione durante, sine licentia dicti Parochi.

VII. An Sacerdotes, qui volunt ob eorum devotionem celebrare in dicta Ecclesia S. Joannis Baptistæ, vel divina Officia peragere, possint hoc facere cum sola licentia Priorum, & Confratrum, sive potiùs jus dandi dictam licentiam spectet ad dictum Parochum.

VIII. An & cui debeantur reliquiæ cerarum, quæ supersunt post expleta Officia Missarum, quæ Benefactores adventitii celebrari faciunt in dicta Ecclesia, sive ex eorum devotione, sive ex particulari obligatione.

IX. An jus concedendi licentiam dictis Benefactoribus adventitiis pro celebratione Missarum, Officiorum, sive festivitatum, quæ aliquando occurrere possunt, spectet ad Priores dictæ Societatis Sanctissimi Corporis Christi, vel potiùs ad eumdem Parochum.

X. An Confratres prædicti possint Parocho prohibere usum Altarium, in quibus Confraternitates sunt erectæ, & ad dictum effectum illa spoliare solitis, & quotidianis supellectilibus, & ornamentis, ad impediendum, tam dictas Functiones ordinarias, quàm alias extraordinarias, arbitrio dicti Parochi faciendas.

XI. An iidem Priores possint prohibere eidem Parocho usum Sacristiæ pro induendis Paramentis Sacris, & respectivè usum sepulturæ, pro tumulandis Cadaveribus, quæ in dicta Ecclesia ratione electionis, vel alio prætenso jure sepeliri contingunt.

XII. An cera quæ, detracta quarta Funerali, superest, occasione tumulationis Cadaverum in dicta Ecclesia S. Joannis Baptistæ, integrè Parocho debeatur, sive Defunctus ibi eligat sepulturam, sive ibi sepeliatur, quia sit Confrater.

XIII. An Priores, & Officiliales pro tempore dictæ Confraternitatis teneantur administrare tantùm per semetipsos geminas alias Confraternitates Sanctissimi Nominis Dei, & Rosarii in dicta Ecclesia S. Joannis Baptistæ erectas, ad formam Instrumenti Conventionis, initæ die 3. Julii 1723. sive potiùs possint substituere alios Officiales pro dictis duabus Confraternitatibus gubernandis.

XIV. An jus deputandi Sacerdotes, & Clericos, qui canere debent Lectiones Matutini, & qui assistere debent Missæ solemni, quæ celebrari solet in Nocte Vigiliæ Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi in dicta Ecclesia S. Joannis Baptistæ, spectet ad eumdem Parochum, vel potiùs ad ipsos Confratres.

XV. An jus retinendi clavem januæ majoris dictæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ privativè spectet ad dictum Parochum, vel potiùs possit etiam retineri à Prioribus dictæ Confraternitatis.

XVI. An jus retinendi clavem Sacrarii dictæ prætensæ Parochialis Sancti Joannis privativè spectet ad dictam Confraternitatem, vel potiùs possit retineri etiam à dicto Parocho.

DISCEPTATIO XX.

Argumentum.

De sponsalibus non dicitur constare per depositionem illorum testium, qui non deponunt de mutua promissione, & repromissione, facta per Sponsos, ad quem effectum non attenduntur actus æquivoci, & ad aliud referibiles.

DISCEPTATIO XXI.

Argumentum.

Cura habitualis in Ecclesiis Collegiatis residere solet penès Capitulum, cujus Canonici in quibus circumstantiis possint quolibet anno eligere duos ex illorum gremio, ad exercendam curam Animarum cum approbatione Episcopi.

DISCE-

Index Argumentorum.

DISCEPTATIO XXII.

Argumentum.

Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin Urbis servitium sigillatim explicatur, tam in Festis primæ Classis, quàm in aliis diebus festivis de præcepto.

DISCEPTATIO XXIII.

Argumentum.

Affiliatio quando dicatur valida, & quibus concurrentibus dici possit metu extorta. Sacræ Congregationes, concurrentibus bonis qualitatibus Electi, solitæ sunt electiones nullas sanare.

DISCEPTATIO XXIV.

Argumentum.

Episcopus quas largitiones possit facere in vita, & in morte pro remuneratione honestorum servitiorum, tam ab extraneis, quàm à consanguineis receptorum.

DISCEPTATIO XXV.

Argumentum.

Permutatio Bonorum Ecclesiasticorum sine Apostolico Beneplacito facta, nulla est, etiamsi illa fiat cum consensu Possidentis eadem bona, ad quem effectum, ultra Apostolicum beneplacitum, constare debet de evidenti Ecclesiæ utilitate.

DISCEPTATIO XXVI.

Argumentum.

Quando dicatur constare de qualitate Collegialitatis alicujus Ecclesiæ. Summorum Pontificum Bullæ ex quibus probentur falsæ, ad quem effectum multæ expenduntur præsumptiones, & inverisimilitudines.

DISCEPTATIO XXVII.

Argumentum.

Confessarius Monialium, cui commissa est cura, etiam quoad temporalia Monasterii Monialium, an eligi debeat à Superiore regulari, cui subsunt Moniales, vel potiùs ab ipsis Monialibus.

DISCEPTATIO XXVIII.

Argumentum.

Parochiali Ecclesiæ, postquam erecta fuit in Collegiatam, debentur omnes illæ prærogativæ, quæ priùs competebant Ecclesiæ Matrici, non obstante immemorabili possessione, in qua Ecclesia Matrix reperiebatur ante dictam erectionem Ecclesiæ Parochialis in Collegiatam.

DISCEPTATIO XXIX.

Argumentum.

Canonico, absenti à sua Ecclesia, quando debeantur fructus, & distributiones, præcipuè si illi bona fide percepti & consumpti fuerunt à Canonicis, propriæ Ecclesiæ punctualiter inservientibus.

DISCEPTATIO XXX.

Argumentum.

Indultum Altaris portatilis, concessum alicui, illiusque utriusque sexus Liberis, & Nepotibus, natis & nascituris, quas Personas comprehendat, & usque ad quem gradum extendatur.

DISCEPTATIO XXXI.

Argumentum.

Procuratores Generales requisiti pro Informatione, & Voto à Sac. Congregationibus, an possint illa dare, irrequisito Provinciali illius Provinciæ, de cujus interesse agitur. In Religione Minimorum an Vicarius Generalis possit esse eodem tempore Zelosus.

DISCEPTATIO XXXII.

Argumentum.

Summus Pontifex dispensare potest in Matrimonio Infidelium, consumato ante Baptismum.

DISCEPTATIO XXXIII.

Argumentum.

Resoluta causa ab una ex Sacris Congregationibus, prævia illius remissione, à Summo Pontifice obtenta, non potest, neque debet concedi Rotæ Votum, quod Sacræ Congregationes sequi non tenentur.

PARS SECUNDA.

DISCEPTATIO PRIMA.

Argumentum.

Matrimonium contractum coram Sacerdote, qui non habet specialem licentiam, quando dicatur nullum. Dicitur nullum, quando non probatur consensus contextualiter coram Parocho, & duobus saltem testibus; vel quando consensus Mulieris probatur extortus malis artibus, & machinationibus Viri.

DISCEPTATIO II.

Argumentum.

Clerici, etiam in minoribus Ordinibus constituti, exempti sunt ab omnibus Collectis, & Impositionibus laicalibus, & præcisè ab onere, quod in aliquibus Provinciis Regni Neapolitani vocatur *Bonatenenza*.

DISCEPTATIO III.

Argumentum.

Cardinalis Bononiæ Legatus an & quas causas avocare possit ab ejus pro Legato, cum vel sine Actorum circumscriptione.

DISCEPTATIO IV.

Argumentum.

Duæ Confraternitates sub eadem denominatione in quibus locis, & Civitatibus permitti possint, vel potiùs cui nam competat jus impediendi alteri denominationem sub eo titulo, sub quo priùs erecta fuit.

DISCEPTATIO V.

Argumentum.

In Monasteriis Monialium Ordinis S. Dominici sub priorissa aliæque minores Officiales eligi debent ex voluntate Priorissæ, non autem ratione antianitatis, seu anterioris Professionis.

DISCEPTATIO VI.

Argumentum.

Administrator Bonorum pii operis, liberatus à Fundatore ab omni redditione rationis, an cogi possit saltem ad extrajudicialem redditionem rationis. Testator potest conditiones, sibi benè visas, in ejus Testamento apponere, etiamsi Juri communi contrariæ sint.

DISCEPTATIO VII.

Argumentum.

Functiones non merè parochiales quando fieri possint à Cappellanis Confraternitatum, ad ornatum Decretorum Sacr. Congregationis Rituum in Urbis, & Orbis 10. Decembris 1703.

DISCE-

Index Argumentorum.

DISCEPTATIO VIII.

Argumentum.

Mandatum Procuræ ad contrahendum Matrimonium, ex quibus convineatur falsum, & consequenter Matrimonium, illius vigore contractum, quando dicatur nullum. Materia Sacramenti Matrimonii sunt ipsimet contrahentes. In discordia Parochi, & Testium, qui fuerunt præsentes Matrimonio, quibus major fides præstanda sit.

DISCEPTATIO IX.

Argumentum.

Jurisdictio Archipresbyteri S. Blasii de Amiterno, ad quæ se extendat, tam in Civitate Aquilæ, quàm in Oppidis Amiterni, & Pizzoli.

DISCEPTATIO X.

Argumentum.

Matrimonium, celebratum coram Sacerdote, habente facultatem assistendi pro determinata Muliere, in eadem facultate non comprehensa, nullum est. Error Personæ quando operetur nullitatem Matrimonii.

DISCEPTATIO XI.

Argumentum.

Clericus, renuncians Privilegio Clericali, quando possit habitum reassumere, contradicente Episcopo.

DISCEPTATIO XII.

Argumentum.

Parochiæ suppressio, quando fit ex speciali Papæ authoritate, nullam aliam requirit causam, præter illam expressam in ejusdem Papæ gratia. Parochiani an sint citandi in eadem causa, & an requiratur Capituli consensus, sive antecedens, sive subsequens eamdem suppressionem.

DISCEPTATIO XIII.

Argumentum.

Pretium residuale pignorum, quæ post certum tempus venduntur, non comparentibus congruo tempore illorum Dominis; non potest converti in eleemosinas, sed deponi debet in eodem Monte ad commodum Dominorum eorumdem pignorum.

DISCEPTATIO XIV.

Argumentum.

Occasione associationis funeris, quando debeantur emolumenta duplicia, vel simplicia. Et quomodo illa dividi debeant inter Canonicos, & Hebdomadarios Ecclesiæ S. Joannis Majoris Neapolis. Quibus exequiis teneantur intervenire, tam Canonici, quàm Beneficiati dictæ Ecclesiæ.

DISCEPTATIO XV.

Argumentum.

Gratia dispensationis ab irregularitate ob homicidium voluntarium ad sui defensionem patratum, quibus concurrentibus sperari possit ab Apostolica sede. Præcipuè quando homicidium non fuit per insidias, neque dolosum, & Orator per multum temporis spatium laudabilem vitam duxit.

DISCEPTATIO XVI.

Argumentum.

Confraternitas legitimè erecta, & ferv. ferv. alicui Archiconfraternitati aggregata, an possit facere functiones proprii instituti, competentes Archiconfraternitati aggreganti, absque licentia Ordinarii loci. Et an sufficiat illam petere, itaut etiam si non sit obtenta, habeatur pro concessa. Vis, & efficacia communicationis Privilegiorum, circa facultatem recipiendi Ordines extra tempora, latè discutitur, & affertur resolutio Congregationis particularis sub die 16. Maii 1725.

DISCEPTATIO XVII.

Argumentum.

Canonici Coadjutores quando possint in proprium locum subrogare alios Canonicos Coadjutores in servitio propriæ Ecclesiæ.

DISCEPTATIO XVIII.

Argumentum.

In Constitutionibus Apostolicis, quando pro illarum executione, loco punctualis & præcisi adimplementi, admitti possit adimplementum per æquipollens. Præmia conferenda sunt iis, qui in Ecclesia Dei strenuè laborarunt.

DISCEPTATIO XIX.

Argumentum.

Ad Processiones tenentur accedere exempti omnes, tam Clerici sæculares, quàm Regulares, non attentis quibuscumque Privilegiis. Ad quem effectum cogi possunt etiam mediantibus Censuris.

IN EADEM CAUSA PARAGRAPHUS SECUNDUS.

Argumentum.

Exempti omnes, etiam ex causa onerosa, tenentur accedere ad publicas Processiones, non attento Privilegio generalis exemptionis, concessæ in limine fundationis. Princeps, condendo Legem, non ligatur contractu, cum tertio stipulato.

DISCEPTATIO XX.

Argumentum.

Privilegia R. Fabricæ, quando non habeant locum ex capite incertitudinis piorum Relictorum.

DISCEPTATIO XXI.

Argumentum.

In Religione Cappucinorum, an, & quando sit nulla Professio, emissa ab eo, qui habituali & insanabili morbo laborabat.

DISCEPTATIO XXII.

Argumentum.

Abbates Regulares perpetui, licèt canonicè electi, non possunt propria munera exercere, nisi priùs benedictionem obtineant ab Episcopo, in cujus Diœcesi sequuta fuit electio, vel à Metropolitano.

DISCEPTATIO XXIII.

Argumentum.

Provincialis electio quando dicatur nulla, vel ob metum, vel ex eo, quia Præses Capituli proposuit aliquos eligibiles, relicta vocalibus facultate eligendi alios, licèt non propositos, quos judicasset meliores, & digniores.

DISCEPTATIO XXIV.

Argumentum.

Sententia privationis dignitatum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum, nulla, & injusta est, quando non præcesserunt monitiones, & concludenter non constat de delictis, propter quæ ad illam deventum fuit, etiamsi illa promulgetur in actu S. Visitationis.

DI-

DISCEPTATIO XXV.

Argumentum.

Alternativa inter Religiosos ejusdem Provinciæ legitimè stabilita, quibus concurrentibus immutari possit, non attenta Concordia, multo tempore observata. Novitates semper fugiendæ sunt.

DISCEPTATIO XXVI.

Argumenti loco ponuntur sequentia dubia.

I. An omnes functiones, quæ peraguntur ab Archipresbytero cum interventu Capituli, expleri debeant, absente eodem Archipresbytero, à Curato, ab eo substituto, qui non est Canonicus, seu potiùs à Canonico seniore, vel à Canonico Turnario.

II. An in iis functionibus, in quibus dari solet Archipresbytero emolumentum duplicatum, ipso absente, vel impedito, idem emolumentum dari debeat illi, qui supplet ejus vices.

III. An in solemnioribus anni Festivitatibus, nempè Nativitatis D.N. Jesu Christi, die Paschatis, ac die Pentecostes, nec non in Festivitate Sancti Petri, ac Sancti Contardi, liceat Archipresbytero, ultra assistentiam Canonici Diaconi, & Subdiaconi, habere in Missis, etiam assistentiam Presbyteri cum Pluviali induti.

IV. An in Missis, quæ ab Archipresbytero cantantur tertia Dominica cujuslibet Mensis, ac die Translationis Sancti Contardi, nec non in Processione, quæ fit in Octava Corporis Christi, Canonici, Diaconus, & Subdiaconus debeant ipsi Archipresbytero assistentiam præstare, & quatenus affirmativè.

V. An eadem assistentia dictis diebus præstari debeat Canonico celebranti, absente, vel impedito Archipresbytero.

VI. An post Processiones Litaniarum Majorum, & Rogarum, celebranda sit solemniter Missa de Feria ab Archipresbytero; & eo impedito, à Canonico Seniore, vel Turnario, cum assistentia Canonici Diaconi, & Subdiaconi.

VII. An absente, vel impedito Canonico Diacono, vel Subdiacono, teneatur in functionibus supplere Canonicus junior Sacerdos, seu potiùs Cappellanus, personaliter residens, aut alius simplex Sacerdos, sumptibus dictorum Canonicorum Diaconi, vel Subdiaconi.

VIII. An in Festivitatibus Sanctorum Antonii, & Dominici, quæ ex Populi devotione celebrantur cum Missa, & Vesperis, solemniter cantatis ab Archipresbytero, vel Canonico Turnario, Canonici teneantur Choro interesse.

IX. An iidem Canonici, legitimè non impediti, teneantur Collegialiter intervenire sacris concionibus tempore Adventus, & Quadragesimæ?

X. An Eleemosynæ, quæ à Fidelibus offeruntur in Capsula, nuncupata *de Morti*, quæque erogantur in celebrationem Officiorum, & Missarum pro Defunctis, excepta tata, quæ superest, deductis supellectilibus, possint Archipresbyteri arbitrio distribui Sacerdotibus ipsi Ecclesiæ non inservientibus.

XI. An claves dictæ Capsulæ retinendæ sint tantùm ab Archipresbytero, seu potiùs una ab ipso, & altera à Canonico Seniore.

XII. An Archipresbytero competat jus denegandi usum Sacrorum Paramentorum Sacerdotibus, tam servientibus, quàm non servientibus Ecclesiæ, & utensilia solvere renuentibus.

XIII. An Archipresbyter in Choro teneatur servare turnum, ut cæteri Canonici.

XIV. An idem Archipresbyter possit habere sedem distinctam ab aliis Canonicis extra Chorum in actibus Capitularibus, cæterisque functionibus.

DISCEPTATIO XXVII.

Argumentum.

Ad favorem Seminarii non sunt supprimenda Collegia Clericorum in oppidis Diœcesis erecta pro servitio Ecclesiarum, minùsque redditus Collegiorum Clericorum applicandi sunt Seminario.

DISCEPTATIO XXVIII.

Argumenti loco subnectuntur sequentia dubia.

I. Definitorium bis in die mane, & vespere, congregatur de tempore, tam Capituli Generalis, quàm Diætæ, illudque inchoandum saltem per tres horas ante meridiem de mane, & ante solis occasum de sero: & quatenus, seu Generalis, seu quilibet alius dicta hora non convenerit, vel congregaverit, nihilominus procedat definitorium ad tractandum, ac determinandum de iis, quæ in definitorio peragenda sunt, cum iis dumtaxat, qui congregati sunt, & inter illos antiquior primum locum, & primi vices obtineat: salvis nihilominus loco, & vicibus iis, qui durante definitorio supervenerint.

II. Congregato jam definitorio non esse in libertate Generalis, seu cujuslibet Præsidentis illud dissolvere, absque voluntate, & consensu majoris partis congregatorum: & quatenus Generalis, seu Præsidens, aut alii discedant, possint nihilominus remanentes prosequi definitorium.

III. Citra formam Constitutionum de Abbatibus perpetuis, non esse instituendos Abbates, aut Priores, seu alios titulares, etiam institutos, ultra solam, ac nudam Abbatis, aut Prioris, seu alterius Prælaturæ denominationem, non gaudere, neque Voto in Capitulis Generalibus, neque ulla alia prærogativa.

IV. In electionibus Prælatorum pro singulis Monasteriis, vel servandam formam constitutionum, & Juris Communis, nullo proponente eligendos, vel juxta praxim, à Reverendissimo Generali, & Visitatoribus proponi posse eligendos ab unoquoque ex ipsis pro sua dumtaxat Provincia, & non pro aliis, ac nihilominus liberum esse electoribus in alios etiam non propositos, juxta cujusque conscientiam propria vota dirigere.

V. Existente in definitorio seu in Capitulo Generali uno ex consanguineis, vel affinibus, non posse alios consanguineos, vel affines concurrere ad votandum, nisi distent ultrà secundum gradum respectu Capituli Generalis, & ultra tertium respectu definitorii.

VI. Servandas per Reverendissimum Generalem Constitutiones de adhibendo Concilio, seu consilio, & assensu visitatorum, juxta præscriptum constitutionum, aliàs gesta per Generalem esse nulla, & in intentatis contra hujusmodi præscripta totam potestatem devolvi ad solos Visitatores.

VII. Licere Visitatoribus accedere ad Urbem in casibus communis necessitatis Congregationis, vel Provinciarum, absque licentia Generalis.

VIII. Canonicos discessuros à Monasterio ad aliud ex destinatione Dietæ proficisci debere cum litteris patentibus Prælati sui Monasterii, absque novitate aliarum patentium, & destinationes in Dieta factas non esse per Generalem immutandas, nisi auditis priùs Visitatoribus localibus Monasteriorum, à quibus, & ad quæ.

DISCEPTATIO XXIX.

Argumentum.

In alienatione Bonorum, & Rerum Confraternitatum, & piorum locorum, an præcedere debeat edictorum affixio.

DISCEPTATIO XXX.

Argumentum.

Dimissioni fructuum cum assignatione congruæ favore Titularis, an, & quando sit locus; In qua moneta taxanda sit congrua, & quæ emolumenta in illam imputanda sint.

DISCEPTATIO XXXI.

Argumentum.

Testis recusans veritatis testimonium perhibere per acta Cancellarii Ecclesiastici Curiæ Episcopalis, potest excommunicari. Qua pœna puniri possit Notarius, volens præsentare in propriis manibus Episcopi inhibitionem, eoque renuente illam acceptare, projiciendo in terram. Ad ornatum Concilii Romani tit. 3. de Rescript. cap. unic.

Index Argumentorum.

DISCEPTATIO XXXII.

Argumentum.

Professio inter Carmelitas excalceatos emissa à Religioso, tacito habituali morbo, quo laborabat, quando dicatur nulla.

DISCEPTATIO XXXIII.

Argumentum.

Exemptus ratione alicujus Militiæ, seu tituli, potest esse subditus Episcopi, ratione Officii, quod exercet. Prima dignitas Cathedralis Episcopo Pontificaliter celebranti tenetur sustinere Librum, quando aliquid alta voce cantat. Irregularitas incurritur per exercitium illius Ordinis, à quo fuit suspensus. Ex quibus circumstantiis injuria crescat, vel levis dijudicanda sit.

DISCEPTATIO XXXIV.

Argumentum.

Consuetudo per speciale pactum ad praxim tedacta, dandi certam summam ultra dotem illi Monasterio, in quo Puella regularem habitum suscipit, & intra annum vitam cum morte commutet, servanda non est.

DISCEPTATIO XXXV.

Argumentum.

Ad effectum legitimitatis prolis, probato Matrimonio, etiamsi postea illud detegatur nullum, sufficit bona fides unius ex Parentibus, quibus negantibus filiorum legitimitatem non creditur.

DISCEPTATIO XXXVI.

Argumentum.

In notoriis quando possit Ordinarius procedere ad declarationem Censurarum, à jure inflictarum, contra exemptos, cum, vel sine citatione.

DISCEPTATIO XXXVII.

Argumentum.

Religiosi assumpti ad Episcopale munus, quo habitu, & cujus coloris uti possint.

DISCEPTATIO XXXVIII.

Argumentum.

Declaratio, & denunciatio Excommunicationis, latæ à Jure ob delictum commissum ab exempto, notoriè delinquente, an fieri possit ab Episcopo, extrajudicialiter informato de qualitate notorii.

DISCEPTATIO XXXIX.

Argumentum.

Episcopus quando possit petere congruam, non obstante, quòd in provisione Episcopatus non fuit apposita clausula; *dummodo mille remaneant pro Episcopo.*

DISCEPTATIO XL.

Argumentum.

Validum est Matrimonium, contractum per Procuratorem inter Catholicam, & Hæreticum, tam coram Vicario Generali, quàm coram Archiepiscopo, etiamsi non præcesserint denunciationes matrimoniales. Vagus potest Matrimonium contrahere coram quocumque Parocho.

DISCEPTATIO XLI.

Argumentum.

Vicarii amovibiles quando deputari possint ad animarum curam exercendam. Et an in Ecclesiis Parochialibus, Monasteriis unitis, cura animarum administrari possit per Regulares illarum Religionum, quorum Monasteriis unitæ sunt.

DISCEPTATIO XLII.

Argumentum.

In qua quantitate debeatur Episcopo congrua, quando Papa in Bullis assumptionis ad Episcopatum non apposuit clausula, *dummodo mille remaneant pro Episcopo*. Quæ emolumenta in illam imputentur. Et an præferenda sit credito Pensionum.

DISCEPTATIO XLIII.

Argumentum.

Index Delegatus à Summo Pontifice ad cognoscenda, & puníenda delicta Capitularium, quando procedere debeat cum, vel sine Adjunctis.

DISCEPTATIO XLIV.

Argumentum.

Præsens causa, in qua ego scripsi de mandato Sacr. Congregationis Concilii, ut videre est supra part. 1. discept. 32. proposita fuit die 29. Martii 1727. quando exhibita fuerunt tria vota totidem Theologorum, quæ sunt sequentia, unà cum folio, dicta die pariter distributo, tenoris ut sequitur.

DISCEPTATIO XLV.

Argumentum.

Gratia dispensationis in secundo gradu, sive affinitatis, sive consanguinitatis, non solet de facili ab Apostolica sede concedi.

DISCEPTATIO XLVI.

Argumentum.

Quando dicatur constare de nullitate Matrimonii ob fornicariam copulam, habitam cum Matre Sponsæ, & ex quibus illa probata dicatur.

DISCEPTATIO XLVII.

Argumentum.

Canonicatus, vacans in mense, in quo turnarius habet jus conferendi, ab ipso conferri debet, non attenta illius resignatione, antecedenter facta non servata Constit. 58. S. Pii V. quæ in Germania in viridi est observantia.

DISCEPTATIO XLVIII.

Argumentum.

Matrimonium, ob Viri impotentiam, quando dissolvi possit. Et quando ad dictum effectum præcedere debeat Mulieris recognitio. Et quomodo illa facienda sit.

DISCEPTATIO XLIX.

Argumentum.

Jus doctorandi in Urbe privativè spectat ad Collegium Advocatorum Consistorialium. Collegium verò Prothonotariorum Apostolicorum ex speciali gratia Urbani VIII. doctorare potest quolibet anno quatuor tantùm familiares, vel Pauperes, non attenta quacumque consuetudine in contrarium, sive centenaria, sive immemorabili, cui specialiter derogavit Sanctiss. D. Noster Benedictus XIII.

DISCEPTATIO L.

Argumentum.

Legatum relictum naturalibus alicujus Civitatis debetur illis, qui in eadem Civitate ad terminos Juris communis incolatum acquisiverunt, & domicilium habent. Patria multiplex esse potest, illaque latè explicatur. Paupertas ad effectum capacitatis subsidiorum dotalium levioribus probationibus contentatur.

IN-

INDEX
DISCEPTATIONUM
ECCLESIASTICARUM

Partis Primæ & Secundæ Tomi Sexti, ordine alphabetico per Diœceses dispositus.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

Index Disceptationum Ecclesiasticarum.

D I.

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
ADVOCATI
DOMINICI URSAYÆ.
Tomus Sextus.

PARS PRIMA.

DISCEPTATIO PRIMA.

Neapolitana prætensorum Livellorum

PRO

Monte Magno subsidiorum dotalium Civitatis Neapolis

CUM

Monasterio S. Josephi *delli Ruffi* ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Monialibns in qua quantitate debeantur Livella in Monasterio S. Josephi delli Ruffi *Civitatis Neapolis. Qua occasione demonstratur, Moniales omnes in concernentibus paupertatis Votum teneri servare punctualiter ea, quæ promiserunt in earum Professione, non attento abusu, qui vigebat in Monasterio tempore, quo illum emiserunt. Ad quem effectum adducitur novissimum Oraculum s.m. Clementis XI.*

1 Circà initium exacti Sæculi Charitas Dei adeò exarserat in cordibus quatuor dignissimarum Matronarum primævæ Nobilitatis Civitatis Neapolis nempè Hippolythæ, & Catharinæ Ruffæ: Cassandræ Caraeciolæ, & Catharinæ Tomacellæ, ut abjicientes omnia Sæcularia desideria, se totaliter Deo dicaverint in Monasterio, per ipsas fundato, sub denominatione Sancti Josephi *delli Ruffi*, & sub Regula Eremitarum Sancti Augustini; Agnoscentes autem quantùm strictior observantia omnium solemnium Votorum, & præsertim Paupertatis, soleat esse fidissima, & tutissima via Religiosæ perfectionis, post maturam reflexionem, firmamque deliberationem statuerunt, & solemniter declararunt in earum Constitutionibus, & Regulis per S. R. E. Cardinalem de Acquaviva, & Carassa Archiepiscopos Neapolitanos priùs examinatis, & approbatis, & deindè à san: mem: Paulo V. confirmatis, proprias Constitutiones punctualitèr observare in Statu *perfectæ Vitæ Communis*, ut ex Codice dd. Regularum, & Constitutionum Anno 1624. in Civitate Neapolis impressarum, quarum exemplar reperitur etiàm in Bibliotheca Angelica Divi Augustini Urbis.

2 Ut autem Moniales in posterùm admittendæ in eodem Monasterio manu ducerentur in omnibus actibus, & rebus ad observantiam perfectæ Vitæ communis spectantibus, desumpserunt vivendi normam ab earum Patre, & Communi Præceptore Divo Augustino, qui in sua Regula *ad Servos Dei num.* 1. sic præcipit: *Non* 3 *dicatis aliquod proprium, sed sint vobis omnia communia*, & rursùs in Regula Clericis tradita *in Appendic. Tom.* 1. sic inculcat: *Nemo quidem sibi vindicet quicquam, sed* 4 *sint, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, habentes omnia communia*, ut refert *Matteuc. in sua Schola pauper-* 5 *tatis tit.* 1. *conf.* 1. *num.* 2., & propterea eædem Moniales ad praxim reducendo præcepta earum Patris, se adstrinxerunt primo loco sequentibus verbis, quod -- *Per osservanza del Voto della Povertà debbano sapere le nostre Monache, e Sorelle, che nessuna può avere, e possedere cosa alcuna benche minima, che sia di proprio, mà tutto quello averà, o le perverrà doppo fatta la Professione per qualunque titolo, o causa, sia mobile, o stabile, entrate, usufrutto di qualsivoglia sorte s' intenda, ipso facto, applicato al Monistero, e tutto quello, che sarà mandato a donare, o per Elemosina in Commune, o da Persona Particolare, o da Parenti, o da altri, si metterà, e si disporrà in Commune, dichiarando che tutto quello, che le sarà concesso per uso, non l' averà da tenere per cosa propria, ma del Monistero, quale vogliamo, che possa avere, e tenere beni in Commune per mantenimento delle Monache*; Et quod omni animadversione dignum

est, adstrictæ leguntur Moniales in eadem Regula sub pœna gravissimi Peccati, ad nihil omninò pro se ipsis appropriandum, ibi -- *Perciò se qualche Monaca s'appropriarà cosa alcuna, farà contro il Voto solenne di Povertà, e commetterà Peccato gravissimo*.

6 Cæterùm, quià præfatis Monialibus rigorosam, ut supra, Paupertatem, & Communem Vitam servantibus, consulendum erat de omnibus ad propriam Vitam substentandam necessariis, ideò in eisdem Regulis providè demandatum fuit secondo loco -- *Che quello, che sarà necessario si provederà dal Commune ad ogn'una sufficientemente, & egualmente a tutte senza eccezzione di Persona, convenientemente però allo Stato di Povertà &c., & in questo la Priora sarà vigilante, procurando che tutte non solo siano proviste del bisogno loro, e secondo l'uso del Monistero, ma opportunamente proviste* --.

7 Cumque posteà Anno 1639. erectus, & deindè Anno 1669. apertus fuerit Mons, vulgò *detto il Monte Grande de' Maritaggi de' Nobili* ejusdem Civitatis Neapolis à pluribus Patritiis primi Ordinis dictæ Civitatis Neapolis prò subministrando Dotali Subsidio Descendentibus ab eisdem Fundatoribus, tàm respectu illarum, quæ cælesti, quàm illarum, quæ terreno Sponso nubere volebant in fundatione, & erectione dicti Montis fuit præcisè, & specificè demandatum, quoad Livelia illarum Monialium ingredi volentium Monasteria Civitatis Neapolis, *che rispetto alli Vitalitii non sia tenuto detto Monte dare più a ciascuna delle Monache di annui docati 80. loro Vita durante &c., verum rispetto delli Monisterj osservanti darli per Vitalizio annui docati 50.*

8 Attento autèm, quod aliqui ex mercenariis Ministris dicti Montis, vel ad rem gratam faciendam uni, vel alteri ex eisdem Monialibus, vel oscitantiæ causa (quod infortunium utinàm commune non esset multis Piis Locis Urbis, & Orbis) aliquibus Monialibus, quibus debitum erat Livellum duc. 50., solverant illud ducat. 80.; Hinc æquè attenti, atque cauti Gubernatores, præfatum Montem Anno 1682. administrantes, atque hujusmodi errorem agnoscentes in maximum Montis præjudicium irrepsisse, utque ejus indemnitati prospiceretur, Assembleam, sivè Generalia Comitia omnium Dominorum Equitum Beneficio dicti Montis gaudentium, & à Fundatoribus Descendentium convocarunt, qui utentes facultatibus, quas in Erectione dicti Montis ipsis reservaverant Fundatores, quod nempè licitum esset eisdem in Assemblea mutare Capitulationes ejusdem Montis, unanimi consensu decreverunt eodem anno 1682. circa numerum, & qualitatem Monasteriorum Reformatorum nostræ Civitatis, velle audire, & sequi Votum, atque Consilium Domini Principis de Supino, unius ex Fundatoribus, uti informatissimi, ex quo in Examine Capitulorum Fundationis, & Constitutionum dicti Montis, & quando illud apertum fuerat anno 1669. auxilium, & Consilium præstiterat. Iste autèm post maturam reflexionem circà omnia Monasteria Civitatis Neapolis, ad quancumque confusionem eliminandam, distinxit Monasteria illa, in quibus Moniales sunt capaces à se ipsis, & per se ipsas recipiendi, & retinendi Livella, ab illis, in quibus Moniales id facere non possunt, nisi per manus Abbatissæ, ideòque fuit in Voto, *che a tutti quelli Monisterii, nelli quali la Signora Monaca è capace di ritenere, e ricevere maggior somma d'annui docati 50., se le debba dare annui docati 80., conforme si costuma alle Monache di detti Monisterii, & a quelli Monisterii dove le Signore Monache non possono ritenere, nè ricevere Entrata, a detti Monisteri si debba dare, e fare il pagamento a dirittura d'annui docati 50.*

9 Cumque à dicto anno 1682., usque ad annum 1705., plures paritèr irrepsissent abusus in præjudicium nostri Montis, potissimùm circà solutionem Livelli ducat. 80. quando illud erat solvendum ad rstam ducat. 50., prout etiàm circa modum sublevandi dictum Montem, redactum ad extremas angustias, stante debito ducatorum tercentum mille, ob Dotes promissas, & non solutas Descendentibus Fundatorum, in Sæculo nuptis, ut constat ex Fide Ministri à Secretis nostri Montis; Hinc tunc temporis Gubernatores denuò vocatis Comitiis Generalibus ejusdem Montis, & prævio Voto Domini Cæsaris Brancaccii, ad radicitùs evellendas futuras Lites, ad præcludendam viam omni futuro abusui, & ad consulendum indemnitati ejusdem Montis, necessarium existimarunt specificare, & determinare, quibus Monasteriis directè solvendum esset Livellum, ibi -- *Che si debba da oggi avanti, & in futurum continuare a pagare annui docati 50. a dirittura alli seguenti Monisterj ex Persona delle Signore Monache, che godono il Benefizio di detto Monte, quali predetti Monisterii, alli quali si dovrà pagare a dirittura sono li seguenti, Santa Maria del Giesù, San Giuseppe delli Ruffi* (quod est Monasterium Adversarium), cum aliis Monasteriis ibi specificatis, & hìc brevitatis causa omissis, quæ possunt recognosci in *Tom. 3. p. 2. discept. 5. §. 5. n. 3. & §. 18. sub n. 12.*

10 Votum autem dicti Cæsaris Brancaccii per omnes Patritios Neapolitanos ad dicta Comitia vocatos, nemine discrepante, approbatum, & acceptatum, fuit sequentibus verbis -- *Lettosi detto Voto &c., e ballottato per Bussola, e Ballotte segrete, se doveva eseguirsi &c., è stato conchiuso*, nemine discrepante, *che si eseguisca il Parere sudetto, e si è stabilito che si debba con effetto da oggi innanzi*, & in futurum *dalli Signori Governatori presenti, e futuri del detto Monte continuare a pagare annui docati 50. a dirittura alli sudetti Monisterii, espressi nel detto Parere del detto Signor Don Cesare ex Persona delle Signore Monache che godono il Benefizio del detto nostro Monte, esistenti in essi* prò tempore, *e che in essi professaranno in avvenire* --

11 Hoc igitur modo eodem anno 1705. recognita qualitate dicti Monasterii Adversarii, atque declarata obligatione, & specificata summa subministranda Monialibus, in illo recipiendis titulo annui Livelli in quantitate ducat. 50., Domina Julia Maria Brancaecia in Sæculo, nunc verò Soror Maria Anna Adversaria die 8. Januarii 1708. deliberavit ingredi dictum Monasterium, prout cùm effectu in illo admissa fuit, vovendo servare tria solita solemnia Vota sub Regula Sancti Augustini, quæ observantur à Monialibus dicti Monasterii, prout etiam solemnitèr promisit, acceptavit, seque obligavit observare Regulam Monasterii, *& Reformationem a fel: mem: Clemente VIII. præscriptam*, & omnia ea, quæ in dicto Monasterio observantur.

12 Et demùm die 13. ejusdem Mensis Januarii 1708. prævio publico Instrumento dato in Summario, cessit omnia Jura sibi quomodolibet competentia Domino Nicolao Brancaccio ejus Genitori, seque declaravit contentam de solita Dote danda per dictum Montem, sibi reservando annuos ducat. 50., solvendos à nostro Monte Magno, *juxtà declaratum* (sunt ejus præcisa verba) *conclusum, & stabilitum in Conclusione, facta per Assembleam generalem omnium dd. Equitum dicti Montis, sub die 25. Novembris 1705., præcedente Voto Domini Cæsaris Brancaccii prædictæ Sororis Mariæ Annæ Avi, etiam stante, quod dictum Monasterium est observans*.

13 In quorum sequelam Moniales omnes ejusdem Monasterii capitularitèr congregatæ, necnon eadem Soror Maria Anna Brancacci Adversaria cum expresso consensu earum Priorissæ, confessæ fuerunt recepisse solitam Dotem à Monte Principali, quodque inposterùm eidem Adversariæ solvi deberet Vitalitium annuorum ducatorum 50. *Et prò ea dicto Monasterio prò executione, & juxtà declaratum &c. in Conclusione facta per Assembleam generalem omnium Equitum dicti Montis sub die 25. Novembris 1705. præcedente Voto D. Cæsaris Brancaccii ipsius Sororis Mariæ Annæ Brancaccii Avi, cui in omnibus relatio habeatur*, prout reverà à dicto Anno 1709. noster Mons Magnus persolvit tantummodò annuos ducat. 50. non directè eidem Adversariæ, sed *al Monistero di San Giuseppe &c. ex Persona di Sor Maria Anna Brancacci*, ut cantant Mandata, seù Ordines publicorum Bancorum Civitatis Neapolis dati in Summario, quorum vigore non Adversaria, sed Monasterium exegit Livella in annuis ducatis 50.

14 Ex supradicta facti serie, quis non crederet, nullum omninò verbum de hoc negotio audiendum esse in oppositum, dùm in executionem Constitutionum, & Regularum Monasterii Adversarii: juxtà Statuta nostri Montis, & ad terminos individualis determinationis Generalis Assembleæ, omnia peracta fuerunt, mediantibus publicis Instrumentis Adversaria stipulatis cum omni seritate, & mediantibus verbis incapacibus quacunque detur-

detorsione, & contraria glossa; Et tamen eventus demonstravit oppositum, dum dicta Adversaria immemor juramentorum, quibus munita sunt prædicta Instrumenta, ab ipsa stipulata, & quod magis est, ad effugiendam punctualem executionem solemnis Professionis, factæ Deo, qui non irridetur, recursum habuit ad hanc Sacram Congregationem pro habendo vitalitio in annuis ducat. 80., mediante supplici Libello, dato in Summ. qui cum de more remissus fuerit Eminentissimo, Archiepiscopo Neapolitano pro Informatione, & Voto, idem animum suum favore nostri Montis adaperuit, ut opportunius infra ostendemus.

15 Quibus nullatenus acquiscens, Monasterium Adversarium adhuc prætendens deberi præfatæ Sorori Mariæ Annæ in illo degenti dictum Livellum in summa ducatorum 80. disputanda proponit dubia in fine registranda, quorum primum, Negativè quoad primam partem, & Affirmativè quoad secundam; Alterum verò Negativè; *resolvendum videtur*.

Et quidem quoad primum, res de plano procedere videtur, quia Moniales omnes Adversariæ, prævio publico Instrumento, capitulariter congregatæ, una cum earum Abbatissa, nedum solemniter acceptarunt annuum Livellum in sola summa ducat. 50. sed quod magis est, omnique consideratione dignum videtur, se declararunt velle stare determinationi, unanimi consensu captæ per Assembleam generalem nostri Montis de anno 1705. juxta verba illa supra indicata, & opportunè repetenda, *cui Rev. Sorori Mariæ Annæ similiter solvetur à dicto Monte ejus Vitalitium annuorum ducatorum 50. & pro ea dicto Monasterio pro executione, & juxta explicatum, declaratum, conclusum, & statutum in conclusione, facta per Assembleam generalem omnium DD. Equitum dicti Montis sub die 25. Novembris 1705. præcedente Voto Domini Cæsaris Brancacci ipsius D. Sororis Mariæ Annæ Avi, cui in omnibus relatio habeatur; Nimis enim indi-* 16 *gnum esse judicatur, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere*, sunt verba Textus *in leg. Generaliter C. de Non numerat. pecun.* cum aliis apud *Rot. decis. 110. nu. 6. p. 2. divers. & in Gerunden. Distributionum 30. Aprilis 1710. §. Fundamentum coram Lancetta*, & concordat *Cassiod. var. epis. lib. 6. epist. 21.* ibi: *Pondus est puderis gravissimi propria voce convinci*.

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo pro fideli, & punctuali executione ejusdem pacti, & Conventionis non solùm Priorissa, sed insimul cum illa omnes aliæ Moniales obligarunt se ipsas, & Monasterium ibi: *Pro quibus omnibus observandis præfatæ D. Priorissa, & Moniales, & Soror Maria Anna respectivè, ut supra sponte obligaverunt se ipsas, & quamlibet respectivè, ut supra, dictumque Monasterium, & Moniales ipsius præsentes, & futuras, & bona omnia præsentia, & futura dicto Monti, ejusque Dominis Gubernatoribus &c. & juraverunt &c.* Unde si Moniales obligarunt se ipsas, & Moniales futuras, ipsum Monasterium, omniaque ejus bona pro observantia Conventionis exigendi Livellum Adversariæ in sola summa ducat. 50. omnia Jura clamant, omnesque congruentiæ exposcunt, ut stare debeant illarum juratæ promissioni, æquali solemnitate, spontaneitate, & candore emissæ, nihil enim reperiri in Mundo, tam naturale, quàm ea, quæ placuerunt, custodiri, nihilque magis congruere Fidei humanæ, quàm exequi, & adimplere promissa, prout per hæc numero verba sancitur *in leg. prima ff. de Pactis, & in leg. 5. Cod.* 17 *de Act. & oblig. & in leg. Nihil ita C. de Transact.* cum aliis per *Rot. decis. 28. num. 5. apud de Prosperis de Territ. separat. & in Nullius, seu Caven. 13. Junii 1710. §. Nec officit cor. Emin. Falconerio*.

Imò ex eadem obligatione Priorissæ, & Monialium negari non potest contra ipsas actio realis executibilis adversus bona Monasterii, specialiter obligati juxta 18 Theora. *Abbat. in cap. Ex Rescripto numer. 1. de Jure jur.* & concordant citati à *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib. 7. capit. 31. num. 3. & Eminentiss. Petra in Constitut. Apostol. tom. 4. ad Constitut. 5. Benedicti XII. sect. 1. num. 34.* adeout, non solùm eadem Priorissa, quæ dictam obligationem emisit, sed nec etiam aliæ in illius locum succedentes, dictam obligationem impugnare possint in præjudicium juris, ex contractu quæsiti ad favorem Tertii, juxtà terminos nostri casus, ut, aliis cumulatis, egregiè probant *Sanchez ubi supra num. 14. Sua-* 18 *rez de Relig. tract. 8. lib. 7. sect. 5. num. 82. & Castrop. oper. Moral. tract. 16. disp. 3. punct. 15. versic. Quod adeò*, & habemus in hac parte punctualem *Sac. Rotæ Dec. coram Emerix Jun. 1122. per tot.*, & signanter *num. 13. & 14.* cum Caterva Doctorum ibidem allegatorum, quæ est in terminis debilioribus, eò quia agebatur in illa de contractu, facto à Moniali cum sola scientia, & permissione Superioris Monasterii. Nos autem sumus in terminis præcisæ, & claræ obligationis emissæ ab ipsamet Superiorissa, cum Monialibus capitulariter congregatis, clarè, specificè, literaliter, & cum juramento obligantibus se ipsas Moniales præsentes, & futuras, omnique Bona proprii Monasterii.

19 Necnon jungitur alia circumstantia, ad nostrum effectum nimis considerabilis, quòd scilicèt acceptatio dicti Livelli capitulariter, ut supra facta, non fuit à dictis Monialibus emissas clausis oculis, sed post maturam reflexionem, & quod magis est *pro executionem, & juxta conclusum, explicatum, & statutum per Assembleam generalem die 25. Novembris 1705.* ad quam deventum fuit proprio Voto Avi Dominæ Adversariæ, dato non tempore ejus Novitiatus, sed per quatuor annos antea, cum illo addito, quod in eodem Voto recognitum, descriptum, & determinatum fuit Monasterium Adversarium ex illorum numero, quibus Livella debita sunt in summa ducat. 50.

Quibus jungitur punctualis, & præcisa executio prædictæ obligationis, seu pacifica observantia, practicata per plures annos post Professionem dictæ Adversariæ, dum contentæ fuerunt eædem Moniales Livellum exigere in sola summa ducat. 50. In his quippè circumstantiis non possunt eædem Moniales proprium factum toties ratificatum, & executum impugnare, & adver- 20 sùs illud hodiè in præsenti Judicio comparere ad *Text. in leg. 3. §. Idem scribit ff. de Peculio*, cum concordantibus apud *Rot. decision. 131. numer. 3. coram Ubaldo, & decision. 433. num. 5. coram Priolo, & decis. 66. nu. 16. coram Ansaldo*.

Ex quo Innegabili facto duo sequuntur. Primum, quod nimis improprium, & æqualiter exorbitans est, executionem d. litteralis pacti hodiè impugnare, & non exequi ex supra citatis; Secundum verò, quod nedum Adversaria compræhensa remanet sub dispositione dicti Contractus, capitulariter expleti à suo Monasterio, cum ipsius interventu, consensu, & approbatione, sed omnes aliæ Moniales in posterum professuræ; Tum quia agitur de una, eademque determinatione, quæ æqualiter debet omnia determinare, & compræhendere ad *Text. in leg.* 21 *Jam hoc jure ff. de Vulg. & pupill.* cum concordantibus, secutis à *Rota dec. 1063. num. 4. coram Pen. & dec. 413. nu. 6. coram Priolo, & dec. 328. num. 9. part. 12. recent.* Tum etiam quia sumus in terminis determinationis, concernentis statum, & qualitatem Monasterii Adversarii, quæ proindè facit Jus quoad omnes Moniales ejusdem Monasterii *leg. Ingenuum ff. de Statu homin. Rot. coram Cavaler.* 23 *dec. 175. num. 8. & coram Celso decision. 167. numer. 4.* ubi Rota conclusionem ampliat, ut multò magis id verificetur inter easdem Partes, juxta terminos nostræ hypothesis.

24 Nec credimus Moniales redarguere velle eandem determinationem Assembleæ de evidenti injustitia, cum supposito, quod illarum Monasterium reponendum non erat inter Monasteria Observantia, & in quibus solvitur Livellum in duc. 50.

Insubsistentia siquidem contrariæ prætensionis ictu oculi detegitur, observando in facto, voluntatem Fundatorum nostri Montis fuisse reliquendi Monialibus ab eis descendentibus ducat. 80. si emisissent Professionem in Monasteriis non observantibus, & in quibus Moniales non poterant à se ipsis exigere, & pro se ipsis retinere Livellum ducatorum 50. cùmque eadem lex exactissimè, ut par erat executioni non demandaretur à mercenariis Ministris ejusdem Montis, hinc omnes Equites, utendo facultatibus reservatis Generali Assembleæ in fundatione ejusdem Montis anno 1682. & ad tollendum de medio omnem contrarium abusum, omnes, ut diximus, in eadem Generali Assemblea legitimè coadunati unanimi consensu determi-

nsrunt (ot supra sæpè, sed nunquam saris diximus) *che a tutti quelli Monisterj, nelli quali la Siguora Monica è copace* (nbiervetur quæio hoc verbum denotans facultatem juridicam, non autem id quod de factn practicatur) *di ritenere*, , *o ricevere maggior somma d' annui ducati* 50. *se li debbano dare annui scudi* 80. *conforme si costuma, alle Moniche di detto Monistero, & a quelli Monisterj, dove le Signore Moniche non possono* (notetur pariter hoc verbum denotans juridicam facultatem, quia illud possumus, quod jure possumus; ex adductis à *Barbos. axiomat.* 184. *num.* 5. *& dict.* 268. *numer.* 10. *& Gratian. decis. March.* 13. *num.* 34.) *ritenere, nè ricevere entrato, a detti Monisterj si debba dare, ò fare il pagomento a drittura d' onnui duc.* 50.) 24

25 Ad cognoscendam itaque justitiam, vel injustitiam resolutionis dictæ Assembleæ generalis videamus, an Moniales de Jure possint exigere, & retinere, & proprio nomine Livella expendere: Quòd autem in nullo modo possint, est adeo evidens, adeoque indubitatum, ut præscindendo etiam à dispositione juris, à sanctione Concilii Tridentini, à Constitutione Sanc. Mem. Clementis VIII. & à repetitis Oraculis Sacr. Congregationum, de quibus opportunius infra; nihil aliud adduci possit quam tenor Regularum Monasterii, quaa solemniter professæ fuerunt, nempè, *che nessuna può avere, o possedere cosa alcuna per minima, che sia di proprio, mà tutto quello che overà, o le perverrà &c. per qualunque titolo, ò causa, sia Mobile, o Stabile, Entrate, usufrutto di qualsivoglia sorte, s' intenda ipso facto applicato al detto Monistero &c Dichiarondo, che tutto quello, che le sarà concesso per Uso, non l' averà da tenere per cosa propria, ma del Monistero; Perciò quella Monica, che s' approprierà cos' olcuna, farà contro il Voto solenne della Povertà, e commetterà peccato gravissimo*, Eo fortius, quod in eisdem Monasterii Constitutionibus, Monialibus ipsis quàm expressissimè interdicitur vel sola retentio pecuniæ, ibi: *Nessuno terrà danari, se non quella, sarà deputata a tenere quelli del Commune*; Enixis precibus supplicantes hìc observare, quod difficile est reperiri posse verba, quæ cum majori energia, vel claritate importent exclusionem facultatis retinendi, recipiendi, & disponendi de Livellis, itaut si considerentur eadem verba, quibus Moniales Adversariæ Professionem emittunt, & si illam Regulæ combinentur cum Regulis, & eum Professione, quam emittunt Moniales Cappuccine, in omnibus, & per omnia cum illis concordant.

Nec replicetur, quod in istis terminis non sit inspiciendum quid debeant Moniales de Jure observare ad cognoscendum qualitatem Monasterii Reformati, vel non Reformati, sed attendendum sit id, quod de facto practicatur in Monasterio eo tempore, quo Moniales Professionem emittunt, quod est unicum illud objectum, in quo fundantur *Peyrinus*, & aliqui alii pauci Religiosi claustrales, propriam causam defendentes, citati *à Rot.* 26 *in Neapolitana Livellorum* 11. *Februarii* 1715. *cor. Crispo, &* 15. *Aprilis* 1720. *cor. Cerro.*

Respondemus enim id nullatenùs subsistere, neque ullo modo admitti posse, sine evidenti destructione Voti paupertatis, quia in his terminis non est inspiciendum, quid de facto in Monasterio practicetur, sed servanda est promissio, quæ fit Deo, qui non irridetur, juxta dictum *S. Urbani I. in Epist. de Rer. Commun.* impressa inter *Opera S. Clementis Papæ, Parisiis edita anno* 1568. *fol.* 200. ibi: *Quicumque vestrum &c. vovit, se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat, sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat, quoniam satius est non vovere, quam Votum, prout melius potest non perficere*, Et in specie reprobando con-27 trarium prætextum, egregiè probat *Donat. Rer. Regular. tom.* 4. *tract.* 15. *de Voto paupertat. Religios. quæst.* 5. *num.* 2. *&* 3. ibi: *Nec contra id potest allegari contraria consuetudo, nec contrarius usus, quia contra Regulam, approbatam à Sancta Sede, prout includit tria Vota substantialia Religionis, quæ sunt de Jure Divino, non est locus consuetudini, etiamsi foret centenaria, & immemorabilis &c. nec excusantur si dicunt hujusmodi vivendi modum conventualiter scilicet non fuisse ab eis inventum in Religione, sed sic fuisse in ea semper practicatum, & id ad præsens communiter practicari, absque ullo scrupulo; Quia licèt talis modus laxè vivendi fuerit ab eis inventus; non tamen exindè sequitur, quod licitè possint ambulare post abusum, & corruptelam Voti paupertatis; & quia abusus debet omnino de medio tolli, & non foveri &c Nec valet dicere, quod prædictus modus laxè vivendi toleratur communiter à Prælatis Religionum, ac etiam à Romanis Pontificibus, quia hoc falsissimum est, loquendo tamen de tolerantia approbativa, secus de permissiva.*

Et in hoc verba illius Sacrosancti Concilii Tridentini, à quo plura Catholica Ecclesia consecuta est commoda, quàm ab omnibus generalibus Conciliis simul unitis, id 28 observante *Cabassutio in not. ad Conc. Trid fol. mihi* 471. *in princip.* adeoclara, adeoque cubitalia sunt, ut nullam admittant criticationem, dum *in sess.* 25. *de Reg. cap.* 1. strictè præcipit: *Ut omnes Regulares, tam Viri, quam Mulieres, ad Regulæ, quam professi sunt præscriptum, vitam* 29 *instituant, & componant &c. Nec non ad communem vitam victum, & vestitum conservanda pertinentia fideliter observent* Et in hoc supplicamus ponderare verba illa. *Ad Regulæ, quam professi sunt, præscriptum, vitam instituant, & componant*, Non enim dicit, *juxta usum, seu abusum in Monasteriis vigentem tempore eorum Professionis, sed juxta Regulæ præscriptum*, cujus auctoritas præferenda est omnibus Auctoribus, qui in contrarium allegari possunt, per ea, quæ observat egregiè *Monacell in For-* 30 *mul. tom* 2. *tit.* 13. *formul.* 5. *num.* 7. ubi sequendo *D. Thomam, & Joannem Irrot.* hæc addit: *Verbo hæc notabilia sunt adversus illas Moniales, quæ forsan non observantes Regulas aliquando dicunt, se Votum emisisse illam servandi juxta usum, & consuetudinem Monasterii, quasi licitum sit, unum ore proferre, aliud corde promittere, & quasi abusus, & corruptelæ, quæ introducuntur in Monasteria vim habeant evertendi Vota, & promissa facta Deo, qui non irridetur.*

Utque omnem in hac parte excludamus excusationem, & criticationem, adducimus duo Oracula totidem Summorum Pontificum, Ven. nimirum Servi Dei Innocentii XI. sub die 11. Februarii 1678. & san. mem. Innocentii XII. sub die 18. Julii 1695. Primus enim in Epistola, per Organum hujus S. Congregationis sub die 4. Februarii 1679. ad omnes Episcopos transmissa, & re- 31 gistrata *à Crispin. nella Visita Pastorale part.* 2. *§.* 42 *.num.* 40. adversus talem abusum, ita determinavit: *Sua Beatitudine proibisce alle Monache &c. ritenere denari appresso di se; Si levi ogni altro abuso introdotto contro le buone Regole Monastiche, senza ammettersi alcun pretesto di esse Monache* (notentur quæso sequentia verba quia Gemmæ sunt) *E massime quello di aver trovato tal forma di vivere, e tali abusi nel tempo del loro ingresso nel Monistero*; Secundus verò idem sancivit in ejus *Const.* 95. 32 *num.* 12. *in ejus Bullariolo*. *Nec ab eorum observantia inquibus interpretationibus, & fallaciis, aut relaxationum prætextibus ad excusandas excusationes in peccatis, adduci se sinant, sed Professionis suæ memores &c. nimis* 32 *turpe enim esset &c. obligatam Deo, qui non irridetur, primam fidem irritam facere.*

Subjungentes dumtaxat, quod nisi ab Eminentissimis Patribus modus in hac parte ponatur, reprobando ea, quæ aliqui Moralistæ asserunt circa propositionem illam, quòd Monachi, & Moniales non teneantur observare ea, quæ solemniter Deo, qui non irridetur, in eorum Professione promiserunt, sed quòd debeant solùm observare ea, quæ de facto practicantur, verificaretur illud verè maximum, & non tolerandum in conveniens, quod non ampliùs Religiosorum operationes, & facta, regularentur ab eorum Institutis, & solemnibus Professionibus, sed Professio, & Institutum moderarentur, regerentur, & restringerentur ab eorumdem Religiosorum voluntariis operationibus, quo nihil monstruosius dici, neque de mero possibili excogitari potest, ut exclamat 33 *Card. de Laur. in Epist. ad lect. Epit. Can.* his verbis; *Nec amplius ad Amussim lapidem, juxta Philosophi præceptum, sed lapidem ad Amussim aptare contendimus, non inquam legis voluntatem subjicimus, sed legem ipsam ad voluntatem trahere non formidamus.*

Repetentes hic, & toto corde supplicantes benignos convertere oculos ad id, quod scripsi *in to.* 3. *mearum disc.* 34 *Eccles. part.* 3. *disc.* 1. *§.* 16. *num.* 15. quæque subsecuta experientia comprobavit, quod scilicet approbata conclusione illa, qua Vota emissa à Regularibus, non debeant

beant intelligi juxta proprium, & verum significatum verborum propriæ Regulæ, sed ad terminos, & juxta interpretationem impropriam, abusivam, & contrariam fini, & intentioni Fundatorum, & Summorum Pontificum, inculcantium illius punctualem executionem, actum erit de perfecta observantia Votorum Religionis, eò quia, quatenus hæc Sacra Congregatio approbet contrariam prætensionem, illius Oracula habebunt vim legis, *& contra illa recalcitrare non licet, quod fas est, adversus aliorum Doctorum interpretationes* sunt verba [35] *Raynaud. in Heteroc. Pillas. to.16. sect.1. punct.14. de Matrim. Sacram. num.12. fol. mihi* 178. & concordant adducti per *Rot. in Romana Matrimonii 3. Junii 1719. §. Descendendo coram R. P. D. Corio*. Eoque fortius quia res est inter nostrum Montem, & Moniales Adversarias, quæ etiam ex propria confessione admittunt, quòd earum Monasterium in sua primæva institutione erat observans; Undè si nostri Fundatores promiserunt usque ab initio erectionis Montis Livellum ducat. 50. pro Monialibus Monasteriorum observantium; hinc unicè inspiciendum est status Monasterii Adversarii de tempore nostræ obligationis, non verò quòd postea secutum fuerit ex corruptela Regularum, ab ipsis Monialibus exagerata, licèt non probata, juxta regulam, quod omnis obligatio regulanda est juxta tempus, & circumstantias promissionis, [36] non verò quòd postea sequi potuerit *l.1. ff. de Testam. l.4. ff. de Adm. leg. Card. de Luca de Fideic. disc.44. n.5.*

[37] Nec credimus insistendum esse in prætensa tolerantia Priorissæ Monasterii permittentis illius Monialibus exactionem directam, & independentem erogationem Livelli in proprios usus, juxta ea, quæ leguntur in Relatione Eminentissimi Archiepiscopi.

Pro remotione siquidem hujus speciosi prætextus, ultra ea, quæ supra observavimus, sat est relativè nos habere ad ea, quæ doctissimè de more *Eminentissimus Petra ad Constit. quint. S. Benedicti XII sect.2. nu.26. & 27. & 36.* [38] *& sequent. tom.4.* ubi quod hujusmodi permissio, talisque conniventia toleranda non est, utì opposita Oraculis Clementis VIII. sanctioni Sac. Conc. Trident. & innumeris resolutionibus Sac. Congregationum, quas referunt, [39] & sequuntur etiam *Fagnan. in cap. Monaci nu.24. de Stat. Monac. Azzor. Instit. moral. lib.12. c.9. qu.2. Roderic. Quæst. Regul. tom.2. qu.47. art.15. in fine, Vanespen. in Jus Ecclesiast. part.1. tit.29. de vot. paupert. c.5. & 8. Donat. Rer. Regular. tom 4. tract.15. qu.12. per tot. & Rota decis. 418. n.6. p.18. Recent.* & egregiè *Card. de Luc. de Regular. disc. 37. n.17.* ibi. *Nec in aliquo suffragatur tolerantia Superiorum Regularium, qui non solùm possunt, sed omnino debent contrarium abusum extirpare, & Nicol. Instit. Canon. lib.3. tit.31. de Regul. n.19.* & melius *Monacell. in Formul. leg. tom.1. tit 11. formul.20. num.3. & seq. ubi num 5.* quod [50] tolerantia Superiorissæ in his terminis non excludit qualitatem veræ proprietariæ, ibi. *Si Livellos exigerent, & expenderent, essent veræ proprietariæ, non obstante Superioris dispensatione*, Et revera sic resolutum expresse fuit per varia decreta hujus Sacræ Congregationis antiqua, & recentiora, in tuto Votum paupertatis, tam quoad Monachos, quàm quoad Moniales constituentia, quæ refert [41] *Tambur. de Jure Abbatiss. disp.8. q.9. n.5. ibi ad dubium I. An ex dispensatione Inferiorum Summo Pontifici, liceat Regularibus &c. tenere annuos redditus non obstante Concil.* [42] *Trid. sess.25. de Regul. c.2. respondit hæc Sac. Congregatio non licere*, & ad dub.7. *An Superiores Regulares d. c.2. interpretari, & declarare possint*, respondit *non posse*. Aliud clarius decretum habemus penes *Gagnan. in cap. Monaci de Stat. Monach. n.76.* quod etiam refert, & laudat moder- [43] nus *Mattheucc. in sua Schola paupert. conf.1. §.13.* ibi. *An liceat Regularibus utriusque sexus habere annuos redditus,* [44] *seu provisiones annuas &c. nomine Conventus, & de Superiorum suorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate, & nutu, adeout sint immunes à culpa, & pœna, de* [45] *qua in cap.2. sect.25.* Sac. Congregatio respondit *negative*.

Hinc est, quod attentis tot clarissimis Summorum Pontificum Oraculis, & consentaneis Sacrarum Congregationum resolutionibus, esset debilitas Intellectus alios adducere Auctores ad probandum id, quod ex supradictis jam determinatum fuit; Simplices enim nutus Summo- [46] rum Pontificum pro lege servandi sunt, ut dicit *Gruther. de Arte benè defid. ref.15. §. 9. nu.177. fol.330.* ibi, *Sacri Canones puros nutus, & umbras voluntatis Pontificis esse festinanter, & in offenso pede executioni mandandos, & adorandos suadent*. Vel respondere Auctoribus, contrarium probare studentibus, ex quo illorum auctoritas simpliciter probabilis est; Illa vero Summorum Pontificum necessaria, & omnino sequenda, ut observat *Card. de Luca de* [47] *Benef. disc.89. sub n.2.* & firmavit *Rota in Mindonien. Observationis Constitutionis 1. Martii 1706. §. Verùm coram Ansaldo*, Prout pariter Decreta, & resolutiones hujus Sac. Congregationis longè superiora sunt iis, quæ per Auctores Regulares, propriam Causam foventes, vel alios Doctores, perfunctoriè loquentes in contrarium allegari possunt, ut omnibus notum est; Vel demum nimis absonum est prætendere, ut dicatur injusta determinatio illa Generalis Assembleæ nostri Montis anni 1705. quæ perfectissimè consonat, & concordat cum Juris communia dispositione -- Cum Sacrosancti Concilii Trid. sanctione --; Cum Regulis Monasterii Adversarii: Cum Constitutionibus, & Oraculis diversorum Summorum Pontificum; Et demum cum illarum solemni Professione, ut de se patet, & ad nostrum effectum observat egregiè *Fa-* [48] *gnan. in cap. Monaci num.75. de Statu Monach.* ubi quòd id procedit ex eo, quia contra Decreta Apostolica inallegabilis est quicumque abusus, *nec quemquam* (sunt ejus præcisa verba) *excusari à lethali culpa, & pœna Proprietariis inflicta ex quavis consuetudine Monasterii, vel Religionis, aut ex varietate, seu probabilitate opinionum, aut aliquo quovis prætextu, vel causa, & Religiosis, tam Prælatis, quam Subditis cavendum esse ab hujusmodi palliamen-* [49] *tis, quia Deus non irridetur*; & concordant innumeræ aliæ auctoritates, quas referunt, & sequuntur *Tamburin. de Jure Abbatissar. disp 8. q.9. num.5. & Matthæucc. in Schola Paupert. tit.1. conf.13.*

Et pro alio Monasterio Civitatis Neapolis sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis inter illa de observantia recognito, & annumerato per Assembleam generalem nostri Montis anno 1705. habemus punctuale Oraculum hujus Sacræ Congregationis diei 17. Aprilis 1707. quando non obstante Indulto obtento ab aliquibus Monialibus exigendi annuas præstationes, sibi promissas, commendabili intrepiditate respondit, servandas esse *illius Constitutiones non obstante Indulto, teste Emin. Petra ad Constitut.* [50] *Apostol. tom.4. super Constit. quinta Benedicti XII. sect.2. num.34* de qua *in tom.3. mearum discept. Ecclesiast. part.2. discept.1. §.22. num.23. ubi num.24.* sequutus sui aliam punctualem resolutionem Sac. Congregationis Concilii in *Leodien. Annuæ Præstationis 6. Junii 1682.* in qua agebatur de insigni Legato annuorum florenorum 300. relicto tribus filiabus pii Testatoris, ad hoc, ut possint illis uti pro particularibus indigentiis earum vita naturali durante; & licèt adesset Substitutus in casu non executionis dicti Legati, Sacra Congregatio respondit: *quoad Legatum particulare servetur Decretum san. mem. Clementis VIII.* in quo, ut notorium est, expressè cavetur, ne Moniales exigant, vel retineant propria Livella, sed quod illa deferre debeant in manus Abbatissæ, ut *in d. Constitut. Cap. 45. & 46.* cum [51] subsequenti declaratione relata per *Quarant. in Sum. Bullar. versic. Monasteria Monialium fol. mihi* 458. & 459.

A fortiori igitur idem practicandum omnino erit in nostris terminis, in quibus Adversaria non solùm non habet ad sui favorem Indultum, aliquod ei permittens directam exactionem, & liberam facultatem disponendi de Livello, sed è converso habet contra se solemnem Professionem, solemniorem acceptationem resolutionis Assembleæ generalis anni 1705. & solemnissimam determinationem Regularum dicti Monasterii, in quibus id prohibetur sub læthali culpa, itaut unitim omnia prædicta considerando, præsens casus taliter evidens, taliterque determinatus videatur à Constitutionibus dicti Monasterii, approbatis à Sancta Sede, & à duobus Archiepiscopis Neapolitanis executioni traditis, ut nihil clarius adduci possit, neque etiam de mero possibili excogitari ad ostendendam insubsistentiam contrariæ prætensionis, cùm omnibus notum sit Constitutiones proprii Monasterii, tamquam leges punctualiter servandas, & executioni mandandas esse, ut no- [52] tant *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.2. disputat.11. quæst. 4. numer. 6. Bonet. in Viridar. Stat. Regul. dub. 6. per tot.*

tot. Palm. Sen. cons. 15. num. 12. ubi quod Constitutiones Regularium dicuntur leges scriptæ, à quibus recedere non licet, *Leoncill. decis. Ferrar. decis. 8. num. 4. Barbosa vot. decis. 106. num. 9. Ansald. in addit. ad decis. 61. num. 4. Rot. decis. 68. num. 4. tom. 2. ad Ornatum Card. de Luca de Fideicom.* & indubitanter in nostra hypothesi, in qua habemus injunctum à Sancta Sede Monialibus Adversariis ne quicquam minuant, vel addant Regulis in virtute S. Obedientiæ.

54 Et hæc est ratio, quare Emin. Archiepiscopus Neapolitanus posita veritate Regularum nostri Monasterii (æquali infelicitate, ac improprietate incontroversiam deductarum in Curia Archiepiscopali Neapolitana) claris rotundisque literis asseruit in ejus Relatione, posita realitate, ac veritate dictarum Regularum, Adversarias non posse directè recipere Livella, neque de illis disponere, ibi -- *Si pretende, che dette Copie siano estratte dalle Regole del Monistero di San Giuseppe, ma non consta, che sia vero, perche essendo quelle le vere regole, non potrebbero le Monache, Professe in esso Monistero ritenere li loro Livelli* -- Si igitur de præsenti nullum ampliùs adest dubium, quod Regulæ, per extensum exhibitæ in manibus Emin. Ponentis, & datis in substantialibus in Summario, sunt veræ, & indubitatæ Regulæ Monasterii Adversarii (ut manifestum est ex illarum confrontatione cum Codice, existente in Bibliotheca Angelica Urbis, à quo citato servatis servandis, fuerunt extractæ illius particulæ) sumus in claris, quod Relatio Eminentissimi Archiepiscopi favorabilis sit nostro Monti.

55 Ex quibus, præcipuè simul unitis, plus quam manifesta remanet justitia Resolutionis Assembleæ generalis nostri Montis anni 1705. describentis Monasterium Adversarium inter illa, quorum Moniales à seipsis exigere, & retinere nequeant Livella, quam resolutionem cum solemniter acceptaverit Adversaria, nullus remanet prætextus evitandi illius punctualem executionem ex huc usque animadversis.

56 Nec evitari potest vis ejusdem resolutionis ex iis, quæ firmavit Rota in dicta decisione *Neapolitana Livellorum 15. Aprilis 1720. §. ultimo coram Cerro* ex duplici facti circumstantia; Prima, quia in dicto casu lis super consecutione Livelli in annuis ducat. 80. introducta erat à Monasterio Sancti Potiti ante dictum annum 1705. & propterea ibidem resolvit Sacra Rota, quod *propter eandem litis pendentiam* (sunt ejus præcisa verba) *minus integrum erat Assembleæ Judicis partes assumendo quicquam innovare*. Secunda quia in dicto casu non concurrebat positiva solemnis, & specialis acceptatio resolutionis ejusdem Assembleæ, quæ in casu nostro, neque etiam exadverso controvertitur, & qua attenta nunquam evitari potest illius executio, quia quilibet tenetur observare id quod promisit, è supra latè animadversis; Ultra ea quæ adversus eandem decisionem observari *in tom. 3. mearum discept. Ecclesiast. par. 2. discept. 1. §. 13. per tot.* & signanter *à num. 6.*

57 ex illa palpabili, & viva ratione, quod non valet argui à Regulis unius Monasterii ad illas alterius differentis Instituti, prohibentis Livella, omnemque Proprietatem sub pœna peccati gravissimi.

58 Minusque tolerari potest exageratus abusus exigendi, & retinendi Livella sub inani prætextu particularium indigentiarum Monialium Adversariarum, Constans enim in facto est, quod in nostro Monasterio illatum dos debet esse ducatorum 1500. qui ad rationem duc. 5. pro quolibet centenario juxtà redditus illius Regionis reddunt annuam summam duc. 75. quibus si jungatur Livellum in annuis duc. 50. quælibet Monialis habet annuos ducatos 125. quibus positis, vel loquimur de expensis extraordinariis, puta pro Sacristia, aliisque Officiis Monasterii, & istæ fiunt ab eodem Monasterio, juxta illius Regulas de quibus in Summario, & juxta antiquas, medias, & modernas Ordinationes multorum Archiepiscoporum Neapolitanorum in pluribus Edictis, & Conciliis Provincialibus emanatas, immò sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ sancitur, nè Moniales expendant in Officiis propria Livella, sed tantùm expendere valent id, quod eisdem à Monasterio assignatur, & idem sancitum solemniter fuit in Concilio Diœcesano Neapolitano sub cl. mem. Card. Cantelmo de anno 1694. celebrato fol. 270. n. 7.

Vel loquimur de Mobilibus, & Ornamentis Cellarum, & pro istis parva sufficit summa, dum à dictis Regulis præscribitur, ut quælibet Monialis contenta sit *d'un Letto, una Sedia di paglia, una fenestrella al muro per stipo, L'Immagine del Crocifisso, della B. Vergine, & un' altra Imagine secondo la divozione di ciascuna, un Vasetto per tenere l' acqua benedetta, & oltre queste Immagini, non si possa tener altro &c.* Vel loquimur de pannis lineis, & isti providentur à Monasterio. Remanent proindè pro victu, & vestitu ducati decem cum dimidio pro qualibet Moniali expendendi quolibet mense, qui videntur superabbundare, dum sufficiunt pro qualibet honesta particulari persona, moram faciente in sæculo cum majori obligatione lautè vivendi, ut de se notum est; Et in effectu hæc *Sac. Congregatio in Neapolitana 13. Augusti 1714.* Ponente Cardinali Corsino pro duabus Monialibus ex familia Caracciola, transeuntibus à Monasterio S. Potiti ad illud S. Josephi, habuit pro sufficienti Livellum in annuis ducatis 40. ut patet ex iis, quæ observant *in Tom. 3. par. 2. discept. 1. §. 22. num. 29.*

59 Ex quibus palpatur manibus, quod exagerata paupertas Adversariæ nullam habet in facto subsistentiam, quodque si illa velit appellari pauper ad hoc, ut illi augeatur Livellum à duc 50. usque ad ducatos 80. adnumerari potest inter illos Pauperes,

60 quos his verbis describit *S. Bernardus serm. 4. de Adventu: Sed hi sunt, qui pauperes esse volunt, eo pacto, ut nihil eis desit, & sic diligunt paupertatem, ut nullam inopiam patiantur.*

Minusque relevat in Jure exagerata paupertas, nam adhuc si ista in facto verificaretur, non per hoc licitum esset Monialibus exigere, & retinere Livella, ad hoc ut solvendum esset Livellum in ducat. 80. juxta Statutum nostri Montis. Quia figuratus prætextus succurrendi propriis indigentiis non est sufficiens, ut valeant Moniales exigere, & retinere pænès se Livella, illaque expendere de proprio capite, sed ista deferenda sunt via recta in manus Priorissæ, quæ tenetur consulere primo loco necessitatibus Monialis, & reliquum in usus totius Monasterii convertere debet; Et hoc adeò verum est, ut nec minùs hæc Sac. Congregatio indulgeat, quod Moniales pænès se retinere possint Livella pro earum indi-

61 gentiis, ut huic objecto respondent in specie *Fagnan. in cap. Monach. num. 15. & 61. de Statu Monachorum Marg. Disquis. moral. tom. 2. disquisit. 6. §. 1. num. 22. Emin. Petra in suo Comment. ad Constitut. quintam Benedicti XIII. sect. 2. num. 29. in fine* ubi refert duo Decreta hujus Sac. Congregationis *Matthæucc. in Schola paupertatis tit. 1. cons. 1. num. 14. & 25.* ubi sequitur resolutionem hujus Sac Congregationis in una *Panormitana*, in qua, instante quadam Moniali pro facultate erogandi in suas necessitates, & indigentias annua scut. 50. quæ sibi ad hunc effectum in suo Novitiatu reservavit, hæc Sac. Congregatio respondit, hanc pecuniam annuam non obstante reservatione, jam quæsitam esse Monasterio, ideoque deferendum esse recta via ad manus Abbatissæ, quæ primùm prospiciat necessitatibus Monialis Oratricis, & quod reliquum fuerit in usus totius Monasterii convertat.

Imò præcisè pro Monialibus Neapolitanis, & Salernitanis emanavit Constitutio sa. me. Clementis VIII. In qua plura circa Votum paupertatis servandum statuta fuerunt, & præcisè quoad prætextum succurrendi propriis Monialium indigentiis demandatum fuit, ut *Moniales tenerentur Præstationes omnes ipsis assignatas Superioribus fideliter notificare, & consignare in certo Libro notandas, & per communes Monasterii Officiales exigendas ad hoc, ut in usum ipsarum Monialium pro singularum Religiosarum necessitatibus de mandato Abbatissæ per Ministros communes Monasterii in totum, vel pro parte, ut opus erit quotannis erogentur. De qua Quaranta in summa Bullar. v. Monasteria Monialium fol. mihi 459. §. Sequatur, Tambur. de Jure Abatiss. in suo formular. in fin. Operis tit. 3. §. penult. fol. mihi 23.* ad quam quidem Constitutionem Clementis VIII. servandam se obstrinxit eadem Adversaria; quod quidem decretum servandum esse *in alia Leodien. 6. Julii 1682.* rescripsit Sac. Congregatio Conc. ubi præci-

62 sè agebatur de Livello, relicto pro particularibus indigentiis Monialium, ut vidimus supra, referendo præcisum tenorem Rescripti, quod est sequens. *Quoad legatum particulare servetur decretum Clementis VIII.*

Remanent pariter inapplicabilia exempla aliarum Monialium nostri, & aliorum Monasteriorum, haben-

tia

tia Livella in annuis ducatis 80. Ultra quod enim non exemplis, sed legibus judicandum est, ut dicit *Textus in l. Nemo Cod. de Sent. & interloc.* ubi subditur. *Sed omnes* 63 *Judices nostros veritatem & legum justitiæ sequi vestigia faacimus* cum concordantibus apud *Card. de Luca de Præbem. disc. 13. n. 53. & Rot. decis. 347. num. 11. par. 17. rec.* Nec non inspiciendum semper est *non quo itur, sed quo eundum est* juxta dictum *Senecæ de Vita beata cap. 1. ante finem.*

64 Respondemus, quod dicta exempla præsenti casui non quadrant, quia in illis non verificatur fatalis illa circumstantia, quod quatuor annis ante ingressum Adversariæ per viam legis ab Assemblea, quæ amplissimam ad dictum effectum habebat potestatem disponendi, mutandi, & restringendi Capitula, & Ordinationes nostri Montis, Livellum determinatum fuerat in annuis duc. 50. Quodque talem reductionem, & determinationem minoris Livelli, non solùm acceptavit dicta Monialis Brancacciamet in Monasterio Adversario professionem emittens, sed unà cum eadem Moniali omnes aliæ capitulariter congregatæ, cui circumstantiæ non datur exadverso, nec dabitur in æternum adæquata responsio, quia revera nullam admittit criticationem.

Eoque minus credimus exagerandum metum, propter quem eadem acceptatio dictæ resolutionis Assembleæ generalis facta fuit. Ultra quod enim adversus publicum Instrumentum in Magna Civitate Neapolis publicè, palàm, & solemniter celebratum, nimis impropria videtur eadem somniata exceptio, juxta rotundum *Textum* 65 *in leg. 35. C. de Transactios & l. 3. C. de His, quæ per metum Judic.* cum concordantibus apud *Zaul. in Statut. Faveat. tom. 1. rubr. 7. lib. 3. num. 16.* Dicimus quod idem prætensus metus nullam aliam habet subsistentiam, quam gratuitam assertionem Adversariæ, ut dicit Eminentissimus Archiepiscopus in Relatione ibi; *Asserendo essa Suor Maria Anna d' averla fatta per forza, timore, & inganno, per le minaccie de Governatori di quel tempo:* Idque cum duabus illis maximis improprietatibus. Prima quod omnes Gubernatores tunc temporis hostili animo vim intulerint Adversariæ, absque ullo proprio commodo adversus omnia jura, omnemque congruitatem, ex adductis 66 in *decis. 17. num 10. apud Merlin de Pignor. & decis. 408. num. 10. coram Priolo, & decis. 787. num. 23. par. 18., & decis. 211. num. 31. par. 19. recent.* Cum illa barbarie seu vera inhumanitate, quod D. Nicolaus Brancaccio Pater Adversariæ easdem violentias practicaverit favore Extranei, qualis est noster Mons, & in præjudicium propriarum filiarum, & descendentium, quod neque 67 etiam verisimile videtur, ad *Text. in l. Cùm furiosus C. de Curator. furiosi,* & firmata per *Rot. decis. 133. numer. 7. par. 18. recent. & in Barchinonen. seu Urgellen. prætensæ nullitatis Professionis 18. Januarii 1700. §. Concurrebant coram Ansaldo* ibi: *Cessante etiam commodo, vel interesse nunquam cogitari potest metus illatus: & Card. de Luca de Regul. disc. 41. num. 20.* Secunda, quod talem, tantumque timorem incusserint non solùm Moniali Adversariæ, sed omnibus omninò aliis Monialibus sui Monasterii, taliter ut nulla inventa fuerit, quæ os aperuit, se conquerendo de dictis minis, violentiis, & machinationibus. Prætextus iste in rei veritate adeò insubsistens, adeoque voluntarius est, ut neque etiam responsionem mereatur, nè videatur verisimilis, juxtà nobilem animadversionem S. Athanasii, relati à *P. Sebastiano à S.* 68 *Paulo Carmelit. in motiv. Jur. §. 11. num. 86. in fine fol. mihi 23.* ibi: *Nimis falsa, nam sunt repellenda ne habita fuisse credibilia videantur,* & consonat dictum *S. Hierony-* 69 *mi, in vita D. Pauli primi Eremitæ* ibi: *Incredibilia fingentes, quorum quia impudens mendacium fuit, nè refellenda quidem sententia videtur.*

Ejusdem pariter insubsistentiæ est altera reflexio, quòd in quadam notula anno 1691. data à Cancellario Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, Monasterium Adversarium non fuerit adnumeratum inter alia Monasteria Observantia ejusdem Civitatis, tùm quia in eadem notula non possunt figi pedes ob illius erroneitatem, ex quo adnotata in illa fuerunt uti Observantia Monasteria S. Potiti, & S. Joannis Baptistæ, & tamen illud S. Potiti declaratum fuit à Rota prò non observante, ut in *Neapolitana Livellorum coram Crispo, & Cerro,* & illud S. Joannis Baptistæ fuit declaratum à Rm̃o Vicario Neapolitano *non esse comprehensum inter Monasteria Reformata, seu de Observantia,* & sic si est erronea dicta notula quoad ipsa duo Monasteria, erronea pariter dijudicanda venit quoad Monasterium Adversarium, juxta vulgaria principia, de quibus *Felin. in cap. Fraternitatis num. 21. de* 70 *hæret. Rot. coram Carill. decis. 186. num. 51. & coram Buratt. decis. 34. num. 6. & coram Bencasa decis. 268. n. 10.* Tum etiam quia semper urget fatalis responsio, quod præcisè ad effectum, de quo agitur, nempe solutionis Livelli in summa ducat. 50. Monasterium Adversarium habitum fuit pro Observante ab eadem Adversaria, quæ in actu suæ renunciationis cubitalibus verbis fassa fuit, se stare determinationi nostræ Assembleæ *etiam stante quod d. Monasterium est Observans,* promisitque *nullas Literas impetrare adversus dictam renunciationem, & reservationem, nec petere, aut peti facere absolutionem à Juramento, etiam ad effectum agendi, illisque obtentis non uti, nec uti facere in judicio, vel extra,* & revera prò Observanti habitum etiam fuit dictum Monasterium à Monialibus Adversarii, saltem ad effectum controversum solutionis Livelli in summa ducatorum 50. Undè ad partes posita notula dicti Cancellarii Cioccia, res est ad præsens cum Adversariis, quæ dictum Monasterium pro Observante, ut verè est, recognoverunt, & ad hunc effectum acceptarunt in duobus publicis Instrumentis Livellum duc. 50. ideoque contra propriam confessionem non possunt venire, ut latè probavimus supra.

Ex huc deductis, quo ad primum dubium, nulla adesset necessitas se divagandi circa *negativam* resolutionem secundi Dubii; Ea negativa siquidem resolutione primi Dubii quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam, satis videtur resolutum secundum Dubium, eo quia Adversaria, tanquam una ex illis, quæ Professionem emiserunt in Monasterio, de quo agitur, comprehenditur sub resolutione primi Dubii; Præcipuè quia ipsamet cum consensu, & præsentia omnium Monialium, earumque Priorissæ præcisè, & litteraliter acceptavit resolutionem Assembleæ generalis anni 1705. Illiusque vigore se obligavit recipere Livellum in annuis ducat. 50. ex quibus proindè, ut supra diximus, & opportunè repetimus orta fuit naturalis, & civilis obligatio exequendi promissa, quam obligationem non solùm ipsa, sed etiam Priorissa, & Moniales promittentes, omnesque aliæ in eodem Monasterio Professionem emittentes servare tenentur, juxta theor. *Abbatis in cap. Ex* 71 *Rescripto num. 1. de Jurejurando,* quam sequuntur adducti ab Emin. *Petra ad Const. Apost. tom 4. ad Constit. quinta Benedicti XII. sect. 2. nu. 44.* ubi quòd non solùm promittens, ejusque Successores in officio impugnare non possunt, & non exequi talem obligationem, sed neque etiam in illorum loca subrogati cum majori authoritate, quod 72 firmavit etiam *Rota* supra citata *dec. 122. num. 14. coram Emerix Jun.*

Neque color aliquis eidem addi potest ex assertis Protestationibus, per Adversariam emissis ante quàm ad amplissimam renunciationem bonorum ad favorem sui Patris deveniret, ut innuitur in Relatione Em̃i Archiepiscopi. Talis enim prætextus ea duplici æquè solida responsione nullam meretur animadversionem. Primò, quia metus nunquam dicitur probatus ex similibus Protestationibus, juxta *Textum* litteralem in *l. Metum Cod. De eo, quod met. Causa,* quem sequuntur adducti per *Spegell dec. 79. num. 54. Ciarlin. controv. 83. num. 33. Rota dec. 385. num. 51. coram Pea. & dec. 326. num. 30. coram Ludovisio, & dec. 385. num. 12. coram Dunozet. Jun* ibi -- *Vera est opinio, & a Rota recepta, quod ex hujusmodi protestationibus non probatur metus* -- & rationem adducit eadem 74 *Rot. in dec. 21. num. 30.* ad materiam de *Fideicom. lib. 10.* apud *Card. de Luc.* his verbis: *Quia aliàs esset in arbitrio cujuslibet protestantis sese eximere à propria obligatione, & eludere fidem contractus,* quam adducunt, & exornant 75 etiam *Anguisciol. cons. 48. num. 50. Graff. de Except. cap. 11. num. 58. & Rota in Romana fideicommissi 28. Januarii 1686. §. Minus obstat coram Ursino;* Secundò quia ab eisdem protestationibus antea factis recessit Adversaria, illasque annullavit, & cassuit in d. posteriori, ac solemni Instrumento renunciationis, ibi: *Cassando priùs, & annullando omnes, & quascumque Protestationes, seu Reservationes, per ipsam Sororem Mariam Annam forsan factas, sive quomodolibet faciendas contra formam infrascri-*

pti la-

pti Instrumenti Renunciationis , etiamsi essent juramento vallatæ , vel etiam clandestinæ , ita ut illæ ex nunc , & de cætero nullum sortiantur effectum , nec fidem faciant in Judicio , vel extra , -- Difficilè siquidem est in Vocabulariis invenire verba, quæ cum majori energia , majorique efficacia explicent voluntatem Adversariæ cassandi, & annullandi prætensas antecedentes clandestinas protestationes; Undè si ab istis Adversaria recessit in Instrumento suæ Renunciationis, non potest denuò ad illas 76 recurrere , ut ex *Text. in l. si quis in princip. ff. de Leg.* 3. deducunt *Bartol. in l. Non solum §. Morte num.* 17. ibi -- *Nisi expressè diceret se velle à protestatione recedere ff. de Novi operis nunciat*; *Felin. in cap. cum M. Ferrariensis n. 77. de Constitut. Gallerat. de Renunciat. renunciat.* 43. *n.*4. cum aliis relatis per *Franc. de Protest. considerat.* 32. *num.* 16.

Præsertim quia idem Instrumentum non fuit celebratum de nocte , vel in aliquo Castro, subdito Patri Adversariæ , vel in aliquo angulo , vel secretiori Cubiculo illius Palatii , sed in Magna Civitate Neapolis, de die , in publico Collocutorio Monasterii , in præsentia , & cum consensu Priorissæ certioratæ per Juris Peritos, nullatenùs assistentibus Gubernatoribus nostri Montis , sed ex præcisa necessitate tantummodò interveniente , & acceptante Nicolao Brancaccio Patre Adversariæ . Quæ circumstantiæ , præcipuè simul , unitæ omnem prorsùs 77 excludunt præsumptionem metus , ut de se patet , & expressè notatur *in l. Transactionem Cod. de Transact* & observat . *Rota coram Dunozet. Jun. dec.* 385. *num.* 57. *& coram Durano decis.* 158. *num.* 7. semper magis opportunè repetendo , quod repetendo idem Genitor Adversariæ nullum commodum reportabat , si ipsa Adversaria filia Livellum ducat. 80. renunciabat , quia d. Livellum non erat solvendum ab ipso , sed à Monte Principali , si igitur nullum commodum reportabat suus Pater ex dicta renunciatione , omnis metus , & machinatio excluditur , ut punctualiter animadvertit *Rota in allegata Barchinonen. seu Urgellen. prætensæ nullitatis Professionis* 15. 78 *Januar.* 1700. *§. Concurrebat cor. Ansaldo* , ibi -- *Cessante enim commodo , vel interesse nunquàm cogitari potest metus illatus* , *Card. de Luca de Regal. discurs.* 41. *num.* 20. *Rota coram Dunozet. Jun. decis.* 385. *numer.* 15. *& in Romana Fideicommissi* 28. *Januarii* 1686. *§ Læsio coram bo. me. Ursino*.

Omnisque umbra prætensi metus superlativè excluditur etiam ex subsequenti Instrumento, deindè stipulato ab omnibus Monialibus, capitulariter congregatis , acceptantibus dictum Livellum in dicta summa ducat. 50. in qua promissum fuerat Adversariæ , eodem contextu se declarantes contentas in dicta summa , & promittentes nihil aliud prætendere titulo dicti Livelli . Quibus omnibus unitim consideratis , ut in qualibet materia fa-79 ciendum esse notat *Ciarlin. controv.* 108 *sub num* 68. *Barbos. vot. decis.* 16. *num.* 56. *& Rota in Firmana , seu Senogallien.* 27. *Junii* 1708. *§. Præmisso coram R. P. D. Corio* , plus quam evidenter dicitur exclusus prætensus metus , & propterea cum omni fundamento speramus secundo Dubio responderi *Sorori Annæ Brancacciæ deberi Livellum in solis ducat.* 50.

IN EADEM CAUSA.

80 CUrrit annus 46. meæ Curiæ forensis, quo tempore per spatium annorum 10. In multis Causis adiutrices adhibui manus , aliquas verò deinde tractavi , tanquam Advoc. sed nullam audivi , vel tractavi , in qua major effulgeat exorbitantia , ac sit illa , de qua disputamus .

81 Prætenditur , expressè , quod pro observantia solemnis Voti paupertatis, quod emisit Adversaria in Monasterio S. Josephi *delli Ruffi* , quo mediante sub pœna gravissimi peccati , se obligavit , non solùm nihil possidere , tanquam proprium , sed neque sibi aliquid , vel minimum appropriare , vel de eo disponere , nulla omnino sit habenda ratio

82 Juris communis *in cap. Cùm ad Monasterium de Statut. Monach.*

83 *Concilii Tridentini in session.* 25. *de Regularib. cap.* 1. *ref. omnisq. cura* .

84 Celebris reformationis *san. mem. Clementis VIII.* inter alias ejusdem Summi Pontificis *la* 60. *in Bullar. nov. tom.* 3.

85 Alterius *s.m. Urbani VIII. in d. Bullar. nov. tom.*4. *Constitut.* 26.

86 Duorum Oraculorum totidem Summorum Pontificum Vener. Servi Dei Innocentii XI. , & san. mem. Innocentii XII. de quibus in nostro supra , 87 *& in Synodo Cæsennaten. Cardin. Denhof. lib.* 3. *cap.* 7. *de Monial. vers. Et quia* .

88 Multarum resolutionum Sac. Congregationum quas refert , & sequitur *Monach. in formul. tom.* 1. *in Append. fol.* 291.

89 Communis opinionis Theologorum, & Canonistarum latè comprobatæ supra .

90 Constitutionum nostræ Regulæ, de quarum existentia , vigore , & efficacia , nulla hodie adest difficultas .

91 Soliti nostræ Religionis , comprobatæ in summario authenticis documentis illius Superiorum Generalium 92 solemnis , & solemnissimæ promissionis factæ , Deo , qui non irridetur , ab Adversaria , easdem Constitutiones servandi , & punctualiter exequendi .

93 Et demum specialis, cubitalis , & præcisæ obligationis , non solùm ejusdem Adversariæ , sed etiam Abbatissæ , & omnium Monialium , obligantium , se , & omnia Bona Monasterii ad recipiendum Livellum in sola summa ducat. 50.

94 Sed acriter insistitur exemplo in illa exorbitantissima prætensione, ut , his omnibus postpositis , penitusque neglectis , unicè attendendus sit abusus , qui forsan respectu unius , vel alterius Monialis viget in nostro Monasterio , Deus scit quomodo , & quibus mediantibus introductus fuerit , ut non amplius una , vel altera ex dd. Monialibus , sed omnes disponant de redditibus , titulo Livelli sibi assignatis , ad instar illarum Personarum sæcularium , quæ liberam , effrænatamque habent facultatem disponendi de propriis Bonis .

Repeto , quod prætensio , innixa simili exorbitantiæ, vel nunquam excitata fuit in præteritum , vel non de facili excitabitur in futurum , Et , si ita operari non est legem ad propriam voluntatem trahere , non autem le-95 gibus voluntatem subjicere , contra id , quod exclamando reprobat *Card. de Laurea in epitom. ad Lector. epitom. Canon.* ego fateor ingenuè meam imbecillitatem , nescio percipere quando id tum majori pro potestate , & veritate dici possit .

96 Non meretur autem adversus hæc adeo solida , in Jure , in nostris Constitutionibus , & speciali obligatione Abbatissæ , Adversariæ , & omnium Monialium fundata , exagerari scandalosus abusus in contrarium .

97 Adversus illum enim adduximus supra claram dispositionem *Concilii Tridentini sess* 25. *de Regularib. cap.* 1. ubi cubitalibus literis demandatur, ac Regulares omnes, tam Viri , quàm mulieres in concernentibus Votorum executionem , spretis abusibus in Monasteriis vigentibus , punctualiter observent Regulam , quam profitentur , & ad istius tenorem vitam instituant , & componant .

98 Adduximus clarius Oraculum Ven. Dei Servi Innocentii XI. In quo similis prætensio non solùm rejicitur , sed apertè canonizatur pro mero , & puro prætextu omnino eliminando ibi -- *Senza ammetterfi alcun protesto di esse Monache , e massime quello di aver trovato tal forma di vivere , e tali abusi nel tempo del loro ingresso nel Monistero* . Clariora verba , exclusiva , & destructiva dd. abusuum difficile erit invenire in Vocabulariis , & Dictionariis , ut patet Consideranti .

99 Adduximus demum aliud Clarissimum Oraculum s.m. Innocentii XII. de quo in *ejus Bullariolo Constitut.* 95. *n.* 52. in qua idem Summus Pontifex similes prætensiones qualificat pro fallaciis, pro inanibus interpretationibus , & pro prætextibus relaxationis , ad excusandas excusationes in peccatis .

100 Si autem punctuale dictum unius Doctoris habetur pro casu legis ex adductis *in decis.* 43. *num* 3. *coram Ansald.* ibi -- *Simplex Doctor magis in individuo differens , & firmans casum &c. pro lege tenendus est* , *& decis.* 106. *num* 7. *par.* 18. Quantò magis in nostris terminis pro lege habenda erunt dd. Oracula multorum ex illis, quas *S. Bernard.* 101 *de Considerat. ad Eugen. lib.* 1. *cap.* 9. etiam sigillatim sumptos vacat *Episcoporum Principem* , *Apostolorum Hæredem* , *Primatu Abelem* , *Gubernatu Noè* , *Patriarchatu*

Abraom

Abraam, *Ordine Melchisedech*, *Dignitate Aaron*, *Authoritate Moysen*, *Judicatu Samuelem*, *Potestate Petrum*, & *Unctione Christum*. Et quorum authoritatem pro maxi-
102 ma, & necessaria agnoscunt Theolog. omnes Canonistæ, quos referunt, & sequuntur *Card. de Luc. de Benef. disc. 89. sub n. 2. & Rot. in Legionen. 11. Novembris 1693. §. Non obstante coram Dio, & in Mindonien. 2. Martii 1706. §. Verùm ex hac coram Ansald.*

Æquali infelicitate ad colorandam contrariam præ-
103 tensionem insistitur expressò in generali tolerantia Livellorum, de quibus *latè egi in tom. 3. par. 2. discept. 1. §. 22.* Æquivocum enim in hac parte palmare est. Nos enim talem tolerantiam respectu omnium Religiosorum, & Religiosarum in genere, non solùm ultrò admittimus, sed observamus etiam, quòd in individuo nostri casus illam actualiter experiantur Moniales omnes, descendentes à Fundatoribus nostri Montis, vel in ducat. 80. in Monasteriis non observantibus, vel in ducatis 50. in Monasteriis observantibus, quale esse illud, de quo disputamus, latè demonstravimus supra, & ictu oculi tale apparet ex sola lectura illarum Constitutionum, & pro tali illum agnovit Emin. Archiepiscopus posita veritate, & subsistentia earumdem Constitutionum (hodiè innegabili) ibi -- *Essendo le vere Regole*, *non potrebbero le Monache*, *professe in esso Monistero*, *ritenere li loro Livelli per li loro Religiosi bisogni*.

Diximus verò, quod talis tolerantia non est indefinita, & generalis, sed restricta, & qualificata à multis
104 conditionibus, explicatis à *Pagnan. in cap. Monachi à numer. 59. de Stat. Monachor. & à Monacell. in Formular. tom. 1. titul. 11. formul. 20. a num. 3. & in Appendic. fol. 291. a num. 2.* Quodque Fundatores nostri Montis, *a quelli Monisterj dove le Signore Monache non possono ritenere e ricevere entrata*, assignaverunt Livellum in duc. 50. non autem 80. Quodque demum in nostro Monasterio Livella non possint retineri à Monialibus, *sed ipso facto* dicantur applicata Monasterio, per hæc numero verba determinatur in nostris Constitutionibus. *Tutto quello*, *che averà*, *ò le perverrà doppo*, *che averà fatta la Professione*, *per qualunque titolo*, *o causa*, *sia mobile*, *o stabile*, *o entrata*, *o usufrutto di qualsivoglia sorte s' intenda ipso facto applicato al Monistero*. Est enim imperceptibile, quod id, quod ipso facto applicatum est Monasterio dicatur posse haberi, & administrari à particulari Moniali, ut Consideranti patet.

Non regit in facto prætensa illa indigentia Adversa-
105 riæ, cujus intuitu reservari solent Livella ex adductis à *Card. de Luc. de Regularib. disc. 56. num. 5.* ostendimus enim supra, quod pro Advers. manutentione ex ejus Dote, & Livello, percipit Monasterium plusquam decem ducat. quolibet mense, quæ summa, sicuti evidenter excludit prætextum indigentiæ, ita eodem tempore excludit etiam necessitatem augendi Livellum à duc. 50. ad ducat. 80.

Præcipuè considerando maximas angustias nostri Montis, gravati ære alieno ultra summam ducat. tercentum millium, ut probavimus in Summario. Itaut juxta contrariam prætensionem verificaretur inconve-
106 niens illud, improbatum à *D. Paul. ad Corinth. 2. 11. 22.* una ex Descendentibus à Fundatoribus nostri Montis abundaret in Monasterio alia autem exuriret in sæculo, quod permittendum non est, ut observat *Rot. in Romana,*
107 *seu Januen. Legat. 2. Maii 1698. §. Nec magis cor. Card. de la Tremoille*.

Poterant omitti sententiæ datæ in contrario sum. cum
108 relatione ad meum *Tom. 3. part. 2. discept. 1. §. 19.* ubi illas eo fine per extensum registravi, ut illarum sola lectura deservire posset pro congrua confutatione quia suprema Tribunalia, & præcipuè EE. PP. huic Sacrosancti Consessus non solent attendere inferiorum Judicum sententias, sed per Juris tramites illa dubia decidere, quæ in ipsis proponuntur.

Cæterùm circa fundamenta earundam sententiarum dignentur EE. PP. ex speciali gratia percurrere, non so-
109 lùm ea, quæ observavit *in d. §. 19. à num. 5. usq. ad* 21. sed ea omnia quæ adduxi in *d. tom. 3. part. 2. discept. 1. à §. 1. usque ad* 21. & deinde solita attentione dijudicare, an eædem sententiæ talis sint qualitatis ut mereantur extolli pro decisione præsentis Causæ in conflictu eorum, quæ supra observavimus. Vel potiùs ut adduci mereantur pro singulari exemplo sententiarum tali evidentia injustarum, ut ad illarum injustitiam, manibus palpandam, satis sit oculos in fronte habere, & illa simplici- 110
ter legere, ut observavi *in Institut. crim. lib. 2. titul. 10. numer. 74. & in tom. 3. part. prima discept. prima §. 21. num. 19.*

Nec replicetur, quod Monialis Adversaria sit capax 111
retinendi Livellum, juxta disposita in Capitulis nostri Montis pro illo habendo in summa ducat. 80. duplici responsione.

Prima, quia hujusmodi capacitas non est regulanda ab abuso, opposito omnibus legibus, Oraculis Summorum Pontificum, & Constitutionibus nostri Montis, sed debet intelligi de Jure, ex viva ratione, quia illud pos- 112
sumus, quod jure possumus ex adductis *a Gratian. decis. Marc. 13. num. 34.*

Secunda, quia verba illa Assembleæ generalis anni 1682. ibi — *A rispetto delli Monisteri osservanti*, *darli per il Vitalizio il solito darsi a detti Monisterj*, intelligenda sunt de solito vigente dicto anno 1682. non autem postea, seu de abusu, postea de facto introducto, tum quia voluntas nunquam fertur ad futura, & incognita, 113
præcipuè contra Jus, ex adductis à *Rot. in Novarien. Pensionis 24. Martii 1700. §. Confessio coram Emin. Falconerio.* Tum etiam, quia omnis dispositio intelligitur semper pro eo statu, & tempore, quo fit ex adductis à 114
Surd. consil. 68. n. 18. Mar. Antonin. Var. resol. lib. 2. resol. 55. n. 31. Moron. de Trevig & Pat. quæst. 13. a. 2. & Card. de Luc. de Fideicommis. disc 44. num. 5.

Est demum, æquè curiosa, ac insubsistens responsio 115
illa, quod solemnissimum illud Instrumentum, quo mediante Adversaria, Abbatissa, & omnes aliæ Moniales se obligaverunt exigere Livellum in sola summa duc. 50. non possit hodie allegari coram hac Sac. Cong. ex quo circa illius subsistentiam pendeat alia instantia in Tribunalis Neapolis.

Criticatio enim hæc talis videtur naturæ talisque insubsistentiæ, ut nec etiam responsionem mereatur, ne videatur verisimilis, juxta nobilem animadversionem 116
S Athanasii, cujus verba per extensum impressa sunt supra. Publica siquidem Instrumenta ubique, & ubicunque allegari, & adduci possunt contra illas Partes, quæ aliquid in illis promiserunt, & usquequo non declarentur, nulla habent pro se omnem veritatis præsum- 117
ptionem, faciuntque probationem probatam, & evidentem ex adductis *in Inst. crim. lib. 1. tit 4. n 34.*

Die 21. Julii 1724. propositis in Congr. Episcoporum sequentibus duobus dubiis.

I. *An Monialibus professis in Monasterio S. Josephi* delli Ruffi *Civitatis Neapolis*, *debeantur Livella in annua summa ducat. 80. Vel potius ducat. 50. in casu &c.* & quatenus affirmativè, quoad primam partem.

II. *An Sorori Mariæ Annæ Brancacciæ debeantur dd. ducati annui* 80.

Ad primam responsum fuit *Affirmativè*, *quoad primam partem*; *Negativè*, *quoad secundam*.

Ad secundam verò *Dilata*.

Post hæc scripta in *Synodo Fulginaten. Episcopi Baptistelli in Append. fol. 182.* inveni registratam sequentem encyclicam Epistolam Clementis XI. in qua tali claritate, talique evidentia declaratur (sunt ejus verba) *che per l' osservanza del Voto della Santa Povertà*, *li Livelli*, *o Vitalizj si consegnino*, *e confondano nella Cassa commune a disposizione della Superiora*, ut non sine admiratione, & scandalo, à Monialibus practicari possit contrarium.

Tenor dictæ Epistolæ

Scriptæ omnibus Archiepiscopis, *& Episcopis Italiæ*, *illiusque Insularum sequens est*.

„ PEr provedere alla Religiosa quiete delle Mona-
„ che, e liberarle da rimorsi, e scrupoli, come da
„ ogni sollecitudine di privato interesse temporale, or-
„ dinò già la Santità di N. Signore con Editto, o sia
„ Lettera Circolare in data delli 28. del passato Mese
„ di Luglio 1708. che tutte le spese de gli Ofizj si facess-
„ sero colle rendite de Monasterj. Ora affine di soddis-
„ fare alle Instanze di alcuni Monisterj, ch' anno in ciò
„ ricercata qualche più chiara spiegazione, la Santità
„ Sua

„ Sua col parere d'una Congregazione specialmente de-
„ putata, à comandato, e comanda, che io Virtù del-
„ li Decreti Apostolici, fatti per l'osservanza del Voto
„ della Santa Povertà, li Livelli, o Vitalizj si conse-
„ goino, e coosondano oella Cassa Comune a disposi-
„ zione della Superiora, la quale somministri alle Mo-
„ nache quaoto l'occorre per le loro necessità Religiose;
„ Et il rimanente cooverta in Benefizio del Monastero
„ per sovvenirlo, & abilitarlo a supplire alle spese ne-
„ cessarie per gl'offizj, & altro; Restando però sem-
„ pre nel suo vigore la disposizione, e penalità del pre-
„ fato Editto, o sia Lettera Circolare: S'ingiugne per
„ taoto efficacemente a V. S. di procurare, che si met-
„ ta io prattica ciò, che sopra si è detto, nel che som-
„ mameote preme il Santo Zelo di Nostro Signore, che
„ desidera l'obbedienza, dovuta ad un Ordine si neces-
„ sario, non meno per lo profitto spirituale, che per la
„ quiete temporale dell'Animo di tutte le Religiose.
„ Glielo significo, ed il Signore Iddio la prosperi.

Roma 26. Genaro 1709.

Gaspare Card. di Carpegna Prefetto.

Ferdinando Arcivescovo di Nicea Segret.

DISCEPTATIO II.

Romana Jurisdictionis.

ARGUMENTUM.

Datarii jurisdictio non est restricta ad sola gratiosa, sed extenditur etiam ad Causas, nedum civiles, sed etiam criminales, concernentes Datariæ interesse.

SUpponitur in facto, quòd inter alias facultates, quæ à Summis Pootificibus concedi solent Prælatis Datariis, vel S. R. E. Cardioalibus Pro-Datariis, contineantor omnes, & singolæ superioritates, & jurisdictiones, quibus alii anteriores Datarii, de jure, vel consuetudine soliti fuerunt potiri, & gaudere, juxta verba illa Brevis. *Uti, potiri, & gaudere debeat omnibus, & singulis honoribus, juribus, prærogativis, salariis, & emolumentis, necnon privilegiis, exemptionibus, facultatibus, jurisdictionibus, superioritate, præeminentiis, favoribus, indultis, & gratiis, quibus alii Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Datarii, qui pro tempore fuerunt, tam de jure, quàm de consuetudine, & vigore quarumcunque Litterarum, & Privilegiorum eis concessorum, uti, potiri, & gaudere potuerunt, & soliti fuerunt.*

Quo supposito, pro veritate requisitus, crederem, sub dictis verbis *Omnes, & singulas jurisdictiones*: contineri merum imperiom, omnemque speciem jurisdictio- 1 nis, nèdom scilicet Civilis, sed etiam Criminalis, juxta ea, quæ tanqoam indubitata sopposui *in Epist. dedicat. in 10. Instit. prim. Invest.* his verbis. *Quamvis munus tuum in re benefica vertetur, tamen cogeris non raro Gratiis non cumulare sontes, qui suis criminibus se beneficiis reddiderunt indignos, itaut largiendi simul, & admendi tempora quoque tibi offerantur: Unde quamvis lenitate abducatis à suppliciis, muneris tamen exercitium se vel invitum ad hujus libri materiam attrahet aliquando*, Sive consideretur Juris communis dispositio; Sive sublimis Personæ Datarii qualitas; Sive facilior delictorum expeditioneriorum, aliorumque Datariæ Ministrorum punitio; Sive demum observantia, præcipuè omnia hæc unitim consideraodo.

Quoad Juris communis dispositionem, uno ore concordant Doctores, quod, concessa alicui Jurisdictione 2 per Supremum Principem, absque aliqoa restrictione, vel specificatione, dicatur eidem concessa etiam criminalis coercitio, ratione adducta à *Papien. in Prax. tit. forma Libelli in action. Confessor. fol. mihi 245.* ibi: *Cùm Jurisdictio sit genus, continet sub se merum imperium, & mixtum, & simplicem, & inferiorem Jurisdictionem. Per hoc autem deciditur illa Quæstio, si Imperator contulerit alicui Jurisdictione in Castro, an videatur contulisse, merum, & mixtum imperium, & dicitur, quod sic, quia verbum* Jurisdictionis *simpliciter prolatum debet intelligi, & interpretari in sui potentiori esse*; Circa quod ferè per eadem numero verba punctualiter concordaot.

Afflictus ad Constis. Regn. in prælud. quæst. 6. n. 7.

Alenand. cons. 35. num. 1. lib. 4.

Alciat. in cap. Quod sedem num. 30. de offic. ordin. ibi: *Alenander in hoc tenet contrarium, cujus opimo prævaleret in practica.*

Avendan. de exequend. mand. par. 1. cap. 5. num. 1. ubi admittit, hoc verum esse de jure communi, sed in suo casu id limitat vigore particularium Legum Hispania- 3 rum.

Antonin. Maceraten. var. resol. lib. 3. resol. 4. num. 2. ibi *Quia verbum jurisdictio importat coercitionem, Doctores omnes in leg. 2. ff. de jurisd. omn. judic.*

Bald. in l. Præses Provinciæ ff. de offi. Præsid. num. 2. ibi: *Nota quod indefinita concessio indistinctè debet intelligi, maximè quantum ad jurisdictionem, quæ est favorabilis.*

Bartol. in l. Imperium n. 4. ff. de jurisd. omn. judic. ibi: *Tertiò quæro, utrum Imperium merum, & mixtum comprehendantur sub hoc genere, quod est Jurisdictio; Quidam dicunt, quod non per hanc legem &c. Gloss. tenet contrarium, & benè, ut probatur supra.*

Belloa. de mandat. jurisd. cap. 8. quæst. 2. n. 3.

Boer. dec. 227. n. 18. ibi: *Unde concessa Jurisdictione, videtur omnis jurisdictio, & nomen generis, & omnes redditus Causarum civilium, & criminalium concessi videntur.*

Joan. Baptist. Caccialup. in l. Imperium nu. 6. ff. de jurisd. omn. jud. in tom. 1. Repeten. fol. 300. à tergo, ibi: *Tertiò quæro, utrum merum, & mixtum Imperium com- 4 prehendatur sub hoc genere Jurisdictionis. Et dicendum, quod sic, secundùm Glossam hic, & Doctores omnes, ut leg. 1. vers. Et ideo supra titul. 2.*

Covaruv. pract. quæst. cap. 1. num. 10. & c. 2. sub n. 10. erga finem vers. 4 ibi: *Regulariter concessa jurisdictione, etiam absque concessione Castri, & alicui commissa, inde merum, & mixtum Imperium in eadem concessione, & commissione venire ex eo, quod concessio jurisdictionis favorabilis sit, constanter asseveramus, frequentiori Authorum, & Interpretum consensu receptum esse.*

Curtius jun. in leg. Imperium num. 42. ff. de jurisd. omn. 5 judic.

Decius in l. Imperium 2. nu. 6. ff. de jurisdict. omn. judic. ibi: *Conclusio Glossæ communiter approbatur, quod Jurisdictio in genere comprehendant etiam merum Imperium, ut 6 notat Bartol. hic in tertia quæstione. Et ideo si à Principe alicui concedatur simpliciter jurisdictio in loco, & merum Imperium concessum videtur, quia beneficia Principis latè debent interpretari.*

Joan. Franc. Far. de essent. infant. proximi infantiæ cap. 3. ibi: *Verbum, jurisdictio, generale est ad Imperium, & Jurisdictionem simplicem inter tract. magn. tom. 8. par. 2. fol. 389. à tergo.*

Joan. Gillot. de jurisd. & imper. n. 1. ibi: *Itaque de jurisdictione primum expediamus, & ea quidem generaliter continet merum, mixtumque Imperium, quam, & jurisdictionem, quam vocant simplicem*, & o. 4. *Tract mag. tom. 3. part. 1. fol. 12. & anno 1570. impress. Parisiis in 4.*

Jas. in l. Imperium n. 10. ff. de jurisdic. omn. judic. ibi: *Infero pulcram conclusionem, quæ est maximæ importantiæ quod si Papa, vel Imperator concederet alicui Loco, vel alicui Nobili in illo Territorio jurisdictionem simpliciter, intelligeretur concessisse merum, & mixtum imperium, & simplicem jurisdictionem, cùm beneficium Principis sit latissimè interpretandum.*

Joan. Longueval in l. Imperium n. 188. ff. de jurisd. om. judic. De petent. tom. 1. fol. 346. à tergo & impress. Parisiis 7 anno 1539.

Martin. Mager. de Advocat. armat. cap. 2. nu. 208. ibi. *Similiter & jurisdictio genericè accepta &c. merum, mixtumque Imperium complectitur.*

Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 5. n. 6. ibi. *Et quamvis magna sit controversia, an ex concessione exercitii jurisdictionis, facta Judici, & Magistratui, præsumatur concessum 8 merum Imperium, ut ex receptiori D. D. sententia in affirmativam post Baldum, & alios transeat Menoch. &c. Licèt deinde subdat, inspicienda esse concessionis verba, & consuetudinem, quæ in nostro casu mirabiliter.*

Hieronym. Muston. de Jurisd. & Imper. nu. 26. ibi. *Si verò non*

rò non valeamus id assequi conjecturis, atque ideo omnino dubitissimus, non dubitarem, quin merum quoque sub jurisdictione, veluti suo genere comprehendatur Imperium, nulla alia quidem ratione, nisi quia ex sermonis proprietate procul dubio sub ea contineri mihi videtur tom. 3. tract. mag. p. 2. fol. 16. à tergo.

Menoch de Præsumpt. lib. 3. præsum. 97. nu 40. ibi. *Quintus casus est, quando Princeps solam concessit Judici, Magistratui exercitium jurisdictionis &c. hoc casu dubitatio* 9 *magna est, an præsumatur voluisse concedere merum ipsum imperium? Receptior tamen opinio Doctorum est, quod etiam merum imperium concessisse præsumatur.*

Oldrad. cons. 252. num. 2. et 6.

Lanfranc. de Orian. in l. 1. nu. 67. ff. de offic. ejus, cui mandat est jurisdic. Tract. magn. tom. 1. fol. 215. à tergo. ibi. *Ego teneo, quod concessa Jurisdictione, ubi concessa fit in materia favorabili, & non tendente in præjudicium tertii, veniat merum, & mixtum imperium.*

Royaald. vot. 151. nu. 10. ibi. *Ed la oltre la generalità* 10 *della concessione, essendo senza limitazione espressa, comprende anche il Jus &c.*

Rossental. de feud. tit. 5. conclus. 8. in princ. ibi. *Quartus casus est ubi jurisdictio conceditur, sive Castro, Oppido, seu Territorio, & tunc quoque magis communis videtur doctrina merum, & mixtum imperium contineri.*

Tap. in l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict. sub num. 44. vers. sed adverto fol. 345. à tergo inter Repet. civil.

Rota dec. 6n. nu 6. apud Tondut. de pension. ibi. *Unde excluditur prorsus Episcopi Marsicani jurisdictio, tum civi-* 11 *lis, tum criminalis, quam appellatione jurisdictionis comprehendi notant Doctores in leg. 2. ff. de jurisd. omn. judic. &c.*

Quantæ autem authoritatis sint sacræ Rotæ decisiones in illis præsertim terminis, & controversiis, in quibus Doctores inter se non sunt concordes, notum est, & 15 aliis cumulatis, observat eadem *Rota in Romana Juris tumulandi 5. Martii 1703. §. 1. cor. cl. m. Card. Priolo*, cum aliis concordantibus, citatis *in tom. 3. p. 1. discept. 1. §. 56. à n. 16.* Quibus addo *D. Piton. de controv. Patro. allegat. 56. nu. 40.* ubi quod Rotæ authoritas regulat totam Curiam, & inferiora subsellia illi obsecundari, & 13 famulari solent, & eadem Rota *in Perusina Pensionis 11. Maii 1706. §. Nec controversæ coram Rev. Herrera*, ubi quod Rotæ opinio nedum prævalet sententiæ unius, sed omnium Doctorum; Ita ut quatenus cum majori otio posset allegari aliquis Doctor in contrarium (Vide in fine) nulla de eo ratio haberi posset, præscindendo etiam à dicta magna authoritate Sacræ Rotæ, eo quia in concursu Authorum, inter se oppositorum, semper prævalet illorum major pars, juxta ea, quæ discurrunt DD. de Testibus, & in terminis diversarum opinionum observat eadem Rota *in Romana Matrimonii 4. Februarii* 14 *1697. §. Licet autem coram Ursin.* ibi. *Eorum opinio parvipendenda est in concursu tot insignium Canonistarum, de quibus supra satis longum retexuimus Catalogum.*

Quæ si procedunt in illis circumstantiis, in quibus Jurisdictio exprimitur in singulari numero, juxta terminos, in quibus loquuntur præfati Authores, multo magis locum habent in circumstantiis nostri casus, in quibus indubitatum est, quod Papa in Brevi deputationis 15 Datarii, vel Prodatarii utitur termino *Jurisdictionum* in numero plurali, quæ proinde cùm non possint verificari in una tantùm Jurisdictionis specie juxta *text. in leg. ubi numerus ff. de test. & in leg. libertas §. ultimo ff. de manumiss. test* pernecesse dicendum est, utramque Jurisdictionem comprehendere, civilem scilicet, & crimina- 16 lem, ut benè observat Cassan. *ad consuet. Burgund. rubr. 1. num. 24. & 25. fol. mihi 45.* ibi. *Secundò probatur, nam rubrica nostra loquitur pluraliter, Non ergo potest intelligi solùm de jurisdictione, cùm in uno pluralitas verificari non possit*; Et generale est in qualibet materia, quod pluralis numerus uno numero nullatenus contentatur, juxta catervam Doctorum, quos citat, & sequitur Barbos. *axiom. 139. num. 1.*

Quibus non adversatur unus forsan, vel alter Author qui in contrarium adduci potest, asserens, merum imperium, criminalemque Jurisdictionem non comprehendi sub verbis generalibus, sed requiri illius specialem mentionem, ultra siquidem congruam responsionem, adductam *supra*; Addimus, quod dicti Authores loquuntur in terminis concessionis factæ alicui subordinato Tribunali, vel inferiori Ministro, non autem quæstionem tractant in circumstantiis nostri casus, in terminis nimirum unius ex principalissimis Ministris supremi Principis qualis est Papæ Datarius, ex adductis *à de Just. de Dis-* 17 *pensat. Matrim. lib. 3. cap. 8. n. 29.* ibi. *Datarius dicitur Organum mentis, & vocis Papæ &c. & in his, quæ ad ejus officium spectant, repræsentat ipsum Pontificem* ut considerando Personæ excellentiam, insignem, & qualitatem ad nostrum officium advertant *Oldrad. cons. 252. num. 1. Hieron. Muson. de jurisd. & imper. num. 25. & Mastrill. de Magist. tom. 1. lib. 1. cap. 16.*

Circa quam excellentiam sublimis muneris Datarii, in quo consistit altera stringens ratio, & magna congruentia, quod annexa dici debeat omnis species jurisdictionis pro exercitio ejusdem muneris concordant *Amayden.* 18 *de styl. Datar. lib. 1. cap. 3. num. 6. vers. Proinde Datarii Cohel. in notit. Card. cap. 35. lit. E. in prima Corrad. in prax. dispensat. lib. 3. cap. 8 nu. 33. & in prax. benefic. lib. 3. cap. 8. nu. 26. Gonzal ad regul. 8. Cancell. gloss. 63. num. 61. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4 limitat. 19. nu. 2. & limitat. 29. nu. 3. Card. de Luc. in relat. Roman. Cur. disc. 9. num. 31. Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 13. nu. 118 & Rot. decis. 68. nu 8. par. 6. rec.* cum aliis citatis *in tom. 4. part. 2. discept. 19. à nu. 107.*

Neque prædicta debilitantur ex illa reflexione, quod alii pariter reperiantur in urbe insignes Ministri, & qualificatissimi Officiales Summi Pontificis, qui tamen nec civilem, nec criminalem habent jurisdictionem, quod potest exemplificari in Secretario Brevium. Ultra alias enim congruas disparitates, quæ cum majori otio adduci possent, & signanter illam, quod idem qualificatissi- r9 mus Minister non reperitur in possessione exercendi jurisdictionem, neque civilem, neque criminalem. Videtur sufficiens illa, quod in Breve deputationis consimilium Officialium non leguntur verba, importantia jurisdictionem neque in singulari, neque in plurali numero, cum quibus generalibus verbis Datarii deputari solent, quæ ampla, & generalia verba sunt basis, & fundamentum decisionis præsentis inspectionis.

Non attenta reflexione, quod ea omnia, quæ idem sublime munus Datarii concernunt, restricta sint ad me- 20 ras gratias, ut notant *Cobell. in notit. Card. cap. 35. litt. D* ibi: *Omnia, quæ sunt Gratiæ, concernunt munus, & officium Datarii, & Cardin. de Luc. in relat. Rom. Curiæ disc. 9. num. 31.*

Responsio enim in promptu est, quod scilicet, ultra ea omnia, quæ Gratias concernunt, Datarii munus, seu Officium se extendit etiam ad negotia contentiosa, & ad ea, quæ sub Jurisdictione continentur, quod non infertur ex discursibus, & conjecturis, sed claré patet ex sola lectura Brevis, & ex continuis; atque quotidianis Curialium Contradictoriis, quæ coram eodem habentur respectu Causarum civilium; Respectu verò 21 criminalium ex deputatione particularis Judicis, quæ soliti sunt in principio Datariatus eligere, & deputare; Et proinde stant benè simul, quod omnia ea, quæ sunt Gratiæ, concernant munus Datarii, cum hoc tamen, quod sub eodem munere contineantur etiam ea, quæ sunt jurisdictionis sive civilis, sive criminalis.

Quodque nullatenus implicet, ut Datarius, quamvis Minister, possit esse etiam Judex circa diversas conten- 22 tiosas inspectiones, generalibus omissis, determinavit s. m. Innoc. XII. in Constit. incipien. *Sacerdotalem, & Regiam §. Quod si præscriptæ Personæ.*

In idem tertio loco confert stringens illa reflexio facilioris punitionis delictorum, quæ committi possunt ab 23 Expeditioneriis, aliisque Datariæ Ministris, absque ulla evulgatione ejus arcanorum; Cum quanta siquidem facilitate, & cum quali secreto possit id explere Datarius adeo clarum, adeoque obvium est, ut probatione non indigeat.

E converso autem, si id practicandum esset ab aliis 24 Tribunalibus Urbis, nemo non videt necessitatem illam publicandi Regesta Datariæ, supplicationes, aliasque authenticas Scripturas ejusdem verè magni, & æqualiter præclari Tribunalis.

Nemo pariter non videt cum quanta majori circumspectione, & cautela procedere debent Expeditionerii,

alii-

aliique Ministri Datariæ, scientes illummet esse eorum Judicem, cum qun illi quotidie negotis pertractsnt, quem ve sciunt apprimè informatum esse de illis materiis circa quas falsitates committi possunt, absque ulla necessitate deputandi Peritos, & Peritiores ad cognoscendas falsitates, & falsificationes Litterarum Apostolicarum, 25 in omnibus illis modis, in quibus Litetæ Apostolicæ falsificari solent, sequentibus versis eaplicatis à Gloss. *in eap. Licèt. verb. Licèt in fine de crimin. fals.*

Forma, stylus, filum, Membrana, Litura, Sigillum
Hæc sex falsata dant scripta valere pusillum.

Ultra quod cùm circa eosdem Expeditionerios, & Ministros Datariæ Innegabilem habeat jurisdictionem 26 Datarius circa emolumenta, & alia concernentia expeditiones vigore dictæ Constitutionis sanctæ mem. Innocentii XII. quæ incipit *Sacerdotalem*, pro cujus punctuali executione initio Pontificatus sanctæ mem. Innocentii XIII. rigorosissimum emanavit Edictum Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Corradini Prodatarii, In necessariam venit consequentiam, quod ad puniendos illos, qui dictam Constitutionem punctualiter non observant, omnem habeat criminalem jurisdictionem ex regula, quod illi, cui conceditur jurisdictio, 27 dicuntur concessa omnia ea, per quæ pervenitur ad illa, de qua *Bellet. disquis. cleric. titul. de Lavor. Clericor. real. §. 5. na. 526. & Paulut. in jurisprud. fac. lib. 1. cap 6. sub nu.* a. *ù Pignatel. consult. 26. sub n. 29. vers. vulgare tom. 2.*

Omnia hæc in te clara, transire videntur in evidentiam ex subsequuta observantia, juxta quam mihi in facto supponitur, quod omissis antiquioribus casibus, nostris temporibus, tam tempore Datariatus cl. m. Card. Punciatici, quam D. Card. Sacripantis, pluries de ipsorum mandato criminaliter processum fuetit contra reos falsificationis Literarum Apostolicatum; Quodque in quadam gravi Causa à sanct. mem. Clement. XI. eidem Eminentissimo Sacripanti concessa fuerit præservatio ab irregularitate, ob dictum procedendi modum, cum illo addito, ut ad dictum effectum posset etiam perquisitiones facere in Ecclesiis, aliisque locis, Immunitate gaudentibus, quæ facultas prorsus frustanea fuisset, nisi comperiisset ulterius altera puniendi illos, qui fuissent in tali perquisitione reperti Rei, Aliss enim concessa dicerentur media, & denegatus finis, ad quem eadem 28 media directa erant, quod omnibus principiis opponitur per animadversis per *Rarbos. axiom. 144. n. 1. & seq.* affirmatis *per Rotam in Rovinen. Archipresbyteratus 12. Martii 1710. in fine coram Aldrovando*, Et demum, quod tam tempore Datariatuum eorundem, quam Eminent. Cardinalis Corradini determinatus ab ipsis fuerit specialis Judex criminalis, cum amplissima facultate procedendi in omnibus similibus Causis.

Non est enim dubium, quod competentia jurisd. comprobetur ab actibus jurisdictionalibus, in sequelam propriæ jurisdictionis exerciris, quodque observantia omnem in hac parte dubitationem tollat, etiam si intellectus contrarius de jure verior esset, magisque accomodatus verborum sensui, ut de prima conclusione videre 29 est apud *Abbat. cons. 61. part. 1. Spad. cons. 11. num. 10. tom. c. Bertazzol cons. civil. 5. nu. 4. 42. & 45. Lobal cap. 505. part. 1. tit. de jurisd. fol. 160. vers. Possessio jurisdictionis, Magget. de Advocat. armat. cap. 9. nu. 9. Mascar. de probat. conclus. 946. num. 6 &c. Beller. disquis. cleric. cit. de jurisdict. Abb. Sancti Petri de Clusa §. unico num. 6. fol 480.*

Et de secunda videre est apud *Doc. Select. interpret. cap. 177. num. 14 & b. m. Severol. impresso apud D. Piton. to. 2. discept. eccles in fin. fol. 10. num. 7. & Rot. decis. 464. num. 19. coram Bich.* cum aliis plenissimè cumulatis *in* 30 *tom. 5. part. prima discept. 3. à nu. 362. usque ad numerum 394.*

Inter quos actus observantiæ specialem meretur reflexionem potestas confiscandi bona delinquentium, quàm 31 residere apud Datarios, & ab illis in casuum contingentiis exercitam fuisse mediante confiscatione Officiorum vacabilium, testantur *Card. de Luc. de Regal. disc. 148. num. 46. & Card. Gastald. in vot. impresso in part. 14. rec. decis 536. num 24.* Quamve specificare Judicem criminalem, nullo autem modo convenire judici civili adeo no- 32 tum, adeoque notorium est, ut nulla indigeat probatione, & patet ex latè animadversis *in Instit. crim. lib. 3. tit. 6. de confisc. per tot.*

Fortiùs accedente claro titulo ita procedendi, & criminaliter processandi, innixo cubitalibus verbis Brevis, in quo in specie conceduntur Datario *Superioritates, & jurisdictiones &c.*, ut conclusionem ampliando benè ob- 33 servat *Vant. de nullit. tit. de qualitat. sentent. num. 40. fol. 251. à tergo*, & meliùs *Hieron. de Mont. de finib. cap. 78. num. 1. & 10.*

Adversus quæ non relevat reflexio, quod non adducantur multi actus ejusdem observantiæ, quodque è conver- 34 so adsint alii, in quibus non à Datario, sed ab Urbis Gubernatore, aliisque Laicis Judicibus, processum fuit contra falsificantes Literas Apostolicas.

Respectu siquidem primæ partis objecti responsio in promptu est, tum quia sumus in terminis observantiæ Inter- 35 pretativæ, quæ paucis actibus contentatur ex adductis *à Card de Luca de emphyt. disc. 28. num. 14. Bertacchin. vot. decis. 539. n. 29. & Rot. dec. 91. n. 30. coram Priolo, decis. 285. n. 3. cor. Benincasa.*

Tum quia sumus in terminis delicti falsificationis Literarum Apostolicarum quod ad terminos Constitutionum 81. Gregorii XIII. & 51. Innocentii X. de quibus *in Instit. crim. lib. 3. tit. 7. à num 21.* nedum dicitur, & est atrox, gravissimum, & summoperè detestabile, sed non reperitur in mundo crimen, quod respectu opprobrii 36 & existimationis illud superet, ut in debilioribus terminis cujuscunque falsitatis solitus erat dicere Ugolin. de Fontan. Doctor Lombsrd. sequutus à Raynald. *to. 2. obs. criminal. ad cap. 18. §. 7. num. 19.* Et proinde nil mirum si non de facili committi solet, neque propterea multi alii actus adduci possint.

Neque majoris efficaciæ est 2. pars ejusd. objecti, pro cujus eliminatione præmittendum est, quod sumus in 37 terminis delicti mixti fori, ex adductis *in instit. crim. lib. 3. tit. 6. à n. 1.* in quo cùm procedere possint tam Judex sæcularis, quàm ecclesiasticus, ut ibidem observavi *nu. 20.* nil mirum si Judex Ecclesiasticus, qualis est Datarius, non semper processit; Potuit enim præveniri à Judice Laico, & tunc, attenta præventione, nullo modo poterat procedere pro illo delicto, pro quo Judex Laicus prævenerat *cap. penult. de For. compet.* cum aliis cita- 38 tis *in instit. crim. lib. 3. tit. 1. nu. 5.* Quibus addu *Bonfin. ad Bandiment gen. rubr. 12. nu. 12.*

Minus replicetur, quod in dictis casibus processum fuerit in contumaciam reorum, qui modus procedendi non attendatur pro acquirenda jurisdict. juxta doctr. *Bald. in* 39 *usib. feud. tit. de consuet. feud. §. Sacramentum* r 1. 13. ibi *Quæro utrum acquiratur quasi possessio per Processum, factum contra penitus contumacem, & dicendum est quod non* cum aliis apud *Gimrb. cons. 95. n. 10. & Rovic. in Pragm. 2. de Jurisd. in vic. non turband. n. 22.* Hujusmodi enim Authores loquuntur in illis terminis; in quibus nullus concurrat titulus Jurisdictionis, sed istius competentia prætendatur acquiri ex solo processu contumaciali, ibi: 40 *Utrum acquiratur quasi possessio per Processum factum contra penitus contumacem*, quod in nostro casu non verificatur, dum habemus verba Brevis adeo clara, adeoque cubitalia circa competentiam jurisdictioonum, ut nil clarius adduci possit; Neque ex hac parte adducuntur dicti actus ad acquirendam quasi possessionem Jurisdictionis per Processum contra penitus contumacem, juxta terminos in quibus loquuntur Bald. aliique supra citati, sed adducuntur ad solum effectum interpretandi dictum Breve, ad quem finem supersbundant pauci actus, sive contra præsentes, sive contra absentes gesti, ex supra citatis,

Demum adversus dictam observantiam non meretur allegari exemplum in filiis Mascambruni, de quo *in Instit. crim. lib. 3. tit. 6. num. 23.* qui non à Cardinali Prodatario, sed à Locumtenente Gubernatoris Urbis in pœnam capitis condemnatus fuit, eo tempore, quo Pur- 42 puræ destinatus fuerat, ut refert *Card. de Luc. de Pensionib. disc. 60. num. 1.* & prius id observaverat *Bonfin. ad Bandiment. Urb. rubr. 12. num. 18.* multos alios similes commiseratione dignos, referens casus illustrium Personarum, quæ simile passæ fuerunt maximum infortunium, ultimoque terribilium subjectæ fuerunt.

Ultra enim alias responsiones, quæ adversus dictum exemplum adductæ fuerunt supra, videtur sufficiens reflexio

flexio illa, quod ab eodam Mascambruno Cardinalis Cecchinus, Innocentiis X. Pro-Datarius in omnibus capitibus falsificatum, pro quibus contra ipsum formabatur Processus absque tamen ulla veritate vel, verisimilitudiois umbra vocatua fuerat in Authorem idem Card. Pro--Datarius gratis ubique asserendo omnia fecisse de ipsius conseosu, & mandato, qui proinde adversus claram dispositionem *Text. in leg. 1. Cod. de quis in sua Caus. judic.* de quo *in tom 5. par. 2. discept. 15. num. 31. & 32.* noo potcrat io eadem Causa duas facera figuras, Testis nimirum, & Judicis. [43] Et propterea, ita demandaote Summo Pontifice, se restrinxit ad facieudam solam figuram qualificatissimi Testis, ut colligitur ex *Processu fol. 1302.* io quo registratur illius Epistola, scripta Gubernatori Urbis circa omnia capita falsitatum, quarum erat Reus dictus Mascambrunus.

Ex quibus usurpaudo phrasim *Decii consil. 390. in fin. Si Judex essem, ita judicarem*. [44] Prout longè post hæc scripta ita mandavit Illustris. D. N. Benedictus XIII. die 22. Februarii 1726. mdiante Chirographo sequeotis tenoris.

E D I T T O

Pietro Marcellino del Titolo di S. Giovanni ante Portam Latinam; Prete Cardinale Corradini della Santità di Nostro Signore ***BENEDETTO XIII.*** *Pro-Datario.*

PRemendo alla Santità di Nostro Signora il buon governo, e giusto regolamento della Sua Dataria Apostolica, alla quale Noi presediamo, siccome la quiete, e sicurezza degl' Officiali di essa, e di ogn'altra persona, affinche nel luogo, e luoghi di detta Dataria, e nelle sue adjacenze, come pure in ogo' altro luogo per causa, ed occasione delle materie à detta Dataria in qualsivoglia modo appartenenti non siano molestati, ed offesi, ci hà perciò incaricato d' invigilare sopra totti gl' Atti, e spedizioni, che in essa si fanno, e sopra l'osservanza degl' Editti, ed ordinazioni per lo passato emanate, e di procedere al condegno castigo contro tutti quelli, che si ritrovassero colpevoli d' alcun delitto attinente alla nostra giurisdizione Ecclesiastica. A tal'effetto doppo aver nel dì 22. del prossimo passato mese di Febraro diretto à Noi on suo Chirografo, il tenore del quale per universale notizia di tutti qui inserimo di parola, in parola, come siegue, Rever. Cardinale Corradini Pro-
,, Datario. Considerando Noi quanto convenga al buon
,, governo della nostra Dataria Apostolica, e quaoto
,, sia necessario, che li Datarj pro tempore, come quel-
,, li, che meglio d'ogo'altro Giudice sono istrutti di
,, tutto, che riguarda le materie della medesima Data-
,, ria, e che meglio degl'aitri possono venire in cognizio-
,, ne delli delitti, che circa essa si commettono, abbia-
,, no la piena potestà, e giurisdizione col mero, e misto
,, imperio in totte, e singole cause criminali concernen-
,, ti in qualsivoglia modo le spedizioni, Registri, An-
,, notamenti, ed ogn'altro Atto, che si fànno nell'Offi-
,, zio, ed Offizj di detta Dataria, e specialmente sopra
,, tutte, e singole materie comprese nella Bolla d'Inno-
,, cenzo X. *In supremo Justitiæ Throno* die 8. Aprilis
,, 1653 circa le falsità delle Lettere Apostoliche, e nell'
,, altra d'Innocenzo XII. *Sacerdotalem*: Anno Iocarna-
,, tioois Domiolcæ 1699. tertio Kalendas Februarj, e
,, degl'altri Predecessori in essa innovate, ed ampiiate
,, super datis, & promissis pro gratia, vel Justitia con-
,, sequenda, come pure sopra tutte, e singole cose con-
,, teoute nelli Bandi, o Editti publicati per lo passato da
,, voi, ò dagl'altri Pro-Datarj, ò Datarj, e special-
,, meute in quello emanato nel dì 27. Aprile 1722. so-
,, pra l'osservanza di detta Bolla d'Innocenzo XII. e cir-
,, ca quello disponesi nella medesima al §. *Et ut in posterum* con quello siegue circa le liste, e note delle spese;
,, ed onorarj per le spedizioni delle grazie, e sopra tutti,
,, e siogoli altri eccessi, e delitti di qualsivoglia specie,
,, e qualità, ancorche capitali, capitalissimi, eoormi,
,, enormissimi riguardauti in qualsivoglia modo diretta-
,, mente, ò indirettamente l'Offizio, e governo della
,, Dataria, la quiete, e sicurezza delli suoi Offiziali,
,, e l'osservanza delle ordinazioni fatte dalli Datarj pro
,, tempore, ò che venissero commessi per qualsivoglia
,, causa, e motivo da qualsisia persona dentro la Resi-
,, denza della Dataria sudetta, e nelle sue pertiuenze,
,, e specialmente da' Spedizionieri, Curiali, & ogn'
,, altra Persooa per causa, & occasione delle materie
,, apparteoeoti alla Dataria sudetta. E volendo, che
,, godiate, e liberamente esercitiate, siccome gl'altri
,, Datarj pro tempore godioo io futuro, e liberamente
,, esercitino tutta la giurisdizione criminale sudetta colla
,, pienezza della potestà, e col mero, e misto imperio tale
,, quale tiene, ed esercita, o puole esercitare un Vesco-
,, vo nella sua Diocesi, ed ogo'altro Ordinario Eccle-
,, siastico nel suo Territorio, abbiamo determinato di
,, provedere opportunameute, affinche in avvenire nes-
,, suno possa dubitare, ne mettere in questione la sodet-
,, ta potestà, e giurisdizione Criminale. Quindi è che
,, Noi aveodo avanti gl'occhi tutte, e singole facoltà,
,, potestà, e giurisdizioni all'Offizio del Datario com-
,, petenti, e tutte quelle, che per il buon servizio della
,, giustizia, e per un buon regolamento della Dataria
,, Apostolica conviene, che alli Datarj pro tempore
,, competano, ed in quanto faccia di bisogno anche si
,, concedano, dichiariamo col presente nostro Chiro-
,, grafo competere à voi, ad alii Datarj pro tempore,
,, ed in quanto faccia di bisogno à voi, od agl'altri su-
,, detti coucediamo, tutta la giurisdizione criminale
,, colla pienezza della potestà, mero, e misto impero,
,, delle quali giurisdizioni, potestà, ed impero, che
,, sono compatibili colla qualità, e carattere di Giudice
,, Ecclesiastico, quale siete, vogliamo, che possiate
,, servirvi, e quelle usare, siccome possano li Datarj
,, pro tempore parimente, come Giudici Ecclesiastici
,, servirsene, ed usare in tutte, e singole cause di sopra
,, espresse contro tutte, e singole persone anche Eccle-
,, siastiche, Regolari, e Secolari, benche fossero dell'
,, Ordine Gerosolimitano, ed altre in qualsivoglia mo-
,, do privilegiate, ed eseuti di necessità da esprimersi
,, comprese nelle citate Lettere Apostoliche d' Innocen-
,, zo X. & XII. nostri Predecessori, li tenori delle qua-
,, li abbiamo qui per espressi, come se vi fossero intie-
,, ramente inserti, communicando in oltre à voi, ed
,, alli Datarj pro tempore tutte e singole facoltà, e giu-
,, risdizioni, che ogni, e ciascun Tribunale ordinario
,, di Roma gode, ed esercita ò per concessione, ò sti-
,, le ò consuetudine, ò per qualsivoglia altro titolo, e
,, ragione tanto nel giudicare, quanto nel procedere, e
,, tanto nella parte probatoria, quanto nella parte or-
,, dinatoria del Giudizio, talmente che tutte, e singo-
,, le facoltà sudette, le quali però siano compatibili col-
,, la qualità di Giudice Ecclesiastico, niuna eccettuata,
,, debbano risiedere io voi, e nelli Datarj pro tempore,
,, come se vi fossero state individualmente concedute.
,, In oltre diamo à voi, ed alli Datarj pro tempore la
,, facoltà di deputare persona idonea da elegersi à vostro
,, arbitrio in Giudice di tutte, e singole Cause Crimi-
,, nali sudette dedotte, e da dedursi colle facoltà, che
,, à Voi ed agl'altri piacerà di conferirgli, ed affinche
,, ne Voi, ne li Datarj pro tempore siate tenuti d'osser-
,, vare quello, che nella sua Bolla della Riforma de'
,, Tribunali di questa oostra Città di Roma dispone
,, Paolo V. di fel. ricordanza nostro Predecessore nel ti-
,, tolo de Judicibus Crimioalibus Urbis, & pertinenti-
,, bus ad eos, circa il doversi deputare per l'esercizio
,, della giurisdizione uno delli Giudici ordinarj di Roma
,, concediamo à Voi, ed ad essi per l'effetto di tal de-
,, putazione l'istesse facoltà, che tiene il nostro Reve-
,, rendissimo Cardinal Camerlengo in virtù della Bolla:
,, Romanum decet Pontificem: di Gregorio XV. altro
,, nostro Predecessore emanata nell'anno dell'Incarna-
,, zione del Signore 1621. pridie nonas Maii di sceglie-
,, re, ed elegere il sogetto idoneo à suo arbitrio, le qua-
,, li facoltà abbiamo qui per espresse, come se vi fosse-
,, ro di parola in parola inserte. Volendo poi Noi in
,, quaoto faccia di bisogno, che à causa dell'esercizio
,, di tal giorisdizione criminale, quando siegua coll'ef-
,, fetto la pena di saogue, ò di mutilazione di membro
,, in caso di consegna del Reo al braccio Secolare. ser-
,, vata la forma del *cap. Novimus de verbor. significat*:
,, Non si contragga alcun canonico impedimento, pre-
,, serviamo perciò voi, ed ogn'altro, che giudicarà, ed

„ opererà nelle cause sudette, nelle quali entrasse la pena dell' ultimo supplicio, da ogni incorso d'irregolarità, dalla quale vi concediamo, ché possiate preservare anche tutti quelli, che testificaranno nelle medesime cause, ò in esse averanno qualunque ingerenza, per la quale potessero contrarre il detto canonico impedimento. Vogliamo il oltre, e decretiamo, che questo nostro Chirografo da registrarsi per gl' Atti del Notaro della Dataria Apostolica, abbia in ogni tempo il suo pieno vigore, effetto, ed esecuzione colla semplice nostra sottoscrizione, benche non sia registrato nelli Libri della nostra Camera, nè sia in alcun modo servara la forma di Pio IV. nostro Predecessore *de registrandis*, alla quale perciò per questa sol volta derogniamo, e che contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di obrezzione, ò subrezzione, mancanza della nostra volontà, ed intenzione, nè qualsivoglia difetto, benche degno di espressa, speciale, ed individua menzione, e che non si possa diversamente interpretare, ò giudicare, dichiarando nullo, ed irrito tuttociò, che da qualunque Persona in contrario scientemente, ò ignorantemente si facesse, ò si attentasse, non ostanti quanto à tutte, e singole cose premesse, che non siano state citate le persone, che vi avessero, ò potessero avere interesse, la regola della nostra Cancellaria *de Jure quæsito non tollendo*, le facoltà, e privilegi conceduti ad altri Tribunali, la nominata Bolla della riforma di Paolo V. e quella di Pio IV. *de registrandis*, ed ogn' altra, e qualunque Costituzione, ed Ordinazione Apostolica; nostra, e de nostri Predecessori, Leggi Civili, e Canoniche, Statuti, Riforme, Usi, Stili, e Consuetudini, e qualunque altra, cosa, che facesse, ò potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendo il loro tenore quì per espresso, e di parola in parola inserto per l'effetto suderto; e per questa volta sola, pienamente deroghiamo, ancorche contenessero clausule insolite derogatorie, e derogatorie di derogatorie, supplendo Noi colla pienezza della nostra, potestà à qualsivoglia difetto sostanziale, e formale, che potesse esservi, e dichiarando, che questa è la nostra certa, espressa, e determinata mente, e volontà. Dato nel nostro Palazzo Apostolico Vaticano questo dì 22. Febrato 1726. -- BENEDETTO PAPA XIII. -- ci hà commandato di procedere, come facciamo alla publicazione del presente Editto. Noi dunque per ordine espresso avuto à bocca dalla Santità Sua, premessa come sopra la publicazione del preinserto Chirografo, dichiaramo, ed ordiniamo, come in appresso.

Qualsivoglia persona di qualsivoglia stato, grado, e condizione, benche Ecclesiastica, Regolare, e Secolare, e in qualsivoglia modo privilegiata, ed esente nominata, e compresa nel detto Chirografo per qualunque causa offenderà, ò farà offendere con parole, ò con fatti alcuna persona nella nostra Residenza, e nelli Luoghi, dove sono gl'Offizj, e Ministri della Dataria Apostolica, sarà punita con pene anche corporali à nostro arbitrio avuta la considerazione alla qualità delli fatti, e delle parole.

Dichiariamo parimente d'ordine della Santità Sua avuto à bocca, che tutte, e singole pene imposte dalli bandi Generali di Roma, e del suo Distretto, contro, chi offenderà gl'Offiziali, e Ministri di Giustizia si eseguiranno, ed effettivamente imporranno contro quelli di qualsivoglia stato, grado, e condizione, come sopra, li quali offenderanno li Ministri, ed Offiziali della Dataria per causa del loro Offizio, ed in ciò pure si praticarà l'istessa regola, e proporzione delli Bandi sudetti à tenore delli quali adattabilmente alla nostra podestà, e giurisdizione, come sopra, verrà proceduto, e giudicato.

Volendosi parimente provedere alla fedele, e cauta costodia delli libri, e scritture esistenti negl' Offizj, ed Archivj, e che appartengono alla Dataria Apostolida, affinche non siano sottratte, ò rubbate, ne in qualsivoglia modo commessa in detti libri, e scritture alcuna falsità, ò alterazione della verità, nè levata alcuna carta, ò cancellata alcuna partita, dichiaramo d'ordine della Santità Sua, che contro qualsivoglia persona anche Ecclesiastica, e di qualunque stato, e grado, come sopra, che ardirà di commettere alcuna di dette, ò simili azzioni, si procederà all'esecuzione effettiva delle pene adattabili, come sopra, imposte nelli suoi respettivi casi dalla ragione commune, e dalle Bolle Apostoliche, e specialmente da quella d' Innocenzo X. di sa. mem. *In supremo Justitiæ Throno*, enunciata nel preinserto Chirografo di Nostro Signore, siccome dalli Bandi generali di Roma, tanto sopra le falsità, quanto sopra li furti delle scritture, che si commettono dagl' Atti, ed Offizj publici. 28

Averta per tanto ognuno di non contravenire ad alcuna delle cose contenute nel presente Editto, poiche si procederà contro di essi onninamente all' esecuzione delle pene, senza ammetergli scusa veruna, dichiarandosi, che con queste pene, le quali sono state, quì stabilite, non s'intende derogato à quelle maggiori, che sono convenienti alla nostra giurisdizione Ecclesiastica, e che dalli sudetti Bandi generali, ò da altre leggi fossero state imposte, ò per ragione del luogo del commesso delitto, ò per altre circostanze, notificando à tutti, che Noi coll' uso della nostra podestà di Giudice Ecclesiastico ci prevaleremo tanto nel procedere, quanto nel giudicare di tutte, e singole facoltà à Noi competenti, e concedute col mezzo del detto Chirografo dalla Santità di Nostro Signore contro tutte, e singole persone anche Ecclesiastiche, Regolari, e Secolari, e in qualsivoglia modo privilegiate, ed esenti, come sopra, e come più amplamente si dispone col detto Chirografo Pontificio. 29 30

Vogliamo, che il presente Editto publicato, che sia in Roma alla porta della nostra Residenza, in Campo di Fiore, e negl' altri Luoghi soliti, e consueti oblighi, ed astringa subito li Contraventori, come sopra dentro di Roma, come se gli fosse stato personalmente intimato, e quindici giorni doppo detta publicazione, astringa ed oblighi per lo Stato Ecclesiastico ciascuno in ogni, e qualunque Città, Terra, e Castello, loro Territorio, e Ville immediatamente, e mediatamente sottoposti alla Santa Sede, come se in ciascun di detti Luoghi fosse stato solennemente publicato. Dato dalla Dataria Apostolica questo dì 3. Aprile 1709. 31

P. Card. Corradini Prodatario di N. S.

Antonio Petrucci Segr. di Cam. e della Dataria Apostolica.

Die Lunæ 15. Aprilis 1726. præsens Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Residentiæ Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Prodatarii, in Acie Campi Floræ, aliisque Locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Baldi Apost. Curs.

Nicolaus Cappellus Mag. Curs.

DISCEPTATIO III.

Pisana celebrationis Missarum.

PRO

Ecclesia Ritus Græci Liburni.

ARGUMENTUM.

Latè comprobatur Ritus, inter Græcos vigens, unica Defunctorum Missa pluribus satisfaciendi obligationibus, ex verisimili voluntate eleemosynam offerentium, attenta immemorabili consuetudine eorundem Græcorum, unicam Missam qualibet die celebrandi in eorum Ecclesiis, licèt plures in illis reperiantur Sacerdotes.

ANno proximè elapso 1724. requisitur de meo sensu, an Sacerdotes Græci, moram facientes in maximo Oppido Liburni, continuare possent in eorum antiquissimo Ritu, juxta quam mediante unica Missa, quotidiè celebranda in unico Altare eorum Ecclesiæ, satisfacere possent omnibus obligationibus, à piis Benefactoribus eis injunctis, credidi, id esse eis permissum, rationi- a

xionibus, adductis in meo Discursu, qui hodiè reperitur impressus in *Tom. 5. part. 2. discept 9. per tot.*

Verùm, quia in eadem Scriptura non probavi, sed solum suppofui pro indubitato inter Græcos vigere eadem antiquissima observantia, eundemque æqualiter antiquissimum Ritum, approbatum à s. m. Leon. X. in ejus Constitutione emanata die 18. Maii 1521. quæ incipit, *Accepimus*, per extensum impressa apud *Isaaciam Habreptum Episc. Vabrense* in princ. Libri, cui titulus *Pontificale Græcorum* ibi: *Et insuper cùm in Parochialibus Ecclesiis ipsorum Græcorum ex antiquissimo, & hactenus observato Ritu, non nisi semel in die per unum Sacerdotem celebrari liceat.* 2

Hodiè idem Ritus, ejusque punctualis, & uniformis observantia, non solùm apud Græcos, sed etiam Sorianos, Jacobitas, Nestorianos, omnesque alias Christianas Nationes Orientis, superlativè probatur à nube qualificatorum Testium, de illa cum juramento uniformiter testantium, nempè à Josepho Simoneo Alemano, Vaticanæ Basilicæ Beneficiato, linguarumque Siriacæ, & Arabicæ in Vaticana Bibliotheca Scriptore, cum juramento asserente; *Che non solamente appresso i Greci, ma ancora appresso i Soriani, si Giacobiti, che Nestoriani, & anche appresso gli Armeni, e Lopti, o Egizzj, ed universalmente appresso tutte le Nazioni Cristiane di Levante, è stato sempre, ed è attualmente costume ab immemorabili di dirsi una sola Messa il giorno per Chiesa, benche vi siano più Sacerdoti, e più Altari. E ciò è notorio a tutti i Cristiani di ciascheduna delle sudette Nazioni respettivamente, di modoche tanto i Sacerdoti intendono di soddisfare con quella sola Messa a tutte le limosine, assegnate per quella giornata, come i Secolari, i quali in vita, o doppo morte lasciano delle limosine per giorni determinati, non pretendono altro, se non che si faccia special commemorazione di essi, senza però escluderne gli altri, che possono concorrere nella medesima Messa. Il che, oltre l'essere Rito antichissimo, e notorio a tutti, si prova chiaramente da i Diptichi Siriaci originali della Chiesa di Aleppo, che si conservano nella Bibliotheca Pontificia Vaticana &c.* 3

Cum quo concordant Archiepiscopus Mili Dionysius Modinò, & Archiepiscopus Seleuciæ Macarius Musachia, & Apostolus Mischo, Linguæ Græcæ in Vaticana Bibliotheca Scriptor, & Sacræ Congregationis circa Librorum Ecclesiasticorum Græcorum correctionem, Consultor, asserentes; *Che coerentemente alla Bolla della s. m. di Leone X. &c. è Rito immemorabile, e notorio nella Chiesa Greca di celebrarsi nelle loro Parrocchiali una sola Messa il giorno nell'Altare di dette loro Chiese, benche ne' Luoghi, dove le medeme sono edificate, vi fossero molti Sacerdoti.* 4

Attestiamo di più col medemo giuramento, essere questo Rito talmente notorio tra Greci, che non vi è Persona tra medemi, che non ne abbia perfetta cognizione, a segno tale, che non è possibile che non fosse, e non sia noto a pii Benefattori, & a quelli Testatori, che anno lasciati li loro beni alle Chiese del Rito Greco, o per via de Testamenti, e di Legati con obbligo di celebrazione di molte Messe. 5

Attestiamo ancora esservi di più altro antichissimo Rito tra medemi Greci, di farsi solenne Commemorazione per li Defonti, due Sabbati dell'anno, cioè il Sabbato della Sessagesima, & il Sabbato di Pentecoste, ne' quali Sabbati sono soliti li Parrocchiani di dare l'elemosina d'una Messa per ognuno, alle quali tutte si soddisfa con la sola Messa, che si celebra in detti giorni. 6

Di più è parimente antichissimo solito di celebrarsi quaranta Messe per li Defonti, che si chiamano communemente Quadragies Missarum pro Defunctis, *spiegato dal du Fresne nel Libro intitolato* Glossarium mediæ, & infimæ Græcitatis, *nelle quali quaranta Messe tutti quelli, che vi desiderano la commemorazione per li loro Defonti, sono soliti d'offerirvi Elemosina assai copiosa di quattro, cinque, sei, dieci, e più scudi a segno tale, che il Vescovo, o Sacerdote, che le celebra, viene delle volte ad avere per dette quaranta Messe l'elemosina di quattro, o cinquecento scudi, a proporzione della grandezza de Luoghi dove si celebrano, e della ricchezza de Cittadini. Dalche ne resta chiaro, che tra Greci non si prattica quella limitata, e ristretta Elemosina per la Celebrazione delle Messe, come si prattica tra Latini. Il che sappiamo di certa scienza per averlo pratticato Noi medesimi, per essere ciò notorio tra Greci, e per averlo inteso da nostri maggiori, quali asserivano parimente averlo ancora essi sempre sentito da loro Antenati; E se fosse diversamente noi indubitatamente lo sapressimo. In fede di che abbiamo sottoscritta la presente di nostre proprie mani &c.* 7

Concordant pariter tres alii qualificati Testes, Sacerdotali dignitate constituti, nempe Benedictus Moscopulo, & Spiridion Crassan, Cappellani Ecclesiæ S. Georgei Civitatis Venetiarum, & Georgeus Patussa, Magister Collegii Græcorum ejusdem Civitatis, per eadem ferè numero verba dictorum aliorum trium Testium eandem veritatem comprobantes, & terminantes eorum juratam Attestationem sapientibus verbis, optimam scientiæ causam comprobantibus; *Il che sappiamo di certa scienza, per averlo pratticato Noi medesimi, per averlo visto pratticare dagl' altri, per esser ciò notorio tra Greci, e per averlo inteso da nostri Maggiori.* Testes autem de facto proprio deponentes, & optimam scientiæ Causam adducentes, perfectissimè probant, ut de prima Conclusione videre est apud *Surd. consil. 12. num. 33. & Rot. coram Othobon. decis. 200. n. 4. & cor. Priol. decis. 197. nu. 18.* Et de secunda *Gratian. discept. 755. n. 40 & 41. & Rot. cor. Benincas. decis. 53 n. 6.*

8 Concordant demum triginta alii qualificati Testes cum juramento attestantes, *qualmente a Sacerdoti nostri di Rito Greco è permesso di prendere più di una carità nella Celebrazione delle Messe, e di supplire con un solo Sacrificio a più elemosine; E ciò attestiamo per la perfetta cognizione, che abbiamo di quello, continuamente si prattica nelle Chiese de Paesi nostri in quelle di Constantinopoli, di Smirne, e di tutta la Grecia.* 9

Magna autem fides danda videtur eisdem Testibus, non solùm, quia de illis verificantur ea, quæ scripta de seipso reliquit *S. Joan. Epist. 1. in principio* ibi: *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt testamur, & annunciamus.* 10

Sed etiam habendo præ oculis illorum qualitatem Episcopalem, & Sacerdotalem, nec non considerando illorum magnum numerum, & diversam Personarum professionem, & qualitatem, & demum, quod illorum depositio nullum apta est eis commodum afferre, quia iidem Testes nullum omnino habeat interesse cum Ecclesia, Græcorum, existente in Maximo Oppido Liburni. 11

Ut considerando nobilem qualitatem Testium habemus textum *in can. nobilissimis 97. distinct.* ibi. *Nos tamen ejus gravitatem, & eloquutorum illius veridicas cognoscentes assertiones*, cum aliis concordantibus apud *Rotam decis. dec. 378. nu. 13. coram Celso, & dec. 401. num. 9. coram Emer. jun. & dec. 83. nu. 26. coram Ansald. & in Romana Hæreditatis 1. Februarii 1713. §. Hæc testamentaria cor. ev. Crispo.* 12

Et considerando qualitatem Sacerdotalem in textibus *Rot. decis. 348. num. 20. & 22. coram Peuting. & dec. 384. nu. 4. coram Priolo, & dec. 378. nu. 11. par. 17. & decis. 269. nu. 8. par. 19. rec. & in Cajetann Matrimonii 28. Junii 1683. §. 5. coram Card. Matthæjo.* 13

Et considerando magnum Testium numerum, egregiè *Gloss. in leg. Testium fides verb. numerus ff. de testib. Rot. in Pamphilonen. præemin. 27. Junii 1701. §. & in omnem coram Olmo, & in Beneventana nullitatis testam. 5. Julii 1712. §. aud relevante coram Rev. Crispo.* 14

Et considerando diversam testium qualitatem, & professionem *Rota decis. 135. n. 7. coram Merlin. & 408. nu. 10. coram Priolo, & dec. 1251. nu. 7. coram Emer. jun. & decis. 11. nu. 13. par. 18. rec. & in Romana, seu Albanen. Bonorum 29. April. 1686. §. Et sanè coram Rondin. & in Forosempronien. Testam. 5. Decemb. 1698. §. Minusque cor. cl. mem. Caprara.* 15

Et considerando, quod eorundem Testium depositio nullum eis apta est commodum, vel utilitatem afferre, *Roland. cons. 38. nu. 38. & 39. lib. 1.* ubi quod hoc patet ratione naturali, quia absque utilitate nemo operari solet, *Vermigliol cons. 192. nu. 2. Conciol. alleg. criminal. verb. falsum resol. 6. num 2. & 3.* ubi quod nec etiam omne lucrum ad hunc effectum attenditur, sed debet esse magnum, & considerabile *Rot. decis. 17. num. 10. apud Merlin. de pignor. & decis. 787. num. 23. par. 18. rec. & in Forosempronien. Testament. 4. Martii 1697. §. Respectu coram Card. Capras.* ubi quod in his terminis omnis cessat suspicio, quando 16 17 18

B 2 lucrum

lucrum deficit, *& 11. Decembris ejusdem anni 1697. §. Et alterum coram Ansald.* ubi quòd in his circumstantiis non potest excogitari majus argumentum, exclusivum falsitatis, quàm non lucrum illius, qui prætenditur falsum deposuisse.

Et demum ultim considerando omnes prædictas Testium qualitates, favore Cleri Ritus Græci Civitatis Kelmen, firmavit *Rot. decis. 32. nu. 3. coram Emer. jun. & generaliter in dec. 262. nu. 13. & 14. coram eodem.*

Ex quibus, posita dicta existentia Ritus Ecclesiæ Græcæ, nec non probata antiquissima, & immemorabili observantia ejusdem Ritus, qui servandus est, ex quo non tangit materiam Fidei, juxta resolutionem Congregationis particularis 3. Junii 1631. quam refert, & sequitur *Nicol. in Flosc. rub Græci nu. 6.* non videtur in hac parte aliquid innovandum; Nimis enim durum est ea immutare, quæ longo temporis cursu servata sunt, sunt verba *Rot. decis. 212. num. 3. & 4. part. 17. rec.*

Eo autem magis omnia hæc procedere videntur, attentis duobus aliis Ritibus, inter Græcos æquè notoriis, ac immemorabilibus, primo nempe faciendi generalem Defunctorum commemorationem bis in annu, hoc est *il Sabbato della Sessagesima, & il Sabbato di Pentecoste, ne quali Sabbati sono soliti li Parochiali di dare l' elemosina di una Messa per ogn' uno, alle quali tutte si sodisfa con la sola Messa, che si celebra in detti giorni.* Secundo verò *di celebrarsi quaranta Messe per li Defonti, che si chiamano communemente* Quadragies Missarum pro Defunctis &c. *nelle quali quaranta Messe tutti quelli, che vi desiderano la Commemorazione per li loro Defonti sono soliti di offerirvi elemosina assai copiosa, &c.* Ex quibus Ritibus videtur ad hominem comprobari solitum in Ecclesia Græca, mediante unica Missa pluribus obligationibus satisfaciendi, quod solitum inter ipsos notorium, continuandum videtur ex adductis *in decis. 1855. n. 33. coram Covin.*

DISCEPTATIO IV.

Montis Alti Sponsalium.

PRO

Hyacinthio Saccono.

CUM

Laurentio Viclo.

ARGUMENTUM.

Sponsalia malis artibus extorta, exequenda non sunt, sed illis non attentis, potest Sponsa Matrimonium ad sui libitum cum alio Viro contrahere.

Ante demonstrationem nullitatis, & insubsistentiæ prætensorum contrariorum Sponsalium præmitto cum *Brouver. de jur. connub. lib. 1. tit. de sponsal dol. contract cap. 19. nu. 1. & 2. fol. mihi 176. Quod sanctissima Matrimonii societas amore, & benevolentia coire debet, non arte, & dolo &c. Absit itaque omnis fallacia, calliditas, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendam parata, nisi quis velit, restituta in integrum per Prætorem parte altera, prædam, quam venabatur, ereptam sibi eam dedecore deplorare; Nam sicut in amore, & ambiendis Puellis candidè, & sincerè agere laurum meretur, & laudem, ita fallere, & candoris oblivisci ignominiam, & pœnam, & nu. 4.* ibi. *Nec mutat &c. dummodo fraus, dolusque latet venerit, &c. & in cap. 20. num. 55. fol. 186.* ibi. *Omnis captiosa obscuritas &c. absit, in quo, quam maximè exuberare bona fides debet, & cogitare quemlibet oportet, non esse operosam gloriam fallere credentem Puellam, cujus simplicitas potius digna favore fuit &c. nec cui sua calliditas prosit, & alteri sua simplicitas obsit.*

Hoc præmisso, sicuti negari non potest, sponsalia favore Hyacinthi Sacconi fuisse contracta non solùm cum plena libertate, & libera voluntate Sponsæ, & cum omnium Consanguineorum consensu, & cum illis præviis operationibus, cum quibus ad similes actus deveniri solet, ita è converso malæ artes, cum quibus à Laurentio extortus fuit consensus Sponsæ, æquè innegabilis est.

Probatur communis Consanguineorum consensus, & laudabilis candor, cum quo à Sponsa contracta fuerunt nostra sponsalia ex sola lectura Capitulorum Matrimonialium, de quibus in summ. Cum enim in illis verificetur mutuus consensus, & reciproca promissio utriusq; Sponsi, contemporanea subscriptione communium consanguineorum roborata, nihil aliud ad validitatem eorundem Sponsalium desideratur ad *tent. in can. Sufficiat 27. quæst. 2.* cum concordantibus sequutis *à Sanchez de Matrim. lib. 1. disput. 5. nu. 1. & Rot. decis. 267. num. 7. par. 18. rec.*

Fortiùs quia in eorundem comprobationem accedit triplex ratificatio Sponsæ, prima sub die 2. Januarii, & secunda sub die 14. Maii anni 1723. & demum tertia per Instrumentum publicum coram Vicario Generali Curiæ Episcopalis Montis Alti. Hujusmodi enim æquè spontanea, ac triplicata ratificatio eorundem sponsalium, sicuti nullum relinquit dubitationi locum circa illorum existentiam, & spontaneitatem, excludendo falsum suppositum prætensæ ex adverso subornationis, ita viam apperit illorum effectuationi, mediante matrimonio, cum Saccono contrahendo, juxta animadversa per Rotam *in Camerinen. Sponsalium 12. Junii 1711. §. Motivum cor. cl. me. Card. Priolo.*

Majori claritate probantur malæ artes, cum quibus Innocens Sponsa decepta fuit ad se subscribendum foliis illis, quæ ei transmissa fuerunt; Illæ enim concludentissimè probantur ex concordi depositione multorum qualificatorum testium, quorum depositiones exhibitæ fuerunt *in sum 7.* cum quibus concordat Episcopus, ibi. *Quid quid fuerit de modis, & artibus, ex parte V. practicatis ad inducendam, vel seducendam Puellam, mihi nunquam laudatis;* Quibus attentis nulla omnino difficultas in hac parte remanere videtur, ut considerando concordem Testium depositionem observant citati *in decis. 59. nu. 3 coram Martin. Andr. & decis. 39. nu. 2. cor Peuting.* Et considerando fidem, quæ dari solet similibus Episcoporum relationibus, notant adducti *in dec. 685. nu. 9. cor. Cerr. & decis. 14. num. 17. cor. Ansald. & decis. 460. num. 9. & 10. part. 18. rec.*

Et tamen intra evidentiæ fines ulterius ponuntur, ex illa æquè innegabili, ac potentissima facti circumstantia, quod prætendente Laurentio, causam dictarum machinationum, seductionum, & malarum artium, exadverso adhibitarum ad extorquendum Sponsæ consensum, uti innixa, & connexa cum depositionibus aliquorum affectatorum testium contrariorum circa conclusionem Sponsalium cum Laurentio, non spectare ad Judicem criminalem, sed ad Judicem civilem, Causa acriter exadverso instaurata, & cum majori calore promota, tam coram Signaturæ Justitiæ Præfecto, quàm coram Auditore Sanctissimi semper succubuit, & Causa ab utroque Judice remissa fuit ad Judicem Criminalem.

Quæ remissio eò majorem meretur reflexionem, quò decretum ejusdem remissionis non fuit obtentum in calore tumultuariæ audientiæ, sed post maturam Causæ cognitionem, & quod magis est, postquam ad dictum effectum originalis Processus transmissus fuerat ad Urbem & fidelibus oculis sapientissimorum Judicantium subjectus, ut ex adverso negari non potest, & observat Episcopus in dicta ejus relatione, ibi: *Illud tamen post longa dissidia constat; Eminentissimum Cardinalem Scottum, viso, ac rimato etiam priùs originali Processu, quem ipse pro suis, quibus pollet prudentiæ, doctrina, ac mentis altitudine priùs inspicere, & considerare, mihique idcirco, ut E. S. transmitterem, demandari dignatus fuerat, declarasse sub die 2. Augusti, Causam spectare ad Judicem criminalem id, quod R. P. D Auditor Sanctissimi iteratò sub diebus 22. Augusti, & 3. Septembris probavit.*

Hujusmodi autem remissionem ad Judicem criminalem, esse æqualiter urgens, ac validum argumentum malarum artium, & seductionum, cum quibus Puellæ consensus extortus fuit, in nostris præcisis terminis observat egregiè *Card. de Luc. de Matrim. disc. 6. nu. 21.* ad rem, advertendo, quod si abfuissent dictæ seductiones, & malæ artes, nullatenus adesset locus criminalitatibus ut patet ad sensum, asserens, hoc esse adeo certum, &

ludu-

indubitatom, ut non possit captivari Intellectus in diversum seusum.

Et habemus in hac parte punctualem resolutiunem hujus Sacræ Congregationis *in Senogallien. Sponsalium prima Septembris* 1714. in qua hæc Sacra Congregatio, partibus acerrimè insurmantibus, respondit non esse locum executioni illorum Spousalium, quæ alia iucauta Puella contraxerat importunis suasiunibus Ancillæ *la quale andava innanzi, & indietro per guardare se veniva il Signor Padre* eo tempore quo Filia se subscribebat Folio, eidem à Sponsu transmisso, juxta præcisos terminos nostri casus, in quo *il Feglio fa sottoscritto da detta Signora Maddalena Teresa in una stanza di sotto, acciò non se ne fosse accorta la Signora Antonia*, quæ erat ejus Avia, juxta præcisa verba Testis *data in summ.* 11 ut videre est *in tom. 1. par. 1. discept. 19. à nu. 42. usque ad finem*, & signanter *aum.* 89.

Omniumque prædictorum illa eummuniter assignari solet à Docturibus bona ratio, & stringens congrueutia quod Sponsalia similibus artibus extorta, dicuntur carere consensu Decepri, & cousequenter nullam merentur 12 executinnem, ut cumulatis concordantibus, observat per hæe numero verba communis iu matrimonii materia magister *Sanch. de Matr. lib. 1. disp. 64. n. 6.* cum aliis concordantibus, citatis *ind. tom. 1. par. 1. discept. 18. nu. 47.*

Adversus quem non merentur attendi affectatæ fides, exadversu ultimo loco, Deus scit, quibus artibus extortæ, & in Secretaria exhibitæ ad probandum, quod spon-13 salia cum Laurentiu, neduni suerint liberè contracta à Magdalena, sed ulterius cum æquali libertate, & sponraneitate conclusa ab ejus Genitoribus.

14 Multipliciter enim prorsus insubsistens demonstratur dictus contrarius prætextus.

Et primò ex tarditate illius allegationis dum nonnisi 14 paucis ab his diebus allegatus fuit ad *text. in l. si quis fortè §. 1. ff. de pœnis*, quem sequuntur adducti à *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt 91. nu 8. & Rota dec. 223. nu. 16.* 15 *cor. Royas & dec. 59. nu. 9. par. 13. rec.*

Secundò quia cuntrarii Testes sunt illimet, qui criminaliter processati fuerunt, uti complices malarum artium 16 & seductiunum, quibus mediantibus decepta fuit Sponsa ad consentiendum sponsalibus, exadverso procuratis, ut justificamus *in Summario*.

Si autem in *texta in can. Constituimus 3. quæst. 5.* quem 17 sequitur *Rota in Avenionen. Successionis 5. Junii 1676. §. Minus cor. Bourlemon.* funesta vocatur vox illius Testis, qui in aliis causis fuit criminaliter processatus, nonne funestissima dicenda erit in nostro casu vox eorundem contrariorum Testium, dum illi uti compliees processati fuerunt in Causa, de qua disputamus, & in qua proinde illorum affectatæ depositiones non solùm procedunt à 18 principio insectu, sed tendunt ad excusandas proprias dolusas, & punibiles uperatiunes, juxta ea, quæ notant adducti *in dec. 425 nu. 13 coram Priol. & dec. 180. nu 9. par. 16. rec. & in Baren. Sponsalium 26. Junii 1711. § Consist. & seqq. cor. Lanzetta.*

Tertiò, quia dicti affectati Testes supponunt sponsalia, de quibus est quæstio, suisse perfecta, & couclusa etiam mediante scriptura cum Geniruribus Sponsæ ibi. *Che già v'erano fatti li Capitoli Matrimoniali*, & tamen eadem prætensa Scriptura nullatenùs exhibetur; Signum evidens, quod illa nunquam fuit in rerum natura, & con-19 sequenter nulla ratiu de illa haberi potest, ex adductis in *dec. 68. nu. 4. cor. Ansald. & in Romana Immissionis super expensis 7. Decembris 1705. in fine coram eodem.* Cùmque ausi non fuerint asserere, illa cunclusa fuisse à Sponsa, sed sulùm affirmaverint, illa fuisse contracta ab eorum Genitoribus, isti non poterant sine proprio consensu Sponsam obligare, ex firmatis per *Rotam in Firmana Sponsa-20 lium 26. Junii 1716. §. In proposito cor. Crispo, & in Firmana Sponsalium 19. Februarii 1720 §. Cum enim coram eodem* ibi -- *Sicuti en causa absentiæ Mulieris coalescere, & conjungi non poterit mutuus ille, ac reciprocus contrahentium consensus, qui propriè constituit Sponsalium substantiam, ut per textum &c. tradunt Sanchez &c. Adeout nec suppleri quidem possit à Parentibus &c. ita consequens est, nullum inter dictas Personas fuisse contractam Sponsalium vinculum &c.*

Quartò, quia dicti affectati Testes non sunt inter se contestes, sed omues in eorum dicto singulares, in qui-21 bus terminis sponsalia nunquam probata dicuutur ex ad-

ductis per *Rot. in Gadicen. Sponsalium 21. Aprilis 1694. §. Ad hanc coram Ursino* ibi -- *Patitur difficultates &c. in dicto ob singularitatem, quibus stantibus parvipendenda est in hac materia, quæ etsi per Testes probari valeant, requiruntur tamen duo adminùs, de acta contestes, prout exigitur in aliis speciebus probatoriis, at ad propositum tradit Rot. coram Merlin. dec. 170. nu. 3. & dec 214 nu. 14 & dec. 244. nu. 15. part. 6. rec. &c. confirmata die 5. Julii ejusdem anni §. In præsenti autem coram eodem.*

Quintò tandem, quia umnes prædicti affectati Testes, deponeutes ferè per eadem numero verba, conantur probare verum paradoxum, asserentes, Genitores Sponsæ devenisse etiam ad effectivum Matrimunii cuntractum, respectu eorum filiæ, juxta verba illa *Collocarono in Matrimonio la Signora Zita Madalena Teresa loro figlia col Signor Dottor Lorenzo*, & ibi -- *Fu dalli medemi* (hoc est à Genitoribus Sponsæ) *collocata in Matrimonio la Signora Zita Madalena Teresa loro figlia al Dottor Lorenzo*: Quæ verba, ut de se patet, non sponsalia, sed verum Matrimouium iudicant, quod neque etiam exadversu prætendirur; Et pruptetea dicti affectati Testes, qui cunati sunt nimis 22 probare, nihil probant. *Rota dec. 1250. à num. 5. coram Coccin. & dec. 39. num. 2. coram Peutiag.*

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo, ultra multas alias exceptiones, quas patiuntur in Persunis, circa di-23 ctum non concluduut contemporaneum consensum Sponsæ, sine quo nunquam probata dicuntur sponsalia, ut, præter supra adductus, observant citati in *decis. 163. num. 10. & 11. part 9. rec & in Gadicen. Sponsalium 21. Aprilis 1694. § Videbatur, & seq. & 5. Julii ejusdem anni §. Cum namque coram Ursino, & in Lunen. Sarzanen. Sponsalium 28. Junii 1694. §. In proposito coram Pio.*

Non omittentes rogare, quod Laurentius continuando rubricam subscriptionis Foliorum in albo, cum quibus Innocentem Puellam decepit, non dubitavit id etiam practicare coram hoc Sacrusancto Consessu, coram quo serena frunte in Secretaria exhibuit quandam Attestationem Timothei Natalis, quæ nun solum falsa dignuscitur ex defectuosa subscriptione ejusdem partialis Testis, una vice se subscribentis sine, & alia cum proprio cognomine, sed oculariter altetata apparet in corpore; Cum enim ante finem ejusdem Attestationis, in albo subscriptæ adesset majus spatium, ac essent verba, quæ apponi debebant ante subscriptiunem dicti Testis, fuit alteratus antecedens scribendi modus, & ad replendum album fuit largu modo extensus caracter, quæ omuia ictu oculi apparent ex sola, & simplici lectura ejusdem Attestationis 24 talemque scribendi modum esse univocum argumentum, & efficacem coujecturam detegendi falsitatem, observat *Rot. decis. 144. num. 12. cor. Priolo.*

Quud supplicamus præoculis habere ad tollendam fidem aliis contrariis testibus, in extensione quorum depo-25 sitionum cum majori cautela exadversu processum fuit, juxta animadversa per *Rot. Aven. dec. 33. n. 1. & 2.* ubi refert & sequitur vulgatum illud Virgilii *Crimine ab uno Disce omnes*, & concordant *Guazzin. ad defens. Reor. defens. 28. c. 13. num. 17.* ubi quod in his materiis, qui in uno delin-26 quit, factus est omnium reus, juxta dictum B. Jacobi Apostuli, & *Rot. dec. 169. num. 7. part. 16. & dec. 514. nu. 11. part. 18. recent.* ubi quod id procedit in odium Partis, similia illegaliter procurantis, & ob præsumptum similem operandi modum cum aliis testibus ab ipsa adductis.

Neque immunis est à simili præsumptione insolitus il-27 le modus, quem Laurentius tenuit in occultando suam prætensam ratificationem sponsalium, quem ejus Pater se obligavit obtinere intra terminum quindecim dierum: *Et in oltre ratificherà il presente Foglio nel termine di giorni quindeci.*

Licèt enim eadem ratificatio sequuta appareat intra dictum terminum 15. dierum, Deus scit, an cùm, vel sine antidata, hoc unum est indubitatum, quod illa nonnisi nudius tertius lucem aspexit, & quod magis est, ne-28 que etiam exhibita fuit in criminali judicio inter Partes acriter agitato, ex quo innegabili facto, duo resoltant.

Primùm, quod illa habenda sit perindè ac si facta 29 non fuisset, juxta regulam *Text. in l. Duo sunt, ff. de testamentaria tutela*, quem sequuntur *Surd. decis. 149. num. 2. Ricciul. de Neoph. cap. 7. nu. 5. & Rot. dec. 167. num. 35. part. 1. recent.*

Secundùm verò, quod Puella, uti existens in bona fide, quod eadem ratificatio facta non fuisset, nullum habebat ostaculum deveniendi ad contractum Sponsalium cum 30 Saccono, quorum effectuatio tardari hodiè non potest ex d pretenta ratificatione, vel facta sub antidata, vel uti ab N. N. non habita tanquam legali, & obligatoria, ex quo illam nunquam exhibuit, nec exhiberi curavit.

Et forsan non divinativè dicere possumus, quod Pater N. N. ideò non exibuit dictam ratificationem in Judicio Criminali, quia voluit præservare eundem Filium ab omni pœna, & criminalitate, ostendendo, ipsum non fuisse participem illius illegalis modi, cum quo deventum fuerat ad confectionem Capitulorum Matri- 31 monialium, hoc modo stando, ut vulgò dici solet *à Cavallo al fosso*, quod improbat *Rota in Romana, seu Mexicana Depositi 27. Novembris 1705. §. Et quoad expensas cor. Ansaldo*.

Hoc videtur superabundare, & tamen extra causæ necessitatem, & ad solius materiæ ornatum subdimus, quod supponendo etiam per falsissimam hypothesim, quod concludenter constaret de Sponsalibus cum N. N. Quod illa extorta non fuissent malis artibus, & subdolis persuasionibus, Quodque non constaret de posterioribus legitimis Sponsalibus Hieronymi, commendabili eandem contractis, adhuc nunquam esset locus executioni favore N. N. attenta qualitate sexus, respectu Sponsæ, 32 ut in nostris terminis egregiè materiam distinguendo firmavit *Sac. Rota in Albanen. Sponsalium 15. Decembris 1710. §. Observarunt coram Ansaldo*, confirmata die 24 *Julii 1711. coram Card. Scotto*, quæ in hac materia sunt magistrales, & cum quibus processit postea eadem *Rota in Vicen. Sponsalium 17. Junii 1715. in fine coram Crispo*, ibi: *Verùm DD. licèt crediderint, inter Franciscum de Homs, & Franciscam Bronam Sponsalia esse contracta, tamen illorum vigore Franciscam ad contrahendum matrimonium cogendam, non esse censuerunt; Cùm enim agatur de muliere, detrectante matrimonium contrahere, in his terminis locum non habet censura Text. in cap. Ex literis de Sponsalibus, qui de Masculo, renuente adimplere Sponsalia loquitur, sed quidem procedi debet cum dispositione alterius Text. in cap. Requisivit de Sponsal. ubi disponitur, quod Mulier, Sponsalia adimplere detrectans, non sit cogenda, sed monenda, & optimè distinguit Rota in Albanen. Sponsalium 15. Septembris 1710. § Observarunt coram R. P. D. Ansaldo &c.*

Fortiùs, quia Francisca per publicum Instrumentum eorum Notario medio Juramento fuit protestata, se nunquam Matrimonium cum Francisco contracturam quamvis pœnis spiritualibus, & temporalibus ad illud adiugeretur juxta terminos nostri casus, ex adductis in Summ. *Hinc igitur eò minus juris remedia pro coactione decent, tanquam* 33 *nihil profutura*, Sunt verba ejusdem *Sac. Rotæ decis. in dicta Vicen. Sponsalium coram Crispo*; & concordant alii, sequuti ab eadem *Rota in Alben. Sponsalium super Censuris 15. Decembris 1710. §. Potissimè coram. Ansaldo*.

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo Sponsa non movetur ad negandum suum consensum sine juridica, & legali causa, quarum multæ in præsenti concurrunt, & prima desumitur ex criminali judicio inter Partes in- 34 structo; *Illud enim*) sunt verba *Rotæ in magistrali decisione Comen Sponsalium 10 Junii 1705. §. Concurrente coram Molines*) *sicuti animorum exacerbationem inducit, ita justam præbet causam dissolvendi Sponsalia; Quando enim ex odio, præcedenter nato inter ipsos Sponsos, eorumque Consanguineos, probabiliter timeri potest, quod subsequens coactum matrimonium potius malum, & infelicem, quàm bonum exitum sortiri debeat, etiam si revera præcesserint Sponsalia, pia Mater Ecclesia, ut majus evitetur malum, se abstinere solet à coactione*; Et concordant adducti *in Pampilonen. Sponsalium 7. Februarii 1718. §. Se constanti coram Herrera*, ubi sequitur resolutionem hujus Sac. Cong. *in dicta Bononien. seu Parmen. Sponsalium 15. Junii 1700.* quæ in hac materia est magistralis, illamque sequitur pariter *Pitonius disc. Eccl. 32. num. 26.* ea viva ratione, quia malum majus est, Sponsam ad Matrimonium de præsenti cum perpetuo odio 35 compellere, quàm Sponsalia non adimplere, qua cumulatis concordantibus adducit *Rota in dicta Pampilonen. Sponsalium 7. Februarii 1718. §. Concludentius coram Herrera*.

Pro secunda causa, aliis omissis, gratia brevitatis, nimis pariter urgere videtur Parentum, dum erant in Mundo, & omnium viventium Consanguineorum Sponsæ, expressus dissensus, qui operatur, ut eò facilius cogenda non sit Sponsa ad effectuandum matrimonium cum 36 tali, tantaque contradictione omnium suorum Consanguineorum, ex adductis per *Rotam in Lunen. Sarzanen. Sponsalium 28. Julii 1694. in fine coram Pio*, ubi id am- 37 pliat etiam in casu in quo reverà Sponsalia intercessissent, cumulando concordantes, de quibus etiam in *Baren. Sponsalium 22. Junii 1711. §. Quibus coram Lancetta*.

Quæ omnia eò fortiùs procedunt, ex quo agitur de Sponsalibus nullo juramento communitis, in quibus terminis eò facilius Ecclesia se abstinet à coactione, & ad dissolutionem Sponsalium qualibet etiam levissima causa sufficiens reputatur, quemadmodum, cæteris allegatis, comprobarunt Ab- 38 *bas &c.* sunt verba *Rotæ in Comen. Sponsalium 20. Junii 1705. in fin. coram Molines*, & aliis pariter adductis, concordat eadem *Rota in Vicenen. prætensorum Sponsalium 12. Januarii 1705. in fine coram Kaunitz*, ibi: *Præcipuè quando res est de Sponsalibus non juratis, in quibus minus agitur quoad coactionem*.

Neque omittimus rogare, ut pro horum omnium admissione dignentur solita benignitate perpendere ea, quæ his verbis leguntur in Relatione Episcopi, *Ipsum* (hoc est Principalem) *ad invisendam Sponsam, non semel tantùm, eique largienda munera, sive Jocalia pro Gentium* 39 *more adduxerunt, & plus aliquid honestæ, sed insuetæ conversationis, & libertatis tribuere visi sunt; quam Loci consuetudo, vel qualitas patiatur; Et propter non modò Parte, ac Viris cordatis, & Religiosis, verùm etiam Justitia, ac rerum experientia suggerentibus, opus fuit, post demandatas iteratò monitiones per meum Generale Vicarium, extrajudicialiter adhibendas, præceptum quoque Hyacinto Oratori &c. de non conversando cum prætensa Sponsa ex officio injungere*.

Cùm enim sermo sit de primariis Familiis nostræ Civitatis, quæ non multum populosa existit, & in qua nihil occultum dici potest in similibus actibus, si inter non effectuaretur matrimonium, attentis eisdem actis, indicatis in dicta Relatione Episcopi illa sequerentur absurda, illaque possent oriri inconvenientia, quæ faciliùs, concipi, quàm hic exprimi possiur, vel judicari 40 valeant, egregiè *Rota in Vicen. Sponsalium 17. Junii 1615. §. His accedit coram Crispo*, ibi: *Ne fama, & publica honestas Franciscæ præ maximum detrimentum patiatur*.

Die 4. Decembris 1723. proposito sequenti dubio in Congregatione Concilii: *An, & ad cujus favorem con-* 41 *stet de Sponsalibus ad effectum contrahendi Matrimonium?*

Responsum fuit: *Constare de Sponsalibus cum Saccono, ad effectum contragendi Matrimonium cum ipso*.

DISCEPTATIO V.

Nicien. Restitutionis in integrum
PRO
Ludovico à Nicea M. O. R. S. Francisci.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum adversus lapsum quinquenii, quando de neganda sit Religioso, reclamanti adversus meticulosam Professionem.

Ludovicus à Nicia, in sæculo Joannes Honoratus Camossius, per metum, cadentem in constantem Virum, atque mediante aperta vi, sibi illata à Nobili Viro Ludovico Camossio, ejus Genitore, coactus fuit ingredi Religionem Patrum Reformatorum S. Francisci, Provinciæ Sancti Thomæ Apostoli, in eaque, con- 1 tinuantibus eisdem aperta vi, & innegabili metu, coactus pariter fuit sequenti anno, vel invitus professionem emit-

emittere, atque in Religione continuare toto tempore vitæ ejusdem Patris, ut notorium est in nostra Civitate, & æquè notorium in tota Provincia, & concludenter probabimus infra.

Quia verò ultimo tandem loco cessavit hujusmodi vehemens impulsus per mortem ejusdem Patris, sequutam de Mense Iulij 1713. hinc statim idem Ludovicus recursum habuit ad Sanctissimum pro obtinenda in integrum restitutione adversùs dictum lapsum quinquenii, precibus ad hanc Sacram Congregationem remissis, à qua usque de mense Januarii 1714. de more scriptum fuit Vicario Capitulari Niciensi, ut, audito Superiore [2] locali Conventus Niciensis, Sacram Congregationem instructam redderet, sensum suum aperiendo, quam Informationem ultimo loco transmisit, in omnibus se remissivè habendi ad probationes, ex hac parte adducendas coram hac S. Congregatione, & ad aliam Scripturam, coram eo exhibitam, & in dicta Informatione annexam, ex parte R. Patris Guardiani, & aliorum Religiosorum Conventus Niciensis.

Proponitur autem hodiè dubium *an sit locus restitutioni in* [3] *integrum*, illudque affirmativè reducendum.

Non enim in dubium revocari potest, quod professio, [4] in quacumque Religione per vim, & metum emissa, nulla sit, nulliusque roboris, & momenti, ea ratione, quia illa debet esse undique voluntaria; Deus enim, ut dicitur *in can. Non est* 15. *q.* 1. coacta servitia aspernatur, atque voluntarium sibi militem eligit Christus, & concordat alter *Tentas in can. Jam verò* 23. *q* 6. ubi ad rem expenduntur verba illa *Apostol. prima ad Corinth. Unusquisque det, prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus*, cum aliis apud *Ciarlin. controv.* 108. *num.*29. & *Rot. decis* 25. *num.* 1. *coram Arguell.* & *decis.* 229. *num.* 1. & 2. *coram Carill* & *dec.*351. *num.*2. *cor. Cerr.* & *dec.*830. *num* 5. *cor. Dunoz. Jun.*

Et sæpè resolvit *hæc Sacra Congregatio*, ut omissis an-[5]tiquioribus ita practicavit *in Romana, seu Geneven.* 3. *Martij* 1708. & *in Neapolitana, seu Suessana* 8. *Februarii* 1710. & *in alia Neapolitana* 12. *Aprilis ejusdem anni* 1710. & *in Capataquen* 2. *Augusti pariter dicti anni* 1710. & *in Urbevetana* 11. *Decembris* 1711. & 11. *Martii* 1713. & *in Taurinen.* 5. *Martii* 1712. & *in Bisantina* 13. *Septembris* 1713. & *in Ulixbonen.* 17. *Novembris*, & *prima Decembris* 1714.

Quod autem in nostris terminis concludentissimè probatus sit idem metus, videtur innegabile, dum de illo deponit Mater oratoris Bethomaireta Necca, nec non illius Soror Maria Camilla Camossia, & illius Fratria [6] Margarita Revellia: Ex quarum concordi depositione nullum remanere videtur dubium, quin idem metus concludentissimè probatus dicatur, ut considerando depositionem solius Matris notant *Barbos. inter cons. Matr.* [7] *divers. part.* 1. *cons.*24. *num.*22. *Barbos. vot. decis.*16. *nu.* 54. *Rota decis.*225. *num.* 12. *coram Emerix Jun.* & *decis.* 5356. *num.*1. *coram eodem*, & *dec.*375. *num.*13. & 14. *p.* 18. *recent.* Cum quibus processit *hæc Sacra Congregatio*, millies declarando nullas professiones illas, quarum emissio probabatur meticulosa, uti facta per vim, & metum, probatum à depositione Matrum, illas emittentium, & signanter *in Bisuntina* 9. *Julii* 1701. & *in Mantuana eisdem die*, & *anno Lib.*51. *Decretor. fol.*375. & *in Neapolitana* 14. *Aprilis* 1709. *Lib.*59. *Decretor. fol.* 171. & *lib.*60. *fol.*191. & *in Neapolitana, seu Suessana* 26. *Januarii* 1710. *lib.*60. *Decretor. fol.*73. & *in Taurinen.*5. *Martii* 1712. *lib.*62. *Decretor. fol.*112. & *in Bisuntina* 9. *Septembris* 1713. *lib.*63. *Decretor. fol.*212.

Et considerando depositiones Sororum, & aliorum Consanguineorum illorum Religiosorum, qui per vim, [8] & metum professionem emiserunt, advertunt *Valenzuel. cons.*173. *num.*75. *Surd. de Aliment. titul.*6. *qu.* 23. *num* 9. & *Barbos. vot. decis.*77. *num.*55. *lib.*3. Cum qua opinione procedere solet *hæc Sac Congregatio*, & signanter cum illa processit in *Cephaluden.* 14. *Februarii* 1699. ut legitur in Folio, dicta die distributo §. *Non similis* ibi *Verùm obtenta favorabili declaratione Genitoris, & alterius Sororis, jam nupta super illatis eidem, diùque continuatis violentiis &c. in Romana, seu Genuen* 3. *Martii* 1708. ut legitur in Folio dicta die distributo §. *Episcopus* ibi *Frater Oratoris declaravit, sibi maximè videri, Patrem prædicti Oratoris &c. illum minis, & metu impulisse, ut religiosum Statum amplecteretur.*

Quoad depositionem Matris Oratoria, hæc non potest metum, quo mediante idem Orator professionem emittere fuit coactus, meliùs probare, evidentiusque ostendere, quàm referendo omnes illos improprios mo-[9]dos, quos practicavit ejus Maritus, ad inducendum Oratorem ad ingrediendam Religionem, & deindè asserendo, *e niente giovando per farli mettere affezzione alla detta Religione, detto mio Marito dalle piacevolezze, & allettamenti, passò alle minaccie, e poi alle battiture, e fece tanto lui col rigore, Io, e li Zj, con buone parole, che lo facessimo entrare nella Religione &c. dove si dichiarò prima di andare, e di vestir l'abito, che quanto faceva, lo faceva per forza, ma che non vi continuarebbe.*

Quo verò ad depositionem Sororis, & Fratriæ ejusdem Oratoris, hæ in omnibus, & per omnia concor-[10]dant cum depositione dictæ Matris. Itaut in hac parte, attentis dictis uniformibus depositionibus Matris, Sororis, & Fratriæ, & sic trium testium contestium, & apprimè informatarum, nulla remanere videatur dubietas, quin concludentissimè dicatur probatus idem metus *ex autoritatibus supra citatis*.

Et tamen, quatenus in hac parte aliquis remaneret scrupulus, quod non credimus, ille penitùs eliminaretur ex seria, & rotunda declaratione Patris Oratoris, qui ex conscientiæ stimulis in ultimo suæ vitæ termino, seriò injunxit Joanni Baptistæ ejus filios, & hæredi, *che per non esser causa di perdizione di detto Padre suddetto, li dovessimo dopo la morte sua fare un patrimonio per uscire dalla detta Religione, e ciò lo disse mio Marito più volte in presenza mia, e della nobile Margarita Revellia mia Nora, e di Maria Camilla Camossa Uberti, al detto* [11] *Giovanni Battista altro figliuolo, caricandolo di fare il patrimonio al detto Padre sudetto, subito che esso mio Marito fosse morto &c. e doveva farlo in scarico di sua coscienza, e ciò confermò alli estremi suoi giorni alle dette Persone &c.* Circà quam veritatem in omnibus concordant eædem Margarita Revellia, & Maria Camilla Camossia.

Et propterea idem metus, nedùm in nostris terminis probatus dicitur ex dictis tribus Testibus, Matre Sorore, & Fratria Oratoris, sed etiam ex innegabili facto, & seria declaratione ejus Patris, de cujus efficacia ad nostrum precisum effectum benè *Rot. in dec.*373. *nu.*13. & 14 *part.*18. *recent.* cum qua processit *hæc Sacra Con-*[12]*gregatio in citatis Bisuntina*, & *Mantuana* 9. *Julii* 1701. & *in Neapolitana* 14. *Aprilis* 1709. & 12. *Aprilis* 1710. & *in Neapolitana, seu Suessana* 26. *Januarii ejusdem anni* 1710. in quarum terminis concurrebant præcisæ illæ circumstantiæ nostri casus, quod de tali confessione Patris testes erant Mater, & Frater Religiosi, tunc recurrentis, ut legitur in Folio, dicta die distributio ibi: *Hæc autem pinguiùs, veluti de facto proprio Genitor ipse deponit, qui piorum hominum consilio ab incæptis se destitisse ait, quod, & Mater comprobat, atque Germanus confirmat.*

Et in punctualissimis terminis similis declarationis, emissæ ab eo, qui in mortis articulo constitutus reperiebatur, egregiè *Pignatel. consult.*173. *num.*147. *tom.* 9. ibi [13] *Si quæ etiam accedat attestatio propinquorum, emissa in articulo mortis &c. Attestationes factæ à morituro ad modum attenduntur Baldus &c.*

Quibus uniuntur continuæ querimoniæ, & nunquam intermissæ conquestiones Oratoris, antè ingressum, tempore Novitiatus; antè professionem, intra quinquennium, & post dictum quinquennium, semper se [14] conquerendo de vi, metuque, à quibus coactus fuit Religionem ingredi, atque in illa permanere, ex quibus, nedum concludentissimè probatus dicitur metus in ingressu ad Religionem, atque in emissione professionis, sed ulteriùs in radice exclusa etiam dicitur tacita professio, seu ratificatio professionis expressæ.

Antè ingressum, si dichiarò prima di andare, e di vestire l'abito, che quanto faceva, lo faceva per forza. Ex qua declaratione, & repugnantia concludenter dicitur pro-[15]batus metus, ex animadversis per *Bertacchin. vot. decis.* 132. *num* 6. *Pignatel. consult.*18. *num.*19. *tom* 9. *Ciarlin. controv.* 108. *num* 48. *Rota coram Buratt. decision.* 203. *numer.*4. & *coram Dunoz. Jun. decision.* 930. *numer.* 5. & *co-*

& coram Aeguell. decision. 9. numer.36. & coram Royas dec.491. sub num.1.

Tempore Novitiatus quid non fecit, & quæ non dixit ad illum non continuandum, & redeundum ad propriam Domum, quæ omuia fuerunt ei impedita à strenuis, replicatisque operationibus ejus Patris, & Patrui, quas sigillarim narrar Mater, & comprobant ejus Soror, & Fratria, de quibus operationibus tempora 16 Novitiatus ad nostrum præcisom effectum benè *Pignat. consult.173. num.142. tom.9. & Rota decision.189. num.4. coram Ubaldo.*

Antè professionem; Utcumque enim terminato dicto Noviriato *fece professione* (sunt verba ejus Marris) *con dichiarazione precedentemente fatta à Noi, & al detta Padre Casimiro, che faceva la detta Professione per forza*; 17 Quæ omnia comprobantur à dictis ejus Sorore, & Fratria; Quæ declaratio omnem in hac parte removet difficultarem, & metum concludentissimè probat, ex adductis in punctualissimis terminis nostri casus per *Iranc. de Protestation. consid.55. per totam*, ac signanter *num.3.* ibi: *Si verò Religiosus &c. in contrarium fuerit protestatus &c. tali utiquè protestatione professio tacita omnino excluditur, & Rotam cor. Arguell. dec.9. nu.33.* ibi. *Et concurrunt etiam protestationes, tam in actu professionis, quam ratificationis &c.*

Intra quinquennium, quando in accessu ad Patriam, & ad paternam domum, *essendoci Noi tutti rallegrati della sua venuta, hebbe à dirci, che l'avevamo fatto Religioso per forza &c. e che se ne usceirebbe*; Quod autem solæ 18 conquestiones intra quinquennium, cum Consanguineis emissæ, sufficiant ad obtinendam gratiam restitutionis in integrum, testando de praxi hujus Sacræ Congregationis observant *Barbos. ad Conc. sess.25. de Regular. c.19. num.10.* ubi quod ipso scribente, ita obtinuit *in una Colimbrien.27. Aprilis* 1630. quæ est *lib.53 Decretor. fol.251.* & concordat *Roderic. in Compend. quæst Regular. resolut.101. num 71. Cyriac. controv.37. num.37. Novar in Lucerna Regul. ver. Professio num.31. & Rota cor. Arguell. dec.25. num.17. & 18. Et coram Dunez. Jun. dec qu.50. num.3. & in Taurinen. nullitatis professionis 6. Februarii 1614. coram Verospio*, impressa apud *Pignatell. consultat. 173. num.163. tom.9. & in part.14. recent. decision 134. num.13.* Er resolvit *hæc Sacra Congregatio in alia Nicien. 21. Junii 1631.* quæ est in *lib.14. Decretor. fol. 448. à tergo*.

Post quinquennium demum *moltissime volte* interrogatus *se era ancora della prima intenzione? Replicava sempre, che lui stava nella Religione per forza*, quæ dictio *sempre* omne tempus includit, egregiè in nostris præci- 19 sis terminis *Rota dec.705. num.6. par.2. recent. & coram Ubald. dec.276. num.15.* ibi *Deponant per verbum* semper, *quod includit omne tempus*, & generaliter eadem 20 *Rota in decis.142. num.17. coram Dunozet junior.* Hujusmodi autem conquestiones post quinquennium emissæ magnifecit *Sacra Rota in dec.627. num.7. coram Merlin. & in dec.211. num.19. par.13. recent.* Nec non *hæc Sacra Congregatio in Neapolitana 15. Decembris 1696. & 4. Maii 1697. & 12. Aprilis 1698. & in Cathacen.23. Martii, & 20. Aprilis ejusdem anni* 1697 & alibi sæpè.

Quæ omnia ad nostrum effectum supplicamus unitim considerare, atque simul juncta perpendere, juxta re- 21 gulam, de qua in nostris præcisis terminis *Sperell. decis. 79. num.30. Ciarlin. controv.108. sub num.68. Pignatel. consult.173. num.157. tom.9. Barbos. vot. decis.77. nu.11. & Rot. dec.491. num.9. coram Royas, & dec.9. num.81. & seq. cor. Arguell.*

Absque eo quod juvet replicare, hujusmodi actus, & 22 dissensionem, & protestationem non fuisse posteà semper repetitos. Hoc enim nullo modo est necessariom, quia metus, semel illatus, semper durare præsumitur, ex animadversis per *Rebuff. consil 68. num 22. versic. Nec me movet, Ciarlin. controv.108. num.56. & 93.* cum aliis, à me allegatis *in Institut. Criminal. lib 1. tit.10. §.4. num. 192. & plur. seqq.*

Fortiùs attenta dicta expressa protestatione, emissa antè professionem, quæ operatur, ut semper durare 23 præsumatur donec probetur illius æque expressa revocatio, egregiè *Iranc. de Protestat. considerat 55. num.3. & 9.* ibi *Quoniam protestatio semel facta, semper intelligitur perseverare, donec ab ea recedatur*, & concordat *Rota in decis.134. num.13 part.14. recent, & dec.9, nu. 33. cor. Arguell.*

Nec dicatur, quod omnia hæc procederent, quando tales violentiæ probarentur exercitæ à Patre Oratoris in ipsomet actu professionis; Secùs verò dum major illorum pars apparet practicata longè ante ipsummet actum profitendi, post quem verificantur dictæ conquestiones, & lamentationes. Hoc enim ad nostrum effectum nullatenùs est necessarium, sed sat est constare de dictis violentiis antè professionem illaris, ut observant 24 *Honded. consil.29. numer.40 lib.1.* ibi *Quia non minus ex minis præcedentibus metus probatur, quàm si in actu contrahendi illatæ essent*; *Paris. cons 60. nu.14. lib.4.* ibi *Illi enim actus præcedentes justissimum incussere metum, Thesau. quæst. forens. lib 1. cap.51. num 19.* ubi quod conclusio 25 hæc nullum habet in Jure contradictorem ibi; *Neque hac in re reperio Doctorem contradicentem*; *Altograd. cons. 24. per tot. Sabell. tom.3. verb Metus num.12. & 16. Christin. decis. Belgic. 115. numer.5. & seqq. Sperell. decis.80. num.8.* ibi: *Durante causa metus, actus, quantumlibet ex longa intervallo celebratus, censetur ex præcedenti metu gestus &c & in hoc non reperi Contradictorem &c. Covar. de Sponsal par.2. cap.3 §. Quinto num. 12.* ibi *Si verò fiat. antè actum &c. etiam ex intervallo, actus gestus præsumitur metu expeditus*, egregiè *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. ver Officialis quoad professionem num.24.* ibi *Quamvis in actu externo appareat libertas &c. in eos influit causa metus, adhuc durans &c Rota coram Ludovis. decision. 326. num.30.* ibi *Nec refert, quòd non fiat factæ in actu contrahendi matrimonium, sed antè &c. prout nec etiam, quod sunt factæ absente Parte &c. & in part.13. rec. dec. 211. par.13.* ibi *Sufficit minas præcedere, tametsi non illatas in ipso actu profitendi*.

Et in terminis professionis, summa pace, & absque ullo displicentiæ signo, sed purè, & simpliciter emissæ, habemus casum individualiter decisum *ab hac Sacra* 26 *Congregatione in Bononien.17. Aprilis 1706.* ut legitur in Folio dicta die distributo ibi *Exinde die 28. Februarii 1676. inter Patres Conventuales Sancti Francisci Bononiæ habitum regularem &c. suscepit*, quando respondit esse concedendam Gratiam restitutionis in integrum post annos viginti à die emissæ professionis, ea ratione, quæ in casu præsenti punctualiter verificatur, quia hoc medio tempore duraverat causa metus.

Idque verum est, etiamsi professio emissa appareat jucundo, læto, atque hilari animo, ut reprobato, seu declarato *Abbate*, in terminis advertunt *Adden. ad Lu-* 27 *dovis. dec.385. num.6. in fin. & Panimol. dec.29 num.35.* ibi *Quoniam hujusmodi actus, licèt videantur spontanei, adhuc tamen dicuntur metu facti, si duret eadem causa metus, Zaul. ad Statut. Faventin. tom.1. lib.3. rubric.45. num 21.* ibi: *Etiamsi actus videatur factus læto, & jucundo animo, dum durat eadem causa metus; Ciarlin. controvers 108. num 66.* ibi: *Data causa metus, licèt metum passus videatur læto animo facere, nihilominùs actus censetur meticulosus*; & pluries firmavit *Rota*, *& signanter in decis 124 per tot. coram Dunoz. Sen & dec 75. nu.7. coram Rautinger.* ibi: *Dictæ epistolæ liberam voluntatem, jucundumque profitendi animum arguentes, tantò magis metum confirmant, & coram Ludovis. decis.392. num. 3.* ibi: *Quamdiù enim durat causa metus, quicumque actus fiat, etiamsi præseferat liberam voluntatem, & lætum, jucundumque animum, nedum metum non purgant &c. sed potiùs eum magis confirmant*, ut dixit *Rota &c. & coram Caril. dec.178. num.7. & 8.* ibi *Istæ namque lamentationes, & declarationes excludunt tacitam, & præsumptam professionem, resultantem ex delatione habitus per viginti annos, & ultrà ex hilaritate &c. & dec 173. num.11. par. 18. recentior.* ibi: *Idque procedit, etiamsi actus fiat in speciem læto, & jucundo animo, dum nec per hoc censetur cessasse timor, quoadusque durat illius causa*: Et loquendo de splendido, sumptuosoque convivio, facto Monialibus in die professionis, deque Choreis, aliisque 28 signis lætitiæ, ad ostendendum lætum animum professionem emittentis, *eadem Rota cor. Merlin. dec. 455. n.5.*

Minùs replicetur, quòd omnia hæc procedant respectu professionis expressæ, nullo autem modo influant in nullitatem tacitæ professionis, quæ induci prætenditur ex nimis longa permanentia Oratoris in Religione, cum gestatione habitus, aliis Religiosis communis, absque

ulla

ullo prorsus recursu ad Superiores, vel ad hanc Sacram Congregationem; Talis enim præsumptio tacitæ professionis tollitur per aliam contrariam longè efficaciorem, resultantem ex verbis, aliisque actibus, eidem tacitæ professioni ex diametro oppositis, de quibus supra 29 juxta singularem *Gloss. in cap. Tuarum, verb. Signatos de Privil.* quam uno ore sequuntur innumeri illi Doctores, quos referunt à me citati *in Instit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 195. & seqq. Pignatel. consult. 173. num. 76. 109. Panimol. dec. 29. à num. 50. usquè ad finem, Rot. decis. 34. num. 11. coram Carill. & dec. 189. num. 3. coram Ubald. & dec. 505. num. 24. coram Burat. & dec. 117. num. 5. coram Ottbobon. & dec. 9. num. 33. coram Arguelles, & decis. 34. num. 11. par. 14. rec.* Habemusque in hac parte *magistralem dec. 626. per tot. cor. Merlino.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo hoc medio tempore vixit Pater Oratoris, qui ei metum incussit ad ingrediendam Religionem, atque in illa moram faciendi. In istis enim circumstantiis nunquam inducta dicitur tacita professio per quamcumque longissimi temporis taciturnitatem, ea ratione, quia malum principium influit in omnes sequentes actus, quodque omnes operationes subsequentes, tanquam provenientes ab initio 30 meticuloso, & infecto, eodem vitio laborant, quam his ferè verbis exornant adducti à *Panimol. dec. 29. n. 57. & sequen. Matthæucc. in Official. Cur. Eccles. verb. Officialis quoad professionem num. 16. vers. Nec ex lapsu longissimi temporis, & Pignattel. consult. 173. num 30. & seq. tom 9.* ibi: *Nec ex lapsu longissimi temporis censetur ratificata professio, dum viget eadem causa metus, & Rota in decis 9.* 31 *num. 4. coram Arguel.* loquente in terminis taciturnitatis annorum 24. in quibus etiam terminis loquitur *coram Carill. dec. 178. num. 6. & seqq* Et in terminis taciturnitatis per spatium longissimi temporis *coram Royas dec. 491. num. 16 & coram Buratt. dec. 206. num. 30.* ibique *Adden. nu. 35. & coram Seraphin. dec. 1166. n. 3. & coram Ubald. dec. 189. num 9. & dec. 267. num. 8 & 9. & in part. 1. rec. dec. 175. num 5. & in part. 2 dec. 705. numer. 1. & per tot. & in part. 13. decision. 211. numer 25. & in part. 18. decis. 373. num. 10.*

Cum quibus procedere solet hæc Sacra Congregatio, concedendo restitutionem in Integrum illis, qui durante causa metus per quodcunque spatium longissimi temporis nullatenus reclamarunt, ut signanter videre est *in Sabinen. 1. Julii 1662. lib. 23. Decret. fol. 211. & in Papien. 17. Februarii 1663. lib 23 Decret. fol. 237. & in Taurinen. 23. Februarii 1669. lib. 26. Decret fol. 180 à tergo, & in Albinganen. 18. Augusti 1669. lib. 26. Decret. fol. 302.* ubi de taciturnitate annorum 13. *& in Sulmonen. 24. April. 1694. lib. 44. Decret. fol. 173. à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 18. *& in Albinganen. 28. Julii, & 18. Augusti 1696. lib. 46. Decret. fol. 298. & 341. à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 10. & in *Veneta, seu Mantuana 18. Augusti 1696. lib. 40. Decret. fol. 345.* ubi de taciturnitate annorum 12. & in *Januen. prima Decembris 1696 lib. 26. Decret. fol. 480.* ubi de taciturnitate annorum 21. & in *Corduben. 25. Januarii & 22. Martii 1698. lib. 48. Decret. fol. 71. & 131.* ubi de taciturnitate annorum. 17. & in *Lingonen. 22. Aprilis & 20. Decembris 1698. lib. 48. Decret. fol. 213 & 598.* ubi de taciturnitate annorum 10. & in *Mantuana 15. Novembris 1698. lib. 48. Decret. fol. 432.* ubi de taciturnitate annorum 21. & in *Cephaluden. 18 Junii 1699. lib. 49. Decret. fol. 171. & 252.* ubi de taciturnitate annorum 17. in cujus casu *hæc Sacra Congregatio dicta die 4. Februarii*, quando resolutionem distulit, rescribendo; *Dentur literæ Episcopo ad mentem*, quæ fuit ut referret, qua de causa Oratrix distulerat tanto tempore judicialiter reclamare, cum successiva Episcopi relatione id referentis continuationi metus ob Patris duritiem ibi -- *Ex Patris duritie processisse coactum Oratoris silentium*, & in *Bajocen. 8. Januarii 1700. lib. 50. Decret. fol. 1.* ubi de taciturnitate annorum 21. & in *Mantuana eisdem die, & anno lib. 50. De-* 32 *cret. fol. 3.* ubi de taciturnitate annorum 25. confirmata *die 19. Julii 1701. lib. 51. Decret. fol. 375. & in Aquen. seu Arelaten 29 Januarii & 16. Februarii 1701. lib. 51. Decret. fol. 26. à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 15. & in *Elnen. 5. Martii & 9. Aprilis 1701 lib. 51 Decret. fol. 98. & 170 tergo*, ubi de taciturnitate annorum 29. & in *Bisuntina 8. Junii & 9. Julii 1701. lib. 51. Decret fol. 300. & 375. à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 13. & in *Corduben. 17. Decembris 1701. lib. 51. Decretor. fol. 587.* ubi de taciturnitate annorum 24. & in *Provinciæ Betbicæ 31. Martii 1702. lib. 52 Decret. fol. 91.* ubi de taciturnitate annorum 23. & in *Mantuana prima Aprilis 1702 lib. 52. Decret. fol. 151.* ubi de taciturnitate annorum 21. & in alia *Mantuana 19. Maii 1703. lib. 53. Decret. fol. 221. à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 22. & in *Senen. prima Decembris 1703. lib. 53. Decret. fol. 118. à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 14. & in *Altissodoren. 24. Januarii 1705. lib. 55. Decret fol. 45. à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 8. & in *Tolosana 8. Julii ejusdem anni lib. 55. Decret. fol. 264.* ubi de taciturnitate annorum 30. & in *Melevitana 8. Augusti pariter 1705. lib. 55. Decret. fol. 311.* ubi de taciturnitate annorum 32. & in *Sancti Miniati 3. Octobris ejusdem anni 1705. lib. 55. Decret. fol. 362. à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 16. & in *Bononien. 17. Aprilis 1706. lib 56. Decret. fol. 190.* ubi de taciturnitate annorum 19. & in *Antuerpien. 10 Julii 1706. lib 56. Decret. fol. 311.* ubi de taciturnitate annorum 13. & in *Romana, seu Genuen. 3. Martii 1708. lib. 58. Decret. fol. 113.* ubi de taciturnitate annorum 14. & in alia *Neapolitana 13. Aprilis 1709. & 22. Aprilis ejusdem anni 1710 lib. 59. Decret fol. 182. ac lib. 60 fol. 191.* ubi de taciturnitate annorum 16. & in *Caputaquen. 2. Augusti pariter dicti anni 1710. lib. 60. Decret. fol 11.* ubi de taciturnitate annorum 24. & in *Urbevetana 11. Decembris 1711 lib 61. fol. 593. & 11. Martii 1713. lib. 63. Decret fol 83.* ubi de taciturnitate annorum 25. & in *Taurinen. 5. Martii 1715. lib. 62. Decret fol. 112.* ubi de taciturnitate annorum 12.

Et respectu *Sacræ Congregationis Episcoporum, & Re-* 33 *gularium*, omissis gratia brevitatis, aliis resolutionibus minoris temporis, respondit *in Januen. nullitatis professionis 6. Junii 1696. Ponente Cardinali Colloredo*, ubi de taciturnitate annorum 31.

Cæterùm in illis etiam casibus, in quibus quis non reclamat post mortem illius, qui metum incussit, ex sequuta acquiescentia cujuscunque longissimi temporis, nunquam inducta dicitur tacita professio seù ratificatio professionis nulliter emissæ, nisi cum præcisa scientia nullitatis ejusdem professionis, *concurrant ulterius actus certi, & positivi, dictam tacitam professionem clarè inferen-* 34 *tes*, juxta æquè magistralem, ac punctualem *decisionem in Neapolitana Professionis coram Gyptio*, quam refert, & sequitur eodem *Sacra Rota in magistrali decisione 577. per totam coram Ubaldo*, & signanter *num. 12.* ibi -- *Etiamsi probaretur mors, & illius scientia, tamen pro purgatione metus non sufficit sola acquiescentia, & jam longi temporis post mortem ejus, qui metum attulit, sed requiritur, quod metus probetur sublatus per actus positivos contrarios, alias durare præsumitur*, & concordant innumeri illi Authores, quos referunt, & sequuntur *Panimol decis. 29. num. 56. & seqq. & annot. 3. num. 33. & Rota decis. 2. per tot. apud Tamburin. de Jur. Abbat & decis. 237. num. 3 coram Priol.* ibi *Actus verò facti post professionem nullam non inducunt ratificationem, nisi fiant à sciente nullitatem animo illam validandi, & sese sufficienter obligandi, quomodo e adverso concludenter probari debeat*.

Nec pro hujusmodi actibus certis, & positivis, tacitam professionem clarè inferentibus, fieri potest fundamentum in susceptione Sacrorum Ordinum ad probandam in nostris terminis dictam tacitam professionem, seu ad convalidandam expressam, nulliter ab Oratore emissam ex dictis vi, metuque ei incussis ex supra animadversis. Susceptio enim Sacrorum Ordinum non est actus specificans, seu distinguens Religiosos à Laicis, cum sit etiam communis Sacerdotibus Sæcularibus, ex quo communiter inferunt Doctores, quod attenta nullitate expressæ professionis, per Religiosum per vim, & metum emissæ, in tali Sacrorum Ordinum susceptione non possunt figi pedea pro inducenda tacita professione, seu pro convalidanda expressa nulliter emissa, juxta celebre *cons. Navar. 6 sub num. de his, quæ vi, metusve caus. fiunt*, & animadversa per *Rodriquez quæst. Regul. tom 3. quæst. 17. articul. 16. Pellizar. in Manual. Regular. tom 1. tract. 3. cap. 1. num 70. Donat Regular. tom. 2. tract. 8. de domib. Novitior. quæst. 5. num. 11. Gross. controv. 41. nu. 15. Caven. resolut. 81. num. 83. Cyriac. controv. 371. num. 58. & seq Rot. decis. 705. per tot. part. 4. recent. & decis. 152. num. 1. & per tot. coram*

Penia,

Penia, & dec. 552 sub num. 60. coram Ubald. ibi -- *Et eodem modo respondetur ad aliam præsumptionem, quæ desumitur ex Sacrorum Ordinum susceptione in Monasterio &c. hæc præsumptio non plus operatur, quam ipsa habitus professionis gestatio, vel præstatio suffragii, imo minus, tanquam rei à professione separata &c.*

Et egregiè *Pignatell.consul.173. num.74. & pluribus seq.* 36 & signanter. *num.95. & seqq.tom.9.* ibi -- *Et quoad susceptionem Ordinum, cùm sint actus, qui citra jus, ac nomen Religiosi fieri possunt, & conveniant etiam Sæcularibus, qui possunt Ordines Sacros suscipere, quamvis nullam Religionem Regularem professi, remanent æquivoci, & non apti ad inducendam ratificationem professionis, ad quem effectum debent id per necesse inferre &c.*

Fortiùs, quia iidem Sacri Ordines suscepti fuerunt, vivente Patre, qui metum incussit, quo casu etiamsi omnia hucusque animadversa cessarent, nunquam attenduntur ad convalidandam professionem per vim, & metum emissam, in terminis terminantibus *Rota*, pluribus cumulatis concordantibus *coram Ubald. decis.276. num. 1.* ibi: *Nam de tempore, quo vixit Victricas, qui metum* 37 *incusserat, videbatur indubitatum, metum non fuisse purgatum, & per perseverantiam in Religione, & alios actus; etiam susceptionis Ordinum, ex quo durabat eadem causa metus.*

Quæ procedunt, etiamsi agatur de Ordinibus Sacris, susceptis ad titulum Religiosæ paupertatis, ut in specie, cumulatis concordantibus, in punctualibus terminis pro- 38 bat *Pignatell consultat. Canon.173. num.96. & 97. to.9.* his verbis: *Non obstat objectum, quod potest deduci ex susceptione Ordinum in Religione, qui cum recipi nequeant, nisi ad titulum Religiosæ paupertatis, ideò ratificationem professionis inducere videatur; Nam objectum procederet, nisi constaret, durasse eandem causam metus, ut in terminis Navar. consil.6. &c.*

Cum quibus punctualibus auctoritatibus processit hæc Sac. Congregatio in tribus sequentibus resolutionibus, in quibus non attentis Sacris Ordinibus, durante metu susceptis, gratiam restitutionis in integrum concessit, 39 nempè *in Papien.17. Februarii 1663.* quæ est *in lib 03. Decret. fol.037 & in Anconitana anni 1664.* quam refert, & sequitur *Pignatel. dicta consult.173. num.74. tom 9. &* novissimè *in Urbevetana 11. Martii 1713.* ubi de Religioso nostræ Religionis, qui anno 1693. in illa ordinatus fuerat Sacerdos ad titulum Religiosæ paupertatis, & per annos viginti quotidiè celebravit.

Habemusque in hac parte oraculum san. mem. Ale- 40 xandri VII. In una siquidem *Mediolanen.* proposita *in Sac.Congregatione Episcoporum, & Regularium per Cardinalem Marcellum Sanctacrucium* anno 1663. eadem *Sacra Congregatio* cum tali opinione processit, idemque Sum- 41 mus Pontifex die 4 Aprilis ejusdem anni 1663. Sententiam dictæ Sacræ Congregationis specialiter approbavit, teste *Pignatell. dicta consultat. 173. num. 105. in fine tom 9.*

Instantiæ autem, quæ fieri posset ex eo, quod per gratiam restitutionis in integrum Orator, ordinatus ad titulum Religionis paupertatis, remaneret irregularis, sine Patrimonio; Respondemus, huic periculo ex conscientiæ stimulis satis fuisse provisum per ejus Patrem, qui mandavit ex ejus bonis ei constitui, & assignari Patrimonium Sacrum.

Ex quibus remanent pariter abundè sublata ea, quæ objici possunt, & de facto aperta fronte objecta ei fuerunt à suis Correligiosis in Scriptura, à Vicario Capitulari Nicien huic Sacræ Congregationi transmissa, de Officiis in Religione exercitis, comprehenso etiam Guardianatu Conventus Niciensis; Quia ex tali pariter exercitio Officiorum nunquàm inferri potest tacita professio, quandò id practicatum fuit, juxta terminos nostri casus, durante causa metus, ut in terminis exer- 42 citii muneris Cellerariæ, quod nonnisi professis competit, est punctualis *decisio Merlin. la 608. per tot.* & signanter *numer. 6.* ibi; *Hinc non obstat, quod Catherina fassa fuerit, se ratificasse professionem, dum asseruit se per triennium gessisse Officium Cellerariæ, quod nonnisi Professis demandabatur &c. Quoniam permanente causa vecassi metus, nec functio muneris Cellerariæ, nec permanentia in Religione, nec quicumque alii actus suffragantur ad inducendam professionis ratificationem &c.*

Et in terminis muneris Magistræ Novitiarum, & Decanissæ, est punctualior *resolutio hujus Sacræ Congre-* 43 *gationis in Cephaluden. Restitutionis in integrum 14. Februarii, & 18. Junii 1699.* ut videre est *in lib 49. Decretorum fol.171. & fol.252.* ibi: *Professionem expressè ratam habuit, & munera Magistræ Novitiarum, & Decanissæ* laudabiliter *in eo exercuit.* Et in terminis Monialis, quæ per annos 08. permansit in Monasterio, *in quo* (sunt verba folii) *Munera Infirmariæ, Sacristæ, aliaque hujusmodi exercuerat &c. ac omnes ordinationes Regulares, sicut ceteræ Moniales professæ, observaverat,* me scribente, resolvit *hæc Sacra Congregatio in Melevitana 29. Aprilis 1702. & 15. Septembris 1703. de quibus in Tom.2. qu. 0. discept.01.*

Et generaliter de aliis Officiis pluries resolvit *hæc Sacra Congregatio,* & signanter in *Sulmonen.04. Aprilis* 44 *1694. lib.44. Decretorum fol.173. à tergo,* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1676. *& in Albinganen. 08. Julii, 18. Augusti 1696. lib.46. Decretorum fol.298. & fol. 345. à tergo,* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1686. *& in Veneta, seu Mantuana Nullitatis Professionis iisdem die, & anno lib.46. Decretor fol.345.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1684 ab eo, qui professionem emiserat in ætate annorum 25. *& in Cordubem. 25. Januarii, & 22. Martii 1698. lib.48. Decretorum fol. 71. & 131.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1681. *& in Lingonen.12. Aprilis, & 20. Decembris 1698. lib.48. Decret. fol.013. & 598.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1688. *& in Mantuana 15. Novembris 1698. lib.48. Decretorum fol.430.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1677. recedendo à contraria resolutione, capta die 6. Junii 1693. *& in Bajocen.16. Januarii 1700. lib.50. Decretor. fol.1.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1679. *& in Mantuana eisdem die, & anno lib.50. Decretorum fol.3.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1675. & agebatur de metu viro profitenti incusso à Matre, & fratribus, & resolutio fuit 45 confirmata *die 19. Julii 1701. lib.51. Decretorum fol.375. & in Aquen. seu Arelaten.29. Januarii, & 16. Februarii 1701. lib.51. Decretor. fol.06. & 96. à tergo,* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1686. *& in Elnen.5. Martii, & 9. Aprilis 1701. lib. 51. Decretor. fol. 98. & 170. à tergo,* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1670. *& in Bisuatina 18. Junii, & 9. Julii 1701. lib. 15. Decretor. fol. 000. & 375. à tergo,* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1688. & agebatur de metu, incusso à Matre, *& in Cordubem. 17. Decembris 1702. lib.52. Decretorum fol. 587.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1677. *& in Provinciæ Beticæ 11. Martii 1702.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1679. prævio recessu à decisis die 14. Novembris 1689. *& in Mantuana prima Aprilis 1702.* ubi de Officiis Religionis exercitis ab anno 1681. *& in Antuerpien.10. Julii 1706.*

In quo sensu fuit etiam *Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in dicta Januen. nullitatis Professionis 6.* 46 *Julii 1696. Ponente clar. mem. Cardinali Colloredo,* ubi agebatur de Moniali professa de mense Junii 1565. quæ læto, jucundoque animo, ferè omnia exercuerat Munera, & Officia proprii Monasterii.

Nulla demum vis fieri valet in aperto dissensu Patris Guardiani, & aliorum Religiosorum Conventus Ni- 47 ciensis, expresso in dicta Scriptura huic Sacræ Congregationi à Vicario Capitulari transmissa.

Quamvis enim stylus nimis acer, & verba æqualiter pungentia, quibus eadem Scriptura composita est, de- 48 servire possent pro congrua responsione adversùs illius tenorem, & formam.

Strictè, & cathegoricè respondendo, dicimus, quod idem dissensus nullatenùs obstat, uti procedens à dictis Religiosis, quibus interest professionem Oratoris esse 49 validam, ad evitandam proprii Conventus diffamationem, ut præcisè eidem objecto respondendo observat *Rota in dec.178. num.20. coram Carillo,* ibi; *Quibus non adversari dicebatur, Testes contra dictam Franciscam examinatos ad probandum, quod ipsa verè, & realiter professionem emiserit absque ullo metu; Tum quia sunt Moniales ejusdem Monasterii, cujus interest professionem esse validam,*

& ideò

& ideò non sunt integræ fidei ; Et practicavit *hæc Sacra Congregatio in Bisuntina 9. Julii 1701.* juxta illa verba folii, dicta die distributi, & registrati *in lib. 51. Decret. fol. 375. à tergo. Receptisque &c. præfatas quatuor Moniales in contrarium deposuisse propter vitandas earum Monasterii diffamationes &c.* Quibus non obstantibus, neque attentis, respondit pro Gratia restitutionis in integrum.

Ultra quod in hac materia habemus conclusionem, uno ore à Doctoribus ad missam, & communiter à Tribunalibus receptam, quod magis creditur duobus Testibus deponentibus de metu, quàm mille illum negantibus, de qua *Rota coram Bich dec. 47. nu. 4. & cor. Zarat. dec. 53. num. 21. & coram Priol. dec 425. num. 12.* Et vivam adducit rationem *Sacra Rota in dec. 178. num. 11. cor. Carill.* loquens in præcisis terminis nostri casus his verbis; *Quia deponentes super metu, deponunt super actu perceptibili sensu corporeo, sed alii de actu imperceptibili, nempe de intrinsecis cordis &c.* [50]

Nedum autem ex hucusque animaversis exagerationes, contentæ in dicta Scriptura Religiosorum Conventus Niciensis, Oratori non adversantur, sed potiùs ei favent in ea parte, in qua ex eorum calamo inconsideratè forsan exierunt verba illa §. 3. *Trovandosi al Noviziato l'Oratore con un' altro Giovine, si accordorono di uscire dalla Religione, e chiamare l' Abiti del Secolo.* Ex quibus nedum ad hominem comprobatur metus, ei antecedenter incussus ad ingrediendam dictam Religionem, benè *Rota decis. 9. num. 26. coram Argueles*, ibi *Liquet enim, quod non Divini Spiritus afflatu ad dictam rutificationem prosilit, nam bonus Spiritus non tàm citò pertransit, & ex illa subitò subsequuta conquestione repugnantia voluntatis arguitur*; Sed ulteriùs palpatur manibus animus à Religione aversus, qui magnoperè confert ad probandum metum egregiè *Rota coram Peutinger. dec. 98. num. 5.* cum aliis, à me allegatis *in Institut. Criminal. lib. 1. tit 10. §. 4. num. 172.* [51] [52]

Quibus non adversatur reflexio, quod ex hac parte non probetur qualitas terribilis naturæ respectu Patris Oratoris, ei metum incutientis, quodque solitus fuerit minas exequi. Illi enim æquè punctualiter, ac cathegoricè respondet *Sacra Rota in decision. 870. numer. 16. coram Emerix Junior* his verbis; *Non enim refert, quod non constet, eum, qui metum incussit, fuisse terribilis naturæ, sivè solitum minas exequi juxta præscriptum leg. Interpositas Cod. de Transact. Quia id requiritur in Personis extraneis, non autem in Patre, cui de jure naturæ reverentia debetur, nam in his terminis sufficit. metus reverentialis, juncto periculo mali gravis, probabiliter opinati ex sola Parentum indignatione*; Circa quam conclusionem concordant adducti ab *Avers. de Sac. Matrimon. qu 4. sect. 5. versic. Asserendum fol. mihi 588.* ubi ad rem observat *In filiis respectu Parentum, & similibus, sufficere, si non aliud malum timeant, quàm illorum perpetuam indignationem, & apud eos invisos haberi, quia sanè hic esset gravissimum incommodum tandiù subeundum, ut per se apparet: Barbos. vot. decis. 77. nu. 77. lib. 3. Caren. resol. 81. num 26. Garz. de Nobilitat. gloss. 17. num. 11. Rubeus in Singular. Rotæ Romanæ tom. 1. circa decisiones Gropper. fol. mihi 220. & Rota decision. 930. numer. 2. & 3. coram Dunozzett, Juniore, & coram Peutinger. decis. 98. num 7.* [53]

Die 7. Februarii 1715. proposito dubio in Congregatione Consilii: *An sit locus Restitutioni in integrum*, responsum fuit *Negativè*. [54]

DISCEPTATIO VI.

Tusculana Donationis

P R O

Conventu PP. S. Caroli ad quatuor Fontes.

C U M

Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Tusculanæ

ARGUMENTUM.

Locus quando dicatur sacer, vel religiosus, itaut sine Aplico Beneplacito vendi, vel cedi possit. Et quid operetur istius reservatio, quatenus illud necessarium sit, Explicantur quatuor modi ducendi vitam Religiosam in Conventibus Ordinis Sanctiss. Trinitatis ad quatuor Fontes, in Constitutionibus ejusdem ordinis præscripti, & distincti.

PHilippus Magnus Comestabilis Columna Rubrum unum Terreni in summitate Montis, nuncupati *Cavo*, siti in Territorio Arcis Papæ, & præcisè in Loco, in quo apparebant vestigia Fabricæ antiquæ, sub ejus proprietate, ac directo Dominio existens, gratiosè concessit Edmundo de Buisson, ad habendum, meliorandum, & fabricandum ad usum Eremi cum Horto, & Viridario, ut patet ex publico Instrumento stipulato die 15. Aprilis 1707. [1]

In sequelam ejusmodi concessionis, parva ad sui commodum extructa Domuncula ibidem inhabitare, atque eremiticam vitam degerere cœpit præfatus Edmundus de Buisson, qui post aliquot annos, ad aliorum etiam beneficium, Anachoritæ illi Vitæ vacare cupientium, eandem Eremum ampliare exoptans, recursum habuit ad Magnum Comestabilem Fabritium Columnam, qui piissimi Genitoris sui vestigia sectando, sub die 31. Octobris anni 1718. antiquam concessionem ad alios centum Terræ passus extendit, circumcirca dictum primum Situm unius Rubri capiendos, ut patet ex altero Instrumento. [2]

Quamvis autem geminæ istæ concessiones per publicum Instrumentum exaratæ, statim fuerint in Arce Papæ notissimæ, dum ipsamet Communitas dictæ Arcis in publico Consilio, more solito congregata, eas laudavit, approbavitque, eximendo nimirum dictum Rubrum unum Terreni, cum centum passibus circumcirca, à jure, seu servitute lignandi, quam ipsa in toto circuitu dicti Montis Cavi ab antiquissimo tempore habere prætendit, ut ex altero Instrumento, attamen adversùs illas nemo unquàm reclamavit, nec ullus comparuit, qui situm sub dictis concessionibus comprehensum, sibi asserere præsumpserint, itaut memoratus Edmundus quietè, ac pacificè meditatam fabricæ constructionem, cui totis viribus incumbebat, ad finem à se intentum tandem perduxerit post spatium annorum 17. [3]

Quia verò in jaciendis ejusdem Fabricæ fundamentis plura reperta fuerunt vetustissimorum Ædificiorum fragmenta, ex quibus conjicere licuit, ea esse rudera celeberrimi illius Templi, quod juxta Historicorum traditionem superstitiosa Gentilitas in summitate Montis Cavi Jovi Latiali erexerat, dicaveratque, & cujus Templi quædam Effigies depicta inspicitur in elegantissimo Porticu, seu Pinacotheca Palatii Vaticani; Ideò præfatus Edmundus de Buisson longè gratius, longèque gloriosius honori, & Majestati Veri Dei futurum authumans, si eo in loco, in quo antiquitus falsa Deitas colebatur, Sanctissimæ Trinitatis Mysterium adoraretur, sub die 8. Maii anni 1723. Fabricam prædictam cessit, atque donavit PP. Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Excalceatis Congregationis Hispaniarum in Conventu Sancti Caroli ad quatuor fontes Urbis degentibus -- *a solo fine* -- (ut declaravit in publico Instrumento ejusmodi cessionis) *dell' onore, e gloria di S. D. M. e per propagare maggiormente la divozione verso la Santissima Trinità, & Assunta della Beatissima Vergine in dette parti*. Hanc autem Donationem [4]

tionem prudenter non minùs, quàm religiosè, emisit, non solùm prævia reservatione consensus, & approbationis Magni Comestabilis Columnæ, sed etiam sub reservatione Beneplaciti Apostolici, & consensus Episcopi Tusculani, quatenùs requirerentur, & non aliàs, ut patet ex eodem Instrumento dato in Summo.

Porrò donationi huic, tamquam ad majorem Dei gloriam tendenti, suum assensum præstare non renuit dictus Magnus Comestabilis, ut apparet ex alio publico Instrumento stipulato die 9. ejusdem mensis Maii 1723. Sed consimilis approbatio obtineri non valuit ab tunc temporis Tusculano Episcopo, sub duplici supposito, uno nempè, quod ageretur de Donatione Situs, in quo antiquis temporibus fuisset ædificata Ruralis Ecclesiæ Sancti Petri anno 1598. à Cardinali Gallio, tunc temporis Episcopo Tusculano perpetuò unita Parochiali Ecclesiæ Arcis Papæ; Altero verò, quod in eodem Loco Arcis Papæ, proximo dicto Monti Cavo, reperirentur PP. de Mercede, qui se opponerent ædificationi, seu erectioni novi Conventus PP. Trinitariorum; Et sub iisdem ferè motivis prætendens etiam Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Tusculanæ dictam Donationem nullitatis vitio infectam esse, præfatum Edmundum de Buisson, necnon Patrem Commissarium Generalem Trinitariorum in judicium vocavit coram Vicario Generali Tusculi, qui, non obstante recursu sub die 7. Julii dicti anni 1723 à dictis Patribus Trinitariis ad hanc Sacram Congregationem habito, sub die 16. ejusdem mensis contumacialem protulit Sententiam, qua nullam, & invalidam declaravit enunciatam Donationem. Quamobrem ad reparanda gravamina per dictam Sententiam dicto Edmundo, quam PP. Trinitariis illata, subscripta fuerunt tria Dubia in fine registranda, quorum primum, & tertium affirmativè, secundum verò cùm Rescripto Satis provisum in primo, resolvenda videntur.

Pro eo enim, quod attinet ad primum dubium, illius affirmativa resolutio non videtur controverti posse; Cùm enim certum, & innegabile sit, fundum, in quo constructa fuit Fabrica, de qua agitur, à centum, & ultrà annis, imò à tempore, quamcumque Hominum memoriam excedente, pacificè semper, & pleno Jure possessum fuisse à Domo Columna, consequens redditur, eandem Domum, tanquam plenariam Dominam liberè, & licitè potuisse de eodem Situ disponere, illumque donare dicto Edmundo, & successivè etiam approbare Donationem ab isto factam favore PP. Trinitariorum Conventus Sancti Caroli ad quatuor Fontes; Iste siquidem est unus ex principalibus effectibus Dominii, ut possit Dominus ad proprium libitum de rebus suis disponere, & alteri dare juxta literales *Textus in l. In traditionibus ff. de Pact. in l. Non usque adeo ff. si quis à Parentibus fuit manumiss. & in l. In re mandata Cod. Mandat.*

Absquè eoquod plenarium istud Dominium Domus Columnæ revocari valeat in dubium, ex eo fundamento, cui potissimè innititur, tùm Sententia Vicarii Generalis Tusculi, tùm Informatio tunc Episcopi Tusculani, quod nempè in Situ controverso olim existeret Ecclesia Ruralis Sancti Petri, quæcùm de anno 1598. unita, & incorporata fuerit Ecclesiæ Beatæ Mariæ Arcis Papæ, unitus quoque, & incorporatus eidem remanserit dictus Situs. Etenim omnimoda laborat insubsistentia præfatum fundamentale motivum, pro quo stabiliendo non sufficiunt Literæ assertæ Unionis, quæ adducuntur; Siquidem ex memoratis Literis poterit quidem evinci, quòd olim in aliqua parte Montis Cavi extiterit Ecclesia Ruralis Sancti Petri, cujus mentio in iisdem Literis fit, sed nunquam probatum dici poterit, quòd illa Ecclesia præcisè foret in Situ controverso; cùm enim circuitus Montis Cavi latè se extendat per sex millia passuum, ut asserunt Priores Communitatis dicti Arcis Papæ, in Summ. Sanè pro vindicanda pertinentia controversi Situs minimè sufficit vaga illa probatio, quòd in dicto Monte olim extiterit Ecclesia Sancti Petri, sed necessariò requiritur specifica demonstratio, manifestè indigitans, eandem Ecclesiam præcisè positam, & constructam fuisse in Situ controverso: Volenti enim vindicare jure Dominii aliquem locum, indispensabiliter incumbit onus docendi concludentissimè per inculcatam demonstrationem, & verificationem confinium, de illius identitate, juxta doctrinam *Jacobin. de S. Georgeo in Rubric. ff. de Rei vindicat. nu. 23. & 24.* quam sequuntur *Roland. cons. 82. numer. 17. lib. 2. Surd. cons. 181. num. 4. Rot. dec. 100. num. 11. & sequen. p. 1. & dec. 175. nu. 3. 6. p. 6. & dec. 151. nu. 4. p. 15. & decis. 551. num. 10. par. 19.*

Tantùm autem abest, ut hæc individua, & rigorosa probatio exadversò afferatur, quod imò totum oppositum ad evidentiam usque ostenditur. Et primò quidem, non recedendo à tenore ipso Literarum unionis, quibus unicè innititur contraria prætensio, ex iis apparet, quod Ecclesia Ruralis S. Petri existebat quidem in Monte Cavi; minimè verò in summitate ejusdem Montis, ubi est Situs controversus, si enim in tali summitate extitisset, verisimillimè sub hoc addito de se ipso satis conspicuo, omniumque oculis patenter exposito, sinatio dictæ Ecclesiæ fuisset enunciata. Unde cùm genericè tantùm expressa fuerit existens in Monte Cavi, non autem in ejus summitate, ibi — *Rurales Ecclesias &c. Sancti Petri in Monte Cavi existen. &c. juxta suos notissimos fines* — hine optimè licet arguere, Ecclesiam Sancti Petri non extitisse in loco controverso, juxta ea, quæ ad rem notant *Bart. in l. Demonstratio falsa num. 14. ff. de Condit. & demonstrat. Ruin. consil 50. num. 12. lib. 1. Decian. cons. 17. numer 9. lib. 3. Marescott. variar. resolut. cap. 12. num. 13. & seq. Rot. decision. 205. numer. 14. part. 8. recent.*

Præterea existentia Ecclesiæ Sancti Petri in Loco, de quo agitur, indubiè excluditur à jurato Testimonio omnium Fabrorum Murariorum, qui manualem operam suam moderno Eremi Ædificio impenderunt; ipsi namque unanimiter deponunt, quod in excavandis fundamentis hujus Fabricæ nullum penitùs, penitùsve invenere vestigium, aut indicium præexistentis in eodem loco Ecclesiæ, seu Cappellæ, sed aliqua duntaxat fragmenta, seu rudera vetustioris Ædificii, ab antiquis Romanis ibidem constructi, ut optimè reddita scientiæ causa, absque ulla hæsitatione asserere non verentur in Summ. Huic autem Testimonio omnimoda fides præstari debet, quia de eo ad amussim verificatur, quod de se ipso scriptum reliquit *Sanctus Joan. Epist. prima in princip.* ibi: *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt, hoc testamur*, & in terminis Testium, de facto proprio deponentium, quod plenè, & concludenter probent, passim tradidit *Rot.* & signanter *dec. 6. num. 10. coram Mantica, & dec. 312. nu. 4. coram Celso, & dec. 288. n. 10. cor. Benincasa, & dec. 393. num. 9. p. 18. rec.*

Accedit quoquè alia non minoris efficaciæ concors Attestatio quatuor Testium in ætate grandiori constitutorum, qui pariter cum juramento affirmant se, numquam vidisse, aut à suis Majoribus audivisse, quod aliquod Ecclesiæ, vel Cappellæ signum, vel vestigium in summitate Montis Cavi existeret. Cùm autem Testes isti, non solùm omnes sint de ipsomet loco Arcis Papæ, sed alter eorum sit nonagenarius, alter octuagenarius, & reliqui duo septuagenarii, ab eorum dicto perfectè conclusa manet negativa existentiæ Ecclesiæ Sancti Petri in dicta summitate Montis Cavi juxta *Glos. in cap. 1. Verb. Memoria de Rescript. in 6. §. Retinend. Instit. de Interdict. l. 1. §. Uti possidetis Covar. pass. quæ cap. 17. n. 6. versic. 2. oportet. Rot. dec. 245. num. 7. coram Ludovis. & dec. 206. num 8. coram Cerro, & dec. 620. num. 7. p. 8. & in Frisingen. Decanatus, & Curæ 10. Maii 1717. §. Respectu verò cor. Ansaldo.*

Potissimè verò, quia eorum dicta apprimè confirmata conspiciuntur à pluribus Historicis, qui mentionem faciunt veterum Ædificiorum, à superstitiosa Gentilitate ibidem falsis Deitatibus erectorum, minimè verò alicujus Ecclesiæ, in honorem Sancti Petri in illius Montis summitate constructæ, quos inter spernendus non est Abbas Piazza, qui cum in ejus Libro inscripto *Gerarchia Cardinalitia à fol. 249. ad fol. 283.* exactissimè usque ad leviores minutias descripserit omnes Ecclesias Rurales, omnesque Cappellas campestres, existentes in Diœcesi Tusculana, & præcisè in Territorio Arcis Papæ, nullam penitùs mentionem fecit assertæ Ecclesiæ, seu Cappellæ Sancti Petri, olim; ut prætenditur, in summitate dicti Montis Cavi exi-

existentis, quam alioquin describere non omisisset, si aliquod ejusdem Ecclesiæ vestigium io diligenti per ipsummet, facta totius dicti Montis oculari perquisitione, deprehendisset, ut ingenuè curiositatem suam fatendo testatur, *fol.277.* ibi: *Noi attentamente nella Visita di questi Luoghi osservassimo curiosamente li Siti*; Unde si rationabiliter in Jure statutum est, quod Historicis multa fides adhibentur juxta *Text. in l.1. in princip. ff. de Offic. Præsid.* & observ. *Bertacchin. vot. decis.141. num.11. &*
13 *Rot. dec.502. num.2. coram Dunozzett. jun. & dec.24. n.8. coram Ubag. & dec.396. num.11. p.17. recent. & in Terracinen. Cathedralitatis 23. Junii 1703. §.11. cor. Molines.* Quantò magis æquum, justumque est, ut omnimoda fides præstetur memorato Authori, qui non minùs ex impulsu propriæ curiositatis, quàm ex Officio Visitationis, sibi commissæ, attentè omnia perscrutatus, nullam omnino Ecclesiæ dirutæ vestigium adinvenit, sed plures tandem superstites profanas reliquias: *Di tante profane superstitioni*, ut ipse ait *fol.276. e di cose così memorabili, avvenute in questo Monte, forse da potersi credere, appena se ne scorgono li vestigj, che Noi, che vi summo, studiosamente, e con istupore osservassimo in grandi pezzi di Edificj rovinati*; Quæ porrò collapsa vetustorum Ædificiorum cæmenta ea eadem esse debent, quæ
14 suis oculis conspexerunt, suisque manibus contrectaverunt nostri Fabrimurarii in constructione præsentis Eremi, itaut hisce omnibus simul junctis, citrà omnem dubitationis aleam esse videatur, quod in Loco controverso nunquam extiterit asserta Ruralis Ecclesia Sancti Petri, ut benè ad rem tradunt *Bald. in leg. Dictantibus, num.4. C. de Testam. Farinac. de Testib. q.44. nu.3.*
15 *& Rot. dec.101. num.13. p.17. rec.*

Cæterùm, quòd præcisivè etiam ab omnibus hucusque cumulatis demonstrationibus, manifestè concluderet insubsistentiam contrariæ prætensionis, nonne foret antiquissima, & immemorabilis possessio Domus Columnæ, quæ præcisè in Loco, de quo agitur, absolutum, ac totale exercuit dominium, omnimodam, & ad sui libitum agens dispositionem controversi Situs? Si enim, ex notissimis regulis, habens pro se immemorabilem, aut centenariam, dicitur habere probationem probatam, quod res semper fuerit eo in statu, & cum
15 ea qualitate, cum qua ipse ab immemorabili tempore rem illam possidere comperitur, juxta phrasim, communiter in his terminis à Doctoribus usurpatam, ut videre est apud *Sperell. dec.37. num.16. Card. de Luc. de Benefic. disc. 32. num 2. & 4. Rot. dec.76. num 3. coram Ansaldo, & in Tranen. Præeminentiarum 19. Novembris 1717. §. Immemorabilis coram eodem*, ubi quod immemorabilis dicitur magistra probationum, illamque pro se habens, dicitur habere totum id, quod Papa, & Imperator possunt per viam Gratiæ, vel Justitiæ concedere; Quomodò nunc in controversiam revocari poterit dominium Situs controversi adversùs dictam Domum Columnam, à tempore, cujus initii memoria non extat, ejusdem Situs pacificam posseditricem?

Profectò non furtivi, aut clandestini fuerunt possessionis actus, quos etiam recentioribus hisce annis iteratò gessit in controverso Situ Domus Columna, quæ de eodem tanquam de re profana, & ad se pleno Jure spectante, publicè, & palam cessionem fecit Edmundo de Buisson, & tamen non Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis Arcis Papæ, non Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Tusculanæ, non demum ullus alius comparuit, qui cessionem hujusmodi, tanquam de re Ecclesiæ, & ad Domum Columnam minimè pertinente, impugnaverit, sed quod magis est, ipsamet Communitas dictæ Arcis Papæ in publico Consilio ritè, ac legitimè coadunata, eandem cessionem approbavit, ratamque habuit. Quid autem clariùs afferri potest ad persuadendam omnimodam pertinentiam Situs controversi ad Domum Columnam, excludendumque quodlibet dominium ex parte præfatæ Ecclesiæ Parochialis, cùm nihil magis inverisimile sit, quàm quod, si Locus ille ad eandem Ecclesiam jure Dominii pertinuisset, ita omnes in ejus-
16 dem Ecclesiæ præjudicium, atque jacturam conspirassent, ut in proposito notant *Bald. in leg.1. num 16. C. de ser. fugit. Felin. in cap. Auditis col.13. de Præscrip. Rot. post Merlin. de Pignor. dec.17. n.10. & cor. Priol. dec.408. pariter n.10. & in rec. dec.619. n.6 p.18. & dec.411. n.13. p.19.*

Perperam verò in argumentum dominii sæpe dictæ Parochialis Ecclesiæ super controverso Situ, affertur exadversò quædam renunciatio, emissa ab Archipresbytero ejusdem Ecclesiæ Parochialis omnium jurium super dicto Situ sibi competentium. Nam præterquamquod asserta renunciatio absque ulla Scientia Domus Columnæ emissa dumtaxat die 12. Aprilis 1723. postquàm eadem Domus Columna jam sæpiùs de controverso Situ, tanquam unica, & absoluta Domina, ejusque pacifica ab immemorabili tempore posseditrix, liberè disposuerat, non est apta conferre titulum ullum dominii præfatæ Parochiali Ecclesiæ, in præjudicium ejusdem Domus Columnæ, legitimæ Dominæ, ac pacificæ Situs controversi posseditricis, *l. Præterea l. si quis pro eo vers. Igi-*
17 *tur ff. Mandat. leg. Id quod nostrum ff. de Reg. jur. Jason. cons.200. num.2. vol.2. Rot. coram Bich. dec.500. num.4. & in rec. dec.145. num.17. par.9. & in Romana, seu Veneta Locorum Montium 10. Junii 1718. § Minus officit coram Card. Falconerio.*

Advertendum insuper est, quod hujusmodi renunciatio, quam fortè circumventus, improvidè acceptavit Edmundus de Buisson, non iis concepta est verbis, quæ certò admitterent competentiam alicujus Dominii super situ controverso ex parte Ecclesiæ Parochialis, sed solùm explicata fuit per verba dubitativa, & importantia dumtaxat remissionem Jurium, quæ forsan, & quatenùs eadem competere possent ibi: *Cessit, concessit, & quatenus &c. cedit jura, quæ forsan eidem spectare possunt*; Undè, quoties aliundè non probetur competentia ista jurium, de qua dubitativè tantùm, & conditionatè, sub mera possibilitate, dispositum fuit in præfata renunciatione, certum undequaque est, nullum ab ea trahi posse argumentum vel à longè concludens assertam pertinentiam Loci controversi ad Ecclesiam Parochialem, cum dominia rerum, non ex æquivocis, & dubitativis, seu conditionatis enunciativis, sed ex con-
18 cludentibus, & univocis documentis probari debeant, *Glos. in l.2. §. penult. in verb. Meminerit ff. de Aqu. pluv. arcen. Speculator in §. Nunc aliqua num.19. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap.12. num.1 Gratian. discept. forens. cap. 533. num.41. Rot. coram Seraph. dec.869. num.1. & in rec. dec.150. & dec.731. num.9. par.4. & dec.198. num.2. p.8. & dec.153. num.27. p.17. & dec.551. num.8. par.19. rec.* Præsertim verò, quando agitur prout in casu, de avocando dominio alicujus rei, in cujus possessione alter à longissimo tempore reperitur, ut benè notant, *Bald.*
19 *Salycet.* aliique scribentes in *l. Possessiones 2. Cod. de Prob. & in l. fin. Cod. de Rei vindicat. Rot. coram Carill. dec.180. num.6. & coram Dunozzet sen dec.174. num. 3. & coram Coccin. decision.69. numer.1. & coram Bich. decision.44. nu. 11. & coram Emerix. jun. decis.199. numer 9. & dec.283. num.15. & 16.*

Et sanè adeò verum est, quod per memoratam renunciationem ita dubitativè conceptam, non intellexit Archipresbyter dictæ Parochialis Ecclesiæ aliquod sibi jus asserere super Situ controverso, ut apertis notis id ipse fateri, & per publicum Instrumentum declarare non dubitaverit, prout liquet ex ejus subsecuta declaratione data in Summ. ubi palam protestatur, quod *per la renuncia, fatta al Padre Edmondo Eremita di Monte Cavi, di quelle raggioni, che forse gli possono competere &c. non à inteso, ne intende aver ceduto raggioni, e dritto, e dominio alcuno sopra il Terreno, e Sito, già concesso dall' Eccellentissimo Signor Gran Contestabile Colonna à detto Padre Edmondo, per il suo Romitorio, e confessa, non haver jus alcuno sopra il detto Terreno, e Sito &c.* Ex qua porrò declaratione, in puræ veritatis obsequium emissa, tollitur penitùs omne dubium, quod ab antecedenti vaga renunciatione oriri poterat, eamque reddit quali-
20 bet operatione incapacem, per ea, quæ tradunt Repetentes in *leg. Cum pretium C. de Liberal. caus.* & firmat *Rot. dec.236. num.1. coram Celso, & decision 7. num.4. coram Priolo, & dec.393. num.39. par.9. & dec.7. nu.7. & 8. par.17. rec.*

Hinc itaque est, quod suppositum illud, cum quo processit Vicarius Generalis Tusculi ad irritandam nostram donationem, quasi quod ea fomentum, & vires reciperet à prædicta renunciatione, penitùs collabescit, si enim, ut suprà fuit animadversum, nec poterat Archipresbyter aliquid juris transferre super dicto Situ,

C tan-

tanquam non suo, sed ab antiquissimo tempore sub dominio, & possessione Domus Columnæ, nec reverà animum habuit, jus aliquod transferendi super eodem Situ, super quo nullum penitùs sibi competere, benè agnovit, ac ingenuè confessus est in memorata sua publica declaratione, jam planè compertum redditur, quod pro effectu, de quo agitur, asserta renunciatio ita ha- 21 benda est, ac si nunquam emanasset; nullaque proindè operatio ei tribui valeat, cum non entis nullæ sint qualitates, ex regula; *Text. in l. Ejus, qui in Provincia vers. Quoniam ff. Si certum petatur, & in l. 4. §. Condemnatum ff. de Re judic.* cum concord. *apud Gratian. discept. for. cap 767. numer. 7. & 34. & cap 796. num. 18. Rot. decis. 338. num. 10. par. 13. & dec 66. numer. 14. par. 19. recent.*

Eoque magis evidens redditur, in nulla consideratione habitam fuisse, habendamve respectu nostræ donationis sæpe dictam renunciationem Archipresbiteri Arcis Papæ, quò certius est, neque Edmundum de Buisson donantem jus aliquod ab eadem renunciatione fuisse meritum, ut luculenter apparet ex tenore ipsiusmet Donationis, in qua nulla prorsus fit mentio memoratæ renunciationis, sed solùm concessionis reportatæ à Domo Columna, à qua jus totum desumitur, ut videre est in Summario, Quod manifestè demonstrat, neque ex parte Donantis, neque ex parte Donatariorum ullo in pretio habitam fuisse toties dictam renunciationem pro fundando aliquo jure dominii in controverso situ; Actus 22 enim præcedentes, & subsequentes benè explicant, & declarant intentionem Partium *l. sed Julianus §. Proindè ff. ad Macedon. leg. Quædam ff. de Reb. dub. Mantic de Facit. & ambig lib. 2. titul 1. num 5. & tit 8. nu. 20. Rot. coram Buratt. dec 173. num. 19. & dec 476. num. 12. cor. Ottebono, & coram Cels. dec. 263. nu. 5. & in rec. dec. 314. vers 4. part 16.*

Firmato itaque ex præmissis, quod perperam redarguitur de nullitate nostra donatio ex capite assertæ pertinentiæ, Situs controversi ad Ecclesiam Parochialem Arcis Papæ, multò minus impugnari valet ex alio motivo, tum in sententia Vicarii Generalis, tum in informatione tunc temporis Episcopi Tusculani indicato, quod agatur de Eremitorio, cum eleemosynis reædificato; Siquidem in facto priùs est advertendum, minimè subsistere, quod sit Eremitorium reædificatum, quasi quod in isto Loco, antequam ad eum accederet, illumque à pia beneficentia Domus Columnæ impetraret Ed- 23 mundus de Buiston, jam Fabrica aliqua ad usum Eremitorii ibidem præexisteret; Veritas namque est, quod eo in Loco remanebant dumtaxat vestigia remanentia Fabricæ antiquæ ut legitur in Summario, quæ non erant residua alicujus Ecclesiæ, Cappellæ, aut Eremi collapsæ, sed tantùm rudera vetustissimi Aedificii, ab ethnicis Romanis constructi, ut probatur ex eodem Summario, & ex notatis per Abbatem Piazza in ejus Libro inscripto *Gerarchia Cardinalitia* locis supra allegatis; Undè firmum, immotumque manet, quod Locus, de quo agitur, fuit hactenus semper profanus, & omninò expers à quocumque Religiosæ Ecclesiasticitatis indicio.

Præterea neque absolutè subsistit in facto, quod præsens Eremitorium ædificatum fuerit cum Eleemosynis; Quamvis enim Edmundus non inficietur, aliquod etiam eleemosynarum subsidium, quod paucis ab hinc annis pro sui alimento quæstuare cæpit, in augumentum, & perfectionem Fabricæ fuisse erogatum, æquè tamen verum est, quod eam, pro majori parte, ex propriis pecuniis, propriisque sudoribus confecit, ut optimè innotescit Incolis omnibus Territorii Arcis Papæ, qui per spatium decem, & ampliùs annorum à die suæ commorationis in loco illo nunquàm eum viderunt quæstuantem, ut palàm testantur Priores Communitatis ejus- 24 dem Arcis Papæ. Cùmque negari non possit, dictum Edmundum, usque à primis annis ejus accessus ad eumdem Locum, totis viribus incubuisse constructioni sui Eremitorii, ut patet etiam ex nova ampliori Situs concessione, quam reportavit anno 1718. à moderno Magno Comestabile Columna, Hinc certum redditur, non totum, sed neque in majori parte præsens, quod conspicitur, Aedificium, confectum fuisse ex eleemosynis, sed reverà ex propriis pecuniis ejusdem Edmundi, suisque in illud laboribus utiliter collatis, ut declaratur in Instrumento controversæ Donationis.

Quo posito, nescimus percipere, quæ vis constitui possit in asserta illa partiali constructione facta ex eleemosynis ad infrigendam nostram Donationem, neque enim talis circumstantia efficere valuit, quod super ejusmodi Ædificio ritè, & rectè devenire non liceret ad quemlibet contractum, absque solemnitatibus, requisitis in alienatione bonorum Ecclesiasticorum; Si enim certum est in Jure, quòd Ædificium, seu alia res, comparata ex Eleemosynis non acquirit qualitatem ullam Ecclesiasticitatis, quæ reddat eam absque solemnitatibus inalienabilem, quoties non agatur de aliquo Loco pio, erecto cum authoritate Ordinarii, ut in terminis fortioribus bonorum Confraternitatum laicalium, & Hospitalium ex piorum Eleemosynis erectorum sine authoritate Or- 25 dinarii, quod absque solemnitatibus possint alienari, docuerunt *Bald. in auth Hoc jus porrectum num. 3. Cod. de Sacros Eccles. Barbos. de Potest. Episcop. par. 3. allegat. 75. numer 32. Cardinal. de Luc. de Alienat. disc. 1. numer. 12. & Rot. decis. 313. num. 10. par. 10. & decis 248. numer. 19. par 11. recent.*

Quantominùs ob simplicem partialem concursum Eleemosynarum ad constructionem præsentis Eremitorii adempta dici poterat Edmundo facultas de illo disponendi; Si enim ex gratiosa concessione, sibi facta à Domo Columna, ipse est Dominus Fundi; Si rursus majorem Ædificii partem propriis ipse sumptibus erexit, nulla afferri potest legitima ratio, cur eidem licitum non fuerit de eodem Aedificio ad sui libitum disponere; Tum quia rectè quisque dicitur Dominus Fabricæ, propter dominium Fundi, in quo ea fuit constructa *l. Adeò §.* 26 *Cùm in suo solo ff. Acquir rer. Domin. §. Ex divers. Inst. de Rer. divis. Mantic. de Tacit. lib. 21. tit. 1. sub numer. 4.* Tum quia talis eò fortiùs est, si illam ipse construxit *§. Cum in suo solo Instit. de Rer. divis.* Tum demum, quia nullibi in jure cautum reperitur, quod portio Eleemosynæ, in alicujus Fabricæ constructionem erogata, privet Dominum eo Jure, quod sibi super eadem competit, ratione Dominii Fundi; Quin potiùs etiam in Aedificio, 27 vel in totum, vel in parte tantùm, prout in nostra hypothesi, constructo ex Eleemosynis, militat regula generalis, quod Aedificium cedit solo, juxta *d. leg. Adeò §. Cum in suo ff. de Acquir. rer. Dominio* & notant *Joan. Andreas in cap. Nobis de Jurepatron. in secunda col. in verb. Acquiritur, Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. par. 1. qu. 3. art. 12. num. 5. Amostaz. de Causis piis lib. 5. cap. 5. n 61. & Rot. dec. 533. num. 6. coram Bichio*, & magis in species, quod Aedificium Cappellæ, in parte factum ex Eleemosynis Piorum, non auferat dominium ejus, qui est 28 Dominus Fundi, & ex propriis etiam pecuniis ædificavit *Rota dec. 220. n. 30. & seqq. p 17. rec.*

Maximè verò, quia in casu nostro portio Eleemosynæ, erogata in partialem constructionem Fabricæ, de qua agitur, non est de genere illarum Oblationum, aut Eleemosynarum, quæ à Fidelibus quandoque fiunt miraculosis Imaginibus; in aliqua Ecclesia existentibus, circà quas moveri solent à Doctoribus quæstiones, utrum illæ debeantur Parocho, intrà cujus districtum est Ecclesia, seu potiùs Canonicis, & Capitulo, aut Confraternitati, in eadem Ecclesia erectæ, sivè demum 29 earum administratio spectet ad Episcopum, ut rem latè, juxta multiplicem casuum distinctionem, pertractant *Fagnan in cap. Pastoralis à num. 14. de His, quæ fiunt à Prælatis, Lotter de Re Benef. lib. 1. qu. 30. à numer. 30. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 32. Amostaz de Causis piis lib. 4. cap. 4. à num. 23. Zaul. ad Statut Favent. tom. 1. rub. 21. lib. 3. num. 56. usque ad num. 76. & Torr. de Pact. futur. success. lib. 3. cap. 2. à num. 241. usque ad num. 253.* Sed res est de Eleemosynis, à paupere Eremita, propria industria pro sui alimonia quæsitis, parcèque vivendo in destinationem pii Operis reservatis; In his autem terminis nulli dubium esse potest, quin Opus, ex hujusmodi eleemosynis confectum, cedat omninò ad dispositionem ejus, qui easdem Eleemosynas sibi quæsivit; Præserrim verò, quando quæstus factus est, prout in casu nostro non controvertitur, cum debita superioris licentia; Tunc enim non solùm simplex Laicus, sed etiam Reli- 30 giosus Regularis disponere potest de eleemosynis, sibi et Benefactores elargitis, ut declaravit *Sacr. Congregatio Concilii in una Andegaven. 25. Julii 1671. Libr. 27. decret.*

decret. fol.148. à terg. & in Minor. observant.13. Junii 1684. Lib.18. decret.fol.384. aliasque] resolutiones refert, *Nicol. in Flosc. verb. Auxilium nu.1.*

Neque eredimus, quod pro impugnanda facultate disponendi de controverso Ædificio tot titulis debita Edmundo de Buisson, vis ulia exadverso constitui velit, io eo, quod agatur de Ædificio in usum pium destinato; Nam præterquamquod sola destinatio alicujus Operis, seu Ædificii in usum pium, ounquam adimit vero Domino facultatem de illo disponendi, multoque minus, quando dicta destinatio ab eodem Domino liberè proficiscitur, ab eoque totaliter dependet, cùm quæcunque hujus generis destinatio à Privato, nomine proprio pro suo libito facta, oullo modo sit apta inducere veram 31 qualitatem Ecclesiasticam, quæ sola efficit, ut bona talis naturæ nequeant sine solemnitatibus requisitis alienari, ut docet Fagnan. *in cap. Nullus à num.53. usque ad finem de For. compet. Donat. Rer. Regul. tom.4. tit. de Eremit. part.20. per tot. Ricciull. var. lucubrat. tit. 3. cap 3. de Eremit. per tot. & Monacell. in Formul. tit. 1. tit. 6 formul. 13. num.2.* Accedit præterea, quòd sumus in Terminis Ædificii, adhue merè profani, & quod de facto in quemlibet usum omninò profanum absque ulla Religiosæ dignitatis, & convenientiæ læsione, converti posset; Unde nulla prorsus ratio afferri valet, cur hujusmodi Ædificium non debeat diei sub omnimoda, & libera dispositione ejus Constructoris, & Domini, cum in terminis multò fortioribus etiam Ecclesia materialis respectu Ædificii, ejusque situs, & ornamentorum, dicatur esse in hæreditate, seu patrimonio profano, & in li-32 bero Hominum commercio juxta animadversa per *Salgad. Labyrint. Credit. part.3 cap. 5. num. 48. Lotter. de Re benefic. lib.2. quæst. 4. num. 14. Card. de Luc. de Jurepat. disc.53. num.3. & in Miscell. Eccles. disc.28. num. 12. & de Præminent. disc.40. num 9.* Imò Ecclesiæ, licèt benedictæ, vel consecratæ, vendi valeant quoad materiam, & materialia (quod longè excedit fines nostri 33 casus) nam materia, & materialia Ecclesiæ in se sunt pretio æstimabilia, & non solùm donari, sed etiam vendi possunt *cap. Comperimus 14. qu. 6. cap. Cùm sit 10. & cap. Intantum 36. de Simon. Suarez lib.4. de Simon. q.4. §.4. & cap.24. n.17. in fin. Bonacc. de Simon q.4. §.4. n.1. Armille verb. Simonia n.4.* & latè *Episcopus Verde ad Tractatum de Simon. n.215.*

In omnem denique casum, ubi etiam per falsam hypothesim ageretur de re verè Ecclesiastica, & absque Superiorum authoritate io contractum non deducenda, adhuc efficeret, quod controversa Donatio, seu cessio facta per Edmundum de Buisson ad favorem Conventus S. Caroli ad quatuor fontes sustineri deberet, eo quia eadem donatio, seu cessio exarata fuit eum reservatione Beneplaciti Apostolici, nec non consensus Ordinarij, quatenùs opus sit, & non aliàs, ibi: *Reservato però, quando sia di bisogno, e non altrimente &c. Si il Beneplacito Apostolico, o vero il consenso dell' Eminentissimo & Reverendissimo Signor Cardinale Vescovo di Frascati:* 34 Hæc autem reservatio, si abundè sufficit, ut intereà contractus super re etiam verè Ecclesiastica factus, de nullitate redargui nequeat, juxta *Glos. in cap. Pridem in verb. Illicitè* ubi *Imol. de Pact. Felin. in cap. Ad audientiam il 2. num. 3. de reservat. Corrad. in Prax. dispensat. lib.9. num.18. & sequen. Gonzalez. ad Regul. Cancell. gloss. 12. num.8. Rot. coram Seraphin. dec. 237. num.3. & coram Dunozett. jun. dec.711. num.10.* Quantominùs impugnari meretur contractus noster rei, hactenus omninò profanæ, & ex sola Benefactoris intentione io usum pium destinatæ, sub eadem reservatione stipulatus, quando aliunde contractus iste apparet tot nominibus undequaque laudabilis. Certum namque est, quod etiam in terminis illorum piorum Operum, quæ perfici nequeunt absque licentia Ordinarii, si tendant ad majorem Dei 35 gloriam, nec alterius præjudicium involuant, non debet Episcopus suum denegare assensum, ad firmata per Zerol. *in Prax. part. 1. verb. Ecclesia, Piasa in Prax. part.1. cap.5. num.1. & seq. Barbos. de Jur. Eccles. cap. 2. num.4. Ventrigl. in Prax. rer. notabil. tom. 2. annotat. 17. §. 1. num. 3. Cardin. de Luc. de Regul. discurs. 29. numero 12.*

Non est igitur in aliqua consideratione habenda reflexio illa facta ab Episcopo Tusculano in ejus Epistola informativa, quod donatio, de qua disputamus, fuerit jam declarata nulla à Curia Episcopali Tusculana mediante Sententia per Vicarium lata die 16. Julii 1723. de qua in Summ. Cùm enim, ex hactenus deductis, eadem Sententia clarissimè deprehendatur suppositis omninò falsis, ac insubsistentibus innixa, non debet pro- 36 indè ullo in pretio haberi, nec ullum parere præjudicialem effectum *Rot. dec. 274. num.11. part.17. recent. & in Firmana Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. Sed prius coram Molines*; Sique aliquod indè præjudicium inferri potuisset nostræ Donationi, veniret illud ab hac Sacra Congregatione reparandum: Potissimè verò, quia eadem Sententia, uti lata, postquam causa pendebat coram hac Sacra Congregatione, nequit à vitio attentatorum 37 salvari, juxta notata per *Lancell. de Attentat. par.2. cap. 15. n.130. & Rot. decis.116. n. 3. coram Bichio, & decis. 108. n.22. coram Priol. & dec.1191. n.1. & 2. coram Emerix. jun.*

Pendentia autem nostræ controversiæ coram hoc Sac. Consessu, antequam Sententia Curiæ Episcopalis Tusculi emanaret, est innegabilis; Constans quippe in facto est, quod in principio mensis Julii 1723. porrectæ fuerunt nostræ preces huic Sac. Congregationi, quæ sub die 7. ejusdem mensis benignè rescripsit Eminentissimo Episcopo, ut dignaretur Sac. Congregationem instructam reddere, & votum suum aperire. Cùm itaque hujus Rescripti, & pendentiæ litis notitia non potuerit ignorari à dicta Curia Tusculana, eo quia omnia pertractata fuerunt, & executa cum participatione, consensu, & directione Auditoris Eminentissimi Episcopi, certum pariter est, quòd post enunciatum recursum, non poterat ampliùs d. Vicarius Generalis pronunciare, nec quidquam definire super validitate, vel invaliditate controversæ Donationis; Postquàm enim cognitio alicujus causæ delata est ad hanc Sacram Congregationem, ab eaque assumpta, mediante Rescripto, cujus vigore vult instrui de meritis ejusdem Causæ, nulli dubium esse potest, quin interim interdictum sit Judici inferio- 38 ri desuper judicium aliquod proferre per *text. in cap. S. Mariæ 4. Ut lit. penden. cap. 1. & 2. eodem tit. in 6. Lancellot. de Attent. d. par.2. cap 4. num. 349. Rot. coram Buratt. decis.262. num.3. & coram Card. Celso dec.39. num.3. & 4. & coram Ubag. dec.54. num. 1. & coram Ansald. dec. 87. num 9.*

Seposita igitur præfata Sententia Vicarii Generalis Tusculi, tam ex capite nullitatis, & attentatorum, quàm ex capite injustitiæ, corruunt etiam, nulliusque momenti sunt alia omnia, quæ contra nostram Donationem ponderantur in Relatione Episcopi. Quod enim in Instrumento d. Donationis expressum non legatur suppositum pactum non quæstuandi ex parte nostrorum Religiosorum, qui admittentur ad habitandum in controversia Eremo, id quidem verum est, si tota vis sist in eo, quod hujusmodi pactum non fuerit ibidem verbis explicitis appositum; At verò si non ad literam, sed ad spiritum contractus attendatur, negari non potest quin id virtualiter conventum fuerit, statim ac prima con- 39 ditio in contractum deducta, primumque onus, ad quod voluit teneri Conventus S. Caroli ad quatuor Fontes illud fuit: *Di mantenere in perpetuo, e continuamente nel sudetto Eremo di Monte Cavi almeno due Religiosi Sacerdoti del loro Ordine, e Congregatione di Spagna, i quali debbano, e siano obligati star sempre nel sudetto Luogo. &c.* Si enim duo Viri Religiosi commoraturi in hac Eremo manutenendi sunt sumptibus Conventus S. Caroli ad quatuor Fontes, nemo non percipit, quod intentio Contrahentium fuit, ut ii minimè quæstuarent; Quod quidem expressissimè declaratum extitit in precibus, porrectis Magno Comestabili Columnæ, pro habendo ejus consensu, ibi namque literaliter permittitur, quod Conventus S. Caroli: *Si obliga a mantenere li Religiosi abitanti in detta solitudine di tutto il bisognevole, senza far cerca per non pregiudicare li Conventi circonvicini.* Et quia de facto hæc est nostrorum Religiosorum firmissima mens, & intentio, ideo, quoties etiam talis declaratio, quæ ex mera inadvertentia ita expressè reperita non fuit in Instrumento Donationis, ad tollendam quamcumque dubietatem, atque formidinem, iterum exadverso requiratur, non detractant iidem Religiosi ad omne Mandatum eam denuò exarare.

Hoc autem posito; nihil ampliùs habebunt, de quo justè conqueri possint PP. Ordinis de Mercede Arcis Papæ, cum ex sola habitatione in dicta Eremo duorum Religiosorum Nostri Ordinis, qui unicè juxta consilium suarum Constitutionum perfectiori vivendi methodo incumbent, nullum sit excogitabile præjudicium dd. Patribus eventurum, ideòque eorum Oppositio, uti irrationabilis, si adhuc fieret, non esset attendenda, juxta vulgatum, & juridicum illud Axioma, quod tibi non nocet, & alteri prodest de facili concedendum est, quod benè ad rem nostram adducit *Fargna. de Jure patr. p.1. cap.4. cas.4. sub n.40.*

40

Nec ulla vis fieri potest in eo, quod in sæpedicto Instrumento Donationis habeatur mentio Conventus, possibiliter progressu temporis ibidem erigendi ex Legatis, aliisque Relictis per Benefactores forsasse imposterum deferendis; Cùm enim hodierna quæstio vertatur dumtaxat super validitate, vel invaliditate Donationis, restricta ad receptionem duorum, vel trium Religiosorum, anachoreticæ vitæ totaliter incumbentium, nec hodie sit casus erectionis asserti Conventus, non potest sub prætextu meræ possibilitatis, exabundanti prævisæ, retardari, seu impugnari executio moderni Contractus, undequaque justi, pii, rationabilis, & nemini præjudicialis; idq tunc solùm, quando eventura foret hæc imaginaria Conventus Erectio, locus esse poterit oppositioni PP. Adversariorum, nec non examini alterius motivi, in Informatione tunc Tusculani Episcopi enunciati, utrum ex fundatione novi Conventus emergere possit aliquod præjudicium authoritati Episcopali, juribusque Parochialis Ecclesiæ; Cùm Nos quoque minimè inficiemur, quòd Fundatio, seu erectio novi Conventus fieri minimè debeat, non auditis iis, de quorum possibili interesse agitur ad *text. in cap. Dilectus 2. de Cappell. Monach. & in cap. Pastoralis 9. de His, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Episcopi*, & tradit *Rot. coram Cerro decis. 553. à num. 3. ad 5.* At dum res est de simplici Eremo, cum sola Cappella, seu Oratorio, ad privatum commodum duorum, aut trium Religiosorum, in omnimoda solitudine viventium, nequit in præsenti destinatione ullius præjudicium considerari, maximè quia non quodlibet leve præjudicium sufficit, ut impediatur Erectio novi Oratorii, seu Cappellæ tendens ad majus divini cultus augumentum, *cap. Ad Audientiam de Eccles. Ædific. Butr. in cap. Cùm olim n. 15. de Consuet. Tamburin. de Jur. Abb. tom. 3. disput. 5. qu. 2. n. 14. Rota coram Seraphin. dec. 847. num. 3. & seq. & in recent. decis. 745. per tot. p. 2. & dec. 288. numer. 23. par. 7.*

41

42

Cum itaque ex præmissis plana reddatur affirmativa resolutio prioris dubii, consequens est, ut secundo responderi possit *Satis provisum in primo*; Constito enim de validitate controversiæ Donationis, superfluum est assumere examen, utrum locus sit ejus revalidationi, quæ tamen, ubi per falsam hypothesim eadem Donatio aliqua nullitate laboraret, esset omninò indulgenda.

Agitur enim de Donatione, præcisè exarata pro introducendo, manutenendo, augendoque cultu Sanctissimæ Triadi, eo in Loco, in quo potissimè ejus Augusta Majestas magnoperè offensa fuit à Gentilibus, cultum vero Deo unicè debitum, turpibus Idolis, impia superstitione, tribuentibus, ut notat *Abbas Piazza nella Gerarch. Cardinali. fol. 285. in fine* ibi -- *Che fosse chiamato Monte di Giove Laziale, ove era un famoso Tempio dedicato a Giove, ed un altro a Giunone Moneta &c.* & infra -- *senza dubbio era questo Monte pieno di Tempij, dedicati a diversi Idoli &c.* -- Quodque in hoc Monte extaret Templum, à Tarquinio Superbo Jovi Latiali erectum, quo Latini omnes summa celebritate convenirent, Sacra peragerent, & Ferias, eruditè à pluribus conjectat Eminentissimus Corradinus in suo Opere cui titulus *Vetus Latium profanum lib. 1. cap. 8. pag. mihi 73.* Unde nil certè laudabilius excogitari potuisse videtur, quàm quod eodem in loco cultum veri Dei in aliqualem reparationem tot injuriarum Supremæ ejus Majestati ibidem factarum, pro viribus curaretur, quemadmodum in id unicè respexit Edmundus, qui donationem emisit -- *Col santo fine, acciò in quel Sito sia perpetuamente servita, & adorata la Santissima Trinità, in riparazione dell'ingiurie, fatte a Sua Divina Maestà dagl'antichi Gentili, che in quel Luogo adoravano l'Idolo di Giove.* Si autem generaliter commendabile est, ut in augumentum Divini Cultus conatus omnes conferantur, juxta monitum Pontificium in *cap. Ex parte de Constit.* ibi: *Nolentes igitur Divini Numinis diminui cultum, sed potiùs augumentari*, & in *cap. Quia per ambitiosam de Rescript. in 6.* ibi: *Minuitur cultus divinus, quem desideramus augeri* -- quantò magis, ubi opus foret, pro legitima executione, tàm pii Operis ab Edmundo Intenti, locus esset revalidationi hujus Donationis, cujus unicum objectum est major Dei gloria, in loco satis conspicuo aptissimè promovenda; Omnes quippè Doctores in hoc facillimè conveniunt, quod seposito quocumque respectu in dubio inclinandum est pro executione eorum, quæ in majus Dei servitium tendunt, ut cum pluribus tenet *Rot. decis. 847. num. 3. coram Seraphin. & decis. 685. num. 5. coram Cerro, & decis. 258. num. 23. & 24. par. 7. recent. & in Romana Ornatus 6. Junii 1708. §. Verùm coram Omana.*

43

44

45

46

Accedente præsertim, quod si quæ nullitas deprehendi valeret in controversia Donatione (à qua tamen, & omnem nullitatis umbram prorsus exulare ostendimus,) ea non esset illius generis, quæ involveret aliquem Superiorum contemptum, quippè quia sæpedicta Donatio, cautissimè, ac religiosissimè exarata fuit cum reservatione tam beneplaciti Apostolici, quàm consensus Episcopi, quatenùs requirerentur; Unde cùm hinc optimè deprehendatur summa Contrahentium erga Superiores reverentia, inde fit, ut quæcumque alia nullitas, quæ fortè potuisset irrepere, esset omninò sananda, ex eo inconcusso Juris principio, quod ubi nullitas non habet admixtum spretum Superioris, facillimè sanari debet, per *Text. in leg. In omni ff. de Adopt. Marchesan. de Commiss. p. 3. §. 1. num. 28. Rota in Calaritana Cappellæ 14. Junii 1713. §. final. coram Lancetta, & in Melevitana Bajulivatus 11. Martii 1718. §. fin. coram Reverendissimo Crispo.*

47

Tertii dubii, sub quo disputatur, *An liceat Conventui Sancti Caroli ad quatuor fontes Urbis perpetuò manutenere in Eremitorio Montis Cavi duos saltem, Religiosos Sacerdotes ex eorum Ordine, cum obligationibus præscriptis in Instrumento dictæ Donationis* -- Pariter affirmativa resolutio indubiè promanat ex ipsismet Constitutionibus hujus Religionis, ab Apostolica Sede approbatis, quibus præcipitur -- *Di procurare in ogni Provincia un Luogo deserto, ove possino commodamente ritirarsi li Religiosi, desiderosi di vita più perfetta di quella, che si può pratticare nelle parti più popolate.* Unde non videtur in controversiam revocari posse, quin liceat nostro Conventui manutenere in dicta Eremo duos Religiosos Sacerdotes sui Ordinis, juxta præscriptum Suarum Constitutionum, pro quarum Observantia laudabile est, ut non solum Superiores Ecclesiastici, sed cæteri omnes suum conferant studium, utpotè in re ad majorem Dei cultum, certioremque animarum Fidelium salutem tendente, per *text. in cap. Quia per ambitiosam de Rescript. in 6. Nicol. in flosc. verb. Confraternitas nu. 21. & Francesc. de Eccles. Cathedral. cap 25. n. 363.*

48

Nec adversus hanc limitatam receptionem nostrorum Religiosorum in dicta Eremo audiendi sunt PP. Ordinis de Mercede, jam præexistentes in Loco Arcis Papæ; Quia, ut supra jam præmonuimus, nullum penitùs eorum respectu considerari valet præjudicium: Non quidem titulo quæstuationis, quæ à Nostris Religiosis non prætenditur; Minusque ob alias conditiones in Instrumento Donationis appositas, cùm ex earum singulari consideratione statim pateat, nullum prorsus damnum, aut minimum detrimentum PP. Mercenariis esse obventurum; Quin imò, si iidem Religiosi rem totam animo prorsus placato perpendant, nedum nullum sibi damnum, sed aliquale potiùs beneficium ex isto contractu eorum Conventui derivatum iri intelligent; Quippè quia statim post ejus effectuationem incipient, non sentire ampliùs illud qualecumque præjudicium, ipsis resultans à quæstuatione præsentis Eremitæ in Territorio Arcis Papæ, quodque magis est, per hunc contractum liberantur à periculo Majoris quæstuationis, quæ citra dubium tractu temporis fieret in eodem Territorio à Sociis dicti Eremitæ, eorumque Successoribus, si Eremitorum in pristina intentione permaneret.

Quam-

Quamobrem, si nullum penitùs detrimentum, quin aliqua potiùs utilitas resultat Patribus Mercenaria ex conversa Donatione, non est profectò, cur ipsi illam 49 impugnent; Cum alienum id nimis sit ab ea æquitatis regula, quam meritò commendat Jurisconsultus in *l.* a. *§. Item Varus ff. de Aqu. pluv. arcen.* ibi: *Qui factus mihi quidem prodesse potest, ipsi nihil nociturus est, hæc æquitas suggerit, etiam si jure stricto deficiamur*, & rectè ponderat *Magon. dec. Florentin. dec.139. num.3. Rot. dec.31. num.18. & 19. par.17. & dec.69. num.39. par.18. recent.* Et hoc æquitatis studium, si ab omnibus servandum 50 est, ab iis verò potissimè, qui religiosam vitam profitentur, ad tradita per *Valenzuel. consil.75. num.25. Fontanell. dec.547. num.19. Rota decis.4. ante fin. de Appellat. in novis, & decision.942. num.18. & 19. coram Seraphin. & dec.52. n.6. & 7. cor. Cerro.*

Die 3. Februarii 1725. proposita Causa in Congrega- 51 tione Coneilii sub sequentibus tribus dubiis.

1 *An donatio, seu cessio Aedificii, & Terreni in summitate Montis Cavi, per Edmundum De Buisson facta ad fa-* 52 *vorem Conventus S. Caroli ad quatuor Fontes, sustineatur.* Et quatenus negativè.

53 2 *An sit locus revalidationi.* Et quatenus affirmativè ad alterutrum.

3 *An liceat D. Conventui S. Caroli manutenere in perpe-* 54 *tuo, & de continuo in eadem eremo Montis Cavi duos saltem Religiosos Sacerdotes ex eorum Ordine, & Congregatione Hispaniarum cum obligationibus, præscriptis in Instrumento d. donationis.*

55 *Ad 1. Responsum fuit Affirmativè*, cum addito, *ut Causa amplius non proponeretur.*

56 *Ad 2. Provisum in 1.*

57 *Ad 3. Verò Exibeantur Constitutiones.*

Quibus exhibitis in Congregatione habita die 3. Martii ejusdem anni 1725. quæ ita cantant. *In Ordine nostro quatuor sunt differentiæ Conventuum. Prima Novitiorum, & Professorum, ubi à Magistris in Cæremoniis, mortificatione, vitaque spirituali instruantur; secunda Collegiorum, ubi jam Professi Philosophiam, sacramque Theologiam edoceantur; Tertia Conventuum, in quibus Religiosi spirituali profectui; tam proprio, quàm Proximorum incumbant; Quarta demum Domorum in Desertis, ubi soli Deo vacent. Statuimus nè fiat nova Conventus fundatio, nisi in eo numerus Religiosorum, à Regula nostra stabilitus, commodè cum observantia, & sine distractione sustentari queat. Situs Conventus, si fieri possit,* 58 *eligatur intra Civitatem, vel Oppidum, in Loco tamen ad Religiosorum quietem opportuno, & in quo permansurus sit, nec in eo assistant ultra tres, vel quatuor Religiosos, qui de fabrica curent, donec Ecclesia, & habitatio cum sufficienti Clausura constructa sit.* Et rursus *cap.4. In nostris Conventibus, & Collegiis sit competens numerus Fratrum, juxta prudentem Patris Provincialis dispositionem, nunquam tamen sint infra tresdecim, sicut præcipit Regula, præter quam in aliqua nova Fundatione, ut supra dictum est. Responsum fuit.*

Licere pro nunc retinere duos, vel tres Religiosos pro Fabrica perficienda.

DISCEPTATIO VII.

Tirasonen. Nullitatis *Matrimonii*

PRO

Maria Teresa de Castison Peralta

CUM

Vincentio Francisco de Obando.

ARGUMENTUM.

Dissolutioni Matrimonii ob perpetuam, & insanabilem Viri impotentiam locus est, etiam ante triennium, quando illa est incontinenti probata.

ANtequam rationes, pro hac parte militantes, exponamus, supplicamus nobis ignosci, si aliqua impudica cogimur contexere, imitantes in hac parte

morem *Hostiensis*, qui de similibus verba facturus Lectori precatus fuit, ut sibi ignosceret in *Summ. de Frigid.* 1 *& malefic. §. quæ impotentia nu.6.* Pro juxta enim Causarum notione oporret castissimas Judicum aures quandoque nedum similia, sed pejora audire, ut observat *Amen. in Prax crim. fol.423. num.38.* ubi, quod commune est hoc incommodum etiam Theologis, & Moralibus tractantibus de impedimentis Matrimonii, Conjugatorum peccatis, & concordat *Ant. Rubert. rem judici lib.4. cap 10. fol.786.* ibi; *Parcite pudicæ aures, si quid* 2 *in eo obscænæ labatur verecundi Sermonis modestia, & Zacch. quæst. Medicoleg. tom 1. lib.7. titul.1. quæstion. 8. numer.37.* ibi; *Nullam esse in illis verbis indecentiam, quæ ad laudabilem finem, & propalandam rei veritatem proferuntur.*

Pro favorabili autem resolutione nostri dubii præmittimus, quod pro dissolutione Matrimonii ex causa impotentiæ viri, non est absolutè præscripta à Sac. Canonibus cohabitatio triennalis, sed solùm conditionaliter, quatenus scilicet perpetua, & insanabilis impotentia aliundè probari non possit, *juxta Text. in cap Laudabilem de Frigid. & malefic.* ibi; *si frigiditas priùs probari noa possit, cohabitent per triennium.* Ex cujus celebris decretalis dispositione à contrario sensu communiter in- 3 ferunt DD. quod si prius viri impotentia probetur, non requiritur triennalis cohabitatio, ut observat idem *Gloss. verb. Priùs*, ibi; *Quod si priùs probari possit impedimentum, non expectabunt per triennium, & Anchavan. num.2. Abb. eod. num & Butr. num 14. & Præposit. num.8. & Alexand. de Neo. num.57. & Innocent. num. 1.* ibi: *Nam si primo probari possit, statim petenti dabitur licentia contrahendi; Barbos. num 2. & Gonzal. num. 3.* 4 ibi; *si impedimentum coeundi constet, statim Matrimonium separatur, aliàs cohabitabant Conjuges per triennium, & Pyring. in Jus Canonic. lib.4 tit.15. de Frigid. & malefic. §.3. sub num.12. vers. Neque verò, Cocch. Instit. Canon. lib.3. tit. de Sacram Matrim tit.9. fol 108. vers De triennio, Mascard. de Probat. conclus.311. num 4. & in eorum Tractatibus de Matrim. Guttier. cap 120. numer.3. vers. Triennium namque, Pont. lib.7 cap 66. num.1. & Card. de Luc. disc.9. num.11. & Feuret. de Abus. lib.6. cap.4. nu. 11.* ibi: *Il est cepedant à remaquer en se chapistre Laudabilem, que le Pape Celestin. III apporte une limitation tres considerable, car il dit, que les Mariez seroat tenus coha-* 5 *bitare pèr triennium, si tamen frigidas priùs probari non potuerit, D'ou il faut inferer, que si par la visitation du Mary, & rapport des Esperts, il appar de quelque vice, e de faut apparant, la frigiditè estant notoire, il serois inutil d'ordonner, que les Mariez de meurent ensemble les trois ann entier, ou parachevevoisent le reste du triennium s'ils l'avvoissent deja commencè.*

Accedente congrua ratione, quia dilatio per tempus triennale datur à Jure ad hoc, ut impedimentum impotentiæ cursu ejusdem temporis detegatur; Sed quando ex aliis probationibus constat incontinenti de tali impedimento; frustra expectaretur eventus ille, cujus nul- 6 lus omnino speratur effectus; quam adducunt *Auctores supra citati num.2.*

Imò in tali casu d. triennale experimentum non debet permitti, neque licitum est, & præceptum insimul co- 7 habitandi non esset obligatorium, quia inniteretur præsumptioni, quæ cedit veritati, ut in nostris punctualibus terminis observant *in eorum Tractatibus de Matrim. Guttier. cap 120. sub num.3. Pont. lib.7. cap.66. n.1. Dicastill. disp.7. dubitat.52. num.566. & Tamburin. Oper. moral. lib.8. titul de Matrim. tract.2. cap.13. §.2. num. 5.* ubi, quòd hoc est verum, etiamsi Conjugibus sub excommunicationis pœna demandetur triennalis cohabitatio, & *Discastill. Oper. moral. tract.10. disputat.7. dubit. 52. num 693.*

Quod verum est, non solùm in illis terminis, in quibus de perpetua impotentia constet per oculorum visionem, vel per signa physicè evidentia, sed etiamsi eadem impotentia verisimiliter solùm, & moraliter illam concludentia, juncta in hoc casu septima manu Propinquorum, quæ in nostro casu non desideratur, ut uno ore observant *Repetent. in d. cap Laudabilem de Frigid. & malefic.* & concordant *Sanch. Matrim. lib.7. disp. 107. num.54. Brunell. de Sponsal. conclus 28. num.16. Castropal. Oper. Moral. tom.5. tit. de Sponsal. disp.4. punct.9. num. 4.*

Panimoll. dec.51. num.3. Baron. de Corpor. tit.de Virilib. num 81. & seqq. Zacch.quæst. Medicolegal. lib.3. tit.1.qu.5. num.25. Filliuc. Oper. Moral. tract.10. de Sacram. Matrim. part.2.cap.4. numer.106. de Angel. de Confess. tom. 2. quæstion. 49. numer.8. ubi, quod quando signa sunt verisimilia, itaut moraliter certam demonstrent impotentiam, Matrimonium statim dissolvendum est, nullo expectato canonico termino, *Mascard. de Probat. conclu. 311. num.4.* ubi quod id, quod hodiè moraliter, & verisimiliter certum est, sine ulla temporis dilatione agi dehet, *Excobar. in Theolog. Moral. tom.3. part.2. lib.57. dubit.130. fol.266.* ubi, quod quando moraliter, & verisimiliter constat de impedimento, non est locus ulte- 9 riori experimento, *Leander. Oper. Moral. tom.2. tract. 9. de Sacram Matrim. disp.21. de Impedimen.impotent. q.43. per tot. Christin. decis. belgic. decis.338. per tot. tom.1. ubi num.6.* quod postquam constitit in suo casu ex Medicorum relatione per signa verisimiliter, & moraliter certa, de Viri impotentia, data fuit Mulieri facultas contrahendi aliud matrimonium, & uno ore circa hanc conclusionem concordant io eorum *Tractatib. de Matrim.* 10 *Sanch. lib.7. disp.107. num.14. Pont cap.66 num.2. lib.7. Guttier. cap.120. num.4. Perez disp.37. sect.11. numer. 6. Tancred. lib.7. disp.107. num.3. Jor. part.8. quæst.26. nu. 13. Dieastill. tract.10. disp.7. dubit.52. nu.63.* ubi, quod in his circumstantiis non possunt Conjuges se matrimonialiter tractare, etiamsi ad id per Censuras compellantur, *& num.566. Card. de Luc. disc.9. num. 11.*, ubi quod his casibus nulla ratio subesse videtur, ob quam triennale experimentum per quamdam speciem Judaismi om- 11 ninò requiri debeat, *& Rot. dec.40. num.3. apud Zacch. quæst. Medicolog. & dec.695. num 2. & 4 part.1. recent. & dec.10. nu.11. & seq. inter impressas post Cardin. de Luc. post tract. de Matrim. tom.14. & dec.11. à num.33.* & per totam apud eundem.

Viva autem ratio hujus communiter receptæ opinionis illa assignari solet à DD. quia signa verisimiliter evidentia intellectum convincunt, atque eundem pariunt effectum apud peritos Judices, & quem parit aperta pro- 12 batio per aspectum apud imperitos, legalis philosophiæ rationis inexpertes; Frustra igitur requireretur triennalis cohabitatio, quæ nihil aliud afferre posset in fine triennii, quam id, quod per media verisimiliter evidentia de præsenti constat *Abb. in dicto cap. Laudabilem* 13 *num.2. de Frigid. & malefic.* ibiq. *Alexand. de Neo nu.3. & Butr. num.10. Hurtad. de Matrim. disp.22. difficult. 11. num.28. & Castrop. Oper. Moral. tract.5. titul. de Sponsal. disp.4. punct.14. §.9. num.5.*

Quæ dicta sint ad occurrendum omnibus possibilibus criticationibus, quæ in hac parte excitari possunt; quia in nostris terminis omnis cessare videtur difficultas ex speciali Brevi sa. me. Clementis XI. dato in Summ. in quo sequentibus claris literis expressè demandavit Episcopo, seu ejus Vicariu Generali Tirasonen. *ut constito tibi de præmissis*; (hoc est, quod Matrimonium ex an- 14 tecedenti mutua cohabitatione per triennium, & ultra consummatum non fuisset); *absque alio experimento triennali, prout de Jure procedas, procedique mandes &c.* Dum enim Summus Pontifex expressè demandavit, post d. Triennale experimentum, antecedenter ad dictum 15 Breve mutua cohabitatione transactum inter Conjuges, procedendum esse in hac Causa absq; alio Triennali experimento, istius prætextu, vel colore non potest ampliùs differri Causæ resolutio.

Præcipuè quia Vir, non sine maxima improprietate, abusus fuit dicto legali experimento, dum minibus pro- 16 curavit perficere id, ad quod ejus naturales vires non se extendebant, idque non sine magno præjudicio sponsę, ut ipsamet formiter per Reverendissimum Ordinarium Tirasonen. examinata prævio Juramento deposuit, ac uno ore deposuerunt etiam omnes Testes formiter in hac causa examinati, ut in dicto Summario, & liquet etiam ex judiciali confessione ipsiusmet Viri, ex decreto Re- 17 verendissimi Ordinarii, quo pro dictis excessibus Viri demandavit illius separationem ab uxore, & denique ex relatione hodierni Reverendissimi Episcopi Tirasonen. ad hanc Sacram Congregationem de illius mandato transmissa, ibi; *Et cum Marchio tentasset vi consequi, quod naturaliter non poterat, separatam fuisse &c. & de* 18 *nullitate Matrimonii dixisse coram Vicario Generali pro tempore existente in nostra Curia, qui decrevit experientiam triennalem, & vigore hujus decreti, revertentes ad maritalem vitam, per septem menses simulcohabitasse, sollicitantes omnimodè, sed frustraneè copulam conjugalem, Quousque iterum procuravit Marchio Violentam ruptionem claustri Virginalis.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo attentis dictis impropriis operationibus Viri, Reverendissimus Episcopus Tirasonen. usus fuit facultatibus in dicto Brevi attributis, per Sententiam pronuntiando, Matrimo- 19 nium, de quo disputamus, esse nullum ex defectu impotentiæ Viri, circà quam non solùm verisimiles probationes, sed indubitatas habemus demonstrationes in Summario.

Primò ex illius replicatis confessionibus judicialibus, & extrajudicialibus, de quibus deponunt multi Testes in dicto Summario, quæ confessiones plenam ad nostrum 20 effectum probationem faciunt, per ea, quæ punctualiter firmavit *Rot. in Mediolanen. Impotentiæ ad coeundum 16. Martii 1588. §. Confessio coram Gypt.* & in *Faventina Matrimonii 9. Januarii 1658. §. Id enim coram Card. Tayn,* ibi; *Confessio anhelantis ad Matrimonium plenè probat contra ipsam,* & io *Colonien. Illegitimitatis 6. Maii 1659.* 21 *§. Quo vero coram Verosp.* ubi, quod confessio Partis prævalet quibuscumque Testibus, & conjecturis in contrarium, & in *Bononien Nullitatis Matrimonii 15. Junii 1676. §. Et licèt coram Bourlemont,* & in *Neapolitana Matrimonii 2. Aprilis 1683. §. Hinc opus coram Guaxard.* & in *Theatina Matrimonii 26. Junii 1696. §. Hinc autem cor. Pio.*

Et in individualibus terminis, quod confessio impotentiæ illius Conjugis, qui aliàs stat pro matrimonio, juncta cum aliis probationibus, quæ in nostro casu non deside- 22 rantur, reddit illam verisimiliter evidentem, & sufficit ad statim dissolvendum Matrimonium, egregiè observat *Mascard. de Prob. conclus 881. num 1. & seqq.* & meliùs *Rot. in dec.10. à nu.12. & dec. 51. à nu.17. & per tot.* apud *Card. de Luc. lib.14.*

Secundò ex inutilibus experimentis cum Mulieribus corruptis pluribus vicibus à Viro replicatis, quæ in facto concludenter probantur à Testibus loquentibus de 23 facto proprio, ut videre est in Summario. In Jure verò idem inutile experimentum cum Mulieribus corruptis ad nostrum præcisum effectum magni fit, omnisque fides danda est Mulieribus, licèt inhonestis, de illis deponentibus, ut videre est apud *Castrens. in leg. Sed alio* 24 *Jure §. Alveus n.5. ff. Si ex noxali caus. Decian. cons. 363. num.3. Spad. cons.83. num.19. vers. Non obstat, & duobus seqq lib.1. Bursat. cons.218. num 7. vers 30. concludunt, & Rot. dec.284. num.8. post secundum volum. consil. Farinac. & in dec.818. num.9. & seqq.* & signanter *n.19. p.18 rec.* & in *Barchinonnen. Divortii 14. Aprilis 1679. §. Constat verò coram Vicecom. & 15. Martii 1680. §. Adulteria, & §. Proinde, & §. Pariter coram eodem, & 30. Januarii 1682. §. In proposito autem & §. Tertiò de Adulterio coram Emerix. jun. impressa inter suas la 520. n.1. & seqq. & 9. Decembris ejusdem anni §. Aliquæ nullitates coram Guaxard.* & in *Colonien Nullitatis Matrimonii 1. Julii 1693 § Ex quibus omnibus, & seqq. cor. Molines, & in dec.1194 cor. eod. Emer. jun.*

Imò, quòd ex hac circumstantia probata dicatur Impotentia, verisimiliter evidens, & ad nostrum effectum sufficiens, habemus Textum id determinantem in *cap.* 25 *Literæ vestræ de Frigid. & malefic.* ibi; *Postmodum per Presbyterum, de cujus Parochia Vir existit, fecistis inquiri, utrum ipse aliquam cognovisset, nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem,* egregiè *Card. de Luc. de Matrim. disc.9. num 12.* ibi; *In hac verò facti specie videbatur, quod signa, si non evidenter, ac indubitatè, attamen satis verisimiliter causam naturalem potius, quam accidentalem præseferebant &c. quia nulla fama erat, quod cum aliis mulieribus, etiam corruptis, magisque facilibus, ut præsertim sunt meretrices, rem habuerit, potissimè quia ex ejusdem Viri moribus, ac vivendi licentia, id referri non poterat ad causam, ob quam Mulierum cognitionem non* 26 *habuerunt S. Casimirus & similes, & Rot. in Nicien. Matrimonii 27. Januarii 1586. §. Eodem autem coram Gypto,* ubi quod in his casibus exitus acta probat.

Crescitque vis hujus probationis ex multiplici animad-

animadversione. Quia dd. inutilia experimenta facta fuerunt eo tempore, quo Vir erat in juventutis flore, & propterea multò magis dicendum est, eundem defectum 27 etiam de præsenti durare. In nostris enim terminis, *qui non est hodie, cras minus aptus erit*, & inhabilitas, probata de tempore præterito, perseverare dicitur de præsenti, & augeri in futurum, ut in nostris terminis observant. *Ann. Robert. Rer. Judicatar. lib. 4. c. 10. vers. Absurdum est. Narbon. de Ætat. anno 30. q. 5. per tot. Pont. de matrim. lib. 7. c. 66. sub n. 1. & Rot. d. dec. 10. à num. 17. apud Card. de Luc. lib. 14.*

Tum quia non est sermo de matrimonio contracto inter Personas, non concurrente unius, vel alterius genio, & correspondentia, dùm probamus in Summ. il- 28 lud fuisse contractum, non solùm cum reciproco, sed cum excessivo amore utriusque Conjugis, de quo Testes sunt multùm qualificatæ Mulieres, & informatissimi Viri, in d. Summ.

Itaut opus fuit matrimonii contractum accelerare, attentis obsequiosis affectibus, quibus Marchionissa Sponsum amabat post contracta Sponsalia, ut refert Testis, 29 æquè qualificatus, ac informatus in Summ. ibi: *Celebratæ fuerunt nuptiæ cum beneplacito, voluntate & complacentia d. Marchionissæ, forma tali, quod propter excessivum affectum, quem ipsa demonstrabat erga Personam dicti Marchionis &c. fuit præcisum sollicitare effectuationem talis matrimonii, sicuti in effectu conclusum, & celebratum fuit, continuante Marchionissa suos obsequiosos affectus.*

Tum demum, quia fuerunt innumeræ diligentiæ ex parte Marchionissæ adhibitæ talis naturæ, talis raritatis, ut forsan limites Conjugalis honestatis excesserint, ad alliciendum Virum ad copulæ perfectionem, dum non 30 dubitavit etiam vestibus vilibus indui, postquam audivit, illis delectari ejus Virum, ut testantur multi Testes in Summ. & signanter dignissimus Sacerdos, ibi: *Cùm pervenisset ad notitiam Marchionissæ, quod Marchio appetebat vestes mulierum rusticarum, cum quibus solent vestiri mulieres plebeæ &c. Oppidi de Agreda, de quibus vestibus Marchio delectabatur, discurrendo Marchionissa, quod per hoc medium poterat aliquam consolationem consequi, se vestiri fecit cum vestibus Ancillarum suæ Domus &c. & pro exequutione talis finis Marchionissa una cum Marchione accesserunt in Viridarium d. domus, ibique per aliquod longum temporis spatium steterunt sub una arbore Piri, & quod non obstante, quia illo modo, & etiam sub illis vestibus fuerat facta experientia, non tamen à Marchione potuerat obtinere quod consumaret suum matrimonium.* Circa 31 quod concordant alii Testes in eodem Summ. & alibi, asserentes ulterius, id fuisse notoriè divulgatum, omnesque fuisse admiratos de tali inventione Sponsæ, ibi: *Casus iste notoriè vociferatus fuit inter Commensales dictæ Domus, qui admirati fuerunt de tali idea, & discursu d. Sponsæ.*

Tertiò ex repetitis confessionibus, & conquestioni- 32 bus Sponsæ, paucis diebus post Matrimonii contractum incæptis, & semper deinde continuatis circa Matrimonii non consumationem, ortum habentem à naturali, & perpetua impotentia Viri de quibus deponunt multi Testes in Summ. cum quibus concordat Reverendissimus Episcopus in Relatione S. Congregationi transmissa, & data in Summ. Hujusmodi siquidem immediatæ conquestiones, nunquam interruptæ, nedùm verisimiliter, sed ferè palpabili evidentia Viri impotentiam demonstrant, juxta *Text. in cap. 2. de Frigid. & malefic.* quem, loqui in nostris terminis, quando scilicet signa impotentiæ sunt solùm verisimilia, notabiliter advertunt ibidem citati per *Barbos. num. 8.* ibi: *Loquitur ergò Textus in eo casu, quando signa sunt verisimilia tantùm, vult-* 33 *que, ut, si proclamaverit Mulier, sive Virgo, sive corrupta, intra duos menses, à die inventatæ copulæ computandos etiamsi Vir renuat, & alias sint sufficientes probationes ad rectum judicium, separentur, non expectato triennio.* Et convincentem rationem assignat *Joan. Sanc. in Quæst. select. q. 49. n. 8.* relatus *à Tancred. de Matrim. lib. 7. post disp. 109. fol. 218. & Tamburin. Oper. moral. lib. 8. de Matrim. tract. 2. cap. 13. §. 4. n. 12.* quia quando Mulier statim reclamat, impotentia præsumitur antece- 34 dens ad Matrimonium, quod proindè, uti contractum cum mala fide Viri, hoc est cum scientia ejus impotentiæ, non dat illi possessionem per triennium continuandam.

Absque ulla prorsus difficultate, attento quod eædem conquestiones non solùm emissæ fuerunt cum illis Personis, quæ testimonium de illis perhibuerunt in Summ. 35 sed etiam cum ipsomet Viro, qui cùm vellet propriam impotentiam palliare, non semel à Sponsa provocatus fuit ad experimentum faciendum etiam coram honestis Matronis, ad hoc, ut possent veritatem in hac parte aperire, ad instar eorum, quæ scripta reliquit *Ant. Robert. rer. judicat. lib. 3. cap. 10. fol. 786.* & forsan non sine offensione conjugalis honestatis asserit Testis in Summ. ibi: *Et quando datus est casus, quod in præsentia ipsius* 36 *Testis prædicti ambo Conjuges discursus moverint, quæstionando, ex cujus parte stat impotentia pro consumatione Matrimonii, Sponsa variis vicibus dixit suo Viro, quod, ut esset Deo, ac Hominibus notoria veritas, permitteret, relicta modestia debita suo sexui, & Personæ, quod patefieret thalamus conjugalis, ut omnibus actibus, intentarentur, qui inter ipsos Conjuges, reperirentur præsentes Personæ, deputatæ à Curia Episcopali, ad effectum, ut post experientias, quæ viderent essent necessariæ, declarent ex cujus parte procedat præfata impotentia, ut hac via, & modo cum tanta claritate, & absque minimo dubio veniat in clarum cognitionem casus, qui de præsenti agitur, & in ista, ac aliis occasionibus Testis audivit Vir dicere, quod cum suis propriis manibus auxilium præberet Marchioni pro* 37 *facilitando actu pro consumatione Matrimonii sicuti variis vicibus id fuerat executa, quod erat, quantum pro parte ipsius Marchionissæ poterat fieri:* Cum quibus concordant alii Testes in d. Summ. quorum verba omittuntur hìc ex 38 *consil. Senec. in declamat. 2. de Virgin. prostitut.* ibi: *Quædam satius est cum Causæ detrimento tacere, quàm inverecundæ dicere.*

Quartò ex publica voce, & communi fama impotentiæ Viri, notoria, non solùm in nostra Diœcesi, sed in omnibus ferè Hispaniarum Regnis, de cujus Viribus, & efficacia in Jure, egregiè in nostris terminis *Baron. de Corpor. tit. 17. de Virilib. num. 69. & 70. & Mancin. de Con-* 39 *fess. cap. 1. sub num. 35. vers. Quæro.* In facto verò illam concludenter probant cum illo addito, quod Matrimonium consumatum non fuerat ex causa impotentiæ Viri, innumeri Testes, quorum depositiones dantur in Summario, ibi: *Cum publicitate &c. quod non potuerat consumare prædictum Matrimonium &c. & quod defectus* 40 *consumationis attribuebatur impotentiæ, & frigiditati dicti Marchionis, &* ibi: *Testis scit, quod in hoc Oppido notoriè dicebatur tempore, quo prædicti Conjuges insimul cohabitabant, quod non potuerat consumari eorum Matrimonium ex motivo impotentiæ d. Marchionis.*

Quintò, aliis probationibus omissis, concludenter 41 probatur eadem impotentia Viri ex virginitate Sponsæ, quæ cùm illo multis annis cohabitavit, in eodem Lecto moram fecit, & omnibus modis Matrimonii consumationem procuravit, de qua deponunt septem Obstetrices, ser. ser. electæ à Curia Episcopali Tirasonen. quarum Relationes dantur in Summario, & concordat Reverendissimus Episcopus Tirasonen. in Relatione, da- 42 ta in eodem Summario, ubi testatur ulteriùs, eamdem recognitionem non solùm factam fuisse juxtà formam præscriptam in decreto ejus Curiæ pro eadem recognitione, sed in executionem pariter ejusdem Decreti dictæ Curiæ Tirasonen. factam fuisse cùm præsentia duarum Nobilium Matronarum, ibi: *Constat per depositiones juratas Nobilium Matronarum, se ei interfuisse, & servatam fuisse formam præscriptam &c. & dictam Mariam Theresiam &c. permanere intactam, & consequenter in statu Virginali ad modum Puellæ novem annorum:* Ut admittendo efficaciam alteriùs recognitionis Virginitatis Mulie- 43 ris prò demonstratione impotentiæ Viri, ad nostrum præcisum effectum dissolutionis alterius Matrimonii rati, & non consumati similem recognitionem admisit hæc *Sac. Congregatio in Januen. Dissolutionis Matrimonii 20. Maii 1719. & 27. Januarii 1720. de quo in Tom. 4. p. 2. discept. 21. per totam.*

Cùm illo addito, quod licèt ad hunc effectum non necessarium, nec ab aliqua lege præscriptum reperiebatur balneum Aquæ calidæ cùm herbis aperitivis, ob facilè 44 præjudicium, quod exindè resultare potest Mulieribus non corruptis, & non teneræ ætatis Virginibus, ex ratio-

tionibus, & congruentiis ad nostrum effectum adductis à *Rot. coram Penia dec.1256. nu.9. & 10.*

Nihilominus eadem Sponsa non dubitavit se subjicere eidem Balneo Aquæ calidæ, cum dictis herbis aperitivis, & in illo permanere per tres quadrantes unius horæ, & paulò post, hoc est post dimidium alterius horæ, immediatè se subjicere eidem inspectioni proprii Corporis, licèt de Jure in illis particularibus casibus, in quibus idem Balneum practicari solet non immediatè post, sed translacta integra die deveniendum sit ad Corporis

45 inspectionem, juxtà animadversa per *Panimoll. dec.51. adnot.1. nu.8.* ibi; *Ipsa tamen inspectio, ut rectè facta censeatur, Mulier per diem antè inspectionem ponenda est in Balneo; & Rot. decis.392. num.16. part.4. to.2. rec.* ibi; *Quartò est videndum, an dicta inspectio fuerit rectè facta; Et visum fuit, quod sit, quia eadem die immediatè antè inspectionem fuit Mulier posita in Balneo.*

Cùmque post dictum qualificatum experimentum eadem Sponsa reperta fuerit Virgo, omnis in hac parte cessat difficultas, & nullus remanet locus dubitandi de

46 perpetua impotentia Viri; Juxtà sanctionem siquidem Sac. Canonum nulla datur melior species probationis impotentiæ Viri, nullusque aptior modus illam probandi, quàm similis inspectio, *Text. est in Can. Quod si pœnitentiam 27. quæst.2.* ibi; *Inspiciantur itidem Virgines ab Obstetricibus diligenter, & si Virgines inventæ fuerint &c.* & uno ore concordant *Canonistæ omnes in cap. Proposuisti de Probation.* & signanter *Abb. num.3.* ibi. *Si enim dubitatur de Virginitate, recurritur ad Matronas, in hac instructas, Innocent. in princip.* ibi; *Aspectum secundùm*

47 *Canones non est melior probatio; Gonzal. num 7.* ibi *quod sicuti statur Jurisperitis circà legalia, Agrimensoribus circà Agriculturam, Medicis circà morbos, & Chirurghis circà vulnera, ita statur dicto Obstetricium circà Virginitatem, & de Angelis de Confessionibus tom.2 p.49. à num.14. usque ad num.49* ubi quod *Viro juranti, se cognovisse Uxorem,*

48 *non est credendum si Uxor contrarium suo Juramento probaverit, insimul cùm Obstetricium depositionibus. Panimol. dec.51. nu.9.* ibi; *Quin imò ubi Mulier patitur, ejus Virginitatem probari per aspectum, & per eundem aspectum reperiatur Virgo, tunc tollitur omnis difficultas.*

Idipsum firmavit *Rot. dec.11. nu.37. ad ornatum Card. de Luc. de Matrim.* ibi; *Minùs suffixit, quod alia probatio deducta ex reiteratis inspectionibus D. Comitissæ, & ex sub-*

49 *sequutis relationibus Obstetricum, illibatam Virginitatem ejusdem D. Comitissæ probantibus, non sit certa, & indubitata, & quod oculus, & manus sæpe falluntur. Quoniam hujusmodi species probationis, nedum demandatur à Sac. Canonibus in his Casibus, in quibus ex capite impotentiæ agitur ad dissolutionem Matrimonii, ut videre est in cap. Laudabilem &c. sed etiam omnes alias vincit probationes, neque hac alia major in Jure Canonico reperitur, Teste Innocentio &c. fortiùs ubi, prout hic, Mulier fuit pluries visitata per Matronas expertas, & Obstetrices peritas, & de mandato Judicis fuit adhibitum Balneum; Hoc enim casu, cùm cesset quælibet fraudis suspicio, quæ aliàs potuerit ad dissimulandam Virginitatem adhiberi, cessat etiam*

50 *suspicio à Textu considerata, quod oculi, & manus sæpè falluntur, & probatio, inde promanans, est valida, & certa, & ubi talis, admittitur in cap. Causam, quæ de Probationibus, & dec.1224. num.9. coram Pen.* ibi; *Denique non obstat, quod cùm probatio per inspectionem sit fallax, & lubrica non poterat ex ea sumi certum argumentum ad dissolvendum Matrimonium. Quia fuit responsum, quod cum in hac materia non possit dari alia probatio, quandounus ex Conjugibus stat pro Matrimonio, alius verò con-*

51 *tra Matrimonium, tunc controversia per hoc genus probationis dirimenda est;* Et cùm effectu hoc medio terminata fuit magna illa contentio *in Causa Januen. Dissolutionis Matrimonii, ab hac Sac. Congregatione decisa diebus 20. Maii 1719. & 27. Januarii 1720.*

Quibus non obstant ea quæ leguntur in declaratione Exadverso exhibita in præterita Congregatione in qua supposuit Vir, Matrimonium pluries consumasse: Hujusmodi siquidem aerea consumatio ad Hominem excluditur ex omnibus probationibus hujus impotentiæ supra adductis, & signanter ex ejus repetitis confessionibus, & ex dicta recognitione Virginitatis sponsæ, quæ excludit evidenter omnem prætensam Matrimonii consumationem.

Præcipuè quia ipsemet modus Exadverso expressus in d. contraria declaratione eandem prætensam consumationem excludit, dum in illa usus fuit Vir verbo illo *crederem*, ut in §. *Transactis*, ibi: *Itaut crederem regu-* 52 *lariter actus consumari, & ibi: Mihi visum fuit &c.* Quæ verba *visum fuit, & crederem*, nihil certi affirmant, ut de verbo *crederem* notant *Bald. in leg. Testium num.1. Cod. de Testib. Alexand. cons.68. in fin. lib.2. Cyriac. contr. c 50. numer.12. & 28. & Rot. decis.517. num. 17. & 18. coram Ludov. & decision 95. num.26. coram Priol. & in Romana Filiationis prima Aprilis 1680. §. Præterea Testes coram Albergato*, & de verbo *videtur Bursatt. Consil.315. nu.15. Farinac. de Testib. quæst 68. numer.25. Vela dissert.24 n. 16. & 17. Bonden. collect. legal.7. num.18. & Rot. dec.229. num 10. apud; Post. de Manut. & decis.8. num.5. coram Ansald.*

Fortiùs, quia in §. *Hoc fermè* ipsemet Vir exclusit eandem prætensam consumationem, asserendo, de illa dubitare, ibi; *Cùmque mihi retulisset, à mea Uxore fuisse præmonitum, quod Ego Matrimonium consumare non potueram, respondi, quod si nondum penetrata fuerat; de quo tamen dubitandum, ejus culpæ id erat imputandum.* Si enim ipsemet Vir de penetratione Instrumenti Muliebris dubitaverat, difficile erit prætendere, quod Matrimo- 53 nium possit dici consumatum.

Attentis præcipuè magnis illis difficultatibus, & prætensis renitentis Sponsæ quibus plena est eadem contraria declaratio; Non solùm enim difficile, sed physicè impossibile est Matrimonium consumare etiam cum corrupta Muliere, & multò fortiùs cum Virgine, quæ pa- 54 tientiam præstare recusat, quæve nullatenus disponere se vult juxtà arbitrium Viri, ut Consideranti patet, & notat *Amen de Delict. & Pæn tit.4. § 5. num.9.* ubi quod audivit à nonnullis Viris, summis pollentibus Viribus, se spe frustratos, dum, omni violentia, nisuque adhibitis, procurarunt Puellas vitiare, quas auro, & precibus prius frustra tentarunt, & ex eorum Testimonio asseruit, impossibile esse, non tantum Virginem, sed nec etiam Mulierem corruptam invitam carnaliter cognoscere, & concordat *Card. de Dot. disc.153. sub n.15.* 55 ibi; *In Vaginam invitam difficile gladius immitti potest*, nisi renovetur inhumanitas illa, practicata ab Ezzelino Tyranno Patavino, de quo in *Instit. Crim. lib.2. tit. 7. num 125. fol.142.*

Nullitati Matrimonii, de quo disputamus, ex defectu impotentiæ viri, jungitur alter, æquè essentialis, ex eo deductus, quod Matrimonium, de quo est quæstio, contractum fuit Viro in ætate annorum tredecim 56 cum duobus tantum mensibus, ut ipsemet asseruit in §. 2. ejus *Declarationis* ibi; *Declaro igitur, quod prævia informatione Testium, receptorum ad Instantiam mei Soceri de mandato Reverendissimi Episcopi Tirasonensis de, & super eo, an malitia suppleret ætatem, inter quos præcæteris, quorum non reminiscor, deposuit, ut audivi, Doctor Joseph Binaala, referentium, ob nonnulla Judicia, & signa, quæ in meo corpore recognoverant, me esse habilem ad contrahendum Matrimonium, dispensatus ab eodem Episcopo de mense Decembris anni 1713. tunc annum agens decimum tertium cum duobus mensibus, Matrimonium contraxi cum dicta Donna Maria Theresia;* & comprobavit Do- 57 minus Joannes Fernandez de Cevallos ejus Procurator in Judiciali actu emisso die 6. Octobris 1718. coram Auditore Reverendissimi Nuncii Hispaniarum, & dato in Sum. ibi; *Ambæ partes in suis allegatis sunt Contestes, quod suum Matrimonium fuerit contractum de anno 1713.* 58 *cum dispensatione novem mensium, data Marchioni meo Principali per Vicarium Tirasonen. attento quod non adhuc pervenerat ad annum ætatis suæ decimumquartum.*

Et concordat D. Marchionissa in Summario ibi; *Celebratum fuit Matrimonium &c. cum fide, quòd prædictus Marchio perficeret ætatem quatuordecim annorum, quam ætatem, quia ille non compleverat, illi D. Vicarius Generalis Tirasonen. dispensavit pro celebratione dicti Matrimonii, quia asserebatur, quod malitia, & contextura prædicti Marchionis supplebat suam ætatem;* Est enim indubi- 59 tatum in Jure, quod Matrimonium antè ætatem quatuordecim annorum completorum, à Viro contractum, nullum prorsùs est, ut constat *ex cap. 2. de Despons. Impuber.* & notant *Sanch. de Matrim. lib.7. disp.105. per tot. Antonell. de Temp. legal. lib.2. cap. 4. num.5. & 7. Perez*

de

de Matrim. disp 37. sect. 12. num. 1. Jor. de Matrim par. 5. qu 9. sub num 8. Pasqualig. qu. moral juridic. 158. per tot. ubi *nu. 3.* quòd conclusio vera est, etiamsi deficiant pauci dies, & refert ita decisum *ab hac Sacra Congregatione* 60 *in Reatina 14. Junii 1621.* ob defectum sex dumtaxat dierum, *& Rot. dec. 32. nu. 2. & seqq. apud Zacch. Quæst. Medicoleg.* & resolvit *hæc Sacra Congregatio in Romana Matrimonii 11. Septembris 1666. lib. 25. Decretor. fol. 225.*

Quod adeò verum est, ut Matrimonium in minori ætate contractum, nullatenus convalescat, superveniente deinde legitima ætate, sed necesse est, ut Conjuges illud denuò contrahant, novo repetito consensu coram Parocho, & Testibus, ex adductis per *Avers. de Sacram. Matrim. qu. 11. sect. 4. vers. quantum ad primum, & de Just. de Dispensat. Matrimonial. lib. 3. c. 8. num. 62.* 61 ibi: *Porrò idest singulariter adnotandum, quod si Matrimonium contrahatur ab Impuberibus, in quibus malitia non suppleat ætatem, hujusmodi Matrimonium est nullum, adeo ut nec superveniente ætate, & malitia convalescat, sed necesse est, ut de novo Conjuges in Matrimonium consentiant coram Parocho, & Testibus.*

Non attenta dispensatione Vicarii Generalis Tirasonen. Cùm enim iste ad eandem dispensationem devenerit cum supposito, quod malitia Marchionis suppleret illius ætatem, quæ quidem malitia tunc dicitur supplere 62 ętatem, quando adest potentia generandi conjuncta cum sufficienti prudentia, quæ sola non sufficit, sed requiritur etiam naturalis vigor, & coeundi potentia, *Alex. de Nevo cons. 5. num. 13. Molfes. tom. 2. p. 4. qu. 19. num 3. Sanchez lib. 7. disp. 104. num. 5. de Just. de Dispensat. Matrim. lib. 3. cap. 8. num. 48. Pir. Cortad. in Prax. Dispens. Apostolic. lib 4. cap. 3. nu. 10. & seq. Adden. ad Buratt. dec. 530. num. 30.* ibi: *Ut autem malitia dicatur supplere ætatem requiritur copulativè potentia ad carnalem Copulam, nec non Prudentia rationis ad sufficienter discernendum vim Conjugalis consensus,* nec satis est alterum tantum adesse, & proindè cùm vigor, & coeundi potentia, nedum in 63 illa ætate 13. annorum, & duorum mensium, sed etiam post quadriennium à die contracti Matrimonii semper defecerint in persona Marchionis, ut ipsemet judicialiter post lapsum Triennii à die contracti Matrimonii prævio juramento coram Vicario Generali Tirasonen. fassus fuit, ac etiam extrajudicialiter coram quampluribus aliis, sicut deposuerunt Testes examinati, illicò evincitur falsa causa, sub qua fuit impartita dispensatio per Vicarium Generalem Tirasonen. & Matrimonium in- 64 continenti ob dictæ causæ falsitatem remanet à principio nullum, & invalidum, & convalescere nunquàm ex successiva cohabitatione potuit *Coninck. de Matrim. disp. 20. dub. 5. num. 52. Sanchez lib. 1. disp. 16. num. 9. Filiuc. tract. 10. num. 7. quæsit. 9. num. 238. Bonacc. de Matrimon. qu. 1. punct. 4. num. 2. & 10. Henriq. in Summ. lib 11. cap. 23. §. 52. Barbos. de Offic. & Potest. Episcop. alleg. 35. numer. 20.*

Quæ videntur indubitata, & tamen, si essemus in dubio, in hoc semper præsumendum esset, quod malitia 65 non suppleat ætatem, quodque proindè Matrimonium in minori ætate contractum semper dicatur nullum, ex adductis per *Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 105. num. 4. de Just. de Dispensat. Matrimonial. lib. 3. cap. 8. numer. 44. Bonacin. Oper. Moral. tit. 1. de Matrim. quæst. 5. punct. 4. quæst. 2. num. 16. & Rot. decis. 246. numer. 16. part. 4. divers.*

Ex quibus nulla videtur necessitas se diffundendi circa 66 secundam partem nostri Dubii, *An scilicèt sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione nostri Matrimonii rati, & non consumati*; Et tamen ad omnem abundantiorem cauthelam, & ad solius materiæ ornatum, dicimus, quod attenta dicta impotentia Viri, & præoculis habendo Matrimonii nullitatem ob defectum legitimæ ætatis ejusdem Viri pronas aures in hac parte præbere solent Summi Pontifices pro similibus dispensationibus concedendis, & rationem assignat *Card. de Luc. de Matrimon. disc. 9. num. 8.* quia scilicèt in istis terminis talis dispensatio dicitur potius administratio Justitiæ, prudentialiter 67 sub titulo magis honesto dispensationis, seu Gratiæ à Principe administratæ, & concordant *Sanch. de Matrim. lib. 2. disput. 16. num. 6. Henriq. eodem titul. lib. 11. cap. 16. numer. 7. Menoch. de Præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10 numer. 44. Pignatell. consult. 147. numer. 10. vers. & vir fuerit detectus impotens tom. primo juxta Romanam Impressionem.*

Neque in hac parte indubium revocari potest Summi Pontificis Potestas, eo quia circà illam uno ore concordant, omnes moderni Theologi, & Canonistæ ejusdem communissimæ opinionis, de quibus in *tom. 2. Disceptat. Eccles. par. 1. discept. 3. num. 5.* inter alias probationes in- 68 sistentes in continuata praxi Summorum Pontificum à duobus sæculi citrà. Non enim verisimile est *tot Pontifices doctissimos, & pios temerè usus fuisse potestate in re tam gravi, si illa in hac parte eis non competiisset,* ut per hæc numero verba observat *Perez de Matrim. disp. 20. sect. 7. num. 2.* cum aliis latissimè adductis in d. *tom 2. Discept. Eccles. par. 1. discept. 3 per tot.*

Quod non solùm procedit in illis terminis, in quibus ambo Conjuges instant pro Gratia dissolutionis, sed etiamsi unus ex illis dissentiat, & eidem Gratiæ se opponat, juxta caterv am Theologorum, & Canonistarum, 69 quorum verba ordine alphabetico registruntur in *to. 3. Discept. Eccles. p. 2. discept. 21. à nu 7 usque ad num. 40.* ubi pariter multa adducuntur exempla similium Dispensationum, à Summis Pontificibus concessarum, & addo alia, adducta ab *Henriquez. de Matrim. cap. 8. nu. 11. gloss. 1. lit. P. & I.* ibi: *Posse ob communem pacem sic dispensare, etiam invito altero contrahentium: Kugler. de Matrim. qu. 23. nu. 1662. fol 852.* ibi: *Et etiam posse &c. dispensare, altero ex Conjugibus invito: Et Maur. in Theolog. tom 3. lib. 13. tit de Indissolubil. Matrim. qu. 297. num 3.* ibi: *Ut tamen Pontifex dispenset in Matrimonio rato, non desideratur mutuus conjugum consensus, nam si detur justa Causa dispensandi repugnantia alterius non potest pontificiam authoritatem impedire, ne dispenset: Et nu. 4.* cum quibus processit hæc Sacra Congregatio *in Januen. Dissolutionis Matrimonii 20 Maii 1719. & 27. Jan. 1720.* Itaut in hac parte Summi Pontificis maxima authoritas nullo modo possit hodiè in dubium revocari; Præcipuè quia multi Theologi, qui contrarium ultimo loco asserere voluerunt, cognita deindè insubsistentia eorum opi- 70 nionis, illam solemniter retractarunt.

Neque ad hunc effectum indispensabiliter concurrere debet publica causa, itaut sine illa Summi Pontifices non possint eadem potestate uti. Objecto enim, cumulatis concordantibus, in specie occurrunt *Perez de Matrimon. disp. 20. sect. 7. à num. 11.* ibi: *Nimis rigidum esset asse-* 71 *rere, non esse dispensandum à Papa in dissolutione Matrimonii rati, nisi cum magnis Principibus, & ubi alicujus Regni jactura imminet: Moveor tum ex ipso usu nam, ut docent viri graves, dispensarunt de facto Pontifices cum aliis Viris, qui non erant Magni Principes, & non imminebat Regni alicujus jactura: Usus autem, & consuetudo multum valet in re; Non enim verisimile est Pontifices pios, valdè doctos temere usos fuisse sua potestate in re tam gravi; Tum etiam, quia, cum Matrimonium ratum sit precisè Vinculum, mutuo consensu conjugum initum, non videtur ita indissolubile, quin per potestatem publicam supernaturaliter concessam dissolvi nequeat ad bonum Ecclesiæ Regimen, & ad salutem Fidelium Spiritualem: Pignatel. consult. 147. numer. 9. tom. 1.* ubi, quod magis communis opinio est, quod sufficiat causa concernens bonum privatum, & particularem utilitatem, citatque multos concordantes, & refert casus dispensationum in his terminis à Summis Pontificibus impartitarum.

Ultrà quam quod in nostris terminis nullo modo deficere dicitur eadem publica causa, consistens in salute Animæ Marchionissę, quæ omnibus mundi Regnis pręvalet *l. Sancimus 19. in fin. de Sacro Sanct. Eccles. Gonz.* 72 *ad Regul. 8. Cancell. 87. proemiali num. 10. Ancharan. cons. 46. nu. 2.* qui refert *Text. in cap. Matheus 23. in fin. vers. nihil prodest homini si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur, de Simon.* & propterea respectus ad salutem ejusdem Animæ cum omni proprietate dici potest, & reputari debet plusquàm publica causa, quatènus in nostro casu concurrere deberet, quod non videtur certum, sivè considerentur Auctoritates DD. supra allegatorum, sive innumera exempla Summorum Pontificum, qui pluries in nostris terminis dispensarunt absque ulla publica causa, sed ad sedan- 73 das Inimicitias, vel ad impedienda publica scandala inter privatas familias.

De-

Descendeutes autem præfati Doctores ad easdem justas, licèt privatas causas, concordant in eo, quod impoteutia consumandi matrimonium valida sit, & à Summis Pontificibus in casus contingentia approbata, ut videre est apud *Fagnan. in cap. Verum in fin. de Conver. Con-*

74 *jugat. Engel. in Jus Canonic. lib. 4. tit. 15. n. 10 de Frigid. & maleficiat.* ibi: *Cùm matrimonium ratum eu dispensatione Papali dissolvi potest, talis impotentia et superveniens sit justa dispensationis causa; Avers. de Matrim. q. 2. sect. 7. vers. Plures fol. mihi 242.* ibi; *Plures autem, & variæ possunt esse hujusmodi causæ, utpotè impotentia consumandi superveniens post contractum matrimonium, quæ si fuisset etiam anteà, habuisset vim impedimenti dirimentis, nec ab initio fuisset validum: Gobat. in Theolog. expert. tr. 10. de Matrim. cas. 18 n. 692.* ibi: *Porrò causæ dispensandi &c. Impotentia superveniens matrimonio rato; Tancred. de Matrim. lib. 2. disp. 16. n. 2. fol. 105.* ibi: *Idem dicas de impotentia superveniente, quia cessat matrimonii finis: Amic. in*

75 *Curs. Theol. t. 9. de Matrim. tit. de Dissol. matrim. sect. 2. fol. 127.* ibi: *Morbus incurabilis superveniens, aut qui antè contractum matrimonium Conjugem latebat: Vidal. in Arc. salut. tit. de Matrim. Inquisit. 1. nu. 66. fol. 153.* ibi: *Causæ autem pro obtinenda hac dispensatione variæ à Doctoribus assignantur; nempè &c. lepra superveniens, quia sic impediretur mutui corporis usus, & idem dicendum de impotentia: Dicastill. de Matrim. tract. 11. disp. 2. dub. 29. fol 245.* ibi: *Quartò, impotentia superveniens matrimonio rato: Leand. Compend. oper. moral. tract. 10. de magn. Sacram. Matrim. disp 5. de Indissolub. matrim fol. 302. nu. 54.* ibi: *Quartò lepra, impotentia alteri Conjugi superveniens: & Maur. in Theolog. tom 3. lib. 13. de Indissolubil. matrim. q. 297. sub nu. 4.* ibi: *Impotentia superveniens antè matrimonium consumatum.*

Pro eadem pariter justa causa approbatur à Doctoribus illa, quæ in nostro casu innegabilis est, graves nimirum inimicitiæ, maxima odia, infensique animi, quæ

76 nedum vigent inter ipsos Conjuges, sed etiam inter, æquè nobiles, ac divites eorum Consanguineos, illam que approbant, *Felin. cons. 26. n. 19. Menoch. cons. 385. n. 7. Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 16. n. 30 Corrad. in Prax. disp. lib. 8. cap. 17. 27. & 33. in fin. Gobat. in Theol. exper. tract. 10. de Matrim. cas. 18. n. 692.* ubi quod ab Innocentio X. ex hoc motivo concessa fuit similis dispensatio inter Personas vulgaris conditionis, *Fillluc. Oper. moral to. 1. tract. 10. de Sacr. Matrim. p 9. n. 39. De Just. de Dispens. Matrim. lib. 2. cap. 10. à n. 16. & n. 23. Avers. de Matrim. q. 2 sect. 6. vers. Plures autem fol. mihi 242. Maur. in Theo-*

77 *log. tom 3. lib. 13. de Indissolub. Matrim. q. 297. sub num. 4. vers. Gravis timor, Card. de Luc. de Matrim. disc. 7. nu. 7. & disc. 9. n. 7. & nu. 15.* ubi refert duos casus similis dispensationis, concessæ ob dissidia, & inimicitias utrinque subortas, & alios etiam refert *Paul. Borgas. de Irregular. q. 6. tit. de Sponsalib. n. 47. & Pignatel. consult. 147. n. 9. tom. 1. juxtà Rom. impres.*

Atque habemus in hac parte celebre Votum Card. Lancellotti hujus Sacræ Congregationis Præfecti per extensum impressum in *d. to. 3. p. 2. Discept. Eccles. discep.*

78 *21. à n. 62. usque ad nu. 85.* in quo hujusmodi Causæ solidis rationibus comprobantur; illisque attentis, Summi Pontifices multotiès similes dispensationes concesserunt juxta exempla *in to. 2. p. 1. discept. 3. n. 6. & seq. & à n. 55. usque ad fin.* ubi refertur æquè recens, ac vulgarium hominum exemplum in *Oriolen 16. Maii 1715. & in tom. 3. par. 2. d. discept. 21. nu. 87. & seqq.*

Die 2. Octobris 1723. proposito dubio in Congregatione Concilii, *An sit locus dissolutioni Matrimonii, seu potius sit consulendum Sanctiss. pro dispensatione Matrimonii rati, & non consumati,* responsum fuit: *Esse locum dissolutioni Matrimonii.*

DISCEPTATIO VIII.

Savonen. Suspensionis, & Interdicti

PRO

Episcopo Savonæ

CUM

Ambrosio Imperiali

ARGUMENTUM.

Ecclesia, quando dicatur publica, vel privata, vel potiùs dicendum sit Oratorium publicum. Interdictum, quando sit nullum, vel injustum, & quando talis dicatur etiam suspensio.

IN Diœces. Savonen. quamplurimi Patritii Januenses ac multi Nobiles Savonenses possident plura bona cum suis Domibus ad effectū ibi rusticandi, ob aeris salubritatem, & situs amenitatem, qua de Causa ob majorem illorum commoditatem, quæ communis est etiam eorū Colonis, reperiuntur ædificatæ propè dictas Domos quamplures Ecclesiæ rurales, & publica Oratoria, in quibus de licentia multorum prædecessorum Episcoporum Savonensium singulis diebus celebratur Missa, exceptis tamen Festis solemnioribus anni, in quibus vigore Synodalium Constitutionum prohibetur in eisdem Ecclesiis, & Oratoriis Missam celebrare, ad hoc, *ut Parochiani verbo Dei pascantur Fidei Christianæ rudimentis, aliisque Animarum Saluti necessariis præceptis erudiantur, ad Sanctissima Sacramenta Religiosius percipienda instruantur & ad eorum frequentem usum inflammentur;* Sunt verba Sexti Concilii Provincialis nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanen. promulgati à Sancto Carolo Borromeo, ut videre est in Actis Ecclesiæ Mediolanensis *p. 3. fol. 379.* editionis Lugdunensis, & concordat similis dispositio Synodi proximæ Metropolitanæ Ecclesiæ Januensis anni 1683. in qua ad nostrum effectum ita disponitur. *Cappellani inservientes Oratoriis publicis, in diebus solemnioribus obligentur ad faciendum Sacrum in Ecclesiis Parochialibus.*

Inter alias rurales Ecclesias, positas in d. Diœcesi Savonen, adest Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto spectans D. Ambrosio Imperiali Patricio Januensi, ibique à Rev. Petro Prato Cappellano celebratur quotidie Missa, sicuti practicatur in multis aliis similibus Ecclesiis ruralibus, ut inter Partes non controvertitur.

In sequelam dictarum Constitutionum Synodalium nostræ Diœcesis, prohibentium celebrationem Missæ in dictis ruralibus Ecclesiis in Festis Solemnioribus anni anno elapso 1723. occurrente Festivitate Sanctissimæ Annunciationis in Feria quinta Majoris hebdomadæ, idem Sacerdos Petrus Prato petiit licentiam a D. Raphaele Cerruto Paroco Sancti Ambrosii Varaginis, intra cujus fines posita est dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto, ut dicta Solemni die in eadem Ecclesia posset Missam celebrare, illaque in executionem dictarum Synodalium Constitutionum à Parocho denegata, paruit idem Cappellanus Decretis Synodalibus, nec ausus fuit Missam dicta die celebrare. Verùm mutato postea consilio, longè diversimode gessit idem Sacerdos in proxima solemnissima Festivitate Paschatis Resurrectionis; Non solùm enim dicta die licentiam celebrandi nullatenus petiit, sed proprio marte contra formam dictarum Synodalium Constitutionum, dicta solemnissima die ausus fuit Missam in eadem Ecclesia celebrare.

Delata tali notitia ad aures Illustrissimi, & Reverendissimi D. Augustini Spinulæ moderni Episcopi Savonensis, illiusque Promotoris Fiscalis, iste, eundem Sacerdotem Petrum Pratum celebrantem contra formam dictarum Synodalium Constitutionum citare fecit ad comparendum infra triduum, & deducendum sua Jura, in quo termino comparens dictus Sacerdos coram Illustrissimo D. Episcopo, eidem asseruit, habere ad dictum effectum speciale Privilegium, sed cum istud in Actis exhibere recusaverit, ut dictus Episcopus demandaverat, Servatis omnibus servandis, deventum fuit ad decla-

declarationem Suspensionis dicti Sacerdotis celebrantis, & Interdicti Ecclesiæ, in qua fuerat celebrata Missa juxta formam earumdem Constitutionum Synodalium.

Copiæ ejusdem Decreti Curiæ Episcopalis traditæ fuerunt Jacobo Vaisnellio, Cursori ejusdem Curiæ, ad hoc, ut unam ex illis relinqueret in manibus dicti Sacerdotis 7 Petri Prati, aliam verò affigeret ad Valvas supradictæ Ecclesiæ S. Mariæ de Araneto, ut omnibus innotesceret, tam Suspensio, quàm Interdictum; Cæterum talia, armata manu, & non sine Scandalo totius Viciniæ evenerunt tempore executionis ejusdem Decreti in vilipendium Ecclesiasticæ Jurisdictionis, & in contemptum 8 Episcopalis decoris, ut pudeat hic illa distinctè recensere, supplicantes illa dignentur recognoscere in Summ. Fuit enim inter alias crudelitates vi, verberibusque coactus Cursor ad salvandum propriam Vitam, invitus deaffigere, & contra propriam voluntatem lacerare dictum Decretum in præsentia multorum facinorosorum Hominum, iisdem terribilibus oculis, manuque armata expressè injungentium.

Sequuto adeò scandaloso attentato, habitaque illius notitia à Promotore Fiscali, mediante Relatione dicti Cursoris circa expressum contemptum, seù lacerationem Scripturæ Censuratum, qui excessiva in consimili 9 casu punitus fuit, mediante instigatione Rei, ut testantur *Jannen. in Praxi Cur. Archiepiscopalis Neapolitanæ cap. 7. num. 8. & 9.* sequutus *à Sperel. dec.* 113. *num.* 93. cum tutus non pateret ampliùs accessus ad supradictam Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Areneto ad effectuandam publicationem dictarum suspensionis, & Interdicti, coacta fuit Curia Episcopalis demandare, ut inter Missarum Solemnia publicaretur Interdictum in Ecclesiis Parochialibus proximi Loci Varaginis, intra cujus districtum eadem ruralis Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto posita est, utque ad Valvas earumdem affigeretur.

Appellavit à dicto Decreto Suspensionis, & Interdicti dictus Sacerdos Petrus Prato, eique adhæsit etiam 10 dictus Ambrosius Imperialis, Ecclesiæ prædictæ Patronus, inhibitionemque vigore appellationis expedivit, necnon absolutionem cum reincidentia, post tres Menses obtinuit ab A. C. illamque Promotori Fiscali præsentare fecit, sed ad instantiam ejusdem Promotoris Fiscalis remissa hujusmodi Controversia ab Auditore Sanctissimi huic Sacræ Congregationi, eadem de more demandavit Reverendissimo Episcopo, ut illam instructam redderet, qui totius facti veridicam Relationem una cum integro Processu transmisit, subscripsitque pro-11 inde duobus præinsertis dubiis; Primum videtur resolvendum in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto, tamquam non publica, servandas esse Constitutiones Synodales de celebratione Missarum in diebus Solemniosibus anni; Secundum verò videtur resolvendum negativè.

Deveniendo ad examen primi, præmittimus cum 12 eodem Rever. Episcopo *verum esse, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Areneto fuisse Monialium Ecclesiam, cujus Jus cum suis pertinentiis iisdem Monialibus Sæculo XIV. alio translatis, ad Laicos transiit, inter quos ultimo loco ad Excellentissimum Imperialem: Unde, & temporis injurias, & ipsa Ecclesia maximè passa est, quodque magis est notandum, clausa Muro conspicitur Janua, per quam olim patebat aditus in Viam publicam imò ferè versus medium Muro pariter divisa cernitur ipsa Ecclesia, hincque aperta est alia Porta in latere ipsius Ecclesiæ, correspondens in Cortile Domus ejusdem Excellentissimi, undique muris circumdata, proindè non immediatè, sed mediante altero Ostio ejusdem Cortilis patet ingressus à Via publica ad ipsam Ecclesiam.*

13 Quibus præmissis, & in Facto consistentibus, & comprobatis à Testibus datis in nostro Sum. omniumque oculis subjectis negativa resolutio primæ partis hujus dubii, videtur indubitata, eò quia non solùm non potest dari publica Ecclesia, sed nec etiam publicum Oratorium, nisi utrerque habeat Portam correspondentem viæ publicæ, & quidem immediatè, non autem 14 per medium Atrii, Cortilis, vel cujuscumque alterius partis conspicuæ Domus, & magis conspicui Palatii, ut cumulatis concordantibus, notant *Fagnan. in cap. Authoritate num.* 23., *& seqq. de Censibus, & in cap. In. bis de Privileg. Barbos. ad Concil. sess.* 22. *de Sacrific. Miss. cap. 8. numer.* 22., *& Mathæucc. in Offic. Cur. Eccl. cap. 10. §. 3. sub num. 7.*

Cum qua opinione quotidiè procedere solent Sacræ Congregationes, ut de illa Episcoporum, & Regularium recognosci potest in Celebri *Ostunen. Interdicti* 20. *Martii* 1698, *& 9. Martii* 1702. *ad relationem Card.* 15 *Sancti Clementis*, quam refert, & sequitur *Monacell. in Formular. tom. 1. tit. 5. num. 7.*, & in quà ad constituendum publicum Oratorium fuit resolutum; removendas esse Portas, impedientes ingressum à Cortile, & aperiendum Ostium Oratorii in Viam publicam, clauso omni alio adito ab Ecclesia ad Palatium; Et respectu hujus Sacræ Congregationis habemus similes resolutiones in *Pisauren. Oratorii* 19. *Novembris* 1707. *&* 22. *Februarii* 1710. quando fuit responsum, ut Dominus Pa-16 latii per publicum Instrumentum declararet, situm, per quem habeatur ingressus ad Cappellam, esse publicum, cedendo Juri, quod in illo habebat.

Cumque in præsenti simus in terminis Ecclesiæ, quæ non habet Januam, immediatè correspondentem viæ publicæ, sed in privato, & particulari Atrio, seu Cortile Palatii Patroni sæcularis, quo mediante, & non aliàs; 17 nec alio modo patet in illam ingressus, nullo autem modo immediatè à via publica, non potest dici dictum Oratorium, seu Ecclesiam esse publicam, & consequenter in istis circumstantiis, quando etiam vellet, non potest, neque deberet Episcopus concedere licentiam celebrandi Missam in solemnioribus Anni Festivitatibus, ne Parochialis Ecclesia debito Parochianorum fraudetur obsequio, utque memoria subjectionis eorumdem Parochianorum non amittatur, sed pluriès in anno renovetur, 18 ut egregiè discurrendo notant *Tondut. quæst. benef tom. 1. cap. 63. num. 18.*, *& Monacell. in formular. tom. 1. tit. 5. form. 10. num. 23.*

Agnoscens Pars adversa harum reflexionum soliditatem, mediante informi Attestatione plurium Testium prætendit probare, quod Ecclesia Sanctæ Mariæ de 19 Areneto, nedum sit antiqua, sed quod in illa aderat Monasterium Monialium, cujus de præsenti adhuc appareant vestigia, unita muris Ecclesiæ; Quod habet Campanile, cum magna Campana, confecta anno 1011. Quod in eadem Ecclesia adsunt quatuor Altaria; Quodque in muris lateralibus ejusdem conspiciantur antiqua signa Crucium, denotantium, dictam Ecclesiam fuisse consecraram; Ex quibus omnibus desumere prætendit, eandem Ecclesiam esse publicam.

Brevi autem, & æqualitèr stringenti animadversione prædicta omnia prorsùs insubsistentiam ad nostrum effectum demonstrantur, perpendendo verba nostri Dubii, in quo non quærimus, an antiquis temporibus, quan-20 do propè illam aderat Monasterium Monialium, eadem Ecclesia fuerit publica, circa quod suum locum veritati relinquimus, sed an talis sit hodie, quod nunquam affirmari potest, dum in illam non patet immediatus aditus à via publica, sed à privato Cortili, juxta dictas punctuales resolutiones hujus Sacræ Congregationis, & alteriùs Episcoporum, & Regularium, in quibus præcisè concurrebant circumstantiæ omnes, exadverso exageratæ ad ostendendam qualitatem publicorum Oratoriorum; Et tamen illis non obstantibus, neque attentis, intrepidè responsum fuit, illa non esse publica, sed privata Oratoria, ex eo solido motivo (quod præcisè, & punctualitèr militat in casu nostro), quia illorum Portæ immediatè non correspondebant viæ publicæ.

Absque ulla prorsùs difficultate, attenta substantiali mutatione ejusdem antiquæ Ecclesiæ, seù præoculis 21 habendo illius dimidiationem, mediante magno pariete, qui illam per medium dividit, & intersecat; Nimis enim insubsistens videtur hodie contraria prætensio, ut publica dici possit sola pars antiquæ Ecclesiæ, talitèr murata, & dimidiata, ut ad illam, non nisi per privatum Atrium secretus pateat aditus, seù accessus.

Cæterum, quatenus per modum simplicis discursus, & falsæ hypothesis, eadem Ecclesia dici posset publica, adhuc id nullatenus attendendum esset ad effectum, de quo disputamus, ad hoc scilicet, ut in illa 22 singulis diebus, compræhensis etiam solemnioribus Festivitatibus anni celebrari possit Missa, attenta generalitate verborum, quibus mediantibus à Constitutionibus

nibus Synodalibus in dictis solemnioribus Festivitatibus prohibita est celebratio Missæ sub pœna suspensionis à Divinis Sacerdotis celebrantis, & Interdicti illius Ecclesiæ, in qua fuit celebratum ibi -- *in Oratoriis sæcularium quocumque nomine appellatis, in quibus concessa fuerit licentia generalitèr celebrandi, non intelligatur concessa diebus solemnioribus anni, videlicet in die Nativitatis Domini Nostri, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, omnium Sanctorum, & Patroni Ecclesiæ Parochialis, in cujus Districtu Oratoria sita sunt, sicut nec etiam in triduo Passionis Domini Nostri. Quod si in aliqua ex his diebus quis ausus fuerit celebrare, Oratorium quidem ipso facto subjaceat Ecclesiastico Interdicto; Sacerdos verò, qui celebraverit suspensionis pœnam ipso facto incurret*; Synodales enim Constitutiones, non solùm in Civitate, & Diœcesi tanquam particulares leges servandæ sunt, ex iis, quæ observant *Ferret. cons. 368. num. 16., Card. de Luca de Jurisd. disc. 56. numer. 5 & Rot. coram Mantic. decis. 229. num. 4. & coram Zarat. decis. 74. numer. 10. & coram Emerix jun. decis. 740. in fine*; Sed præferendæ sunt ipsimet Juris communis dispositioni, ex animadversis per *Ciarlin. controv. 61. numer. 1. & seq. Tondut. quæst. benefic. par. 1. cap. 11. num. 1. Ansald. in addit. ad decis. 78. num. 60., & Rota in Calagurritana Decimarum 14. Novembris 1698 §. Consistit coram clar. mem. Card. Priola*.

Summa autem ratione, & æquali congruentia id demandatum fuit à nostris Constitutionibus Synodalibus, quia aliàs Habitantes propè rurales Ecclesias, & moram facientes propè publica Oratoria nunquam accederent ad Ecclesiam Parochialem propter commoditatem audiendi Missam in dictis publicis Oratoriis, & ruralibus Ecclesiis, juxta ea, quæ de facto practicata fuerunt in nostra Diœcesi, ut justificamus in Summario, propter quam rationem egregiè in nostris terminis advertit in his materiis maximè exercitatus, & æqualitèr doctus Monacell. *in Formul. tom. 2. Formul. 2. tit. 13. num. 42.*, quod Episcopi non debent esse faciles ad concedendas licentias aperiendi Oratoria publica, & construendi Ecclesias rurales, ob spirituale damnum, quod ex illis, experientia Teste, promanat, eo quod rarò, vel nunquam accedunt ad Parochiales Ecclesias illi, qui habitant propè dicta publica Oratoria, & rurales Ecclesias, ut respectu Habitantium in Territorio loci Inureæ nostræ Diœcesis probamus in Summ. ultra multa alia spiritualia detrimenta, quæ ex illis promanant, enumerata à dicto *Monacell. d. lib. 2. formul. 2. tit. 13. num. 22. vers. Damna*.

Nec dicatur, quod prædicta non applicentur nostro casui, in quo non est sermo de publico Oratorio, de quo loquuntur constitutiones Synodales, sed de publica Ecclesia; qualis prætenditur illa Sanctæ Mariæ de Areneto, cum illo addito, quod in ea, ultra quotidianam celebrationem plurium Missarum, fuerint administrata Sacramenta Pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, ut dicunt contrarii Testes dati in Summario.

Respectu enim primæ partis dicti objecti repetimus, quod cum ad Ecclesiam, de qua est quæstio, non pateat immediatus aditus à via publica, eademque Ecclesia spectet ad Personam Sæcularem, non attentis omnibus dictis circumstantiis, exadversò exageratis, nunquam dici potest publica, ex citatis resolutionibus Sacrarum Congregationum, de quibus supra quibus addemus alias *Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in Compsana 31. Maii 1704. & 8. Augusti 1705. ad relationem clar. memor. Card. Sancti Clementis*; Semperque proinde dicetur comprehensa sub dictis Synodalibus constitutionibus, in specie loquentibus de Oratoriis Sæcularium, quocumque nomine appellatis; Eo quia illa innegabilitèr spectant ad Personam Sæcularem. Dictio enim illa *Quocumque*, uti generalis, & generalissima, omnes comprehendit Ecclesias; quocumque titulo spectantes ad Personas Sæculares, ex animadversis per *Barbos. dict. 330. num. 6. Adden. ad Buratt. decis. 103. num. 25., & Rot. coram Cerrino decis. 1545. num. 7., & coram Emerix jun. decis. 1209. num. 4. & dec. 337. num. 5. par. 12. rec.*

Eademque verborum generalitas operatur, ut eo ipso, quod constat, dictam Ecclesiam spectare ad Personam Sæcularem, non sit curandum de nomine, an scilicet vocetur nomine Oratorii, vel veniat appellatione Ecclesiæ juxta doctrinam *Divi Thom. 1. part. quæstion. 54. artic. 4. ad 2.* & concordant *Bart. in leg. Quominùs num 22. ff. de fluminib.* ibi -- *Non curo de nomine, & Rot. decis. 254. in fine coram Otthobon., & in Pisana Jurispatronatus 2. Julii 1700. §. Ut enim coram Ansald.* ibi -- *Fatuum est aures præbere quæstioni de nomine*.

Et de facto nostrum Decretum Synodale, tàm in omnibus Ecclesiis ruralibus, quàm in omnibus publicis Oratoriis nostræ Diœcesis religiosè indistinctè servatur, Imò non solùm in illis ruralibus Ecclesiis, & publicis Oratoriis, quæ spectant ad Sæculares Personas, & Laicales Communitates, sed etiam ad Societates Ecclesiasticas, in quibus adsunt quotidiana onera Missarum, ut justificamus in Summ.

Minùs credimus exadverso exagerandum abusum celebrandi in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto, etiam in solemnioribus anni festivitatibus.

Ultrà quod enim, ad hoc, ut aliquis actus possit inferre præjudicium illi, contra quem exercetur, debet esse præscriptus legitima observantia juxtà firmata per *Rot. coram Celso decis. 237. num. 3., & 4., & in part. 6. recent. decis. 351. num. 7.* Quod tantùm abest, quod à Parte adversa ostendatur, quin potiùs contrarium ex hac Parte probetur, dum in Summario, ex depositione D. Thomæ Belloni Vicarii Generalis Antecessoris Episcopi bon. mem. Vincentii Mariæ Duratii, docemus, tunc solùm eundem Episcopum cessasse à conquæstionibus, & reclamationibus adversus dictum abusum, quando Vitam cum morte commutavit.

Respondemus, quod actus, oppositi claris Synodalibus Constitutionibus, concordantibus cum Juris dispositione, cum solito Apostolicæ Sedis in concedendis Privilegiis pro Oratoriis publicis, & cum Oraculis Sacrarum Congregationum, de quibus supra, dicuntur solemnes abusus, non tolerandi, sed eliminandi, ut exclamat *Rot. decis. 10. num. 40. apud Pacion. de locat.* ibi -- *Quando non resisteret solito expressa rotunda, & litteralis conventio, quia in hoc casu talis observantia judicanda est abùsus non admittendus, sed eliminandus*.

Præcipuè in illis Regionibus, in quibus iidem abusus de facili dilatari possunt, ut in facto observat Reverendissimus Episcopus in ejus Relatione ibi -- *Cum experientia doceat, quod uni ex Nobilibus in Regimine Aristocratico conceditur, omnibus quoque, vel concedendum, vel tolerandum est*. In Jure verò adversùs talem prætensionem meritò exclamat *Cassiador. var. Epistol. lib. 4. epist. 14.: In ipsis initiis comprimendus excessus est &c. ne paulatim reliquos comprehendat*, & concordat *Text. in Can. Mala distinct. 8.* ubi quod similis abusus celerrimè de medio tollendi sunt, ne, si tolerentur, incipiant pro legibus venerari, & Privilegiorum more perpetuò celebrari, cum aliis adductis ab *Adden ad decis. 28. num. 251. par. 3. recent.* ibi -- *Ad Officium Superioris spectat celerrimè obviare, ne mala consuetudo radices producat*.

Et applicatur ad nostrum effectum celebrè illud dictum *Politicorum Principis lib. 14 Annal. antè fin.* quem tacito nomine, refert, & sequitur *Rot. dec. 398. num. 10. coram Dunozett. Sen. quod scilicet videtur habere speciem iniqui omne magnum exemplum*.

Cum illo addito, quod multò majores urgere videntur congruentiæ pro extensione ejusdem abusus ad alias rurales Ecclesias nostræ Diœcesis, attenta illarum majori distantia à Parochiali, & præoculis habendo pessimam qualitatem Viarum, & considerando multò majorem numerum Animarum, quæ propè illas habitant, dum Habitantes propè Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Areneto vix ascendunt ad numerum 69. inter quos 36. dumtaxat capaces sunt Sanctissimæ Communionis; Non desunt verò aliæ rurales Ecclesiæ, quarum respectu habitan-

bitantes propè illas apti ad Sanctissimam Communionem, excedunt numerum 250. comprehensis verò Infantibus, & Parvulis ascendunt ad numerum ferè 400. Et propterea nemò non videt, quòd si Episcopi Savonenses tolerarent Missarum celebrationem in ruralibus Ecclesiis in solemnioribus anni festivitatibus pro com- 41 modo 69. Animarum, habitantium propè Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Areneto, multò magis illam tolerare deberent pro commodo Animarum supra 400. habitantium propè similes Ecclesias rurales. Idq; cum illa confusione, & cum illo præjudicio Parochialium Ecclesiarum, quod magis concipi, quàm exprimi hìc potest.

Nullum pariter præjudicium prętendi potest illatum in nostris terminis ex administratione Sacramentorum tàm Pęnitentiæ, & Eucharistiæ, quàm extremæ Unctionis, facta in dicta Ecclesia, quia eadem administra- 42 tio Sacramentorum non fuit peracta à dicto Cappellano jure proprio, sed de expressa licentia Parochi, ut est innegabile, & asseritur etiam à Testibus exadverso inductis, de quibus in Summario. Ex illa proindè, non solùm deduci non potest Jus aliquod favore Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Areneto hujusmodi Sacramentorum administratio retorquetur ad hominem, & indubitatam probat dependentiam à Parocho, qui ei talem licentiam concessit, ex firmatis per *Rot. dec. 982. nu. 3. coram Du-* 43 *nozet. Jun. & dec 723. nu. 6. coram Cerro, & dec. 741. eodem num. cor. Emerix Jun. & in Berthusen. Jurisdictionis 26. Aprilis 1694. §. Ex his accedit coram clar. mem. Card. Caprara.*

Ejusdem prorsùs insubsistentiæ est alia contraria reflexio, innixa translationi Missæ quotidianæ, obtentæ à san. mem. Clemente XI. celebrandæ in una ex Ecclesiis Almæ Urbis, in qua adest Altare privilegiatum ad Ecclesiam, de qua disputamus; Dicta enim Gratia suum operatur effectum in illis diebus, in quibus non adest specialis prohibitio celebrandi, in Constitutionibus Synodalibus pręscripta, neque operari potest longè diversum effectum pro illis diebus, pro quibus urgent 44 dictæ speciales repetitę prohibitiones, quæ cum non fuerint Summo Pontifici narratæ, neque illis specificè derogatum; remanent in suo robore, & omninò servandæ sunt, juxtà regulam, de qua *Altograd. cons. 80. n. 12. lib. 1. Gob. consul. 122. nu. 42. & Rot. dec. 296. nu. 30. p. 17. & in Novarien. Pensionis 24. Martii 1710. §. Confessio coram Illustrissimo Falconerio.*

Non attenta derogatoria generali, quæ juxtà solitam praxim apposita fuit in eadem Gratia cōmutationis, hoc enim nunquam extenditur ad ea, quæ specialiter prohibita sunt, & quæ literaliter Summo Pontifici expressa non fuerunt, juxtà animadversa per *Roman. cons. 372. n.* 45 *1. & seqq.* & firmata per *Rot. dec. 233. nu. 6. p. 12. & dec. 148. n. 20. p. 19. rec.* Attenta præcipuè diminutione Divini Cultus, præjudicio Jurium Ecclesiæ Parochialis, necnon præ oculis habenda multa illa detrimenta spiritualia, quæ sequerentur ex dicta contraria prętensione, quibus attentis eo minùs admittenda videtur extensio dictæ Gratiæ solius commutationis Missę de Loco ad Locum, sed de una Ecclesia ad aliam, non autem commutatur tempus, seu dies illius celebrationis, hoc est 46 potiùs una festivitate quam alia ad *Textus in c. Ex parte de constit. & in cap. Quia per ambitiosam de Rescript. nu. 6.* cum concordantibus, sequutis *à Rota dec. 847. n. 3. cor. Seraphin. & dec. 685. nu. 6. coram Cerro, & dec. 528. n. 23. 24. part. 7. rec.*

Transeunt hęc in evidentiam, non solùm ex dicta natura similium Gratiarum, sed etiam ex subsequuta 47 observantia, juxtà quam illæ nunquam extenduntur ad illos dies, in quibus adest specialis prohibitio celebrandi, ut gratia brevitatis, restringendo sermonem ad nostram Diœcesim, idem practicatur in simili Gratia translationis alterius Missæ, obtentæ ad aliam Ecclesiam ruralem à Joanne Boero, ut justificamus in Summario; Nec non idem quoque in alia pariter Ecclesia nostræ Dięcesis practicatur, ut justificamus in eodem in Summ.

Non credimus autem exadverso insistendum in distantia Loci, in quo sita est Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Areneto, ab Ecclesia Parochiali, quæ est trium ferè milliariorum, propter quam si Personæ ibidem habitantes, 48 cogerentur audire Missam in Ecclesia Parochiali, possent multa pati præjudicia, de facili exadverso exageranda.

Ultrà quod enim objectum procederet, quando talis obligatio urgeret pro omnibus festivitatibus totius anni; Secus verò dum restringitur ad paucas solemnissimas festivitates, in quibus repræsentantur principaliora 49 Mysteria Fidei Christianæ, & pro quibus non videtur improprium, neque intolerabile, ut Christiani aliquod leve sentiant incommodum, ad hoc, ut illis interveniant.

Respondemus nihilominus, quod licèt situs, in quo posita est Ecclesia Sanctę Marię de Areneto, distet à sua Parochiali per tria circiter milliaria, attamen illis via commoda nimis est, ac plana, nec multitudo Habitantium propè illam magna est, dum ut diximus, & 50 opportunè repetimus, omnes Habitantes non excedunt numerum septuagenarium, & capaces Sanctissimæ Communionis, restringuntur ad numerum 36.

E converso autem in proximis Locis, in quibus similes reperiuntur Ecclesiæ rurales, & publica Oratoria, adsunt Personæ in numero valdè majori 400. circiter, & quòd magis est longè remotiores sunt ab eorum Parochialibus Ecclesiis, & tamen ab illis absque ullo incommodo, ullisque conquestionibus, punctualiter servantur dictæ Synodales Constitutiones, licèt eædem Eccle- 51 siæ rurales, & publica Oratoria spectent etiam ad alios Patritios Januenses, & Nobiles Savonenses.

Et propterea si ex hoc prætextu permitteretur celebratio Missæ in rurali Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto in solemnioribus festivitatibus anni, sprera dispositione Synodalium constitutionum omnes alii Patroni dictarum similium Ecclesiarum idem prætenderent, & de facto practicarent, quod esset maximum, & intolerabile inconveniens, amplam, & spatiosam viam aperient omnibus aliis prædictis Nobilibus ad conculcandas nostras Synodales constitutiones. Teste enim expęrien- 52 tia, & id observante *Cicer. lib. 3. de Leg. in principio, Longum iter est per præcepta, breve, & efficax per exempla,* & concordant *S. Leo Magnus in sermone Nativitatis S. Laurentii Mart. fol mihi 181. inter ejus Opera. S. Bernard. in cantic. sermon. 59. & Cassiodor. var. libr. 11. epist. 8.*

Cæterùm (quod exorbitantiam contrariæ prætensionis in immensum auget) dignentur EE. PP. observare quod D. Adversarius non solùm prætendit in sua Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto Missam omnibus anni diebus celebrari facere, comprehensis etiam solemnioribus festivitatibus, sed ulterius verbis asserit, & factis com- 53 probare conatur, eandem Ecclesiam in nihilo subjacere Cathedrali Ecclesiæ Savonen. ac si constitueret verè, & propriè separatum Territorium, essetque extrà Diœcesim Savonensem; Ad quod comprobandum, omissis gratia brevitatis antiquioribus attentatis, ultimo loco, obtenta Indulgentia plenaria pro dicta Ecclesia Sanctæ Marię de Areneto, nedum illam imprimi fecit, sed etiam publicare in tota Vicinia, absque eo quod exhibuisset prius in Cancellaria Episcopali Breve Apostolicum concessionis dictæ Indulgentiæ, atque obtinuisset à Reverendissimo Ordinario Decretum pro illius publicatione, ut erat omninò necessarium, juxtà notoria Decreta Sac. Congreg. Indulgentiarum, & juxta laudabilem praxim totius Catholici Orbis; quibus attentis coactus fuit ad 54 propria Jura conservanda Reverendissimus Episcopus Edictum promulgare: *Che non se ne tenesse conto, anzi fossero amossi detti fogli da Luoghi respettivamente, dove erano stati affissi.*

Deveniendo modò ad examen secundi Dubii, in quo quæritur, *an constet de nullitate, & Injustitia Interdicti, & respectivè suspensionis à Divinis*, illius negativa re- 55 solutio videtur clara, quia ex una parte literalis est dispositio Decreti Synodalis, imponentis dictam pœnam suspensionis à Divinis Sacerdoti celebranti, & quidem ipso facto incurrendam, & Interdicti ipso pariter facto incurrendi illi Ecclesiæ, in qua fuit celebrata Missa solemnioribus anni festivitatibus, ibi: *Quod si in aliquo ex his diebus, quis ausus fuerit celebrare, Oratorium quidem ipso facto subjaceat Ecclesiastico Interdicto; Sacerdos verò, qui celebraverit, suspensionis pœnam ipso facto incurrat.*

Et aliàs verò parte constans in facto est, Sacerdotem

Petrum Pratum celebrasse Missam in die Paschatis Resurrectionis anni proximè præteriti 1723. in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto, ut probavimus in Summario, & circa idem factum concordant etiam contrarii Testes, illudque nunquam fuit à Parte Adversa impugnatum.

Et propterea illis attentis, cum omni legali fundamento Curia Episcopalis Savonæ devenire poterat ad 57 declarationem dictarum pœnarum sine ulla necessitate citationis, attenta facti notorietate ex deductis à *Card. de Luca de Judic. disc. 9. num.* 24. ea ratione quia nunquam citandus est is, cui nulla competere potest defensio, juxta theoricam *Felin. in cap. Cùm olim sub numer.* 10. *de Re judic.* quam sequuntur citati *à Surdo decis.* 22. *num.* 9., *& Rot. coram Merlin. decis.* 682. *num.* 6.

Et tamen ad omnem abundantiorem cautelam prædicta Curia ante dictam publicationem personaliter monere fecit dictum Sacerdotem celebrantem, ad comparendum infra triduum coram Reverendissimo Episcopo, & deducendũ sua jura, nec non dicendũ quare declarari non 58 deberet suspensus à Divinis ad formam Decretorum Synodalium, eo quod celebraverat in d. die Paschatis In cujus citationis termino, licèt comparuerit idem Sacerdos, verbaliter asserendo, ipsum habere nescio, quod Privilegium. Illud tamen nunquam in Actis exhibuit: Ideoque Reverendissimus Episcopus cum omni legali fundamento devenit ad declarationem, dictum Sacerdotem incurrisse pœnam suspensionis à Divinis, & præfatam Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Areneto subjectam esse Ecclesiastico Interdicto.

Adversùs quæ non credimus reperenda esse hìc ea, quæ supraconsuravimus circa observantiam contrariam 59 nostris Synodalibus Constitutionibus, ex quo in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ de Areneto in præteritum celebrata fuerit Missa etiam illis diebus, in quibus celebrari non poterat vigore dictarum Constitutionum.

Ultra enim ea, quæ supra in facto observavimus adversùs hujusmodi reflexionem, immixa nunquam inter- 60 ruptis conquestionibus, & continuis reclamationibus bo. me. Episcopi Duratii immediati Antecessoris, de quibus in nostro Summ.

Strictè dicimus, quod vel ex se insistitur in observantia præscriptiva, & hæc concludenter non probatur ex informibus depositionibus contrariorum Testium, dum ad illam probandam requiruntur concludentes probatio- 61 nes, factæ in contradictorio Judicio, juxta firmata per *Rot. apud Post. de Manuten. dec.* 215. *nu.* 14. *& cor. Priol. d.* 375. *nu* 25. *& 26 & in p.* 8. *rec. dec.* 211. *num.* 5. Et in omnem casum semper verum esset, quod cum sermo sit de Juribus Ecclesiæ Parochialis deque diminutione subjectionis, quam erga illam habent Parochiani, & demum de præjudicio Divini cultus etiamsi adversùs rei evidentiam verificaretur negligentia dicti Episcopi antecessoris, illa nunquam apta esset præjudicium inferre neque successori in Episcopatu, neque Juribus dictæ Pa- 62 rochialis Ecclesiæ, juxta firmata per *Rot. dec.* 144. *num.* 5. *coram Coccin. & decis.* 342. *eodem n. coram Cerro.*

Vel insistitur exadverso in observantia interpretativa, & cum nostræ Synodales Constitutiones sint luce meridiana clariores, non est locus observantiæ interpretativæ, ex adductis in *dec.* 139. *nu* 9. *dec.* 1 *& dec.* 244. *nu.* 46. *par.* 63 8. *recent. & coram Priol. dec.* 60. *& nu* 24. *& coram Emerix jun. dec.* 127. *nu.* 6. sed illæ punctualiter, tanquam particulares leges nostræ Diœcesis servandæ sunt, ex allegatis supra.

Demum non credimus repetendum pariter hìc prætextum non comprehensionis Ecclesiæ S. Mariæ de Areneto sub dictis Constitutionibus, loquentibus de Orato- 64 riis publicis, non autem de Ecclesiis. Exanimadversis etenim supra circa primum dubium, satis, superque remanet manifestum, ipsam non esse Ecclesiam publicam, utì non habentem Portam in via publica, ex authoritatibus supra citatis; Quibus addimus punctualem *decis.* 38. *cor. Mantica, in qua nu.* 2. egregiè firmat Sacra Rota, quod ad excludendam publicitatem Ecclesiæ, superabundat unica illa circumstantia, quod ad illam non datur accessus à publica via, sed à privato Atrio, seu Cortile: In omnem verò casum eadem Ecclesia, utì spectans ad personam secularem; semper comprehenditur sub dictis Constitutionibus, ex probatis supra §. 18. & 19.

Quæ omnia videntur transire in evidentiam ex subsequuta uniformi observantia, in facto concludenter comprobata in nostro Summario, respectu omnium aliorum Patronorum Sæcularium, sive Ecclesiarum ruralium, 65 sive publicorum Oratoriorum existentiũ in nostra Diœcesi, in quibus omnibus semper de præterito punctualiter exequutæ fuerunt, & de præsenti punctuali executioni demandantur nostræ Synodales Constitutiones. Quantæ siquidem sit efficaciæ observantia subsequuta pro interpretatione cujuscumque legis, vel synodalis Constitutionis, de se notum est, & uniformi calamo observant Doctores, subsecutam observantiam nedum esse fidam, & optimam interpretem cujuscumque dispositionis, sed semper sequendam esse, nec non intellectum ab illa datum omninò attendendum esse, etiamsi esset malus, minus verus, literæ non consonans, & de jure non tenen- 66 dus; E converso autem, contrarius intellectus de jure verior esset, magisque accomodatus verborum sensui, ad dictum effectum impropiando veriorem significatum, & accipiendo verba, juxta ejus sensum, qui eis datus fuit ab observantia, ut videre est in *dec.* 944. *num.* 6. *cor. Buratt. & dec.* 829. *nu.* 9. *cor. Dunozet. jun & dec.* 24. *nu.* 8. *coram Emerix jun. & dec* 184. *eodem num. coram Ludovis. & decision* 165 *numer.* 20. *coram Ottobon. & decis.* 46. *num.* 9. *coram Priolo, & dec.* 279. *num.* 14. *coram Royas, & dec.* 89. *nu.* 3. *& 14. coram Ubago, & in par.* 19. *rec. dec.* 9. *nu.* 20. *& in Fuldem Jurisdictionis* 26. *Aprilis* 1705. *§. Et quatenùs coram Mollines.*

Die Veneris 28. Julii 1724. proposita Causa in Congregatione Concilii sub duobus dubiis.

1. *An Ædes Sacra Sanctæ Mariæ de Areneto sit Ecclesia publica, vel Oratorium privatum.*

2. verò *An constet de nullitate, & injustitia Interdicti, & respectivè suspensionis à Divinis.*

Ad 1. Responsum fuit -- *Dilata, & fiat Planta judicialis.*

DISCEPTATIO IX.

Romana Legati

P R O

Lucia Riccia

C U M

Jo: Baptista Maggio.

ARGUMENTUM.

Pium Legatum, Puellæ relictum, quatenus in sæculo nubat, vel Monialis efficiatur, debetur eidem; declaranti, velle perpetuò vivere in Conservatorio, accedente obligatione illius Superioris, retinendi ibidem eandem Puellam toto tempore ejus vitæ.

DOminicus Scaccus in suo Testamento, per Acta Gaudentii de Galassis Notarii Capitolini condito die 3. Maii 1715. & aperto die 16. Octobris 1722. in ejus opulentissimo Patrimonio suum universalem sibi scripsit hæredem Jo: Baptistam Maggium, nullo consanguinitatis, vel affinitatis vinculo sibi junctum, Personamque eidem penitùs, penitusque extraneam. Luciæ verò Ricciæ, ejus unicæ Nepti, ab anni 20. moram facienti in Conservatorio Divinæ Providentiæ ad Ripetta Jure Legati reliquit sola scut. 300. his verbis: *Item per ragione di Legato, & in ogni altro miglior modo &c. lascio alla Signora Lucia Ricci mia Nepote, che stà nel Monastero di Rippetta, scudi trecento moneta, da consegnarseli, e pagarseli dall' infrascritto mio Erede subito, che la medesima sarà monacata, o maritata, e caso che la medema morisse prima, che si maritasse, o monacasse, in tal caso li sudetti scudi trecento moneta ricadino all' infrascritto mio Erede, senza che il Monastero vi possa aquistare Jus, o azzione alcuna &c.*

Ve-

Verùm quia eadem d. Lucia *per le sue abituali indisposizioni, non à potuto mai entrare in Cucina, per fare la sua Settimana, come le altre Zitelle, ne pure a potuto fare il solito Patto del Lavoro, che fanno le sue Compagne giornalmente, ne si conosce abile di poterli addossare alcun Offizio, per dette sue indisposizioni &c.* juxta verba Antonii Francisci Sperandii, æquè ingenui, ac 2 attenti Rectoris Conservatorii in solemni Attestatione. Cum quo concordat Joannes Baptista Marchettus Medicus ordinarius ejusdem Conservatorii, in alia simili Attestatione, ibi - *Si ritrova indisposta per indisposizione naturale, per lo che non puol fare molte fatighe, che in detto Conservatorio devono fare &c.*

Ex una parte non potest ulteriùs in eodem Conservatorio moram facere cum præjudicio alterius junioris honestæ Puellæ, quæ apta sit supportare omnia onera, aliis Puellis, ibidem permanentibus, communia. Ex alia verò parte, attentis dd. ejus malis corporis affe- 3 ctionibus, non de facili posset, neque vult in Sæculo nubere, neque, ob eandem causam multiplicium corporis malarum affectionum, reperire cum facilitate potest Monasterium claustrale, cujus Moniales cum eadem tenui Dote velint illam acceptare, prævia exemptione à solitis Officiis, omnibus Monialibus communibus.

Hinc, pensatis omnibus pensandis, non sine matura deliberatione resolvit, velle perpetuò manere in eodem Conservatorio, cum exemptione à dd. Officiis communibus, juxta consensum, habitum à Superioribus dicti Conservatorii, ad quem effectum preces Sanctissimo Nostro porrexit, ejus notoriam clementiam enixè rogando pro facultate liberè tradendi eidem Conservatorio 4 dd. scut. 300. cum hoc, quod illud solemniter se obliget eam usque ad ejus obitum manutenere in eodem Conservatorio, cum exemptione ab illis Officiis, quibus, juxta Regulas, & solitum Conservatorii, adstrictæ sunt omnes aliæ Puellæ, in illo degentes.

5 Cùmque eædem preces remissæ fuerint Sac. Congreg. Concilii sperat multiplici EE. PP. favorabili suffragio consolari.

Eò quia ad dictum effectum concurrit introspecta, & plusquam verisimilis voluntas d. sui Avunculi, qui, si ab undecim annis retro, quando suum Testamentum condidit, prævidisset indispositiones illas, malasque corporis affectiones, à quibus de præsenti ejus Neptis, affligitur, utique ei permisisset erogationem dd. scut. 300. ad favorem Conservatorii, cum d. exemptione ab Officiis communibus, ad firmandum suum statum, pro toto tempore ejus vitæ moram faciendo in religioso Loco, eo modo, quo illi permittit propria infelix sanitas.
6 *Illud autem, quod Testator verisimiliter vivens facturus esset, ab ejus Hæredibus fieri jussisse, intelligitur*, sunt verba *Textus in leg. Cùm servus in fin ff. de Condit. & demonstr.* & concordat alter *Textus in leg. Item Legato §. Item interest ff. de Legat. 3.* quos sequuntur *Bald. consil. 87. circa med. lib. 5. Natt. cons. 61. num. 3. vers. Sed dicendum Mantic. de Conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 19. numer. 4. & 5. Surd. decis. 62. numer. 12. & Rot. decis. 1137. numer. 5. & decis. 1153. numer. 2. coram Emerix jun.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo Testator nihil aliud exoptasse videtur, quàm relinquere scut. 300. ejus Neptis ad hoc, ut illa toto tempore ejus vitæ, vel in Sæculo nuberet, vel in aliquo Monasterio congrua haberet alimenta; Cùmq; hoc punctualiter verificari possit in præsenti casu, si illa permaneat in Conservatorio toto tempore ejus vitæ, nulla videtur adesse resistentia voluntatis ejusdem Testatoris, attento quod, hoc modo 7 semper habetur finis, ab ipso intentus, qui præ oculis haberi solet, ex adductis à *Card. de Luc. disc. 33. num. 21. & disc. 45. num. 4. & seqq. de Fideicomm. & à Rot. dec. 604. num. 4. coram Dunozett. jun.*

Imò idem finis habetur in præsenti cum majori commodo, majorique utilitate dictæ ejus Neptis, quæ, ut supra diximus, & utinam verum non esset, cum dicta tenui dote, attenta ejus mala valetudine, non posset reperire Monasterium, quod ipsam recipere vellet, cum exemptione ab Officiis, aliis Monialibus communibus; Quando autem finis, à Testatore melius, pinguiùs haberi potest, non est judaicè insistendum in cortice verborum Testamenti, *Card. de Luc.* loquens in 8 terminis Testatoris, qui cum sola peritia abacali accesserat ad Urbem, & in morte reliquerat patrimonium scutorum quincentum millium, *in disc. 262. per tot. de Fideicomm*, & signanter *num. 3.* ibi -- *Respond.ª habere de indubitabili pro valida nominatione, ex eisdem rationibus &c. quod scilicet ità meliùs, & pinguiùs adimpletur voluntas Testatoris, atque obtinetur finis, vel effectus*, 9 *ab eo desideratus*, & meliùs *Rota in dec. 417. per tot. coram Dunoz. jun.* & signanter *num. 7.* ibi -- *Ubi requiritur qualitas ad certum effectum, non est curandum de modo illam adimplendi, dummodo habeatur effectus, & dec. 81. à num. 21. part. 16. rec.* ibi -- *Non est mordicùs insistendum in cortice verborum, sed attendi debet quid verisimiliter Testator sensisset, ut menti inserviant, illa impropriando &c. Non est curandam de modo, sed de effectu &c. ex quo pleniùs consultum erat voluntati &c.*

Ex quibus remanet abundè responsum verbis illis, *e caso, che la medema morisse prima che si maritasse, o monacasse, in tal caso li sudetti scudi 300. moneta, ricadino all'infrascritto mio Erede*; Quia, posita obligatione Conservatorii retinendi in illo Neptem Testatoris usque ad ejus obitum, ad effectum alimentorum, perinde habetur acsi professionem emitteret in aliquo Monasterio, à quo ampliùs dimitti non posset, quod in rei 10 veritate, & substantia unicè præ oculis habuit Testator, quodque punctualiter verificatur in præsenti, attenta dicta obligatione Conservatorii, ut Consideranti patet.

Ponderando ulteriùs, quod contrariæ criticationes videntur oppositæ ipsimet humanitati, prætendendo, ut unica Neptis Testatoris, ob naturales infirmitates inhabilis ad contrahendum matrimonium, & impotens ad emittendam professionem in aliquo claustrali Monasterio, omni humano auxilio destituta, ultra ingens Patrimonium dicto Maggio penitus extraneo, ab ejus Avunculo relictum, cogatur ulteriùs eidem relinquere Legatum dictorum scutorum 300. ostiatim mendicando victum pro substentanda ejus vita, idque ad ei augendum pingue patrimonium, ei relictum à proprio Avunculo, cum ista maxima improprietate, quam his verbis improbat *Cassiod. var. lib. 12. epist. 13. Ul-* 11 *tra omnes crudelitates est, ditiorem velle fieri de exigatate Mendici.*

Cum illo addito, quod si Testator eidem Nepti dictum Legatum non reliquisset, adhuc idem Maggius hæres ejus Nepti subvenire non solùm, attentis Juribus Divino, Canonico, ac Civili, de quibus infra, sed ex illa obligatione antidotali, quam ipsamet Natura om- 12 nia animalia docuit, & de qua habemus *Text. in c. Cùm in officiis de Testam.* ibi -- *Illis tenemur obnoxii, à quibus beneficium Nos cognoscimus recepisse, Gloss. in leg. Sed & si lege, verbo Obligaverunt ff. de Petition. hæredit.* ibi -- *Omnis Creatura movetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefacit, & talis obligatio ex instinctu Naturæ procedit, & Rot. in Romana Dotis 16. Junii 1679. §. Tum denique coram Bourlemont.*

Quo posito, adversus contrariam prætensionem applicantur illa alia verba ejusdem *Cassiod. ubi supra dict.* 13 *epist. 13. lib. 2. Pudeat illis tollere, quibus jubemur offerre*

Pro quorum admissione dignentur EE. PP. eorum misericordes oculos convertere erga pauperem Puellam, quæ non ex propria culpa, sed ex justis Dei Judiciis reperitur in illo pessimo salutis statu, in quo Officia, communia aliis Puellis Conservatorii, exercere non potest, in quo ex una parte in præteritum, quando dictum Legatum non habuit, omnem compassionem experta fuit à Ministris Conservatorii, & quidem per annos supra viginti; Ex alia verò parte, non valentes hodiè dicti Ministri illam in eodem Conservatorio longiori tempore retinere, cum præjudicio alterius pauperioris Puellæ, ad quod prospicere tenentur juxta Regulas Conservatorii, quò se vertat dicta infelix Puella nescit; Non enim agitur de Muliere pulchra, vel juvene, vel in optimo salutis statu constituta, in quo propriis manibus laborandu, vel alicui honestæ Matronæ inserviendo, possit sibi victum comparare; Sed sermo est de miserabili annosa Puella, multis corporis malis affectionibus afflicta, in quo sta-

tu omnem compassionem meretur, illamque expectat à notoria pietate, & justitia EE. PP. illos enixè rogando, ut dignentur procedere in hac parte cum illa bona, & grossa æquitate, cum qua in Tribunalibus Ecclesiastici sprocedendum esse observat *Rot. dec. 4. in fine de Appellat. in Novis* ibi -- *Magis de una bona, & grossa æquitate, quàm de juris vigore procedi solet*; Et magis in specie, quod in Principis Concistorio, quem repræsentant Sac. Congregationes, æquitas primum occupet locum, observant *Valenzuol. cons. 75. num. 25. Fontanell. dec. Cathal. 547. num. 9. & Card. de Luc. de Alienat. disc. 19. numer. 9. & in Relat. Rom. Cur. forens. disc. 32. n. 2.* 14 15

In omnem verò casum non omittimus observare, quod ad præstandum tale subsidium eidem omni humano auxilio destitutæ, titulo alimentorum cogi poterat in vita Dominicus Scaccus Testator, & propterea ad id tenetur quoque ejus Hæres, ex mutua illa obligatione, quæ in his terminis viget inter Avunculum, & Neptem, sivè attendatur Jus Divinum, sivè Canonicum, vel Civile, juxta magistralem *dec. 449. per totam coram Dunozett. jun.* quæ ita summatur *Patruus Nepotem, & Nepos Patruum alere tenetur, tam de Jure Divino, quàm Cæsareo, & Pontificio.*

Die 6. Martii 1726. proposita causa in Cong. Concilii responsum fuit *pro gratia*.

DISCEPTATIO X.

Nullius Guastallæ Erectionis Conservatorii

PRO

Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri

ARGUMENTUM.

Testatoris voluntas, quando pinguiùs adimpleri potest, non est judaicè insistendum in litera Testamenti, sed procuranda est exequutio eo meliori modo, quo fieri potest.

IN Testamento, cùm quo ex hac vita migravit Jacobus Pecorelli, condito die 22. Novembris 1675. instituto ejus universali hærede Capitulo, & Canonicis Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri, Civitatis Guastallæ, Nullius Diœcesis Provinciæ Mediolanen., eique, in casu non acceptationis suæ hæreditatis, vel in adimplementi onerum, in Testamento expressorum, substitutis aliis duobus filiis Piis, postquam ejus hæseditas remansisset libera à multis Legatis vitalitiis, in illo relictis, mandavit expressè, quod omnes fructus, & redditus ejusdem hæreditatis dividerentur in quatuor partes æquales *La prima delle quali egli* (hoc est dictum Capitulum hæres) *darà, e consegnerà alli Agenti della Sagrestia del Duomo, la quale obliga &c. a far celebrare &c. ogni anno in perpetuo un' Offizio da Morto, con tante Messe di Requiem, quanti saranno Sacerdoti in quel tempo nell'insigne Collegiata sudetta: Le altre trè parti poi, che restaranno, il sudetto mio Erede le dividerà, e partirà ogni anno in perpetuo in cinque parti giuste, & eguali, e le darà, e consegnarà a cinque Zitelle di buona fama, & onesta vita, e che abbino le altre condizioni, che qui sotto dirò, e darà ad ogn'una di loro per dote &c una parte di dette cinque parti, quando si maritaranno a Dio, o al Mondo.* 2

Prævidens verò idem æquè pius, ac prudens Testastator illas partialitates, quæ facili negotio poterant practicari in distributione earumdem Dotium, expressiùs injunxit eidem suo hæredi *di non avere riguardo a raccomandazioni, favori, a rispetti di Persone grandi, e autorevoli, di Prelati, a Prencipi Secolari &c. Incaricando la conscienza di ciascheduno, che interverrà in detta elezione, per, renderne strettissimo conto a Sua Divina Maestà.* 2

Intèr alia autem sequisita, & conditiones, cùm quibus distribui deberent eædem dotes, nec non intèr qualitates illas, quas habere deberent Puellæ, prò illis obtinendis, non infimum occupat locum illa; *Che siano di onesta vita, e di buona fama, nate di vero, e legitimo Matrimonio, e non mai altrimenti, di anni quindeci di loro età compiti, e che non passino, o superino nè pure di un sol giorno gl'anni 40. &c. Che non siano mai state Ballarine pagate su le feste publiche, e che non abbino servito in alcun tempo nelle Ostarie, e ne' Magazzeni: Che siano delle più povere, anzi poverissime, e che non abbiano nel tempo, che saranno nominate, ed elette cosa alcuna del proprio, nè Ventura d'altri, benche minima*; Hoc est, dotes aliorum Piorum Locorum, quæ in Civitate Guastallæ vulgò vocantur *Venture*, Cùm hoc, quod concurrentibus hujusmodi conditionibus in Puellis orphanis, hæ præferri debeant: Quodque ex dictis quinque Puellis, ut suprà eligendis, tres esse debeant ex Civitate Guastallæ, reliquæ verò duæ ex Villa Camporaineti. 3

In casu demùm, quo *alcune di dette Zitelle elette non si maritassero per tutto l'anno 40. di loro età, all'ora non averanno, nè conseguiranno le doti assegnatele; Come anche se altre morissero dentro il detto termine, senza maritarsi: Nell'uno, e nell'altro caso il Reverendissimo Capitolo mio Erede sudetto averà, e tratteneà per se tutte le doti, che erano state destinate a dette Zitelle, e le ripartirà, e dividerà trà li Sacerdoti solamente di esso Reverendissimo Capitolo, in capita, & æquis portionibus.* 4

Non attenta autem hujusmodi considerabili utilitate ejusdem Capituli, eventuali quidem, sed attento magno numero Puellarum, & frequentibus accidentibus humanæ vitæ, omni consideratione digna, præ oculis habens idem Capitulum difficultatem exequendi piam dicti Benefactoris voluntatem in ea parte, quæ respicit non admissionem interpositionis Personarum potentium, quarum preces, ut plurimum efficacissimæ sunt, juxtà illud *Tacit. lib 4. Histor. Preces erant, sed quibus resisti non poterat*. Nec non in alia parte, quæ concernit maximam honestatem earundem Puellarum, quæ, experientia teste, non tàm facilè compatibilis est cùm extrema paupertate, in eisdem Puellis specificè requisita, humillimum habuit recursum ad Sanctissimum, ut prò majori, securiori, & firmiori adimplemento voluntatis ejusdem Benefactoris dignaretur permittere erectionem Conservatorii Puellarum in eadem Civitate Guastallæ, in quo admitti, & recipi debeant Puellæ pauperes ejusdem Civitatis, cùm prælatione orphanarum, cùm hoc *Che dell'annua entrata Pecorelli, destinata per le dette cinque doti, ascendente fra tutto in quella moneta a scudi 750., se nè ponga a parte ogn'anno scudi cinquanta a cumulo di dote, da pagarsi a ciascheduna Zitella a tempo di sua collocazione, quando, però lodevolmente sia dimorata nel Conservatorio per lo spazio di anni cinque; Onde in capo alli primi cinque anni doppo l'erezzione, e così successivamente di quinquennio in quinquennio, si abbiano sempre a parte cinque doti per cinque Zitelle, e distribuirsi come sopra.* 5

Rispetto poi a quelle, che dimorassero esemplarmente in detto Conservatorio più di cinque anni, oltre alla sudetta dote di scudi 50. riservare a ciascheduna ogn'anno la quinta, quarta, o terza parte dell'utile, proveniente dal suo lavoro, per maggiormente animarle, o quella porzione, che piacesse. Tutto poi il rimanente &c. s'impiegasse nel mantenimento di tante Zitelle, quante si potesse, e nelle spese del vestiario, infermità &c. 6

Eædem humillimæ preces de more remissæ fuerunt EE. PP. à quibus scriptum fuit Abbati Guastallæ prò Informatione, & Voto; In quo, non solùm confirmat veritatem, & subsistentiam omnium expositorum in nostris precibus, sed proprias etiam addit pro Gratia erectionis hujusmodi Conservatorii in dicta Civitate Guastallæ: Proùt etiam suas prò eadem gratia adjungit paritèr preces Angelus Maria Luparinus Archipresbyter, & Parochus ejusdem Civitatis in epistola, data in Summario. 7

Relatis eisdem precibus in Congsegatione, habita die prima Decembris 1714., rescriptum fuit *Exhibeatur particula Testamenti*. Illaque exhibita in Congregatione, habita die 30. Martii 5715., injunctum fuit, ut Causa poneretur in Folio, quod punctualitèr adimpletur in præsenti Congregatione, in qua renovantes nostras antiquas preces prò erectione Conservatorii, speramus fieri voti compotes. 8

Agi-

Agitur siquidem de Gratia, qua mediante aperitur via pinguiori, securiori, & firmiori adimplemento voluntatis dicti pii Benefactoris, in quibus terminis solent Summi Pontifices, nec non Sac. Congregationes pro Voto ab eisdem requisitæ, benignas Oratoribus præbere aures; Eà ratione, quia juri etiam communi est conforme viam aperire pinguiori, securiori, & firmiori adimplemento voluntatum piorum Benefactorum, ut norant adducti à *Card. de Luca de Fideicom. discur. 45. numer. 3. & seqq. & discur. 201. num. 32. & seqq.* & sæpè firmavit *Rota*, signanter in *decis. 458. per totum coram Cels. & decision. 417. pariter per totum coram Dunoz. Jun. & dec. 82. num. 22. & seqq. p. 16. rec. & in Bononien. Legati 3. Decembris 1666. per tot. cor. Cardinali Carpineo.*

Nec non ita practicavit hæc Sacra Congregatio *in Casalen. Commutationis voluntatis 23. Novembris 1697. lib. 27. Decr. fol. 345.* & in *Ravennaten. Commutationis voluntatis 7. Junii 1698. ad secundum dub. 45. Decr. fol. 152. à tergo*, & in *Spoletana Commutationis voluntatis 16. Januarii 1699. ad secundum dub. lib. 49. Decr. fol. 13.* & in *Maceraten. Commutationis voluntatis 30. Augusti 1704. lib. 54. Decret. fol. 348.* & in *Toletana Commutationis voluntatis 18. Junii 1705. lib. 55. Decr. fol. 163.* & in *Spoletana, seu Nursina Commutationis voluntatis 6. Junii 1705. & 29. Januarii 1707. lib. 55. Decr. fol. 204. à tergo, & lib. 57. fol. 23.*

Pinguius autem, atque securius adimplementum voluntatis nostri pii Benefactoris videtur innegabile, sive habeatur respectus ad qualitatem honestatis, sive ad aliam qualitatem paupertatis Puellarum dotandarum, in æquali, seu in summo gradu, ab eodem requisitam pro consequutione dictarum dotium: sive demum ad quantitatem, seu summam eisdem honestissimis, & pauperrimis puellis de mandato pii Benefactoris assignandam.

Respectu enim honestatis, ex una parte hæc in nostra Civitate frequentibus periculis exposita est in pauperibus Puellis, teste D. Archipresbytero Lucerino, ejus Paroco, Ex alia verò nemo non videt, quod, absque ullo prorsus periculo, conservatur in illis piis Locis, quæ gubernantur à Personis, æquè piis, ac timoratis, & in quibus Puellæ, nedum laudabiliter vivunt, seque exercent circa ea, qua concernunt mores, & spiritualia exercitia, sed commendabiliter etiam se exercent in aliis mundanis operationibus, ut de se notum est, & ad nostrum propositum observant adducti à *Card. de Luca de Regul. disc. 45. num 3.*

Respectu verò paupertatis, eadem adamussim militat ratio, quia præscribi possunt Regulæ pro recipiendis in Conservatorio illis Puellis dumtaxat, in quibus paupertas in illo reperiatur gradu, quem pius Benefactor voluit, & expresse mandavit debere concurrere.

Respectu demum summæ, eisdem puellis assignandæ de mandato nostri Testatoris, hæc hodie consistit in scutis 150. monetæ Guastallæ. Consideratis autem omnibus considerandis eædem Puellæ longè majorem consequentur quantitatem ex nostro Conservatorio: Ea viva ratione, quia ultra dotem scutorum 50. eisdem dandam à Conservatorio in fine quinquenii, recipiunt in isto alimenta, & vestiaria, saltem per dictum quinquennium, quæ ad minimam rationem scut. 30. pro dictis annis quinque, conflabunt summam aliorum scut. 150.

Diximus *saltem per quinquennium*, quia quatenus post dictum tempus Puellæ Conservatorii non habeant promptam occasionem *di maritarsi, o a Dio, o al Mondo*, juxta præcisa verba Testatoris, poterunt longiorem facere moram ad earum arbitrium in eodem Conservatorio, à quo numquam poterunt dimitti, quando etiam in illo mori desiderent.

Ultra illud verè magnum commodum, omni consideratione dignum, quod eædem Puellæ recipiunt, in bona educatione, tam respectu, bonorum spiritualium, quàm temporalium pro dicto quinquennio, quo saltem moram facere tenentur in eodem Conservatorio. Itaut si hodiè interrogarentur Parentes, & Consanguinearundem Puellarum, an pro suis filiabus, & consanguineis vellent dotes in summa scutorum 150. unica vice, *quando si maritano a Dio, o al Mondo*; juxta literam Testamenti, seu potius, an vellent dotem in minori summa scutorum 50. cum hoc, quod eximantur ab onere illas alendi, tam in bona, quàm in mala valetudine, vestiendi, & educandi, saltem per quinquennium ante matrimonium spirituale, vel carnale, facili negocio quisque posset pro eisdem hanc secundam partem eligere, uti dictis Parentibus, & filiabus longè utiliorem, ut Consideranti patet.

Hæc eadem reflexio militat etiam respectu nostri pii Benefactoris, cui si aliquis aperuisset, quod ejus voluntas pinguiori, atque meliori modo adimpleri poterat mediante erectione Conservatorii, tam respectu paupertatis, quàm honestatis Puellarum, in nihilo diminuta, imò potiùs anticipatè aucta summa eisdem Puellis assignata, nimis verisimiliter inclinasset pro eadem Conservatorii erectione; Ea autem, quæ ex verisimili voluntate Testatorum desumuntur, perindè habentur ac si ab eisdem demandata essent, *ad Text. in leg. Cùm servus, ff. de Condit. & demonstr. & in leg. Item legata, ff. de Legat. 3.* cum aliis apud. *Rot. in dec. 1137. num. 5 coram Emerix junior.*

Pro quorum faciliori admissione, Gratiæque concessione, subjungimus, quod idem Conservatorium eo prorsùs modo, quo omnia alia Loca pia suum habuerunt debile initium, ac deindè pervenerunt ad illum statum, quem in magnis Civitatibus quotidiè videmus, quorum decem & septem in Urbe enumerant *Piazz. nell' Opere pie di Roma lib. 2. tract. 3. à fol. 149. usque ad fol. 194. & Phanucc. eod. tit. lib. 2. cap. 24. & seqq.* suum pariter brevi tempore nostrum Conservatorium poterit habere augumentum in Civitate Guastallæ.

Utque EE. PP. videant nos non exponere merè possibilia, nimisque longinqua, eorundem fidelibus oculis subjicimus particulam Testamenti bonæ memoriæ Canonici Joannis Baptistæ Bojani, qui de sua hæreditate annui redditus scutorum 149. una cum aliis scut. 64. relictis duabus Mulieribus, exceden. ætatem annorum 70. earum vita durante, per hæc verba disposuit in Testamento, condito die 8. Novembris 1706. *Se mai in qualche tempo &c. si erigesse, fondasse, e facesse un Ritiro, o Luogo pio di Orfane Zitelle Guastallesi in Guastalla, e che vi fosse bisogno di entrate per mantenimento delle Orfane medesime &c. In tal caso adesso per all'ora &c. detto Sig. Testatore &c. sostituisce a detti Poveri &c. il detto Luogo pio di Orfane Zitelle &c. e che subito tutta la sua Eredità, tale, quale sarà, sia consegnata in forma per instromento alli Signori Sopraintendenti, e Assistenti à detto Ritiro, e Luogo pio.*

Subjicimus pariter oculis EE. PP. aliud Legatum pro dotandis quatuor pauperibus Puellis, relictum à Vincentio Bertolotio. Quod consentientibus illis, quibus relicta fuit nominatio earundem Puellarum, nempè Abbate Guastallæ, & P. Rectore Mendicantium uniri posset nostro Conservatorio, cum eadem obligatione dandi dictas quatuor dotes quolibet anno.

Esse demum *piamente intenta ad augumentare le rendite di d. Conservatorio erigendo la nostra Communità di Guastalla*, per hæc præcisa verba testatur in ejus epistola dictus Archipresbyter Lugarinus, & concordat Abbas Guastallæ in Informatione, data in Summ. Itaut Deo dante brevi tempore nostrum Conservatorium pervenire poterit ad talem statum, ut valeat deservire pro tuto refugio, & secura mansione omnium miserabilium Puellarum nostræ Civitatis.

Pro habitatione autem Puellarum ejusdem Conservatorii ad rem subjungit dicens Abbas in ejus Informatione, data in Summario deservire posse pretium Domus ejusdem pii Benefactoris, consistens in scutis 1500. vel Domum ipsam, eo prorsùs modo, quo hæc Sacra Congregatio idem practicari mandavit *in Forolivien. Erectioni Conservatorii 17. Martii 1696. Lib. 46. Decretor. fol. 186.*

Non omittentes rogare EE. PP. ut dignentur reflectere, quod in rei veritate præsens Gratia non tangit substantiam, sed solum modum, injunctum à pio Testatore, ex quo, loco dandi unica vice majorem dotem Puellis, à Capitulo eligendis, datur quidem minor, sed cum illo essentiali addito, bonæ educationis, & præstationis alimentorum, omniumque ad humanæ vitæ conservationem necessariorum, saltem per quinquennium, quæ ultrò excedunt dictam majorem dotem. In casi-

casibus enim, in quibus exequutio voluntatis piorum Benefactorum restringitur ad sola accidentia, faciliùs solent Summi Pontifices benignas præbere aures enixè Supplicantibus, ut in specie observat *Card. de Luc. de Testam. disc. 72. num. 15.*

Quibus jungitur illa solida reflexio, quod in hac parte Capitulum non quærit, quæ sua sunt, quæ potiùs libentissimè donat Conservatorio, quatenus verificentur conditiones illæ, quod Puellæ moriantur antequam nubant, vel non nubant ante annum 40. earum ætatis, qui non sunt casus metaphysici, neque merè possibiles, sed unicè quærit salutem illarum animarum, quarum pericula præ oculis quotidiè habet, reiteratque suas instantias propter Jesum tantùm.

Prout etiam suas instantias reiterat Archipresbyter Lugarinus Parochus nostræ Civitatis, apprimè informatus de illius indigentiis, deque difficultate exequendi piam voluntatem Jacobi Pecorelli undè multiplicatis Intercessoribus, eò faciliùs à solita benignitate EE. PP. exaudiri in hac parte sperant, repetitis desuper humillimis precibus. Præcipuè favore nostræ Civitatis, de Apostolica Sede benè meritæ, dum testibus *Platin. in Vita Paschalis II. fol. mihi 217.*, *& Ferrar. in Lexicon Geographic. verb. Guardistallum*, pessimis temporibus scandalosi Schismatis summa pace celebratum fuit in illa numerosum Concilium à dicto Paschale II., quem nemo Pontificum superavit in Cardinalium creatione, ut notant *Caferr. in Synthem. vetustat. ad diem 6. Martii fol. mihi 57.* ubi, referendo sigillatim omnes illos Summos Pontifices, qui multos crearunt Cardinales, ait Clementem VIII. creasse 53., Innocentium II. 57., Urbanum VI. 56., Paulum V. 60., Paulum III., & Urbanum VIII. 71., Paschalem verò II. 93. Quamvis autem æquivocaverit respectu Innocentii II. qui creavit tantùm Cardinales 53. Respectu Urbani VI. qui creavit 58. Et Pauli III qui creavit 72. Respectu tamen dicti Paschalis II. nullum adest æquivocum, ut patet ex Bullario Romano in Vita eorundem Pontificum.

Die 4. Maii 1715. proposito in Congr. Concilii sequenti dubio -- *An, & quomodo Oratorum precibus sit indulgendum*, responsum fuit *Negativè*.

DISCEPTATIO XI.

Nullius Dispensationis

Suppressis Nominibus.

ARGUMENTUM.

Dispensatio, quando dicatur in radice Matrimonii. Notatur differentia, quæ intercedit inter illam, concessam à Principe sæculari, vel à Summo Pontifice.

Die 5. Novembris 1705. f. m. Paulus V. ad preces R. & C. asserentium non posse continuare in Matrimonio inter eos, ser. ser. contracto, ex quo eadem Catharina à quodam, in secundo consanguinitatis gradu in linea æquali eidem Raphaeli conjuncto, carnis fragilitate devicta, se cognosci passa fuerat, licèt idem impedimentum ignotum prorsus fuisset eidem R. dispensationem eis concessit, cum sequenti narrativa. *Cùm autem, sicut eadem petitio subjungebat, dicti R. & C. in hujusmodi Matrimonio remanere non possint, absque Sedis Apostolicæ dispensatione, & si divortium inter eos fieret, gravia exinde scandala possent verisimiliter exoriri, Nos igitur &c. hujusmodi supplicationibus inclinati, committimus, & mandamus &c. ut de præmissis te diligenter informes, & saltis &c. si preces veritati niti repereris, in utroque foro, authoritate nostra Apostolica, absolvas, & cum eisdem R & C. quod impedimento secundi affinitatis gradus ex actu fornicario, & ex præmissis proveniente &c. contrariis quibuscumque non obstantibus, Matrimonium inter se de novo publicè, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in postmodum remanere liberè & licitè valeant &c. eadem authoritate dispenses, Prolem susceptam, & suscipiendam exinde legitimam declarando &c.*

Posthanc dispensationem, punctuali exequutioni demandata, juxta solidam illam, & efficacem præsumptionem, resultantem à magno lapsu temporis plusquam centenarii, ad terminos individualis *decis. 66. per totam coram Ubaldo, & dec. 687. n. 3. par. 2. recent.* summa pace vixerunt, & in figura Matrimonii ad meliorem vitam transierunt dicti Conjuges, nullumque in præteritum excitatum fuit dubium nec circa validitatem dicti Matrimonii, nec respectu legitimitatis filiorum, tam ante, quàm post dictam Dispensationem susceptorum.

Cæterum, absque expressione alicujus novæ Causæ, prætenditur hodie, quod eadem dispensatio non fuerit de illarum numero, & qualitate, quæ dicuntur in radice Matrimonii, quæ prætensio non videtur subsistere, sive habeatur respectu ad potestatem Summorum Pontificum, sive consideretur voluntas dicti Summi Pontificis Pauli V. qui eandem Dispensationem concessit.

Quoad potestatem Summorum Pontificum, hæc non potest in controversiam adduci, & quidem, non solùm viventibus Conjugibus; sed etiam, uno ex istis mortuo, ea ratione, quia potest Summus Pontifex tollere ex nunc impedimentum illud, quod, uti à Jure Ecclesiastico introductum, ex tunc validitati Matrimonii obstabat, quo casu Matrimonium, cum dicto Ecclesiastico impedimento contractum, & Pontificia authoritate sublatum, perinde habetur, ac si à principio validum fuisset, ut sequendo celebrem *Gloss. in l. unica Verb. Pro infectis de Immunit. Eccles.* ibi -- *Et vide quanta est Papalis potestas circa ea, quæ impliciter sunt de Jure positivo, quia revocat illa, ut ex tunc, Lotter. de Re Benef. lib. 1. q. 48. num. 95. de Just. de Dispens. Matrim. lib. 1. cap. 7. num. 276. & seqq. & Rot. dec. 273. num. 19 & pluribus sequentibus par. 6. rec. & dict. 114. nu. 2. coram Ubald.* ibi -- *Potuit sine dubio Papa removere tale impedimentum, Juris tantùm Canonici, & dispensare in radice Matrimonii, illudque approbando, prout ex tunc, ut Doctores dicunt, perinde acsi Matrimonium ab initio validum intervenisset, secundùm receptissimam opinionem,* pro qua innumeros citat, & sequitur concordantes.

Et in terminis longè durioribus, Matrimonii nimirum contracti à Subdiacono, cum successiva Apostolica Dispensatione, quòd Papæ dispensatio operetur validitatem Matrimonii in radice, firmavit *Rot. decis. 377. numer. 55. vers. Difficiliorem, & seqq. part. 17. recent.*

Et in terminis Dispensationis, à Papa obtentæ mortuo uno ex Conjugibus, latè, & egregiè *Corrad. in Prax. Dispensat. lib. 8. cap. 3. num. 5.* & habemus casum novissimè decisum *à Sac. Cong. Conc. in Pragen. Matrimonii 10. Septembris 1723.* in qua doctissimum edidit Votum Eminentissimo D. Cardinalis Pereyra, in fine registrandum, & in qua proposito dubio: *An esset standum, vel recedendum à decisis sub die 16. Januarii 1723.* quando dictum fuit, *non esse Sanctiss. Consilium præstandum pro concessione Dispensationis in radice Matrimonii,* responsum fuit; *Prævio recessu à decisis, consulendum Sanctiss. pro Dispensatione Matrimonii, in radice,* quæ resolutio suum habuit complementum, etiam quoad effectus temporales, itaut hodiè dici possit, quod pro dicta affirmativa opinione habeamus legem præcisam, quales reputantur resolutiones dictæ Sac. Cong. ex animadversis *per Fagnan. in cap. Quoniam num. 8. de Constit. & Pasqualig. quæst. moral. Cent. p. cap. 61. num. 4.* & firmatis *per Rot. in dec. 7. num. 3. post Antonell. de Jurib. Cleric. & coram Ansald. decis. 72. num. 4. & in Romana Matrimonii 3. Julii 1719. §. Hinc descendenda coram Coria.*

Quo verò ad voluntatem ejusdem Summi Pontificis Pauli V. tollendi in radice omne Ecclesiasticum impedimentum, quod tempore illius contractus obstabat validitati Matrimonii inter R. & C. hæc evidenter deducitur, & pluribus.

Primò verbis illis Dispensationis *In eo* hoc est in Matrimonio, *postmodum remanere liberè, & licitè valeant,* ex adductis *à de Justi de Dispens. Matrim. lib. 1. cap. 7. num.*

num.295. ibi: *Si Papa dispenset, ut Conjuges in matrimonio, nulliter contracto remanere possint, illud in necessarium antecedens approbat, & confirmat*, & ferè per eadem numero verba, idem probant *Barbos. Rot. decis. 27. num.14. Corrad. in Prax. dispens. lib.8. cap.3. nu. 51. Peregrin. de Fideicommis. art.24. n.79. & Rot. decision. 73. num.24. part.6. & decision.377. num.13. & 14. part. 2. recent.*

Secundò ex illis aliis verbis: *Prolem susceptam & suscipiendam exinde legitimam decernendo*, egregè *Corrad.* 30 *ubi supra d. num.55. vers. Quod quidem* ibi: *Sicut Proles suscipienda erit sine dubio legitimata in radice, Matrimonii ita etiam Proles, antea suscepta, cùm non debeant diverso Jure censeri &c. Tantò magis cùm verba ipsius clausulæ determinentur ab eisdem verbis, legiti-* 31 *mam decernendo, ac proinde æqualis debet esse determinatio. Rot. dec.455. num.9. & 10. & 12. p.1. & dec.273. nu.16. par.6. rec.*

Tertiò ex dictione illa, *exinde*, quæ operatur, ut dispensatio referatur ad actum antecedentem *Rot. dec. 273. nu.57. p.6. rec.* ibi: *Quod etiam confirmatur, pro-* 32 *pter illam dictionem* exinde, *cùm respectu Prolis susceptæ non posset referri, nisi ad factum* præcedens, *videlicet ad Matrimonium, de facto contractum, circa quod concordant adducti in dec. 405. nu.32. vers. Et confirmatur p.1. & dec.687. n.15. part.2. rec.* ibi; *Ponderando dictionem* exinde, *quæ refertur ad factum Pontificis, proximè præcedens &c. nempe ad dispensationem præcedentem de remanendo in vestro, sic contracto matrimonio, & sic exinde, nempe ex d. dispensatione præcedenti decernit Pontifex Prolem susceptam legitimam; Et in idem incidit si dictio exinde referatur ad primum principium ipsius facti &c. quasi voluerit Pontifex, quod exinde, idest à d. tempore primi consensus, Proles suscepta legitima censeretur, & d. dec.273. n.57 p.6. rec.*

Quartò aliis levioribus omissis, ex illis. *& si divortium inter eos fieret, gravia exinde scandala possent verisimiliter exoriri*, juxta ea, quæ egregiè firmavit *Rot.* 33 *in dec.114. num.12. coram Ubald.* ibi; *Si divortium fieret &c. idest ex illo facto, si divortium fieret, orirentur scandala, sic ex illo facto dispensationis, ut possint remanere in matrimonio contracto, Proles decernitur legitima & dec.455. nu.9. & 10. p.2. rec.*

Quibus non merentur contra poni *Covarruv. Var. resol. tit. de sponsalib. p.2. cap.8. §.8. nu.13. & Sanch. de Matr.* 34 *lib.8. disp.7. nu.25.*

Iidem enim Authores præcisè reprobantur in hac par- 35 te à *Corrad. in Prax. dispens. li 8. cap.3. n.50. & 51. & à de Justis de Dispens. Matrim. lib.1. cap.7. nu. 284. & à Rot. dec.455. nu.11. p.1. & dec.687. nu.12. p.2. & decis. 273. n.14. p.6. rec.* Quando autem allegantur in aliquo juris articulo Rotę decis. non attenduntur Doctorum 36 Authoritates in contrarium, ut firmavit eadem *Rota dec.69. nu.4. par.7.* ibi: *Nec ratio habenda videtur de Doctoribus, qui contrarium dixerunt, dum Rota hanc secuta est sententiam, & dec. 13. n.25. & 22. apud de Prosperis de Territ. separ. & in Perusina Pensionis 11. Maii 1716. §. Nec controversa coram Reverendissimo Herrera*, ubi quod Rotæ, opinio prævalet opinioni omnium Doctorum.

Et ex his nullius videtur considerationis præjudicium Venientium ab intestato; Sicuti enim potuit Summus Pontifex efficere, ut Filii dicerentur illegitimi, prohibendo matrimonium, ita removendo tale Canonicum impedimentum, potest filios legitimos declarare, & propterea, per dispensationem, sublato eodem impedimento, consequentium præjudicium nullatenus at- 37 tenditur ut in terminis observant *Corrad. in Prax Dispens. lib 8. cap.3. num.46. & seqq. de Justis de Dispens. Matrim. lib.1. ca 7. nu.272. & seqq. & Rot. in dec. 155. nu.86. coram Ubald. & dec 687. nu.16. p.2. rec.* ibi; *Quæ dispensatio in radice est tantæ potentiæ, ut operetur etiam in præjudicium Tertii, alias vocati ad successionem &c. ea ratione, quia istud præjudicium venit consequutivè, quod non attenditur inter Contrahentes per dispensationem* ibiquè cumulatur Concordantes.

Nec replicetur, quod sicuti Princeps sæcularis, habens plenam potestatem legitimandi suos subditos, non potest id facere in Tertii præjudicium, ita nec possit id facere Summus Pontifex, extra suam temporalem Ditionem; objecto enim puntualiter occurrit, & rationem differentiæ, his verbis adducit Sacra Rot. *in d. magistrali dec.687. num.19. par. 1. rec. Quibus non* 18 *obstat, quod Princeps sæcularis, habens plenam potestatem legitimandi in Terris, suæ ditioni subjectis, non possit tamen illud facere in præjudicium Tertii, habentis Jus ad succedendum in aliqua Primogenitura quantumcumque talis legitimatio operetur quoad alios effectus; Respondetur enim militare diversam rationem in Summo Pontifice, qui habet potestatem disponendi super matrimonio, & qui præcipuè illud legitimat, & approbat, & super illo, defacto contracto, in radice dispensat, exquo sequitur Proles, ex tali matrimonio suscepta, legitima ab initio, & ex his innecessariam consequentiam venit effectus talis dispensationis, etiam in præjudicium Tertii, quæ potestas dispensandi super matrimonio, cùm deficiat in Principe sæculari, nil mirum si illius legitimatio non operetur in præjudicium Tertii.*

Ex quibus nulla urgere videtur necessitas insistendi in illa inspectione, an Proles dicatur legitima, concurrente bona fide unius ex Conjugibus, quæ in nostro casu respectu R. præsupponitur indubitata, quævè operatur, ut filius dicatur legitimus, non solùm quoad Parentem habentem bonam fidem sed etiam quoad alios, cujus affirmativam opinionem sequuntur citati à *Sanchez* 19 *de Matrim lib.8. disp.34. num.40. Rota cor. Ludov. decis. 461. num 2. & seqq.* ibi quæ *Adden. num. 11. & coram Cavalier. dec.10. numer.3. & decision. 273. num.3. & 4. par. 6. recent.*

Juxta præmissa fuit in Partibus judicatum.

Sacra Concilii Congreg. Votum Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pereyra in Causa Pragen. Matrimonii.

GUilelmus Jaroslaus Graisselsens de Pilsemburgh Baro, seu Dominus Loci Tman supplicavit sac. mem. Clementi XI. pro gratia dispensationis in radice Matrimonii, quod contraxerat bona fide, ut ait, cum quadam Matrona, nomine Ludmila, non tamen in præsentia proprii Parochi, quia, tunc temporis, deerat in illo loco, sed coram quodam Sacerdote, qui fortuitò illùc accesserat. At cum prædictus Baro haberet Juspatronatus Parochialis Ecclesiæ illius Oppidi, credidit, & etiam illi insinuatum fuit (prout refert) 20 præfatum Matrimonium validum futurum esse cum assistentia prædicti Sacerdotis, viso quod ad eum, tamquam Patronum, electio, & nominatio Parochi pertineret.

Contracto sic de facto Matrimonio, ut asserit, in eo remansit per spatium plusquam 25. annorum, donec proprius Episcopus, constito sibi de nullitate prædicti Matrimonii, conjuges monendo, injungit, aut separationem illius, aut novam celebrationem, quod illi facere renuerunt, quia, cum ex tali nullo Matrimonio susceperant tres filios, & in Regno Boemiæ, ubi commorantur, excluduntur à successione bonorum Parentum legitimati per subsequens Matrimonium, ne filii pauperes remanerent, repugnarunt noviter contrahere, permanendo in eodem statu per aliquot annos, donec recursum fecerunt ad Sanctissimum Clementem XI. pro 21 dispensatione in radice Matrimonii, quorum supplicem libellum prędictus Pontifex Sac. Conc. Cong. remisit, ubi præmissis de more diligentiis, & informationibus necessariis, tandem die 16. Januarii hujus præsentis anni 1723. exposita causa in d. Congreg. & propositum dubium — *An consulendum esset Sanctissimo pro gratia dispensationis in radice*, responsum fuit *negativè*.

Finita sic, & terminata causa, aliquot post menses mortuus fuit prædictus Baro Guilelmus, & in ultimis vitæ periodis, coram Testibus, in animam suam juravit; quod quando Matrimonium contraxerat, bona fide imbutus erat, & cum eadem filios suos, tanquam legitimos procreaverat, & cum hac declaratione viam universæ carnis arripuit: Virtute cujus declarationis, filius Primogenitus Sacr. Concil. Congreg. iterum adiit, instaurando instantiam antea à Patre factam, & à di- 22 cta Congreg. expulsam, ac negativè resolutam: Et petita, ac concessa illi, ex gratia, nova Audientia, proposita fuit causa in d. Sac. Congreg. die 18. currentis men-

mensis Septembris hujus dicti anni 1723. & mea mens in illius resolutione ita se habuit, & ratiocinata fuit.

Suppono primò Pontificem dispensare posse in radice Matrimonii, ut tenet communis DD. Sententia cum [23] *Sanch. de Matrim. lib.8. cap 7. Pont. in eod. tit. lib.11.c.5. §.5. Molin. de Primog. lib.3. cap 2. num.12. Garz. de benefic. p.7. cap.2. nu 41. & 42. Peregr. cons 1. nu.19. to.3.& de fideicommiss. art.24. nu 77. vers. aut verò, Cels. cons. 31. à num.7. Noguerol. allegat.24. nu.20. Guttier. de Matr. cap.74. Larrea in dec. Granat. alleg.8 nu.5. & ferè per tot. Cresp. de Valdaur. observat.23. q.16. nu.146. Castill.* qui plures refert *in cap.105. controv. nu.25.*

Suppono secundò cum iisdem DD. hoc facere posse Pontificem non solùm ad effectus Ecclesiasticos, & Spi- [24] rituales, sed etiam ad temporales, & civiles: Sed ad hos indirectè tantum, quoad Dominia extera, & directè, quo ad sua propria.

Suppono tertiò, ex mente eorundem DD. hanc [25] eandem potestatem dispensandi habere, quamvis unus ex conjugibus nulliter, & de facto conjugatis, mortuus sit.

Suppono quartò cum supracitatis DD. quod ad hoc, ut cadere possit dispensatio in radice, requiritur necessariò præcessisse Matrimonium de facto, & nulliter contractum, & quod nullitas non proveniat ex defectu à [26] jure Divino, vel naturali requisito.

Suppono quintò, tanquam certum, & à nemine dubitatum, quod ad hoc, ut Pontifex deveniat ad similes dispensationes, requiruntur graves, & urgentissimæ causæ, sine quibus dispensaro non debet, quia est res ardua, & magni momenti, & ideò raro ad eam deve- [27] niendum est, ut docet *Sanch. dicta disp.7. num. 10.* ibi: *nisi causa ardua accideret; & num.23.* ibi: *non est credendum velle Pontificem rem tanti momenti, & adeò raram efficere; Pont. d. cap.5. §.1.. num 6.* ibi; *nisi quandoque, & in causis arduis: & nu.11.* ibi: *cum enim hujusmodi legitimatio res ardua sit.*

Suppono sextò, Papam lethaliter peccare, si absque prædictis justissimis causis dispenset, ut tradit *idem Sanc.* [28] *dicta. disp.7. nu.5. Nav. lib.4 cons.2. sub tit. qui fil. sint. legit. nu. penult. & final. & cons.3. sub tit. de sponsalib. Cov. de Matrim.2. p. cap.6. §.9. nu.7. Suar. de legib. lib.6. cap. 28. num.7. Cresp. dicta quæst.16. num.148. Larrea dicta disp.8. num.57.*

Suppono septimò, quod prædictæ causæ, ut influere possint in dispensationem, debent respicere bonum spi- [29] rituale, aut utilitatem publicam, saltem indirectè, tradunt *Sanch. d. disp 7. nu.1.* ibi: *nisi causa ardua accideret, in qua valde Religioni Christianæ expediret: & in disp.19. nu.18* ibi: *quia justa dispensandi causa debet redundare in majus bonum spirituale,* & ibi: *non enim dispensatur ob temporale bonum, sed ob spirituale: Pont. d. cap.5 nu.6.* ibi: *jus igitur habebit, quæ spiritualis causæ necessitas postulaverit, non aliter:* & ibi: *vel quia ad pacem, salutem, vel communem bonum Fidei, vel Religionis, aut Reipublicæ Christianæ spectet: S. Thom. 1. 2. quæst 98. artic.4. Sotr. de just. & jur. lib. prima quæst. 7. artic.3. col.4. vers. causas verò,* ubi dicunt infidelem fore dispensatorem, nisi propter bonum publicum dispensaret.

Quæ quidem conclusio confirmatur evidenter ex Bulla Clementis V. de qua *Larrea in d. disput.8. nu. 14. &* [30] *Zurit. lib 5. Annal. Hispan. cap.76.* ubi prædictus Pontifex dispensando in radice Matrimonii de facto contracti inter Jacobum filium Jacobi II. Aragoniæ Regis, & Leonoram Principem Castellæ dicit, hanc dispensationem concedere propter publicam utilitatem fidei Catholicæ, & pacem Regnorum Castellæ, & Aragoniæ.

Et hìc obiter animadvertere oportet, hanc fuit secundam dispensationem in radice, saltem quoad Dominia, & Regna Hispaniarum, à Summis PP. conces- [31] siam; nam prima, ut videre est apud eundem Larream ubi *sup. nu.21.* & 24. indulta fuit à Bonifacio VIII. respectu Sancii IV. Castellæ Regis conjugati cum Regina Maria nulliter, & de facto, quia illi conjunctus erat in tertio Consanguinitatis gradu; & ante hanc dispensationem nullæ aliæ inveniuntur in Annalibus illorum Regnorum, nec eas unquam Papæ concedere voluerunt; imò multoties separari fecerunt ipsas personas Regum talibus impedimentis dirimentibus conjugatas, ut contigit respectu Ildefonsi X. Legionis, & Galitiæ Regis, qui ex mandato Innocentii III. jussus fuit separari à Teresia filia Sancii II. Regis Lusitaniæ, quam duxerat in uxorem, & ex ea susceperat tres filios, quo non obstante, noluit Pontifex dispensare in radice Matrimonii nulliter contracti propter impedimentum Consanguinitatis, & separati remanserunt; ac postea idem Rex in Matrimonium duxit Berengelam filiam Ildefonsi Regis Castellæ, à qua etiam suscepit duos filios; Et quia utique illi erat conjunctus in gradu Consanguinitatis prohibito, fuit etiam Matrimonium dissolutum jussu ejusdem Pontificis Innocentii, qui noluit in ejus radice dispensare.

Etiam Henricus Castellæ Rex post Matrimonium consumatum cum Mafalda Portugalliæ Infanti jussus fuit separari ab eodem Pontifice Innocentio propter [32] Consanguinitatis impedimentum, qui in dicto Matrimonio dispensare voluisset.

Idem fecit Honorius III. cum Jacobo Aragoniæ Rege, qui propter idem impedimentum Consanguinitatis, de ejus mandato separatus fuit à Leonora Castellæ [33] Infanti, cum qua erat Matrimonio de facto copulatus, & posteà legitimas nuptias contraxit cum quadam filia Andreæ Regis Ungariæ.

Etiam Ferdinandus II. Legionis Rex propter idem Consanguinitatis impedimentum jussus fuit segregari ab Urraca filia Ildefonsi I. Regis Portugalliæ, ex qua, [34] jam tunc temporis, habebat unum filium, nomine Alphonsum, & hoc non obstante, noluit Pontifex dispensate in radice hujus Matrimonii, & in statu separationis remanserunt.

Etiam Pontifex Gregorius IX. dispensare noluit cum Sancio II. Portugalliæ Rege nulliter conjugato cum Regina Mencia propter impedimentum dirimens Consanguinitatis, & ad hoc, ut eam dimitteret, quia aliquantulum repugnabat, censuras edixit, & ad dispensationem [35] in radice Matrimonii devenire recusavit.

Ex quibus omnibus, quæ videri poterunt apud Historiographos, Garibay, Mariana, Yepes, Zurita, Faria & Sousa relatos à *d. Larrea d. disp.7. à num.20. usque* [36] *ad* 26 clare patet quanti momenti sit dispensatio in radice Matrimonii, & quam graves Causæ intervenire debeant, ut ad eam Pontifices accedant, siquidem apud ipsosmet Reges adeò difficiles sese exhibuerunt, ut hujusmodi concessionibus repugnarent.

His ita prælibatis, discutienda se Nobis offert supplicatio Oratoris, & insimul examinandum, an ea locum habere possit, ac illius virtute Smo consulendum [37] pro gratia, & quod ita fieri debeat, suadere videntur sequentia fundamenta.

Primum, quia ad hoc, ut justè dispensatio concedi valeat, sufficit pietas, & Christiana charitas pro causa, ut tenet *Pont. de matrim. lib.7. cap.14. nu.11.* [38] *& 12. cum aliis:* atqui negari non potest, quod in præsenti casu dispensatio pietatem, & charitatem involvat; ergo &c.

Secundum, quia qualitas personæ etiam attendi debet ad faciliùs dispensandum, utpotè si fuerit dives, [39] & de Magnatibus Provinciæ, ut docet *idemmet Pont. loc. supracit. & Sanch. lib 8. de matrim. disp.19. nu.5. cum multis apud eum:* Sed in Oratore inveniuntur hujusmodi qualitates; Ergo &c.

Tertium, quia Reipublicæ interest subjectos sibi divites esse, juxt. text. in *authent. ut Judic. sine quoque suffrag &c. §. Consideravimus colat. 2. Tent. in §. Sed & ma-* [40] *jor. in fine, ubi Gloss. verb. malè utatur Instit. de iis, qui sui, vel alien. jur. sunt, Gloss. in cap cum Ecclesiasticæ verb. oportere, de except.* Sed si non dispensetur in radice matrimonii in præsenti casu, remanet Orator pauper, & in consequentiam læsa utilitas Reipublicæ; Ergo &c.

Corroboratur Conclusio ex eo, quia; Ex bonis privatorum resultat bonum commune ob rationem, quia bonum partis redundat bonum totius, ut reflectit *Sanch. dicta disput. 19. n.1. Pont. dicto cap.14. num.12.* Sed quando dispensatio tendit in bonum commune, datur justa cau- [45] sa dispensandi, ut supra ostensum manet: Ergo, in præsenti casu, justè dispensari debet, nè paupertas particularis rendat in præjudicium publici.

Quartum, quia etiam à D. D. pro justa causa dispensationis reputatur, consecutio majoris boni, aut evita-

tio

tin majoris mali, ut tradunt *Sanch. & Pont. loc. supracit.* 42 Sed negari non potest in præsentiarum, quod dispensatio directè tendit in majus bonum Oratoris, ac in evitationem majoris mali, & indirectè in eosdem effectus respectu Reipublicæ, & boni communis: Ergo satis sufficiens causa datur ad dispensationem.

Quintum, ac ultimum fundamentum, & non inferiosis ponderis, est bona fides Contrahentium, quam allegant adjuncto insimul affectu mareriali, cum quo ad invicem copulati erant, quod quidem præbet ansam, seu æquitatis fomentum, ut facilius cum illis dispensetur, juxta doctrinam *Rot. apud Garz. de benef. par. 7. cap. 2. §. Non obstat Butr. Joan. Andr.* & communiter *Scrib. in cap.* 43 *per Venerabilem qui fil. sint legit.* quæ quidem bona fides, & affectus maritalis corroborantur ex attestatione Parentis Oratoris in ultimis vitæ periodis, ubi nemo præsumitur immemor salutis æternæ, juxta *Text. in leg. ult.* 44 *Cod. ad leg. Jul. repet. ubi Gaib. & alii, Imol. in l. s. num. 54. ff. de aq. & aq pluv. arcend. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumptian. 60. numer. secundo*, qui juravit in perditionem animæ suæ, sem ita se habere, prout ex sua narsatione constabat.

Hæc omnia aliquantulum officere videntur intentioni 45 Supplicantis, & influere in illius favorem pro gratia.

Attamen, his non obstantibus, in contrariam sen- 46 tentiam ex sequentibus fundamentis devenire cogor.

Primò, quia (ut jam supra dictum est in quarto supposito) ad hoc ut locum haberi possit dispensatio in radice, requisitur necessariò, ut antea precessisset matrimo- 47 nium de facto contractum, quod communiter dicitur figura matrimonii: Sed de hac re non constat; Ergo &c.

Quod non constet de hac re patet ex eo, quia tres Testes, qui de hoc matrimonio deponunt, ut ex Summasio liquet; omnes sunt de auditu, & à quibus audierunt ajunt jam esse mortuos: Unde dici hic potest cum Augustino *dormientes Testes adhibes? Vere tu ipse obdormisti.* 48 Et cum certi juris sit, Testes de auditu non probare ex *Text. in l. Testium leg. solum 4. Cod. de Test. ib. Ianoc. & Comm. Scrib. in cap. præterea, & cap. causam, quæ eodem tit.* benè sequitus, prædictas depositiones nihil ad rem efficere.

Quæ quidem resolutio maximè locum sibi vindicat, si præfati Testes vacillent, & dubitativè deponant, nam tunc, etiam si de visu sint, eis credendum non est, ju- 49 xta *Text. in cap. fraternitatis de hæret. Bartol. in leg. 2. §. Item habea num. 5. de aq pluv arcend. Socin. cons. 54. num. 20. volum. quarto.* At qui prædicta dubitativa depositio invenitus in Testibus, de quibus hic agitur: nam secundus, qui dicit hanc sem audivisse à Pasentibus, intersogatus quando hoc audierit, & qua occasione, sespondit, se non recordari. Et tertius interrogatus etiam quo motivo Parentes, quos facit AA. hujus sibi sseditæ narrationis, de hac se in præsentia ejus locuti fuerant, sespondit hoc nescire, nullus itaque ex eis firmam rationem, seddens sui testimonii, quod requirebatur, ut crederentur, juxt. 50 disposit. *Text. in l. non hoc 4. Cod. undè legit. &c. leg. neque naturales Cod. de probat. Alenand. cons. 80. in fin. lib. 4. Ruin. cons. 13. num. 2. Tiraq. de nobilit. cap. ult. nu. 49. Ceval. comm. contra comm. qu. 664. num. 3.* Ergo præfatis Testibus nulla fides adhiberi debet.

Unde, cum ex Testimoniis non constet de figura hujus matrimonii, neque etiam adhibeatur aliquod Instrumentum, vel documentum, ex quo appareat precessisse nec de persona Sacerdotis assistentis, qualis esset, quo nomine nuncuparetur, ex qua Patsia, vel Natione fosset, quale Officium, aut occupationem haberet, qua occasione illuc accederet, & tandem, ne ultra fatigemus, cum nulla alia probatio hujus matrimonii, in figusa, inveniatus in actis, nisi sola attestatio ipsorum Co- njugum interesse habentium, quibus de jure credi non 51 debet propter ipsummet interesse, ex *Text. in l. omnibus Cod. de Test. text. in cap. de cæ eraeodem tit. Felin.* optimè ad intentum *in cap. à nobis 12. sub eodem tit. de Test.* clarè patet, dispensationem in radice fundamentum non habere super quod stabiliri possit, nam si non apparet matrimonium de facto, quomodo super illud fundari potest dispensatio? quando non entis, & non apparentis idem 52 est judicium, juxt. *Text. in leg. duo sunt Filii cum vulgar. ff. de Testam. tutel.* Ergo nullo modo in præsenti casu, concedi debet prætensa dispensatio.

Secundo quia ad hoc, ut licitè dispensatio in radice matrimonii concedi valeat, requiritur, ut jam supra dictum est, quod detur justissima causa, respiciens bonum spi- 53 rituale Supplicantis, vel bonum commune Reipublicæ, saltem indirectè; Sed neutrum horum invenitur in præsenti; Ergo &c.

Non invenitur primò, bonum spirituale Supplicantis, siquidem, quoad personam Oratoris, clarè patet non adesse: Quo verò ad pessonas Parentum, eodem modo nam bonum spirituale, quod in similibus dispensationibus contemplatur, est evitatio scandali, quod oriri potest ex separatione matrimonii, vel periculum inconsinentiæ, quæ ex eadem separatione contingere valet, vel etiam timor peccati inter nulliter, seu de facto Conju- 54 gatos, nam si separari jubeantur, possuns iterum ad vomitum redire, ducti ex mutuo pristino amore, cum quo, dum erant uniti, ad invicem copulabantur, ut notant supracitati DD. Sed in præsenti casu nullum horum timeri potest, tum quia Pater Oratoris jam è vivis decessit tum quia Mater, si forsan adhuc vivit, jam decrepita ætate pollet, ut ex actis constat: Ergo nullum spirituale pesiculum, cujus vitandi causa dispensatio concedi valeat, invenitus in præsenti.

Nullum etiam accedit commodum Reipublicæ, quia nihil ejus interest, quod hujusmodi dispensatio concedatur: Nam quamvis prædictæ Reipublicæ expediat subditos habere divites, ut supra notavimus, hæc certò utilitas non tollitur, licèt præfata dispensatio non concedatur; Nam cum tam Orator, quam quilibet alius, cui in præsenti successio bonorum deferenda veniat, sint de corpore ejusdem Reipublicæ, nihil ad eam attinet, nec contra illius commodum tendit, quod hæreditatem capias magis iste, quam ille, siquidem uterque suus est subditus, & semper in eodem districtu, & dominio remanent bona, in quo solùm consistit interesse Reipublicæ, ut ex *dicto §. Consideravimus in authen. ut Jud. sine quoquo* 55 *suffrag. fiant*, clarè patet, ac per consequens attendi non debet raciocinatio ponderata ad hoc, ut influat in favosem Oratoris pro dispensatione.

Tertiò, quia dispensatio in sadice concedi non debet, uno ex Conjugibus mortuo, quando, ambobus vivis, 56 concedenda non erat, ex ratione *Text. in leg. si quis cum totum ff. de except., Text. in cap. pœnale 14. quæst. 5.*: Sed si in præsenti adhuc prædicti Conjuges viverent, eis non deberet gratia dispensationis conferri; Ergo &c.

Quod non deberet gratia conferri, liquet ex eo, quia non conceditur semedium extraordinarium, quando datur ordinarium, elegans *Textus est in leg. 1. §. Illud ff.* 57 *si quis Testament. liber esse jussus fuerit* ibi -- *Si potest alias hæres ad suum pervenire non esse bonorariam hanc actionem tribuendam, Text. etiam optim. in leg. 5. ff. de Publician. in rem action.* ibi -- *Si usucaptum est, habet civilem actionem, nec desiderat bonorariam* -- *Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. num 52., Odd. Sfort. de restit. in integr. par. 1. q. 17.* At qui Parentes Oratoris, dum vita pollebant, poterant uti semedio ordinario, contrahendo, scilicet Matrimonium, quia nullum inter eos aderat impedimentum, & hoc facere noluerunt, etiam interpellari, & moniri à proprio Episcopo, ut ex ejus informatione in Summario constat, quod etiam facere renuesunt, postquam ab hac Sac. Congreg. gratia dispensationis denegata fuit: Ergo illis concedi non debet semedium extraordinarium, & difficilis concessionis, qualis est dispensatio in radice, quando apud eos erat remedium facilè, & ordinarium, contrahendi, scilicet, Matrimonium, quo uti noluerunt. Et quod ita fieri de- 58 beat probat in specie, & in individuo *Text. in Auth. quib. mod. natural. fil. efficiantur legit. §. Sit igitur, junct. Glos. verbo non permittimus*, ibi -- *Non permittimus naturales effici legitimos, hoc modo, nisi in subsidium; Nam si talis est Mulier, quam possit commodè in Uxorem habere, per Matrimonium tantùm debent filii legitimari* - ubi, quæso, notes dictionem -- *tantùm* - quæ est taxativa, & solùm includit modum expressum, & omnes alios excludit, juxt. *Text. in leg. qui aliena, §. Libertas ff. de negot. gest. cum vulgarib.* eleganter ad intentum subtilis *Costa Lusi-* 59 *tan. in leg. Gallus §. Et quid si tantum par. 2. num. 164. ff. de liber., & posth. in verbis* ibi -- *Quoniam ubi Matrimonium contrahi potest, rescriptum legitimationis non impetratur.*

Ne-

Neqoe mihi videtur allegari posse exemplum, quod Pontitex aliquis in simili casu dispensaret, sed tantùm in eventu, quod liberum nou esset conjugaris de facto (quia, v. g. erant irretiti aliquo impedimento dirimenti) Matrimonium contrahere, & non aliter, ut coutigit in casu Dominorum Dorotheæ Aquaviva, & Ro-60 dulphi Carafa, quorum Matrimonium nullum extiterat propter impedimentum dirimens Consanguinitatis, ut notoriè constat, non verò propter defectum proprii Parochi, ut Orator persuadere intendit; Nam in hoc secundo casu liberum erat eis Matrimonium uoviter contrahere, quin indigerent dispensatione, nec illis in tali eveutu concederetur, ex ea ratione, jam nobis supra allata, nempe, quod via extraordinaria indulgeri oon debet, quod ordinaria via consequi valet.

Neque refellitur conclusio, si dicatur, quod ideò præfati coujuges repugnarunt contrahere Matrimonium, ne ex eo seqoeretur præjudicium filiis jam antea natis; Nam quamvis legitimi remanerent virtute Matrimonii 61 subsecuti, ex disposit. *Text. in cap. tanta*, *Text. in cap. per venerabilem qui fil. sint legit.*; Attameo hujusmodi legitimatio sufficiens oon erat, ex Staturo Municipali Imperii, & Boemiæ, ut filii sic legitimati possent succedere in bonis Paternis; Ac ideò demisso medio ordinario novæ celebrationis Matrimonii, recursum fecerunt conjugati ad Sanctiss. ut cum eis dispensare dignaretur in radice Matrimonii, virtute cujus dispensationis, possent tunc filii in successionem admitti.

Quia respondetur, quod hujusmodi solutio potiùs lædit, quàm juvat præsentem intentionem, de qua agitur; nam ex ea evidenter colligitur, intendi hic solùm primo, & principaliter, quod Papa dispenset in radice Marrimonii ad hoc, ut legitimetur proles ad effectus merè civiles, quales sunt successiones bonorum, & hoc est, quod Pontifex directè facere nequit, ut docet in-62 concussa DD. Sententia cum *Sanch. dicta disput. 7. num. 4. propè finem, ubi citat 39. Auth.*, *Fajard. de legitim.*, *qui etiam num. 27. allegat. 34.*, *Cresp. observat. 23. num. 147.*, *Castill. controvers. tom. 5. cap. 105. num. 18. Barb. vot. 27. par. 2. Sess. decis. 135. num. 55. Pont. dicto cap. 5. dicta §. 1. num. 6.* ibi -- *quando autem causa spiritualis non postulat, nequaquam illi concessa facultas est ad temporalia* -- *Glosa, quæ clarè loquitur in cap. per venerabilem verb. habeat potestatem, qui fil. sint legit.* Unde, non data causa spirituali, neque publica, ut in præsenti non dator, nihil savet, immò infringit pertentionem allegata propositio, seù ponderatum præjudicium inhabilitatis filiorum ad successionem bonorum temporalium hæreditatis Paternæ, viso, quod super hoc directè, seù ad talem finem primariò Pontifex dispensare non valet in Terris sibi non subjectis, ut jam supra ostensum manet: Et ita, ex hoc principio, nihil animos conquati potest ad inclinandum pro gratia.

Neque etiam ad illam moveri valet ex eo; qoia hujusmodi dispensationes non debent, immò nec possuot, 63 concedi in præjudicium tertii, & ideò ex mente *Sanch*, *Navarr.*, *& Cresp. & aliorum*, jam supra dictum manet in quinto supposito, Papam lethaliter peccare, si absque urgenti causa, & necessitate eas concedat; quod maximè locum haber, quando prædictum jus jam tertio delatum sit, nam tunc ab omnibus fermè receptum est, hoc minimè à Supremo Principe fieri posse, nec debe-64 re, nisi ex causa publica, & præstito bono cambio, ut deducitur ex *Text. in leg. venditur*, *§. Si constat ff. Comm. prædior.*, *leg. de contractu 3.* ibi -- *Nec ex rescripto nostra* -- *Cod. de rescind. Vend.*, *Molin de primog lib. 3. cap. 2. num. 14.*, *lib. 2. cap. 7. num. 28.*, *& 29. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 49. de Constit.*, *Alvarad. de conject. ment Testat lib. 2. cap. 3 num. 11. 14. & 101. in fine*, *Bald. in leg. 2. num. 2. Cod de jur.*, *& fact. ignorant.*, quem ibi sequitur *Padil. num. 14.*, *Pinel. de rescind. vend. par. 2. rub. cap. 2. ferè per tot. Castill. controvers. cap 91. à num. 19.*, *& cap. 67. num. 57.*, *& 69. cum multis ab iisdem relat.*: At qui si in casu præsenti concederetur dispensatio in radice, daretur grave præjudicium tertio, nempe, successoribus ab intestato, quibus ex vi mortis Parentis Orato-65 ris, statim jus successionis delatum fuit, juxt. disposit. *Text. in l. unica*, *§. Cum igitur*, *& §. In noviss. Cod. de caduc. tollend.*, *Text. in §. Sui autem* ibi -- *Statim à morte Parentis* -- *Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.*, ergo minimè dispensatio concedi debet.

Confirmatur resolotio ex *Text. in leg. 3. Cod de testam.*, *leg. ex imperfecta*, *ff. de legat. 3.*, ubi si relinquatur ali-66 qua hæreditas, vel legatum Imperatori, vel Regi, & post mortem Testatoris relinquentis appareat testamentum imperfectum, seù nullum ex defectu solemnitatum, non potest Imperator, vel Rex Legatarius, aut hæres institutus, (vel saltem non debet) in prædicto defectu solemnitatum (licèt hæ sint jure Civili inductæ) dispensare, & hoc ex ea ratione, qoia supposita prædicta nullitate testamenti, statim hæreditas defertur, post mortem Testatoris, hæredibus ab intestato, ut supra dictum est: Et cum jam illis quæsitum sit jus, tale jus ab eis auferre, dispensando in lege Civili, Supremus Princeps non potest, vel saltem non debet; ita *Pinel.* 67 *ubi supra dicto cap. 2. num. 15.*

Eandem conclusionem probat *Text. in cap. quia Joan-*68 *nes 12. quæst. 5.*, ubi Pontifex confirmando certa legata à quodam Archiepiscopo relicta, ait, non illa confirmare, tamquam legata in testamento relicta, sed tamquam donationem jam anteà in vita factam, quam prædictus Pontifex adhùc viventi Archiepiscopo promiserat confirmare, ut patet ex eodemmet *Textu* ibi -- 69 *quia hoc ei (sicut diximus) viventi promisimus* -- Unde evidenter patet, talem dispositionem Papam non intendere confirmare post mortem Archiepiscopi, nec eam esse intentionem suam, sed tantummodo illam approbare tamquam donationem inter vivos factam, ex ratione, quia, cum post mortem prædicti Archiepi-70 scopi fuerat illico jus quæsitum suæ Ecclesiæ ex *Text. in cap. 1. de testam*, voluit Pontifex insinuare, & exprimere, quod cum præjudicio tertii nihil ab eo indulgendum foret, nec indulgeri deberet, qui quidem sensus benè deducitur ex finalibus ejusdem Capituli verbis ibi -- *Et illa, quæ in damna dari, vel fieri per testamentum suæ decrevit Ecclesiæ, nullam prohibente lege, obtineant fir-*71 *mitatem* -- ita observant *Molin. de primog. dicto lib 2. dicta cap. 7. num. 14. Castill. d. cap. 67. num 67. vers. 3. pro eadem*, & multi alii.

Confirmatur secundo prædicta resolutio ex doctrina *Mol. de primogen lib. 2. cap. 7. n. 14. & adden. ad eum dict. nu.* 72 *14. & 15. in fine*, *& Molin. Jesuit. de justitia, & jure to. 3. disput. 598. Castill. dicto cap. 67. numer. 57. cum seqq. Mieres de majorat. quæst. 66. num. 3.* qui omnes tenent, quod si quis instituerit majoratum, & à Rege petierit confirmationem, & ante eam consecutam à vita decesserit, si postea Rex inscius illius mortis dictum majoratum confirmaverit, talis confirmatio nullius momenti erit, ex ea ratione (ut ajunt) quia si Rex sciret mortem institutoris, talem confirmationem non indulgeret; nam cum jam tunc delatum esset jus successionis quibus de jure competebat, minimè ad similem confirmationis gratiam concedendam cum præjudicio tertii deveniret. Et quod magis est, affirmat idem *Molin. ibi num. 22. & Ca-*73 *still. dict. cap. 67. num. 57. prope fin.* cum aliis ibidem allegatis, quod etiam casu, quo Princeps conscius esset mortis Testatoris, & post eam confirmaret majoratum, utendo in Decreto confirmationis clausula *ex certa scientia*, adhuc in his terminis confirmatio nulla foret, ratione præjudicii tertii, quod quidem præjudicium impedit retrotractionem, quæ requiritur de tempore confirmationis ad tempus institutionis majoratus, viso quod Inter medio tempore erat jam jus tertio quæsitum, in cujus præjudicium non operatur retrotractio, nec ad illud inferendum præsumitur animus, & intentio Principis, ut cum præcitatis DD. & aliis benè reflectit *Larrea dicta* 74 *disputat. 8. num. 65. & 74. propè finem & 75. Gam.* perbellè ad intentum *decis. 278. num. 17. vers. fateor tamen*, *Pegas ad Ordin. Regn. Lusitan. lib. 1. tom. tertia §. primo tom. secunda*.

Et quamvis prædictus *Molin. loc. proximè citat.* loquatur tantùm in ordine ad præjudicium descendentium, & ascendentium, attamen Pegas, Gama, & Larrea loquuntur etiam de præjudicio respectu transversalium, asserentes, quod datur eadem ratio in ordine ad eos, quando ex eadem radice institutoris prodeunt, ut clariùs explicat dictus *Larrea supra num 44. 50. & 95.* idem docent 75 *Castill. lib. 3. controvers. cap. 19. num. 185. Mieres de majorat. tom. 1. part. 2. quæst. 3. num. 58. Menoch. cons. 97. à num.*

à num. 2., *& conf.* 220. *num.* 115. *Rebuf. in tract. de pacif. possess. num.* 111. *Gomes in leg 8. Tauri num.* 2. *Lardech. conf.* 124. *num.* 8., *Petra de potest. Princip. cap.* 32. *num.* 10., *& fermè per tot.*, qui omnes dicunt, in utroque eventu, dari semper tertii præjudicium, quod nunquam præsumitur Principem incutere velle, immò, nec posse, nisi ex causa publica, ut apud eos videre est.

Quæ quidem conclusio magis corroboratur, & stabilitur ex quadam responsione, quam in casu cujusdam petitæ dispensationis Matrimonii in radice, ex qua sequebatur [76] præjudicium tertii, ut hic, dedisse Gregorium XIII., referunt *Sanch. d. disp. 7. num. 3. in fine*, *Navarr. conf. 2. sub tit. qui fil. sint legit.*, *Larrea dicta disput. 8. num. 40., & 55.*, attestantes supplicanti detulisse, talem dispensationem concedere non valere.

Confirmatur etiam prædicta resolutio ex alia Bulla [77] Pii IV., de qua facit mentionem *Larrea ubi supra num. 93., & Menoch. de præsumpt. 79. lib. 4. n. 2.*, ubi declarat prædictus Pontifex, nullas esse omnes legitimationes factas cum præjudicio venientium ab intestato, vel ex Testamento, aut Fideicommisso, & jus quæsitum habentium, sive sit in re, sive in spe.

Neque refellitur supradicta conclusio, vel assertum, quamvis dicatur, quod hujusmodi actio, seù intentio, de qua hìc agitur, jam initium sumpserat, & præordinata fuerat à Parente Oratoris, dum viveret, in quibus terminis continuata censetur in Filio, & præsumi[78]tur eademmet instantia sine interruptione, ad notata per *Cresp. de Valduar. observat. 35. quæst. 1. num. 22., & 23.*; Et cum in vita Parentis adhuc nemini fuisset delata successio bonorum, quia viventis nulla est hæreditas, *junc. Text. in leg. Nam & si Parentibus ff. de inofficioso Testa[79]ment. leg. 5. §. Si impuberi*, *ubi Bartol.*, *ff. de collat. bonor.*: bene sequitur, quod res adhuc invenitur in terminis, ut dispensatio locum habere possit.

Quia ad hoc dupliciter responderi potest: primò, dicendo, quod instantia non est eadem, ut paulo infra demonstrabitur: Secundò, quia licèt esset eadem, & continuata sine interruptione censeretur in persona filii, adhuc tamen non daretur locus petitæ dispensationi; tum quia fieri non deberet, mortuo uno ex conjugibus, quod ambobus viventibus faciendum non erat, ut jam supra retulimus; tum quia sufficit tantùm spes succedendi competens hæredibus ab intestato, quamvis adhuc illis successio delata non sit, ut impediat dispensationem, & ut eam concedere nequeat Pontifex sine ma[80]gna, & legitima causa, propter præjudicium, adhuc in hac hypotesi, succedentibus inferendum, ut probatur ex *Text. in leg Si Patrem §. final. ff. quemadmodum servitus amittat*; *Leg. potior §. 5. ff. qui potior. in pignor. habeant*, *Gloss. in Leg. Si indebitum*, *§. Si Procurator verbo, committi*, *ff. rem rat haber.*, *Bartol. in Leg. bonorum num. 1. ff. eodem tit.*, *Roland. à Valle conf. 2. num. 155.*, *Molin. de primog. dicto cap. 7. dicta lib. 2. num. 22., & lib. 1. cap. 8. à nu. 28., & lib. 3. cap. 3. num. 11., & lib. 4. cap. 3. num. 1.*, alter *Molin. de just., & jur. tom. 5. tract. 2. disp. 174 vers. Secunda conclusio*, *Castill.*, & apud eum *Furtun.*, *Garz.*, *Menchac.*, *Burg. de Paz Pinel.*, *Padilb.*, *Sarmient.*, *Aquilin.*, *Peregrin.*, *Pretis*, *Thesaur.*, *& alii lib. 2. controvers. cap. 28., & lib. 5. cap. 67. num. 57. propè finem*; Et cum in præsenti casu deficiat talis justa causa, ut jam supra ponderatum extat, bene convincitur, talem dispensationem concedi non debere.

Confirmatur conclusio ex doctrina *Molin. de primog.* [81] *lib. 2. cap. 5. num. 7.*, & ibi apud eum *Tancbred.*, *Brixiens.*, *Joann. Andr.*, *Anchar.*, *Cardinal.*, *Altuand.*, *Jason.*, *Joann. Lecirier.*, *Carol. Molin.*, *Alciat.*, *Tisuent.*, *Castill.*, *& alii*, qui tenent, quod si quis ex Concubina filium habuerit, & postea in Matrimonium duxerit, v. g. Bertam, & ex ea filium susceperit, ac illa mortua, postea nuptias contraxerit cum Concubina, ex qua primò filium habebat; non obstante, quod iste talis per subsequens Matrimonium legitimus maneat, non ideo ad succedendum in majoratu Patris preferretur filio ex primo subsecuto Matrimonio legitimato, quamvis ætare secundo, seu minori, quia jam huic filio acquisitum erat jus in spe succedendi Parenti, quod quidem jus ab eo auferre non poterat legitimatio Ponti[82]ficis, respectu primi filii, inducta per dispositionem *Text. in cap. tanta, & cap. per Venerabilem qui fil. sint legit.*, quia licèt legitimatio per subsequens Matrimonium retrotrahatur ad tempus nativitatis filii, & ex tunc censeatur Legitimus, ista tamen retrotractio non admittitur cum præjudicio juris tertii, sive tale jus consistat in re, sive in spe, ut probatur ex dicto *Textu in Leg. Si Pa*[83]*trem §. fi ff. quemadmodum serv. amit. d. l. potior. §. 1. ff qui potior. in pign.*, *Afflict. dec. 335. n. 12. Rossel. de legitimat. lib. 1. de caus. fin., seu effectiv. legitim. num. 7. cum seqq. Tiraq. de primog. quæst. 3., & 43., & in Leg. si unquam verbo, susceperit liberos, num. 64. Cod. de revocand. donat.*, *Molin., & DD. ab eo citati in dicto cap. 1. lib. 3. num. 7.*: Et negari non potest, quod præfatum præjudicium pateretur filius secundogenitus, ratione spei probabilis sibi quæsitæ, si in tali casu, Primogenito devolveretur successio, ut notant præcitati DD.

Qui quidem DD. eandem resolutionem sequuntur in casu, quo quis habeat duos filios naturales ex duabus Concubinis; Nam si duxerit primò in Uxorem illam, ex qua habuit filium minoris ætatis, & postea, mortua hac Concubina, contraxerit Matrimonium cum alia, ex qua susceperat filium majorem natu, non iste, licèt primogenitus, præferendus erit in successione majoratus Patris filio secundogenito ex alia Concubina, quia per primum Matrimonium à Parente contractum, acquisi[84]vit iste secundus filius jus, seu spem illi succedendi, quod quidem jus ab eo auferri nequit per primogenitum, tanquam secundo loco per Matrimonium subsequens legitimatum, quia, in tali eventu, non potest admitti retroctatio in præjudicium juris, jam in spe acquisiti per secundogenitum. Unde clarè apparet, quod etiam irrogatur præjudicium tertio, quando, non data urgenti causa, ab eo aufertur jus succedendi, quamvis tale jus in spe tantummodo consistat.

Secundò responderi potest ad objectum, de quo supra, dicendo, (ut promisimus,) quod hæc instantia strictè, & physicè loquendo, non est eadem, nec considerari debet absq; interruptione continuata in persona hujus filii Oratoris; Nam quamvis confiteamur, dispensationem in radice concedi posse post mortem cujusque Conjugis, quando in vita amborum petita fuit, quia tunc censetur eadem causa, & instantia continuata, hoc tamen locum non habet, quando ipsius Conjugis instantiæ fuit in vita à Supremo Tribunali resolutivè, & absolutè responsum, negativè, ut contigit in præsenti casu; quia jam tunc finita fuit instantia, & addeo finita, ut Pater acquievit, & postea mortuus fuit, & occasione mortis illius, jus delatum successoribus ab intestato; Sed cum, in ultimo mortis articulo, idem Pater declarasset, & jurasset in animam suam, bona fide Matrimonium contraxisse, & filios tamquam legitimos procreasse, hoc motivo, & virtute talis declarationis, filius noviter instauravit, seu suscitavit judicium jam sopitum, adeundo hanc Sacr. Congreg. pro impetratione ejusdem gratiæ; Ex quo clarè patet novam insurgi instantiam, seu novam intentari actionem ortum habentem à persona filii, & non à persona Patris, cum quo jam judicium finitum erat per declarationem hujusmet Sacr. Congreg., negativè, resolventia: in quibus terminis, hæc instantia filii, verè dici debet alia, maximè, cum prædictus filius non sit, nec esse possit hæres Patris, ut eum representet, propter impedimentum illegitimitatis sibi obstantis; Et ideo illius instantia hodie non potest dirigi ad objectum dispensationis in radice, sed tantùm ad legitimationem sui ipsius, & cum hæc post mortem Patris, & jus delatum successoribus, seu Agnatis fieri non possit propter eorum præjudicium, ut jam probatum manet, & in spe[85]cie docent *Gratian. cap. 496. num. 16.*, ubi refert, ità judicatum fuisse in *Rota*, *Ubald. decis. 217. num. 9*, ubi aliàs citat in confirmationem decisiones Rotæ, *Gutier. in Leg. nemo potest, num. 76. vers. quinimo ff. de legat. 1. & in §. Sui, num. 195., Instit. de hæred. qualit., & different.*, *Valenzuel. conf. 69. num. 108. Pegas ubi supra numer. 86.*, *Barb. vot. 67. numer. 20.* Necessariò sequitur, rejiciendam esse talem instantiam, & denegandam absolutè gratiam dispensationis, vel legitimationis.

Corroboratur assertum peroptimè, quo ad intentum, ex eleganti doctrina *Surd.*, *Paul. de Castro*, *Galtau*, *& aliorum apud eum in consil. 552. numer. 52.*, quos

etiam

etiam sequi videtur *Gratian. discept. forens. cap. 635. nu. 27., & 28.*) qui tenent quod si Pater in vita procuraverit, & obtinuerit legitimationem filii, & post mortem suam legitimatio ex aliquo accidenti detecta fuerit nulla, quod, in tali casu, non poterit filius iterum legitimationem pertendere, nec ullo modo ei concedi debere; ex ea ratione, quia cum ad legitimationem filii, ut Agnatis præjudicare possit, requiratur voluntas Patris, & dicta voluntas jam consumpta, & extincta sit cum primo actu legitimationis, quin extendatur, nec extendi possit ad secundum, de quo non cogitavit, & post mortem ipsius Patris jam non possit iterum inquiri voluntas ejus, & successio, tunc temporis, inveniatur devoluta Successoribus ab intestato ex dispositione juris, 87 cum quo semper præsumitur, Testatorem se velle confirmare ex *Text. in leg quæro §. Inter locatorem ff. de locat. Leg. nemo ff. de legat.* 1. ideo non datur, nec dari potest locus secundæ legitimationi cum præjudicio, scilicet, juris tertio acquisiti, ad quod incutiendum nefas esset credere, posse velle concurrere hominem jam in Ter- 88 ra veritatis, & justitiæ constitutum: Exornat *Covar. de Matrim. part. 2 cap 8 § 9. numer. 6. Monte Pio. cons. 25. numer. 3. Gail. observat. 142. numer. 16. Costa de retrotract. cas. 32. cap. 8. à numer. 14.*, & per argumentum à 89 contrario in *tract. de re integr. dist. 103. in fine, alter Costa Lusitan in leg. Gallus §. Et quid si tantum in Summ. 2. part. num. 173. ff. de liber.*, *& posth.*

Unde, si adhuc à Patre obtenta in vita gratia legitimationis filii, non potest post mortem ejus alia impe- 90 trari, si prima inventa fuerit nulla, multo minus impetrari poterit quando in vita ejusdem Patris non solùm non fuit obtenta, sed absolutè negata prædicta gratia, ut contigit in casu præsenti, de quo agitur, qua de causa, non invenio rationem, ob quam admittenda veniat præsentis Oratoris instantia.

Ultraquamquod (quantum exigui ingenii mei vires capiunt) Credo utique quod, adhuc concessa gratia, nullam ex ea quoad intentum, caperet Orator utilitatem; Nam si ex lege municipali sui Regni, non possunt succedere in bonis paternis legitimati per subsequens Matrimonium Parentum, eodem modo, impediti remanent ad eandem successionem legitimati virtute dispensationis in radice Matrimonii; Nam prædictum Statutum Boemiæ requirit, pro substantia, realem, & veram legitimitatem in nativitate filii, ad hoc, ut admittatur ad successionem Parentis, & ideo non admittitur ad hujusmodi successionem, qui legitimatus fuit virtute subsecuti Matrimonii inter Parentes, quia iste talis non verè, nec realitèr, sed fictitiè, & per quandam ideatam retrotractionem Matrimonii re- 91 putandus venit, tamquam si legitimus nasceretur, ex *Text. in leg. ultima ff. de natalib. restit.* At qui hoc idem accidit in legitimato ex vi dispensationis in radice Matrimonii, siquidem iste talis verè, & realiter, tempore nativitatis suæ, natus non fuit legitimus, quia tunc temporis, nullum inter Parentes ejus verum subsistebat Matrimonium, ut supponitur, & Papa facere non possit (immo nec Deus) quod tale Matrimonium eo tempore non fuisset nulliter contractum, & quod filius natus ex eodem, natus non fuisset illegitimus, si quidem ad præteritum non datur potentia, & solùm per quandam fictionem reputari debet prædictus filius tanquam si legitimus nasceretur ex vi cujusdam fictitiæ, seù ideatæ retrotractionis, quæ trahit tempus concessionis dispensationis in radice ad tempus initi Matrimonii nulliter, & de facto celebrati, ut tenet communis DD. Sententia, & docet *Larrea d. allegat 8 numer. 5. & Farinac. par. 1. novissimar. decis. 455. num. 12.* Ergo eodem modo quo legitimato per subsequens Matrimonium ob- 92 stat lex, seù statutum Boemiæ, debet etiam similiter obstare legitimato ex vi dispensationis in radice Matrimonii; Siquidem tam in uno, quàm in alio casu datur eadem ratio, & verificatur prædicti statuti dispositio: Et ideo non sine magna mentis, & juris reflexione, æqualiter demetiuntur, & reciprocè æquivocant legitimatum per subsequens Matrimonium cum le- 93 gitimato ex virtute dispensationis in radice, *Noguerol. allegat 24. numer. 19.* ibi *Et in hoc sensu legitimatio, cap. tanta qui fil. sint legit., ultra quod est propria, & vera, est in radice Matrimonii. Castill. tom. 5. dicto cap. 105. num. 34.* ibi. *Quoniam legitimatio ex dispensatione in radice Matrimonii adæquatur legitimationi per subsequens Matrimonium*, idem tenent *Butr. in dicto cap tanta qui filii sint legit. num. 20.*, *& ibi etiam Præposit. num. 3. & Alexand. de Nevo num. 27.*, *Abb. in cap per venerabilem eod. tit. num. 25. in fine Achil de Grass. decis. 5. etiam sub eodem tit. qui fil &c. num. 8. in fine*, *Guilelm. Bened. in cap. Raynut. de testam. verbo*, *& Uxorem nomine Adlasiam.*, *num. 202.*, *& 208.*, *Garc. in addit. lib. 2. de benef. part. 7. cap. 2. num. 42. ad fin.* cum aliis ab iisdem citatis: Ex quorum doctrina convincitur, quod licèt gratia, in effectu concederetur, nullum exinde sequendum foret Oratori auxilium. Qua de causa, adjunctis etiam omnibus retrò ponderatis, mihi videtur, in casu præsenti, respondendum esse, in decisis.

Neque aliquid urgent argumenta in contrarium adducta; Nam ad primum, & secundum respondetur, tantummodo locum habere in Matrimoniis contrahendis, non verò in nulliter contractis, & maximè ex defectu proprii Parochi, quod facilè, & sine dispensatione remediari potest noviter contrahendo, ut dictum manet. Ultra quamquod, qui impedimento obstante, vel contra interdictum Ecclesiæ contraxit, meretur pœ- 94 nam, & non gratiam, ex *Text. in cap. cum haberet de eo qui duxit in Matrim. &c. Text. in cap. 1. de Matrimon. contract. controvers. interdict. Eccles. leg. ab incestis junct. Auth. ex complexu Cod. de incest. nupt.* Et ideo cum illo rigidiùs procedendum est, quàm cum eo qui petit dispensationem ad contrahendum.

Ad tertium jam responsio à nobis data manet supra in *vers. nullum etiam accedit &c.* 95

Ad quartum respondetur, quod consecutio majoris boni, seu evitatio majoris mali, debet considerari respectu communis, seu publicæ utilitatis, non verò particularis cujuscumque, nisi etiam insimul involvatur 96 damnum spirituale, ut ex doctrinis eorumdemmet DD. in dicto argumento citatorum non obscurè colligitur.

Ad quintum; & ultimum respondetur, quod si inter Conjuges, de quibus hic, data fuit bona fides, & affectus maritalis, ut pertenditur, (quod minimè credi potest, supposita monitione proprii Episcopi ad separationem, vel novam Matrimonii celebrationem, & supposito Recursu ad Sanctissimum pro gratia dispensationis in radice, ex quo sequitur, quod saltem à tempore dictæ monitionis, non poterant jam præfati Conjuges continuare bonam fidem, quam allegant) non indigent dispensatione ad legitimationem filiorum; quia filii nati ex Matrimonio putativo bona fide contracto, quamvis postea nullitas detegatur, habentur, & reputantur à jure pro legitimis ad omnem successionem bonorum Parentum, tanquam quilibet alius ex legitimo matrimonio natus, ut patet ex *Text. in cap. cum inter c. ex tenore, qui fil. legit.* ac ita frustra precibus impetra- 97 tur, quod jure communi conceditur. Unde nihil efficiunt argumenta, ut animus recedat à Sententia, quod standum est in decisis.

Attamen, non obstantibus retrò allatis considerationibus, major pars Dominorum ex Sacr. Congreg. suffragantium in contrariam Sententiam devenerunt, moti præcipuè ex eo, quia credebant ex Summario probari inter Conjuges affectum Maritalem, & non copulam fornicariam, quod corroborabant ex depositione Patris 98 in morali periculo mortis, & ex eo, quia prædictus Pater filios, tanquam legitimos, procreaverat, & utpote tales, eos hæredes in testamento suo instituerat, & quod erant Personæ Nobiles, ac inde majori contemplatione (imò, & commiseratione) dignæ, & tandem ex aliis rationibus æquè doctis, prudentibus, & politicis convenerunt, consilium præstari debere Sanctissimo pro gratia.

DISCEPTATIO XII.

Melphien. prætensorum Hospitiorum

PRO

PP. strictionis Observantiæ S. Francisci Oppidi Atellæ Diœcesis Melphien.

CUM

PP. Cappucinis ejusdem Oppidi, & Diœcesis.

ARGUMENTUM.

Enumeratis conditionibus, quibus mediantibus privata Hospitia permitti solent à Sacr. Congregationibus ostenditur, illas non verificari in illis Hospitiis, quæ ædificare prętendunt PP. Cappucini in tribus Oppidi Diœcesis Melphien.

IN Terra Atellæ, Melphien. Diæcesis, PP. strictionis observantiæ S. Francisci possident Conventum, in quo ab annis supra biscentum moram priùs fecerunt PP. Observantes, dd. verò Religiosi Reformati vivunt hodiè eleemosynis, quas recipiunt ab Habitatoribus d. Loci, aliisque vicinis Terris, & oppidis, ut est in eadem Provincia, notorium, & exad. nullatenus controvertitur Oppido Monticchii, quinque milliaribus ab eodem Terra Atellæ distante, PP. Cappucini possident pariter eorum Conventum cujus Religiosi à notoria pietate & generositate pii Benefactoris omnia ad victum necessaria recipiunt intuitu assidui servitii, quod quotidiè præstant Ecclesię sub titulo Abbatiæ eidem pio Benefactori commendatę, ut probamus in Sum. ex jurata Attestatione Syndici, & electorum Atellæ, specificantium d. eleemosynam in quantitate unius tumuli frumenti, unius cadi Vini, & trium carolenorum pro qualibet hebdomada.

Attenta autem quæstuatione, quam ibidem, & in vicinis Locis Rionigri, Calitri, Barilis, Montis viridis, & Carbonarię faciunt iidem Cappuccini, soliti sunt vendere frumentum illud, & vinum, quod eis qualibet hebdomada commendabili punctualitate subministrat Agens ejusdem pii benefactoris, ut probamus ex jurata attestatione multorum qualificatorum Testium, qui idem frumentum vendiderunt, & vendi viderunt.

Quia verò, his non obstantibus, in maximum præjudicium Principalium à parvo tempore, non unum, sed tria Hospitia in spatio trium dumtaxat milliarium inter se distantium, propè dictam Terram Atellæ de facto fundarunt: Unum nempè *in Atella con cinque stanze sopra, e altre sottane, con la Chiesa avanti l' Ospizio con la Campana, che chiama il Popolo ad udir la Messa, e in quella vi anno li medesimi Cappuccini confessato*. Aliud in *Rionigro Casale di Atella, due miglia, e mezzo distante da Atella sta attaccato alla Chiesa di S. Antonio Abbate &c. nella publica strada, poco distante dal Casale di Rionigro, composto di cinque stanze, seu celle &c. con Portone grande, stanze da basso &c. con la Porta anco segreta, che conduce alla Chiesa, che sta attaccata di S. Antonio Abbate, nella quale ci anno confessato li detti Padri Cappuccini, celebrato quasi di continuo, che sempre scendono da Monticchio convocando il Popolo col suono della Campana, vi anno predicato al Popolo, e altre funzioni solite à farsi ne' Conventi formali*. Tertium demum in Oppido Barilis, *Terra distanse da Rionegro un miglio, e poco più*, sunt præcisa verba duorum Testium omni fide dignorum, de quibus latè in Summario.

Habitus proinde fuit oportunus recursus ad hanc Sacram Congregationem mediante supplici Libello, dato in Summario, quæ primo loco die 18. Augusti 1719. rescripsit Episcopo pro informatione, quam idem Episcopus transmisit die 10. Februarii 1720. & datur in Summario. Deinde verò die 29. ejusdem mensis Februarii 1720. rescripsit: *Audiatur Commissarius Generalis Curiæ Minorum observantium, & Procurator Generalis Cappuccinorum*, quorum primus suam fecit relationem, datam *in Summ* Secundus verò suam pariter tandem Relationem exhibuit in Secretaria.

Cumque ex his omnibus evidens sit insubsistentia contrariæ prætensionis, intra pauca milliaria retinendi dicta tria publica Hospitia, absque prævia necessaria licentia hujus Sacræ Congregationis in maximum præjudicium principalium de facto fundata; Hinc humilimas reiterant hodie iidem Principales preces pro declaratione, non esse permissum dictis Patribus Cappuccinis eorum Hospitia retinere.

Ad quem effectum dignentur dicti Patres observare, quod conditiones privati Hospitii, ex oraculo hujus Sacræ Congregationis per viam legis emanato die 15. Septembris 1690. referentibus *Monacell. in form. leg. pract. tom. 1. tit. 6. formul. 19. num. 5. Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 16. num. 7.* sequutis *in tom. 2. par. 2. discep. 8. num. 18.* sunt sequentes. *Quod Hospitium tantummodo deserviat pro recipiendis Religiosis itinerantibus. Quod in illo nulla servetur forma regularis, non erigatur Ecclesia, seu Oratorium formale, cum janua in publica via, sed tantùm Oratorium internum, ad effectum inibi Missas, & Orationes privatas pro eorum spirituali usu tantùm celebrandi. Quod in illo Sacramenta non administrentur, nec fiant publicæ Conciones, nec divinæ, aliæque functiones peragantur, non tumulentur Cadavera, nec retineatur Campana, nec aliquod signum, quod vero Conventui adaptetur, & transeendo i naturam & conditionem meri, & simplicis Hospitii secularis. Addita prohibitione questuandi &c.* Cum quo oraculo deinde processit hæc pariter Sacra Congregatio *in Attien. Hospitii 31. Augusti 1691. & in Veliterna 5. Decembris 1692. ad relationem Card. Petrucii* teste *Monacell. ubi supr. n. 16.*

Ex adductis autem in summ. remaner manifestum, Adversarios nullam ex dictis conditionibus observasse in fundatione dictorum Hospitiorum, nullamque hodie adimplere in illorum retentione, dum in illis permanent prorsus neglectis, spretisque dictis conditionibus.

Primò enim nullatenus servant illam, quod in Hospitiis *non erigatur Ecclesia, seu Oratorium formale, cum Janua in publica via; sed tantùm Oratorium internum, ad effectum inibi Missas, & Orationes privatas pro eorum spirituali usu tantùm celebrandi*.

Dum Hospitium, situm in Rionigro (sunt verba Testium) *Due miglia e mezzo distante da Atella, sta attaccato alla Chiesa di S Antonio Abbate &c. nella publica strada &c. composto di cinque stanze, seu Celle &c. con Portone grande, stanze di basso &c.* Et concordant alii Testes, ibi: *Un altro Ospizio nella Terra di Rionigro &c. distante da Atella tre miglia &c. attaccato detto Ospizio vi è la Chiesa di Sant' Antonio Abbate nella publica strada &c. e in questa Chiesa li Padri Cappuccini vi celebrano &c. & altre fonzioni &c. & anco vi si predica spesso la Quadragesima*. Concordat pariter Episcopus in ejus Relatione, ibi: *Ospizio, attaccato ad una Chiesa antica dell' Abbadia di S. Antonio, nella quale li Religiosi Cappuccini convalescenti anno la sola facoltà di celebrarvi la Messa, e di sepelirvi li Cadaveri di quelli che in detto Ospizio terminassero la vita*. A quo non dissentit Pater Procurator Generalis Cappuccinorum, ut ex ejus Relatione data in Summario.

In alio verò Hospitio, posito in Atella habent pariter Adversarii *cinque stanze di sopra, & altre stanze con la Chiesa avanti l'Ospizio, con la Campana, che chiama il Popolo, e in questa vi anno li medesimi Cappuccini confessato &c.* juxta verba decem qualificatorum Testium, de quibus in summario. Et concordant alii Testes, ibi: *L' Ospizio di Atella è composto di molte Camere &c. Tiene avanti la strada publica una Chiesa, con l'Altare, & un Confessionario, ove celebrano detti Padri Cappuccini, e vi anno anco confessato Uomini, e Donne*

Et concordat etiam Episcopus in Relatione, ibi: *Si vede però questo Ospizio attaccato ad una Chiesa antica &c. nella quale li Religiosi Cappuccini convalescenti anno la sola facoltà di celebrarvi la Messa, e di sepelirvi li Cadaveri di quelli, che in detto Ospizio terminassero la vita &c.* Nec dissentit Pater Procurator Generalis Cappuccinorum, ibi: *Vi è una Campanella, & un solo Altare, nel quale, occorrendo il passaggio di qualche nostro Sacerdote, vi celebra la Messa, & acciò il Popolo possa goderne il beneficio, dà il segno con detta Campana, &c.*

Secundò non servant aliam conditionem, *quod in illo Sacramentū non administrentur, nec fiant publicæ Conciones, nec divinę, aliæque functiones peragantur, non tumuleatur cadavera &c.*

Quia in illo Rionigri *li Padri Cappuccini vi anno confessato, e celebrato quasi di continuo, che sempre scendono da Monticchio, convocando il Popolo col suono della Campana, vi anno predicato al Popolo, & altre fonzioni solite à farsi alli Conventi formali*, ut dicunt Testes de visu in eodem Summario. Et concordant pariter alii Testes in eodem Sum. ibi: *In questa Chiesa li Padri Cappuccini vi celebrano, vi ascoltano Confessioni &c. & altre fonzioni, mentre si sepeliscono in questa Chiesa anco li morti di detto Casale di Rionigro, & ancovi si predica spesso la Quadragesima*. Et concordat pariter Episcopus in ejus Relatione, ibi: *Tiene però il medesimo Ospizio poco distante una Chiesa sotto il titolo di S. Felice &c. con la Porta nella strada publica, che si frameza tra l'Ospizio, e la Chiesa, dove vi si è trovata una Campana di libre 150. in circa, e vi si celebra da qualche Frate, che si ferma in detto Ospizio per ristorarsi &c.* Quæ omnia approbantur à Patre Procuratore Generali Capuccinorum in ejus Relatione.

13

In alio verò Hospitio Atellæ adest *la Chiesa avanti l'Ospizio con la Campana, chiama il Popolo ad udire la Messa, & in questo vi anno li medesimi Cappuccini confessato &c. e vi anno ogn' anno solennizata la Festa di San Felice, con invitare il Clero al Vespero, e cantare la Messa, farvi fuochi artificiali la sera, e nel corso dell' anno vi celebrano quante volte, anzi spesse volte, e quasi ogni Festa, che scendono da Monticchio*, juxta verba multorum Testium in Summ. Et concordat pariter Episcopus, & P. Procurator Generalis Cappuccinorum in eorum respectivè Relationibus, in Secretaria existentibus.

14

Non servatur alia conditio, *quod in Hospitio non retineatur Campana, nec aliquod signum, quod vero Conventui adaptetur, & transcendat naturam, & conditionem meri & simplicis Hospitii secularis*.

15

Quia in Hospitio Atellæ adest *la Chiesa avvanti, con la Campana, che chiama il Popolo ad udire la messa, & in questa vi an no li medesimi Cappuccini confessato &c.* Et concordant alii ibi: *In questa Chiesa vi stà una bellissima Porta nella publica strada, e sopra a d. Porta vi stà l'accommodamento per starvi, come realmente vi stà, una Campana, che si sente per tutto l'Abitato, e chiama li Fedeli alle fonzioni de sagrificii, & anco alle solennità, che vengono a farne dd. PP. Cappuccini &c.* Nec non concordat etiam Episcopus ibi: *Tiene però il medesimo Ospizio poco distante una Chiesa &c. Dove si è trovata una Campana di libre 150. in circa, e vi si celebra da qualche Frate, che si ferma nell' Ospizio per ristorarsi*.

16

Quartò, demum non servatur in dd. Hospitiis alia conditio, *quod in illis non tumulentur cadavera*.

17

Quia id publicè, & palam practicatur in Hospitio Rionigri teste Episcopo in ejus Relatione ibi: *Anno la facoltà di sepelirvi li cadaveri di quelli, che in d. Ospizio terminassero la vita*: Et concordant multi qualificati Testes ibi: *In questa Chiesa li PP. Cappuccini vi celebrano, vi ascoltano le confessioni &c. & altre fonzioni, mentre si sepelliscono in questa Chiesa anco li morti di d. Casale di Rionigro &c.* Nec dissentit P. Procurator generalis Capuccinorum in ejus Relatione.

18

Nec dicatur quòd omnes hæ ecclesiasticæ functiones & magnæ festivitates, quæ in dd. Hospitiis solemni pompa pluries in anno fiunt, non celebrantur ab ipsis Cappuccinis, sed ab aliis piis, devotisque Personis, juxta excusationes, adductas, tam in Relatione Episcopi, quàm in Informatione Procuratoris generalis Cappuccinorum: Quia hujusmodi prætextus nullo modo id facto sustinent, & in jure nullatenus admittuntur, ea viva ratione, quia prædicta Decreta Sacrarum Congregationum, præscribentia conditiones pro Hospitiis privatis, non sunt personalia, ut scilicet una, vel alia particularis Persona, illas non faciant, sed sunt localia, & realia, hoc est, quod in Hopitiis privatis reipsa dd. solemnes functiones nullatenus fiant à quocumquè peragi prætendantur; Et ratio rationis hæc est, quia non Personæ, quæ faciunt dd. solemnes, & publicas functiones, sed publicitas earundem ecclesiasticarum functionum est illa, quæ distinguit Hospitia privata à formalibus Conventibus, & Hospitiis publicis ut notant adducti à *Cesped. de Exemption. Regular. quoad Monasteria ædificanda cap. 1. dub.6. per totum Laurent. de Franch. de Controvers. inter Episcopos & Regulares tit. de Convent. novor. fundation. p.3. nu.414. Ventregli. in Prax tit. de nov. monast. ædificat. annot at.18. § unico num. 16. Donat. Rer. regular. tom.2. tract.1. de Monast. ædific. qu.22. per totam, & Rot. dec.23. nu.2. coram Beninces̄n.*

19

Minus relevat alia excusatio in, dictis Relatione, & Informatione pariter adducta, quod Ecclesiæ dd. Hospitiorum non sunt intus eadem Hospitia, sed propè illa; Hoc enim nullatenus refragatur, duplici ratione, à mero facto deducta.

20

Prima, quia *detta Chiesa avanti il loro Ospizio* (hoc est Atellæ) *l'anno fabricata da fondamenti dd. PP. Cappuccini del Convento di Monticchio* juxta præcisa verba Testium, de quibus in Summario.

21

Secunda, quia Hospitium Rionigri, nedum habet à parte viæ publicæ *il Portone grande, stanze di basso, Gradiata, che conduce sopra*: sed ulteriùs habet etiam *la Porta segreta, che conduce alla Chiesa, ove stà attaccato*, juxta præcisa verba Testium.

22

Ex quibus palpatur manibus, quod non sine mysterio, & ad solum finem fraudandi claras leges privatorum Hpisitiorum, eædem Ecclesiæ ab Adversariis à fundamentis extructæ fuerunt propè eadem Hospitia, sed cum omni commodo accedendi ad illas per Portas secretas, hoc modo faciendo in illis omnes functiones ecclesiasticas, non sine magna jactantia iidem Cappucini *facendo capire a secolari, che a dispetto delli Riformati loro anno Privilegj di poter fare, e tenere Ospizj con Chiese, Campane &c. juxta præcisa verba Testium, id solemniter deponentium*.

23

Hujusmodi autem operandi modus nullatenus permittendus videtur, quia fraus nemini debet patrocinari, ut ait *Textus in l. Itaque ullo ff. de Tut.* & nemo debet ex fraudolentibus operationibus commodum reportare, & exclamant *Bald. consf.76 in fine lib.1. Menoch. de Albitra. lib.6. cas.18n. numer.6. Amic. in Curs. Theol. tom.9. titul. de Dissolut. Matrim. sect.4. nu.39.* cum aliis, citatis *in tom.3. par.1. discept.19. nu.57.* Causa pendet indecisa.

24

25

DISCEPTATIO XIII.

Melivitana confirmationis Concordiæ

PRO

Dominico Ferrugia, & PP. Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci.

ARGUMENTUM.

Concordia, qua mediante Personæ religiosæ recedunt à Lite, confirmanda videtur, eo quia talis recessus magnum involvit commodum ob considerabiles expensas, Litibus inseparabiliter annexas.

Sacerdos Valerius Bussuttil, ira ardens ex Causa trium litium adversus ipsum motarum in Curia Episcopali Melevitana à Dominico Ferrugia, Maria Abdilla, Valentia ejus Filia, & Catharina, relicta quondam Joannis Matthæi Misfud, ejus Nepote, & Nepotibus respectivè, odium adeò grande contra illos coocepit, quod postquàm dictam Catharinam gladio lethaliter vulneravit, invenit modum eos omnes vexandi, mediante Donatione universali omnium bonorum, & jurium, oblata priùs Magno Magistro Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Nicolao Cotoner, deindè Patribus Societatis Jesu, postmodum PP. Carmelitis Discalceatis, qui tamen nullus illam acceptare voluit. Eis enim notum erat detestabile odium, à quo ad ita disponendum movebatur. Cæterum hisce omnibus subtictis, induxit Patres Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci ad dictam donationem acceptandam, reservato sibi usu: & usufructu ejus bonorum, ipsius vita naturali durante, expressitque bona donata, quæ consistunt in tribus locis Domorum, aliquibus terrarum Clausuris, & quibusdam Censibus, pro illorum majori parte inexigibilibus, ut legitur in Instrumento stipulato die 29. Octobris 1682.

Facta autem legitur eadem donatio subsequentibus, pa-

pactis, conditionibus, & obligationibus, quod nimirum Patres Donatarii in perpetuum tenerentur, prout expresse promiserunt (absque tamen consensu, & licentia eorum Superiorum, nimirum Ministri Generalis, & Ministri Provincialis) celebrare Missas septem qualibet hebdomada, quinque scilicet in eorum Ecclesia, & alias duas in Ecclesia PP. prædictorum Civitatis Victoriosæ; solvere annua scuta duo Ecclesiæ Parochiali S. Laurentii pro Canone: Assumere in se ipsos 2 tres Lites, actu pendentes; easque prosequi propriis sumptibus eorundem Patrum contra prædictos ejus Nepotes, & Neptes: Extinguere Censum passivum per donantem impositum in Capitali scutorum 200. Facereque Sepulchrum cum lapide, non ex pluribus partibus composito, sed integro, prope Altare Sanctorum Cosmæ, & Damiani, in eoque Donantem sepelire, omnesque expensas Funeris, Exequiarum, & Missarum diversarum celebrandarum, quodque, si aliqua pars ex bonis donatis evinceretur, celebrari deberent tot Missæ, quot pro remanenti quantitate celebrari possent, cum Eleemosyna taurenorum quatuor pro qualibet.

In cujus Donationis executionem prima ex prædictis Litibus prosequuta in dicta Curia Episcopali, cum assi- 3 stentia dictorum PP. Donatariorum, de Mense Martii 1684. terminata fuit, mediante sententia, condemnante eundem Valerium Donantem ad solvendum Dominico Farrugio, uti hæredi prædictæ Catherinæ, certam pecuniarum Summam, cum fructibus decursis, atque ad consignandum eidem Dominico septimam partem quorundam bonorum ex persona prædictæ Catharinæ, & tertiam ex persona Josephi, necnon medietatem bonorum, relictorum à Joanne Andrea, uti hærede dicti Josephi, & in eorundem defectum ad solvendum pretium, una cum fructibus ad effectum satisfaciendi scuta centum pro dote Catherinæ, ac interusuriis, in ea decursis, aliaque scuta centum per eum soluta, similiter cum fructibus ad rationem scutorum septem, & quinque respectivè, & tandem ad consignandum eidem Dominico alias portiones prædictorum bonorum obventas Alphonso, & Veronicæ, ut in Sententia, data in Summ.

Postquam ab hac Sententia PP. Donatarii appellaverant ad Sanctam Sedem, dictus Valerius, die 13. Octobris 1684. mediante publico, & solemni Instrumento cum juramento declaravit, quod licèt donatio per eum facta favore Venerabilis Conventus appareret irrevocabilis ex simplici lectura; Nihilominus ejus intentio, & voluntas nunquam fuerunt tales, sed solùm, & strictè disponendi per actum ultimæ voluntatis, & revocabiliter, idque etiam desumebatur, ex quo adhibiti fuerant septem Testes, quodque ipse octuagenario major, & auditus defectu laborans, non benè intellexerat clausulas, à Notario appositas, importantes ejusdem actus irrevocabilitatem: Quibus præmissis, deinde processit ad illius revocationem, & annullationem: Addita quoque alia ratione, quod juxta decreta Generalia hujus Sacræ Congregationis de Celebratione Missarum, à duobus Summis Pontificibus Urbano VIII. & Inno- 4 centio XII. in forma specifica approbata, & impressa *à Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 10. §. 2. nu. 8. & 17.* iidem Patres absque consensu eorum Patris Generalis, aut Provincialis eandem donationem cum oneribus, & obligationibus expressis acceptare non poterant, neque adimplere onera, eis injuncta circà lites assumendas, & prosequendas, ut constat ex actu relato in Summ.

Die verò dicti Mensis Octobris idem Valerius in alio separato Instrumento declaravit, eandem donationem peregisse ex ira, & odio irrationabili, eamque per anteà acceptare noluisse, neque Magnum Magistrum Religionis Hierosolymitanæ, neque alios diversos Religiosos, & ob id defatigandi causa ejus Nepotes ex præcisso pacto injunxisse onus, & obligationem assumendi, & prosequendi easdem Lites suis sumptibus: Cæterum 5 dictis ira, odio, & omni alia mala voluntate erga suos Consanguineos postea depositis, noscens justam causam, quam fovebant dicti ejus Nepotes, consultis quoque insignibus Theologis pro indemnitate, & securitate ejus conscientiæ, aliisque de Causis, ac rationibus in eodem Instrumento latiùs expressis, cessit, & renunciavit liti, appellationi, & Causæ, promisitque dare, & solvere suis Nepotibus post ejus obitum omnia contenta in Sententia prædicta. E converso iidem sui Nepotes acceptarunt hujusmodi cessionem, & renunciationem sub pacto expresso, quod casu, quo Religiosi Donatarii non acquiescerent, ipsis permissum esset prosequi Judicium adversus eosdem Patres, & petere canonizationem, & approbationem tàm nullitatis, & revocationis dictæ Donationis, quàm novæ Transactionis.

Vita functo eodem Valerio de anno 1691. prædicti de Farrugia, & Abdilla petierunt, in Curia Episcopali Melevitana contra Patres declarari nullam dictam donationem, eisque interim concedi retentionem Loci Domorum, siti in Civitate Vallettæ, & obtinuerunt Sententiam concedentem petitam retentionem à qua interposita fuit per dictos Religiosos appellatio, circà quam 6 nova orta fuit controversia circà inspectionem, an Causa esset cognoscenda in Curia, vel coram Inquisitore Melitæ, Judice Authoritate Apostolica delegato in gradu Appellationis.

In hoc autem rerum statu ad effugiendas ulteriores lites, ac expensas, opera communium Amicorum deventum fuit inter Partes ad transactionem sub reservatione consensus Patris Ministri Generalis Ordinis; Undè facta repudiatione dictæ Donationis, ac dimissis bonis in ea contentis, præfati de Farrugia, & Abdilla eisdem Patribus solvere promiserunt scuta 1100. hoc est scut. 400. in tot bonis stabilibus, ad æstimationem Peritorum assignandis; Alia scut. 600. ad rationem scut. con. anno quolibet; Reliqua verò scut. 100. in sa- 7 tisfactionem funeris, eleemosynæ Missarum, & expensarum Litis ad rationem scut. 25. pro unoquoque anno, ut latiùs recognosci potest in Instrumento desuper stipulato, quam Concordiam, re maturè perpensa, P. Commissarius Generalis approbavit anno 1693.

Cæterum pro ejusdem Transactionis validiori, & firmiori robore preces porrectæ fuerunt huic Sacræ Congregationi, quæ super iisdem de more audire voluit bo. me. Jacobum Canaves jam Episcopum Melevitanum, qui in ejus fundata Relatione originali existente in Secretaria, omnia exposita confirmavit, suumque votum aperuit pro Confirmatione ejusdem Concordii, uti summoperè utilis Religiosis, & omnium litium terminativæ ejusdemque opinionis fuit quoque Eminentissimus Dominus Cardinalis Columna, ut patet ex ejus fundatissimo Vo- 8 to. Undè iterùm relatis nostris precibus in Congregatione habita die 23. Augusti 1721. emanavit rescriptum *Pro nova Informatione super numero Missarum, quæ ad rationem manualis celebrari possunt ex investimento scutorum 1100. monetæ Melevitanæ.*

In executionem itaque mandatorum Eminentissimorum PP. Sede Episcopali vacante, D. Dominicus Scebcrasius Vicarius Capitularis retulit, Concordiam considerari proficuam Patribus, ex quo, detractis scutis centum, solutis in satisfactionem funerum, eleemosynæ Missarum, & expensarum Litium, reliqua summa scut. 1000. investita in stabilibus reddere posset annuum fructum scutorum 28. 6. monetæ Melevitanæ, 9 constituentia scut. 15. 70. monetæ Romanæ; Eleemosinam verò Missæ perpetuæ taxari in scut. 60. annuis, sicque ad hanc rationem celebrari posse uno anno Missas 85. & altero anno Missas 86. vel ad summum quolibet anno celebrari posse Missas 90. ex dicta Relatione sub datum die 30. Maii 1722. Cumque die 5. Decembris ejusdem anni rescripta fuisset *Pro approbatione, ita tamen, & à Patribus celebrantur annuæ Missæ* 86. reproponitur hodiè sub spe obtinendi recessum.

Quamobrem Causa in folio posita, dum in præsenti Congregatione ponitur sub præinserto dubio reverenter deprecamur pro *à decisis* quo ad onus Missarum, eo quia transactio evidenter utilis est Ecclesiæ, dum in illius exequutionem, eodum recipit satisfactionem summæ debitæ, etiam pro expensis factis in Lite; Verùm etiam scuta 1000. ex mera largitione, & pura liberalitate eorundem de Farrugia, & Abdilla, non autem à Valerio Donatore, stante declaratione pro exoneratione conscientiæ per eum facta, & revocatione dictæ Donationis &c. motivis, & Causis adductis, & specificatis in Instrumentis registratis in Summario. Est enim conclusio communiter à DD. recepta, & magnis Tribunalis quotidie canonizata, quod solus recessus à lite reputa-

tut justa causa ttansigendi, qoia ille magnam affert uti- 10 litatem, ut dixit *Rot. dec.154. num.2. & 8. cor. Carill.* Et propterea multò magis adesse dicitur justa causa io nostris terminis io quibus Ecclesia eum tanta sua utilitate recedit à dicta lite, ut conclusionem ampliando ob- 11 servat eadem *Rota in decis. 154. num. 9. coram Carillo*.

Prætcrea ulra incertitudinem futuri evenrus ipsius Litis, pro ejusdem substentarione magnas requiri expensas norum est, & observat *Rota in decis. 335. num. 11. part. 14. ac dec. 527. num. 2. par. 18. & decis. 479. num.* 12 *17. part. 19. recent. & in Anconitana Successionis 27. Februarii 1722. §. Et si aliquid coram Calcagnino* cum aliis citatis *in Tom. 5. par. 2. Discept. 1. §. 13. num. 1.*

Quioimmo ipsi Patres verisimiliter in dicta Lite succumbere in omoibus debebant, dum donatio, eorum favore inita per Valetium, notabatur de aperta nullitate, 13 & invaliditate, quibus laborabat, tam ea patte Donantis, quam ex parte Donatatiorum.

Et quidem ex parie Donantis, quia tempore, quo Donatio facta fuit Valerius donans ira, & odio atdebat advetsùs Nepotes, & ob id per viam pacti obligatorii injunxit Donatatiis onus assumendi, & prosequeodi eorum propriis sumptibus Lites, ad finem prædictos Nepotes vexandi, inquietandi, & injustè defatigandi, ut paret ex lectura Doonationis, & clatiùs ex solemni declaratione, postea per Donantem placarum cum jutamento emissa; Quæ omnia corroborantur quoque ex Testium depositionibus ad iostantiam Valetiæ Abdillæ in dicta Causa examinatorum. Est autem conclusio communitet à Doctoribus adoiissa, quod actus omnis, calore iracundiæ gestus, non valer, sed est prorsùs nullus ut de Testamentis est *Textus apertus in leg. Filiam Cod.* 14 *de inoffic. Testam.* & ibidem *Gloss. in verb. calore, & leg. Quidquid calore ff. de Regul. Jur.* ubi communiter Doctures, & magistraliter *Menoch. conf. 544. num. 7. & 8. cons. 956. num. 40. cum seqq. Piot. cons. 1. nu. 21. Ruger. cons. 17. numer. 115. cum pluribus seqq. & Altograd. cons. 55. num. 1. tom. 1.*

Deque cæteris aliis actibus, sive Conttactibus calore iracundiæ gestis, quod executionem noo mereanrur, concordantibus cumulàtis, probant *Ruger. dict. cons.* 15 *17. num. 120. cum duobus seqq. Farinac. de pœn. qu. 91. num. 19. Altograd. cons. 55. num. 6.* Idque verum est, etiamsi tespiciant favorem piæ Causæ, ea viva ratione, quia favor piæ Causæ aptus est sanare defectum solemnitatum, oullo autem modo defectus voluntatis Disponentium, ex adductis à *Farinac. dicta quæst. 91.* 16 *num. 21. & Card. de Luca de Testam. disc. 11. nu. 8. & disc. 12. num. 14.* Ad probandam verò iracundiam, quæ est difficilis probationis, observant Doctores sufficere præsumptiones, & conjecturas, ut videre est apud 17 *Menoch. cons. 544. num. 7. & cons. 956. num. 42. & Altograd. cons. 55. num. 7. cum duobus seqq.*

Et rameo in oostro casu illa lorra evidentiæ fioes ponitut ab una ex illis speciebus probatioois, quas Doctores vocaot probationes probatas, à jurara oimirum confessione prædicti Valetii Donantis, quæ io omni mate- 18 ria supetat quodlibet geous probationis, ot generalibus omissis, io nostris præcisis tetminis ptobat *Altograd. in sæpe citat. cons. 55. num. 11.*

Illaque comprobatur ulretiùs ex Attestatione exarata à Viro Sacerdore, & jam Consulrore Sanctissimæ Ioquisitionis, cum qua obiit, ut in facto supponitur; Quæ circumstanria illi fidem summoperè auget, ex adducta 19 *in decis. 68. num 19. coram Priolo, & decis. 40. nu. 7. apud del Bene de Juram. & in Romana, seu Asculana 12. Decembris 1710. §. Nam cum coram Crispo.*

Reputatur quoque nulla dicta Donatio, eò quia continet eriam bona, quæ erant sub Lite, adestque pactum injunctum Donatariis potentioribus de assumendo, & prosequeodo eam propriis eapensis. Io istis eoim terminis similes Conrractus sunr omni jure invalidi, & prot- 20 sùs oolli juxta *Text. in leg. 2. Cod. de Litig.* & animadversa *per Boer. decis. 33. num 2. & 3. Ursil. ad Afflict. decis. 331. num. 2. Cyriac. controv. 433. num. 45. & controv. 540. num. 3.*

Ex parte pariter Donatariorum erat æquali claritate nulla, vigore oimirum Decretorum hujus Sacræ Congregationis de Celebrarione Missarum, in forma specifica approbatorum prius à sanct. mem. Urbano VIII. & deinde à sanct. mem. Inoocentio XII. in quibus prohibetut expresse omoibus Regularibus susceptio onerum Missarum perpetuarum, absque consensu, & liceotia Superioris Generalis, aut Provincialis, in scriptis danda, ut videre est *apud Matthæucc. in offic. Cur. Eccles. cap.* 21 *10. §. 1. num. 8. & 17.* in quorum §. *Ad hæc* seqoentia leguntur -- *Districtè prohibetur, ne imposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum &c. Regularibus verò sine Generalis, aut Provincialis consensu, & licentia, in scriptis concedenda &c.* Idque demandatur sub diversis pœnis, nimirum privatioois omnium Officiorum, & utriusque vocis activæ, & passivæ, necnon perpetuæ inhabilitatis, ipso facto, absque alia declaratione incurrendis, ut ad propositum benè ponderat, & solidè probat *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst. 1101. num. 1.* & latissimè *Bordon. oper. var. cap. 6. tit. de* 22 *Legat. Missar. quæst. 26. per totam*, & signanter *à n. 123. usque ad num. 139.*

Idque optima ratione determinatum fuit, actosque aliter factus oon servata forma, præscripta in dictis Decretis geoeralibus, nullitatis vitio subjacet, quia scilicet talia onera perpetua Missarum suscipi, & acceptari debent cum causæ cogoitione, atteotè nimirum observaodo, ao possit Conventus eidem omuibus promptè satisfacere, ac imposterum illa adimplere; Adeoque pertinet ad Superiorem hoc examinare, & recognoscere, alioquin noo servata forma tradita, & solemnitate præscripta a lege, susceptionis, & acceptationis actus dicitur oullus; *Pasqualig. dicta quæst. 1101. num. 2. Bordon. oper. var. dicto tit. de Legat. cap. 6. numer. 127.* 23 *& seqq.* & facit quoque *Card. de Luca de Donat. disc. 24. num. 9.*

Quibus addirur, qood tali solemnitate deficieote, actus consideratur imperfectus, & est locus pœnitentiæ, ac revocabilis tam ex parte Donantis, qoàm Donatarii. Ex parte Donantis congruam adducit rationem *Pasqua-* 24 *lig. de Sacrific. Missar. quæst. 1109. num. 3.* his verbis *Quia consensus, seu licentia præfata nou requiritur, uti simplex consensus, sed uti consensus authorizans &c. Quando autem consensus requiritur, uti authorizans, requiritur ad validitatem actus, juxta ea, quæ tradunt Abbas &c.* Consensus eorum, & licentia Superiorum in his casibus, tanquam de forma, requiruotur ad aothorizandum, & convalidandum ipsum actum.

Ex patte verò Donatarii, seu Conventus pro actus validitate requirebatur ulterius licentia io scriptis danda, qua deficiente, de plano sequitur, quod prædictus contractos ad nihilum suffragatur, ut egregiè prosequitur 25 idem *Pasqualig. eodem tractat. quæst. 1110. per tot.* signanter *num. 4. & 5.* ibi -- *Ratio est, quia quando ex speciali dispositione legis requiritur scriptura, nou sufficit simplex consensus &c. nec habetur in consideratione, nisi de illo in scriptis constet, & dum lex inducit scripturam, tanquam necessariam pro licentia, inducit modum, & formam, servandam in concessione licentiæ &c. Ideò si non servatur, licentia erit nulla &c.*

Additurque olteriùs altera facti circumstantia, qoæ palpabili evidentia comprobat utilitatem Conventus, in eo consistens, quod dicti de Farrugia, & Abdilla, fer. fer., & acriter contradiceotibus Patribus, non unam, sed duas obtinoeruot sententias, primam, vivente, & insimul se oppooente ipsomet Valerio Donatore, & aliam, eo defuncto, contra Conventum, & illius Religiosos. Si autem recessus à lite in ipso sui initio reputatur, & est magna utilitas, juxta *Textum literalem in leg. In summa 65. ff. de condict. indeb.* ibi -- *Nam si lis fuerit, hoc ipso, quod à lite disceditur, causa videtur esse*, ubi 26 *Gloss. verb. Nulla, & alia Gloss in cap. penultimo verb. Restituam de empt. & vendit.* ibi -- *Eo ipso quod à lite receditur magnum commodum est.* Et de solo timore futuræ litis, quod ille dicatur justa causa transigendi, habemus *Textum in leg. 2. Cod. de Transact.* quem sequi- 27 tur *Rota dec. 328. num. 23. coram Peuting. & dec. 107. num. 7. par. 15. recent.* Quanto magis idem commodum eademque utilitas adesse dicitur, mediante recessu, non à lite futura, minusque in illius ioitio, sed post duas contrarias Seotentias, idque cum tali, tantaque utilitate Conventus ex supra animadversis.

Additur demum illa alia non minus stringens, neque minus legalis, & fundata reflexio, quod prædicta Do-

natio

natio in omoem casum non esset utilis, sed summoperè damnosæ Religiosis, habito respectu ad onera, illi adjecta, quoties iidem Religiosi tenentur sumpribus propriis lites substinere, eo quia auouus tedditus bonorum donatorum vix ascendit ad scut. 88. monetæ Melevitanæ: Conventus est pauper, & io casu succumbeotiæ, quæ consideratur quasi certa, non solùm amitteret expeusas, jam factas, sed etiam reficete tenetur expensas

28 Parti victrici; Sicque totum amittere deberet, & tameo absque olla lite, & dispendio, mediante dicta Concordia, Patres recipiunt ex munificentia, & largitione eorumdem de Farrugia, & Abdilla summam scutorum mille monetæ Melevitanæ, & proindè utilitas reputatur undique evidens; Præcipuè quia census, in donatione descripti, sunt inexigibiles, Debitores decocti, unus ex Locis Domorum pertinet ad Nepotes; prout etiam ad eosdem spectat pars Terrarom, & alia pars obligata pro debitis, & dotibus; ooa cum interusuiis, juxtà tenorem uuius ex dictis Sententiis, servatis omuibus servaudis, latæ à Vicario Curiæ Episcopalis Melevitanæ.

Pro quorum omniom faciliori admissione nimis etiam urgere videtur fundatum Judicium omnium illarum qualificatissimarum Personarum, quæ merita præsentis Causæ considerarunt, nimirùm Commissarii Religiosorum, Vicarii Capitolaris, Episcopi Melevitani, &

29 Eminentissimi D. Cardinalis Columnæ, qui omnes onisona cousonantia, & uno, eodemque calamo pro vetitate, & conscientia de eorum judicio requisiti asserueruot Transactionem, de qua est quæstio, esse nimis utilem, & æqualiter proficuam Religiosis, & proindè illam confirmationem mereri.

Quibus positis, & admissa clara nullitate dictæ donatiouis, ex eo, quod ad formam transactionis Patres vecipiant ex mera monificentia eorundem de Ferrugia, & Abdilla summam scutorum mille, non videntut iidem Religiosi gravaodi onere celebrationis aliquarum Missarum, ea ratioue, qoia talem summam non recipiunt virtute, seù in executionem donatiools, oullitate evidenti, ut supra laborantis, ot medio juramento decla-

30 ravit ipsemet Donator, qui de reliquo ordinaverat ex redditibus bonorum, & effectuom in donatione contentorum, Douatarios celebrare debere tot Missas cum eleemosyna tarenorum quatuor monetæ Melevitanæ pro qualibet Missa, constituentium obuios decem, & novem monetæ Romanæ: Et proiudè planum videtur, quod pro annuo redditu scut. 55. 70 percipiendo ex dicto capitali ex mera gratia, & innegabili munificentia eorumdem de Farrugia, & Abdilla, quibus ita placet de eorum rebus disponere, illasque Religiosis absque onere Missarum donare, ad ullam Missarum celebrationem teneri non possunt ex huc usquè aoimadversis.

Dum hæc imprimuutur Causa pendet indecisa.

DISCEPTATIO XIV.

Camerinen. Canonicatus

PRO

Canonico Josepho Sacchio

CUM

Canonico Petto Massuccio

ARGUMENTUM.

Canonicus, renuncians Canonicatum suæ Ecclesiæ cum Pensione, an possit deinde alium Canonicatum in eadem Ecclesia obtinere, ad exclusionem Beneficiati, eidem Ecclesiæ actualiter inservienti, quando vacat secundus Canonicatus, attenta dispositione Testatoris, quòd in provisione Canonicatuum præferantur illi, qui eidem Ecclesiæ inserviunt.

IN Controversia, quæ pendet in Episcopali Curia Camerinen. inter Josephum, Canonicum Sacchium, & Canonicum Petrum Jacobum Massuccium, circa unum

ex duodecim Canonicatibus anno 1632. per q. Jo: Jacobum Baldinum Urbani VIII. Medicum (de quo honorificam faciunt meotionem *Mandos. in Theatr. Medic. Pontific. fol. 124. & Card. de Luc. de Canon. disc. 32. in principio* in Collegiata Ecclesia Apiri ejus Patria institutis, Jura ejusdem Canonici Sacchii adeo clarè, adeoque solidè adducta fuerunt per ejus Defensorem in partibus, ut nihil addi posse videatur ejus doctissimis Scriptis. Nihilominus ad hoc, ot repetitis instantiis in hac parte mihi inculcatis pro veritate, & conscientia satisfaciam, aliqua breviter illius favore reassumendo. 1

Suppono facti seriem in eisdem Scripturis expositam, juxta quam omni consideratione digna videntur verba illa pii Fundatoris d. Collegiatæ, & Canonicorum, quibns respectu sex ex dictis duodecim Canonicatibus reliquit quidem Jus nominandi ad Canonicatus, pro tempore vacautes, non aotem quoscumque Clericos, sed restrictivè Personas d. Ecclesiæ inservientes seù onom ex octo Beneficiatis, ab ipso pariter in eadem Collegiata superadditos in Testamento, condito anno 1655. ibi. *Cum onere tamen præsentandi ad Canonicatus, pro tempore vacantes, Personas d. Ecclesiæ S. Urbani illiusque Choro inservientes, quibus Canonicatus, & Prebendæ prædicti affecti existant, si habiles tempore vacationis fuerint, sin minus alias sibi benevisas.* 2

Ex quibus resultat clarum, bonum Jus assistere pro consequutione Canonicatus, vacati anno 1721. Canonico Josepho Sacchio, tunc temporis actualiter inservienti d. Ecclesiæ S. Urbani, illiusque Choru, tanquam unus ex illius Beneficiatis, & eodem tempore resultat æqualis claritas circa exclusionem Canonici Massuccii tuoc eidem Ecclesiæ uullatenus inservientis, ex quo usque ab anno 1713. alium Canonicatum, quem in eadem Collegiata obtinebat, resignavit ad favorem Canonici Mercurii Moriconi, cum annoa Pensione sc. viginti quinque ad sui favorem, seque ad habitandum contulit ad Castrum Fidardum, ejus Patria. *Eo quia Beneficium adjudicandum est ei, in quo concurrunt qualitates, à Fundatore præscriptæ, etiamsi ac Patronus nominatus non fuerit*, sunt verba *Rot. in Cremonen Beneficii 2. Maii 1718. §. Decuit coram Lancett.* impressa apud *Fagnan. de Jurepatr. tom 3. fol. 323.* cum concordantibus ibidem cumulatis, aliisque facili negotio cumulandis, cùm sit propositio, ono ore recepta ab omnibus Canonistis, & Beneficiaiistis, & quotidiè Collegialibus Tribuoalibus, & præcipuè à Rota canonizzata. 3

Ad evitandum vim hujus communissimæ opinionis ex parte Massuccii duo objiciuntur. Primum, quod sibi præjudicaverit Canonicus Sacchius intra decem dies non appellando à d. prælectione Canonici Massuccii ad terminos *Text. in cap. Concertationi de Elect. in 6.* multa in hac parte supponendo circa notitiam ejusdem Canonici Sacchii, tam respectu dispositorum in fundatione Canonicatuum, quàm respectu necessitatis appellandi juxta decenium à dict. prælectione Massuccii. Secundum verò, quod in omnem casum verba Fundatoris Canonicatuom ita sumenda sint, ut habilitas novi Canonici sumenda sit unita cum actuali servitio Ecclesiæ, & Chori, itaut si talis habilitas non concurrat in uno ex Aspirantibus ad Canonicatum, actuale servitium Chori, & Ecclesiæ, illi nou suffragetur, gratis ubique supponendo in nostris terminis, quòd talis habilitas non coucurrat io Canoníco Sacchio. 4

Cùmque, ac utrum ex hujusmodi objectis sobsistat, vel relevet, meritò Canonicatus adjudicandus videtur Canonico Sacchio. 5

Non subsistit primum; Imò ea omnia, quæ circa illud latè inculcantur io Scriptura pro Massuccio, videntur prorsus extranea à præsenti inspectione; Illa enim forsan procedere possent & locum habere, quando Sacchius fuisset exclusus à consequutione Canonicatus, qui conferri debebat per viam cauonicæ electionis, ejusque petitio rejecta fuisset, juxta præcisos terminos in quibus loquitur *d. Textus in cap. Concertationi de Appell. in 6.* Secus autem dicendum est io illis termiois (qui sunt nostri præcisi) in quibus sermo est de Jure nominandi, alicui competenti, quia cùm in hoc casu non procedatur per viam electionis, sed solius nominationis, faciendæ à Patrono, vel Patronis, in istis circumstaotiis oullate- 6

 nus

nus applicantur termini appellationis ab illius voluntate, sed urget sequens dilemma,

Aut Patronus, seu habens Jus nominandi ad Beneficium vacans, nominat illum, qui habet qualitates, à Fundatore requisitas; Et res caret omni difficultate. Aut verò nominat alium, non suffultum requisitis, in Fundatione præscriptis; Et taliter indebitè non admissus, & habens requisita à Fundatore præscripta, absque ulla contradictione semper admittendus est ad Beneficium, eo quia dicitur vocatus ab ipso Fundatore, cui nullum præjudicium afferre potuit injustus dissensus Patroni, & nominatio alterius, in quo non concorrant requisita, in Fundatione præscripta, ex authoribus su-
7 pra citatis, quibus addi possunt alii, sequuti *à Rota in Perusina Cappellaniæ 11. Martii 1718. §. Perlecta coram Lancetta*.

8 Procedit ulteriùs dispositio d. *Text. in c. Concertationi de App. in 6.* quando Beneficium ex aliquo capite non remanet subjectum Apostolicis affectionibus seu Impetrationibus, secus verò quando hoc verificatur, quia tunc sicuti idem Beneficium ab Apostolica Sede impetrare posset quilibet habilis ad illud consequendum, & multò magis unus ex illis, quorum respectu concurrunt requisita Fundationis, etiam si à Patronis, neque cognitus, neque nominatus fuerit, ita illud impetrare non prohibetur ille ex Concurrentibus, qui injustè à Patronis ex-
9 clusus fuerit, *qui re* (sunt verba *D. Piton. de Controv. Patr. alleg. 56. num. 16.*) *habet duas vias, alteram obtinendi in Dataria Gratiam Apostolicam pro qualificato, & alteram se apponendi coram Ordinario &c. petendo sibi dari institutionem, tanquam passivè vocata*, & punctualiter observat *Passerin. in d. cap. Concertationi num. 8.* his verbis. *Notandum septimo, quod exclusus ab appellando per lapsum decem dierum, non per hoc est exclusus ab aliis remediis, quæ sibi competunt &c.*

Dum igitur Sacchius elegit primam viam obtinendi
10 Canonicatum à Dataria, illumque à Papa gratiosè obtinuerit de Mense Augusti 1724. nulla in hac parte remanere videtur difficultas, quin Canonicatus eidem Sacchio omnino adjudicandus veniat ex supra citatis.

Ejusdem insubsistentiæ est secundum objectum. Quia servitium Ecclesiæ, & Chori, à multis annis per Sacchium præstitum in munere Beneficiati, & actualiter illi inserviente de tempore vacationis Canonicatus, non
11 possunt in dubium revocari, illiusque habilitas ad continuandum idem servitium in figura Canonici, æquè notoria, ac innegabilis est, & de illa testis, omni exceptione major est Reverendissimus Episcopus, ut refertur in Bulla collationis Canonicatus, ibi: *Nos eidem Josepho, qui testimonio Ordinarii de vita, & moribus prædictis, & etiam de idoneitate commendatur*. Quanta enim fides danda sit in hac parte Ordinariis, ex illa verisimili scientia, quam præsumuntur habere de qualitatibus suorum Subditorum, nemo ignorat, & obser-
12 vant adducti *per Bertacchin. Vot. decis. 100. numer. 56. & Rot. decis. 14. numer. 17. coram Ansald.* cum aliis, citatis *in tom. 5. par. 1. discept. 7. num. 10.*

Neque hic intrat inspectio æqualis, vel majoris habilitatis Massuccii, qui aliàs in figura Canonici eidem Ecclesiæ inservierit; Omissa siquidem inter utriusque Collitigantes odiosa comparatione æqualis, vel majoris habilitatis, strictè observo, quod dum in illo deficit actuale servitium Ecclesiæ tempore vacationis Canonicatus, sola illius habilitas in concursu Sacchii, habilis, & simul actualiter inservientis, in nulla prorsus
13 consideratione habenda est, juxta magistralem *decis. Corr. 679. n. 2.* & concordant adducti *in decis. 555. num. 8. coram Otthobon.*

Præ oculis ulteriùs habenda videtur illa facti circumstantia, quæ apud me talis, & tanti ponderis est, ut ipsa sola videatur superabundans ad excludendum Massuccium, quod ipse alium Canonicatum in eadem Collegiata obtinuit, & multo tempore possedit, quem deinde cum Pensione resignavit. Videtur proinde nimis durum, & æqualiter exorbitans prætendere hodie alium Canonicatum in eadem Collegiata obtinere, & cum majori facilitate (attenta ejus graviori ætate) illum ad alterius favorem resignare, mediante nova Pensione. Iste siquidem operandi modus non videtur lauda dignus, ideoque non permittendus, neque introducendus in nostra Collegiata, in qua æquè providus, ac pius Funda- 14
tor nihil aliud in mente habuit, quàm Dei cultum, Chorique servitium, non autem cogitavit relinquere Canonicis apertam viam plures successivè in eadem Collegiata obtinere Canonicatus, cum illa facilitate, ut Canonici post aliquot tempus frui possent in eorum Patria illius fructibus per viam reservationis Pensionis cum verificatione illius versus Virgil. *Deus Nobis hæc otia fecit*, *de quo tom. 4. p. 2. discept. 2. n. 46.*

Et ex his extranea pariter videtur inspectio, an Sacchius plenam habuerit notitiam omnium eorum, quæ continentur in Bulla Urbani VIII. qua mediante approbata fuit erectio Collegiatæ circa quam inutiliter examinati fuerunt plures Testes; Nec, non an ei nota fuerit dispositio *d. Textus in cap. Concertationi de Appell. in 6.* 15

Omnia enim ista, sicuti non erant apta ad impediendum, ne Summus Pontifex manus apponeret in Collatione Canonicatus, nulliter facta à Capitulo favore Massucci, ex quo in illo non concurrebant qualitates in Fundatione præscriptæ; Ita ex illis nullum paratum fuit obstaculum Sacchio, ne eundem Canonicatum obtinere posset ab Apostolica Sede, à qua omni Jure con- 16
ferri poterat, attenta clara nullitate prioris collationis, à Capitulo factæ, in qua sola circumstantia hujus controversiæ cardo volvitur, & resolvitur, quod scilicet cùm Canonicatus nulliter collatus fuisset Massuccio, non habenti requisita, à Fundatore præscripta, idem Canonicatus dicebatur vacare, & Pontifex illum utì vacantem potuit, & voluit conferre Sacchio, habenti omnes qualitates in Fundatione præscriptas.

IN EADEM CAUSA.

Requisitos de meo sensu in hac Causa, positusque in summis angustiis ex parte Requirentis, illum expressi in præcedenti Scriptura, *correndo la posta*, juxta id, quod sæpè evenit Advocatis in Curia, experientia teste & id observante *Car. de Luc. de servit. disc. 69. sub n. 5. & de Dot. disc. 111. num 3.* quem sequutus sui in *tom. 3. part. 2. discept. 1. §. 18. n. 40.* 17

Verùm iterum exinde revolutis Scripturis, tunc mihi communicatis, observo, quod potest objici adversus Canonicum Sacchium illius taciturnitas, & negligentia in appellando, & nullatenus recurrendo adversus præelectionem, factam à Capitulo de persona Canonici Massuccii, neque in termino Edictorum, neque intra quadrimestre, ex qua omissione, juncta innegabili scientia dict. præiationis, & exercitio functionum canonicalium, per duos, & ultra annos factarum per eundem Canonicum Massuccium, quarum aliquæ peractæ fuerunt cooperante, & assistente d. Canoni- 18
co Sacchio, dicatur sibi præjudicasse juxta firmata per *Rot. in Montis Falisci Canonicatus 25. Februarii 1718. cor. Corio, & 28. Augusti 1719. coram Lancetta* cum aliis apud *Pargn. de Jurepatr. tom. 3. p. 29. n. 6.*

Objectum autem facili negocio dilui potest, observando, Sac. Rotam, Authoresque, in eisdem Decisionibus citatos, loqui de eo, qui tanquam de genere Vocatorum coram Judice instas retractatione nominationis, & institutionis in præjudicium Juris, sibi Competentis, à Patrono factæ, & ab Ordinario admissæ, qui non sunt termini nostri casus, eoquia Canonicus Sacchius suam obtinuit Gratiam ab Apostolica Sede, ex illo Jure, quod Dataria competebat, ob non servatam pii Testatoris voluntatem, quod operabatur, ut Canonicatus diceretur vacare, juxta præcisa verba Gratiæ favore Sacchii ibi. *Adhuc uti prius vacaverit, & vacet ad præsens, & tanto tempore vacaverit, quòd ejus collatio, juxta Lateranensis statuta Concilii, ad Sedem Apostolicam devoluta existat.*

Dicebam autem in alia Scriptura, & repeto in præsen- 19
ti, quòd sicuti Papa eundem Canonicatum conferre omni Jure poterat cuicumque illum petenti, non solùm habenti requisita fundationis, sed etiam sine illis, *quia Collatio facienda certo generi Personarum non procedit in Pensionibus Apostolicis, quas sæpè vidimus ex notorio Stylo Datariæ, & Cameræ Apostolicæ, tamen deductione, quàm ex quacunque alia Causa fieri cum qualificatis* 20
Personis, sunt verba magni Practici, & æqualiter in Theorica versati *Corrad. in Choro Benefic. lib. 2. cap. 12.*

num.

num. 65. & concordant adducti *in decis. 2028. num 2. coram Coccin.* Etiamsi impetrans Canonicatum non comparuisset post illius vacationem, neque à Capitulo fuisset rejectus; Ita eundem Canonicatum vigore ejusdem Juris impetrare potuit, & de facto impetravit Canonicus Sacchius, duplicem in hac parte personam repræsentans vigore illius reduplicationis Personæ legalis, circa quam integrum edidit Tractatum *Carolus Antonius de* 21 *Luca*, & concordat *Rot. coram Ansald. decis. 55. n. 8.* Et viva ratio hæc est, quia nullum (per viam, ut ita dicam indelebelis characteria) remansit obstaculum in dicto Canonico Sacchio, instante coram Patrono, seu Capitulo, & ab hoc injustè non admisso, quod impedire poterat, ne Apostolica Sedes eidem conferret Canonicatum vacans ex jure devoluto, ob non adimpletam à Capitulo dispositionem pii Fundatoris.

Ex quibus responsum abundè pariter videtur animadversioni, quod passivè vocatus amplius audiri non possit post lapsum terminum à Jure, vel in Edicto præfinitum, & re non amplius integra retractare provisionem 22 jam executam ad terminos *Textus in cap. Quod cum consultatione 15. de Sentent. & re judicat.* Hæc enim omnia, quod diximus, & opportunè repetimus vera sunt in illis terminis, in quibus passivè vocatus judicialiter insistit coram Judice pro dicta retractatione, in quibus loquitur dict. Textus, & Authores, qui in hac parte citari possunt; Secus autem quando, ut in præsenti verificatur, passivè vocatus, omissa judiciali discussione sui Juris, eligit viam Gratiæ obtinendæ à Dataria vigore Juris devoluti, quod durat usque ad triennium post provisionem, & pacificam possessionem Provisi, & latè animadvers. *per Cardin. de Luc. de Benefic. disc. 91. numer. 1. & sequentibus.*

Et ex hac animadversione sublata pariter remanet reflexio illa incertitudinis Juris, competentis Beneficiato, 23 qui non debet toto suæ vitæ tempore esse subjectus voluntati alterius, neque inquietari ad arbitrium passivè vocati.

Semper enim verum est, quod infra triennium à die provisionis Beneficii, & pacificæ possessionis beneficiati sicuti illæsum remanet Jus Datariæ pro collatione illius Beneficii, quod adhuc vacare dicitur ob non servatam formam à fundatoribus præscriptam, ex firmatis per *Rot.* 24 *in decis. 770. num. 2. coram Seraphin. & decis. 375. nu. 9. coram Rembalda*, cum aliis apud *Garz. de Benef. quæst. 7. cap. 15. num. 10. vers. & idea collation.*

Ita illud intra idem triennii tempus semper exerceri, & ad praxim reduci potest, quibuscumque reflexionibus non obstantibus, juxta quotidianam Datariæ praxim, quæ nunquam denegat similes Gratias pro illis Beneficiis, quæ ab inferioribus Collatoribus malè collata fuerunt.

Ejusdem insubsistentiæ est pariter reflexio illa circa 25 scientiam, quam Canonicus Sacchius, vel habebat, vel habere tenebatur juris, in Canonicatu vacante sibi competenti, vigore Testamenti pii Fundatoris, & erectionis Collegiatæ, factæ mediante Bulla sanct. mem. Urbani VIII. Quod si tali scientia non obstante, non 26 solùm non reclamavit, neque appellavit à prælectione Canonici Massuccii, sed summa pace permisit ipsum Canonicatum possidere, hodie non possit amplius audiri.

Recurrit siquidem eadem fatalis responsio, quod prædicta omnia, & quot quot alia adduci in hac parte possunt, contra Datariam, nullatenus attendi merentur, nec in uno jota illius juribus præjudicant; Sicuti enim non obstante quacumque scientia juris competentis, vocatis, unita cum illorum taciturnitate, potest Apostolica Sedes Beneficia nulliter, & malè collata, & proin- 27 de actualia vacantia, conferre etiam personis extraneis ex firmatis per *Rot. in decis. 343. num. 18. par. 16. rec.* ita multò magis ad se conformandum voluntati pii Fundatoris, potest illa conferre passivè vocato, in cujus persona concurrunt omnia requisita fundationis, ut e- 28 gregiè observat *Corrad. in Prax. benefic. lib. 2. cap. 12. num. 45.* Sive autem sciat, & taceat, sive ignoret jus, sibi competens, vocatus à Fundatore non debet esse inferioris conditionis cuilibet extraneo, neque illius scientia vel vera, vel præsumpta, potest solvere à Dataria Jus illud, quod acquisivit per evidentem nullitatem nominationis, factæ à Patrono contra claram legem fundationis ex supra citatis.

Retorqueri autem ad hominem videntur ea, quæ dici possunt adversus Canonicum Sacchium, qui per talem taciturnitatem videatur tacitè renunciasse juribus sibi competentibus; Hujusmodi siquidem prætensæ tacitæ renuntiationi cum longè majori proprietate opponi potest expressa renuntiatio alterius Canonicatus, facta à Canonico Massuccio. Illa enim in facto integraliter supposita, sicuti ipse prætendit; ut non debeat dari re- 29 gressus Canonico Sacchio ad jura tacitè, ut supra, abeo, ut prætenditur renunciata. Ita eo magis hoc verum erit & dari non debet regressus dicto Canonico Massuccio ad nostram Ecclesiam Collegiatam in figura Canonici, cujus Canonicatum undecim ab hinc annis cum pensione renunciavit.

Quæ omnia mihi videntur juri consona, & tamen si aliquod in hac parte, vel minimum remaneret dubium urgere videtur sequens dilemma, quod nullam admittit criticationem.

Aut sermo est de qualitatibus, appositis à Fundatore, respicientibus personam, & favorem Beneficiati, & tunc isto non comparente in termino, vel in Edicto Ordinarii, vel non prosequente defensionem Juris, sibi competentis, nullatenus admissi ab habente nominandi facultatem, & aliqui Doctores credunt, quod collatio, 30 uti respiciens favorem solius Personæ qualificatæ, qui suo favori renunciare potest, non sit nulla, & consequenter impetrari non possit à S Sede.

Aut verò (sunt verba D. Pitonii) pro veritate suum fundatissimum Consilium Clienti dantis in *discept.* 31 *Eccles. 22. numer. 39. Qualificatio Vocati respicit favorem Ecclesiæ, seu Beneficii, ut exempli gratia, quando vocantur Graduati, Doctores, Theologi, & similes, quo casu favor Ecclesiæ est, ut Beneficium provideatur de Personis melius, & magis idoneis, & in his terminis dicebam, posse impetrari, si Provisio sequuta foret in personam non qualificatam, ea ratione, quia collatio necessariò facienda est Qualificata, nec aliter facta valet, etiam si nullus qualificatus petierit sibi conferri*, quæ repetit *de controvers. Patronor. allegat. 1. num. 18. vers. excepto casu*, & concordant adducti à *Garzia de benefic. p. 7. cap. 15. num. 10.* ubi notabiliter addit, quod in hoc casu quilibet, etiam non qualificatus, posset petere declarationem nullitatis collationis, ibi — *Tunc enim non valeret collatio aliter facta, etiamsi nullus qualificatus peteret sibi fieri, quilibetque etiam non qualificatus posset petere declarari Collationem nullam, & à Fargna de Jurepatr. tom. 2. fol. 563. num. 1. & seqq.*

Quod autem qualitates Canonicorum, requisitæ in fundatione nostræ Collegiatæ respiciant favorem Eccle- 32 siæ, non autem Personarum, ictu oculi colligitur ex sola lectura Testamenti, & Bullæ erectionis.

Pro quorum faciliori admissione pre oculis habenda videtur reflexio illa, supra facta, & quam modò repeto adversus prætensionem Canonici Massuccii, qui cupit nundinationes, mediante acquisitione, & renunciatio- 33 ne diversorum Canonicatuum in eadem Ecclesia, non purè, & simpliciter illos renunciando, sed cum pensione annuorum D. 25. Et si talibus, tantisque pollet qualitatibus, ex ejus parte exageratis, circa quas suum locum veritati relinquimus, asserendo ulterius, ipsum majorem habere aptitudinem ad exercendas cum omni decore Ecclesiasticas functiones, quare non continuavit suæ Ecclesiæ inservire tempore magis proprio, sed prætendit hoc facere postquam, juxta Poetæ dictum, ejus felicior ætas terga vertit, tremuloque gradu venit egra senectus; Iste siquidem operandi modus digito ostendit, contrariam prætensionem non habere pro fine majus Ecclesiæ servitium, minusque majorem divinum cultum, sed aliquid aliud, consultò hic omittendum, & ex præmissis facile coguoscendum, ut in simili benè observat *Rot. dec. 112. n. 23. par. 16. rec.* asserens non fuisse admissam similem prætensionem.

Concludo proinde cum verbis Decii *cons. 390. in fin. Si Causa esset mihi commissa procul dubio ita judicarem*; Prout ita judicavit Curia Episcopalis Camer. anno 1725.

DISCE-

DISCEPTATIO XV.

S. Marci Juris eligendi

PRO

Confraternitate SS. Crucifixi Belvederii

CUM

Promotore Fiscali Coriæ Episcopalis S. Marci.

ARGUMENTUM.

Jus eligendi Officiales in laicalibus Confraternitatibus privativè spectat ad Confratres. Post tertium verò inutile Scrutinium, illud devolvitur ad Episcopum. Excommunicatio, lata post legitimam appellationem, quando sit nulla.

QUamvis Confraternitas Sanctissimi Crucifixi, olim Sanctæ Mariæ Pietatis Belvederii, Diæcesis S. Marci, ab anno 1599. usque ad præsens semper extiterit in pacifica possessione eligendi suos Officiales singulis quatuor mensibus, juxtà ejus particulares Constitutiones approbatas ab Ordinario; & datas in Sommario [1] Adhùc ex improviso modernus Episcopus sub prætextu, quod in Visitatione per eum facta in loco Belvederii, ejus Diæcesis, propter defectum Officialium, & negligentiam Confraternitatis in eligendo, sibi reservaverat Jus eligendi, tamquam sibi devolutum, devenit ex abrupto ad Officialium electionem per annum duraturam, & sic contra dd. Constitutiones demandantes durationem per quatuor tantùm menses, eosque decrevit fore per Confratres recipiendos.

Quia verò Confratres prævià solità intimatione, concordi omnium suffragio alios Officiales tempore congruo elegerunt, ad normam dictarum Constitutionum, nempè subrogando loco Præfecti primum Assistentem, [2] & loco istius secundum Assistentem, cæpit Episcopus prætendere devenire ad affixionem Cedulonum contra prædictos Confratres, prout reverà non obstante appellatione per eos legitimè interposita, curavit illos affigi, declarando dictos Confratres excommunicato, sub eo prætextu, quod illi noluerunt desistere ab exercitio eorum Officii, neque obtemperare Officialibus per ipsum Episcopum electis.

Devoluta proinde Causa ad hanc Sacram Congrega- [3] tionem, obtentaque absolutione per tres menses à Centuris cum reincidentia, necnon concordatis dubiis, de quibus in fine supplices petunt favorabili Dictorum dubiorum resolutionem.

Quoad primum dubium videtur rescribendum Affirmativè, dum Jus eligendi Officiales spectat privativè ad Confraternitatem, ea ratione, quia cùm non dubitetur de legitima illius erectione, habeatque particulares Constitutiones ab Ordinario anno 1599. approbatas, quibus sancitur, quamcumque electionem pertinere dumtaxat ad ipsam Confraternitatem, ibi: *L'elezione dell' Assistente, come ogn' altra elezione, e cosa della Congregazione spetterà solamente alli sudetti Offiziali* sir cia- [4] rum, quod non licebat Episcopo se ingerere in electione Officialium, sed illa privativè erat facienda à Confratribus, Episcopus enim nullam facere valet electionem Officialium Confraternitatum, sed illa privativè spectat ad Confratres, ut advertit *Francesc. de Eccles. Cathedr. tit. de Confratern. ca.25. num 284.* & priùs *num. 278. & seqq. Monacel. tom.1. titul.6. fol.154. num. 24.* ibi: *Officialium electio liberè ad Confratres pertinet*.

Absque dubio in præsenti, attenta observantia per centum, & ultrà annos, ab anno scilicèt erectionis Confraternitatis 1599. usque ad præsens, in quibus semper Confratres liberè, & privativè quoad Episco- [5] pum, electionem Officialium peregerunt, ex quo sequitur, quod cum favore Confratrum adsit centenaria, præsumatur quoad hunc effectum quodcumque privilegium, & melior titulus de Mundo, ex animadversis per *Altograd. cons.3. num.4. & seqq. Rot. coram Bich. decis. 169. n. 5. & seqq. & in recent. dec.155. n. 8. part. 16.*

Non obstat assertiva Episcopi, quod in ejus Visitatione per decretum sibi reservaverat tamquam devolutum d. Jus eligendi ob defectum Officialium, & negligentiam Confraternitatis in eligendo; Quia nullibi docetur de dicto decreto, prout omninò doceri debet, cum sit fundamentum contrariæ intentionis, ex firmatis per *Rot. dec.1085. num.12. & dec.1261. num.4. coram* [6] *Penia*; De jure siquidem nemini creditur in causa propria, quamvis constituto in apice excellentis dignitatis, dum omnibus in re propria dicendi Testimonii facultatetem jura submoverunt, sunt verba *Text. in l. Omnibus Cod. de Testibus*, & loquendo in specie de Episcopo notabiliter monuit *Div. Augustin. in Can. Non omnis 2. qu.7.* ibi: *Non omnis, qui dicit pax vobis, quasi columba est audiendus*: & in terminis assertionis Archiepiscopi, & electoris Trevirensis *Bula in Colonica Ma-* [7] *trimonii 19. Januarii 721. §.1. coram Falconerio* ibi: *Et quamvis DD. non dubitassent de eximia ejusdem, Episcopi integritate, nihilominus, quia Trevirensis Curia in Causa judicavit, à literali Juris Canonici sanctione sibi ipsi præclusam dederunt Viam credendi Judicum attestationibus ex dispositione Textus &c.*; & effectivè in locis, ubi solent affigi decreta Visitationis, nunquam illud fuit affixum.

Ex his pariter *negativè* resolvendum videtur secundum Dubium: *An jus eligendi fuerint devolutum Episcopo* Prætendit enim Episcopus jus eligendi fuisse sibi devolutum ob defectum Officialium, & negligentiam Confraternitatis in eligendo, sed hoc assumptum exadversò non probatus, prout omninò probandum esset ex supra allegatis, quinimò quatenus per possibile probaretur, non relevaret, quia negligentia unius, vel alterius ex Officialibus, præjudicare non potest universæ Confraternitati, tollendo à toto corpore facultatem, & jus eligendi, dùm potest provideri cum remotione defectuosi Officialis, quod proprium, & consonum fuisset vigilantiæ Episcopali, non autem prætendere sibi fuisse devolutum jus eligendi, & sub tali prætextu de- [8] venire ad electionem, spoliando suo jure Confraternitatem contra claras Constitutiones, decernentes privativam favore Confratrum, ut, ultrà allegatos, probat *Gavant. in Manual. Episcoporum verb. Confraternitates num.11.*

Allegat etiam Episcopus pro causa prætensæ devolutionis juris eligendi ad ejus favorem, quod exortæ fuerint nonnullæ scissuræ inter Confratres, sed istæ partes non probantur, imò contrarium nos justificamus, quatenùs assertiva Episcopi per malam hypothesim verificaretur, adhùc nunquam devolueretur Episcopo fa- [9] cultas eligendi, nisi ad omne pejus postquam factum fuerit tertium scrutinium, uti resolvit hæc Sac. Congregatio *in Senogallien. 4. Junii 1701. lt. 51. Decr fol. 239*

Cùm non agatur de aliquo munere, seu Officio Ecclesiastico, aut collativo, sed de ministerio œconomico Confraternitatis, nulla unquam de jure datur devolutio, etiamsi Confratres fuerint discordes in electione post tertium scrutinium, ut in fortioribus est *Text. in c. Ex parte Asten. de Concess. Præben.* ubi Papa declaravit nullam provisionem Episcopi factam jure devoluto, dum non intrabat devolutio ex qualitate Beneficii, & quod [10] discordia non obstante post plura scrutinia, adhùc non detur devolutio ad superiorem notant *Lotter. de Re Benef. lib.3. qu.17. num.105. 106. & 195. Passerin. de Elect. c. 19. Gonzal. in cap. Ecclesia vestra numer. 5. vers. Iterandum de Elect. Rot. in Albaricen. Canonicatus 10.* [11] *Maii 1700. §. Authoritates coram Molines*, & plenè *Piton. discept. Eccles. 4. nu. 38.* Ea ratione, quia non reperitur in jure scripta hujusmodi pœna, ut quando electio non concluditur in secundo, & tertio scrutinio, debeant Eli- [12] gentes incurrere pœnam privationis facultatis eligendi, nam de jure licitum est Collegio iterare millies electionem, donec concludatur, ut probant *à Spiritu Sancto Oper. Moral. tract.5. disp.2. sect.2. num.41. & Passerin. de Elect. cap.19. num.29.*

Insuper prætendit Episcopus sibi esse devolutam electionem, tanquam factam à Confraternitate sine licentia, vel interventu Vicarii Foranei. Sed statim corruit motivum, dum eo ipso, quod Confraternitas reperitur legitimè erecta cùm suis particularibus Constitutionibus [13] confirmatis, habet jus se congregandi totiès, quotiès sibi placuerit absque ulla licentia, vel interventu Superio-

perioris, ejusque Vicarii, aut Delegati, ut in specie probant *Pellizzar. in Manual. tom.2. tr.8. cap.5. sect.6. nu.282.* ibi: *Ad quæ se entendat potestas Confraternitatum, respondetur se entendere &c. ad liberè congregandos Confratres, ac ad deliberandum sine Episcopi licentia*: ut Sacra Congregatio 14 Augusti 1584. respondit &c. *Donat. in prax. to.3. tr.8. de Confraternit. q.35. numer. 1.* ibi: *Quartò potest liberè sine licentia Episcopi congregare Confratres*: & latè discusso articulo *Monacell. in Formular. part. 1. titul. 6. num.17. cum pluribus seqq.*

Neque attendi meretur authoritas *Pignatelli, consult. 128. per tot. tom 9.* quia loquitur contra expressam resolutionem Sacræ Congregationis Episcoporum, *in Nullius Putignani 21. Augusti 1584.* relata à *Pellizzario*, & *Monacell.* ubi proximè; Ac etiam, quia examinatis omnibus deductis per *Pignatel.* latissimè eum refellit, 14 & reprobat *Monacel. ubi supra numer. 18.* ibi: *Verùm Pignatelli opinionem nunquam sequi volui, nec sequendam alios consulam*: & *num.19. cum seqq.* ubi respondet ad omnes rationes à *Pignatell.* adductas, & te-15 statur hanc fuisse sententiam Cardinalis Petrucci in in Voto, ab eo datu huic Sac. Congregationi *in unà Pisauren. sub diebus 28. Decembris 1697. & 14. Junii* 1698. ubi decretum Episcopi moderandum esse censuit; & Sacra Congregatio Voti approbavit; Episcopi enim non habent hanc jurisdictionem se intromittendi in Congregationibus, explendis per Confraternitates Laicorum in respicientibus proprium gubernium œconomicum, dum omnis Universitas, quando est erecta, potest se legitimè congregare, absque eo, quod ullus Superior possit in Congregationibus, & Adunantiis intrare, aut se immiscere, auferendo illis suam libertatem, & nativam facultatem, quod est adeò verum, ut ipsismet Capitulis Ecclesiarum Collegiatarum, imò Ecclesiæ Cathedralis de jure habetur, quod non debeat interesse Vicarius Episcopi, aut ipse Episcopus, quando agitur de negociis œconomicis, spectantibus ad ipsos 16 Canonicos, nec tangentibus Statum universale Ecclesiæ Cathedralis, ut probant *Castrop. Oper. Moral. tom. 1. tract. 3. disput. 1. num. 25. vers. Ad Confraternitatem, Put. dec. 209. num. 1. & per tot. lib. 3. Ceccoper. lucubr. Canonic. lib. 4 num. 133. Rot. dec. 503. num. 5. part. 2. & decis. 112. num. 8. part. 7. rec.* ubi refert resolutionem hujus Sacræ Congregationis *in Anagnina 27. Septembris* 1606. quæ respondit: *Canonicos non teneri in Capitulo admittere si nolunt Episcopum, vel Vicarium; Quod si aliquis abusus in convocatione Capituli irrepserit, posse Episcopum tales abusus corrigere, sed non propterea convocationem Capituli ullo pacto impedire*: & *Rota in Illerden. Salutì 16. Martii 1705. §. Missa coram Muto, & in Monasterien. Canonicatus 17. Martii 1707. §. Nec relevare coram* claris. *Scotto*. Contentari igitur debet Episcopus illa jurisdictione, quæ sibi tantùm competit, scilicet visitandi, & exigandi redditionem rationis à nostris Confratri-17 bus juxtà dispositionem *Consilii Tridentini sess. 22. cap. 7. de reform.* non autem prætendere jus eligendi per devolutionem, & sic ponere manus super iis, quæ sibi de jure non competunt ex allegatis supra.

Remanet tertium Dubium: *An Censuræ substineantur*, quod videtur negativè resolvendum: tam attenta illarum nullitate, quàm injustitia. Nullitas est palpabilis, quia præscindendo non præcessisse declarationem incidisse Confratres in excommunicationem, & exindè supervenisse decretum pro affixione Cedulonum, ut fieri debebat, Episcopus devenit ad fulminationem Censurarum, & affixionem Cedulonum die 28. mensis Januarii 1724. non obstante repetita appellatione ad Sanctam Sedem interposita die 7. dicti mensis Januarii. In quibus terminis certi juris est, quod Episcopus nullo modo poterat procedere ad affixionem Cedulonum, præcipuè quia citatio facta Confratribus erat sub his verbis ibi: *Ad dicendum causam, quare non debeant excommunicari*: Quid quid esset quatenùs fuisse concepta sub 18 aliis verbis ibi: *Ad dicendum causam, quare non deberent declarari incidisse in excommunicationem*: *Felin. in cap. Cum non ab homine num. 12. de Judic. & Duen. in regul 42. num. 8. Fagnan. cap. Super eo 12. num. 49. & 50. de Appell.* ibi: *Quamvis enim regulariter in judicio non detur appellatio à futuro gravamine &c. Tamen hoc fallit, si comminatum gravamen sit irreparabile, qualis est Censura &c. Quamobrem citatus ad dicendum causam, quare non debeat excommunicari, potest appellare, & Ordinarius debebit huic appellationi deferre &c. secus est, si quis citetur ad dicendum causam, quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem &c. Quam differentiam inter comminationem declaratoriæ excommunicationis jam latæ &c. sæpius probavit Sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpres.*

Injustitia itidem est clarior, dum causæ expressæ in Cedulonibus fuerunt illæ, quod Confratres noluerunt desistere ab exercitio Officiorum, & obedire Officialibus ab Episcopo jure devoluto electis, ut patet ex lectura dictorum Cedulonum; Quo circà dum, ut plenè supra probavimus, Episcopus non poterat devenire jure devoluto ad electionem Officialium, sed illa omninò privativè spectabat ad Confraternitatem, indubitata est in jure, quod idem Episcopus non poterat Censuris adstringere officiales electos à Confratribus ad dimittendum eo-19 rum Officium, & insimul patere Officialibus ab Episcopo electis *in cap. Sacro 46.* & ibi *Gloss. & Abbas num. 12. de sent. excomm & ca. Cum contingat 36. num. 4. & 5. de Offi. & potest. Judic. de leg.* quos sequitur *Rot. dec. 152. nu. 3. part. 14.*

IN EADEM CAUSA.

JUs eligendi Officiales, tam de Jure communi, quàm attentis Constitutionibus nostræ Confraternitatis, privativè spectat ad illius membra, seu Confratres, ut 20 de Jure recognosci potest *en leg. 1. §. Solent, & leg. Observare Cod. de Decuriorib. lib. 10.* & observant *Card. de Luc. de Præemin. disc. 31. num. 5. & 29. num. 10. & Rot. coram Cerr. dec. 187. num. 7. & 8. in Ravennaten. præt. Aggregationis 7. Junii 1717. §. Frustrà coram Ansald.* Et de nostris Constitutionibus docemus in Summario quæ, tanquam Leges particulares, puntualiter servandæ sunt, ut sancivit *Clemens VIII. in Const. 60. §. 23.* ibi: *In Su-21 periorum, & Officialium omnium electionibus forma, præscripta à Sac. Concilio Tridentino, & Ordinis Constitutionibus inviolabiliter servetur*, & notant adducti *per Barbos. Vot. dec. 106. num. 6.*

Quibus non adversantur idem *Barbos. de Potest. Episc. alleg. 75. num. 14. Panimol. dec. 12. adnot. 5. num. 34. Pignatel. consul. 47. num. 7. tom. 2. & Concil. Rom. tit. 23. c. 1.* Quia in illo nihil aliud præscribitur, nisi, quòd Episcopi, juxta Concilii Tridentini sanctiones, Sodalitates Laicorum visitent, & ab illius Administratoribus rationes exigant. Dicti verò Authores nihil aliud asserunt, nisi quod Episcopi in pii Sodalitio abusus, si qui adsint, tollant. Quæ omnia non negamus competere Episcopo; sed dicimus, illi non competere Jus depu-22 tandi Officiales, quod illud privativè spectat nostris Confratribus ex latè adductis ab *Episcopo Bassio in ejus novissimo Text. de Sodalit. q. 14. num 10.*

Admittuntur hæc in contraria Scriptura, ubi, transitum faciendo ad secundum dubium, asseritur id procedere, quando Confratres concorditer suos Officiales eligunt; Secus verò, illis dissentientibus, quo casu prætenditur Jus eligendi devolvì ad Episcopum, citando 23 *Monacel. in Formul. to 1. tit. 6. form. 11. nu. 24.*

Cathegorica autem responsio desumitur ex sola recognitione, & lectura ejusdem Authoris, cujus verba sunt hæc: *Officialium electio liberè ad Confratres pertinet, confirmatio autem ad Episcopum &c. Imò & electio ad eandem pertinet, si Confratres non concordent post tertium Scrutinium.* Circa quod habemus punctualem resolutionem hu-24 jus Sacr. Congregationis *in Senagallien. 4. Junii 1701.* in qua post tertium Scrutinium dumtaxat, non concordantibus Confratribus, resolvit Jus devolvi ad Episcopum.

Cùmque hoc non verificetur in facto, in quo duo innegabilia sunt. Primum, quòd Confratres in primo scrutinio omnium Votis, concorditèr elegerunt suos Officiales, Secundum verò, quòd asserta electio, facta ab Episcopo, & posterior electione Officialium, ut cantat Edictum ejusdem Episcopi, datum in contrario Summario ibi. *Tenore præsentis Edicti notum sit &c. qua-25 liter tempore Sanctæ Visitationis justis de causis &c. per Illustris. D. Episcopum fuit mandatum*, ut, nulla ratione habi-

habita electionis Officialium, ejusdem, per Confratres habitæ, *procederetur ad novam Electionem eorundem Officialium per d. Illustrissimum Episcopum, qui &c. maturè consideratis &c. illi visum fuit eligere Personas, in calce notandas, pro Officiis, adnectendis respectivè*, ad annum duraturas. Affirmativa resolutio primi dubii, & negativa secundi videntur in Jure solidè innixæ dd. receptis propositionibus supra punctualibus authoritatibus comprubatis.

Quibus jungitur alia patentissima injustitia d. electionis, factæ per Episcopum, duraturæ ad annum, eo quia in nostris Constitutionibus expresse demandatur, *Che tutti li Officiali della Congregazione tanto il Prefetto, quanto li altri, non debbano durare nell' Offizio loro più, che quattro Mesi, e, finito d. tempo, si abbiano da eleggere li altri*. Et propterea ex hoc etiam capite d. electio, facta per Episcopum, nullo modo sustineri potest, quia in illis casibus, in quibus intrat devolutio Juris eligendi, qualis non est noster, illa intelligitur, & exerceri debet pro

26 illo tempore, pro quo competebat illi, per cujus negligentiam prætenditur devoluta, ex adductis *in dec. 665. n. 17. & 18. part. 18. rec.*

Ea, quæ gratis ubique asseruntur his verbis. *Cùmque electio judicata fuerit impossibilis ex dissidiis inter Electores, Rev. Episcopus devenit ad electionem dd. Officialium*, sunt meræ exaggerationes, absque ulla facti assistentia, & colorati prætextus privandi Confratres Ju-

27 re eligendi Officiales, sibi competente. Quia electio prædicta, ab Officialibus facta, non solùm non fuit impossibilis, sed summa pace ad praxim redacta à Confratribus, ser. ser. in unum coadunatis, ex supra animadversis, & probatis in Summario.

Non subsistit pariter in facto assertio illa, quòd plures, & plures Nobiles, & pii Confratres recursum ha-

28 buerint ad Episcopum pro facienda d. electione, juxta gratuitas assertiones illorum affectatorum Testium, quorum simplex Fides, præterito mense exarata, data fuit in contrariu Summario. Cùm enim non sine mysterio dicti ultronei, & affectati Attestantes neminem specificaverint ex dd. Confratribus, à quibus id, asserunt, audivisse, applicatur nobilis illa animadversio *Card. Pallavicin. nell' Istor. del Concil. lib. 11. cap. 16. numer. 7.* ubi similem modum qualificat *per maniera eccellente per non poter' essere convinto di falsità*. Nec non applicatur

29 conclusio, uno ore à DD. recepta, quòd Testis, deponens de auditu, & non specificans illos, à quibus audiverit, nihil probat *Ancharan. in cap. Licèt Causam numer. 4. de Probation. & Rota dec. 348. n. 1. p. 2. & dec. 304. num. 4. par. 14. rec.* ibi. *Deponunt de audita, non exprimendo à quibus audiverint &c. & propterea nullum gradum probationis constituunt*.

Remanet tertium dubium, cujus negativa resolutio Innititur solidis Juris principiis, quòd Excommunicatio, lata ab homine, est insanabiliter nulla, quando

30 lata fuit post legitimam appellationem, *Textus est literalis in can. Sententiæ 11. quæst. 3.* & notant *Gloss. verb. Timenda est, Sperell. decis. 48. num. 7. Marchant. in Tribunal. Sacrament. tract. 4. tit. 1. sect. 2. quæst. 2. concl. 1. Panimoll. decis. 96. adnot. 2. num. 4. & Rot. dec. 1533. num. 1. & seqq. coram Coccin.* ubi, quòd non adest minimum dubium, quin evidenter nulla sit Excommunicatio, lata post appellationem; Et resolvit hæc *Sac. Cong. in Lauden. Consurarum 4. Septembris 1700. lib. 50. Decr. fol. 683.* de qua *in Tom. 2. p. 2. disput. 8.* Atque habemus in hac parte celebre illud dictum *S. Bernard. epist. 156.*

31 *ad Innocent. II.* inter ejus Opera *fol. mihi 1533.* ibi. *Etiam post appellationem tui nominis ausi sunt exercere*.

Nulla habita ratione, quòd Episcopus circa electionem Officialium processerit in Sancta Visitatione. Præscindendo enim ab iis, quæ concernunt morum correctionem, in aliis rebus, & materiis nullam habentii Episcopi facultatem tempore Visitationis non servandi ea, quæ de Jure servanda sunt. In quibus circumstantiis etiam à Decretis, in Visitatione factis, semper da-

32 tur appellatio, ut notant adducti *à Card. de Luc. de Regular. disc. 22. num. 2. & ad Concil. disc 5. num. 5.* ibi. *Nihilque refert ad effectum appellationis &c. an de tempore Visitationis, vel extra, id fiat; Istque error est communis, & quotidianus, quòd scilicet quando Episcopi sunt in actuali Visitatione credunt, facere posse totum id, quòd potest Papa, & fortè aliquando faciunt ea, quæ Papa facere quidem potest, sed non solet*.

Sunt autem prorsus insubsistentia ea, quæ prætenduntur expressò, ut scilicet hæc Sac. Congregatio procedat in hac Causa mediante potestate œconomica, non servando vulgatas Juris dispositiones; Ultra alias siquidem congruas responsiones, quas consultò omittimus, strictè dicimus, quod id apponitur, diametraliter, solemni illi declarationi, quæ legitur in principio cujus-

33 libet Folii. *Erit Sac. Congregatio Concilii, in qua proponentur infrascripta dubia (inter quæ numerantur nostra) juxta stylum ejusdem Sac. Congregationis de Jure resolvenda.* De Jure autem ex adductis supra primum dubium videtur resolvendum affirmativè. Secundum negativè. Et tertium negativè.

34 Die 13. Aprilis 1726. propositis in Congregatione Concilii tribus sequentibus dubiis.

35 I. *An Jus eligendi Officialis Ven. Cong. Sanctissimi Crucifixi Belvederii privativè spectet ad d. Confraternitatem.*

36 II. *An d. Jus fuerit devolutum ad Episcopum.*

37 III. *An Censuræ sustineantur.*

38 Ad 1. responsum fuit *Affirmativè*.

39 Ad 2. *Præfigatur ab Episcopo terminus Confratribus ad eligendum, & quatenus non concordent in tertio Scrutinio, deveniat ad electionem Officialium, qui duret per quatuor Menses.*

40 Ad 3. *Negativè, & amplius Causa non proponatur.*

DISCEPTATIO XVI.

Castri Maris

INTER

Clerum, & Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis.

ARGUMENTI

Loco subnectuntur sequentia octo dubia.

I. *An liceat Ecclesiasticis Castrimaris proprias Causas, Ecclesiarum, Pauperum, & Miserabilium Personarum tueri in Tribunalibus Laicorum in casu &c. & quatenùs negativè?*

II. *An possint agere, & comparere per se, vel per Procuratores in dictis Tribunalibus pro eorum Causis Civilibus activis contrà Laicos absque licentia Episcopi in casu &c?*

III. *An simplices Sacerdotes cogi possint ad interessendum, & assistendum Functionibus Ecclesiasticis, fiunt in Cathedrali per Episcopum, & Canonicos ad formam Edicti in casu, &c., quatenùs affirmativè?*

IV. *An sit tolerandus Presbyter, qui sub nomine Fiscalis assistat in Choro Canonicis, & aliis de Cathedrali Divina peragentibus in Casu?*

V. *An Clerici dictæ Civitatis teneantur quotidiè assistere Divinis Officiis, quæ per aguntur in Cathedrali in casu &c?*

VI. *An ad dictam assistentiam cogi possint pœna librarum trium Ceræ, aliisque pœnis arbitrio Episcopi in casu &c?*

VII. *An simplices Sacerdotes non Confessarii, & Clerici cogi possint pœnis pecuniariis, Censuris, aliisque pœnis ad interessendum conferentiis Casuum Conscientiæ quæ fiunt in Collegio Societatis Jesu in casu &c?*

VIII. *An Sacerdotibus, & Clericis dictæ Civitatis non obligatis ad Curam, neque ad residentiam, volentibus aliò se transferre absque licentia Episcopi, teneatur idem Episcopus concedere litteras commendatitias in casu &c.*

PRimum dubium affirmativè resolvendum videtur, quia licèt Sacri Canones prohibeant Clericis, & Ecclesiasticis, etiam in minoribus constitutis, qui stipendiis Ecclesiæ substentantur, Officium Procuratoris

vel

vel Advocati exercere in Tribunali laico ad Causarum defensionem, hanc tamen prohibitionem limitant, [1] quando agitur de causis propriis, Ecclesiæ, vel Pauperum, aliarumque miserabilium Personarum, ut est *Text.* apertus *in cap. 1. de Postulan.* ibi. *Clerici in subdiaconatu, & supra in Ordinibus quoque minoribus si stipendiis Ecclesiasticis substententur, coram sæculari Judice Advocati in negotiis sæcularibus fieri, non præsumant nisi propriam Causam, vel Ecclesiæ suæ fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus fortè Personis, quæ proprias Causas administrare non possunt.* [2] Juncto *cap. tertio eod. tit.* qui Textus cum sint literalissimi non indigent fulcimento Doctorum quos citant, & sequuntur *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 40. num. 86. Nicol. in Flosc. al. in verba Postulare num. 2. Reginald. in Prax. for. pœnit. lib. 25. numer. 664 cum seqq. Leo in Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 4. n. 19. Viv. de Jurepatr. lib. 6. cap. 1. num. 112. Panimol. dec. 40. num. 54., & seqq. Gavant. in Manual. in verbo Clericus num. 2. & 3. Antonell. de Jurib., & Oner. Cleric. lib. 1. part. 2. q. 25. num. 12.*

Imò non solùm in his Causis Clerici procurare, & advocare licitè possunt, ex permissiones sacrorum Canonum, sed etiam ubi sint pauperes, nec congruam habeant substentationem, possunt in quibuscunque Causis tali officio fungi, exceptis criminalibus, ea ratione, quia si hoc ipsi facere valent pro pauperibus Personis, multo magis, ut propriæ egestati, & necessitati consulant, cùm ordinata Charitas incipiat à se ipso, ut [3] observant *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 2. num. 29., & seqq. Farinac. in Fragmen. crimin. in verbo Clericus numer. 202. Gavant. ubi supra numer. 7. Panimoll. d. decis. 40. num. 19.*, & resolvit *hæc Sac. Congregatio in Camerinen. 24. Aprilis 1715.*

Addito alio casu, quando Clerici non causa lucri, [4] sed ex charitate tantùm coram Judice sæculari causas defenderent, ut prosequitur *Farinac. ubi supra in verbo Clericus n. 201. Panimoll. d. dec. 40. n. 18.*

Cùmque habeamus apertam permissionem Juris, & sacrorum Canonum, Clerici ad hunc effectum non indigent aliqua licentia Episcopi, ex nota regula, quod [5] ubi concurrit permissio legis, licentia hominis non requiritur de qua *Barbos. de Canon. cap. 24. num. 26. vers. Sed mihi dicendum Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. num. 95.* ibi. *Non requiritur licentia Prelati, quia Jus eam dat. Fagnan. in cap. relatum num. 18. de Cleric. non resid. Rot. decis. 217. num. 19. p. 15. rec.*

Eadem facilitate affirmativè resolvendum videtur secundum dubium, quia sicut per se ipsos Clerici in Causis propriis possunt Officium Advocati, seu Procuratoris exercere in Tribunali laico, ita etiam hoc idem licitum est per Procuratorem, ut est *Text.* litteralis *in can.* [6] *Quia Episcopus* ubi *Gloss. in verbo Advocatum 5. quæst. 3.* ibi. *Debet unusquisque eorum, tam pro Ecclesiasticis, quàm etiam pro suis actionibus habere Advocatum.* Si enim Clerici in Causis eorum activis contra Laicos, neque per se, neque per Procuratorem comparere possent, deberent perdere bona sua, neque ad hoc requiritur li[7]centia Episcopi, quæ si non requiritur quando per se ipsos Clerici defendunt causas proprias ob permissionem Juris in *d. cap. 1., & 3. de Postulan.* multo minus quando litigant per Procuratorem, cùm nemo prohiberi possit lites suas agitare sine ullius licentia, ubi enim lex permittit aliquid, licentia hominis nunquam admittitur, cùm unusquisque in rebus suis sit moderator, & arbiter, & nimis durum foret, quod Clericus pro conveniendis suis debitoribus coram eorum Judice laico, deberet petere veniam, & licentiam ab Episcopo, quod nunquam auditum fuit in praxi, exceptis Monacis, non haben[8]tibus neque velle neque nolle, de quibus *Text. in can. Monachi 16. quæst. 1.*

Tertium dubium negativè pariter resolvendum videtur. Cùm enim agatur de simplicibus Sacerdotibus, qui non participant de beneficiis, seu redditibus Ecclesiæ utique isti nullo modo cogi possunt ad assistendum, & interessendum functionibus Ecclesiasticis, quæ fiunt [9] in Ecclesia Cathedrali, ut declaravit Sac. Congregatio Concilii in *Neritonen. 20. Augusti 1610., & in Puteolana 15. Novembris 1652.* ibi. *Si duole cotesto Clero, che non ostante l'Ordine di questa Sac. Congregazione, dato sin dell'anno 1606. sotto li 2. Ottobre a cotesto Ordinario non doveva forzare che i Sacerdoti, o Chierici che non hanno alcun beneficio a servire alla Chiesa &c. ora si pretende da voi di fare l'uno, e l'altro, onde questi mi hanno commandato di scrivervi, che senza innovare cosa alcuna in questo proposito, vi contentiate onninamente dell'osservanza della lettera sudetta*, quam resolutionem refert, & sequitur *Pignatell. consult. 56 sub num. 6. tom. 3. & novissimè in Alexanen. 26. Junii 1711. in responsione ad 2.* ibi, *al secondo si dice che i Chierici, che non partecipano dell'obvenzioni o altri emolumenti della Chiesa non sono tenuti assistere al Choro, & intervenire ad altre funzioni secondo altre volte in simili casi ha risoluto questa Sac. Congregazione*, cum aliis resolutionibus relatis apud *Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 2. formul. 4. num. 32., & seqq.*

Verùm non est opus hic discurrere in genere super hujusmodi articulo, in tot Causis ita semper resoluto per Sacras Congregationes, eo ipso, quod habemus, hujusmodi Controversiam alias fuisse agitatam de anno 1692. inter Episcopum prædecessorem, & nostrum Clerum, ubi proposita Causa sub die 27. Martii 1692. ad relationem. Card. Petrucci decisum fuit nostros simplices Sacerdotes. *Non posse compelli ad interessendum, & assistendum functionibus Ecclesiasticis in Cathedrali*, pro ut ex tenore decreti, quod refert *Monacell.* [10] *in Formul. par. 1. tit. 2. formul. 4. num. 33.*, ubi autem concurrit resolutio hujus Sac. Congregationis, non est amplius locus iterum disputandi ex integro quicquid semel auditis Partibus legitimè judicatum extitit in contradi[11]ctorio Judicio, juxta notum *Text. in l. Res judicata ff. de Reg. Juris & in l. finali C. de Fid. instrum. Rot. Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1700. § Præbuit coram Molines, & Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo 2. Julii 1700. §. Atque id indubiè coram dell'Olmo*, ubi advertit, quod si resolutiones Sac. Congregationis faciunt Jus pro aliis Cau[12]sis consimilibus, multo magis in eadem Causa, in qua emanarunt, & in qua proinde æquiparantur rei judicatæ aliorum, ex adductis *in Tom. 4. part 2. discept. §. 6. num. 114.*

Hinc non solùm injustum, nullum convincitur edictum moderni Episcopi, ex quo postquam Sac. Cong. legitimè judicaverat contra Episcopum Prædecessorem, nostros Sacerdotes simplices cogi non posse ad interessendum, & assistendum functionibus Ecclesiasticis in Cathedrali, non potuit modernus Episcopus, spreto hoc Judicato, contrarium disponere in Edicto, cum authoritas ordinaria non extendatur ad disponendum contra Jus, & ad revocandas resolutiones sacrorum Congregationum, sed debebat abstinere, & adversus nostram rem judicatam novam audientiam expostulare in materia, ubi manus apposuerat Sedes Apostolica, [13] & judicaverat mediante d. Sacra Congregatione ad *Tex. in can. Multum stupeo 3. quæst. 6.* ibi. *Nostra erat expectanda censura, ut nihil ipse priùs decerneres, quàm quid nobis placeret agnosceres, vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis; Unde sicut multum nos ea, quæ à te piè sunt curata, lætificant, ita nimium ea, quæ perperam sunt gesta, contristant*, & in terminis Edicti contra [14] resolutionem Sac. Congregationis dixit *Rot. in Theatina Jurisdictionis 18. Februarii 1707. §. Cum enim Edictum, & 18. Januarii 1708. §. Iterum enim coram Cardin. Scotto.*

Itaut in præsenti opus non esset examinare tria objecta, in contrarium adducenda, super coactione nostri Cleri ad assistendum functionibus Ecclesiasticis in Cathedrali, quia cùm omnes hujusmodi exceptiones fuerint semel discussæ, & rejectæ ab hac Sac. Congregatione in lite anni 1692. justum non est, ut hodie iterum adducantur, dum notum est, quòd exceptiones, semel in Judicio rejectæ, non possunt amplius in consi[15]deratione haberi, ut firmavit *Rot. dec. 416. num. 6. coram Priol., & dec. 370. num. 10. coram Bich., & decis. 15. num. 7. coram Buratt., & in Bovinen. Archidiaconatus 2. Junii 1713. §. Neque propterea coram Card. Scotto.* Imo eadem *Rota in dec. 1620. num. 4. coram Coccin.* asserit ridiculum esse ea allegare, quæ fuerint rejecta.

Cæterum examinando objecta non obstat, quod isti Sacerdotes participent de redditibus Ecclesiæ; quia non habent, neque Beneficia, neque redditus Ecclesiæ, sed solùm ratione duorum Legatorum cum onere Missarum,

rum, ratione laboris celebrationis Missarum participant de his legatis in miserabili summa carolenorum quindecim pro quolibet, quod sané stipendium Missarum non est participare de redditibus Ecclesiæ Cathedralis, cum hæc Legata independenter administrentur per Clerum, sine ulla confusione cum redditibus Ecclesiæ Cathedralis, & Capituli, nihilque aliud est, quàm stipendium Missarum, & Merces laboris, ratione particularium Legatorum, neque sunt redditus Ecclesiæ, neque obligant, aut obligare possunt ad aliud onus, quàm Missarum, juxta voluntatem Testatorum, neque propterea licitum est Episcopo his Legatis novum onus imponere, sicut videmus in Cappellanis Cappellaniarum particularium, quæ fuerunt relictæ per Testatores pro celebratione Missarum in aliquo Altari Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, & quarum respectu, cum nulla detur connexio cum redditibus Ecclesiæ, seu Capituli, Cappellani non sunt obligati ad Chorum, aut assistentiam ibi præstandam functionibus Ecclesiæ, & Capituli, ut insimili, quod nequeat Episcopus novum onus imponere præter illud fundationis declaravit Sacr. Congregatio sub die 2. Julii 1597. apud *Barbos. ad Concil. sess. 25. cap. 5. num. 10. de Reform.* aliasque resolutiones *refert Pignattel. consult. 56 num. 16. & 17. tom 3. & Monacel. in formul. tom. 2. tit. 13. form. 2. num. 56.*

Ideòque semper verum est, quod hi Presbyteri nihil participant de redditibus Ecclesiæ, & Capituli, solùm recipiendo stipendium Missarum ex Legatis particularibus, pro quorum emolumento sustinent onus celebrationis, undè gravari non possunt isti Sacerdotes in alio onere extraneo, per Testatores non expresso, aut volito, cum nequeat apponi aliud onus, ubi Testator certum, & particulare onus imposuit, ut probant *Lotter. de Re benef. lib. 2. q. 8. n. 63. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. nu. 127. Rot. in Placentina Jurispatronatus 23. Martii 1703. §. Cæterum, & 10. Martii 1704. §. Quandoquidem cor. Molines.*

Alterum objectum fundatur in prætensa consuetudine immemorabili, quæ frustra desumi prætenditur ab informi examine ad perpetuam quorundam testium, quando formale examen requiritur ad probationem Immemorabilis, præsumentis meliorem titulum de Mundo, quæ propterea cùm sit difficilis probationis, ut ait *Card. de Luc. in miscel. Eccles. disc. 1. sub nu. 43.* utique ad nihil inserviunt testes ad perpetuam tanquam probatio informis, ut ait *Rot. in Pisana Devolutionis 24. Januarii 1701. §. Etenim assertæ immemorabilis coram Olmo* Maximè cùm sint testes ad perpetuam, non citata Parte, inducti pendente lite in Sac. Congregatione, qui neque attenduntur pro adminiculo, ut passim firmavit *Rot. signanter coram Cerr. dec. 445. nu. 7 & dec. 726. num. 4. & dec. 889. nu. 12. & cor. Ansald. dec. 87. nu. 19.* cum aliis, relatis *in Salernitana Alimentorum 20. Junii 1712. §. Paupertas coram Card. Scoto.*

Imò etiam formiter examinati non prodessent ad probandum, cùm habeant exceptiones tàm in Personis, quàm in dicto, & quidem in persona, quia omnes ferè sunt Canonici Cathedralis, qui se fecerunt Collitigantes in hac Causa, adhæc sivè ad prætensiones Episcopi. Abhhorrent igitur Jura nostra, quod Pars collitigans proprio testimonio sibi Jus dicat; & in Causa propria testimonium ferat contra dispositionem *Text. in L. Omnibus C. de Testib. Rot. dec. 52. nu. 18. p. 15. rec. & in Dertusen. Jurisdictionis 6. Februarii 1697. §. Tum quia cor. Ptolomæo: Quia dicti testes sunt omnes Commensales, & Beneficiati Ecclesiæ Dertusen. & hujus Litis Consortes, cum Episcopo &c. unde ratione interesse, vel affectionis nihil probant.*

In dicto nullam pariter faciunt probationem hujusmodi Testes, quia cum lis introducta fuerit, & decisa in Sac. Congregatione usque de Anno 1692. proindè ad probandam Immemorabilem testes deponere debuissent de visu proprio per 40. annos ante motam litem, itaut habere deberent de tempore examinis ætatem completam 77. annorum, Et tamen nemo ex Testibus hanc ætatem habebat, ut in specie, quod testes deponere debeant de 40. annis de visu ante motam litem *Rot. decision. 603. nu. 13. & dec. 607. nu. 15. cor. Cerr. Adden. ad Burat. dec. 673. n. 7. in fine Mantic. dec. 289. n. 3. Spegel. dec. 539. numer. 4. Emerix jun. decision. 33. numer. 6. & decis. 1279. num. 15.*

Deficiunt etiam Testes in probatione omnium requisitorum *Gloss. in cap. 1. in verbo Memoria de Præscript. in 6.* signanter circa primum & secundum auditum, ut latè probat *Rocc. disp. Jur. cap. 167. nu. 22. & seqq. & coram Coccin. dec. 1392. n. 2. & dec. 2081. nu 7. & coram. Merlin. dec. 109. nu. 4. & cor. Pamphil. dec. 458. nu. 2. & in rec. dec. 116. num. 4. & 5. p. 19. to. 1. & in Oveten. Funeralium 7. Aprilis 1704. §. In hac autem cor. Molines.*

Transierunt pariter dicti potius per Placentiam, quàm per Veronam juxta lepidum dictum Pii secundi, de quo *Ceccoper. lucubr. Canon. lib. 4. n. 25.* quia ad complacendum Episcopo dicunt se recordari *: da tempo Immemorabile :* quasi Immemorabilis probetur per recordationem ab Immemorabili, & insuper excludunt omnem rumorem in contrarium, quod nempè aliquid in contrarium nunquam visum, aut auditum fuerit juxta requisitum *gloss. in d. cap. 1.* quando 24. ab hinc annis solemniter agitata fuit lis in hac Sacra Congregatione & decisa contra Episcopum Prædecessorem; Mendacium verò testium, ex publicis Scripturis resultans, non solùm omnem eis fidem adimit, juxta *Glos. in cap. 3. verbo Testium de Censib. Rot. dec. 333. n. 2. cor. Bich. & dec. 116. nu. 5. & 6. p. 19. rec.* sed etiam intrat regula, quod mendax in uno, mendax censetur in omnibus, itaut in aliis quoque partibus depositionum suarum mendax testimonium censeatur, ad literam *Text. in can. Pura 3. qu. 9. Rota cor. Caril. dec. 586. nu. 11. & in Giennen. Adjunctorum 27. Martii 1705. §. Vel quatenus cor. Molines.*

Minus denique in hoc puncto suffragatur consensus aliquorum Sacerdotum ex adverso expiscatus in quodam supplici Libello; fuit enim extortus per incongruos modos, ac etiam posteà revocatus, sed ubi etiam legitimus esset, iste consensus ad nihil juvaret, quia tanquam singulorum, & particularium placitum inducere non valet servitutem universo Clero, ad quam ipse de Jure non tenetur, ut notant *Surd cons. 28. nu. 105. Adden. ad Burat. dec. 275. lit. A. Rocc. Disp. jur. cap. 87. nu. 3. & Rot. in Tirasonen. Decimarum 1. Julii 1697. §. In nihilum cor. Card. Caprara, & in Castellana Validitatis Concordiæ seu Bipartitæ 12. Januarii 1705. §. 24. coram Molines.*

Negativè resolutioni quarti dubii dat manus Episcopus, nullamque particularem disputationem merentur etiam quintum, & sextum dubium, quorum pariter negativa resolutio dependet ex omnibus deductis super tertio, quo verò ad septimum pariter negativa resolutio remanet indubitabilis, nam ad conferentiam Casuum Conscientiæ non tenentur accedare nisi Parochi, & Confessarii non autem Presbyteri simplices, & Clerici, qui solùm monendi sunt, & hortandi nullo autem modo cogendi, ut sæpè declaravit Sac. Congregatio Concilii & signanter in *Cæsenaten. 18. Julii 1648 Crispin. in della Visit. Pastor. p. 2. §. 23. num. 15. & in Civitatis Plebis 15. Martii 1692. apud. Monacel. in Formul. for. Eccles. tom. 1. tit. 2. formul. 15. nu. 2.* ubi refert aliam resolutionem Congregationis Particularis in *Vigilien. Synodi 20. Maii 1699.* de qua in *Instit. crimin. lib. 1. tit. 10. § 2. à n. 283.* cum aliis *quod Rota in Melevitana Decretorum 21. Martii 1707. §. Finali cor. Ansald.*

Affirmativè denique decidendum venit octavum, & ultimum dubium, quia Episcopus denegare non potest Literas commendatitias Sacerdotibus, & Clericis, qui non habent Officium, Beneficium, aut aliam obligationem personalem occasione discessus à Diœcesi juxta communem opinionem, de qua *Nicol. Lucubr. Canon. l. 1. ti. 22. nu. 3. Campanil. in Divers. Jur. Canon. rubr. 9. cap. 7. sub num. 4. Pignatel. consult. 56. sub num. 6. tom. 3. Corrad. in Prax. dispens. lib. 5. cap. 7. numer. 17. & seqq. Monacel. in Formul. for. Eccles. tom. 1. titul. 4. formul. 6. num. 1.*

Stantibus autem tot resolutionibus Sac. Congregationis, quæ referuntur per Doctores proximè allegatos, attendi non meretur quicquid tradit in contrarium *Fagnan. in cap. Admonet de Renunc.* circa Clericos, servitio alicujus Ecclesiæ in ordinatione adscriptos, quia nullus ex nostris Ecclesiasticis est adscriptus servitio alicujus Ecclesiæ, & ulterius sola hæc adscriptio juxtà dispositionem Concilii *sess. 23. c. 16.* non obligat ad residentiam, & permanentiam in Diœcesi, nisi

qua-

quatenùs ibi habeant officium, seu beneficium, aliàs deficiente Officio, vel Beneficio, nunquam fuit de mente Sac. Concilii Tridentini coarctare, Clericos ad permanendum in Diæcesi, ut respondendo eidem objecto advertit *Pignatel. dict. consult.56. num.54. 58. & 59. tom.3.*

Die 17. Decembris 1715. proposita Causa in Congregatinne Episcoporum, & Regularium per Card. Grimaldum sub dubiis, in principio registraris.

Ad primum, responsum fuit *Affirmativè*.

Ad secundum, *Ut ad proximum*.

Ad tertium, 4. 5. & 6. *Negativè*.

Ad septimum, *Esse hortandos; non cogendos*.

Ad octavum, *Non esse denegandam, nisi ex rationabili causa*.

DISCEPTATIO XVII.

Colonien. pretensæ Dismembrationis, & suppressionis

PRO

Capitulo, & Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ de Uviedenbach

CUM

Promotore Fiscali Curiæ Archiepiscopalis Colonien.

ARGUMENTUM.

Pro erectione Seminarii supprimi non debet Collegiata Ecclesia, vel alia pia Societas Sacerdotum sæcularium.

Pius Benefactor Henricus de Haus, approbante S. M. Martino V. assignavit quamdam Domum sitam in loco nuncupato *ad Fontem Saliensem* in Civitate Monasterien. nonnullaque alia Bona, quæ in eadem Diæcesi possidebat, pro manutentione certi numeri Presbyterorum, & Clericorum, qui ibidem, Missas celebrando, & Divinis Officiis, interessendo, sine mendicitate communem vitam duceret. Aucto post modum eorundem Presbyterorum numero, novaque accedente largitione ejusdem Pii Benefactoris, iste alias assignavit Domos, quas in Civitate, & Archidiæcesi Colonien. possidebat, nempe unam, sitam in loco nuncupato *Uviedenbach* in Civitate, & alteram in magno Oppido Vesalio ejusdem Archidiæcesis Colon. hodie in Ditione Marchionis Brandeburgici sitam, pro usu, & commoditate aliorum Presbyterorum, qui pariter communem vitam, adinstar priorum, ducere vellent.

In harum piarum largitionum sequelam, constructis in præcitatis locis tribus distinctis Ecclesiis tam d. Henricus de Haus, quàm Presbyteri, & Clerici tunc temporis in eis degentes, obtinuerunt à Successore Summo Pontifice Eugenio IV. easdem tres Ecclesias in Collegiatas erigi, omnibusque Collegialitatis titulis, insigniis, & prærogativis decorari, ipsasque tres Collegiatas insimul taliter perpetuo uniri, & incorporari, ut unius Ecclesiæ Canonicus censeretur etiam aliarum dd. Collegiatarum Ecclesiarum Canonicus, omnes tamen denominarentur Canonici ad Fontem Salientem, in memoriam prioris concessionis, & primi Instituti, ortum habentis in dicta Civitate Monasterii, utque omnes in communi viverent, sub superioritate tamen unius Rectoris, seu Præpositi in qualibet ex dd. Collegiatis Ecclesiis, cum onere continuo personaliter in illis residendi, & cum facultate Capitula generalia, & particularia faciendi pro meliori regimine earundem Collegiatarum, ac etiam Statuta condendi ad dictum effectum, aliisque facultatibus, & prærogativis latiùs expressis, & contentis in Bulla d. Erectionis in Collegiatas, data in Summario, punctuali executioni demandata à Cardinali Bononien. anno 1439. Sac. Collegii Decano, ut justificatur in Summario & post alios antiquiores Summos Pontifices etiam à san. mem. Alexandro VII. die 9. Februarii 1657. confirmata.

Eidem autem verè pio Operi, dictisque antiquis Largitionibus accessit postmodum alia donatio facta à Magistratu Civitatis Colonien. favore dictæ Collegiatæ Uviedembach alterius Domus, & situs, ubi de præsenti reperitur dicta Collegiata, confirmata paulo post ab Imperatore Friderico cum sequenti conditione: *Itaut dicta vestra Domus, cum sua Curia, ad nullum alium, etiam quarumcumque Religiosarum Personarum alterius Ritus, vel Ordinis, cujuscumque etiam Sexus, vel Conditionis, existant, per quoscumque via facti, aut præter vestrum omnium expressum, liberumque Votum, & consensum commutari, aut converti valeat usum, confirmamus, & approbamus, eisque firmatis robur adjicimus*; Recipiendo eosdem Canonicos in suos, & Romani Imperii perpetuos Vicarios, & Cappellanos, ut ea Imperiali Diplomate sub Datum diei 23. Septembris 1475. dato in Summario.

Abinde citrà omnes dicti Canonici, quilibet respectivè in sua Collegiata Ecclesia, summo zelo, & æquali pietate, atque morum honestate communem vitam duxerunt, sub eorum particularibus Statutis, exhibitis in Summario, quorum observantiam in eorum ingressu, & admissione, prævio juramento, promittunt, nihil proprium habentes, sed quidquid habent, vel acquirunt in communi usu acquirentes, absque spe quidquam repetendi, nec etiam in casu eorum egressus. Hoc modo non sine Bonorum omnium commendatione, vel inter Acatholicos, vel inter Confines Acatholicorum exactam communem vitam ducentes, tam in respicientibus Victum, & Vestitum, quàm in concernentibus Divina Officia, & quod magis est, ubi ita necessitas exigat, prout quotidiè exigit in Collegiata Ecclesia Oppidi de Uvesalia sub ditione Acatholici Principis, Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ commendabili pietate, & zelo administrando.

Ex hac æquè certa, atquè innegabili facti serie facilè dignosci potest, in nostris terminis quæstionem non esse de simplici Suppressione Domus otiosorum Sæcularium Presbyterorum, de quibus verificetur illud *Virgil. Deus Nobis hæc otia fecit* in nostris terminis usurpatum à *P. Segner. nella Predic. 18. num.8.* Deque provisione capienda pro illorum tantùm commodo, & temporali favore, sed de Suppressione celebris Collegiatæ, Apostolica authoritate erectæ, cujus Canonici in illorum ingressu sequentem emittunt professionem, illamq; commendabili punctualitate servant; *Ego NN. promitto fidelitatem Domui nostræ &c. & auxiliante Deo castam, concordem, communemque vitam secundum Statuta, seu Recapitulationes per generale Capitulum confirmatas, deinde observabo, & si contingat &c. recedere &c. pacificè recedam nil repetendo, & ex tunc me obligatum facio ad intrandam Religionem approbatam, ubi regulariter vivitur*. Itaut dicti Canonici potiùs sint Religiosi, quàm sacerdotes sæculares.

Patet ulteriùs agi de Suppressione Collegiatæ pluribus Imperialibus privilegiis munitæ, suaque Bona possidentis sub illa expressa conditione, ut sine libero consensu Canonicorum eadem Bona in alium quemcumque pium usum converti non possint, cum illo addito, quod id prætenditur exadverso, prævia illius dismembratione, & perpetua separatione à duabus aliis Collegiatis Ecclesiis, in diversa Diæcesi existentibus, sibique æquè principaliter perpetuò unitis. Et quod videtur nimis exorbitans, ferèque incredibile, non vocatis, neque auditis dd. aliis duabus Ecclesiis Collegiatis, æque principale interesse habentibus in hac Causa, quæ omninò citandæ sunt, ex firmatis per *Rot. in Leodien. Dismembrationis prima Februarii 1712. §. Defectus verò cor. Illustrissimo Domino Falconerio*.

Et propterea prævia negativa responsione d. dubio rejicienda videtur contraria Instantia eodem modo, quo illam rejecit hæc Sac. Congregatio Anno 1713. quando facta fuit similis instantia pro suppressione alterius Domus, in nostra Civitate existentis, & spectantis Religioni Ordinis S. Antonii Abbatis, innixa eidem motivo erectionis Seminarii.

Licèt enim in Sacrosancto Concilio Tridentino *in sess.23. de Refor. cap.18.* præcipiatur expressè, ut prope quamlibet Cathedralem eligatur Seminarium pro Juventute educanda, & instruenda in Ecclesiastica disci-

plina; Pro tali nihilominùs erectione non permittitur 12 via extraordinaria ad illam deveniendi, sed in eadem Conciliari dispositione præscribuntur forma, & modus, quibus ad illam deveniri possit; Primo siquidem loco præscribitur applicatio partis redditaum Mensæ Episcopalis, & Capituli, & deindè subrogatur Taxa imponenda super omnibus proventibus Ecclesiasticis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, etiam à Jurisdictione ordinaria exemptis, & demùm demandatur simplicium Beneficiorum Unio, ut patet ex sola, & simplici lectura ejusdem Conciliaris dispositionis, & 13 in illius sequelam, aliis cumulatis, notaut *Barbos. de Potestat. Episcop. p. 3. alleg. 77. num. 1., & Monacell. in Formular. tom. 1. tit. 12. formul. 1. n. 3.*

Attenta proinde hujusmodi clara conciliari dispositione, præscribente ordinarium modum erigendi Seminaria, non videtur esse locus remedio extraordinario suppressionis, & dismembrationis nostræ Collegiatæ Ecclesiæ, ex animadversis per *Lotter de Re benefic. lib.* 14 *1 quæst 28 num. 31.*, & firmatis per *Rot decis 578. num. 6 & 7. par. 19. rec., & in Leodien. Dismembrationis prima Februarii 1712 §. Nullitati cor. Illustrissimo Falconerio, & 13. Julii 1713. § Præter coram Reverendissimo Crispo, & 22. Julii 1714. § Patent, & 25. Januarii 1715. § E qualis coram Reverendissimo Lancetta Decano.*

Præcipuè quia modus iste æquè insolitus, ac extraordinarius suppressionis, & extinctionis Collegiatæ Ecclesiæ, cujus Rector, & Canonici quotidiè illi inserviunt, Choro interessendo, & Missas celebrando, tendit ad diminutionem Divini Cultus, nec non ad anni-15 hilationem Ministrorum Ecclesiasticorum, quod non videtur permittendum, *Textus sunt literales in cap. Ex parte 12. de Constitutionib., & in cap. Quia per Ambitiosam de Rescript. in 6.* cum concordantibus apud *Rot. dec. 847 num 7. coram Seraphin.*, & *decis 685 num. 5. coram Cerro, & decis 66. num 8. coram Emer jun.* ibi. *Et contrarium asserere esset restringere Cultum Divinum, qui ex multiplicatione Ministrorum augetur, ut notum est, qui non agnoscat, & satis innuit Textus &c.*

Et quod magis est importat ulteriùs modus iste extraordinarius insignem novitatem, destruendo, & annihilando celebrem Collegiatam à tribus Sæculis Apostolica authoritate, fundatam, & Imperialibus privilegiis munitam, pro cujus novitatis exclusione omnis capienda est interpretatio, juxtà nobilem animadversionem *S.* 16 *Joannis Crisostom. in Epist. 1. ad Corinth. homil. 7.* ibi. *Nihil enim adeò conturbat animum etiamsi fiat ob aliquod utile, uti innovare*, ac nobiliorem reflexionem *S. Augustin. Epist. 118. cap 5.* ibi. *Ipsa mutatio &c. etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*, quos referunt, & sequuntur adducti ad *Capon. discept. 85. num. 11. & seq.*, & *Rot. decis. 19. in fin. apud Antonell. de Jurib. Cleric.*, & *in Aretina Jurium Parochialium 15. Januarii 1705. § Cæterum coram Ansald.* Non enim in istis terminis discooperien-17 dum est unum Altare, ut aliud cooperiatur, ex generaliter firmatis per *Rotam in decis. 177. num. 5. par. 15. rec., & in Asculana Dotis 22. Febr. 1704. §. Quodque plus coram Ansaldo*, & in longè debilioribus terminis, non celebris Collegiatæ juxtà præsentem casum, sed miserabilis Collegii, redacti ad duos miserabiliores Clericos, novissimè resolvit *hæc Sac. Congregatio in Volaterana Seminarii 10. Junii proximè præteriti 1724.* quando pro erectione, & manutentione Seminarii non admisit extin-18 ctionem, & suppressionem antiqui Collegii, redacti ad duos Clericos, sed approbavit viam antiquam Conciliarem per solitam Taxam Beneficiorum rescribendo, *ut firmo tamen remanente Collegio S. Geminiani juxtà antiquum statum*, quod Episcopus pro sui Seminarii manutentione suppresserat.

Eò autem magis omnia hæc videntur procedere, quò nulla exadverso data fuit, nedùm concludens probatio, sed neque etiam simplex fumus, quod pro funda-19 tione Seminarii ad praxim redacta fuerit dicta Conciliaris dispositio, mediante Taxa Bonorum Mensæ Episcopalis, Capituli, & aliorum Beneficiorum, Ecclesiasticorum, quam ultimo loco approbavit hæc Sac. Congregatio *in Veliterna Taxæ Seminarii 24. Aprilis, & 31. Julii 1713.*

Neque subsistunt prætextus, exadverso exagerati, quod Domus nostræ Collegiatæ apta sit pro dicto Seminario, quodque non de facili alia comparari potest, attenta necessitate consensus omnium Statuum, ad hoc, ut Domus Laicalis transire possit in manus Ecclesiasticas.

Hujusmodi siquidem prætextus non subsistunt in facto, & non relevant in Jure. Non subsistunt in facto quia non desunt in magna Civitate Coloniæ aliæ Domus æqualiter aptæ pro Seminario. Et in omnem pessimum casum, quando prætextus iste aliquem haberet 20 colorem agendum esset exadverso pro permutatione nostræ Domus, non autem pro suppressione Collegiatæ, & extinctione Canonicorum, illi inservientium, ut Considetanti patet.

Ejusdem insubsistentiæ est exagerata difficultas habendi consensum à statibus Coloniensibus pro emenda alia Domo ad dictum effectum, quia Serenissimus Archiepiscopus est etiam Dominus in Temporalibus ejusdem Civitatis, & proindè, uti omnium Superior, & Princeps de facili poterit obtinere necessarium consensum; Præcipuè si in rei veritate, in facto subsisteret magna illa necessitas, quæ hodiè exadverso coram hac Sac. Congregatione exageratur. In omnem verò casum 21 in his circumstantiis suppleri posset consensus injustè dissentientium, ut novissimè practicavit hæc Sac. Congregatio *in Cæsenaten. Erectionis Archipresbyteratus 6. Martii 1723.* Et faciendum esse in terminis consensus, indebitè denegari probant *Menoch. de Arbitrar. cas. 182. num. 12. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell gloss. 48. num. 37., & Card. de Luc. de Canon. disc. 1. num. 9., & in Miscell. Eccles. disc. 2. num. 15.* ac firmavit *Rota dec. 238. num. 9. coram Mantic., & in Senogallien. Fundationis Monasterii 16. Maii 1710 §. Neque cor. Molines.*

Opportunè observantes hic, quod omnia hæc discutienda essent postquam Seminarium de facto esset erectum, & postquam appareret, non adesse tot Bona pro constructione Seminarii, & manutentione Alumnorum ex Taxa Mensæ Archiepiscopalis, aliorumque Ecclesiasticorum Beneficiorum vastissimæ Archidiœce-22 sis Coloniensis, in qua æquè verum, ac notorium est, adesse tot Illustria Collegia sæcularia, & regularia, etiam Principatus titulo decorata, totque insignes Collegiatas, opibus affluentes, ut vix credibile videatur, quod ex levi Taxa eorumdem, congrua manutentio pro Alumnis haberi non possit, absque necessitate deveniendi non solùm ad extraordinarium, & odiosum remedium suppressionis, & dismembrationis Collegiatæ, existentis in magna Catholica Civitate, æquè principaliter perpetuò unitæ alteri, existenti in Loco subjecto catholico Principi, qui ex hac novitate forsan occasionem sumere posset ejiciendi ab ejus Ditione Canonicos d. alterius Collegiatæ, juxtà ea, quæ non sine fundamento dubitant Testes, adducti in Summario.

Quibus additur alia reflexio, repetitis Oraculis hujus Sac. Congregationis roborata, quod antè erectionem Seminariorum deveniri non solet, neque debet ad inspectiones, concernentes illius manutentionem, ne 23 verificetur inconveniens illud, quod post certam suppressionem, & extraordinarium remedium dismembrationis, Seminarii erectio suum non habeat effectum, ut notant *Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. numer. 193.*, *Gonzal. in Regul 8., Cancell. gloss. 5. §. 5. num. 75., Ventrigl. in Prax. p. 2. tit. de Seminar. adnot. 29. num. 42., & Rot. dec. 361. n. 3. p. 2. rec.*

Non credimus autem in hac parte exagerandas contrarias assertiones ad probandam extremam necessitatem numerosissimi Cleri Coloniensis, non valentis contribuere pro manutentione sui Seminarii tatam illam redditaum, quæ ad dictum effectum necessaria est; In istis enim terminis, in quibus à Jure exiguntur concludentes probationes, non solent, neque debent magna Tribunalia admittere Partium interessatarum assertiones, 24 utomissis generalibus, de quibus *Rota decis 697. num. 9. coram Dunoz. Jun. dec. 420. num. 15. coram Rembaldo*, in terminis similis assertionis alterius Electoralis Curiæ Trevirensis, firmavit *Rota in Colonien. Matrimonii 19. Januarii 1711. §. Propterea coram Illustrissimo Urbis Gubernatore*, ibi. *Et quamvis non dubitassent de eximia ejusdem Episcopi integritate, nihilominus ex quo Trevirensis Curia in Causa judicavit, à literali Juris Canonici Sanctione*

ctione sibi ipsis præclusam noverunt viam credendi Judicum Attestationibus.

Eademque responsione removentur ea, quæ exadverso pariter afferuntur adversus bonum nomen nostrorum Canonicorum; Cùm enim simus in terminis prætensæ relaxationis Vitæ Personarum Ecclesiasticarum, & consequenter in materia, nedùm objectiva, sed nimis præjudicante existimationi eorundem, non est cre- 26 dendum similibus Attestationibus, ut in specie observat *D. Piton. discept. Eccles. 21. num. 4.*, ibi. *Quæ relaxatio uti materia objectiva non est de facili credenda, & præsumenda, sed contra illam omnis capienda est interpretatio*, quæ admisit *Sac. Congregatio Episcoporum in eadem Causa, Ponente clar. mem. Card. Acciajolo die 13. Novembris 1699.* nullam fidem præstando qualificato Superiori testanti de d. relaxatione, deque inordinato vivendi modo, ut videre est, *in d. discept. num. 13.*

Semperque ad hujus prætextus exclusionem urgeret reflexio illa, quod si unus, vel alter ex Canonicis no- 27 stræ Collegiatæ punctualiter forsan non adimplet Deo promissa, atque ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Statuta forsan non servat, cohærenter ad disposita *in Sac. Concil. Trident. sess. 18. de reform. cap. 13.*, cogi debet à suo Superiore ad exequendam suam obligationem, non autem puniendum videtur innocens, integerque Cætus aliorum, integrumque Collegium, & celebris Collegiata supprimenda *ad Text. in leg. Sancimus Cod de Pœnis,* 28 *& cap. Romana de Sent excom. in 6.*; Aliàs actum esset, non solùm de omnibus Collegiatis, sed etiam de omnibus Cathedralibus, & Metropolitanis totius Orbis, si propter defectus Canonicorum supprimi deberēt illorum Ecclesiæ Collegiatæ, Cathedrales, & Metropolitanæ.

Videntur hæc superabundare pro negativa resolutione 29 nostri dubii, & tamen subjungimus aliud motivum æquè efficax, licèt distinctum, & protsùs separatum à prædictis, pro eadem dubii negativa resolutione, & est sequens.

Admittitur ex parte D. Promothoris Fiscalis, quod nostra Collegiata constat novem Canonicis, qui à suo Rectore gubernantur, quique ad communem Mensam accedunt, Chorum quotidiè frequentant pro recitandis Horis Canonicis, prout hæc omnia admittuntur in Fo- 30 lio hujus Sacræ Congregationis *§ Congregatio*, ubi aliæ quoque illorum obligationes indicantur, inter quas speciali consideratione videtur illa strictæ, & præcisæ obligationis ingrediendi aliquam ex Religionibus à Sede Apostolica approbatis, in casu discessus, vel expulsionis à nostra Collegiata.

Ex alia verò parte, ex sola lectura Bullæ erectionis, datæ in nostro Summario, patet, illorum Ecclesiam esse verè, & propriam Collegiatam, ipsosque esse verè, 31 & propriè Canonicos, quales illos denominat san. memor. Alexander VII. in confirmatione nostrorum Privilegiorum, data in Summario.

Quibus positis, applicatur conclusio, uno ore à Doctoribus admissa, & quotidiè à Supremis Tribunalibus canonizata, quod pro manutentione, & fundatione Seminariorum applicari, & uniri non possunt Canoni- 32 catus, ut referendo ita decisum à Sacra Congregatione Episcoporum probat *Barbos. ad Conc. sess. 23. de Reformat. cap. 18 num. 36.*, ubi ampliat conclusionem, etiamsi tales Canonicatus ex consuetudine non obligent ad residentiam, quod longè distat à nostris terminis, & concordant adducti per *Garz de Benef par. 12. cap. 2. n. 210.*, *Leo in Thesaur for. Eccles. par. 2. cap. 16. num. 23. vers. Nec Canonicat. Ventrigl. in Prax. par. 2. tit. de Seminar. annotat.* 33 *29. §. Unico num. 45. vers. Nec potest illi uniri Canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum, quamvis ex consuetudine non obligent ad residentiam*.

Ex quibus nulla remanet necessitas discutiendi secundum dubium, nullaque alia provisio favore nostrorum Canonicorum capienda videtur, quàm illa relinquendi eosdem Canonicos in illo statu, in quo illos constituerunt quatuor Summi Pontifices, Martinus V., Eugenius IV., Calistus III., & Alexander VII., & in quo 34 per tria sæcula pacificè permanserunt; Nimis enim durum esset immutare ea, quæ longo temporis cursu servata sunt, juxtà præcisa verba *S. Rotæ in dec. 212. num. 3.*, *& 4. par. 17. Rec.*

Quare &c.

Die 19. Augusti 1724. proposita Causa in Congregatione Concilii sub sequenti duplici dubio.

I. *An sit locus suppressioni Domus Presbyterorum, nuncupatorum Fratensium Civitatis Coloniæ pro erectione Seminarii in eadem Civitate*. Et quatenus affirmativè.

II. *An, & quomodo sit providendum quoad Presbyteros, in eadem Domo existentes, & conviventes*.

Adi 1. responsum fuit *negativè*.

Adi 2. *satis provisum in primo*.

DISCEPTATIO XVIII.

Romanæ Regentiæ

PRO

PP. Baccalaureis Jo: Andrea Zuffo, & Petro Maria Bocchino Ordinis S. Augustini

CUM

P. Generali ejusdem Ordinis

ARGUMENTUM.

In Ordine Augustiniano, examinatis pluribus Baccalaureis occasione vacationis unius Regentiæ an omnes Approbati dicantur Jus habere ad vacantem, & alias Regentias, in futurum vacaturas, ordine successivo.

IMploramus in hac Causa, qua agitur de summa tenum respectu nostrorum Religiosorum, æquitatem, & Justitiam EE. PP., Supplicantes pro collatione Re- 1 gentiæ Consentinæ in personam P. Zuffi, & alterius primò vacaturæ in personam P. Bocchini, & attenta congruitate Instantiæ speramus fieri voti compotes.

Militat enim ad ipsorum favorem inconcussa consuetudo, in nostro Ordine ab antiquissimo tempore observata, juxtà quam occurrente vacatione alicujus Regen- 2 tiæ, indicitur quidem examen à P. Generali, in eoque describuntur solùm illi, quos ipse admittendos censet, sed peracto examine, omnes approbati ab Examinatoribus acquirunt Jus, primus scilicet in ordine ad Regentiam, tunc vacantem, sequentes verò ad alias, in posterum vacaturas, de qua consuetudine Testes sunt quamplures Religiosi in eorum Ordine graduati, ut in nostro Summario, illamque servavit idem P. Generalis cum PP. Ischiano, Polidoro, & Migliaro, approbatis in antecedenti Concursu, habito coram suo Antecessore, quæ consuetudo religiosissimè servanda est, & pro lege habenda per *Text. in l. De quibus in fin. ff de Legib.*, & advertunt *Panimoll decis. 91. numer. 6. Mans. consult. 6. num. 22. & seq & consult. 279 numer. 2. Bonden. collect. legal. 24. num. 76. & seqq. Gob. consult. 119. num. 42. & seqq.* ubi quod consuetudo servanda est pro Lege, 3 cùm æquivaleat veritati, *Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 52. num. 3. in fin. & Rota decis. 157. num 4. & 5. par. 27. rec. & dec. 1083. num 2 coram Emer jun.*

Quæ si procedunt respectu illorum, qui habent ex se ipsis facultatem condendi novas leges, multò magis habent locum respectu P. Generalis nostri Ordinis, cui, sicut, & aliis Generalibus cæterorum Ordinum, non est permissum aliquid tentare contra Constitutiones, & 4 laudabiles Consuetudines, ut observant *Tamburin. de Jur Abb tom. 3. disp. 3. quæst. 7. num. 6. Lezzan. Oper. moral. tom. 1. de Oblig Relig cap 6. num. 22. & tom. 3 in Mari magno Servitarum num. 15.*, ubi etiam de interdicta Generalibus Ordinum facultate interpretandi Constitutiones claras, & receptas Consuetudines, *& tom. 5. de Oblig.* 5 *Prælat. Regul. cap. 18. num. 11.*; Ea ratione, quia iidem Generales non sunt authores earumdem Regularum, 6 & consuetudinum, sed Custodes, quam adducit *Bordon. oper. moral. tom. 3. var. resolut part. 4. res. 58. n. 3.*

Indeque communiter inferunt Doctores, quod actus omnes, à Generalibus Ordinum facti contra easdem 7 Constitutiones, & consuetudines, sint ipso Jure nulli, ut videre est apud *Samuel. de Elect. tract. 3. disp. 3. controv. 3. conclus. 2. per tot.*, *& conclus. 6. num. 9. Donat. Rer. Regul. par. 3. cap. 3. dubit. 11. conclus. 2. num. 8. Mirad. in Manual.*

Prælat.tem.2 quæst.17.art.2 concl 4. Rodriq. quæst. Regular.tom.2. quæst.48 art. 2., & in terminis Generalis nostri Ordinis *Barbos. vot. decis. 47. numer. 160. juncto princip.*

Eò autem fortiùs servanda est nostra consuetudo, quo non videtur Juri communi contraria, sed potiùs ab illo majorem recipit firmitatem, ad quod demonstrandum præmittimus cum *Pasqualig. quæst. moral. centur.4.* 8 *quæst.37.num 5. Diversam esse rationem de approbatione, quæ fit in ordine ad aliquem singularem effectum, & de approbatione universali; qualis est, quæ fit in Doctorata, prior approbatio operatur tantùm &c. Approbatio verò universalis, cùm non sit limitata ordine ad aliquem effectum obtinendum, sed declarat simpliciter, & absolutè idoneitatem, est approbatio in ordine ad omnes; & tribuit absolutè, & simpliciter qualitates idoneitatis &c.*

Quodque examen, quod in his casibus fit à Collegialibus nostri Ordinis, fiat quidem occasione vacationis unius Regentiæ, non autem in ordine ad illam in particulari, sed ad Regentias in genere, quod patet tàm ex antecedentibus, quàm ex subsequentibus examen ipsum; Ex antecedentibus siquidem, hoc est ex ipsis met conclusionibus, quæ eisdem assignantur defendendæ, quæ simpliciter cantant. *Conclusiones defendendæ à P. N. N. pro examine ad Regentiam.* Igitur sequuto eodem examine, & approbatione, taliter approbatus illicò dicitur Regens, & uti talis congratulationes Collegarum, & aliorum Religiosorum solet admittere, non quidem, uti Regens in actu, sed solùm habitu, cùm ad actuale exercitium Regentiæ deveniatur solùm postquam successerit prima vacatio, ut omnibus Religiosis nostri Ordinis palàm est; Ex 9 subsequentibus, ex facto scilicet Examinatorum, & P. Generalis, qui non declarant unum solùm ex concurrentibus habilem ad Regentiam, sed omnes illos, qui suas partes egregiè adimplent; Signum evidens, quod examen fit pro Regentiis in genere, aliàs sat esset unum solùm ex concurrentibus approbare, ut de se patet, & in nostro examine fuit practicatum; Si enim illud fuisset directum futuris Regentiis, postquam fuit primo loco ab omnibus Examinatoribus approbatus P. Bertocchi, antiquior Collegialis, qui obtinuit Regentiam Calaritanam, tunc unicè vacantem, ad quid deindè examinare alios Religiosos, inter quos unus fuit reprobatus? Certè absque spe futuræ Regentiæ nullus Religiosorum se subjecisset rigorosissimo examini, quod poterat eisdem esse maximè præjudicii, ut de facto evenit respectu unius ex Concurrentibus, nullius autem utilitatis, ex quo etiamsi ab omnibus Examinatoribus fuisset approbatus, adhuc semper Regentia tunc vacans collata fuisset Bertocchio, utpotè antiquiori Collegiali, primo loco examinato, & ab omnibus approbato.

Hoc præmisso dicimus, quod approbationes in his circumstantiis obtentæ, mediante rigorosissimo examine, quale practicatum fuit cum quatuor nostris Collegialibus, quorum unus fuit etiam reprobatus, nedum se habet per modum Sententiæ, & dat Jus approbationis, nè illius idoneitas ampliùs revocari possit in du- 10 bium, ut advertunt *Pasqualig. quæst.moral.cent.2.quæst. 372.num.1.in fine*, ubi quod idoneitas vigore approbationis obtenta transit in rem judicatam, *& quæst. 374. num.4.& 5. Meron.respons.29. num. 9.& 10.* ubi quod approbatio est authenticum testimonium, quo quis decla- 11 ratur idoneus, estque actus Justitiæ, *Bordon. de Concurs. ad Benef. vacant. cap. 5. num. 6. & 7.* impresso post *Manuale Consultor. & Pignatell. consult. 132.numer.12. & 13.lib.1.* ubi quod approbatio habet vim Sententiæ, quæ transit in judicatum, *Et num 16.* ubi quod in examine approbatus dicitur possidere idoneitatem vigore sententiæ judicialis, habetque Jus Justitiæ ad ipsam manutenendam.

Cui conclusioni assistit viva ratio, quod scilicet, qui pro tempore antecedenti judicatus fuit idoneus, non est verisimile, quod postea effectus fuerit inhabilis, 12 quam ad literam adducit *Rota in decis.307.numer.3. & 4. coram Celso* cum concordantibus ibidem Cumulatis. Quæ verisimilitudo transit in evidentem veritatem in nostra hypothesi, si habeatur respectus ad brevitatem temporis, quo habitum fuit examen, & ad applicationem in Studiis, quibus etiam post idem examen ferventiùs incumbunt Patres Principales.

Sed quod magis est, eadem approbatio dat Jus positivum, & certum approbatis pro futuris vacationibus, ut probant *de Angel.de Repulsa, vel non in Cleric. Milit.* 13 *consort.Opusc.5.num. 52.* impresso post *Tract. de unpens. dotalib.*, ubi quod similiter approbatus habet Jus Justi- 14 tiæ pro manutentione suæ idoneitatis, & egregiè *Bordon. in tractat.de Concurs.ad Benefic.* impresso post *Manual. Consultor. cap 5.num.25.* ubi declarans in quo consistat hoc Jus ait. *Explico hoc Jus ego, in eo consistere, quod approbatione dicitur legitimè declaratus esse capax Beneficii, non ejus, ad quod concurrit proximè, sed remotè, & ad beneficia in genere. nàm proximè acquirit Jus solùm ille, quem Episcopus declaravit magis idoneum per electionem.*

Contrà inconcussam hanc consuetudinem non credimus adducendos aliquos actus, ex quibus illius exclusio prætendatur inferri cum supposito, quod totum hoc dependeat à P. Generalis arbitrio; Pro illorum siquidem inapplicabilitate distinguendum est, quod, aut agitur de admittendis, vel non, Collegialibus ad examen Regentiæ, & hujus respectu verificatur arbitrium, & libera facultas P. Generalis admittendi, vel rejiciendi ab examine eosdem Collegiales, habendo respectum ad gradum, ætatem, permanentiam in Studiis, & similia, & hanc partem respiciunt omnes actus, qui forsan ex adverso adducentur; Aut verò supposita assignatione punctorum, & peracto examine, agitur de approbatione, vel reprobatione eorumdem Collegialium, & de collatione Regentiarum, & hujus respectu nullum unquam adfuit arbitrium, sed consuetudo fuit religiosissimè servata, & meritò, quia etiam de Jure communi, post quàm quis se subjecit examini, non est locus arbitrio, vel gratificationi, sed de necessita- 15 te approbandus, vel reprobandus est, ut probant *Meron respons.29.num.9.& 10.*, ubi quod hoc debet fieri de rigore Justitiæ, & *Vener. in Examin.Episcop.lib. 4. cap. 25.de Examin.Synod.n.19.*

Ita quoque practicari quotidiè videmus in Urbe respectu Laureandorum à celeberrimo Advocatorum Consistorialium, Collegio, quamvis enim in Camerarii pro tempore arbitrio totaliter repositum sit, admitte- 16 re, vel non admittere Concurrentes; Attamen eo ipso, quod aliquis admissus fuit, illique fuerunt assignata puncta, & examini se subjecit, de necessitate approbandus, vel reprobandus est, ut omnibus innotescit.

Nec dicatur, hanc consuetudinem non esse in suo genere perfectissimam, meliusque esse Regentias conferri approbatis ab omnibus Examinatoribus, quàm iis, qui aliquod habuerunt contrarium suffragium, sicque expediat pro communi bono illam de medio tollere; Quidquid enim sit de facultate illam abrogandi, & de conditionibus ad talem abrogationem requisitis, de 17 quibus nostrum non est differere, cum adsint in hac materia limitativæ Constitutiones Apostolicæ, ut videre est in *Bullar.novo tom. 4. la 60.la ordine inter illas Clementis VIII. & in eodem Bullar.novo tom.4.la 6 inter illas Urbani pariter VIII.*

Prout etiam quicquid sit de congruentiis tollendi hanc inveteratam consuetudinem, cum contra hanc innovationem potiùs militent omnes legales, & politicæ considerationes, & inconcussa praxis hujus Sac. Congreg. & meritò, ut enim dixit Augustus ad Senatum teste *Gonzal. in cap. Cum consuetudinis num.3. de Consuetud.* 18 *Quæ in suo statu, eademque manent, etiamsi deteriora sint: tamen utiliora sunt his, quæ per innovationem, velut meliora inducuntur*, & loquendo de Superioribus & Rectoribus ex Aristotele refert *Patric. lib.3. de Republic. tit.1. Civitatis statum diligant, contentique, eo nihil agitent quod alienum novumque sit, sed eam viam ire pergant, quam majores instituerunt*: Atque Divus Augustinus 19 20 in *epistol.ad 8. cap.1.* detestando hanc consuetudinis immutationem, etiamsi revera cum maxima fieret utilitate, notabiliter scriptum reliquit quod; *Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat.*

Hoc unum indubitatum est, quod hæc repentina innovatio permittenda non est in præjudicium nostrorum Re-

Religioſorum, Jus habentium ad Regentias primò vacaturas, ut probatnm eſt, & mutatio noſtræ conſuetudiois quatenùs expediens, & legitimè ſtabilita habebit locum in aliis caſibus: *Cum Leges, & Conſtitutiones futuris certum ſit dare formam negociis, non ad præterita* 21 *facta trahi*: inquit *Textus in cap. ultimo de Conſtituton.* & ſequuntur *Card. de Luc. de Alien. diſc. a. n. 11. & ſeqq. & diſc. 25. numer. 3. & Rota coram Mantic. dec. 259. num. 4.*

Specioſus verò prętextus publicæ utilitatis non eſt ſufficiens ad privandum eoſdem Religioſos Jure, ex approbatione quæſito; Quamvis enim in aliquibus ardnis caſibus utilitas verè publica ſufficiens ſit cauſa anferendi jus ſuum privatis Perſonis, hoc tamen rariſſimè practicari ſolet, & tunc ſolùm quando nulla alia ſuppetit ratio utilitati publicæ proſpiciendi, quod multum diſtat à caſu noſtro, in quo nulla concurrit publica utilitas, & ex Ordinis Conſtitutionibus nil aliud exigitur ad 22 gradus aſſequendos, qnam: *ut Promovendi ad magiſterium ſint idonei fungi officio Regentiæ*: *ut in p. 5. cap. 4. §. 5.* ut egregiè reſpondet *Pignatel. conſult. 132. num. 16. verſ. Hinc non ſubſiſtit lib. 1.* ibi: *Et quamvis examen reſpiciat bonum publicum, non tamen debet Parochus privari Jure ſuo ſine cauſa &c. Publica autem utilitas non exigit Parochos vocari ad examen ad libitum Epiſcopi, ſed ſolùm, quod ſint idonei &c.*

Quatenùs aotem contra hoc jus noſtris Religioſis ex approbatione quæſitum, afferantur contrariæ authoritates, præventivè illarum inapplicabilitatem demonſtramus, ſupplicaodo advertere, illas de facili loqui in caſu concurſus ad Eccleſias Parochiales, nos verò eſſe in diverſiſſimo caſu examinis progradu in Religione aſſequendo; Rationem verò diverſitatis aſſignat doctiſſi- 23 mus *Paſſerin. de Election. cap. 13. de Election. dignor. ſub num. 89.* quia ſcilicèt collatio Eccleſiæ Parochialis non eſt præmium proportionatum ſoli victoriæ io examine, nec in concurrente ad illam ſufficit ſola excellentia, & approbatio, facta in examine, ſed multa alia requiruntur, aiinndè penſanda, prudentis Epiſcopi judicio. In aliis verò caſibus prœmiũ illud quod promittitur in examine per approbationem eſt proportionatum victoriæ, pro qua requiritur ſola excelleotia in eodem examine; Ideoquè in his poſterioribus caſibus Approbatis præmium debetur ex juſtitia, ſecus verò in concurſu ad Parochiales.

Demum non obſtat, quod noſtri Religioſi in aorum approbatione non habuerint omnia vota, ſed unus, nempè P. Zuffus habuerit duo contraria, alter verò, ſcilicet P. Bocchions tria: Quia ad effectum approbationis, non eſt neceſſè, quod quis habeat omnia vota, ſed ut contingit in noſtra hypotheſi, ſat eſt, quod uti idoneus re- 24 nuncietur à majori parte, ot advertunt *Vener. in Examia. Epiſcop, lib. 4. capit. 25. de Examin. Synod. num. 20. Paſſerin. de Elect. cap. 3. num. 84. Viuian. de Jur. Patron. lib. 10. cap. 1. num. 43. & Rota coram Cerro dec. 688. nu. 2.* In his enim caſibus habens majorem partem Examinatorum, dicitur interpretativè habere omninm conſenſum, illiuſque approbatio perindè habetur, ac ſi ab om- 25 nibus facta eſſet, ut generaliter probant adducti à de Angelis *de Patron. ſuffrag. opuſc. 3. num. 16. & 17.* impreſſo poſt Tract. *de Impenſ. dotalib.* & firmavit *Rota dec. 519. num. 3. coram Cavaler.* & in noſtris terminis *Bordon. de Concurſ. ad Beneſic. vacant. cap. 13. nu. 25.*

Nullamquè agnoſcunt differentiam Doctores inter approbatos ab omnibus Examinatoribus, vel à majori parte illorum, quod eſt adeò verum, ut communiter firment, poſſe Epiſcopum, poſt poſito eo, qui omnium habuit ſuffragia, Beneficium conſerre illi, qui approba- 26 tus fuit à majori parte, ut probant relati per *Garz. de Beneſic. p. 9. cap. 2. nu. 109.* ubi quod ita Sacra Congregatio Concilii plurièsreſolvit, *Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18. num. 116. in fine Vivian. de Jure patron. lib. 10 cap. 1. nu. 41. & ſequen.* ubi quod ita plurièś ſerva- 27 vit, & ab aliis vidit practicari *Cardinalis de Lugo Oper. moral. tom. 2. diſp. 35. nu. 65. Pacis Jordan. lib. 10. titul 8. nu. 180. Vener. in Examia. Epiſ. lib. 4. cap. 25. de Examinator. Synodal. num. 20. Maſſobr. in Prax. habendi Concurſu requiſit. 5. dub. 11.* & benè *Paſſerin. de Elect. cap. 30. de Elect. dignior. nu. 180.* ubi quod, omiſſo approbato ab omnibus, poteſt Epiſcopus conferre beneficium ei, qui vix fuit approbatus, nimirum qui, habuit vota paria, & fuit ſolùm approbatus per adhæſionem, & gratificationem ejuſdem Epiſcopi.

Quæ ſi procedunt de Jure communi, multò magis habent iocum attentis noſtris Conſtitutionibus, requirentibus ſolùm, ut *Promovendi ad Magiſterium ſint Idonei fungi officio Regentis*: Cùm enim ſuper hac idoneitate habeamus authenticum Teſtimonium, & Sententiam 28 io judicatum tranſactam, ut ſupra probavimus, nnnqnam poterit Nobis impugnari aſſequntio Regentiæ ſub inſubſiſtenti prætextu, quod non adfuerint in approbatione omnia vota ſavorabilia.

Conſtito ex his de bono Jure noſtrorum Religioſorum parum immorandum eſt circa aſſ. examen aliorum. Collegi alium, nedum quia in illo iidem Religioſi non ſnerunt admiſſi; undè impoſſibile eſt dijudicare de illorum comparativa idoneitate, ſed etiam quia illud uti factum poſt citationes, & formalem appellationem ad hanc Sacram Congregationem, & poſt Reſcriptum Sanctiſſimi, nullum eſt, & attentatum, ut omiſſis generalibus, in terminis firmavit *Rota cor. Bichio dec. 545. nu. 25. & ſeqq.* 29 itaut his ſtantibus omnind de medio tollendum videatur, oe unquam appareant veſtigia adeò ſolemnis, & forſan ſcandaloſi contemptus reverentiæ, debitæ legitimæ appellatiooi ad hanc Sacram Congregationem interpoſitæ.

Die 22. Janoarii 1694. propoſita Cauſa in Congregatione Epiſcoporum per Card. Acciajolum, reſponſum 30 fuit: *Servetur diſpoſita per P. Generalem.*

Scripſit in hac Cauſa, uti Procurator, D. Sabinus Marianus, meus Conterraneus, qui paulò poſt, tanqnam Miſſionarius Apoſtolicus ad Sinas profectus fuit, ubi multa paſſus fuit pro Catholica Religione, & Fide, una cum Card. de Tanrnon, cui fuit in paſſione Socius, obiitque in Civitate Macaii anno 1723.

DISCEPTATIO XIX.

Eugubina Functionum

P R O

Archipresbytero Gaſparo Manciarellio.

C U M

Societate SS. Sacramenti Terræ Fractæ

ARGUMENTI

Loco ſubnectuntur ſequentia ſexdecim dubia.

I. *An Jus celebrandi Miſſam ſivè ſolemnem, ſive minus ſolemn. vel Conventualem ſingulis tertiis Dominicis cujuslibet Menſis, necnon Miſſam ſolemnem pro gratiarum actione tertia Dominica Menſis Novembris, quas ex inſtituto canere faciunt Priores, & Confratres Societatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Terræ Fractæ prætenſa Parochiali, ubi eadem Societas eſt erecta; nec non jus ſucceſſivè iiſdem diebus ducendi Proceſſionem, & in ea ferendi Sanctiſſimum Sacramentum, ac cum eo Populum benedicendi privativè ſpectet ad Parochum Archibresbyterum, ſeu potius jus omnia prædicta peragendi ſpectet ad Cappellanum dictæ Societatis in caſu &c.*

II. *An jus celebrandi Miſſam ſivè lectam, ſivè cantatam, & canendi veſperas in d. Eccleſia, ac ducendi Proceſſionem alterius Societatis Sanctiſſimi Roſarii pariter in eadem Eccleſia erecta prima die Dominica cujaslibet Menſis privativè ſpectet ad eundem Parochum, ſive potius ad Cappellanum Societatis in caſu &c.*

III. *An renuentibus Prioribus, Sacriſtis, Officialibus, & Confratribus canere facere prædictis diebus Miſſas, de quibus ſupra, eiſdem Miſſis & functionibus aſſiſtere, poſſit Parochus eos cogere in caſu &c.*

IV. *An iiſdem renuentibus dd. Confratribus ſubminiſtra-*

re solitam cæram pro Altari ubi Missæ, & Functiones, de quibus supra explentur, necnon assistere cum cæreis accensis occasione elevationis, & delationis Sanctissimi Sacramenti possit Parochus eos cogere ad assistendum, & cæram subministrandam in casu &c.

V. *An jus statuendi horam pro explendis tàm dictis functionibus, quàm aliis occasione quaruncumque Festivitatum ordinariarum, & extraordinariarum in dicta Ecclesia celebrandarum spectet ad dictum Parochum, sivè potius ad dictos Priores, & Confratres, vel eorundem Cappellanum in casu &c.*

VI. *An in diebus Dominicis, & aliis Festivitatibus de præcepto possint dd. Priores, & Officiales celebrare facere in d. Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ per eorum Cappellanum, vel alios Sacerdotes Missas privatas ante Missam Parochialem lectam, vel cantatam, sive hujus celebratione durante sine licentia d. Parochi in casu &c.*

VII. *An Sacerdotes, qui volunt ob eorum devotionem celebrare in dicta Ecclesia S. Joannis Baptistæ, vel divina Officia peragere possint hoc facere cum sola licentia Priorum, & Confratrum, sivè potius jus dandi d. licentiam spectet ad d. Parochum in casu &c.*

VIII. *An & cui debeantur reliquiæ cærarum, quæ supersunt post expleta Officia Missarum, quæ Benefactores adventitii celebrare faciunt in d. Ecclesia, sive ex eorum devotione, sive ex particulari obligatione in casu &c.*

IX. *An jus concedendi licentiam dd. Benefactoribus adventitiis pro celebratione Missarum, Officiorum, sive Festivitatum, quæ aliquando occurrere possunt, spectet ad Priores d. Societatis Sanctissimi Corporis Christi, vel potius ad eundem Parochum in casu &c.*

X. *An Confratres prædicti possint Parocho prohibere usum Altarium, in quibus Confraternitates sunt erectæ, & ad dictum effectum illa spoliare solitis, & quotidianis suppellectilibus, & ornamentis ad impediendum tàm dictas Functiones ordinarias, quàm alias extraordinarias arbitrio d. Parochi facien. in casu &c.*

XI. *An iidem Priores possint prohibere eidem Parocho usum Sacristiæ pro induendis Paramentis sacris, & respectivè usum sepulturæ pro tumulandis Cadaveribus, quæ in d. Ecclesia ratione electionis, vel alio prætenso jure sepeliri contingunt in casu &c.*

XII. *An cæra, quæ detracta quarta Funerali superest occasione tumulationis Cadaverum in dicta Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ integrè Parocho debeatur, sive Defunctus ibi eligat sepulturam, sive ibi sepeliatur, quia sit Confrater in casu &c.*

XIII. *An Priores, & Officiales pro tempore dictæ Confraternitatis teneantur administrare tantùm per semetipsos geminas alias Confraternitates Sanctissimi Nominis Dei, & Rosarii in d. Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ erectas ad formam Instrumenti conventionis initæ die 3. Julii 1723. sive potius possint substituere alios Officiales pro dd. duabus Confraternitatibus gubernandis in casu &c.*

XIV. *An jus deputandi Sacerdotes, & Clericos, qui canere debeant lectiones Matutini, & qui assistere debent Missæ solemni, quæ celebrari solet in Nocte Vigiliæ Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi in d. Ecclesia S. Joannis Baptistæ spectet ad eundem Parochum, vel potius ad ipsos Confratres in casu &c.*

XV. *An jus retinendi clavem Januæ majoris d. Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ privativè spectet ad d. Parochum, vel potius possit etiam retineri à Prioribus d. Confraternitatis in casu &c.*

XVI. *An jus retinendi Clavem Sacrarii dictæ prætensæ Parochialis Sancti Joannis privativè spectet ad dictam Confraternitatem, vel potius possit retineri etiam d. Parocho in casu &c.*

PRima duo dubia, resolveri videntur favore Anchipresbyteri Mancianelli Ecclesia namq; S. Ioan. Baptistæ, in qua tàm Sanctissimi Corporis Christi, quàm aliæ Sanctissimi Nominis Dei, & Sanctissimi Rosarii Societates institutæ sunt, Parochialis citrà controversiam esse dignoscitur, tùm quia habet potestatem fori pœnitentialis, seu potestatem ligandi, & solvendi, locum certum, certisque finibus signatum, & circumscriptum, in quo Populus ab eadem Ecclesia Sacramenta necessariò recepturus degit, & demum Sacerdotem, seu Parochum, qui Curam Animarum nomine suo, & solus exercens, Rectoris, & Archipresbyteri nomine nuncupatur, eidemque Populo intrà præscriptos dicti certi, & particularis Loci fines, Sacramenta omnia ministrare tenetur, quæ sunt omnia illa requisita, quæ ad Parochialitatem constituendam per Doctores communiter recensentur, & signanter per *Stapbil. de Liter. Grat. tit. de Qualit. & stat. benefic. §. Circà secundum ex num. 7. Rebuff in Concord. tit. de Collat. §. Statuimus il secondo verbo Parochiales Ecclesiæ, Gonzal. ad Regul. 8. Cancel. gloss. 6. num. 34. & seqq. Barbos. de Paroch. p. 1. ca. 1. ex n. 27. Murg. de Benef. qu. 2. num. 345.* & *seqq. Panimol. dec. 5. adnot. 1. num. 1. & seqq.* latè *Rot. dec. 52. ex num. 1. p. 2. divers. & coram Bichio dec. 228. num. 19. & seqq. & coram Zaratt. dec. 45. num. 45.* Tùm quia eadem Ecclesia semper antiquitùs provisa fuit, & adhùc hodie providetur per Concursum, qui solummodò in Provisione Parochialium adhibetur ex dispositione *Concilii Tridentini in c. 18. sess. 24. de Reform. Tondut. qu. & resolut. beneficial. p. 3. cap. 187. num. 2. Rota dec. 489. num. 4. p. 3. & dec. 443. num. 5. & 6. p. 5. & dec. 234. num. 1. p. 17. & dec. 192. nu. 50. p. 18. & dec. 434. num. final. p. 19. rec. & cor. Priol. dec. 44. num. 25. & dec. 469. num. 3. & seqq. & dec 85. nu. 18. cor. Ansaldo*, & in omnibus Provisionibus, ac Visitationibus respectivè Parochialis, imò & Archipresbyteralis denominatur; Ex qua sanè denominatione, tùm in illius Provisionibus, tùm in Visitationibus semper adhibita, nedum dicta Ecclesia verè, & propriè Parochialis reputari debet, ut benè arguit *Tondut. qu. & res. beneficial. p. 3. cap. 141. num. 7. & seqq. & firmavit Rot. cor. Caril. dec. 41. num. 3. & seqq. & cor. Cerro dec. 730. num. 2. & seqq. & d. dec. 52. sub num. 26. p. 2. divers. & in rec. dec. 233. num. 2. cum duobus seqq. & dec. 371. num. 1. & seqq. p. 1. & dec. 317. num. 8 & seqq. p.* 16. cum aliis apud *Adden. ad Pamphil. dec. 155. num. 12.* Sed etiam matrix, adeòut ipsius matricitatis ratione omnibus aliis Ecclesiis in loco existentibus præferatur, ut in specie ponderat *Panimol. d. decision. 5. adnot. 1. num. 48.* ibi: *Ecclesia enim Archiprebyteralis dicitur Ecclesia Parochialis Matrix.*

1 2 3 4

Et de facto Ordinarii pro tempore in Visitatione obeunda, nostram Ecclesiam S. Joannis Baptistæ, veluti Archipresbyteralem, & Matricem, continuò prætulerunt, dum ad eam priùs visitandam illos acepisse deponunt Testes quod esse certissimum superioritatis, ac dignioritatis Ecclesiæ, primò visitatæ argumentum, probat *Gloss in cap. Quorumdam verbo Prædicatorum, & in cap. si quis justo verbo nominatus de Elect. in 6., Rota coram Merlin. decis. 70. num 5. & decis. 593. num. 2. & coram Emerix Jun. decis. 525. num. 2. decis. 1094. num. 1. & in rec. decis. 463. num. 7. part. 5. & decis. 99. num. 10. & seqq. part. 10. & decis. 242. num. 13. & 14. part. 16. & decis. 781. num. 5. part.* 18. & apud *Posth. decis. 594. numer. 9 & 10. & in Lucana Præeminentiarum 28. Junii 1700. §. Et certè coram Molines* inter impress. apud *Palm. dec. 319. num. 17.*

5

Ad Parochialitatem tamen prætatæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ luculentissimè convincendam exuberat ipsemet præsens illius status, & quasi possessio, cùm in ea Sacramenta omnia Parochianis viventibus ministrentur, & Mortuis Sepultura præbeatur, *Tondut. ubi suprà ex dicto numer. 7. Rota dicta decis. 233. num. 1. & seqq. & decis. 238. numer. 1. & decis. 272. num 2. part. 1. recent. & coram Cerro d. dec. 730. num. 5. & seqq.* & egregiè *coram Dunozett. Jun dec. 472. num. 9.*

6

Fortiùs verò, quia in præsenti non agitur principaliter de Parochialitate, sed incidenter dumtaxat, ad effectum scilicet dignoscendi, ac determinandi, ad quem celebratio Missarum, aliæque Functiones Ecclesiasticæ pertineant, in quibus terminis etiam leviores probationes sufficiunt, sicuti in proposito rectè distloquendo

7

do ponderat *Rota coram Seraphin. decis. 1287. numer. 2. & 3. & coram Cerro dicta decis. 730. num. 8. & dec. 791. num. 10.*

Confraternitates igitur Sanctissimi Corporis Christi, Sanctissimi Nominis Dei, & Sanctissimi Rosarii in nostra Parochiali Ecclesia, ejusque Altaribus, & Cappellis institutæ, etiam in Functionibus merè Ecclesia- 8 sticis, non Parochialibus peragendis ab Archipresbytero, tanquàm dictæ Ecclesiæ Rectore, seù Parocho dependentiam habere coguntur, prout inter Decreta Generalia Urbis, & Orbis, approbante Sanctissimo edita de anno 1704. hæc ipsa Sacra Congregatio decrevit in responsione ad primum, & secundum Dubium.

Et jure quidem merito, nam Parochus in propria nedùm Parochiali Ecclesia, sed & intrà limites totius suę Parochiæ tantam habet potestatem: quantam Episcopus in sua Cathedrali, & Diœcesi, immò adinstar Re- 9 gis, & Imperatoris habetur *Can. In Apibus 7. quæst. 1. Abb in cap. 1. num. 28. de Dol. & contum. & in cap. Venerabilis de Election., Theodos. Rub. apud Gratian. discept. 298. ex num. 88. Barbos. de Paroch part. 1. cap. 9. num. 3. & seqq. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 6. num. 100. & seqq. Ricc. in Prax. resol. 301. par. 4. Lavor. lucubr. var. tit. 2 cap. 3. num. 214. Tranchedin. consult. 99 num. 13. volum. 1. & consult. 120. num. 9. & seqq. volum. 2. Capon. discept. 4 num. 2. & Pantinoll. dec. 1. adnot. ex num. 1.*

Ille propterea in dicendis Missis, tàm solemnibus, quàm non solemnibus, aliisque Functionibus, etiam simpliciter Ecclesiasticis, in propria præsertim Eccle- 10 sia, ut in casu nostro, peragendis, præferri debet omnibus aliis, quamvis Superioribus, & Majoribus, uti prosequitur *Theodos. Rub. apud Gratian. d. discept. 298. ex d. num. 88. § Hinc Rector. Barbos. de Paroch d. cap. 9. sub num. 5. vers. Rector enim, Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar gloss. 6. num. 104.* ibi. *Hinc Rector intrà propriam Ecclesiam debet præcedere omnes alios Majores, & Superiores in dicendis Missis solemnibus, & aliis quibuscumque præeminentiis. Lavor. lucubr. var. tit. 2. cap. 11. num. 107. Tranchedin. d. consult. 99. num. 14. & dicta consult. 120. num. 13. & numer. 35.* 11 ubi in simili testatur, Cardinalem Archiepiscopum Mediolanensem in sua personali Visitatione decrevisse, omnes Functiones esse faciendas per Curatum, *Rota coram Peutinger. dec. 172. num. 1.*

Hinc ad Archipresbyterum tantùm, & Rectorem dictæ Ecclesiæ, non verò ad Cappellanum dictarum Societatum pertinet celebrare, quatenùs velit, omnes Missas, Processiones ducere, Sanctissimum Sacramentum deferre, & cum eo Populum benedicere, cæterasque explere Functiones etiam merè Sacerdotales, & Ecclesiasticas, quæ in præfatis primo, & secundo 12 Dubiis enumerantur, sicuti referendo plures tùm istius, tùm aliarum Sacrarum Congregationum uniformes resolutiones tradunt *Gavant. in Manual. verbo Confraternitates num. 41. & verbo Parochorum munera numer. 21.* ubi quod Functiones etiam merè Sacerdotales ad Parochum spectant *Ricciull. Lucubr. Eccles. lib. 4. cap. 6. num. 10. in fin.* ubi Sacram Congregationem Episcoporum die 20. Augusti 1601. ita Episcopo Leodiensi rescripsisse, testatur *Lezzan. quæst. regul. tom. 2. cap. 13. vers. Septimum, & num. 29. vers. Tertiò. Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 2. cap. 11. ad finem*, ubi Sac. hanc Congregationem in *una Neapolitana* de anno 1602., & in *una Cæsaraugustana* de anno 1612., ita respondisse testatur, *& collect. 207. num. 17.* ubi idem repetit *Nicol. Lucubrat. Canonic. lib. 3. tit. 36. num. 9.*, ubi ait idipsum, quod *Barbos.* easdem referens Sacræ Congregationis resolutiones, *& in Floscul. verbo Confraternitas num. 19., Pasqualig. ad Lauret. de Franch. controvers. inter Episcop. & Regular. par. 1. num. 226. & seqq. & de Sacrific. nov. leg. quæst. 353. num. 1. Pellizzar. Manual. reg. tom. 2. in tractat. 8. cap. 6. num. 298. & seqq. Francesc. de Eccles. Cathedral cap. 25. num. 298 Capon. discept. 276. num. 32.* latissimè *Pignatell. consult. 68. ex num. 1. cum pluribus seqq.*, ubi innumeras Sacrarum Congregationum resolutiones recenset *Tom 6. Monacell. formular. legal. pract. tom. 1. tit. 6. in adnot. ad formul. 11. num. 31.* ubi re- 13 lata resolutione Sacræ Congreg. Concilii in *una Lunen. Sarzan.* tradit, quòd Parochus de licentia requisitus illam dare non tenetur, nisi fuerit impeditus, vel per seipsum dictas Functiones explere nolit, & meliùs *tom. 2. tit. 13 formul. 1. num. 66. & num. 67.* optimè in nostris præcisis terminis *Rota coram Peutinger. decis. 172. numer. 1. & per tot.*, & magistraliter in *Taurinen. Jurium Parochialium 28. Junii 1686. per tot.* impress. apud eumdem *Pignatell. consult. 103. n. 1. & seqq. tom. 10.*

Potissimùm autem, & citrà ullam dubitandi rationem, quia dictus Archipresbyter semper fuit, & hodie quoque reperitur in actuali quasi possessione omnes suprà recensitas Functiones peragendi, ex animadver- 14 sis in specie per *Tranchedin. consultat. 99. num. 12.*, & per *Pignatell. dicta consult. 68. num. 5. dicto tom. 6.*, sicuti disertè deponunt Testes in Summario. Quibus, licèt ad perpetuam tantùm examinatis, integra fides utique 15 debetur, & quia sunt Sacerdotes *Thomat. dec. 201. num. 23., Rota dec. 276. num. 6. & 17 part. 10., & decis. 492. num. 23. part. 19 & coram Ansaldo dec. 65. num. 9.* Numero plures, & optimè informati *Panim. decis. 1. p. 13. Thom. dec. 169. n. 12. & 13 Zarate, dec. 55. n. 46. & cor. Bichio dec. 618. n. 3. & 4. & dec. 425. n. 11. part. 19.* Et quia potentissimè adminiculantur, nedùm ex Juris assistentia, quam in explendis in dicta sua Parochiali Ecclesia Functionibus prædictis habet Archipresbyter juxta animadversa per 16 *Spad. consl. 121. num. 9. & 10. & cons. 306. num. 7. volum 2. Thomat. dec. 131. num 19 Rota coram Gregor dec. 51. num. 2. & dec. 317. num. 14. & coram Emerix Jun. dec. 31. num. 31. & dec. 473. num. 4. & decis. 459. num. 22 dicta part 19.* Verùm etiam ex facto, & implicita confessione ipsiusmet 17 Confraternitatis Sanctissimi Corporis Christi, quæ in eligendo Cappellanum suum, illi solùm imponit onus assistendi Functionibus prædictis, non autem eas peragendi, ut legere est in Summario quam circumstantiam considerant. *Spad. d. cons. 306. nu. 7. volum. 2., Rota coram Emerix jun. dec. 296. n. 7. & dec. 1004. n 5. & dicta dec. 459. num. 23. p. 19. rec.*

Accedente insuper pro validiori, & superlativo dictorum Testium adminiculo expressa censura Synodi Diœcesanæ, edita usque de anno 1695. qua præcisè cavetur, ne Capellani Confraternitatum, aliique Sacerdotes Missas solemnes in Ecclesiis dictarum Confraternitatum celebrare, benedictionem cum Sanctissimo Sacramento Populo dare, Officia super Defunctis, aliasque Functiones, uti ad solum Parochum spectantes, peragere præsumant. Quo fit, ut ex prædicta Syno- 18 do maxima prædictis Testibus, licèt extrajudicialiter deponentibus, fides concilietur *Spada d. cons. 306. nu. 7. vol. 2. Rota coram Emerix jun decis. 296. n. 7. & decis. 96. n. 23 part. 17.* Omnique præterea submota difficultate, dilucidè pateat, Functiones omnes in dictis duobus Dubiis contentas ad Archipresbyterum unicè pertinere, cùm id expressè statuatur per dictam Synodalem Legem omninò servandam tàm ex Juris dispositione, ut individualiter in casu consimilis Synodi Mediolanen. ponderat *Tranchedin. dicta consult. 99. in fin. volum. 1. & dicta consult. 120. num. 35. volum. 2.* & in specie alterius similis 19 Synodi Compostellanæ *Rota coram Peutinger. dicta decis. 172. num. 7. & 8.* & in specie alterius similis Synodi Taurinen. *Rota in dicta Taurinen. Jurium Parochialium apud Pignatell. dicta consult. 103. num. 17. & seqq. tom. 10.* quàm etiam ex mente hujus Sacræ Congregationis, quæ in dictis generalibus Decretis ad compescendas inter Confraternitates, & Parochos dietim enascentes controversias in illa *Urbis, & Orbis de dicto anno 1704.* editis, Constitutiones Synodales, & Provinciales, aliter disponentes, expressè præservavit.

His convicta Confraternitas Sanctissimi Sacramenti contendere nititur, nostram Archipresbyteralem Ecclesiam S. Joannis Baptistæ non esse Parochialem, sed alteram S. Andreæ, extra Terram Fractæ positam, contendendo etiam, sese non esse erectam in dicta nostra Ecclesia, sed in situ usque de anno 1522. ab ipsa per viam donationis acquisito, suosque Cappellanos in tertia Dominica cujuslibet mensis independenter ab 20 Archipresbytero Missas hactenùs celebrasse, ut in quadam extrajudiciali fide ab aliquibus Testibus asseritur. Assumptum tamen hujusmodi in neutra sui parte subsistere comperitus.

Non quidem in prima, nostram sanè Archipresbyteralem Ecclesiam S. Joannis Baptistæ esse certò Parochialem abundè ostensum est suprà, eamque ab antiquissimo tempore 166. & ultrà annorum metam excedente fuisse,

fuisse, & esse unitam præfatæ Ecclesiæ S. Andreæ, plenissimè probant Provisiones, tùm Ordinariorum, tùm Apostolicæ, aliaque documenta, demonstrantia etiam, quod Parochialis Ecclesia, quæ sub solo Titulo S. Joannis Baptistæ posteà conferri cæpit antiquitùs sub duplici Titulo S. Andreæ, & S. Joannis Baptistæ 21 conferri consueverat ex quibus unionem, & annexionem ambarum Ecclesiarum evidentissimè comprobari, passim monent *Pacion allegat.* 20. *num* 4. & ibidem post eum *Rota num.* 29. *& alleg.* 112. *numer.* 10 *& seqq. Rota coeam Mantic. decis.* 355. *num* 6. *& coram Dunozett. jun decis.* 911. *num.* 4 *& seqq. & coram Cerr. decis.* 240. *nu.* 8. Ubi maximè, quia non agitur principaliter de canonizanda 22 ipsa unione, *& decis* 886. *num.* 1. *& seq. & coram Emerix jun. dec.* 1023. *num.* 11. *&* 12. *& decis.* 1098. *num.* 17. *& decis.* 5354. *num.* 2. *& num.* 9.

In secunda quoque sua parte contrarium assumptum non subsistit; Tametsi enim donatio situs, contigui nostræ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, pro ædificanda Cappella dictæ Confraternitatis sub primævo Titulo S. Joseph substineretur, proùt veluti facta à Religioso 23 Ordinis Minorum S. Francisci procul dubio substineri nequit *Pellizzar. Manual. regular. tom.* 2. *tractat.* 6. *cap* 9. *sect.* 1. *num.* 16. *& tract.* 9. *cap.* 6. *num.* 2. *& seqq.* Adhùc eadem Cappella, tanquàm ædificata in fundo ejusdem 24 nostræ Ecclesiæ, isti ratione soli, & originarii dominii cessisse diceretur *Barbos. de Jur Eccles univers. lib.* 2. *cap.* 28. *numer* 24. *Spad. cons* 15. *sub numer.* 51. *volum.* 2. *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.* 16 *numer.* 57. *Fagnan. in cap. Ad Audientiam num.* 40. *de Eccles. ædificand. Rot. decis.* 217. *nu.* 6. 7. *part.* 9.

Quinimò non tantùm cessit nostræ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, sed etiam effecta est materialis pars, ac membrum ejusdem, atque uti sub eodem recto, ac fornice existens, in unum cum ipsa nostra Ecclesia ædificium coaluit, ut benè advertit Episcopus in sua Relatione. In eadem itaque Cappella, uti accessoria, Archipresbyter idem retinet dominium authoritativum, & Jurisdictionale, quod habet in Ecclesia sua princi-25 pali, cùm utraque respectu Rectoris, & Parochi eodem prorsùs Jure censeatur, latè *Valenzuol. cons.* 18. *ex num.* 70. *Tondut. quæst. & resolut. Beneficial cap.* 73. *sub num.* 7 *tom.* 1. *Pasqualig. de Sacrific. nov Leg quæst* 998. *sub num.* 4. *Fagnan in cap Exposuisti sub num.* 3. *de Præbend. Ventrigl. in Prax. part* 2. *adnot.* 19 *§ Unic. num.* 41. *Francesc. de Eccles cap.* 16. *num.* 145. *Amostaz de Caus. Piis lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 32. Remanente solùm utili, & utuali ipsius Cap-26 pellæ dominio apud Confraternitatem, quæ propriis sumptibus in Solo nostræ Ecclesiæ illam ædificari curavit *Lambert de Jurepatronat. lib.* 3 *art* 4. *quæst.* 5. *num.* 13. *Roderic. quæst Regular. tom.* 3. *quæst* 58. *art.* 10. *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.* 16. *num.* 212. *& cap.* 28. *numer.* 506. *Phœb. decis. Lusitan* 8. *num.* 8. *Rot. decis.* 287. *num.* 4. *part.* 1. *diversor. & coram Mantic. decis.* 59. *num.* 3. *& coram Seraph. decis.* 652. *num.* 2. *& coram Cerro decis.* 686. *num.* 12. *Adden. ad Gregor. decis.* 145. *num.* 5. cum aliis apud *Fattinell. respons.* 110. *num* 9. *&* 10. *vol.* 1.

Quod apertissimè comprobatur ex recentissimo facto ipsius Societatis, quæ antiquam Tabellam, muro appensam ab anno circiter removit, quia in ea descripta erant onera ipsius sub expressione, quod illa erecta reperiebatur in nostra Archipresbyterali Ecclesia S. Joannis Baptistæ, ut duo Testes, inter quos alter Sacerdos de visu, imò, & de facto proprio, testantur in 27 Summario. Omnem proptereà fidem facientes *Rota coram Dunozett. jun. decis.* 647. *numer.* 20. *& decis.* 796. *numer.* 12. *& coram Cerro decis.* 3. *numer.* 2. *& decis.* 504. *num.* 7.

In tertia demùm sui parte contrarium assomptum, nec in Facto, nec in Jure subsistit. Non in Facto, quia potiùs nostrum Archipresbyterum Missas omnes celebrasse, aliasque Functiones controversas peregisse, ubertimè comprobatur à Testibus datis in Summario, qui tamquàm Sacerdotes optimè informati, & adminiculati, nedùm ab assistentia Juris, sed etiam Syno-28 dalis Constitutionis concorditer tribuentium Parocho jus peragendi easdem Functiones, ut quoad Synodum, patet ex Summario, & de Jure, ultrà supra con-29 gestos comprobat *Cardinal de Luc. de Paroch. disc.* 30. *sub num.* 6. Omnibus, quotquot adduci possint, contrariis Testibus præferri merentur *Spad. dict. cons.* 306. *numer.* 7. *volum.* 2. *Thomat. decis. March* 245 *num.* 38. *Sperell. decis.* 75. *num.* 46 *Rota coram Ludovis. decis.* 351. *numer.* 10. *& coram Dunozett. jun. decis.* 457. *num.* 5. *& decis.* 734. *num.* 10. *& coram Emerix jun. decis.* 763. *num.* 4. *& coram Ansaldo dec.* 78. *num.* 99. *& decis.* 92. *num.* 8. Non in Jure quia tametsi concludentissimè probaretur quasi possessio Confraternitatis celebrare faciendi Functiones, prædictas per Cappellanos, illa tamen ei suffragari nullo modo posset, tùm ob resistentiam expressam præfatæ Synodi, omninò prohibentis, nè per Confraternitatum Cappellanos 30 Functiones hujusmodi expleantur ut in puncto probat *Tranchedin. dict. consult.* 99. *num.* 13. *volum* 1. & in individuo firmavit *Rota coram Peutinger. decis.* 172. *num.* 7. 8. Tùm etiam, quia de consensu potiùs, & licentia ipsius Archipresbyteri eædem Functiones per Cappellanos Confraternitatis aliquandò peractæ præsumerentur, non probato impedimento præstito, & successiva ejusdem 31 Archipresbyteri acquiescentia, ut in specie respondet *Pignat. consult.* 68 *sub n.* 9. *to.* 6. semperque præferenda esset possessio Archipresbyteri, tamquàm innixa Juris assistentiæ, & Synodalis Constitutionis pro eo militantium, ut prosequitur *Pignatell. dict. consult.* 68. *d. num.* 9. *volum.* 6. *& Rota in dicta Taurinen. Jurium Parochia-* 32 *lium* apud eumdem *Pignatell. consult.* 103. *n.* 21. *tom.* 10.

Tertium Dubium affirmativè resolvendum videtur: Cum enim Confraternitas statutis diebus Missas canere faceret, aliasque Functiones controversas ex lege proprii Instituti explere teneatur, indè sequitur, quòd quatenùs ejus Priores, & Officiales illas explere recusent instante Archipresbytero, ad eas explendas co-33 gi saltem per Ordinarium, qui Piorum Operum, ac relictorum est Executor expressè constitutus, tùm à Jure *in cap. Nos quidem*, ubi *Fagnan. num.* 9. *de Testam. l. Nulli licere, §. Sin autem, C. de Episc. & Cler. Passerin. in cap. Religiosus, §. Sanè de Testament: in* 6. *Fragos. de Regimin. Respubl. Cristian. part.* 3. *lib* 5. *disp.* 8. *§.* 16. *num.* 492. *Antonell. de Regimin. Eccles. lib.* 1 *cap.* 10. *num.* 15. *Amostazz. de Caus. Piis lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 18. 19. cum aliis concordantibus fusè collectis per *Romaguer. ad Constit. Synodal. Gerunden. lib.* 3. *tit.* 7. *cap.* 3. *ex num.* 2. Quàm à *Conc. Trid. in cap.* 8. *sess.* 22 *de Reformat.* latè *Tranchedin. consult.* 15. *n.* 20. ubi quod ex Concilio Provinciali Mediolanen. Episcopus diligentissimè curare debet, ut Missarum onera adimpleantur, *volum.* 1. & pleniùs *consult.* 38. *num.* 59. 34 *& consult.* 39. *ex nu.* 29. *vol.* 2.

Potissimùm verò inspecta longæva observantia, & immemorabili consuetudine adimpiendi functiones omnes, ipsi Confraternitati incumbentes, cum ea facultativa, & voluntaria censeri nequeat, sed coactiva, & obligatoria satis convincatur ex eo, quia primor-35 dialem causam, ac titulum ab obligatione fundamentalis Instituti ejusdem Confraternitatis desumit, ad sensum *Rip in cap. Cum Ecclesia num.* 55. *de Caus. possess. & propriet. Adden. ad Ludovis. decis.* 162. *ad fin. Rota coram Cæsar. de Grass. decis.* 1. *num.* 3. *de Caus. possess. & propriet. & coram Seraphin. decis.* 212. *num.* 2. *& decis.* 323. *num* 4. *& coram Bich. decis.* 522. *num.* 19. *& decis.* 543. *num.* 1. *& seqq. & in recent. decis.* 549. *num* 28. *part.* 12. *& decis.* 139. *num* 23. *part.* 17. Quamvis sufficeret etiam, quod illa favore dumta-36 xat Piæ Causæ inducta, & per diuturnum tempus observata fuisset, ut obligatoria, & coactiva diceretur, ut post *Abb. in cap Suam* 29. *num.* 8. *vers. Tertiò potest. de Simon.* notat *Felin. in cap. Ad Apostolicam numer* 3. *eodem tit. Gutierrez Canonic. quæst. lib.* 2 *quæst.* 21. *num.* 144. *& seqq. Roman. cons.* 144. *numer.* 2. *&* 5. *Barbos. de Offic. & potest. Paroch part.* 3. *cap.* 24 *num.* 11. *Leoncill. de Privileg. Pauper. privileg.* 117. *num.* 19. *Ofasc. decis.* 90. *sub num.* 17. latè *Bonden collect legal.* 19. *n.* 62. *volum.* 1. *Rota dec.* 360. *sub num.* 7. *p.* 1. *& decis.* 365. *num.* 4. *& seqq. p.* 2. *& coram Bichio decis.* 522. *num.* 15. *& dec.* 543. *n.* 2.

Ad quartum affirmativè pariter respondendum videtur, nam Confraternitates laicorum subministrare tenentur omnia necessaria pro cultu, & ornatu Altaris, ubi sunt erectæ, nèc non pro celebratione Mis-37 sarum, & aliarum functionum, sibi ipsis incumbentium, & ad id in limine, & ex vi propriæ erectionis sese obligasse censentur *Genuens. in Prax. cap.* 91. *num.* 13. *Barbos. de Offic. & potestat. Episcop alleg.* 64. *num.* 16. *Romaguer. ad Constit. Synod. Gerund. lib.* 3. *tit.* 17. *c.* 22. *num.*

num 9. Matthæucc. Official. Cur. cap. 14. sub num. 6. vers. Hujusmodi ibi : *Hujusmodi Laicorum Confraternitates tenentur manutenere, & providere Altaria, ad quæ sunt erectæ, de Luminariis, Fabrica, & aliis necessariis, tam ad Altaris ornatum, quam ad Missæ Sacrificii celebrationem, quia per erectionem ad dicta Altaria factas censetur, & reputantur se obligasse ad manutenendum ea de præfatis, ac si essent Altarium Patronæ, Panimol. dec. 19. num 9.*

Concurrente præsertim in hac quoque parte longæva, & immemorabili observantia, quæ tanquàm derivans ab uniformi dispositione Juris, successivam continuandi necessitatem, & obligationem ad favorem piæ 38 Causæ indubitanter secumfert, ex Authoritatibus supra proximè citatis.

Ad quintum affirmativè quoad primã, & negativè quoad secũdam partem respondendũ videtur; Cum enim Archibresbiter in dicta sua Parochiali, & Archipresbyterali Ecclesia Episcopi, & Prælati, imò & Regis, atquè Imperatoris potestatem habere dicatur ea supra probatis, Confraternitas autem, cæteræque in eadem Ecclesia Institutæ merum illius usum obtineant, nihil prorsùs detrahentem dominio proprietatis penès ipsam 39 Ecclesiam remanenti, ut rectè declarat *Rota cor. Cerro d. dec. 686. num. 2.* multoquè minus dominio authoritativo, & Jurisdictionali, quod apud ipsum Parochum residet, juxtà punctuales authoritates superiùs adductas: Monstruosum sanè esset, si jus statuendi horas explendi functiones præmissas, aliasquè in Festivitatibus ordinariis, quam extraordinariis peragendas, ad Priores, & Confratres, aut Cappellanum dictæ Societatis potiùs, quàm ad Archipresbyterum Ecclesiæ Rectorem, & Prælatum spectare diceretur; Præscribere namque tempus explendi similes Functiones est 40 actus superioritatis, qui ab Inferioribus exerceri non debet, sed tantùm Superiori competit, ac reservatur, ut in specie monet *Gavant. in Manual. verbo. Confraternitates numer. 25. Francesc. de Ecclesf. Cathedral. d. cap. 25. num. 302.* & in nostris præcisis terminis *Rota in d. Taurinen. Jurium Parochialium* apud *Pignattel. d. consult. 103. num. 18. tom. 10.*

Sextum dubium negativè resolutum jam est ex Decretis per istam, aliasque Sacras Congregationes sæpiùs editis, & concorditer prohibentibus, nè in diebus Festis de præcepto, in Ecclesiis, vel Oratoriis Confraternitatum Missa, etiam privata, celebretur antè Missam Parochialem lectam, vel cantatam, nè Parochiani aliodistrahantur, & publicationi Matrimoniorum, Vigiliarum, Festorum, aliorumque Pastoralium monitionum ad æternam salutem consequendam conducen-41 tium interesse nequeant ut eadem Sacrarum Congregationum decreta referendo monent *Gavant in Manual. verb. Missa Parochialis num. 5. Nicol. lucubration. Canonic. lib. 3. tit. 41 num. 6. & in Floscul. verb. Missa. nu. 30. Ramaguer ad Const. Synod. Gerund. lib. 3. tit. 17. cap. 13. nu. 8. Panimol. dec. 5. adnot. 1. nu. 25. Pignattel. l. consult. 68. n. 14. & sub nu. 47. tom 6. Rot. in d. Taurinen. Jurium Parochialium* apud eundem *Pignattel d. consult. 103. d. n. 18. tom. 10.* & de dicto anno 1703. In Urbis, & Orbis expressè decrevit Sacra Congregatio in responsione ad decimum nonum Dubium, ut notat etiam *Monacel. form. legal. Pract. tom. 2. tit. 13. Formul. 1. num. 69.* ubi aliàs penè innumeras Sacræ Congregationis resolutiones accumulat, quibus consonant quamplura Decreta Synodalia 42 idem apprimè prohibentia & in tota Diœcesi pro lege servanda &c. animadversis *Monacel. tom. 2. d. formul. 1. tit. 13. numer. 73. Rota cor. Peutinger. dec. 172. num. 8. & coram Emerix Jun. decision 740. numer. 2. & numer. 9. & coram Ansaldo decision. 77. numer. 60. & decision. 484. num. 6. part. 19. rec.*

Septimo negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad ad secundam reponderi videtur ex ea fundamentali ratione, quod cum solus Archipresbyter, & Parochus sit Ecclesiæ suæ Rector, & Prælatus, omnis propterea superioritatis, & Jurisdictionis actus ad eum pertinet, non verò ad Priores, & Confratres, merum dictæ Ecclesiæ usum habentes, Ideoquè Sacerdotibus in eadem Ecclesia ex devotione, vel alia de causa celebrare, aut Divina Officia peragere volentibus, licentia danda non est à d. Prioribus, & Confratribus, sed ab ipso tantùm Archipresbytero tanquam independentem, absolutam, & omnimodam in sua Ecclesia authoritatem, & superioritatem habente; Nam traditio licentiæ est collatio libertatis faciendi id, quod sine ea fieri non potest, facultatem, & dominium in con-43 cedente pernecesse supponens, argumento *Textus in cap. Licet de Regul. Bald. cons. 290. nu. 6. volum. 3. Surd. cons. 482. nu. 3. Noguerol. alleg. 28. nu. 87. Rot. cor. Buratt. dec. 222. n. 3. & cor. Ottbob. dec. 117. nu. 10. & in recens. decis. 191. nu. 17. part. 9. & dec. 44. num. 9. & decis. 516. nu. 10. par. 18.* cum aliis apud *Fattinel. d. respons. 110. num. 26. & num. 43. volum 2.*

Ad octavum, reliquias Cerarum superextantium post expleta in nostra Ecclesia Officia Missarum, eidem Archipresbytero deberi respondendum videtur, non au-44 tem Confraternitati, ut generalibus omissis in puncto alios innumeros congerens firmat *Ricciardel. Lica. Ecclesiast. cap. 8. §. 6. num. 78.* ibi : *Rectori namque Ecclesiæ debentur introitus omnes, etiam extraordinarii ejusdem Ecclesiæ, non autem Confraternitati, accessoriæ ipsi Ecclesiæ, prout sunt Ceræ occasione funeris, ac omnes aliæ similes obventiones.*

Ratio autem, cur Archipresbytero, non verò Confraternitati debeantur, evidentior profectò esse non po-test, quia nempè Rector, & Parochus idem est cum 45 Ecclesia, ut rectè advertit *Ricciardel. ubi supra num. 79.* ideòque Rectori, & Parochu oblationes omnes, tàm in sua, quàm in aliis Ecclesiis, intrà limites Ecclesiæ suæ Parochialis constitutis, debentur, ut per *Text. in capit. Dilectus de Cappel. Monachor. & in cap. Pastoralis de his, quæ fiunt &c.* tradunt *Abb. in Rubr. de Parocb. num. 20* 46 *Fagnan. in d. cap. Pastoralis num. 16. & seqq. Pax. Jord. Lucubr. diversor. lib. 10. tit. 13. sub nu. 27. Antonel. de Regimin. Ecclesf. lib. 5. cap. 18. nu. 6. & de Jur. & oner. Cler. lib. 1. p. 5. cap. 62. nu. 40. & seqq. Capon. discept. 77. ex nu. 11. Torr. de Pact. futur. success. lib. 3. cap 1. ex num. 241. Bertacchin. vot. 191. num. 3. & seqq. Card. de Luc. de Paroch. dicurs. 32. num. 4. Rota coram Pamphil. dec. 286. n 4.* ibique *Adden. num. 7. & cor. Merlin. dec. 253. num. 10. & dec. 225. num. 1. par. 19. rec.*

At Confraternitas accidentaliter tantùm recepta est, & manet in Ecclesia, nec unum cum ea corpus constituit, imò nihil cum ea commune, nullamque penitùs conjunctionem habet, ut etiam benè in proposi-47 to advertit *Ricciardel. ubi supra d. n. 79.* & communiter notant *Castrens. con. 5. sub nu. 3. volum. 2. Petr. de Ubald de Canon. Episcop. qu. 14. num. 9. & num. 22. Tondut. qu. & resol. Beneficial. p. 1. cap. 34. nu 3. & seqq. Francesc. de Ecc. Cathedral. cap 25. num. 245. & num. 265. & seqq. Ricciul. Lucubrat Ecclesf. lib. 4. cap. 3. num. 7. Capon. discept. 345. num. 2. & seqq. Amostaz. de Caus. Piis lib. 4. cap. 12. num. 8. Cortiad. dec. Cathalon. 183. nu. 5. Rota. cor. Coccin. dec. 472. ex num. 1. per tot.* cum aliis apud *Fattinel. dict. respons. 110. num. 33:*

Cumque, ultrà Juris assistentiam Archipresbyter, & Parochus reperiatur in possessione habendi dictas Ceras superextantes, ut probant Testes in Summario nulla superest dubitandi ratio, quin ad eum pertineant, ut in simili considerat *Pignattel. dicta consult. 68. sub* 48 *num. 5. volum. 6. Rota in dicta Taurinen. Jurium Parochialium* apud eum *dicta consult. 103. num 21. & seqq. volum. 10.*

Nonum negativè pariter quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem videtur resolvendum cùm 49 eædem omninò urgeant decidendi rationes ad idem septimum, & ad octavum quoque adductæ, hic inutiliter non repetendæ.

Ad decimum negativè respondendum videtur, ex eo pariter, quia Confratres merum usum, & quidem subordinatum Rectori, & Parocho, habent in Ecclesia; Ideoque prohibere ipsi non possunt, quin idem Parochus in omnibus Altaribus, in ea sitis, pro suo arbitrio functiones omnes, etiam merè Ecclesiasticas, & Sacerdotales, ordinarias, & extraor-50 dinarias expleat *Gavant. in Manual. verbo Confraternitates num. 41. & in verbo Parochorum munera nu 21. Pignatel. d. consult. 68. ex nu. 1. volum 6. Monacel. formular. legal. pract. d. tom 2. formul 1. num. 66. & 67.* loquens in specie de functionibus tantùm Ecclesiasti-51 cis, & Sacerdotalibus, non Parochialibus; *Rot. cor.*

Piu-

Peutinger. dec.172. num.3. & in d. Taurinen. Jurium Parochialium apud eundem *Pignatel. d. consult.103.nu.* 52 *15. volum.*10. Ipse quidem Archipresbyter id prohibere post Cappellano Confraternitatis, quia nullam ista cum Ecclesia conjunctionem habet, sicuti habet 53 Parochus, qui unum cum ea corpus constituit, & Capitis vicem, ac Figuram gerit, ex supra animadversis & addimus *Pacion. allegat 95. nu.14 Rot. cor. Peuting. d. dec.172. numer.4. & in d. Taurinen. Jurium Parochialium* apud eundem *Pignatel. d. Consul. 103 ex nu. 16. volum.*10.

Multoque minus per Confratres prohiberi potest Archipresbyter, nè in suæ Ecclesiæ Altaribus præfatas Functiones expleat, dum in actuali possessione illas ibidem explendi reperitur, ut probant Testea in Sum- 54 mario Undè in ea turbari non debet, ut monet *Rota d. dec.172. nu.4. cor. Peutin & in d Taurinen. apud Pignatel. d. consult.*103. *num.*21. *volum.*10.

Potiori autem ratione negativè respondendum videtur ad undecimum; Imperceptibile enim est, quomodo Priores, & Officiales Confraternitatis Archipresbytero Rectori, ac Prælato habenti authoritativum, & Jurisdictionale dominium suæ Parochialis Ecclesiæ prohibere velint usum Sacristiæ, quæ est membrum, ac 55 pars ejusdem Ecclesiæ, & unum cùm ea corpus componit, ut in specie tradunt *Francesc. de Eccles. Cathed. cap.*20. *nu. per tot. Cardinal. de Luc. Miscellan Eccles. discurs.*10. *num.*9. Longè verò magis absonum, & imperceptibile redditur, quo modò dicti Priores, & Confratres prohibere velint eidem Archipresbytero, qui est verus, & proprius dictæ suæ Ecclesiæ Parochus, usum Sepulturæ, quod idem est, ac impedire Sepulturam Mortuorum, quam ex debito sui Pastoralis muneris omnibus intrà Parochiæ limites decedentibus, vel in sua Ecclesia sepulturam eligentibus, tradere tenetur *cap 5. de Sepult Clement. Dudum eodem tit. Abb. in cap. Ex p nu.2. eod. tit. Murg qu Pastoral p.3. q27. num. 4.* 56 *& de Benefic qu 2. nu.699. Tholosan Syntagm. Jur. par.1. lib 2. cap 13. sub n.6. Sebastian. Medic. de Sepult. q.6.n.2. Caren. resolut* 80. *num.1. & 2. Sperel. dec 88. num. 3. & sub num 4. Rota coram Priolo dec.365. num.5. & in recent. dec 7. num 4. part.*18.

Advertendo præcipuè, quòd Archipresbyter in hodiernam usque diem semper fuit in quieta, & pacifica possessione habendi usum, tàm Sacristiæ, quàm Sepulturæ, ut luculenter probatur ex Testibus in Summ. & respectivè ex partitis Defunctorum Quodque è converso Confraternitas per suos Cappellanos mortuos sepellire 57 non valet, resistentibus innumeris Sacrarum Congregationum Decretis, quæ referuntur per *Barbos. de jur. Eccles. univers. lib.2. cap.11. ad fin & collect.207 nu.17. Nicol Lucubrat. canonic. lib.3. tit 36. num 9. & in Floscul. verbo Confraternitas nu.19. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap.25. nu 198 Capon. discept. 276. num.32. Monacel. formular. legal. pract. tom.1. tit.6. formul.15. nu 31. Rota coram Peuting. d. dec.172. nu.1. & seqq. & in d. Taurinen. Jurium Parochialium apud Pignatel. d. consult.103. nu.17. volum.*10 adeout denegato usu Sepulturæ Parocho contra omnem Christianæ pietatis rationem, mortuos insepultos remanere oporteat, quod verè impium reputatur.

Duodecimum affirmativè resolvendo videtur ex deductis in responsione ad octavum, quæ hic quoque recurruntur, & applicantur, nullaque esse potest difficultas, quin omnes obventiones, & emolumenta funeralia, detracta quarta ad Parochum habentem pro se juris assistentiam, & in quasi possessione illa percipiendi jam existentem, pertineant, ut probant etiam *Pa-* 58 *armol. dec.5. num 4. Rota dec.402. nu.4. par.5 & dec.214. nn.6. & 7. par.12. & dec.225. num.5. par.19. & in dict. Taurinen. Jurium Parochialium apud Pignatel. d. consu. 103. num.16. volum.*10.

Ad decimum tertium affirmativè quoad primam, & negativè quoad secundam partem respondendum videtur: Cùm enim Priores, & Officiales Confraternitatis de anno 1623. cum consensu, & participatione tunc existentis Archipresbyteri Regimen, & administrationem susceperint aliarum duarum Confraternitatum Sanctissimi Nominis Dei, & Sanctissimi Rosarii, sese expressè obligando ad illas regendas, & administrandas conventionem hujusmodi servare tenentur, nec invito, & dissentiente hodierno Archipresbytero, ab ea resilire possunt, quia tanquam inita pro meliori bono 59 pacis, & quietis modernos etiam Confratres afficit ad *Textum in cap final. ubi Repetentes a 2. versic. ultim. nota de Pact. in 6. Gratian. discept 857. n. 58. Pignatel. consul.125. n.7.&.10.& Rot.cor Dunoz. jun. decision. 168. num.5.*

Eoque certiùs, quia per 90. & ampliùs annos observata fuit absque ulla vel minima Confraternitatis contradictione, quo fit, ut post adeò longævam observantiam recessus ab eadem conventione permitti nullo prorsùs modo debeat *Rub. de Validit. legal cap.45. nu.33. Rot. cor Cavil. dec.294 num.13. & coram Ottobobon. dec.25. nu. 38 & cor. Priol. dec.127. nu.12. & in rec. dec.21. num. 21. par.15. & in Abellina Portionum 27. Aprilis 1708. §. Præmissa autem coram Card. Priolo.* 60

Decimum quartum, & decimum quintum affirmativè quoad primam, & negativè quoad secundam partem resolveri videntur; Cùm enim ex supra latè, solidèque firmatis, administratio, totaque authoritativa, & Jurisdictionalis potestas in Parochiali, Archipresbyterali Ecclesia Sancti Jo Baptistæ citrà controversiam resideat penè Archipresbyterum; Ad eum per consequens solummodò pertinet, tum electio Sacerdotum, & Clericorum in eadem Ecclesia canere, & Missæ Solemni assistere respectivè debentium, tum privativa retentio clavis Januæ Majoris, ejusdem Ecclesiæ, cùm utraque sit actus authoritativæ superioritatis, & potestatis, & de præcipuis Juribus administrationis, ut de ele- 61 ctione notat *Innocent. in cap. Cumana nu.6. de Elect. Felin. in cap Cùm olim nu.2. de Majorit. & obed. Bartol. in l. Nè quidquam §. Ubi decretum nu.5. & nu.8. de Offic. Proconsul. Covar. variar. resol. lib.3. cap.20. nu.4 Molin. de Primog. Hispan. lib.1. cap.25. num.1. Fontanel. de Pact. Naptial. claus 4. gloss.10. par.1. n.80. Oter. de Official Reipub. cap.6. nu.14. & 15. Murg. de Benefic. qu.2. num.189.* & in proximis terminis *Rota cor. Peutinger. dec.176. n.3. & 4. & dec 201. nu.2. & seqq. & cor. Priol. dec.104 nu.8.* de retentione clavium *Andreol contr.381. nu.3. Pignatel.* 62 *consult.75. ex nu.18. tom.10. Rot cor. Emerix jun. dec 859. nu 6. & dec.1311. nu.15. & in Augustana Jurispatronatus super negocio principali 31 Januarii §. Hisque corroborativè, & super Reintegratione 10. Junii 1695. §. A' reintegratione coram Ursino.*

Præmissaque tantò faciliùs in hypothesi admittenda sunt, nedum quia Archipresbyter ad evidentiam usque demonstrat, sese esse, semperque fuisse in possessione eligendi Sacerdotes, & Clericos prædictos, ac retinen- 63 di eandem Clavem juxta animadversa per *Pacion. alleg. 196. num.31. & firmata per Rot. cor Seraphin. dec. 1120. sub nu 4. & cor. Priolo d dec.104 n 17.* Verùm etiam, quia valdè inconveniens, ac indecorum esset, quod Confratres, qui sunt meri Laici, Sacerdotes, & Clericos administrandum, & psallendum in Ecclesia Parochiali propria Archipresbyteri advocarent, & Claves respe- 64 ctivè Januæ majoris illius retinerent, prout quoad electionem Ministrorum non facienda per Laicos in Ecclesia etiam patronata communiter notatur per *Cananistas in cap. Cùm vos de Offic. Ordinar.* & de retentione Clavium Ecclesiæ non permittenda laicis tradit *Tondut. qu. & resol. Benefic 63. num.12. vol.1.*

Absque eo quod obstare possit, quatenùs opponatur, quod aliquando Cappellanus Confraternitatis dictos Clericos, & Sacerdotes elegerit: Quia ex nostris Testibus dictis in Summ. nitidissimè apparet, talem ele- 65 ctionem de consensu, ac licentia nostri Archipresbyteri fuisse factam, quod perindè est, ac si ab eo facta fuisset, ut optimè respondit *Rota in Romana Iurium Parochialium super manutentione 26. Iunii 1690. §. Absque eo quod* ibi: *Quia illi magis confirmant, manutentionem dandam esse prædicto Parocho, cum emanaverint præcario nomine, & referendi sint ad licentias, habitas ab eodem Parocho, & Vicario Generali: Quæ licentiæ operantur, ut actus habeantur, perindè ac si gesti fuissent ab ipso Parocho licentiam dante: coram Malines.*

Ad decimum sextum respondendum videtur, clavem quoque Sacrarii esse privativè retinendam per Archipresbyterum ex eadem invincibili, semperque recur-

recurrente ratione authoritativæ potestatis, & Jurisdictionis in sua Parochiali Ecclesia illi soli competentis, juncta præsertim successiva ejusdem Clavis retentione per plures Testes optimè informatos probata in Summ. Et tamen Archipresbyter ultrò Indulget, quod etiam per Confraternitatem cumulativè retineatur ex mero titulo, & causa illius promiscui usus, quem simul cum ipso Archipresbytero in eadem Sacristia, tanquam unica, obtinere, & habere consuevit, ut de visu, & certa scientia affirmant Testes, & de jure una, eademque clavis vel servitutis, vel promiscui usus, vel commu- 65 nionis ratione à pluribus retineri potest, absque eo quod ex simili retentione inferri valeat dominium in eu, cui illud re vera non competit, ut ad rem tradit *Pacion. alleg.* 97. *num.* 11. & meliùs *Rota coram Emerix. jun. d. dec.* 859. *num* 7. *& d dec.* 1311 *pariter n.* 7.

Die 7. Augusti 1717. propositis in Congregatione Rituum Ponente Card. Gualterio dd. dubiis, de quibus in principio.

Ad 1. responsum fuit *Affirmativè, quoad primam partem; Negativè, quoad secundam.*

Ad 2. *Ut ad proximum.*

Ad 3. *Episcopo, qui provideat ad formam Decretorum.*

Ad 4. *Ut ad proximum.*

Ad 5. *Episcopo, qui provideat, mediante Tabella horaria fixa.*

Ad 6. *Episcopo, qui provideat pro sua prudentia.*

Ad 7. *Quoad Missas privatas posse, excepto Altari proprio Parochi. Quò verò ad divina Officia non, nisi de licentia Parochi.*

Ad 8. *Ad Parochum, quoad Altare S. Joannis; Quoad reliqua ad Confraternitatem.*

Ad 9. *Prout in septimo.*

Ad 10. *Negativè.*

Ad 11. *Negativè.*

Ad 12. *Affirmativè.*

Ad 13. *Episcopo, qui provideat.*

Ad 14. *Spectare ad Parochum.*

Ad 15. *Ut ad proximum.*

Ad 16. *Spectare ad utrumque.*

DISCEPTATIO XX.

Nullius prætensorum Sponsalium

Nominibus suppressis

ARGUMENTUM.

De Sponsalibus non dicitur constare per depositionem illorum Testium, qui non deponunt de mutua promissione, & repromissione, facta per Sponsos, ad quem effectum non attenduntur actus æquivoci, & ad aliud referibiles.

NOn constat de Sponsalibus, quia sumus in circumstantiis actus, concernentis statum hominis, ejusque reductionem in conjugalem servitutem, & matrimonii vinculum, & propterea illa debent plenè, & concludenter probari, juxta *Textum in cap.* 1. & ibi. *Gloss. de Cland. dispensat. & in cap. Muliere verb. Absolutio in fine de Jurerand. Monald. cons.* 30. *numer.* 1. *Dec. cons.* 133. 1 *num.* 2. *Sanch. de Matrim. lib.* 1. *disp.* 36. *numer.* 13. *Panimol. dec.* 23. *num.* 3. *& Rot. dec.* 374. *numer.* 1. *coram Cels. & decis.* 242. *num.* 3. *par.* 14 *& dec.* 267. *num.* 1 *part.* 18. *rec. & in Mileten prætensorum Sponsalium* 4. *Maii* 1682. *§. quoad primam coram Paulutto, & in Baron. Sponsalium* 26. *Junii* 1711. *§. Existimarunt coram Lancett.* ibi. *Caveant illa concludenti probatione, necessaria in hac Causa status, & tollente nativam hominum libertatem.*

Tantùm verò abest, quod in nostris terminis hujusmodi concludens probatio verificetur, quin potiùs nulla probationis species adducatur ad illa coloranda; Supposi- 2 to siquidem cum *Rot. in Gaditen. Sponsalium* 21. *Apr.* 1694. *§ Sponsalia coram Ursino*, & cum caterva Doctorum, ibidem allegatorum, quod *Sponsalia contrahi non dicuntur per Viri promissionem, sed mutuam exigunt repromissionem mulieris, cùm per reciprocum obligatoriam responsionem, futurarum nuptiarum Sponsalia in Jure describuntur.*

Itaut non sufficiat subsequens repromissio, nisi illa contemporanea sit ad sponsalium contractum, ex adductis à *Card. de Luc. de Matrim. disc. num* 4. *& à Rot. in Lunen. Sarzanen Sponsalium* 28. *Junii* 1694. *§. In proposita coram Pio* ibi. *Vel denique etiam si dicta verba operentur veram promissionem sponsalium de præsenti, ad nihilum tamen essent profutura, cessante simultanea absentis Nicodemi repromissione: & in Firmana sponsalium* 19. *Februarii* 1720. *§. Cùm enim coram Rev. Crispo* ibi. *Ex causa absentiæ Mulieris coalescere & conjungi non potuit mutuus ille, ac reciprocus Contrahentium consensus, qui propriè constituit sponsalium substantiam, ut per Textum.* 3

De hujusmodi mutua promissione, & contemporanea reciproca repromissione Mulieris, nemo ex duobus contrariis Testibus ausus fuit deponere, sed ambo, in eorum dictis singulares, testantur de actibus & verbis, neque etiam à remotissimis imperantibus sponsalium contractum; Et propterea, his stantibus, applicatur 4 receptum illud Juris axioma, *Actore non probante, liberandus est Reus*, de quo, generalibus omissis, egregiè in nostris terminis *inter cons. Matrim diver. Zaf. cons.* 3. *num.* 24. *Questa cons.* 13. *n.* 1. *Antonius Franciscus de Doctoribus cons.* 68. *num.* 38. *& Rot. in Favent. Matrim.* 5. *Julii* 1660. *§. Nec obstitit coram Card. Taya.*

Hæc videntur ad nostrum effectum superabundare, & tamen ad solius materiæ ornatum subdimus, quod quando etiam dicti duo Testes de sponsalibus concluden- 5 tissimè deponerent, nullam mererentur fidem, sive considerentur illorum personæ, sivè eorundem dicta.

Quoad personas; Primus, uti inquisitus, confessus, & condemnatus de furto magnæ quantitatis nullam me- 6 retur fidem, *Textus est literalis in can. Constituimus* 3. *quæst.* 1. ibi. *Criminosi, vel qui falsum testimonium dixerunt &c. nullatenus ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt, & justè repellendi, quia funesta est vox eorum*, cum aliis concordantibus, sequutis *à Rot. in Avenionen. successionis* 5. *Julii* 1676. *§. Minus coram Bourlemont, & in Miluen. prætensorum sponsalium* 4. *Maii* 1688. *§. inducti quidem coram Paulutio.*

Secundus verò, uti familiaris, & actualis famulus Mulieris nullam pariter mereretur fidem, ut, generalibus omissis, in nostris termins, cumulatis concor- 7 dantibus, firmavit *Rot. in Colonien. Matrimonii* 21. *Junii* 1709. *§. Etiam si consensus coram Card. Falconerio* ibi. *Neutiquam illi sit credendum quia ratione famulatus ejus testimonium à jure improbatur &c.*

Quoad illorum dicta, Primus nihil aliud asserere ausus fuit, quàm, Virum repertum, ut ipse somniavit, deosculantem Mulierem, respondisse, *Che questo operava per fine di onore, stante, che esso voleva per Moglie la detta Donna, e che la passione l'aveva trasportato a fare tut-* 8 *to ciò* secundus verò ac, si decor esset amoris Epistolas deferre pulchris Mulieribus, non erubuit asserere, *Che portava i Biglietti alla sudetta Signora, che per la sua gran bellezza, e per il gran genio, che egli aveva, come anco per lo sviscerato affetto, che li portava, la voleva, e desiderava omninamente per Moglie.*

Quando autem hujusmodi gratuitæ exagerationes non essent purè, & merè adinventiones (Reus scit quibus mediis procuratæ) ad vexandum Virum, Natalium splendore & fortunæ bonis egregiè ornatum, adhuc sponsa- 9 lium probationem nullatenus concluderent, ut in terminis firmavit *Rota in dec.* 411. *num.* 5. *coram Royas* ibi. *Illius depositio non probat deliberatam promissionem Petri desponsandi Catherinam, nam refert dumtaxat, Petrum dixisse: Animus meus est contrahere cum vestra Dominatione Matrimonium, & quibus verbis desumi nequit voluntas determinata, & obligatoria contrahendi, sed quædam propensio, seu desiderium, quod non sufficit ad promissionem Sponsalium, ibique innumeri allegantur* concordantes & in nostris punctualissimis terminis, egregiè 10 *in Baren. Sponsalium* 26. *Junii* 1711. *§. Et licèt & §. Sequenti coram Lancett.* ibi. *Cùm possint verificari in quadam velleitate sponsalium de futuro, non sufficiunt ad hunc effe-*

effectum , pro quo requiritur consensus , & voluntas efficax, ac deliberata &c. Sicut minus efficacem voluntatem secum ferunt verba , de quibus iidem Testes deponunt , Che la voleva sposare &c. Che ci andava a fine di Matrimonio , eo quia non indicant illum consensum , volitum de præsenti , sed solùm ostendunt quoddam desiderium sponsalia contrahendi &c. ea solida ratione, quia maximum intercedit discrimen inter promissionem despensandi , & ipsamet sponsalia .

Quæ omnia transeunt in evidentiam in nostro casu , ex actibus immediatè subsequutis ; si enim non essent meræ fabellæ , & puræ adinventiones assertiones illæ, & exagerationes excessivi amoris Viri , quare tantus rumor, tot querelæ & nunquam incorruptæ exclamationes, quæ die immediatè sequenti à Muliere porrectæ & exageratæ fuerunt contra eundem Virum ! Nullam enim injuriam dicitur afferre sponsus proximè futuram dilectissimam deosculando sponsam *per la sua gran bellezza per il gran genio , che egli aveva , e per lo sviscerato affetto ; che li portava per il quale la voleva , e desiderava onninamente per Moglie* . Oscula siquidem inter sponsos omni ævo , & apud omnes Nationes amoris signum fuisse , eruditè observat *Jacobus Lobetus in speculo Ecclesiast. cap. 8. §. 4.* ad rem advertens apud Græcos amare , & osculari eodem significari verbo , nempè Philin ut observavi *in Instit. Crimin tertiæ Venetæ Impressionis lib. 3. tit. 5. num. 92.* quæ omnia adeo trita , adeoque notoria esse , ut id probare non sit necesse , advertit *Diana in opere coordin. Tom. 4. tr. 8. resolut. 223. n. 2. in fin.*

51 52 53

Neque vis aliqua fieri potest in Relatione Ordinarii ; Cùm enim ea, quæ in illa adducuntur , innixa unicè sint dictis eorundem duorum contrariorum Testium , istorum depositionibus corruentibus , corruere necesse est pariter dictam Relationem , in illis fundatam , *ad Textum in cap. Principatus d. quæst. 2.* & firmata per *Rotam in dec. 584. num. 17. coram Dunozett jun. & in Calagurritana Præeminentiarum 5. Martii 1717. §. Ad hoc enim coram Cerro .*

54

Ultra quod, cùm Curia Archiepiscopalis in hac Causa gravans illud fecerit decretum , impediendi Viro contractum alterius Matrimonii , eo tempore, quo nullatenus in illa constabat de præsentis sponsalibus cum Muliere Collitigante ex hoc etiam capite contra eundem Virum in eadem Relatione figi non possunt pedes, ut in terminis similis Relationis Archiepiscopalis , & electoralis Curiæ Trevirensis firmavit *Rot. in Colonien. Matrimonii 19. Januarii 1721. §. Præterea coram Falconerio* , ibi . *Et quamvis DD. non dubitassent de eximia ejusdem Episcopi integritate , nihilominus , ex quo Trevirensis Curia in Causa judicavit , à literalis Juris Canonici sanctione sibi ipsi præclusam noverunt viam credendi Judicum attestationibus , ex dispositione Textus in cap. cùm à nobis de Testibus , & Attestationibus* cujus verba sunt hæc . *Et Canonica , & Civilia Jura sequentes , districtiùs inhibemus , ne unius Judicis , quantæcumque fuerit authoritatis , verbo credatur in Causis , sive super testamentis , sive quibuslibet aliis contractibus , quæstio agitetur .*

55

Non omittentes in hac parte observare , quod ex illis verbis dictæ Relationis . *Quæ omnia satis , ut arbitror , luculenter declarant , ex constet de sponsalibus , quæ tot amoris significationes prævias habuere , vel comites ; Cæterum quid facto opus sit , EE. VV. sapientissimè judicaverint* nullatenus desumi valet , Archiepiscopum inclinare pro eorundem sponsalium existentia non solùm , quia in facto non probatur (ut & omnino faciendum esset) in rerum natura unquam extitisse dictas prævias, vel comites amoris significationes , juxta gratuitas assertiones contrariorum Testium ; Sed quia sponsalia non probantur per amoris significationes , sive prævias sive comites , sed per reciprocam mutuamque contemporaneam sponsorum promissionem , & repromissionem , ex authoritatibus supra citatis , quibus addo alias sequutas *à Rot. in Barensi sponsalium 26. Junii 1711. §. Advertendo coram Lancett.* ubi postquam Sac. Rota solidè firmavit , actus æquivocos , & ad aliud referibiles , non probare sponsalia , rotundè asserit , impossibile esse de illis constare , quando non probatur mutuus , & reciprocus sponsorum consensus ibi . *Advertendo signanter , quod Testes neque deponunt de mutuo , ac reciproco Contrahentium consensu , sine quo impossibile est sponsalia admittere .*

56

Et ex vera vanitas est insistere ad probanda sponsalia in illis actibus amorisque significationibus , quæ inter Juvenes similes illis , de quibus loquitur Divus Ambrosius sequutus *à Farinaccio de Delictis carnis quæst. 136. num. 20.* quotidiè ad praxim reducuntur , absque ullo ordine ad sponsalia , ulloque fine futuri Matrimonii , per ea, quæ firmavit *Rota in Meliten. prætensorum sponsalium 4. Maii 1682. §. Signa autem coram Paullutio*, & in terminis durioribus seriorum actuum , & colloquiorum gestorum , & habitorum sub fine Matrimonii *in Gadicen. sponsalium 21. Aprilis 1694. §. 3. cor. Urs.* ibi. *Sponsalia verò in casu de quo agitur minimè probabuntur, nam Testium depositiones , ad id in Partibus allatæ etiamsi concludant colloquia cum Joanna , vel consanguineis Joannæ habita , sub spe vel sponsione futuri Matrimonii ; Attamen non evincunt , intervenisse sponsalia quæ contrahi non dicuntur per Viri promissionem , sed mutuam exigunt repromissionem mulieris .*

57 58 59

IN EADEM CAUSA.

IN contrariis Scripturis multa dicuntur, multaque exagerantur , sed sine ullo facti fundamento , omnia desumendo à Memorialibus , & gratuitis assertionibus Mulieris ; Et propterea ad illam, uti possimus illa æquè brevi , cathegorica, ac modesta responsione, qua usus fuit *S. Franciscus Salesius nelli discorsi di Sagre Controversie disc. 5 part. 2 fol 74. Perche Voi non allegate in prova dicid , che una vostra semplice affermativa , senza altro riscontro particolare , Io vi sodisfarò senza vostra offesa con una mia assoluta negativa.* Circa quod, concordat de Valdaura *observat. 2. numre. 5.* ubi referendo factum Numerii ait . *Et quis innocens esse poterit si accusasse sufficeret ?*

20

Punctum hujus Causæ unicè residet in probatione assertorum sponsalium , quæ ex adductis supra, sunt merum adinventum Mulieris , ad vexandum Virum , eo quia non probatur mutuus , reciprocusque ille consensus , qui indispensabiliter requiritur , itaut in nostris terminis prætendatur expressò adversus omnia Jura , omneque solitum , contractus sponsalium , neutrius ex assertis Sponsis probato consensu .

21

Est autem æquè curiosus , ac insubsistens modus ille , quo mediante prætenditur probari consensus ex parte Mulieris , mediantibus factis , ex eo *quod permiserit exerceri per Virum in corpus suum actus venereos* , sunt verba contrariæ Scripturæ , ubi sequendo *decis. Rotæ 163. n. 22. p. 9. rec.* subditur ; *Actus isti tantam vim habent, ut ad sponsalia inducenda magis attenduntur in Jure, quam verba , à Contrahentibus prolata* ; Hoc enim neque etiam asserere ausi fuerunt contrarii affectatissimi Testes, asserentes dumtaxat multa æquè impropria, ac insubsistentia circa prętensum osculũ, *quod Sac. Rota in dec. 163. n. 22. dec 9. rec.* nullatenus approbavit pro Signo Sponsalium , sed loquuta fuit de copula perfecta , non de osculis , & amplexibus ibi . *Dum Mulier , promissioni Viri innitens , tradidit corpus suum , contractus est perfectus , & sicuti ipsa jam implevit , per consequens Vir etiam tenetur perficere , illam scilicet in Uxorem ducendo .*

22 23

Transeunt hæc in evidentiam ex dicto ejusdem Testis , & ex facto Mulieris .

Ex dicto Testis , qui hæc asseruit dicta Mulier ibi . *si sentì subito afferrato dal detto &c. e se non era per le Genti di Casa , che vi accorsero la voleva onninamente deflorare , & avendo veduto , che non li riuscì il suo disegno , subito se ne fuggì* ; Si igitur *il disegno era di volerla deflorare , che non li riuscì* , juxta somnium hujus .

24

Testis , nemo non videt , quod hujusmodi actus , neque etiam cum longissimo filo trahi potest ad probationem Sponsalium , quæ non contrahuntur per actus æquivocos , punibiles , & peccaminosos hominis , per vim volentis cognoscere aliquam Mulierem , sed per univocum , reciprocumque voluntarium Consensum utriusque contrahere volentis .

Ex facto Mulieris , quæ die immediatè sequenti querelam exposuit in Curia Laicali propter assertum osculum

lium cum qualitate violentiæ, quod clariùs expressit in Memoriali, exhibito in Curia Ecclesiastica his verbis: *N N. espone &c. la quale violentemente abbracciò, e bagiò la supplicante &c.* Quomodo enim possunt stare simul, quod eadem Mulier factis suum consensum voluntariè expræsserit somniatis sponsalibus, mediante osculo in illorum comprobationem de serò voluntariè recepto à Viro in pignus, & securitatem eorumdem assertorum Sponsalium, si deinde vix lucis octo sydere, diei immediatè sequentis, propter idem prætensum osculum Criminalem querelam porrexit in Laicali Curia, instantiamq; in illa fuit postea prosequuta; In omni siquidem contractu, & multò magis in illo sponsalium, importante Hominis servitutem, requiritur voluntas spontanea, 25 sive illa comprobetur à factis, sive deducatur à verbis, juxta *Textum literalem in cap. Gemma Mulier de sponsalib.* cum aliis concordantibus supra citatis.

Non est verum, quod magna circumstantia sponsalium *desumatur ex condemnatione Viri ad desponsandam Mulierem, emanata in Tribunali Curiæ laicalis*, juxta verba contrariæ scripturæ, oppositum enim probat contrarium Summarium ubi nihil aliud dicitur, quàm Virum reperiri: *inquisito di aver abbracciata, e di avere bagiata la suddetta Donna &c. per la qual causa si ritrova ordinato con Decreto di d. Corte contro del d. &c. Citetur, & capiatur*. Nimis siquidem inter se distant, 26 quod contra aliquem non comparentem fuerit dictum *citetur, & capiatur* juxta verba Decreti Curiæ laicalis, quodque idem Tribunal condemnaverit Virum ad desponsandam Mulierem ut gratis ubique dicitur in contraria scriptura.

Est etiam æqualiter insubsistens, quod ex dispositione legis municipalis Civitatis dominantis demandetur desponsatio mulieris deosculatæ, ut gratis ubique asseritur in contraria scriptura, in qua non sine mysterio neque specificatur quænam sit, & ubi reperiatur talis Constitutio, & municipalis Lex; Et propterea non possumus eidem objecto aliter respondere, quàm petendo 27 probationes talis gratuiti assumpti, imitando in hac parte *Card. Pallav nell' Istor. del Conc. lib. 1. cap. 16. num. 7.* ibi: *Il Soave al suo intento produce molti Autori, ma senza citare, ne i luoghi, ne le parole; Maniera eccellente per non potere essere convinto di falsità.*

Majoris in subsistentię est suppositum illud, quo sigillatur contraria scriptura, quod Nos insistamus in dissolutione assertorum sponsalium; Ultra quod enim nostrum dubium restrictum est ad solam existentiam sponsalium ibi: *An constet de sponsalibus in casu &c.* Cui gratis ubique proprio marte additum fuit in contraria scri- 28 ptura, ad effectum &c. quæ additio uti extra Folium, dicitur esse extra Mundum ex vulgatis apud *Rota decis. 396 n. 17. cor. Bichio.*

Respondemus, quod Nos unicè insistimus in exclusione assertorum sponsalium ob essentialem defectum illorum probationis, & maximam improprietatem, & inverisimilitudinem, & proinde constanter dicimus, quod non potest dissolvi id, quod expresso non 29 probatur fuisse ligatum, juxta regulam, de qua *Rot. cor. Dunoz. jun. dec. 982. nu. 3. & cor. Corr. dec. 723. n. 6. & in Dertbusen jurisdictionis 26. Aprilis 1698. &c. Et bis coram Card. Caprara.*

Die 23. Julii 1725. proposita Causa in Congregatione Concilii sub dubio: *An constet de sponsalibus.* Responsum fuit *Negativè*, cum addito, *ut Causa ampliùs non proponeretur.*

DISCEPTATIO XXI.

Aliphana Curæ Animarum

PRO

Capitulo, & Canonicis Collegiatæ Pedemontis

CUM

Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Aliphiis.

ARGUMENTUM.

Cura habitualis in Ecclesiis Collegiatis residere solet penès Capitulum, cujus Canonici, in quibus circumstantiis possint quolibet anno eligere duos ex illorum gremio ad exercendam Curam Animarum cum approbatione Episcopi.

Ante discussionem dubiorum, de quibus infra, præmitto aliqua, in facto concludenter justificata, & 1 aliqua in jure à Doctoribus communiter admissa, & à magnis & Collegialibus Tribunalibus quotidiè approbata, & canonizata.

In facto præmitto primò, quod in executionem Statutorum nostræ Ecclesiæ à tribus Sæculis, & ultra confectorum, & in forma specifica à duobus Summis Pontificibus confirmatorum, à S. m. scilicèt Calixto III. 2 die 29 Julii 1455. & à S. m. Sisto IV die 6. Maii 1475. Cura Animarum in nostra Parochiali Ecclesia S. Mariæ Majoris Oppidi Pedemontis Diæcesis Aliphanæ exerceri debet *à duobus Presbyteris de honestioribus, & melioris famæ, & vitæ, Parochianis acceptis, qui habeant potestatem audiendi Confessiones Parochianorum, & dandi Sacramenta Ecclesiæ, & iste Ordo sit perpetuò servandus*, sunt verba eorundem Statutorum, ut supra confirmatorum.

Præmitto secundò, quod post duo ferè Sæcula in controversiam adducto eodem antiquissimo solito, impugnataque eadem Statutaria dispositione, delata Controversia ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, ab hac sub die 20. Februarii 1601. canonizatum fuit idem solitum, & antiquissimum Statutum sequentibus verbis. *Che li Canonici ogni principio di anno deputino due, che amministrino la Cura, da approvarsi dal Vescovo, li quali durino tutto quell' anno, senza mutarsi, acciò si sappia à chi ricorrere ne' bisogni*, quam refert, & sequitur *Nicol. in Floscul. Verba Cura* 3 *animarum num. 1.* Solita summa prudentia idem Sacrosanctus Consensus, mediantibus posterioribus verbis dicti Rescripti, occurrendo generali objecto, quod in his terminis fieri solet, adversus mercenarios Parochos, & ad nutum amovibiles.

Præmitto tertiò, quod post septem annos iterum demandata fuit executio ejusdem Statuti, & resolutionis dictæ Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, injunctaque illius punctualis, & præcisa obser- 4 vantia Vicario Capitulari mediante sequenti Epistola: *Di ordine di questi Illustrissimi Signori della Sacra Congregatione vi si manda qui occlusa la copia de Decreti, fatti dalla detta Sagra Congregatione sotto li 20. Febraro 1601. affinche ne abbiate notizia, e li facciate osservare. Così farete dunque, e per fine &c. 20. Ottobre 1608.*

Præmitto quartò, quod in hujusmodi Curæ exercitio per duos Canonicos per Sæcula, ut supra, administratæ, *non si è già mai da essi mancato di adempire le parti del proprio obligo, dependenti da detta Cura, così nell' insegnare li rudimenti della nostra Santa Fede, e nello spiegare predicando il Vangelo, come nell' amministrazione de' Sagramenti &c. & assistenza agl' Infermi, pronti all' occorrenze de Parrocchiani, pieni di zelo nel togliere, & impedire li scandali ad onore del nostro Signore Iddio, e profitto dell' Anime loro commesse.* Sunt verba æquè ingenuissimi, ac nobilissimi, nec non informatissimi Testis, in temporalibus Domini, & Principis Pedemontis in authentico actu, dato in Summ. Cum quo concordant multi alii qualificati Testes nomine Universitatis, totiusque Po- 5 puli Oppidi Pedemontis usque ab anno 1648. oro verita-

te, & conſcientia atteſtantes, *come ſempre li Curati pro tempore anno adempito il loro offizio con ogni diligenza, ſenza daro mai occaſione d'inconveniente alcuno; Per lo che queſta Univerſità e Popolo ne rimane edificatiſſimo, e ſodisfatto della loro amministrazione, tanto eſemplare. Piedemonte 29. Novembro 1648.* Nec non in eodem Summario concordant etiam moderni Rectores noſtræ Civitatis atteſtantes, *come li RR. Canonici Curati &c. per la Cura delle Anime ſi ſono portati diligentemente, con aver adempito il loro Officio con ogni accuratezza, & attenzione, e queſto Publico della buona, e diligente loro amministrazione, o dell' eſſercizio di tale Officio ne ſtà ſodisfattiſſimo.*

Quintò demum præmitto, quod hanc veritatem factis comprobarunt omnes Anteceſſores Epiſcopi per tria ferè ſæcula permittendo dictum curæ exercitium eiſdem Canonicis, quolibet anno à Capitulo electis; Aliàs enim
6 id nullatenùs permiſiſſent ex illa veriſimili notitia rerum & Conſuetudinum propriæ Eccleſiæ, & ex commendabili zelo, quo illam gubernarunt, juxta animadverſa per *Card. de Luc. de Benef. diſc 90. num. 13.* & firmata per *Rot. dec. 115. num. 4 cor. Ptol. & dec. 460 num. 10. p. 18. rec. & in Bituntina Juriſpatronatus 28. Maii 1707. §. Et demum cor. Cardinali Scotto.*

Imò cum anno 1648. Petrus Paolus Medices, tunc temporis Epiſcopus, in Viſitatione Sacrorum Liminum, nemine audito ex parte noſtri Capituli, extorſiſſet ab hac Sacra Congregatione facultatem erigendi in Vicariam perpetuam Curam noſtræ Eccleſiæ, habito
7 ex parte ejuſdem Capituli opportuno recurſu reſcriptum eidem fuit, ut hanc Sacram Congregationem informaret, *interim nihil innovando*, ea addita ratione, ne per dictam erectionem Vicariæ perpetuæ noſtrum Capitulum indebitè gravaretur.

8 In Jure verò præmitto primò cum *Lotter. de Re benef. lib. 1. quæſt. 20 num 117. in ſpirituali Matrimonio inter Parochum, & Eccleſiam, nihil referre, an Perſonæ unicitas ſit vera naturaliter, vel civiliter, cujuſmodi eſt Univerſitas aliqua, & ideo Capitulum &c. benè capax eſt Juris iſtius &c. nam pluralitas Perſonarum hoc caſu non conſideratur niſi ad conſtituenda in Univerſitate, & conſequenter Perſonam unicam fictam, nec propterea alius tunc dicetur Sponſus Eccleſiæ, ſive Rector quàm ipſum Capitulum, & Canonici in univerſum*, & adductis innumeris concordantibus, concordat *Rot. in dec. 5. num. 5. apud Monacell in Formular. tom. 2.* ibi; *Stante hujuſmodi Collegialitate, componente unum Corpus integrale, Cura Animarum non reſidet penes eorum ſingulos, uti Eccleſiæ Sponſos, ſed tantummodo remanet penes unum Collegium, ſeu Corpus, ex pluribus Membris conſtitutum, & compoſitum, & in eo conſervatur unitas &c. & dec. 516. num. 20. & tribus ſeqq. par. 18. & rec. & in Aretina Jurium Parochialium ſuper bono Jure 15. Januarii 1703. §. Potiſſimè coram Anſald.* ſequentem adducens legalem rationem; *Tunc etenim perpetuitas, vigens in ipſa Dignitate, Collegio, vel Monaſterio, æquipollet titulo, & incardinationi perpetuæ, quæ de Jure in Parochis requiritur.*

Permitto ſecundò, quod novitates in qualibet materia ſemper exiſtimata fuerunt, & ſunt odioſæ, *nihilque magis animos perturbat, etiam ſi fiat ob aliquod utile, uti innovare*, ſunt verba *S. Joannis Chryſoſtomi in Epiſt. 1. ad Corinthios homil. 7.* & concordant Authores illi, quos
9 referunt, & ſequuntur *Capon. diſcept. 85. num. 11. & pluribus ſeqq & Rot. dec. 19 in fin. apud Antonell. de Jurib. Cleric. & dec. 212. num. 3. & 4. part. 17. rec.* ubi quod nimis durum eſt immutare ea, quæ longo temporis curſu ſervata ſunt, *& in Pampilonen Manutentionis 10. Maii 1706. in fine coram Caffarello.*

Quæ omnia vera ſunt, etiam ſi novitas, quæ intro-
10 duci prætenditur, utilitatem involvat; *Ipſa enim mutatio conſuetudinis, quæ utilitate adjuvat, novitate perturbat*, ſunt verba *S. Auguſtini in Epiſt. 54. cap. 5. ad Inquiſ. Januar.* quem generaliter ſequitur *Rot. in Hiſpalen. Proceſſionis 28. Junii 1700. §. Et ſanè cum ſeqq. cor. Anſaldo.* Et in præciſis terminis avertendæ novitatis, & innovationis circa exercitium Curæ Animarum, egregiè *Rot. in d. Aretina Jurium Parochialium ſuper bono Jure 15. Januarii 1703 § Cæterum cor eodem Anſaldo*, ubi ſequendo *Text. in cap. Quod dilectio de Conſanguinit., & Affinit.* ad rem advertit, in noſtris terminis *conſultius eſſe obſervatæ conſuetudini deferre, quàm aliud in diſſentionem Populi, novitate quadam adhibita ſtatuere.*

Præmitto tertiò, quod, attentis dictis, Statuto muolto duabus confirmationibus Pontificiis, & repetitis Oraculis hujus ſacroſancti Confeſſus, nec non Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, de quibus ſupra, applicatur noſtris terminis celebre illud di-
11 ctum *S. Gregorii lib. 7. Epiſt. 60 Indictione 2. Valdè Eccleſiaſticæ eſt moderationi conveniens, ut quæ ordinata fuerit, vel deciſa, nulla in poſterum debeant refragatione turbari*, & loquendo in ſpecie favore noſtræ Eccleſiæ, notat *Card. de Luc. de Præemin. diſc. 8. num. 14 in fin.* Et ratio adducitur *in Authent. apud quos oportet cauſas dicere*, cum concordantibus apud *Rot. dec. 52. n. 2. cor. Priolo, & in par. 18. rec. dec. 305. num. 1. & in Neapolitana Proceſſionis 10. Junii 1707. in fine cor. Omana.*

His præmiſſis, deveniendo ad primum Dubium, in quo quæritur; *An ad Capitulum, & Canonicos S. Mariæ Majoris Pedemontis ſpectet cura habitualis ejuſdem Eccleſiæ in caſu &c.*, illius affirmativa reſolutio videtur nimis ſolidè fundata in illa concluſione, uno ore à Doctori-
12 bus ſequuta, quod in Eccleſiis Collegiatis Cura habitualis ſemper dicatur reſidere penes Capitulum, ut notant communiter *Repetentes in cap. Officium de Offic. Archipresb.* & obſervant adducti per *Pignatell Conſult. 150. per tot. tom. 9 & Rota dec. 450. n. 1. & ſeqq cor. Cerr. & deciſ. 730 num. 2. coram Car. Caprara, & in Novarien. Portionum Parochialium 4. Junii 1696. §. 2. coram Muto.*

Quam incontrovertibilem veritatem ultrò admiſit modernus Epiſcopus in Epiſtola ſcripta Eminentiſſimo Prodatario die 10. Februarii 1715. ibi. *Cura dell'Anime, che è anneſſa al Capitolo di detta Chieſa*. Adverſus quam claram, & notandam confeſſionem d. Epiſcopi
13 non poteſt hodie Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis devenire, cùm illa habeatur prò concludenti, & perfectiſſima probatione ad *Text. in leg. Cùm pretum Cod. de liberal. conſ.* & firmata per *Rot. in dec. 236. n. 1. coram Celſ. & dec. 7. n. 4. coram Priolo.*

Noſtram autem Eccleſiam, nedum eſſe Collegiatam, ſed eſſe talem cum qualitate Inſignitatis, approbata à Sacra Congregatione Rituum, & canonizata, mediante particulari Breve Sa. mem. Innocentii X. anno 1650. prævia rejectione contrariorum criticationum ob-
14 tenta à Signatura Gratiæ, Teſtis omni exceptione major, eſt *Card. de Luca*, qui in eadem Cauſa prò noſtra Eccleſia ſcripſit, & obtinuit, ut videre eſt in ejus *Tractatu de Præeminent. diſc. 8. per tot.*

Circa ſecundum Dubium his verbis conceptum. *An Canonici poſſint in fine cujuslibet anni devenire ad electionem duorum Canonicorum, prò exercenda Cura actuali; Vel debeant eligere Sacerdotes extra gremium Capituli in*
15 *caſu &c.* Illius affirmativa reſolutio, quo ad primam partem, & negativa quo ad ſecundam inferri videtur ex ſupra præmiſſis antiquiſſimo ſolito, Statutaria diſpoſitione, & duabus Pontificiis confirmationibus munita, & repetitis Oraculis hujus Sacræ Congregationis, & alterius Epiſcoporum, & Regularium, prò quarum executione omnia Jura clamant, ex ſupra citatis.

Pro recta autem applicatione authoritatum, quæ exadverſo de facili adducentur, duo caſus ſunt diſtinguendi.

Primus eſt, quando agitur de Cura Animarum, exercenda per Mercenarios Vicarios temporales, amovibi-
16 les ad nutum Capituli, vel alterius, habentis Jus de illum nominandi; Et in iſtis terminis, (qui non ſunt noſtri) loquuntur authoritates omnes exadverſo citandæ; Et reſpectu iſtius caſus verificantur omnia illa abſurda, quæ ſolent à Doctoribus adduci, & ſlato calamo referuntur à *Fagnan. in cap. Ex parte à num 9 uſque ad finem de Offic. Vicarii*, quod ſcilicet ab illis uti Mercenariis, &
17 conductitiis Miniſtris, vel ob tenuitatem actualis ſtipendii, vel ob majorem utilitatem, quam ex aliis Officiis ſperant, & procurant, vel ob aliud ſimile motivum, Animarum cura negligi ſolet, & de iſtis pariter loquitur *Tex. in can. Præcipimus 21. quæſt. 2.* ibi. *Præcipimus, ne conductitiis Presbyteris Eccleſia committatur.*

Alter caſus eſt, quando Animarum cura exercetur per ſe ipſos à Canonicis illius Capituli, cui habitualis cura imminet, cum illo addito, ad noſtrum effectum

omni

omni consideratione dignissimo, quod administratio, & exercitium talis curæ omninò durare debeat per integrum annum, in cujus decursu non possit fieri aliqua innovatio, seù immutatio, juxtà circumstantiam nostri casus, in executionem punctualis resolutionis dictæ Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium 18 ibi. *Quali durino tutta quell'anno, senza mutarsi, acciò si sappia à chi ricorrere ne' bisogni*, Et in istis terminis, cessant omnia absurda, quæ in dicto primo casu exagerari solent, ex firmatis per *Rot. in dec. 274. n. 5. coram Cavaler.* Et punctualissimis terminis egregiè *Pignatell. cons. 141 per tot. tom. 10.*

Et propterea cessat pariter motivum privandi Canonicos dicto Jure exercendi per se ipsos Animarum Curam, & præjudicandi Capitulo in illa assignatione redditunm, quæ prò congrua Vicarii perpetui necessaria est; Et ulteriùs ad unguem verificatur motivum illud propter quod *S. Pius V.* in ejus *Constit. 139. in Bullar. 9. Tom. 2.* instituit in Urbe undecim Vicarias perpetuas, quod scilicet Canonici talem Curam pro anno sibi assignato exercentes, *eò vigilantiùs, ac diligentiùs id fa-* 19 *ciant, quò magis eam propriè ad se pertinere, & sibi incumbere noverint*, ut in terminis durioribus Parochorum, ad nutum amovibilium, multas referunt, & sequuntur Sacrarum Congregationum resolutiones *Nicol. in Floscul. Verb. Cura Animarum num. 1. Pitton. de Resolut. Sacrar. Congreg. ad Materiam Canonicorum num. 148. 189. 206. 215. 247. & 881.* Quibus addimus aliam hujus Sacræ Congregationis in *Assisien. Curæ Animarum 24. Maii 1709.* & aliam Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in *Baren. Curæ Animarum 4. Maii 1703., & 3. Januarii, 2. Aprilis* 1708. ad relationem Card. Petrucci, 20 Et in præcisis terminis Curæ, solitæ exerceri per duos Canonicos *Barbos. ad Concil. Sess. 1. de Reform. cap. 7. num. 29. Versic. si imminet toti Capitulo.*

Imò ex hoc necessario exercitio Curæ Animarum, incumbente ipsismet Canonicis nostræ Ecclesiæ, magis intimè rem considerando, illa resultare solet evidens utilitas nostræ Ecclesiæ, & evidentius commodum to- 21 tius Populi, quòd in provisionem eorundem Canonicatuum fieri semper soleant electiones, & provisiones Personarum dignissimarum, & magis idonearum, ad hoc ut suis loco, & tempore possint esse habiles ad exercendam Animarum Curam.

Possemus facili negotio veritatem hanc pluribus operationibus antecessorum Episcoporum palam facere, sed brevitati consulendo, sermonem restringimus ad modernum Episcopum, qui ultimo loco ex hoc motivo mo- 22 destè se excusavit, non posse annuere eminentissimis precibus in collatione unius ex Canonicatibus nostræ Ecclesiæ, quia scilicèt ad illam eligenda erat Persona *sufficiente, e capace al servizio di detta Chiesa, assai bisognosa di persona sufficiente al esercitio, e cura dell' Anime, che è annessa al Capitolo di detta Chiesa*, qualis non erat Persona illa suffulta à dd. commendatiis Epistolis.

Aliud pariter æquè evidens, & considerabile resultare solet Animarum commodum ex d. continuatione exercitii Curæ à duabus Canonicis nostræ Ecclesiæ in eo consistens, quod cum illarum numerus excedens numerum trium millium, in magis festivitatibus, omnes Canonici commodabili promptitudine adjuvare soliti sunt illos, quibus Animarum Cura pro illo anno incumbit. Quæ reflexio videtur ad nostrum effectum omni consideratione digna, & præferenda omnibus aliis contrariis exagerationibus, eo quia concurrente hujusmodi Populi commodo, & attento illius meliori spirituali bono, resultante ex continuatione hujusmodi antiquis- 23 simi soliti circa exercitium Curæ Animarum, abstinendum est ab innovatione, & mutatione dicti soliti, ut egregiè discurrendo observant *Flores de Mena var. ref. lib. 1. qu. 10. Sanchez ad Præcept. Decalog. tom 2. lib. 7. cap. 29. num. 91. vers. 5 & Tallit, & Barbos. ad Conc. Sess. 7. cap. 7. de Reform. nu. 12.*

Cum quanta autem impropietate controvertatur expresso Jus Canonicorum, quolibet anno eligendi eos, qui Curam Animarum in nostro Oppido administrare debeant, desumitur ex sola lectura nostri secundi dubii, quod uti expresso concordatum, æquiparatur claræ confessioni, dum in illo tale Jus illis ultrò conceditur, prætendendo dumtaxat, Capitulum non debere eligere duos Canonicos, sed totidem Sacerdotes exteros, & extra gremium Capituli. Cum illa tamen majori, imò 24 maxima exorbitantia, quòd respectu dd. mercenariorum Sacerdotum verificarentur omnia illa inconvenientia, quæ expresso exagerantur. Itaut omnia in contrariis Scripturis adducta circa d. 2. dubium, ad hominem retorqueantur contra prætendentes inducere novitates, Animarum saluti præjudiciales.

Remanet tertium dubium *An d. electio* (hoc est duorum Canonicorum pro exercenda actuali cura in nostra Ecclesia) *sit approbanda ab Episcopo*, quod videtur resolvendum affirmativè, quatenùs tamen non concurrant respectu Personæ electæ exceptiones talis naturæ, quæ non permittant approbationem electionis Personæ, dictas exceptiones patientis, eodem prorsus modo, quo discurrunt Doctores de bona fide nominatis à Patronis ad Beneficia de Jurepatronatus, quas Episcopi possunt quidem non admittere, non ad eorum libitum, sed concurrente justa causa; In quibus terminis deveniendum quidem erit ad novam electionem Personarum habi- 25 lium, faciendam tamen à Dominis Canonicis, qui habent Jus nominandi, ex adductis à *Card. de Luca de Jurepatron. disc. 47. numer. 3. & Rota decision. 21. nu. 2. coram Cavaler.*

Adversus quæ in universum non credimus exadverso insistendum in responsione hujus Sacræ Congregationis data Josepho de Lazzaro occasione Visitationis Sacrorum Liminum die 20. Februarii anni 1677. tenoris se- 26 quentis, *Curam Animarum Terræ Vallatæ, quæ inter Canonicos vagatur, vel alicui Præbendæ perpetuò annectere, vel perpetuam Vicariam si ita è re judicaverit &c.*

Tum quia illa extorta fuit ab Episcopo occasione dictæ Visitationis Sacrorum Liminum, absque ulla par- 27 ticipatione Capituli dictæ Ecclesiæ, ex supra allegatis, quibus addimus *Manacel. in Formul. tom 4. fol. 56. num. 182.* ubi quod in his terminis semper audiendum est Capitulum.

Tum etiam, quia ab Ecclesia dictæ Terræ Vallatæ nulla fieri potest illatio ad nostram Ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris Pedemontis Collegiatam Insignem, cujus proindè respectu verificantur multæ prærogativæ, & circumstantiæ, quæ non militant respectu dictæ Ecclesiæ Terræ Vallatæ; Resolutiones siquidem Sacrarum Congregationum non applicantur illis terminis, in quibus non militant circumstantiæ illius casus, in quo 28 emanarunt, ut observat *Bertacchin. Vot. dec. 113. nu. 3.* & firmavit *Rota dec 855. nu. 15. coram Dunoz. jun. & in p. 19. rec. dec. 102. num. 15. & seqq.*

Prout etiam non meretur allegari aliud simile Responsum hujus Sac. Congregationis sub die 19. Augusti 1704. ex eadem ratione, quod illud nemine pa- 29 riter citato nemineque audito ex parte nostri Capituli, extortum fuit, & loquitur de diversa Ecclesia, & Cura Animarum Civitatis Aliphis, non autem nostræ Insignis Collegiatæ Sanctæ Mariæ Majoris Pedemontis, ex supra allegatis.

Non credimus demum exadverso insistendum in eo, quod qualitas amovibilitatis Parochorum aliter opponatur dispositioni Sacri Concilii Tridentini in *Sess. 7. de Reform. cap. 7.* ut in Curis, unitis Capitulis, semper erigendæ sint Vicariæ perpetuæ; Id enim nullatenus 30 subsistere egregiè, & solide probat *Rot. in dec. 53. per totam* & signanter *à nu. 26. usque ad nu 62. coram Peuting.* ubi Sacra Rota solide probat, exercitium Curæ Animarum, administratæ per Vicarios temporales, non opponi, neque Juri communi, neque Sacro Concilio Tridentino, declarando authoritates omnes, quæ in 31 contrarium citari solent, & respondendo rationibus, in eis adductis, & concordant *Pignatel. consult. 143. & Consult. 157. per tot. Tom 9. & Rot. dec. 274. nu. 5. coram Cavaler.*

Dum igitur ex præmissis remanere videtur solidè, concludenterque probatum, quod in Terra Pedemontis Animarum Cura cum omni zelo, attentione, & spirituali profectu totius Populi exercetur per duos Canonicos, quolibet anno eligendos à Capitulo, qui durante d. anno à curæ exercitio removeri non possunt, cessare videtur omnis necessitas, omnisque co-

lor immutandi tale antiquissimum solitum, & non exequendi cubitalem Statutariam dispositionem, duabus cubitalioribus Pontificiis confirmationibus munitam, cum supposito, quod id adversetur Sacro Concilio Tridentino. *Perche il Concilio non astringe a questa deputazione di Vicarii perpetui, ne dispone, che necessariamente si faccino, mà provede solamente, che la cura delle Anime non sii negletta, & il rimedio de Vicarii perpetui è solamente in caso, che non si potesse provedere altrimente à quelle Chiese, come accennano quelle parole, etiam perpetuos.* Sunt verba Epistolæ Cardinalis Moroni, olim hujus Sac. Congregationis Præfecti, scriptæ Episcopo Perusino similem innovationem promoventi in sua Civitate ex oraculo S. m. Gregorii XIII., qui in minoribus eidem Sac. Conc. Tridentino interfuit, quam per extensum impressit *Pignatell. in Consult. 557. n. 9. tom. 9.*

IN EADEM CAUSA.

STatutariæ dispositioni, munitæ duabus Summorum Pontificum confirmationibus, & repetitis Oraculis hujus Sacræ Congregationis, & alterius Episcoporum, & Regularium sub diebus 20. Februarii 1608. 10. Octobris 1608. & 5. Decembris 1648. canonizzantibus, & approbantibus Jus, competens Canonicis administrandi Curam Animarum per se ipsos, cum hoc, quod per integri anni cursum ab illa removeri non possint, concludenter justificatis in Summario, addimus hodiè duo 33 alia Judicata, desumpta ex contrario Summario. Primum dictæ Sacræ Congregationis Episcoporum sub die 25. Augusti 1665. ibi. *Questi miei Signori Eminentissimi mi hanno comandato di scrivere à Lei, che si contenti di osservare li Decreti, emanati dalla Sagra Congregazione &c.* Secundum verò est illud Curiæ Metropolitanæ Beneventanæ sub die 20. Februarii 1715. cujus exequutio demandata fuit D. Cardinali Pro-Auditore Sanctissimi. Et propterea eo magis applicantur ea, quæ observavimus supra, quòd scilicet controversiæ, toties decisæ, & resolutiones plenariè exequutioni demandatæ, nova refragatione turbari non debeant novitate adhibita, juxta dictum *S. Gregorii Magni*.

Præcipuè quia resolutiones hujus Sacræ Congregationis adductæ in contrarium, non loquuntur de nostra insigni Collegiata; Prima etenim diei 20. Februarii 1677. non solùm loquitur de Ecclesia Terræ Valiatæ; Sed quod magis est, nunquam fuit effectuata, & pro- 34 pterea perindè habetur, ac si non emanasset, ex adductis *in decis. 525. num. 16 coram Bich. & in Gerunden. Capituli 9. Martii 1703. § Magisqu coram Omanna*. Secunda verò sub die 19. Augusti 1724. loquitur de Ecclesia Cathedrali, in quibus non verificabatur præcisa illa circumstantia nostri casus, quòd Animarum Cura taliter exerceri debeat per integrum annum à duobus Canonicis, ut isti nullo prætexto mutari, & removeri possint; Dum in primo casu illa exercebatur indefinitè, & vagè per Canonicos, & ad illorum libitum. In secunda verò *per Sacerdotem, substitutum à Capitulo Cathedralis, & sic quod quasi incertus erat Pastor Animarum*, juxta verba contrarii Summarii.

Non regit in factum gratuitum illud assertum, serena fronte exageratum, quòd ab Episcopis in præteritum fuerint semper electi simplices Sacerdotes ad exercēdam Curā Animarū in nostra Collegiata; Id enim non solùm, neque per umbram probat contrarium Summarium in quo Nicolaus Gambella duas facit figuras, Testis ni- 35 mirùm, & Notarii, propriam recognoscentis manum; Sed potiùs resultat oppositum, ibi. *Stante la rinuncia fatta di detta Cura dalli RR. Signori Canonici Giuseppe Perrino, e Francesco Pezza*. Igitur illa exercebatur dicto anno 1715. à duobus Canonicis, non autem mediante opera extraneorum Sacerdotum, ut gratis ubique supponitur exadverso.

Quamvis autem idem Nicolaus Gambella asserat, dicto anno 1715. attenta renunciatione facta à dictis Canonicis, illam exercuisse unà cum Canonico Perrino, ex deputatione Episcopi, id evenit ex particularibus motivis, factique circumstantiis, juxtà similem casum, sequutum anno proximè præterito, justificatum in nostro Summario in quo hodiernus Episcopus 36 subrogavit alium, cum supposito, quod *pro illa vice* (notentur quæso dicta verba) electio, seù subrogatio id ipsum spectabat; Si *pro illa vice*; Ergò non semper, juxta contrarias gratuitas assertivas. Ex quibus proindè nullum præjudicium illatum fuit Canonicis, quibus eadem Cura tot solidis, legalibusque motivis, supra indicatis, competit.

Mirumque in rei veritate est, quod si hoc factum aliquam haberet subsistentiæ umbram, non fuisset exadversò justificatum, mediantibus dictis assertis deputationibus Sacerdotum, quæ pernecesse conservari debent in Archivio Curiæ Episcopalis; Crescitque admiratio, observando, quod ad dictum effectum probandi assertum solitum nihil aliud in contrario Summario legitur præter quàm dicta miserabilis, & affectata 37 fides unius Testis, cujus dictum æquiparatur dicto nullius *in leg. Juris jurandi Cod. de Testib.* cum aliis apud *Rot. decis. 43. numer. 10. part. 17. recent. decis. 761. num. 12. & 13. coram Cerro, & decis. 48. numer. 13. coram Ansald.*

Absque ulla prorsùs difficultate, dum adversus dictam informem Attestationem unius Testis, restrictam à solùm ad annum 1715. adducimus solemnem confessionem Episcopi, eodem anno 1715. asserentem, curam habitualem nostræ Ecclesiæ residere penès illius Capitulum. Est enim conclusio, uno ore à Doctoribus rece- 38 pta, & à magnis Tribunalibus approbata, quod adversus Principalis confessionem non attenduntur etiam mille Testium depositiones, ex firmatis per *Rot. in decis. 2. num. 14. apud Salgad. in Labyrint. credit. & coram Cerro dec. 421. num. 12. & dec. 916. num 5.*

Transitque in evidentem demonstrationem veritas hæc ex illa innegabili facti circumstantia, quod hodiernus Episcopus propria manu plures alias similes approbationes actuum capitularium fecit in illomet Libro, in quo registratę fuerunt electiones duorum Canonico- 39 rum ad exercendam Animarum Curam, ab ipso approbatæ, ut justificamus in Summario. Itaut innegabilis prorsùs sit ejus scientia, ejusque approbatio electionum duorum Canonicorum ad exercendam per annum Curam Animarum in nostra Ecclesia.

Corruente proindè in facto dicto contrario supposito, ex se ipsis corruunt omnia super illo gratis ædificata, quod scilicet Episcopus per dictas assertas deputationes exterorum Sacerdotum in præteritum, acquisiverit jus illos deputandi in futurum, juxta regulam *Text. in can.* 40 *Principatus 1. quæst. prima*, & firmata per *Rotam in dec. 584. numer. 17. coram Dunozet. jun. & in Calaguritana Præeminentiarum 1. Martii 1717. §. Ad hoc enim coram Cerro.*

Quodque idem Episcopus sit verus, proprius, & unicus Parochus omnium Parochialium Ecclesiarum suæ 41 Diœcesis; Quæ omnia, ultra manifestam insubsistentiam in facto, nullam omninò habent connexionem cum nostris dubiis, & proindè circa dictam qualitatem asserti Parochi universalis ab ulteriori responsione, & confutatione contrariæ prætensionis libenter abstinemus.

Non subsistit pariter, *In Sacro Concilio Tridentino sess. 7. cap. 7. de Reformat.* disponi, *quod in omnibus Ecclesiis Collegiatis, ubi Cura Animarum reperitur unita, exerceri omninò debeat per idoneos Vicarios perpetuos*, ut per hęc numero verba gratis ubique asseritur exadverso. Ad manibus siquidem palpandum oppositum, sat est illius verbis sub oculis habere ibi. *Per idoneos Vicarios, et-* 42 *iam, perpetuos*; Observando dictionem illam etiam, quæ non est præcisa, sed ampliativa, & extensiva ad alia diversa, & firmatis per *Rot. in dec 239 num. 13. coram Priol. & dec. 762. num. 10 par. 18. rec.* Itaut nihil aliud requisiverit idem Sacrum Concilium, quam idoneita- 43 tem dictorum Vicariorum, sive illi sint temporales, sive perpetui, quæ omnia superlativè probavimus ex Oraculo sa. mem. Gregorii XIII. & ex Epistola Card. Moroni, hujus Sac. Congr olim Præfecti, & ex punctualissimis *dec 53 & 85. cor. Peutinger.*

Quibus addimus *Sanch. ad Præcepto Decal lib. 7. cap. 25. num. 5. Florez de Mena variar. resolut lib. 3. q. 10 per tot.*, & *Rotam decis. 155. num. 12. coram Beaincas. & dec. 466. n. 16. par. 19. rec. & in Nullius Provinciæ Hispalen. Juris amovendi Vicarium 21. Februarii 1707. §. At ubi coram Molin.* 44 ibi. *Post Concilium Tridentinum Animarum Cura exerceri*

ceri potest per Vicarium ad nutum amovibilem, ex congestis &c. Itaut nec ipse Episcopus obtineat facultatem Curatos amovibiles reddendi perpetuos, nisi concurrente aliqua justa causa, ut ex mente S. Concilii &c.

Io quarum punctualium authoritatum conflicto nullam merentur considerationem contrariæ generalitates, juxta firmata per *Rotam in Giennen. Juris votandi 2. Julii 1706. §. Quod indubitanter coram Kaunitz.* 45

In quibus circumstantiis loquatur *Fagnan.* exadverso citatus, ostendimus supra; Hoc est in terminis deputationis Vicarii mercenarii, conductitii, & amovibilis ad nutum, qui eo tempore, quo curam mercenariè administrat, solet majora Officia procurare, vel ob tenuitatem actualis stipendii, vel ob majus commodum, quod ex alio Officio sperat; Isti autem termini longè distant à circumstantiis nostri casus, in quibus cura animarum non exercetur à mercenario, & conductitio Vicario, amovibili ad nutum, sed à duobus Canonicis, qui nullo modo mutari, nec removeri possunt pro illo anno, pro quo deputati fuerunt; Quive proinde, durante dicto tempore unius anni, in omnibus, & per omnia æqui parantur veris, & propriis Parochis, juxta oraculum hujus Sac. Congregationis *in Comen. Consortii Parochorum 7. Februarii 1705.* in qua scripsi, & obtinui, ut videre est *in tom.1. Discept. Ecclesiast. par 1. discept.18. nu 43.* Eandemque resolutionem sequitur *Monacel. in Formul.4. fol.99. nu.105.* 46

Quæ dicta sint ad solius materiæ ornatum, & ad hoc, ut undique appareat insubsistentia contrariæ prætensionis; Quia nostra dubia præcisè restricta sunt ad competentiam Curæ habitualis, existentis vel non penes Capitulum; Nec non ad illam inspectionem, an Canonici debeant eligere Sacerdotem extra gremium, vel potiùs duos ex Canonicis ad exercendum animarum Curam cum approbatione Episcopi; Illa enim quæ sunt extra dubia, dicuntur esse extra Mundum, juxta notoria axiomata, de quibus *Rota cor. Celso dec.48. nu.15. 15. & coram Bichio dec.396. nu.17.* 47

Non controverrimus demum, quod duo Canonici, qui quolibet anno deputantur à nostro Capitulo pro exercitio Curæ animarum approbari debeant ab Episcopo, juxta repetita, antiqua, & generalia oracula hujus Sac. Congregationis apud *Garziam de Benef. p.9. cap.1. nu.182. Gonzal. ad Regal. d. Cancel glos.6. num.160. & Gratian. discept.861. nu.42.* Quibus addimus aliam Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium *diei 20. Februarii 1601.* quæ loquitur in terminis individualibus nostræ Ecclesiæ ibi: *Li Canonici ogni principio di anno deputino due, che amministrino la Cura da approvarsi dal Vescovo*, punctuali executioni semper demandatam ab omnibus antecessoribus Episcopis, & præcisè etiam à moderno Episcopo in electione, facta præterito anno 1725. superlativè comprobatum à seria, & literali confessione Promotoris Fiscalis Curiæ Aliphanæ ibi. *Don Scipione di Domizio promotor Fiscale espone, come essendosi dalli RR. Canonici della Chiesa di S. Maria di Piedemonte l'ultimo del caduto anno 1724. venuto alla elezzione di due Canonici per la cura dell'anno intrante 1725. &c. Don Casimiro de Benedictis &c. conforme il solito si presentò in detta Curia, & avanti Monsignor Vescovo fece instanza per l'ammissione di detta elezzione la quale fù benignamente accettata.* 48

Diximus verò, & repetimus, quod in casu electionis bona fide factæ à Canonicis, si Episcopus justam habebit causam illam non admittendi, in istis terminis Jus eligendi non devolvitur ad eundem Episcopum, sed fieri debet nova electio ab eisdem Canonicis, approbanda pariter ab Episcopo, quatenus ipse justam non habeat causam non admittendi d. electionem, ut discurrunt Doctores de Patronis bona fide præsentantibus inhabilem ad beneficia de Jurepatronatus, juxta *alleg.95. Lapi*, quam sequuntur *Corrad. in Prax. benef. lib.4. cap.7. num.1. & seqq. Vivian. de Jurepatronat. lib.5. cap. 2. sub num.23. & Rota in Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1717. §. Prædictis, coram Eminentissimo Scotto*, impressa apud *Fargnan. de Jurepatronat. tom. prim. fol. 136.* 49

50 Die 12. Januarii 1726. propositis in Congregatione Concilii tribus sequentibus dubiis.

51 *I. An ad Capitulum, & Canonicos S. Mariæ Majoris*

Pedemontis spectet Cura habitualis ejusdem Ecclesiæ in casu &c. & quatenus Affirmativè.

II. An iidem Canonici possint in fine cujuslibet anni devenire ad electionem duorum Canonicorum pro exercenda Cura actuali. Vel debeant eligere Sacerdotes extra gremium Capituli in casu &c. & quatenus affirmativè. 52

III. An dicta electio sit approbanda ab Episcopo in casu &c. 53

Ad primum responsum fuit *affirmativè*. Ad secundum *affirmativè quoad primam partem, & negativè quoad secundam*. Ad tertium *affirmativè*, cum addito, ut Causa ampliùs non proponatur. 54

DISCEPTATIO XXII.

Romana *Servitii* Ecclesiæ

INTER

Archipresbyterum, & Canonicos S. Mariæ in Cosmedin Urbis

ARGUMENTUM.

Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin Urbis servitium sigillatim explicatur, tam in Festis primæ classis, quàm in aliis diebus festivis de præcepto.

ACri orta controversia inter Archipresbyterum, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin Urbis, vulgò *Scuola greca*, illaque per s. m. Clementem XI. anno 1704. commissa particulari Congregationi trium S. R. E. Cardinalium Galeatii Card. Marescotti, Leandri Card. Colloredi, & Jo. Francisci Card. Nigroni, & Josephi Dom. de Totis Secretarii ab eadem particulari Congregatione me assistente uni ex iisdem Cardinalibus, post innumera Contradictoria, præviis voluminosissimis Scripturis, decisa tandem fuit mediante sententia sequentis tenoris. 1

Idem facio Ego Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ, & Sacrarum Congregationum Notarius, qualiter in Causa, & Causis coram Sacra Congregatione à Sanctissimo Domino Nostro Papa Clemente XI. vigore specialis Commissionis manu Sanctitatis Suæ signatæ, & in Actis productæ Deputata, nempè Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Galeatio. Marescotto, Leandro Colloredo, & Joanne Francisco Nigrono, ac R.P.D. Josepho Dominico de Totis Secretario, appellatione, & quocumque recursu remotis, vertentibus inter Admodum Reverendum Dominum Carolum Bartholomæum Piazzam Archipresbyterum Ven. Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Cosmedin nuncupatę Scola Greca, Actorem ex una, & Ven. Capitulum, & Reverendos Dominos Canonicos dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Reos Conventos partibus ex altera, dicto Admodum Reverendo Domino Carolo Bartholomæo Piazza, ad Instantiam dictorum Dominorum Canonicorum, per Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem personaliter citato ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales malè forsàn, nulliter, & inculcatè tentos, habitos, atquè servatos in vim quarumcumque facultatum, Instantes absolvi à Censuris, ad effectum &c. deferri Juramentum in supplementum plenæ probationis, quatenùs opus sit, concludendum, concludique mandari videndum in Causa, & audiendum Sententiam definitivam in forma ad p. d. Instantibus Reverendissimo Capitulo, & Reverendis Dominis Canonicis Ven. Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ in Cosmedin Principalibus sivè &c. 2

Relatione facta comparuit Dominus Carolus Philippus Pavonius Procurator, & petiit ut supra. Ex tunc Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinales Marescotto, Colloredus, & Nigronus, ac R. P. D. de Totis Secretarius die quarta Septembris 1705. sedentes &c. Visis &c. Auditis &c. ad reiterationem terminorum substantialium Instantes admiserunt, prout di-

ctus Dominus Procurstos relteravit in forma, & tactis &c. juravit, à Censuris absolverunt, & in Causa pronunciarunt, proùt in Cedola, quam præ manibus habentes viderunt, legerunt, & suscripserunt, & deindè mihi Notario consignarunt ad effectum publicandi, proùt publicavi tenoris sequentis videlicet.

Christi nomine invocato. Pro Tribunali Sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum Consilio in his scriptis ferimus in Causa, & Causis Nobis Commissis, & delegatis vigore specialis Commissionis per Sanctissimum Dominum Nostrum signatæ appellatione, & quocumque Recursu semotis, & in Actis productæ sub die 3. Julii 1705. inter Reverendum Dominum Carolum Bartholomæum Piazam Archipresbyterum Ven. Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Schola Græca nuncupat. Actorem ex una, & Ven. Capitulum, & Reverendos Dominos Canonicos dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Reos Conventos partibus ex altera de, & super determinatione servitii præstandi in dicta Ecclesia aliisque prætensionibus, & differentiis, de quibus in Actis, & coram nobis respectivè deductis &c. prævio, quatenùs opus sit recessu à resolutionibus usque adhùc per nos extrajudicialiter factis, & huic nostræ Sententiæ contrariis re maturè discussa, visis videndis, & consideratis considerandis, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, atque definitivè Sententiamus, proùt infra videlicèt. [3]

Inchoandum esse Matutinum in toto anni tempore immediatè post horam ab ortu Solis, & nullum Jus, nullamque actionem competiisse, neque competere moderno Archipresbytero ejusque Successoribus dandi signum in Choro super inchoatione Divini Officii, sed Jus dandi dictum signum, ac etiam inchoandi Orationem Dominicalem spectare, & pertinere Hebdomadario pro tempore, juxtà disposita per Cæremoniale *Episcop. lib. secundo cap. sexto*, & resoluta per Sacram Congregationem Rituum *in Causa Sulmonen.*, *super primo Dubio die 7. Maii 1695.* [4]

Vesperas verò in quibuscumque Festis de Præcepto in toto anni tempore inchoandas esse hora vigesima prima. [5]

In Festis primæ Classis semper, & ab omnibus, Archipresbytero videlicèt, & Canonicis integrè celebrari, ac recitari debere Divina Officia, nempè Matutinum, Laudes, horas parvas, & Missam Conventualem cum primis, & secundis Vesperis, ac etiam Completorio. [6]

In cæteris verò diebus Festivis de Præcepto, aliisque Festivitatibus descriptis in Tabella inserenda in fine hujus nostræ Sententiæ per Archipresbyterum, & Canonicos recitan. fore, & esse proùt recitari volumus, & mandamus Matutinum, & Laudes cum Vesperis, & Completorio saltem pro medietate alternativè; Ad horas verò parvas, & ad Missam Conventualem Omnes inservire debere. [7]

In reliquis diebus recitari volumus, & mandamus Matutinum, Laudes, & horas parvas una cum Missa Conventuali servato Turno duorum Canonicorum comprehenso Archipresbytero, proùt in præteritum servatum, ac practicatum fuit. [8]

Ex omnibus, & singulis Ecclesiæ redditibus tàm ordinariis, quàm extraordinariis certis, & incertis, detractis tamen priùs omnibus, & singulis expensis, ac oneribus in qualibet Quartaria factis, & contingentibus mandamus separari annua scuta sexcenta pro distributionibus ordinariis de quadrimestre in quadrimestre persolvendis ad rationem scutorum biscentum pro qualibet quartaria, & inter Canonicos præsentes, & inservientes tantùm dividendis, ac separiendis ad rationem menstruorum scutorum quinque pro quolibet Canonico comprehenso etiam Archipresbytero, detractis tamen punctaturis, quibus unumquemque, proùt de Jure subjacere contigerit juxtà Taxam inferiùs exprimendam nempè. [9]

Qui Matutino, & Laudibus non Interfuerit punctetur in punctis quatuor. [10]

Qui Missæ Conventuali non interfuerit punctetur in punctis tribus, & quatenùs adsit consuetudo cantandi juxta Rubricas plures Missas Conventuales, punctatura replicetur ad rationem punctorum trium prò qualibet Missa. [11]

Qui non interfuerit Vesperis (quæ non simpliciter legi, vel recitari, sed cantari debent, sicuti etiam laudes, & tertia saltem in festis) punctetur in punctis quatuor. [12]

Qui non interfuerit aliis horis parvis videlicèt Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, aut Completorio, notetur uno puncto prò qualibet hora. [13]

In Festis primæ Classis punctatura augeatur itaùt, [14]

Qui tunc non interfuerit Matutino, & Laudibus punctetur in punctis sex. [15]

Qui non interfuerit Missæ Conventuali punctetur in punctis quatuor. [16]

Qui non interfuerit Vesperis, punctetur in punctis quatuor. [17]

Qui non interfuerit aliis horis parvis punctetur in punctis duobus pro qualibet hora. [18]

Qui absuerit in illis diebus, & horis, cui ex duplici titulo, & obligatione inest onus interessendi, quia nempè respectu ipsius occurrit servitium particulare, & servitium commune, tunc punctetur proùt in Festis primæ Classis, præterquam quoad Vesperas, & Completorium pro quibus punctatura non augeatur. [19]

Etsi talis absentia contigerit in ipsis Festis primæ Classis, tunc punctatura rursùs augeatur, itaut Canonicus obligatus dictis diebus interesse tam ratione servitii communis, quàm ratione servitii particularis si Matutino, & Laudibus non interfuerit punctetur in punctis novem; Si Missæ Conventuali in punctis sex, si reliquis horis parvis antè meridianis in punctis tribus pro qualibet hora. [20]

Qui non interfuerit Matutino, & Laudibus decantari solitis in pervigilia Nativitatis Domini, ac Feria IV. V., & VI. majoris Hebdomadæ punctetur in punctis decem. [21]

Qui non Interfuerit Exequiis omnium Csnonicorum celebrari solitis die 3. Nov. punctetur in punctis sex. [22]

Pro Nocturnis, Laudibus, & Vesperis Beatæ Mariæ Virginis, & Defunctorum, pro Psalmis Gradualibus, & Pœnitentialibus quando juxtà Rubricas, & ad præscriptum Ordinarii Romani dici debent nullam fore, & esse assignandam punctaturam; hortamur tamen præfatos Archipresbyterum, & Canonicos hujusmodi Suffragia Præces, & Laudes non negligere, neque omittere juxtà Mentem Beati Pii Papæ V. in Constitutione, quæ incipit; *Quod à nobis* edita 7. Idus Julii 1568. præsertim verò quoad Officium Defunctorum attenta veteri consuetudine Ecclesiæ, de qua testatur clar. mem. Card. Sabellus in suo Decreto edito die 7. Januarii 1567. [23]

Qui Matutinis, & Vesperis non sederit in Choro ante finem secundi Psalmi, vel in aliis horis ante finem primi, vel in Completorio ante initium primi, vel in Missa ante finem ultimæ Orationis ante Epistolam, punctetur tamquàm omnino absens. [24]

Præter Canonicum punctatorem eligi solitum, alius etiam ex Sacerdotibus inservientibus per secreta Suffragia deputetur in principio anni proximè futuri tempore electionis aliorum Officialium, tamquàm dicti Punctatoris Coadjutor prodiebus, & horis, quibus præfatus Punctator interesse non poterit, & uterque Jure de Officio fideliter exercendo, & uterque pariter in casu præsentiæ, sin minùs alter ex eis quoties punctatura contigerit in fine illius se subscribat in Libro ad hunc effectum particulariter retinendo, & quatenùs opus sit de novo faciendo, & ità in futurum servari volumus, & mandamus. [25]

In fine cujuslibet quadrimestris fiat Calculus omnium punctorum, quibus unumquemque Canonicum juxtà normam suprascriptam notari contigerit, & ad rationem obulorum, seù Bononenorum trium pro quolibet puncto tantundem detrahetur ex portione distributionum unicuique aliàs debita, itaut si quis exempli gratia notatus reperiatur in punctis quinquaginta, amittat Bononenos centum quinquaginta detrahendos ex summa scutorum viginti, quæ titulo distributionum quotidianarum eidem deberentur in fine cujuslibet quadrimestris ad rationem scilicet scutorum quinque pro quolibet mense. [26]

Quidquid absentibus detrahitur accrescat interessentibus, & inter ipsos proportionabiliter repartiatur juxtà modum hactenùs practicatum. [27]

Quoad

Quoad distributiones extraordinarina, seù manuales servetur solitum, ità quod pro singulis Processionibus tàm ordinariis, quàm extraordinariis dentur scuta quinque, inter præsentes dumtaxat dividenda; & ità 28 servaudam solummodò fuisse, & esse, proùt servari volumus, & mandamus à die 3. Julii 1701. sub qua die fuit producta Commissio nobis directa.

29 In singulis Capitulis tàm ordinariis, quàm extraordinariis dentur cuilibet interessenti bononeni viginti absque Jure accrescendi portionis non interessentis.

Pro qualibet Missa Cantata sivè Archipresbyterali, 30 sivè Canonicali dentur celebranti bononeni viginti, Canonicis verò inservientibus in munere Diacoui, vel Subdiaconi bonnneni decem pro quolibet.

Dictas distributiones extraordinarias non ex massa scutorum sexcentorum pro distributionibus quotidianis Ordinariis, ut supra assignata, sed ex alia massa communi, seù grossa sumendas esse, quibus detractis ejusdem Massæ communia, *reliqui proventus, & fructus loco Præbendæ habeantur, nec distributionum quotidianarum Legibus subjaceant, sed inter Archipresbyterum, & Canonicos æqualiter dividantur, vel in fine cujuslibet quadrimestris, vel prout meliùs Capitulo visum fuerit*, & pla- 31 cuerit cum augmento tamen favore Archipresbyteri juliorum trium pro quolibet scuto, itaut si exempli gratia cuilibet ex Canonicis, & Archipresbytero contingerint scuta viginti, Archipresbyter habeat etiam augumentum aliorum scutorum sex, prout in præterium servatum fuit, & Archipresbyter, ejusque Successores dictum augumentum de pecuniis dumraxat intrantibus in Massam communem, seù grossam tàm de præterito, quàm in futurum exigere possint, & valeant dicimus, ac definitivè Sententiamua.

Attento servitio per Capitulum, & Cannnicos præstito juxtà formam, & tenorem superiùs in nostra Sententia expresso; & extrajudicialiter eidem Capitulo, 32 & Canonicis per nos injuncto sub die 18. Septembris 1701. dicimus, declaramus, ac definitivè Sententiamus repartimentum omnium, & singulorum redditnum à prima die dicti mensis Septembris 1701. fore, & esse faciendum juatà formam, & tenorem in omnibus, & per omnia superiùs per nos expressum.

Canonicum Hebdomadarium facientem Officium etiam 33 non paratum debere in omnibus præcedere Archipresbytero servata forma super modo residendi in Choro in omnibus, & per omnia, proùt disponitur in Cęremoniali *Episc.lib.2.cap.6.*

Archipresbytero non deberi trinam thurificationem, sed duplici tantùm ductu esse thurificandum, etsi illo tempore discesserit à Choro occasione dictæ thurificationis faciendæ modo prædicto, Aspersionis Aquę Bene- 34 dictæ, & osculi pacis esse punctan., ac si asset totaliter absens; facultatem tamen impartimur executori præsentis nostræ Sententiæ recognoscendi legitimam Caussam forsan allegandam per Archipresbyterum ejusque Successores pro substinendo discessu ad effectum effugiendi d. punctaturas.

Spectare Archipresbytero Cinerum Benedictionem, 35 dummodò tamen celebret, & in casum celebrationis debere canere Missam cum assistentia Canonicorum.

Non potuisse, neque posse Archipresbyterum, & Ca- 36 nonicos lucrari distributiones tempore Divinorum Officiorum ipsis non interessentibus in Choro occa sione audiendi Confessiones, & celebrandi Missam privatam.

Potuisse, atque posse Canonicos lucrari distributiones eo tempore quo absunt a Choro urgente necessitate 37 ratione eorum Officii, vel particularis incumbentiæ pro servitio Ecclesiæ, vel Capituli.

Canonicos nondum in Sacris constitutos, vel absentes ab Ecclesia, & Capitulo tempore electionis Officialium potuisse, atque posse eligi in Ministros, & Officiales ejusdem Capituli, quo verò ad illos, qui rationem non reddent eorum præcedentis Administrationis, 38 & Officii gesti servandam esse Constitutionem sa. mem. Alexandri Septimi sub dat. die 3. Aprilis 1658. & impressam in Bullario *tom.* 5. inter Constitutiones dicti Summi Pontificis in ordine 36.

Electiones, ac determinationes factas, & faciendas in Capitulo tàm ordinario, quàm extraordinario omnibus tamen Capitularibus in Capitulo extraordinario legitimè intimatis, tribus dumtaxat Canonici in Capitulo interessentibus, & vocem in Capitulo habentibus, fuisse, & esse validas licèt alter ex dictis tribus Canonicis dissentiat, vel Votum dare recuset, talesque Electiones, & determinationes fore, & esse servandas, prout ser- 39 vari volumus, & mandamus.

Non licuisse, neque licere, nullumque Jus, nullamque actionem competiisse, neque competere Archipresbytero super prætensione retinendi penes ipsum aliam clavem Archivii, sed servandum esse Decretum Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ e- 40 manatum sub die 3. Julii 1687. in quo Decreto statutum fuit servandas esse Constitutiones Ecclesiæ, & in dictis Constitutionibus præscriptum remanet, quod retineatur à Secretario, & totiès quotiès Secretarius deputatus mutatur fieri mãdamus cum Successore eligendo recognitionem Scripturarum cum confectione Inventarii coram Vicario Ecclesiæ pro tempore.

Quoad celebrationem Missæ, & Vesperarum per Archipresbyterum pętensam in majoribus Festivitatibus primæ Classis servandum esse, proùt servari mandamus Decretum emanatum favore Capituli, & Canonicorum per Sacram Congregationem Rituum proponente clar. mem. Cardinali Casanatta sub die 15. Septembris 1685. confirmatum ab eadem Sacra Congregatione proponente Eminentissimo Abdua sub die 5. Martii 1695. donec tamen, & quousque per eandem Sacram Congregationem Rituum non fuerit aliter decisum, ac determinatum, in quo Decreto sicuti per Sa- 41 cram Congregationem Rituum demandatur observantia Decreti Capitularis æditi de Anno 1654. ubi Archipresbytero pro tempore privativè conceditur celebratio Missæ, & Vesperarum in diebus Purificationis Beatæ Mariæ Virginis pro dispensatione Candelarum, Dominicę Palmarum pro distributione Palmarum, Feriæ quintæ majoris Hebdomadæ pro Administratione Sanctissimæ Eucharistiæ, Paschatis Resurrectionis Sanctissimi Domini Nostri, Dominicæ Pentecostea, Nativitatis Beatæ Mariæ Festum Ecclesiæ, Nativitatis Sanctissimi Domini Nostri; Ita etiam volumus, & mandamus privativè spectasse, & spectare celebrationem prędictam dicto Archipresbytero ejusque Successoribus; In omnibus verò aliis Festivitatibus tàm primæ, quàm secundæ Classis mandamus dictam celebrationem Missæ, & Vesperarum faciendam esse, proùt fieri volumus, & mandamus pèr Turnum Canonicorum comprehenso etiam Archipresbytero ad formam dicti Decreti Capitularis.

Capitula extraordinaria non fuisse, nec esse intimanda cum insertione, & notitia Causæ prò qua debet fieri 42 Capitulum

Laudemia, & quindennia non fuisse neque esse po- 43 nenda in Massa communi, & in futurum dividenda fore, & esse æqualiter inter Archipresbyterum, & omnes Canonicos licèt absentes, pręsentes tamen in Curia, & etiam in Sacris non constitutos.

Cannnem scutorum quadraginta quem solvunt DD. de Eustachiis integrè spectasse, & pertinuisse, ac integrè spectare, & pertinere toti Capitulo, ac Canonicis, nullumq; Jus, nullamq; actionem competiisse, neque competere præfato Archipresbytero, ac aliis prò tempore 44 Successoribus exigendi ad proprium commodum, & utilitatem præfatum Canonem Dominorum de Eustachiis, ac propterea d. Capitulum, & Canonicos à dicto particulari Jure prætenso per Archipresbyterum exigendi dictum Canonem absolvendum, & liberandum fore, & esse proùt absolvimus, & liberamua.

Ex Canone Vineæ ut dicitur di Testaccio debito per Dominos de Piottis fuisse, & esse simplicites, & solummodò assignata Præbendæ Archipresbyterali scuta tria; alios verò julios quindecim deberi, & esse assignatos ultimæ Præbendæ nunc possessæ per D. Canoni- 45 cum Josephum Piccinum, ac propterea nullum Jus, nullamque actionem competiisse, neque competere Archipresbytero pro dictis aliis juliis quindecim.

Quoad portionem prætensam per Archipresbyterum ex scutis quatuorcentum exactis à Capitulo, & retractis à deliberatione quorundam Fœnilium hæreditariorum quondam Dominici Buccabellæ attenta solutione scutorum quadraginta septem bononenorum nonaginta facta Domino Archipsesbytero mediante ordine dire- 46 cto

cto Sac. Monti Pietatis Urbis, & subscripto per Dominum 46 Canonicum Lauretum de Sanctis sub die septima Octobris 1697. ad formam, & in executionem Sententiæ latæ per A. C. per Acta Francischini, in qua fuit pronunciatum Capitulum, & Canonicos pro integra solutione Ratæ tangentis Archipresbytero ex dictis scutis 400. non teneri, nisi ad solutionem dictorum scutorum quadragintaseptem bonou 90. præfatum Capitulum, & Canonicos absolvendus, & liberandos fore, & esse, prout absolvimus, & liberamus.

Pecunias retractas, ac rettahendas ex jucundo ingressu Molarum locatarum Jacobo Malatestæ, ac Antonio Tulino, & Antonio Valmaidæ non esse deponendas juxtà prætensionem Archipresbyteri ad effectum deindè distribuendi inservientibus Ecclesiæ, sed dictas pecunias promissas per dictos Malatestam, Tolinum, & Valmaidam pro dicto jucundo ingressu Mola- 47 rum erogandas fore, & esse in extinctionem Debitorum juxtà formam, & tenorem Decretorum emanatorum per Sacram Congregationem Visitationis Apostolicæ sub diebus 9. Aprilis 1699. & 15. Januarii 5704.

Non fuisse, neque esse restituendam Archipresbytero ratam partem summæ retentæ à Camerariis pro so- 48 lita eorum mercede laboris, neque etiam summæ solutæ Exactori, seu Procuratori deputato per Capitulum pro exigendis Redditibus Capitularibus.

Non esse reficiendas expensas prætensas per Archi- 49 presbyterum occasione Processu Criminalis contra eundem Archipresbyterum fabricati in Curia Eminentissimi Vicarii.

Non esse locum remotioni moderni Procuratoris petitæ pro parte, & ad Instantiam d. Archipresbyteri, nisi ali- 50 ter Capitulariter fuerit resolutum, ac determinatum.

Non constitisse, neque constare de prætenso errore Calculi deducti pro parte Archipresbyteri ex Peritia D. Canonici de Prosperis Periti electi in prima Instantia per Eminentissimum Cardinalem Sperellium tunc Vicesgerentem, & deindè revisa per D. Canonicum Gallum Peritum ad hujusmodi effectum à Nobis deputatum, ideoque summam, seu summas prætensi Crediti deducti in Peritia dicti D. Canonici de Prosperis, & pro parte dicti Archibresbyteri coram Nobis denuò petitas, non 51 fuisse, neque esse debitas, neque deberi Sententiasque latas per dictum Eminentissimum Sperellium tunc Vicesgerentem in prima R R. PP. DD. Marcianum in secunda, Vicentinum in tertia, & Cassatellium in quarta Instantia inter D. Archipresbyterum ex una, & Capitulum, & Canonicos ex altera per Acta de Rubeis, & Archivii respectivè fuisse, & esse servandas prout servari volumus, & mandamus, neque fuisse, & esse locum revisiooi dd Sententiarum, ac circumscriptioni respectivè pro parte Archipresbyteri petitæ quoad Sententias dd. RR. PP. DD. Vicentini, & Cassatelli.

Capitulum, & Canonicos, necnon Canonicos Camerarios respectivè absolvendos, & liberandos fore, & esse à petita per Dominum Archipresbyterum solutione ejus recognitionis, seu præmii tàm occasione Capitu- 52 lorum Ordinariorum, quàm extraordinariorum, etiam cum prætenso Jure accrescendi, prout à dicta prætensa solutione recognitionis, tàm in Capitulis Ordinariis, quàm extraordinariis absolvimus, & liberamus eidemque Domino Archipresbytero perpetuum silentium imponimus.

Præfatum Capitulum, Canonicos, necnon Canonicos Camerarios respectivè pariter absolvendos fore, & esse à petita per Dominum Archipresbyterum solutione recognitionis, seu præmii in omnibus, & singulis Processionibus, prout per præsentes dictum Capitulum, & Canonicos, nec non Canonicum Camerarium à dicta solutione per præfatum Archipresbyterum prætensa, 53 etiam cum prætenso Jure accrescendi absolvimus, & liberamus, & perpetuum silentium eidem Archipresbytero imponimus.

Præfatum Dominum Archipresbyterum teneri, & obligatum fore, & esse concurrere tàm pro præterito, quàm in futurum ad solutionem pro ejus rata parte an- 54 nuæ recognitionis, & honorarii, quod solvi debet Procuratori Capituli in scutis viginti duo, & Bononenis viginti comprehensa strena in mense Augusti, & Nativitatis Sanctissimi Domini Nostri.

Capitulum, & Canonicos absolvendos fore, & esse à petita per Dominum Archipresbyterum restitutione ejus ratæ partis expensarum factarum per Camerarium, & Procuratorem Capituli, nec non à denegata per dictum Archipresbyterum contributione ejus ratæ partia præfatarum expensarum, prout dictum Capitulum, & Canonicos absolvimus, & liberamus præterquam quoad expensas factas occasione particularium controversiarum agitatarum inter Dominum Archipresbyterum ex una, & Capitulum, & Canonicos ex altera par- 55 tibus, & ratam partem tangen. dicto Archipresbytero præfatarum expensarum factarum à die prima Januarii 1699. attenta satisfactione aliorum præcedentium Annorum à dicto Archibresbytero habita occasione dictarum particularium controversiarum descriptarum in Libris Capitularibus, eidem Domino Archibresbytero restituendam fore, & esse, prout restitui volumus, & mandamus.

Punctaturas factas contra dictum Archibresbyterum, & descriptas in Libro Punctaturarum fuisse, & esse ritè, rectè, legitimè, ac canonicè confectas, & 56 proindè non fuisse, neque esse defalcandas.

Nullum Jus, nullamque actionem competiisse, neque competere præfato Archipresbytero super prætenso Jure exigendi augumentum juliorum trium pro quolibet scuto ex pecuniis, quæ erogantur in solutione emolumentorum distribuendorum pro Processionibus, pro Servitio, pro Communibus, pro Cera, quæ distribuitur in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, Anniversariia Commemorationis omnium Defunctorum, Capitulorum, & Missarum Capitularium, & aliarum expensarum, sed dictum augumentum fuisse, & esse dumtaxat debitum ex pecuniis intrantibus in Massam commu- 57 nem, prout in præteritum servatum fuit, proptereàque dictum Capitulum, & Canonicos à quibuscumque vexationibus, & molestationibus per dictum Archipresbyterum illatis super dicto augumento juliorum trium absolvendos fore, & esse, prout absolvimus, & liberamus.

Archibresbyterum, & Canonicos ritè, & legitimè potuisse participare de emolumentis Processionum, ac insimul de emolumentis Servitii, quod tunc contige- 58 rit apud aliquem ex ipsis adesse, prout pariter Canonicos de Servitio potuisse insimul participare de emolumentis communis.

Capitulum, & Canonicos absolvendos, & liberandos fore, & esse ab Instantia per ipsum Archipresbyterum proposita, quod fructus Canonicatuum vacantium poni deberent integrè in Massam communem, & à petito per ipsum Archipresbyterum repartimento dictorum fructuum Canonicatuum vacantium ad instar fructuum de Massa communi, prout absolvimus, & liberamus, & in futurum dictos fructus dividendos fore, 59 & esse, prout dividi mandamus, prout hactenùs servatum fuit nempè quod rata pars tangens servitium tàm particulare, quàm commune dividatur inter Archipresbyterum, & Canonicos inservientes Ecclesiæ, residuum verò fructuum eorundem Canonicatuum vacantium, quod vocatur Massa communis, seu grossa dividatur æqualiter inter Archipresbyterum, & Canonicos tàm Interessentes, quàm absentes ab Ecclesia.

Præfatum Dominum Archipresbyterum fuisse, & esse plenè, & integrè satisfactum de ejus rata parte emolumentorum, & Introituum descriptorum in partitis Introitus Librorum Capitularium, seu, ut vocant quartariatum, & exactorum respectivè per Camerarios pro tempore usque, & per totum mensem Augusti 1701. 60 & propterea attenta ejusdem satisfactione usque, & per totum dictum mensem Augusti 1701. Capitulum, & Canonicos absolvendos fore, & esse, prout absolvimus, & liberamus.

Capitulum, & Canonicos Camerarios non teneri, neque obligatos fore, & esse ad solutionem per dictum Archibresbyterum prætensam, & petitam ejus ratæ partis Affictuum, & summarum debitarum, & non solutarum per Marcum Bellum olim Affictuarium Casalis, ut dicitur della Castelluccia, neque ad reddendam rationem, seu solvendam ejus ratam partem Frumenti & Segetum spectan. ad dictum Marcum Bellum non posi- 61 tarum, neque descriptarum in Libris Introitus ejusdem

Capi-

Capituli, dictosque Canonicos Camerarios, & Capitulum absolvendos, & liberandos fore, & esse à prætensa solutione dictorum Affictuum, & Summarum non solutarum per præfatum Marcum Bellum, ac à prætensa redditione rationis, seù solutione ejus ratæ partis dictorum Frumenti, & Segetum, prout absolvimus, & liberamus, & dicto Archipresbytero perpetuum silentium imponimus.

Pecunias, quæ exigi solent occasione admissionis novi Archipresbyteri, & novorum Canonicorum fuisse, 62 & esse erogandas pro Servitio Sacristiæ, aliisque indigentiis dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, & quoad pecunias hucusque exactas in admissione novorum Canonicorum constare de erogatione in Beneficium, & utilitatem dictæ Sacristiæ, & Ecclesiæ.

Et super omnibus, & singulis præmissis modernn Archipresbytero, & pro tempore Successoribus in partibus contrariis, & modernis, ac futuris Canonicis in partibus pariter eisdem contrariis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, prout imponimus, & pro imposito haberi volumus, & mandamus, & quæcumque Mandata desuper necessaria, & opportuna pro præmissorum omnium, & singulorum in præsenti nostra Sententia executione, & observantia concedimus, decernimus, & relaxamus, Executoremque præsentis nostræ Sententiæ, omniumque ab ea dependentium et- 63 iam cum facultate decernendi, & relaxandi Censuras, Mandata executiva, de gravando, ad factum, & alia quæcumque necessaria, & opportuna eligimus, & deputamus R. P. D. de Totis modernum Secretarium Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ, aliosque pro tempore Successores, & utramque partem ab omnibus, & singulis expensis absolvimus, & liberamus, & ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & definitivè Sententiamus non solùm &c. sed & omni &c.

Ita pronunciavi G. Cardinalis Marescottus Judex Commissarius.

Ita pronunciavi L. Cardinalis Colloredus Judex Commissarius.

Ita pronunciavi I. F. Cardinalis Nigronus Judex Commissarius.

I. D. de Totis Secretarius.

64 JANUARIUS.

1. Circumcisio Domini.
6. Epiphaniæ Domini, cum primis, & secundis Vesperis. Duplex 1. Classis.

65 FEBRUARIUS.

2. Purificatio B. Mariæ Virginis.
24. S. Matthias Apostolus.

66 MARTIUS.

19. S. Joseph Sponsus B. Mariæ Virginis.
25. Annunciatio B. Mariæ Virginis.
Omnes dies Veneris.

67 APRILIS.

25. Processio S. Marci.

68 MAJUS.

1. SS. Philippus, & Jacobus Apostoli.
3. Inventio SS. Crucis.
6. Dedicatio Ecclesiæ ex Decreto Sacræ Congregationis Rituum 18. Maii 1698. 1. Classis cum primis, & secundis Vesperis.

69 JUNIUS.

24. Nativitas S. Joannis Baptistæ.
29. SS. Petrus, & Paulus Apostoli 1. Classis cùm primis, & secundis Vesperis.

70 JULIUS.

25. S. Jacobus Apostolus.
26. S. Anna Mater B. Mariæ Virginis.

71 AUGUSTUS.

10. S. Laurentius.
15. Assumptio B. Mariæ Virginis 1. Classis cùm primis, & secundis Vesperis.
24. S. Bartholomæus Apostolus.

72 SEPTEMBER.

8. Nativitas B. Mariæ Virginis Festum Patronale nostræ Ecclesiæ 1. Classis cum primis, & secundis Vesperis.
21. S. Matthæus Apostolus.
29. S. Michael Archangelus.

73 OCTOBER.

28. SS. Simon, & Judas Apostoli.

74 NOVEMBER.

1. Festum Omnium Sanctorum 1. Classis cùm primis, & secundis Vesperis.
2. Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum.
3. Anniversarium omnium nostrorum Canonicorum Defunctorum.
30. S. Andreas Apostolus.

75 DECEMBER.

8. Conceptio B. Mariæ Virginis.
21. Sanctus Thomas Apostolus.
25. Nativitas Domini Nostri Jesu Christi 1. Classis cùm primis, & secundis Vesperis cùm Matutino in nocte.
26. S. Stephanus Protomartir.
27. S. Joannes Evangelista.
28. SS. Innocentes MM.
31. S. Silvester Papa.

76 FESTA MOBILIA.

Dominicæ totius Anni.
Dies Cinerum.
Dominica Palmarum.
Feria secunda, tertia, & quarta majoris Hebdomadæ cùm Matutino de sero.
Feria quinta in Cœna Domini 1. Classis cum Matutino de sero.
Feria sexta in Parasceve 1. Classis cùm Matutino de sero.
Sabbatho Sancto primæ Classis.
Dominica Resurrectionis Domini Nostri primæ Classis.
Feria secunda.
Feria tertia.
Processiones Rogationum.
Ascensio Domini 1. Classis cùm primis, & secundis Vesperis.
Dominica Pentecostes 1. Classis cùm primis, & secundis Vesperis.
Feria secunda.
Feria tertia.
Dominica Sanctissimæ Trinitatis.
Festum Corporis Christi 1. Classis cum primis, & secundis Vesperis.
Processio manè ad Basilicam Vaticanam.
Anniversarium infrà mensem à die mortis cujuscumque Canonici pro una vice tantùm juxta Decretum Capituli.

G. Cardinalis Marescottus Judex Commissarius.
L. Cardinalis Colloredus Judex Commissarius.
I. F. Cardinalis Nigronus Judex Commissarius.

I. D. de Totis Secretarius.

Actum Romæ in Palatio solitæ Residentiæ dicti Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Marescotti præsentibus ibidem, & audientibus Dominis 77 Petro Bonaccursio, & Ludovico Marchetto Testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis, specialiterque rogatis, & aliàs latiùs, prout in dicta Sententia, Citatione, & Actis mei &c. ad quæ &c. In fidem &c. Romæ ex Curia Innocentiana Montis Citatorii hac die 19. Septembris 1705.

Ita est Paulus Fatius Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ, & Sacrarum Congreg. Notarius

DI-

DISCEPTATIO XXIII.

Neapolitana Affiliationis

PRO

P. Bonaventura de Nicolao

CUM

PP. Jacobo Pascha, & Bartholomæo Miccio.

ARGUMENTUM.

Affiliatio, quando dicatur valida, & quibus concurrentibus dici possit metu extorta. Sac. Congregationes concurrentibus bonis qualitatis Electi, solitæ sunt electiones nullas sanare.

EX mala administratione Conventus S Antonii extra Januam Medinam Neapolis Patrũ Ordinis Minorũ Conventualiũ S. Francisci habita spatio ann.20.& ultra à P. M. J.P. ejusdem Ordinis, cùm præfatus Conventus in dies reciperet irreparabilia præjudicia, nedùm circa bona temporalia, quæ continuò in deterius ruebant, & minuebantur, dum inter cętera constitit præfatum M. Pascham jactasse in ludo Januæ scuta 2000., quorum scuta 1100. accepit ex redditibus dicti Conventus, reliqua verò scuta 900. ex alienatione Capitalium ab ipso alienatorum, ad effectum erogandi in præfato ludo, ut plenè probatur ex Processu desuper compilato in curia existente, & ex Libro somnium, quibus ad ludendum utebatur, dato in manibus Ponentis, ac ex Sententia qua fuit condemnatus, ex cujus laudi injusti- [1] tia, & inæqualitate latè *in meis Instit. Criminal. 3. lib. 10 de Lud. à num.171.* Verùm etiam circa spirituale, dum in Ecclesia dicti Conventus omnia Exercitia spiritualia cessaverant, ita ut Fidelium consuetus ad illam concursus, prorsùs frigescente devotione fuerat omissus, & regularis Disciplina valdè defecerat, multique irrepserant abusus, ut testantur nonnulli Patres in eorum fidibus juratis, originaliter datis in manibus. Ponentis,

Hinc Patres dicti Conventus, zelus decoris Religionis, ac stimulo charitatis erga præfatum Conventum, moti, ne ad ultimum exitium deveniret, habito inter ipsos colloquio de præfatis præjudiciis, & abusibus, ut aliquod remedium pro restauratione d. Conventus invenirent, statuerunt nullo alio medio efficaciori posse prę- [2] fata præjudicia removeri, & Conventum restaurari, quàm per Affiliationem ejusdem Conventus, alicujus Patris, gravitate morum, doctrina, ac prudentia insignis, ad hoc, ut sua directione, disciplina Regularis restitueretur, omnesque alii abusus cessarent; ac propterea considerantes Personam P. M Bonaventuræ de Nicola, tunc temporis Provincialis Provincię Neapolis habere in gradu eminenti præfata omnia requisita statuerunt, ipsum pertinere rogare, ut ejusdem Conventus Affiliationem dignaretur acceptare.

Licèt præfatus P. M. Bonaventura, primis instantiis, ut permitteret se adscisci inter filios dicti Conventus re- [3] nueret, nihilominùs, postquàm curarunt præfati Patres, ut ei innotesceret necessitas dictæ Affiliationis pro reparatione dicti Conventus, utilitate ejusdem, ac decore Religionis, tandem Instantiis assensum præstitit, ut de his omnibus deponunt multi qualificati Religiosi, tam nostri Conventus quam P.

At quia habito dicto consensu pro effectuanda præfata Affiliatione, agnitum fuit duo obstare, alterum quod præfatus Pater Magister erat Filius alterius Conventus, & in Conventu, ad quem aderat numerus plenus, juxta præfinitionem Bullæ Innocentii X., duodecim Filiorùm: Ideò Patres præfati Conventus recursum habuerunt ad Sacram Congregationem, supplices petentes, ut dignaretur inter Filios dicti Conventus adscribere d. P. M. Bonaventutam de Nicola, quamvis esset Filius alterius Conventus, & non obstante dicto numero præfinito, dum Conventus præfatus S. Antonii habe- [4] bat exuberantes redditus pro alendo alio Filio, cui supplicationi Sacra Congregatio sub die 18. Martii 1700, rescripsit, ibi. *Audito Patre Procuratore Generali Ordinis, eidem benignè commisit, ut veris existentibus narratis & stante statu œconomico prædicti Conventus, cujus ratione ali posset alius Filius, prævio tamen consensu Filiorum ejusdem Conventus, Capitulariter, secretisque Suffragiis præstando, petitam facultatem, pro suo arbitrio, & conscientia Oratoribus impertiatur, Constitutionibus, cæterisque contrariis non obstantibus.*

Ad tenorem itaque hujusmodi Rescripti prævia interpositione arbitrii P. Procuratoris Generalis, ac speciali licentia P. Generalis ejusdem Ordinis, fuit deventum ad præfatam Affiliationem, adhibita etiam, pro majori libertate Vocalium, præsidentia D. Justini Antonii Gentilonis, Nuntiaturæ Apostolicæ Neapolis [5] Auditoris, ab ipsismet Patribus Vocalibus requisita, & per secreta Suffragia nemine discrepante, fuit prænominatus M. Bonaventura de Nicola à Patribus dicti Conventus in Filium acceptatus, & successivè dictæ Filiationis eidem tradita possessio, ut habetur ex actis d. Affiliationis, & ex copia publica epistolæ d. P. Generalis, datis in Summario.

Tantumque fuit omnium Patruum gaudium, quod feliciter fuerit expleta dicta Affiliatio, ut ad demonstrandam propriam lætitiam quilibet, propriis expensis, epu- [6] las pro convivio, ultrà consuetas præstari à Religione comparare certatim curavit, & inter hos præcipuus P. Bartholomæus Miccius, qui modo Affiliationem in hac Sac. Congreg. impugnat, ut habetur ex fide, P. Pauli Felisella.

Et quidem non immeritò lætabantur, quia statim assumpta directione dicti Conventus à dicto P. M. Bonaventura de Nicola, cessarunt abusus, rediit Regularis Observantia, in Ecclesia Exercitiorum spiritualium frequentia, non tantùm præteritis temporibus consueta, sed novis exercitiis summoperè adaucta, dum præfatus P. Magister introduxit solemnem expositionem Venerabilis in die Martis cujuslibet hebdomadæ, cum sermonibus, aliisque piis supplicationibus Divo Antonio, multitudinem Missarum, in qualibet hora Matu- [7] tina, usque ad Meridiem pro Fidelium commoditate, processione, aliaque similia Exercitia spiritualia ad augendum divinum Cultum, ad quæ omnia exercenda idem P. Magister præ cæteris primus continuò intervenit, cujus exemplo eò faciliùs alii Patres assistunt, taliter ut summoperè de his ædificatus Felix Peregrinus Baro Fossæ Cechæ, ad hoc ut perpetuò in futurum prædicta omnia exerceri possent, & præcipuè præfatas solemnes Venerabilis expositiones, reliquit eidem Ecclesiæ pingue Legatum ducator. 4000., adjecto onere unius tantùm Missæ perpetuæ; ut de his omnibus deponunt plures Complatearii.

At non tantùm circa spirituale, sed etiam quoad temporale ex directione dicti P. Magistri notabile augumentum recepit prænominatus Conventus, nam ejus opera Ecclesia fuit picturis ornata, Conventum quasi collabentem ex præteritis Terræmotis, sine integrali Clausura. ut habetur ex Peritia Architecti, data in Summario ad statum perfectum redactum, ibique constru- [8] cta Infermaria, & Forestaria, quæ licèt construi in primordio ejus fundationis, juxta ordinationem Sixti V. attaman numquàm nisi in præsenti, ex ordinatione, & ope dicti P. Magistri, qui etiam de propriis eleemosynis, sive livellis, non modicam pecuniarum quantitatem subministravit, construi ac perfici valuit, & ulteriùs plura centenaria ex propriis livellis in sublevamen dicti Conventus implicavit, ut probatur ex Capitularibus resolutionibus, & ex assertionibus plurium Patrum data in Summario.

Hæc omnia licèt gratissima, ut par erat omnibus Patribus dicti Conventus adhuc tamen, progressu temporis res non ita se habuit, quo ad P. Bartholomæum Miccium, qui ægrè ferens, quod fuerit contra ipsum demandata restitutio mobilium, hæreditatis Antoniæ Saviæ, spectantium ad dictum Conventum hæredem ab ea institutum, ac successivè fuerit decreta incorporatio ejus annui livelli, ex causa dilapidationis dictorum mobilium, ut habetur ex actibus, & attestatione P. Dominici Portii, qui redditus præfati livelli posuit ad introitum dicti Conventus, curavit præfatam

Affi-

Affiliationem infringere, excogitatisque septem insubsistentibus nullitatibus, recursum habuit ad hanc Sacram 9 Congregationem, ibiq; iusterit, ut ilia iteritaretur obtentoq; consuato Rescripto pro Informatione Patri Procuratori Generali, hic nimis propensè indulgendo instautię recurrentis; quinimò illam confovendo, loco andiendi eumdem P. M. Bonaventuram de Nicola, in suis defensionibus, sedula industria, commisit hodierno Patri Ministro Provinciali Neapolis, ut super expositis sumeret informationem, ad quem effectum, non sine secunda intentione principaliter fuit examinarus idemmet P. Bartholomæus Miccius recurreos, & prænarratus P. M. J. P. dilapidator dicti Conventus, & quinque alii Patres stimulo proprię passionis ad examen adducti, ad impictas nullitates contra veritatem comprobandas; utpro exoneratione propriæ Conscientiæ rastatur Fr. Joannes de Monta Sarchio unus ex præfatis testibus examinatis, & deponunt nonnulli Patres da conquestionibus, & pœniteotia aliorum testium, ut supra examinatorum.

Et quod magis est, fuit ad præfatum examen deventum, absque citatione Partis, examinati tantummodò 10 Patres intaresse principale habentes in Causa, & qui sive blanditiis, seù alia passione, ad deponendum, de facili adduci poterant, quamvis dicti Patres mauerent in Conventibus valdè remotis, à Civitate Neapolis, & omissum fuit recipere examen aliorum Patrum Graviorum, à quibus inconcusè veritas haberi poterat, & qui facilliùs examini subjici valebant, tamquàm præsentes in dicta Civitate Neapolis, ut deponunt Testes, dari in Summario.

Super quo examine fundavit suam epistolam P. Provincialis Neapolis, quam transmisit P. Procuratori Generali, & hic ex dicta epistola, sumpsit fundamen-11 tum pandendi proprium Votum huic Sacræ Congregationi, quo sentiit, aggregationem P. M. Bonaventuræ de Nicola in Filium Conventus S. Antonii Neapolis non substineri, multis deficientibus requisitis, ad validitatem necessariis.

Hinc cum in præsenti Causa proponatur, dicto con-12 trario Voto non obstante ex infrà adducendis, videtur rescribendum pro validitate d. Affiliationis.

Constat enim, ax huc usque ralatis omnia expressa in supplici libello porrecto huic Sacræ Congregationi, pro obtinenda facultate procedendi ad dictam Affiliationem, veritati ujti, nec non fuisse ad unguem adimpletam formam pro illa ineunda, injunctam in Rescripto dictæ Sacræ Congregationis habente clausulam *non obstantibus Constitutionibus*, aliisque &c. Indeque ex his insurgit validitas dictæ Affiliationis, in vim hujusmodi facultatis inita, quantumvis, ut perperam axadverso supponitur, fuisset omissa quælibet alia solemnitas à Jure, sive à Constitutionibus Nostri Ordinis requisita ex indubitara juris regula, quod quoties dispositio, cujus vigore ad actum aliquem devenitur, dat certam formam, illa adimpleta actus dicitur validè gestus, nec est opus aliis solemnitatibus requisitis à Jure, vel à Statuto, quando prout in nostra hypothesi dispositio continet dictam clausulam *non obstantibus*, quia per eam cen-13 setur illis satis derogatum, ut relictis generalibus in puncto respondit *Rota dec. 36. n. 71. part. 5. rec.*

Quæ eò fortiùs procedunt attenta generica expressione Constitutionum Nostri Ordinis, per quam dicitur plenè illis derogatum etiamsi de aliqua ex eis specifica 14 facienda fuisset mentio, ut notant *Berous cons. 147. num. 28. tom. 3. Rot. decis. 355. n. 2. part. 4. tom. 1. rec. decis. 5. n. 3. p. 3 ac dec. 159. num. 12. coram Coccin.*

Contra quam nullius ponderis sunt nullitates exadverso allegatæ, Prima enim deducta ex prætenso defectu libertatis Vocalium, tàm ex reverentia debita ei-15 dem Patri Magistro Bonaventuræ de Nicola, qui de tempore Affiliationis Provincialarus munere fungebatur, quàm ex majestate Judicis, nempè Justini Gentilonis Auditoris Nunciaturæ Apostolicæ Neapolis, qui in Capitulo præsedit, nullo modo subsistit.

Quia ad probandum metum quamtumvis reverentialem nun sufficit sola reverentia, quæ personæ debetur 16 ex notatis per *Alex. in l. Si cum dote §. Deo autem tempore num. 11. ff. Solut. Matrim. Felin. in cap. Causam il primo num. 3. vers. Tamen bis non obstantibus de Officio delegati Capyc. dec. 159. n 34. Rot. coram Gregor. dec. 120. n. 12. & coram Burat. dec. 783. num. 10.*

Sed probandum venit actum fuisse gestum per metum illius qui sit solitus minas exequi, ita ut verificetur quod 17 metus ceciderit in constantem virum, juxta *Textum in l. Interpositus C. de Transact.* & notant *Bartol in l. 1. §. quæ onerandæ num. 4. ff. Quar. reb act. non dat* & firmata per *Rot dec 23. n. 6. & 7. coram Merlin*

Maximè quando prout in nostra hypothesi agitur ad infringendum actum, quia tunc reverentialis numquam sufficit quamvis probatus, nisi concurrant minæ, vel alius metus gravis, qui probetur in specie, *Sperellus* 18 *decis. 76. num. 43. cum aliis per Altogradum cons. 5. num. 64. & seqq. lib. 1. & Addea. ad Burat. decis 205. num. 33.* solus enim metus reverentialis non sufficit ad contractus irritandos, ut benè prosequitur idem *Addea. ad Buratt d. dec.* 19 *205. num. 33 in fine, & dec. 628. num. 6. coram eodem*, & plenè *ibidem Adden. num. 9.*

Taliter quod non sufficiunt preces importunæ nisi sint junctæ cum minis illatis à Superiore solito tyrannicè agere contra inobedientes, vel sint adeò assiduæ, & instanti ore repetitæ, ac inculcatæ ut nullam quiatem permittsut, sed omnes verecundiæ, & modestiæ fines ex-20 cedant, itaut sint dolosè nam sine dolo non dicuntur importunæ ut notat *Altogrand. dict. cons. 5. à num. 64. usque ad 71.*

Quæ conclusio ea potissima ratione confirmatur, quia seclusis minis, & verberibus, aliisque superiùs enumeratis circumstantiis solus metus reverentialis non impedit liberam voluntatem, nec adimit libertatem requisi-21 tam ad validitatem contractus, ut docent *Sanchez de Matrim lib 4. de consensu coacto, disp. 6. num 7. & 18. Castropal. tom. 3. disp. 15 & Mastrius Oper. moral. disp. 4. de Contract. quæst. 1. art. 2. per tot.*

Cum itaque exadverso allegetur metus ex sola reverentia à Vocalibus debita Officio Provincialatus, ac simplici majestati Judicis præsidentis in Capitulo, utique 22 hujusmodi metus quantumvis fuisset probatus, prorsus de Jure esset inefficax ad inducendam nullitatem nostræ Affiliationis ex anthoritatibus supra relatis.

Quinimò ipsammet Judicis præsentia tantum abest ut possit inducere aliquem metum, quod potiùs oppositum operatur, tollitque omnem suspicionem metus, cum ex ejus præsentia præsumatur omnia ritè, & rectè, ac liberè gesta, ut respondit *Rot. decis. 265. num. 6. coram* 23 *Bichio, & decis. 120. num. 25. coram Gregorio, & decis. 783. n. 12. cor. Burat & dec. 266. n. 4. p. 18. rec.*

Diluitur quoque in facto aff. nullitas quia probatur omnes Patres Conventus S. Antonii ad reparanda præjudicia dicti Conventus motu proprio statuisse inter filios dicti Conventus aggregare præfatum P. M. Bonaventu-24 ram tunc Provincialem, ipso inscio, ac nullatenus requirente dictam Affiliationem, quinimmo eosdemmet PP. tam omnes simul conjunctim, quam separatim pluties adivisse Cubiculum d. P. Magistri instantissimè eum rogando, ut inter filios dicti Conventus se eligi pateretur, dum summoperè indigebat directione alicujus Patris probitate vitæ, & morum qualitate, & doctrina gravis, & qualis erat ipse P. Magister ad tollendos abusus in dicto Conventu irreptos illumque restituendum ad antiquum decorem, & restaurandum in fabricis à viginti annis incæptis, & nunquam ex defectu bonorum administratorum exequutis, ut deponunt plures Testes, dati in Summatio.

Constat ulteriùs dictis precibus Patrem Magistrum primo loco constanter se opposuisse postmodū reus, autem instanter reiteratis tandem dedisse assensum asserendo quod si Patres prædicti ita à Deo inspirarentur procederent ad dictam Affiliationem, ibi *, fatte pure quello, che Dio vi spira*. . . . .

Ex ua facti circumstantia tollitur quilibet assertus metus, nam dum constat Patres prædictos processisse motu proprio, & ex proprio impulsu, ac nullatenus requisitos, utique sicuti ex his elicitur efficax, & libe-25 ra Vocalium voluntas, ita quoque excluditur quilibet metus *Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. num. 26. & seqq. Rot. decis. 301. num. 35. par. 11. & decis. 490. num. 5. par. 18. rec. & coram Peutinger. decis. 32. num. 13.* nam dum ipsimet filii Conventus requirebant pro bono ejusdem Conventus Affiliationem dicti P. Magistri, cum enixè de-

pre-

precando, ut pateretur inter filios se ascribi, cessabat exindè quælibet causa incutiendi metum, & consequen- 26 ter omnis suspicio incussionis ad notata per *Bartol. cons. 65. num. 4. & per Rot. decis. 241. n. 10. part. 2. & decis. 25. n. 8 par. 4. tom. 2. rec.*

Absque eo quod turbent depositiones Testium, quibus exadverso prætenditur probatum præfatum metum, quoniam plures patiuntur exceptiones, tam circa modum examinis, non sine machinatione exarati, quam circa personas, & dicta, ita ut attentis dictis exceptionibus 27 omninò post habendum veniat dictum examen, & testium depositiones nullum gradum probationis constituentes *Cravet. de Antiquit. tempor. §. Quæritur etiam num. 36. Rot. decis. 386. num. 10. coram Merlino, & decis. 73. n. 4. par 19. rec.*

Ex modo enim quo fuit ad examen processum manifestè elucescit illius machinatio, nam fuit omissa Partis citatio, admissi ad examen ipsimet oppositores, promoventes in hac Congregatione judicium nullitatis, nempè P. B. M. qui proprio nomine insistit pro nullitate Affiliationis de qua agitur, & modò instantiæ prosequitur, ac etiam P. M. J. P. eidem instantiam adhærens, & qui principaliter post sequutam dictam Affiliationem de illius nullitate protestatus fuit; & propter cujus malam administrationem Patres Conventus S. Antonii devenerunt ad Affiliationem P. Magistri de Nicola; Quæ citationis ommissio clandestinitatem inducens, ac injusta præfatorum testium ad testificandum admissio 28 non est dubium in jure quin probent machinationem, ut de clandestinitate notant *Onded. cons. 46. num. 19. & 20.* 29 *lib. 1. Roland cons 93 num. 29 vers. non obstat, & num. 30. lib. 3.* & respondit *Rot. decis. 61. num. 53 par. 5. rec.* Et de admissione testium, qui non erant admittendi. *Menoch. de Præsumpt. præsumpt. 26. n. 12. lib. 5. Buratt. dec. 361. nu. 52. Bichius dec. 383. n. 10. & 15.*

Fitque clarius dicta machinatio ex nimis incongrua, & sedula diligentia prorsus inconsueta deveniendi ad formale examen testium, nam Sacra Congregatio Memoriali porrecto à P. B. Miccio super nullitate Affiliationis simpliciter rescripsit P. Procuratori Generali pro informatione, & Voto, ad quam explendam nulla urgebat necessitas judicialiter procedendi ad examen testiū cum satis esset habere extrajudiciales depositiones ad informandam Sacram Congregationem, prout de stylo practicari solet in similibus casibus, & consequenter ad evidentiam detegitur diligentiam exarandi processum 30 formale fuisse affectatam, & nimis incongruam, ex qua utique de jure resultat vehemens fumus machinationis, & doli, ut optimè ratiocinatur *Card. de Luca de Regul disc. 40. n. 5. & ex Textu in l Si quis sub conditione ff. de Condit. instit.* firmavit *Rot. dec. 283. n. 10. p. 5. & dec. 663. n. 21. p. 8. & dec 546. n. 6. p. 18. rec.*

Accedente præsertim studiosa vocatione ad examen nonnullorum Patruum Minoris notæ, & non turæ fidei, tamquam plures patientes exceptiones personales, de quibus infra quamtumvis degerent in Conventibus longè distantibus à Civitate Neapolis ubi examen fuit exaratum, & prætermissione vocandi PP. graviores tamquam Sacerdotes, & in Religione graduati, omnique exceptione majores, qui actu degebant in eadem Civitate, & in eodem Conventu S. Antonii Neapolis, exindè de facili convocandi ad examen, & à quibus veritas deponi poterat, utique hujusmodi inconsueta testium selectio ad oculum demonstrat dolum, & ma- 31 chinationem juxta animadversa per *Alciat. in l. Si major C. de Transact. Cassan. ad Consuet. Burgund. rubr. 50. de Re-Stat § 12 vers. decimus, Rot. dec. 283. n. 12. p 5. rec.*

Quibus si addatur suspicio odiositatis ejusdem P. Procuratoris Generalis contra P. M. de Nicola probato in Summario, in comperto erit dicti examinis machinatio 32 tamquam promanans ex Superiore valdè suspecto ad firmata per *Rot. dec 93. n. 3. & dec. 653. n. 5. coram Bichio, & dec. 347. n. 1. post Consil. Farinac.*

Ad quid autèm inquirimus conjecturas dum habemus probationem concludentem dictæ machinationis; De hac namque testatur P. Joannes de Monte Sarchio unus ex Testibus exadverso examinatis qui pro exoneratione propriæ conscientiæ declarat ipsum fuisse, vi & malis artibus inductum ad deponendum contra veritatem circa gesta pro aggregatione inter filios Conventus S. Antonii Neapolis Patris Magistri de Nicola nec non de eadem machinatione coram Testibus fuit conquestus Pater Franciscus Antonius Palmerius alter Testis ex 33 adverso examinatus, qui declaravit summopere pœnitere de injusto examine ab ipso exarato contra præfatam Affiliationem, & ad illud fuisse inductum malis artibus, ideoque se reperiri in maxima confusione, & nisi ipsum retraheret ignominia detegendi se perjurum, ac propriam turpitudinem pandendi, se esse paratum asseruit, de his omnibus declarationem publicam, & fidem facere.

Quorum Testium depositiones, & declarationes contra eos, qui illos induxerunt plenè probant prænota- 34 tam machinationem *Rot. dec. 73. num. 15. & dec. 311. & dec. 329 utrobique num. 10. p. 19. rec.* Maximè quia deponunt de facto proprio *Gabriel. de Testib. conclus. 4. num. 20. Rot. decis. 521. coram Gregor. & decis. 243. num. 12. par. 6. & dec. 56. num 2. part. 15. rec.*

At non solum propter dictam machinationem affectati examinis nulla de eo habenda est ratio; sed etiam quia nemo ex Testibus examinatus est idoneus ad testificandum nam P. B. Miccius nulla fides meretur, ne- 35 dum quia tamquam processatus de facto, & condemnatus, repellitur à testificando, quia funesta in deponendo dicitur illius vox, ad *Text. in cap. Constituimus 3. q. 5. cap. Super eo 13.* ubi *Abb. & Felin num. 5. de Testib. lib. 3. §. ideoque vers. lege Julia ff. eodem Farinac. de Testibus quæst. 56. num. 127 Rota coram Burat. dec. 553. num. 8. & in rec. decis. 171. num. 9. par. 17.* sed etiam quia uti principalis Actor in hac Causa, ac promotor prætensæ nullitatis, ut habetur in Summario non potest in ea testificare, quia nemo in causa propria testis esse potest, *l. Nullus ff.* 36 *de Testib. Rot. dec. 323. n. 18. cor. Buratt.*

Eaidem exceptiones patitur secundus testis, nempè P. M. Jacobus Pascha, qui pariter est principalis promotor prætensæ nullitatis Affiliationis, de qua agitur estque criminosus tamquam dilapidator Conventus S. Antonii, & per Sententiam condemnatus, incursus in excommunicationem *Extravag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* ideoque eo fortiùs uti excommunicatus nihil probat juxta *Text. in cap. Testimonium 56. de Testib.* 37 & ibi *Gloss. 1.* cum aliis alleg. ibid. *à Barbosa num. 2. vers. Collige ex tex. Farin. q. 56. art. 3. num. 566. in fin. Rot. dec. 20. num. 3. & 4. p. 18. rec.*

P. N. G. tertius testis tamquam solitus in aliis Causis falsum dicare testimonium, ac depositiones dicere unam contra aliam ut appatet ex actis processus compilati contra dictum P. P. de quibus in Summario uti- 38 que nihil probat, quia semel mendax talis præsumitur etiam in futurum, ut optimè dixit *Rota decis 40. num. 2. in fin. par. 2. recent. & decis. 20. num. 5. coram Coccin. & dec. 353. num. 6 coram Bichio.*

P. R. quartus Testis post examen se retractando in fide jurata deposuit pro libertate Vocalium, omniaque acta pro exaranda Affiliatione fuisse, & esse legi- 39 timè gesta, & exinde, vel non venit attendendum id quod in contrarium deposuit in dicto examine, vel tamquam testis sibi contrarius nihil probat *Rot. decis. 34. num. 5. coram Bichio, & decis. 367. num. 8. & decis. 498. num. 5. coram Buratto.*

P. P., & P. J. de Monte Sarchio quintus, & sextus testis cum declaraverint pro exoneratione propriæ conscientiæ ipsos fuisse inductos vi, & malis artibus ad deponendum falsum in dicto examine, ut habetur 40 in Summario, utique eorum depositiones omninò veniunt post habendæ *Abb. in cap Cum in sua n. 9. vers. At ex intervallo de Testib. Cæsar de Grassis, decis. 8. de Testib. & decis. 107. num. 3. & 8. part. 1. & decis. 137. num. 18. part. 4. tom. secundo recent. & decis. 725. num. 4. coram Cerro.*

Et tandem Fr. A. de M. Laicus tamquam addictus servitio P. M. J. P. principale interesse habentis in causa illiusque socius criminis dilapidationis Conventus 41 Sancti Antonii prorsus dicitur Testis inhabilis, & nihil probat, ut de teste criminoso firmat *Rota dec. 341. num. 5. coram Buratto, & decis. 20. num. 3. part. 18. rec.* & de Teste familiari eadem *Rot. decis. 143. num. 3. cor. eodem*, & de teste benevolo Partis firmat *Rot. dec. 34. num. 4. coram Bichio.*

Urgeret insuper, quod præfati Testes nedum patiuntur

tur

tur exceptiones circa personas, sed etiam, quoad dicta, nam nimis affectatè deponunt, dum ut plurimum assumunt partes Judicis declarando Constitutiones nostri ordinis, ideoque ex hoc ipso nihil probant *Rot. decis. 544. num. 5. p. 18. recent.* nec non cum ex eorum d. manifestè appareant propensi erga Partem adversam eo fortius nullam merentur fidem *c. super de Testib. Rocc. disp. Jur. cap.* 43 *36. num. 44. Spada cons. 14. num. 5. lib. 2. Vivius dec. 507. num. 20. Rot. decis. 336. num 4. part. 1. divers. & decis. 14. nu. 17. par. 9. rec.*

Et quod magis est convincuntur de pluribus mendaciis, primò quia omnes uno ore asseruut non fuisse obtentam licentiam P. Generalis Ordinis ad effectum deveniendi 44 ad Affiliationem, de qua agitur, quando de ea plene probatur ex registro Epistolæ ejusdem P. Generalis & ex testibus qui illam legerunt, & viderunt.

Secundò deponunt post aggregationem P. M. de Nicola inter filios Conventus S. Antonii fuisse prævia licentia Sac. Congregationis impositum censum passivum L. 3000. super bonis d. Conventus sub prætestu erogandi dictam summam pro reparatione dicti Conventus, & in eo fabricandi, attamen fuisse illum erogatum pro quodam inutili ædificio, absque eo quod fuerit restauratum antiquum, quod quasi collabens reperitur maximo cum detrimento d. Conventus, qui remanet gravatus dicto debito nulla recepta utilitate ex dicto novo edificio, minusque tepartitionem antiquæ Fabricæ, quod manifestè, convincitur à veritate esse prorsus alienum, tam ex oculari Inspectione, quàm ex attestatione Architecti, qui distinctè descripsit omnia necessaria pro repara-45 tione Conventus, omniaque postmodum exarata pro effectiva illius restauratione nec non pro novo edificio & tandem maximam utilitatem, quam Conventus retrahit à nova Fabrica dum ex solis domunculis ędificatis in parte exteriori, prorsus Conventui inutilibus, & propterea locantur secularibus retrahuntur de præsenti annua ducata 80., & in posterum retrahi valet major summa usque ad ducata 100. ità ut cum dd. redditibus compensatum remaneret onus ducatorum centum, & quinque, cui Conventus subiacet pro præfato Censu ducatorum 3. m. taliter quod integrum novum ædificium omnesque reparationes d. Conventus remaneat liberè favore ejusdem Conventus, ut ex dicta peritia dicta in Summario, quæ peritia non est dubium, quin veniat attendenda, & plenè probet *Rot. decis. 777. num 2. cor. Cerro. & decis. 368. num. 1 2 cor. Buratto, & dec. 23.* pariter *n. 12. part. 9. rec.*

Tertiò deponunt in dicta nova Fabrica fuisse solummodò ad perfectionem redactum, quoddam appartamentum pro habitatione P. M. de Nicola, quod utique nil animosius, nihilque magis à veritate alienum, nam novum ædificium fuisse destinatum pro Infermaria, ac 46 forestaria constat ex decreto exarato in Sac. Visitatione, ab eodem P. M. Bonaventura de Nicola, & ex Relatione Periti.

Quæ veritas, alteriùs comprobatur ex attestatione plurium Patruum, deponentium juxta præfatum decretum scilicet semper dictum ædificium stetisse pro usu, & commoditate Forensium, & Infirmorum, & nunquam 47 in eò habitasse præfatum M. Bonaventuram de Nicola, qui continuò moram fecit, & de præsenti manet in Cellis antiqui ædificii, nuncupatis *del titulo*, in quibus habitare consueverat P. M. Jacobus Pascha de Arsano, nec non in dicto novo ædificio, de præsenti inhabitare R. p. d. Albertinum utriusque Signaturæ Referendarium.

Ulterius idem met Albertinus nobilitate Natalium & morum probitate clarus, testatur præfatum novum ædificium destinatum pro Forestaria, & Infermaria, nunquam hucusque fuisse ab aliqua persona habitatum, ipsumque primo in eo habitasse, & de præsenti habitare, eum ad hunc effectum opus fuerit initio sui ingressus, 48 illud aromatum odoribus, ac igne expurgare, & cum eidem Prælato innotuerit fuisse diversimodè à nonnullis PP. huic Sac. Congregationi repræsentatum asserit hoc temerè fecisse, illos vocando filios iniquitatis.

Reliquas verò mansiones noviter ædificatas in dicto Conventu sive restauratas & sitas supra Refectorium 49 constat fuisse habitatas, & de præsenti habitari à fratribus ejusdem Conventus, ut deponunt plures Religiosi in Summar.

Quartò allegant D. Justinum Antonium Gentilonum Nunciaturæ Apostolicæ Neapolis Auditorem, qui tempore sequutæ Affiliationis Capitulo Conventus præsedit, voluisse cujuslibet Vocalis, priusquam poneret suffragium, recognoscere, an illud esset affirmativum, vel negativum, quod utique nil tam inverisimilius, & absonum allegare, contra Ministrum Apostolicum integerrimum, & vocatum ab ipsis met PP. ad effectum assistendi pro libertate electionis, & ad hunc effectum illùc transmissum à Cl. m. Card. Casono tunc Neapoli Nuncio Apostolico, dum in contrarium constat eundem Gentilonem asseruisse se vocatum, illucque intervenire pro libertate Vocalium, ut quilibet pro suo arbitrio suffragium ferre posset; ita ut in mente humana cadere non valeat præfatum Ministrum Apostolicum; voluisse ad actum tam injustum devenire, publicè, & palàm in dicto Capitulo Neapoli celebrato, ubi facilis erat aditus ad superiorem nempe præfatum Nuncium, qua stante maxima inverisimilitudine, utique adempta remanet fides Testium, adeo inverisimilia deponentium, *Rot. decis. 653. num. 10.* 50 *coram Bichio, & decis. 471. num. 8. & decis. 809. num. 8. coram Cerro.*

Et insuper de mendacio convincuntur circa dictum inverisimilem depositionem, ex actis publicis ejusdem Capituli, exaratis à publico Notario ex quibus constat electionem secutam per secreta suffragia, quæ Acta, cum faciant probationem probatam, non est dubium in jure quin in concursu præferenda veniant depositionibus dictorum Testium *Bero cons. 102. num. 23 lib. 3. Bursat cons.* 51 *284. n. 20. ad med Rot. decis. 576. num 29. part. 5 recent* præsertim quia dicti Testes de pluribus mendaciis convincuntur, & exinde in omnibus fides eis non est adhibenda, ob individuitatem juramenti *Rot. dec. 34. nu. 6. & dec.* 52 *575. 2. 7. & dec. 628. n. 16 cor. Bichio.*

Et quidem absque difficultate in nostra hypotesi, in qua plures habemus Testes, deponentes pro legitimitate actus dictæ affiliationis, ac omnimoda libertate Vocalium, ex quibus sublata remanet omnis suspicio fraudis, seu metus, cum magis debeant attendi, quàm contrarii Testes de metu, & fraude deponentes, attenta juris præsumptione assistente Testibus pro legitimitate actus, & libertate deponentibus, juxta animadversa per *Man-* 53 *tic. de Conjectur. ultim. vol. lib. 2. tit. 7. num. 2. Rocca disput. jur. cap 36. nu. 45. Rot. dec. 512. n. 3. part. 1. recent.*

Maximè quia, hæc veritas comprobata remanet, tam ex Testibus deponentibus de hilaritate animi omnium Vocalium, post expletam dictam aggregationem quia animi hilaritas contrahentium excludit, quamlibet suspicionem incussionis metus, *Menoch. lib. 3. Præsum-* 54 *pt. 4. n. 29 Rot. decis. 301. n. 35. par. 11. recent.* quam etiam, ex aliis Testibus, deponentibus, de colloquiis habitis inter Religiosos, super necessitate aggregandi P. M. Bonaventuram de Nicola, ad reparanda præjudicia Conventus, & de precibus quibus iidem filii instantissimè supplicarunt, præfatum P. Magistrum, ut pateretur se adscribi inter filios d. Conventus, qui actus sunt prorsus exclusivi cujuslibet suspicionis fraudis, ac metus, ut ponderat *Rot. dec 241. num. 10. part. 2., & dec. 25. num.* 55 *8 part 4. tom. 2. recent.*

Et tandem ex non facto eorumdem Vocalium, qui absque ulla contradictione tradiderunt possessionem dictæ affiliationis, & spatio annorum trium, & ultra permisserunt pacificè in dicta possessione permanere, dictum P. Magistrum, ac nemo eorum dicto temporis spatio conquestus fuit de aliqua incussione metus, sivè illegitimitate actus dictæ affiliationis, quod utique non evenisset, nisi actus fuisset legitimus, & prorsus immunis ab omni labe, 56 metus incussionis, ad notata *per Oldrad cons. 326. num. 15. vers. nec obstat Decin. cons. 58. n 2. vol. 1. Rot decis. 1536. n. 8. cor. Coccin.*

Attento præsertim facili aditu ad Superiorem, quem habere poterant, scilicet immediatè ad Nuncium Apostolicum Neapolis ubi dicta affiliatio facta fuit, & suc-57 cessivè ad hanc Sac. Congregationem, juxta *Text. in leg. fin in princ. ff. de eo quod metus causa, Bellon. consil. 58. num. 14.* & ponderat *Rot. dec. 514. num. 23. par. 18. recent. & dec. 326. num. 34. cor. Ludovis. & decis. 385. num. 4. cor. Dunozet. jun.*

Remota ex his prima asserta nullitate incussionis metus, & privationis libertatis Vocalium, facilius eli-

tur secunda deducta ex prætensa subreptione, qua asseritur obtenta licentia hujus Sac. Congregationis pro Affiliatione de qua agitur, scilicet sub assertiva, quod Conventus carebat Religiosis qui morum probitate, doctrina, & prudentia valerent illum regere, dum, ex eorum 58 defectu reperiebatur lapsus à proprio antiquo splendore, tam circa spiritualia, quàm temporalia, quæ expositio asseritur insubsistens dum in dicto Conventu aderant duo Magistri Definitores perpetui, nempè P. M. Jacobus P., & P. M. Baldassar Paglia, & unus Magister simplex, nempè P. M. Jo. Franciscus à Castro Franco, à quibus bene poterat regi, & gubernari præfatus Conventus absque ulla necessitate aggregandi alium Directorem.

Objectum enim statim corruit, ponderando quod P. M. P. erat, & est inquisitus, propter dilapidationem 59 Conventus, ut probatur ex Sententia lata contra eundem data in Summario ideoque non erat idoneus Director, & Gubernator d. Conventus.

P. M. P. erat, & est exterus à Provincia Neapoli, quia Siculus, & licèt aggregatus dicto Conventui S. Antonii, ejus aggregatio non erat, nec est de præsen-60 ti, sed pro primo loco vocaturo, qui casus nec de tempore Affiliationis nec de præsenti adhùc evenit, ideoque non poterat in dicto Conventu se ingerere, tanquam huc usque extraneus, & quod magis est, præfatus Pater Magister, exul stat extra Regnum, ideoque eò minus valebat, & valet d. Conventum regere ac gubernare.

P. verò M. Jo. Franciscus à Castro Franco, ultra quod est simplex Magister, & non Diffinitor perpetuus, 61 ut vulgò dicitur *Maestro di Provincia*, ipsemet agnoscens se Juvenem, & imparem oneri regendi dictum Conventum petit illius idoneum Directorem quem enixè de tempore Affiliationis requisivit, & in præsenti summoperè exoptat, ut habetur ex ejus declaratione data in Summ.

Undè remanet evidens, præfatum Conventum ca-62 ruisse, & carere idoneo Directore, & exindè narrativam fuisse undique justam, nec de aliqua subreptione redargui posse benè *Rot. dec. 488. n. 34. cor. Cerra*.

Ejusdem Insubsistentię ex tertia nullitas deducta, ex altera prætensa subreptione ex eo, quod in dicta supplicatione porrecta Sacræ Congreg. fuerit expressum redditus Conventus S. Antonii augumentum recepisse in annuis Ducatis scut. 400. quando iidem PP. pro obtinenda licentia accipiendi ad Censum scut. 3000. ad effectum illa erogandi in Fabricis pro reparatione Conventus, allegarunt paupertatem ejusdem Conventus, & ulteriùs postquam illam obtinuerint sub expresso onere deponendi in Erario dicti Conventus ducata bis centum quoli-63 bet anno, ad effectum extinguendi dictum debitum, iterùm dicti PP. novum supplicem Libellum porrexerunt, eidem Sac. Congregationi exponendo, quod stante magna paupertate dicti Conventus prǽfatum onus impleri non poterat, inferendo ex his, quod expressio illa, qua fuit assertum redditus, præfati Conventus fuisse adauctos in summa ducatorum 400. fuisse à veritate aliena, nam aliàs allegare non poterant illius strictam paupertatem.

Etenim hujusmodi asserta subreptio habens duas partes, quod utrumque prorsùs insubsistens detegitur, nam quoad primam allegatæ paupertatis pro obtinenda licentia imponendi præfatum Censum scut. 3000. quæ eroganda erant pro Fabrica Conventus, nullam inducit implicantiam, quin illa verificetur correspectivè ad dictam Fabricam faciendam, dum quantumvis redditus Conventus augumentum receperint in scut. 400. adhuc cum hi erogandi essent pro alimentis Fratrum, aliisque oneribus dicti Conventus insufficientes erant ad summam administrandam tàm ingentem summam scutorum 3000. necessariam pro dicta Fabrica, ideòque benè poterat Conventus cum fundamento veritatis, & absque labe subreptionis allegare propriam paupertatem, ha-64 bito scilicet respectu ad dictam quantitatem scut. 300. quia dicta paupertas non venit intelligenda de absoluta, sed correspectivè ad dictam summam expendendam, ad notata per *Card. de Luca de Decim. disc. 20. nu. 3. & 4. Rota cor. Dunoz. dec. 98. n. 10. & 283. n. 5. p. 10 rec.*

Clariùs, quia eadem Sacræ Congregationis habi-65 ta ratione redditus dicti Conventus, quos adauctos in dictam summam scut. 400. sibi innotuerat injunxit onus eidem Conventui, deponendi in erario ducatia scut. 200. quolibet anno pro extinguendo dictum censum scut. 3000.

Ex quibus eliditur secunda pars dictæ subreptionis, quia licèt postquam Conventus adimplevit per duos annos onus deponendi ducatos biscentum in supradicto rescripto sibi injunctum, denuò PP. allegaverint paupertatem dicti Conventus, illiusque redditus impares ad substinendum onus prædictum; Attamen cùm talis recursus evenerit post dictam Affiliationem sequutam, ac superventam diminutionem redditùum attendimentorum Conventus, ex inopinato casu Belli subsequuti in Civitate Neapolis, ex quo omnia arrendamenta Regiarū Gabellarum cessarunt, ut est notorium, adhuc tamen hujusmodi paupertatis allegatio, ex dicto inopinato casu superventæ nullo modo sufficit ad subreptionē ejus, quod 66 fuit præcedenter expressum tempore Affiliationis, quo talis diminutio redditùum non evenerat per ea, quæ firmat *Rot. decis. 325. num. 22.*

Est item prorsus vana quarta nullitas deducta ex defectu licentiæ P. Ministri Generalis pro Affiliatione, de qua agitur, quia quidquid sit de necessitate dictæ licentiæ, in casu de quo agitur, dum fuit obtenta licentia Sac. Congregationis cum derogatione expressa Constitutionibus nostri Ordinis, ex qua videtur sublata necessitas obtinendi licentiam dicti P. Generalis, requisita tantummodò in Affiliationibus Jure ordinario expletis, adhuc dicta asserta nullitas removetur ex facto, quia illa intervenisse probatur ex copia publica epistolæ dicti P. Generalis, qua licentiam præfatam fuit impartitus, extracta ex publico Registro dicti Conventus data in Summario, quæ quantumvis non producatur Epistola 67 originalis, quia deperdita occasione ultimæ revolutionis Civitatis Neapolis, ut deponunt Testes, in dicto Summario, de per se sola probat tamquam ex publico Registro extracta, juxtà notata per *Marescott. var. resolut. cap. 81. numer. 14., & 15.* & firmata per *Rot. decis. 264. num. 22. coram me Merlin.*

Maximè quia adminiculatur ex depositione plurium Testium, qui viderunt, & legerunt dictam originalem Epistolam, ut ampliat *Marescott. variar. resol. dicto* 68 *cap. 81. numer. 6., & 7. cum seqq. lib. 1.*, & prosequitur *Rota dicta decis. 264. num. 22. coram Merlin.*

Neque minoris irrelevantiæ est quinta nullitas deducta ex eo, quod fuerit deventum ad aggregationem P. M. de Nicola inter filios Conventus S. Antonii Neapolis, absq; eo quod præcesserit renunciatio filiationis proprii Conventus nativi Civitatis Teani; Quia nullibi in Jure cautum reperitur, quod ad validitatem aggregationis alicujus Regularis inter filios alteriùs Conventus, necessaria sit renunciatio filiationis primi Conventus, sed 69 potiùs in contrarium urget Juris dispositio, qua habemus, quod quis potest absque ulla implicantia habere duplicem civilitatem duarum Civitatum, & utramque retinere, ut docent *Card. de Luca de Regul. disc. 83. num. 11., & dis. 128 num. 10., & ad Sacr. Concil. disc. 14. num. 9. Rot. decis. 74. n. 3. cor. Burrat. & Adden. ad eundem decis. 811. nu. 7., & post. Zach. de Oblig. Camer. dec. 187. in fin.*

Cùmque Regularium Conventus videantur esse ad instar parvarum Civitatum Reipublicæ Regularis, & Fratres habentes in eis filiationes ad instar Civium illorum per ea, quæ ratiocinatur *Card. de Luca de Regu-* 70 *lar. discurs. 1. num. 11., & 12.*, indubitanter sequitur, quod quemadmodum non implicat, quem esse Civem duarum Civitatum, ita à pari non videtur implicare, ut Regularis retineat filiationem duorum Conventuum 71 ex regula, quod in æquiparatis militat eadem Juris dispositio, juxtà *Text. in leg. Illud ff. ad Leg. Aquil. & notant per Fagn. in cap. Nuper à Nobis de Bigam. nu. 42. lib. 1., Rot. decis. 893. n. 10., & decis. 2317. n. 8. cor. Cocc.*

Neque est novum inter Regulares, ut idem Religiosus retineat duplicem filiationem, aliam nativam ratione professionis, aliam verò per viam aggregationis; Relictis enim innumeris exemplis, quæ adduci 72 possent de aliis Religionibus, satis est allegare observantiam ejusdem met nostræ Religionis, in qua habemus, quod omnes PP. Conventus SS. 12. Apostolorum Urbis indistinctè retinent Affiliationem propriis Conventus nativi ratione Professionis, & alia in dicto

cto Conventus SS. in Apostolorum Urbis per aggregationem, ut est notorium.

Et quatenùs diversimodè disponerent Constitutiones nostri Ordinis, quod tamen absolutè negamus, dum nullibi similis Constitutio in eis legitur, attamen cum in supplici Libello, porrecto Sac. Congr. proobtinenda licentia deveniendi ad Affiliationem, de qua agitur, fuerit expresè narratum, ut permitteret ad eam deveniri posse, non obstante quod P. M. Bonaventura de Nicola esset filius alterius Conventus, nempè Teani, & Sacra Congr. subtali narrativa gratiam concesserit adjecta clausula. *Non obstantibus Constitutionibus, cæterisque in contrarium &c.* utique etiam si Constitutiones requirerent dictam præambulam renunciationem, adhuc per dictum rescriptum cum prædictis clausulis derogatoriis, censerentur dictis Constitutionibus deroga- 73 tum virtute dictatum clausularum, quibus censetur sublata omnia ea, quæ dispositioni obstare possent, *Rota decis. 306. num. 5. part. 1. decis. 355. num. 2. part. 4 tom. 1., & decis. 36 num. 71. part. 5. rec. & decis. 1591. num. 10. coram Coccin.* Præcipuè observando quod fuit specificè expositum P. M. de Nicola actu reperiri filium alterius Conventus; Undè dicitur scienter à Sacr. Congregatione huic defectui expresè derogatum concedendo petitam 74 gratiam sub dicta narrativa adjectis dictis clausulis tàm effrenatis *ad Text. in leg. Stita scriptum*, ubi *DD. ff. de Liber. & Post. Rot dec. 662. n. 4. cor Cerro, & dec. 125. n. 4. cor. Burat. & dec. 1856. n. 2. cor Coccin.*

Hinc non mirum, quod Sacra Congregatio sciens derogasse cuicumque obstaculo, quod promanare posset ex dicta filiatione nativi Conventus, requisivit tantummodò consensum PP. Conventus ad quem ibi. *Prævio tamen consensu filiorum ejusdem Conventus &c.* Nullo requisito consensu Conventus à quo, prout requiri solet 75 quoties dispensare non vult, argumento ducto ab eo quod fieri consuevit, in jure fortissimo ex notatis per *Decian. cons. 66. n. 18. & cons. 124. n. 7. & seqq. lib. 3. Rot. dec. 1715. n. 99 cor. Coccin.*

Non relevante, quod in Capitulo Generali anno 1688. fuerit definitum, ibi. *Qui transit de Conventu ad Conventum, secundam filiationem non validat, nisi juridicè recedat à prima*, tùm quia ex amplitudine prænarratæ clausulæ derogatoriæ *non obstantibus Constitutionibus, aliisque in contrarium facientibus*, satis dicitur derogatum dicto Decreto, cùm per dictas clausulas conceptas per verba universalia, dicantur sublati omnes 76 defectus, omnesque dispositiones gratiæ obstativæ, ut firmat *Rot. dec. 5. n. 3. p. 3. rec.*

Tùm etiam quia per supra recensitum Decretum cum non fuerit expresè statutum, quod renunciatio actum præcedat, satis est, quod illa subsequatur ponderando præsertim verba dicti Decreti ibi. *Non validat nisi ju-* 77 *ridicè recedat à prima*, quia verbum validat præsupponit præcedentem actum nullum, validandum ex modo in dicto decreto adjecto, nempè cum juridica renunciatione primæ filiationis, dum validatio prædicatur de actu nullo, jam sequuto, quia actum nondum in esse deductum validari non potest, cum non entis nullæ sint qualitates ex vulgatis.

Ac exindè cum P. M. B. de Nicola tempore habili post secundam filiationem, juridicè primæ sui nativi 78 Conventus, renunciaverit, ut patet in Summario utique admisso etiam per malam hypothesim, quod dicto decreto non fuerit derogatum, quod absolutè negamus, adhuc satis superque diceretur adimpleta illius forma, per dictam subsequutam renunciationem ex suprà animadversis.

Sexta verò nullitas deducta ex eo, quod in supplici Libello porrecto in Sac. Congr. à PP. Conventus S. Antonii, pro obtinenda licentia aggregandi inter filios dicti Conventus P. B. de Nicola fuerit omissum exprime- 79 re, in eodem Conventu præcedenter de anno 1598. fuisse acceptatum in filium supra numerum P. M. Baldassarrem Paglia. Diffinitorem perpetuum, & exindè supplicationem vitio obreptionis laborare ejusdem gratiæ ex insubsistentia.

Quia dictus P. M. Paglia non fuerat absolutè acceptatus in filium supranumerum, sed simpliciter intrà numerum pro futuro loco vacaturo; Ideoque cum nec de tempore dictæ supplicationis, minusque usque adhùc locus vacaverit, nondùm inter filios dicti Conventus connumerari potest, & exindè nulla urgebat necessitas faciendi supra recensitam expressionem, tamquàm de Jure necessariam, & non aptam gratiam retardare; ac 80 propterea illius omissio subreptionem non inducit, nec vitiat gratiam, ut puncto respondit *Rota decis. 5. num. 4. part. 3., & decis. 435. num. 11. part. 5. & rec. & dec. 488. num. 10. cor. Cerro.*

Et tandem nullius ponderis est septima nullitas, deducta ex prætenso contemptu duorum filiorum Conventus, nempè P. M. Jacobi Pasca de Arsano, & Fr. Thomæ de Neapoli, qui prætenduntur non vocari ad effectum interveniendi in actu aggregationis.

Quo enim ad P. Pascam objectum removetur ex facto, & in jure; In facto quia constat ipsum fuisse vocatum, & renuisse accedere, ut ex actis Capitularibus, datis in Summario, ac ex attestatione P. Pentæ, qui illum vocavit. Ideòque voluntariè se fecit à jure votandi extraneum, omneque jus Capituli consolidatum extitit in his, qui se congregarunt, atque legitimè actum Capitularem perfecerunt, quamvis essent in parvo numero, quia jus Capituli, aliis impeditis, vel extraneis se 81 facientibus, etiam in uno residere potest, juxtà *Text in cap Cùm nobis, & cap Quod sicut de Elect.* & in nostris notat *Card. de Luc. de Regul. discurs. 53. num. 8., & 9. & de Benefic disc 23. num 9.*

In jure quia, cum Pasca esset criminaliter processatus, & retineret Conventus Portici loco Carceris, non inti- 82 mandus ad præstandum suffragium, *Angel. in Summ. tit. de Elect num. 8.*, quem sequitur *Castellin. de Elect. cap. 5. num 64.*

Maximè, quia erat notoriè censuratus, & privatus voce activa, & passiva, ut ex Sententia data in Summario, Ideòque eò faciliùs licitè, & absque labe nul- 83 litatis contemni poterat *Card. de Luca de Regul. disc. 53. num. 10. Fagn. in cap. Cùm ex injuncto num. 47. de Novi oper. nunciat.*

Quo verò ad Fr. Thomam de Neapoli hic tanquam absens, & in longinquis partibus degens nullatenus erat 84 vocandus juxta *Gloss. in cap. 2. in verb. ipsorum de Testibus* communiter amplexan. ex adductis à *Fagnan in cap. cum ex injuncto nu. 52. & seqq. de nov oper. nunciat.*

Quinimò etiamsi esset vocandus, cum ipse non tantum det de nullitate Capituli, sed illum approbet dum ipse primo loco supplicationi porrectæ Sac. Congreg. se subscripsit, quem actum voluntariè fecisse, modò testatur, pro utilitate Conventus, & nisi se reperiisset tam longè distantem à Civitate Neapoli, de tempore aggregationis, ipse quoque illuc accessisset ad dandum proprium suffragium affirmativum, *ut ex Summ.* eius contemptus nihil afficit, quia actus Capitulares ex contemptu aliquorum non modò non sunt nulli ipso jure, sed nec debent cassari, nisi ipsis prosequentibus contem- 85 ptum, ut expresè definitur in *cap. Quod sicut, & cap Bonæ il 2. & cap. Ecclesia, il 2. de Elect.* & communiter DD. relati per *Fagn in d. cap. Cùm ex injuncto num. 51 de Nov. oper. nunc.* Nam nonnisi contemptus dare potest de nullitate Capituli, ex adductis à *Sperell. decis. 181. n. 45. Card. de Luca de Jurepatr. disc. 43. n. 8. & 9. Rot. dec. 351. n 4. cor. Buratt. & in Valentina Beneficii de Mercato 27. Novembris 1697. §. Nec dicatur coram Card. Priolo, & cor. Ansaldo dec. 52. num. 15. & 16.*

Ex quibus cum omni fundamento speramus Affiliationem, de qua disceptamus esse declarandas validam præsertim, quia agitur de Affiliatione Religiosi meritissimi, doctrina, & morum probitate insignis, Magistri, Diffinitoris perpetui, inter Primares totiùs Religionis ab omnibus venerati, itaùt postquàm Provincialatus munus propriæ Provinciæ Neapolis laudabiliter explevit in ultimis Comitiis Generalibus meruit ad Officium Procuratoris Generalis proponi, & inter Candidatos adscribi; Conventus Sancti Antonii summoperè benemeriti, in quo Regularem disciplinam restituit, abusus penitùs eliminavit, in eo Regularem disciplinam restituit, Cultum divinum in Ecclesia dicti Conventus pluribus spiritualibus exercitiis quotidianis summoperè adauxit, Fidelium Concursum ad illam excitavit, ut de his omnibus testantur plures Contemplatearii dicti Conventus, de quibus in Summario; plurasque pecuniarum summas de propriis Livellis in restauratione

Conventus, ac subventione ejusdem erogavit; itaut non tantùm utilis, sed imò necessaria pro bono dicti Conventus, sit ejus aggregatio inter filios ipsius, ut deponunt PP. ejusdem Conventus ac propterea quatenùs etiam de rigore Juris aliquo defectu notari posset dicta, aggregatio; adhuc juxtà laudabilem stylum hujus Sacræ Congregationis veniret supplenda, ac sananda, 86 cum agatur de electione Personæ summoperè digne, ut optimè adnotat *Card. de Luc. de Regular. disc. 53. num. 4. de Can. disc. 27. num. 6. & de Benef. disc. 11. num. 8., & disc. 12. num 10.*

Die 15. Aprilis 1704. proposita Causa in Congregatione Episcoporum per Card. Gabriellium sub dubio. *An Affiliatio P. Bonaventuræ de Nicolao esset valida*, responsum fuit *Affiliationem sustineri*.

DISCEPTATIO XXIV.

Anglonen. prætensi Spolii.

PRO

Francisco Sabatino,

CUM

Canonicis Ecclesiæ Anglonen.

ARGUMENTUM.

Episcopus quas largitiones possit facere in vita, & in morte pro remuneratione honestorum servitiorum, tam ab extraneis, quàm à Consanguineis receptis.

POst obitum Dominici Sabatini Episcopi Anglonen. (in Urbe satis noti ob vitæ exemplaritatem, & commendabilem vigilantiam in munere Parochi, quod per multa lustra laudabiliter exercuit) sequutum die 24. Sotembris 1721. in illius Testamento, condito die 24. O- 1 ctobris antecedentis anni 1720. reperti fuerunt instituti ejus Heredes Canonici Cathedralis Anglonen., & Tursien. insimul unitæ, nec non Collegiata Ecclesia S. Mariæ *della Rabbatana* dictæ Diæcesis Anglonen. in omnibus ejus Bonis, mobilibus, stabilibus, redditibus, nominibus Debitorum, aliisque rebus, ad eumdem Episcopum spectantibus, & intuitu dictarum Ecclesiarum acquisitis.

2 In paucis verò Bonis, ante Episcopatum per ipsum acquisitis, specialiter descriptis in Inventario die 14. Novembris 1702. in Urbe confecto, antequam possessionem Episcopatus acciperet, & in authentica forma exhibito, repertus fuit institutus Heres Sacerdos Jo: Baptista Sabatinus, ejus Germanus Frater, qui paulò post mortem dicti Episcopi ea hac vita migravit, instituto Hærede Francisco Sabatino, communi Germano Fratre. Multaque idem Episcopus fecit pia Legata in eodem Testamento favore Ecclesiarum suarum Diæcesum, eum hoc quod illa erogari deberent pro sacris Supellectilibus earumdem, de quibus nulla adest controversia.

3 Quia verò tempore, quo perfecta fruebatur sanitate, cohærenter ad ea, quæ disponuntur *in cap. relatum in secundo versic. Licet autem de Testam.* & juxta animad. per *Corrad. in prax. dispens. lib. 10. cap. ultim. num. 2. Vers. quando Clericus vult remunerare honesta servitia, tam à Consanguineis, quàm ab extraneis accepta*, aliquas moderatas fecit largitiones erga dictum suum dilectissimum Fratrem Jo: Baptistam, cum quo pluribus annis moram fecerat in Urbe, & à quo plura eodem tempore beneficia receperat, & signanter occasione magnarum expensarum factarum pro expeditione Bullarum, nec non erga alias Personas ex motivo gratitudinis, & in remunerationem servitiorum, & beneficiorum ab eis receptorum, prætendere cæperunt Canonici Anglonen. illius Hæredes, quod ei non erat permissum facere; Et propterea procurarunt impedire ne Fratres de Sabatinis asportarent ad Civitatem Strongoli eorum Patriam, aliqua Bona, in dicto Inventario descripta, & in eodem Testamento eis relicta, eodem tempore, non sine magno silentio, recurrentes ad hanc Sacram Congregationem, multa insubsistentia supponentes, & instantes pro facultate erogandi in emptionem Sac. Supellectilium dictæ Cathedralis Ecclesiæ Anglonen. ducatos 250. provenientes ex pretio nonnullorum Mobilium, ab Urbe transportatorum, & sub sequestro ad eorum instantiam procurato, existentium.

4 Verùm attento, quod circa dictas contrarias prætensiones, neque citati, neque auditi fuerant Fratres de Sabatinis relatis Adversariorum precibus in Congregatione, habita die 13. Julij 1723. EE. PP. solita prudentia, & commendabili attentione procedentes, rescripserunt, audiendos esse Hæredes Episcopi Sabatini, eisque præfigendum esse congruum terminum ad eorum Jura deducenda coram hac Sac. Congregatione. Quæ omnia fuerunt punctualiter adimpleta.

5 Habitus deinde fuit recursus nomine hæredum ad hanc Sac. Congregationem, petentium remotionem dicti sequestri, eorumque preces de more remissæ fuerunt pro Informatione moderno Episcopo Anglonen. qui non solum illam desampsit ab Adversariis, sed ulteriùs istorum æquè longam, ac affectatam epistolam univit ejus Informationi, non sine mysterio eidem Episcopo scriptam, postquam ipsum pluries in voce informaverant, prout hæc omnia resultant ex Positione in Secretaria existente.

Cùmque omnia ea, quæ in eadem Informatione continentur, innixa sint meris assertionibus Adversariorum, data opera eorumdem in dicta Epistola, non sine magna exageratione, repetitis, uti simplices assertiones nostrorum Adversariorum, in nulla prorsus consideratione habenda sunt, ne adversus omnia jura Mundi permissum sit dictis Advars. duas facere in hac Causa figuras, unam Testium ad proprium favorem deponentium 6 & aliam Adversariorum, juxta ea, quæ observant *Vermigliol. cons. 74. num. 16. & Mascard. de probat. conclus. 1340. num. 6.* & firmavit *Rot. in Capuana Juspatronatus 10. Junii 1708. §. Fortius coram Aldovrand.*

Ex quo sequitur, quod nulla pariter danda sit fides eidem Relationi, uti innixæ eisdem assertionibus Adversariorum, in dicta Epistola repetitis: Corruente siquidem fundamento, corruunt omnia ea, quæ super il- 7 lo fuerunt ædificata, ut dicitur *in can. Principatus prima quæst. prima*, & observant adducti *in decis. 384. nu. 17. coram Danozzet. jun. & in Calaguritana Præminentiarum 1. Martii 1717 §. Ad hoc enim cor. Cerr.*

Et in terminis Relationum, ab Episcopis Sac. Congregationibus transmissarum, pluries firmavit *Rot.* ut videre est in *Placentina Jurispatronatus 5. Decembris 1704. §. final. coram Omann.* ibi -- *Neutiquam attenta re-* 8 *latione Ordinarii Placentini, directa Sac. Congregationi Concilii, in qua præsupponit &c. Ultra quod enim dicta Relatio manifestè erronea convincitur &c. & in Sagonen. Plebaniæ 10. Decembris 1706. §. Quin attendenda sit Informatio per Episcopum facta in Sac. Congregatione &c. coram eodem, & in Colonien. Matrimonii 19. Januarii 1711. §. Præterea coram Illustrissimo Falconerio*, ubi, quod id verum est, etiamsi (ut in præsenti pariter verificatur) concurrant egregiæ qualitates personæ facientis Relationem, ibi -- *Et quamvis Doctores non dubitassent de eximia* 9 *ejusdem Episcopi integritate, nihilominus, &c.*

Quod autem in facto non subsistant ea, quæ continentur in dicta Relatione, & in epistola, eidem annexa, evidenter patet, eo quia in utraque Scriptura supponitur quod ea, quæ donata fuerunt à dicto Episcopo Sabatino ad praxim redacta fuerint, ejus morte jam imminente, ac omni vitæ spe à Medicis conclamata, & quod ferè 10 intolerabile videtur, gratis ubique ab Adversariis asseritur, aliqua Mobilia, ingentem pecuniarum summam, resque pretiosas subtractas fuisse à Francisco Sabatino, Fratre, & Hærede ejusdem Episcopi Anglonen., & clam ad Civitatem Strongoli ejus Patriam delatas.

Et tamen concludenter probamus in facto, ea omnia, quæ gesta fuerunt ab eodem Episcopo circa remuneratoriam donationem aliquarum rerum, sequuta fuisse - *Sette giorni prima di passare all' altra vita detto Monsignore,* 11 *il quale stava senza verun pericolo di morte, nè spedito da Medici, e nè aver preso nessun Sagramento* -- sunt verba duorum Famliarium dicti Episcopi, nempè Hieronymi Tarsiani, ejus Magistri Domus, & Josephi Græci ejus Cappellani, de quibus in Summario.

Asserentes ulteriùs dicti Sacerdotes, eumdem Episcopum ad ita faciendum motum fuisse ad demonstrandum aliquod

aliquod gratitudinis signum erga eosdem germanos Fratres, sumpta occasione muneris magnæ quantitatis Casei, & æqualis quantitatis Piscium, sale conditorum, donatorum eidem Episcopo. Quanta autem danda sit fides Testibus informatis, & deponentibus de iis, quæ eis probè nota sunt, præcipuè si (ut in præsenti verificatur) Sacerdotali dignitate decorati sint, observant *Franc. in Cost. cons. 20. num. 16. Castrens. cons. 144. num. 3. & Rot. coram Pamphil. decis. 620. num. 1. & 2. & coram Priolo decis. 384. num. 2.* & apud *Zuff. de Legitimat. Process. decis. 84. num. 11. & 12.* [22]

Circa quam veritatem concordant in eodem Summario dictus Hieronymus Tarsianus ejus Magister Domus, nec non omnes illi Medicinæ Professores, qui eidem Episcopo ægrotanti assistentiam præstiterunt, cum juramento asserentes, tempore dictarum moderatarum largitionum eumdem Episcopum nullatenus fuisse in aliquo mortis periculo, sed istud supervenisse post multos dies, seu duobus dumtaxat diebus ante ejus obitum; Medicis enim, deponentibus de infirmitate Ægroti, deque levi, vel gravi periculo ægrotantis, eis probè noto, omnis adhibenda est fides, ut notant *Baron. de corpore tit. de Virilib num. 48. de Angel. de Confessionib. tom. 2. quæst. 49. num. 8. Sanfelic. decis. 416. num. 11. & Rot. apud Zacch. qu. medicolegal. decis. 25. num. 3. & decis. 80. num. 4.* & concordat pariter in eodem Summario Joseph Græcus, olim Cappellanus dicti Episcopi. [23]

Ea verò, quæ concernunt donationem Vaccarum, sequuta fuisse longè antea, hoc est quatuor mensibus ante obitum dicti Episcopi, concludenter probamus ex depositione Testium, omni exceptione majorum, ibi -- *Monsignor Sabatini &c. che passò à miglior vita li 19. del mese di Settembre 1721. &c. fin dall' antecedente mese di Giugno donò graziosamente, e per amore all' Abbate Gio: Battista Sabbatini, di lui Fratello, tutto quel numero di Bovini, e Vaccine si trovavano in potere del R. Don Gerardo Marotti &c.* & concordant alii Testes, sub quorum cura, & custodia eadem Animalia permanebant, asserentes, easdem Vaccas à multo tempora ante obitum dicti Episcopi fuisse -- *In pieno dominio, e disposizione di detto Signor D. Gio: Battista, avendomene sodisfatta la guardia, ed ogni altra spesa, fatta per tutto detto tempo* -- Quibus, uti deponentibus de facto proprio, deque rebus, ipsis probè notis, hoc est Animalibus, sub eorum custodia existentibus, omnis adhibenda est fides, ex adductis à *Bald. in leg. Dicentibus num. 4. in fin. ff. de Testament. & Farinac. de Testib. quæst. 44. num. 3. & quæst. 54. num. 79* & firmatis à *Rot. decis. 775. num. 9. & 10 coram Buratt. & decis. 180. num 2. coram Cerr. & decis. 101. n. 15. part. 17. recent.* Et in punctualibus terminis nostri casus, quod ad probandam donationem, factam ab Episcopis, ad exclusionem Spoliorum, seù Incamerationis, etiam post Constitutionem san. mem. Innocentii XII. stetur dicto Testium, testantium de dicta donatione, firmavit *Rota in Beneventana, seu Thelesina Mozzetæ Sancti Caroli 26. Junii 1698. §. Signanter coram Muto*, ibi -- *Ex depositionibus Testium, hanc donationem referentium.* [24] [25]

Confirmantur hæc ex magna publicitate, & æquali notorietate, cùm quibus dictus Episcopus Sabbatinus in hac parte processit, tàm in donatione Vaccarum, quàm in cæteris moderatis Largitionibus, de quibus est quæstio, de qua publicitate testantur multi Testes in Summario. Ex illa autem excludi omnem præsumptionem actus, parum laudabilis, notant adducti per *Mascard. de Probationib. conclus. 815 num. 33. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 12. num. 7. & Tiraquell. de utraq. retract. in Præfation. à num. 13.* Ea ratione, quia sicuti, qui malè agit, odit lucem, ita qui publicè, & palam operatur omnem mali, & fraudis præsumptionem excludit, juxta observationem *Gloss. in leg. Donator verb. occultè Cod. de Donationib. & in cap. Consuluit verb. Qui malè, ff. de Offic. Delegat.* [26] [27]

Nec dicatur, quod adfuerit magnus excessus in hujusmodi remunerationibus, ex quo longè pluris valoris fuerunt res illæ, quas Episcopus donavit ejus Fratribus, quàm essent munera illa, antecedenti spontanea voluntate eidem Episcopo à Civitate Strongoli, communi Patria, transmissa à dictis ejus Fratribus.

Primò enim respondemus, quod in nostris circumstantiis, & circa actus gratitudinis, non solent mediante statera exquisitè, & usque ad ultimam drachmam ponderari munera Dantium, & Accipientium, minusque subtiliter considerari, & criticari solent qualitates, & quantitates illarum rerum, quæ ab uno donantur, & ab alio in remunerationem traduntur; Sed regulariter solent, & debent remunerationes excedere valorem rei donatæ juxta auream doctrinam *D. Thom. 2. 2. quæst. 106. art. 6.* ubi quærendo, utrum oporteat, ut is, qui aliquid accepit, plus exhibere debeat pro recompensatione, quam susceperit in beneficio, solidè probat, id omni titulo, omnique congruentia faciendum esse, quia ille, qui recompensat æquale, non videtur facere gratis sed reddere, quod accepit. [18]

Respondemus secundò, quod cùm simus in terminis largitionum, seu donationis rerum, spectantium ad Episcopum, qui pro expensis Bullarum, & aliis necessariis pro decore suæ Dignitatis opus habuit recurrere ad Consanguineos, à quibus omnia gratis subministrata fuerunt, nulla in hac parte cadere potest difficultas, quando illæ factæ fuerunt in vita ejusdem, eo quia omnibus Beneficiatis, omnibusque Episcopis, permissa est facultas moderatè disponendi de fructibus suorum Beneficiorum, & Episcopatuum, sivè per viam remunerationis, sivè gratuitæ largitionis, quando illæ, ut in præsenti verificatur, moderatæ sunt, etiamsi sermo sit, non de Episcopis sæcularibus, juxta terminos nostri casus, sed de ipsismet Episcopis Regularibus, juxta *Gloss. in cap. Pervenit verb. Reservari de Offic. Ordinar. in 6.* ubi illam adducit bonam rationem, quod Beneficiatus, & Episcopus in vita æquiparantur Usufructuario, & notant *Navar. cons. 15 num. 4. & per tot. de Regularib.* ubi *num 8* testatur de praxi totius Christiani Orbis, & *de Redditibus Eccles. quæst. 1. monition 33. num. 2. & 4. Sarment. eodem tit. part. 1. quæst. 9. num 10 Noguerol. allegat. 26. num. 160 Alfons. de Leon. de Offic. Cappellan. quæst 4. num. 6. Castell. de Donationib. tom. 1. tract. 1. disc. 2. part. 3. num. 136 Dian. in edit. coordinat part. 3. tract. 2. resol 2. & part. 5. tract 2. resol. 64. vers. Notandum*, latè *Barbos. de Potestat. Episcop part 3. alleg. 114. num 22. & seqq.* & magistraliter *Rot. decis 402. per tot. coram Ludovis.* [19] [20]

Atque habemus in hac parte æquè celebre, ac fundatissimum Votum Domini Cardinalis Pereyra in *Cajetana Spolii 2. Augusti 1723.* registranda in fine præsentis Disceptationis, in quo solidè probat, quod ad donandum, seu disponendum in vita, ex communi DD. Sententia æqualis tribuitur facultas, tam Episcopo Regulari, quàm Sæculari, neque illa in minimo impedita, vel sublata fuit à *Constit. 23. san. mem. Innocentii XII. in ejus Bullar. fol. 99.*

Nec dicatur, quod donatio Vaccarum non habuerit effectum, nisi paucis diebus ante mortem dicti Episcopi. [21]

Contrarium enim ad hominem probatur ex Summario ex quibus patet, quod eadem donatio non solùm perfecta fuit quatuor mensibus ante mortem dicti Episcopi, sed eadem Animalia fuisse in pleno dominio, & sub totali dispositione Donatarii, qui solvit omnes expensas pro custodia, & pascuis dictorum Animalium, quivè, non alio fine distulit illa traducere ad Civitatem Strongoli de mense Junii anni 1721. (quando donata ei fuerunt) nisi ad illa conservanda, & ad evitandam illorum mortem; tempore siquidem æstatis à Provincia Basilicatæ, in qua reperitur Civitas Anglonæ, undique magnis montibus circumdata, traducere Animalia ad Civitatem Strongoli, positam in Provincia Calabriæ propè Mare, ubi non abundant aquæ, idem omnino est, ac illa exponere evidentissimo periculo mortis; Quæ omnia adeo nota, adeoque notoria sunt in illis Partibus ut nulla omnino indigeant probatione. [22]

Cæterum ex hoc nullatenus inferri aliquid potest ad impugnandam perfectionem donationis, ad quam sufficit sola traditio, solaque possessionis translatio in illo Loco, ubi illa fit, juxta *textum in l. si quis argentum, C. de Donation.* & juxta animadversa per *Roman cons. 486. num. 1. & 2. Alex. cons. 113. num. 1. & seqq. lib. 6. Gratian. discept. 531. num. 65. & Rota decis. 293. num. 1. part. 18. recentior.* [23]

Respectu Pianetæ, donatæ Episcopo Sabbatino à Principissa Sabellia, præmittendum in facto est, quod illa specificè adnotata fuit in Inventario illarum rerum,

quæ ab eodem Episcopo acquisitæ fuerunt antè promotionem ad Episcopatum. Quodque idem Episcopus multoties in vita declaravit animum suum, illam velle relinquere in ejus Domo, ad conservandam memoriam dictæ ejus qualificatissimæ Benefactricis, ut dicunt Testes, dati in Summario.

Quo posito, nullum omninò in hac parte remanere videtur dubium, quin illa pertineat ad ejus hæredes, eodem protsùs modo, quo ad illos spectant omnes aliæ res, antè Episcopatum à d. Episcopo acquisitæ, & adnotatæ in dicto Inventario, ad hunc solum finem con- 25 fecto, ut illæ remanerent in ejus hæreditate ad beneficium propriorum hæredum, ut in specie dicitur in approbatione ejusdem Inventarii, facta Domino Cardinali Corsino die 24. Novembris 1702. tempore quo erat Rev. Cam. Thesaurarius Generalis, & propria manu subscripto, & approbato à tribus Canonicis Adversariis, ad dictum effectum à Capitulo deputatis ibi: *Quapropter ne in futurum Spoliorum &c. nomine veniant &c. necnon libertas dicti Illustrissimi, & Reverendissimi D. Sabbatini &c. liberè testandi, ullo unquam tempore defraudetur, & alicui præjudicio obnoxia penitus reddantur &c. præsens Inventarium publicè, & solemniter confecimus.*

Quibus non adversatur *Constit. 42. S. Pii V. in Bullar. novo tom. 3 fol. 179.*, in qua determinatur, ut ornamenta, & paramenta Ecclesiarum, necnon alia sacra Supellectilia, ad divinum cultum spectantia, non veniant sub nomine Spoliorum, quæ ad Rev. Cam. spectant, sed pertineant ad Ecclesiam, pro quarum functionibus destinata fuerunt. Ut enim ejus lectura demonstrat, & 26 punctualissimè firmavit *Rota in Beneventana, seù Thelesina Mozzettæ Divi Caroli 25. Junii 1698. §. Assumptum coram Muto*, ad hoc ut eadem Constitutio locum habeat, duo copulativè omninò concurrere debent, unum quod sermo sit de sacris suppellectilibus, ab Episcopo tempore emptionis præcisè pro sacris functionibus desti- 25 natis ut notat in *ejusdem Const. Comment. Cherub. Schol. 1.* Aliud verò, quod illæ res, dictis sacris usibus destinatæ, emptæ, & acquisitæ ex fructibus Episcopatus, ut 28 punctualiter, interpretando dictam Constitutionem, notat *Sac. Rota ubi supra §. Assumptum* ibi: *Etenim Constitutio hæc non loquitur de his Sacris Reliquiis, sed de rebus illis, seu bonis, ad cultum divinum destinatis, quæ fieri potuerunt ex fructibus Beneficiorum, ut liquet ex toto illius contextu.*

Ibique ad rem observat eadem Rota, quod dictus Sanctus Pontifex non determinavit indefinitè, & generaliter, easdem res non comprehendi sub Spolio, & spectare ad Ecclesias Cathedrales, sed proportionabiliter, habita ratione fructuum, & temporis, quo eadem Beneficia possessa fuerunt ab Episcopis, ut videre est *in illius §. 11.* Quæ omnia manibus palpare faciunt, quod res illæ, & sacra ornamenta, & paramenta, quæ non fuerunt acquisita ab Episcopis, neque tempore quo fuerunt Episcopi, neque ex fructibus Episcopatus, nullatenùs comprehenduntur in eadem Constitutione; Et 29 propterea frustrà super eadem Constitutione hodiè insistitur ut concludit *Sac. ubi supra* his verbis; *Cùm hæc Sacra Reliquia non fuerit in Constitutione comprehensa, perperam super eadem insistitur.*

30 Non attento, quod idem Episcopus aliquando in sacris functionibus usus fuisset eadem Planeta.

Objecto enim punctualiter occurrit eadem *Rot. ubi supra §. finali*, observando, ad dictum effectum non sufficere simplicem usum in Ecclesiasticis Functionibus, 31 sed cum illo omninò requiri animum illa incorporandi cum aliis sacris Ornamentis, & Paramentis ibi: *Nec urget, quod hæc Sac. Reliquia aliquando exposita fuerit in Cathedrali Ecclesia; Nam ex hoc prætendi non potest jus aliquod Cathedrali quæsitum, eò quia talis expositio facta fuit, non animo eandem Sac. Reliquiam incorporandi cum aliis Reliquiis Cathedralis, ut desumitur ex quo deindè in propria Cappella venerationi etiam Fidelium exponebat, & eam penes se retinebat, quo casu accidentalis expositio aliquod jus Ecclesiæ non tribuit*, & concordat in hac parte *Cherubin. in Compend. Bullar. dicta Constit. 42. S. Pii V. Schol. 1.*

Animus autem iste non incorporandi dictam Planetam cum aliis sacris Suppellectilibus Ecclesiæ Cathedra- 32 lis, superlativè in nostro casu probatur ex Testibus, datis in Summario asserentibus: *Sempre l'ave tenuta appresso di se, e diceva di volerla lasciare al Signor Abbate D. Gio: Battista suo Fratello, per sua memoria, e come abbiamo detto di aversela tenuta sempre appresso di se, e mai è ritornata in Sagrestia.*

Idemque animus non incorporandi eandem Planetam cum aliis sacris Paramentis Ecclesiæ Cathedralis evidenter ulteriùs comprobatur ex individuali, & specifi- 33 ca descriptione, facta in solemni Inventario rerum acquisitarum ante promotionem ad Episcopatum, quas nolebat contineri sub ejus spolio, & circa quas amplam sibi reservaverat facultatem illa relinquendi suis hæredibus.

Minorem habent subsistentiam ea, quæ serena fronte asseruntur in eadem Epistola de subtractione magnæ quantitatis pecuniarum, per hæc verba: *E sotto voce susurrossi, come si sussurra ancora, di aver sottratti più, e più di centinaja de ducati in moneta d' argento, sopra-* 34 *vanzando via più di ducati mille, che non si può avere certa scienza*, quæ relata fuerunt in Relatione moderni Episcopi.

Pro responsione siquidem sat est præ oculis habere eadem verba nostrorum Adversariorum, se restringentium *al susurrare*, quod nihil aliud importat, quàm verè, & propriè *mormorare*, ut notant *il Vocabulario della Crusca, & Calepinus*, dicto verbo, quibus omnis fides 35 danda est, ut observat *Rot. coram Arguelles decis. 43. num. 26. & dec. 93 à num.* 3. Necnon ad illa alia: *Non si può avere certa scienza.* Actum enim esset de judiciario ordine, deque probatione, necessariò requisita in omni genere, & præcipuè in concernentibus delicta, si fides danda esset murmurationibus, & susurrationibus illorum, de quorum interesse agitur, & condemnari possent ad restituendum aliquas res illis, contra quos non habetur, neque potest haberi certa scientia, quod illas habuerint, vel apud se retineant, ut patet Considerandi.

Præcipuè in conflictu multorum qualificatorum Testium, ex hac parte adductorum, & excludentium di- 36 ctam prætensam subtractionem, ut, omissis generalibus, de quibus latè *Mascard. de Probat. conclus. 496. num. 15. & 16.* egregiè *Rot. in dicta Beneventana, seù Thelesina Mozzettæ Divi Caroli 23. Junii 1698. §. Signanter coram Muto* ibi: *Ex depositionibus Testium &c. qui prævalere debent aliis, de subtractione testantibus, in exclusionem delicti ad doctrinam Bald. in cap. In nostra num. primo de Testibus.*

In hac autem parte nullatenùs inter se concordes sunt Adversarii, & modernus Episcopus; Illi enim in dicta eorum affectata epistola clarè, & cubitalibus litteris asseruerunt, ea, quæ concernunt prætensam subtractionem monetarum, seù magnæ quantitatis pecuniarum fuisse, & esse meras susurrationes, & quod magis est *sotto voce*, quodque de illa *non si può avere certa scienza*. E contra verò dictus Episcopus rotundè asserit, eamdem prætensam subtractionem probari ex depositione Testium, omni exceptione majorum. Est autem indubitatum, quod in concursu Attestationis, seù declarationis Principalium, nulla omninò ratio habenda est assertionum contrariarum quorumcunque Te- 37 stium, quæcumque qualitate præditorum, egregiè *Rot. decis. 1. num. 14 apud Salgad. in Labyrint Creditor. & decis. 428. num. 12. & decis. 916. num. 5. coram Cerr. & in Mediolanen. Impotentiæ ad coeun. 16. Martii 1588. § Confessio coram Gypt.*

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo cùm specificentur in dicta Relatione Episcopi duo asserti Testes, nempè Gerardus Marotta, & Nicolaus Carmandus, qui asseruntur informati de dicta prætensa subtractione, 38 mirum in rei veritate est, quod nulla fides, nullaque attestatio eorumdem, ad illam comprobandam, annexa fuerit Relationi dicti Episcopi, quæ eò faciliùs ab illis obtineri poterat, quò ambo sunt Diœcesani Anglonen., & unus est subditus eidem Episcopo, uti Archipresbyter Orioli; Et quod magis est agebatur de Attestatione, quæ concernere debebat interesse unius ex Familiis, non Civitatis, vel alicujus Loci Diœcesis Anglonen. sed Familiæ exteræ, hoc est Principalis, longè, diversæ Civitatis, & Provinciæ; In quibus proindè circumstantiis eò faciliùs fuisset obtinere Attestationem

cir-

circa dictam prætensam subtractionem magnæ quantitatis pecuniarum *in moneta d'argento, sopravanzando via più di ducati mille*, cum illa impropria retentione, quæ exprimitur in dicta Relatione his verbis: *Nunquam in in aliquo loco celandos reposuerit, sed cautè Personæ suæ aptatos sic retinuerit continuò duobus illis diebus, quibus post Fratris interitum Claromonte moratus fuerit*.

Est enim communiter receptum inter Doctores, quod Relationes Episcoporum attendi solent in illis rebus, quæ concernunt res eis notas, vel ex Visitationibus Ecclesiarum, vel ex alia verisimili scientia, eis immediatè patefacta, vel eorum Fidelibus oculis subjecta, non 39 autem circa ea, quæ judiciarium requirunt ordinem, vel quæ concernunt tertii præjudicium, & multo magis circa facta criminosa, punibilia, & delicta, circa quæ non solum non omnes admittuntur assertiones, & præsumptiones, sed requiruntur probationes, luce meridiana clariores, juxta ea, quæ observant adducti à *Concil. resol. Crim. verb. Delictum resol. 1. num. 5. & per tot. & à Rot. decis. 131. num. 13. coram Emer. jun. & in Perusina 22. Junii 1693. §. verum coram Card. Priolo*. Neque circa talia facta statur assertioni Personarum, etiam qualificatissimarum, & in maxima dignitate con-40 stitutarum, ex adductis à *Rota in decis. 387. num. 6 & 7. cor. Priol.* ubi quod ita exigit judiciorum ordo, *& dec. 260. num. 7. par. 18. rec.* ubi quod in tertii præjudicium nunquam attenduntur similes Attestationes, etiamsi ju-41 ramento munitæ sint, *& in Colonien. Matrimonii 9. Januarii 1711. §. 2. cor. Card. Falconerio*.

Non omittentes in hac parte duo observare, primum quod idem dignissimus Sacerdos, germanus Frater Episcopi Sabbatini, paulo post mortem subivit, nulla facta declaratione, nullaque demandata restitutione alicujus minimæ summæ; Et propterea eò magis excluditur dicta prætensa subtractio insignis quantitatis pecuniarum; Non enim præsumi potest, quod mori voluerit cum peccato, & propriam onerando conscientiam, relinquere voluerit dictam summam ejus Hæredibus, quam præsumptionem, etiam in terminis Personarum sæcularium 42 magnifecit *Rot. in decis. ultim. num. 13. par. 2. rec.* ibi -- *Non est verisimile &c. alias moreretur cum peccato, cum quo nemo præsumitur velle mori, & decis. 80. num. 32. apud Torr. de pact. futur. success. & dec. 351. num. 10. cor. Rembold. & dec. 163. num. 13. & 14. part. 16. recent.* Secundum verò, quod mortuo dicto Episcopo Sabbatino ad instantiam Adversariorum de mandato Canonici Paulsvini Vicarii Capitularis expedita fuerunt, & publicata per omnes Ecclesias Diœcesum Anglonen. & Tursien. Monitoria sub pœna excommunicationis, obligantia Personas omnes ad relevandum illos, qui aliquid subtraxerant, tam de pecuniis, quàm de aliis rebus, spectantibus ad hæreditatem dicti Episcopi Sabbatini. Et tamen tam in Epistola Adversariorum, quàm in Relatione moderni Episcopi, nulla adducitur syllaba, nullumque jota concernens aliquam minimam attestationem, vel revelationem circa subtractionem, sive pecuniarum, sive rerum ad dictum Episcopum spectantium. Signum plusquam evidens, quod nullam omninò subsistentiam habent ea omnia, quæ circa prædictas assertas subtractiones gratis ubique ab Adversariis asseruntur. Quæve ad hominem ulterius excluduntur ex diligentiis illis, æquè raris, ac exquisitis, factis ab Adversariis in reditu Abbatis Sabbatini ad propriam Patriam, descriptis à Teste de visu in Summario, ibi -- *Dalli Signori Delegati del Rev. Capitolo fù fatta diligente perquisitione alli Baulli delle some di detto Signor D. Gio: Battista, & in quelli non ritrovorno cosa alcuna di detto Monsignor Vescovo, ed a tal fine ci diedero libero il passaggio*. Non enim possumus meliorem, magisque concludentem adducere probationem exclusivam dictæ prætensæ subtractionis, quàm dictam ocularem inspectionem, & diligentem perquisitionem Adversario-43 rum ex firmatis *in decis. 1103. num. 15. cor. Emer. jun.*

Quia verò nihil omnino intactum velictum fuit, tam in dicta Epistola Adversariorum, quàm in Relatione 44 moderni Episcopi, circa operationes ejus Antecessoris pro toto illo tempore, quo per annos supra viginti Ecclesiam Anglonen. rexit, & gubernavit; Ideo opus est etiam ostendere insubsistentiam eorum, quæ concernunt venditionem viginti Vaccarum, quæ spectabant ad dictam Ecclesiam Anglonen.

Pro cujus claritate notandum in facto est, quod cùm dictus Antecessor Episcopus, in Urbe satis notus, & in utraque Provincia Calabriæ, ac Basilicatæ notior, vellet continuare illas operationes, quæ omnium oculis expositæ sunt, quæve semper loquuntur, in parte indicatæ à Teste informatissimo, dato in Summario his verbis: *Nella Chiesa Cathedrale di Tursi, vi ha com-* 45 *prato un Parato di Roma, con la spesa di scudi 300. Ha fatto il Campanile, & un Cappellone con la spesa di settecento ducati; Oltre di altri Ripari nella Chiesa di Anglona con la spesa di più centinara. Nella Terra di Chiaramonte vi ha fatto nel Giardino un Casino, con la spesa di più centinara, e forsi migliara, oltre di tante carità fatte a' Poveri di grano, e vestimenti, &c.*

Non valeas autem illam perficere cum tenuissimis redditibus Episcopatus, ab ipso destinatis, & punctualiter erogatis quolibet anno in Subsidiis dotalibus pro paupe- 46 ribus Virginibus, nec non pro salario Medicorum, & pretio Medicamentorum pro usu, & servitio omnium Pauperum Civitatum Anglonen. & Tursien. nec non omnium Locorum dictarum Diœcesum unitarum, coactus fuit devenire *alla vendita delli Animali Pecorini, Caprini, Vaccine, e Giumenti*, ut dicit Testis in dicto Summario.

Inter hæc asseritur in dicta Relatione moderni Episcopi, adfuisse viginti circiter Animalia, spectantia ad 47 dictam Ecclesiam Anglonen. ibi -- *Possideate Ecclesia Anglonen. viginti circiter ex dictis Animalibus, ea b. mem. Episcopus, cum aliis propriis, dono acquisitis vendiderit Cappellæ S. M. Rosarii &c.*

Non potest exadverso in dubium revocari publicitas dictæ venditionis Animalium *Pecorini, Caprini, Vaccini, e Giumenti*, quorum minima pars spectabat ad dictam Ecclesiam Anglonen. In cujus commodum, & utilitatem longè majus pretium conversum fuit; Sed præ- 48 tenditur nullitas talis venditionis, ex quo non potuit inveniri inter alias Scripturas dicti Episcopi necessarius assensus, & solemnitatum concursus, & propterea prætenditur, quod eadem Cathedralis Ecclesia remaneat hodiè creditrix dicti Episcopi pro pretio dictorum Animalium, pro quo, ac si esset creditum liquidum, seu munitum Camerali obligatione, prætendunt Adversarii sibi retinere pretium mobilium, non cadentium sub Spolio, ut descriptorum in dicto solemni Inventario.

Quantum frivola sit hujusmodi prætensio, quantumque insubsistens, patet ex eo, quod ex solitis infortuniis Hæredum Episcoporum Regni Neapolis, de quibus *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 23. num. 8. &* 49 *seqq. & Abb. Piazza nella Gerarch. Cardinalit. fol. mihi 885. vers. Amaro*, non solùm post mortem Episcopi Sabatini repertæ non fuerunt aliquæ Scripturæ in foliis volantibus, sed neque etiam Bullæ expeditionis Episcopatus, & proptereà nil mirum si reperta non fuit facultas vendendi dicta Animalia, quorum omnium integrum pretium innegabiliter versum fuit, & duret etiam hodie in utilitatem, & commodum Ecclesiæ Anglonen.

In omnem verò casum semper urget reflexio illa, quòd cum simus in terminis alienationis dictorum paucorum Animalium, comprehensorum inter multa alia dono habita à dicto Episcopo, à multis annis pacificè ob- 50 servatæ, & nunquam in controversiam deductæ, attenta versione ejusdem tenuis pretii, uniti cum alio longè majori, ex Bonis spectantibus ad dictum Episcopum, in evidentem utilitatem Ecclesiæ Anglonen. non videtur hodie permittendum Adversariis, ut per viam Repræsaliarum retineant Bona, incontrovertibiliter propria Principalium, sed suas facere debent probationes coram Ordinariis Judicibus, & servatis servandis probare eorum prætensiones; Interim verò videtur rescribendum, removenda esse Sequestra à Bonis, de quibus agitur.

Dum hæc imprimuntur Causa pendet indecisa.

Sacra Congreg. Concilii Votum Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Pereira in Cauſa Cajetana Spolii.

UT præcepto hujus Sacr. Congregationis in præſentis Cauſæ deciſione obtemperare valeam mihi videtur.

Primò. Supponendum eſſe, quod Epiſcopus non ſolùm Regularis, ſed etiam Sæcularis non poteſt diſponere per mortem ſuam de bonis acquiſitis intuitu Epiſcopatus, quia omnia pertinent ad Eccleſiam, cui præeſt, juxtà *Text. in cap.* 1. ubi communiter DD. *de teſtam. in Text. in cap Epiſcopi, cap. fin. & manifeſtæ* 12. q. 1.

Secundò. Supponendum eſt, quod in aliquibus Provinciis, & Regnis ex conſuetudine, vel ex Indulto Apoſtolico, loco Eccleſiæ, ſuccedit Camera Apoſtolica in prædictis Epiſcoporum decedentium bonis, acquiſitis, ſcilicet, intuitu Eccleſiæ.

Tertiò. Supponendum eſt, quod in Regno Neapolis ita ſervatum fuit uſque ad tempus ſan. mem. Innocenti XII., qui, ex ſpeciali gratia, anno 1693. 3. Kal. Februarii, attenta paupertate Cathedralium, & aliarum Eccleſiarum Parochialium illius Regni, excluſit Cameram Apoſtolicam ab hujuſmodi ſucceſſione, & voluit, ac declaravit, ut ad Eccleſias, quibus præeſſent dicti Prælati, bona illorum, ut Juris eſt, pertinerent; addendo tamen, & concedendo præfatis Epiſcopis, & Prælatis, ut deſignare poſſent in quos uſus illa bona expendi deberent in ſuis Eccleſiis Cathedralibus, ſi fortè iſtæ indigerent; Sin minùs, tunc indulſit prædictis Præſulibus, ut illa bona conſignare poſſent aliis Eccleſiis Parochialibus ſuarum Diœceſum ſibi ſubjectis, illis etiam injungendo, in quæ opera præfata bona convertenda, & diſtribuenda eſſent; Et ſuper hæc omnia prælaudatus Pontifex prædictorum Epiſcoporum, & Prælatorum conſcientias oneravit, ut ex Bulla ſua, quæ eſt 23. in ſuo Bullario omnia patefiunt.

His ita ſuppoſitis, mortuo Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D. Joſepho Guerreiro de Torres, olim Epiſcopo Cajetano, in vim prædictæ Innocentianæ Conſtitutionis, bona ſua per mortem conſignavit duabus Eccleſiis Parochialibus ſuæ Diœceſis, videlicet, Eccleſiæ S. Blaſii, & Eccleſiæ SS. Duodecim Apoſtolorum, declarando in quos uſus, & expenſas illa bona convertenda eſſent, quin in tali ultima diſpoſitione aliquam feciſſet mentionem de indigentia, vel non indigentia ſuæ Cathedralis Eccleſiæ; quæ quidem Eccleſia per perſonas Capituli, facto primùm Inventario de bonis per mortem d. Epiſcopi reſultantibus, in poſſeſſionem prædictorum bonorum ſe immiſit, & lutrodaxit; Occaſione cujus, orta fuit lis inter dictam Cathedralem, & alias duas Parochiales Eccleſias nominatas, quæ coram A. C. ſententiam in ſui favorem contra dictam Cathedralem reportaverunt, quæ in ſecunda Inſtantia confirmata fuit, ut omnia ex actis conſtant. Sed cum adhuc controverſia cum prædictis duabus ſententiis finita non maneret propter neceſſitatem trium conformium, & Cauſarum fines, ac hominum Judicia incerta ſint, ne qualibet pars litigantium majori ſe exponeret periculo, nempè, privationis, ſeu excluſionis totius hæreditatis, in concordiam, vel tranſactionem, aut laudum devenerunt, electis de conſenſu earum, pro Arbitratoribus Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo moderno exiſtente Epiſcopo Cajetano Pignatello, & Reverendiſſimo Galiſio Abbate S. Angeli dictæ Civitatis Cajetanæ Congregat. Caſſinen., qui, rebus maturè penſatis, exiſtimaverunt, & judicarunt totam hæreditatem in triplicem portionem dividendam eſſe, & quamlibet litigantium partem ſua æquali portione contentam eſſe debere; quod quidem arbitramentum, adjunctis etiam aliis ab eo dependentibus, prædictæ partes libenter acceptarunt, & pro confirmatione recurrunt ad hanc Sac. Conc. Congregationem, quæ ſuper hujuſmodi rem dignata eſt mihi injungere, ut illi factum enarrem, & ſenſum meum apetiam; Quæ omnia per præſentes adimplere contendeos, ut dictam Sac. Congreg. meliùs inſtructam reddam.

Dico primo, quod magna, ſed inutilis inter partes contentio fuit, an præfatus Epiſcopus Guerreiro habetet, vel non haberet factionem teſtamenti; inutilem voco hujuſmodi diſputationem, quia, quoad intentum, nihil otioſiùs video diſputandum: inſiſtit enim R. Capitulum (& in hoc maximè fundat intentionem ſuam) quod prædictus defunctus Epiſcopus, utpotè Regularis, nullam habebat, nec habere poterat teſtamenti factionem; quod quidem generaliter dictum, verum eſt; ſed ad quid inſervit hujuſmodi aſſertio reſtricta ſolùm ſtatui hujus Epiſcopi utpotè Regularis, ſi diſpoſitio, de qua agitur, eſt facta de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, & Epiſcopatus, de quibus, ſeclaſo privilegio, non ſolùm Regularis, ſed nec Sæcularis Epiſcopus diſponere poteſt, ut jam dictum eſt? ideoque dicebam, quoad hanc partem, inanem, & ſupeſluum mihi videri hujuſmodi altercationem.

Attamen negari non poteſt, quod Innocentius XII. in præcitata Bulla ſua talem, vel qualem facultatem diſponendi, ſeu teſtandi conceſſit omnibus Epiſcopis Regni Neapolis, etiam Regularibus, non quidem liberam, & abſolutam, ſed reſtrictivam, & modialem, reſpectivè, ſcilicet, ad Eccleſias Parochiales ſuarum Diœceſum non indigentibus Cathedralibus: Nam ſi ita non eſſet, & ſolùm prædictis Epiſcopis indulgeret, (ut prætendit R. Capitulum Caietanum) quod declarare poſſent in quos uſus bona à præfatis Eccleſiis Parochialibus converti deberent, quomodo, & quo Jure tales Eccleſiæ Parochiales in poſſeſſionem prædictorum bonorum ſe immiſcere valerent? Non enim hoc facere poſſent ab inteſtato, quia à Jure non deferuntur illis bona Epiſcoporum à vivis decedentium, ſiquidem illorum hæredes, ex diſpoſitione Juris, ſunt Eccleſiæ, quibus præſunt, vel Camera Apoſtolica ex conſuetudine, aut privilegio: Ergo tales Eccleſiæ Parochiales ſuccedere valeant in prædictis Epiſcoporum bonis, neceſſariò fatendum eſt, hanc ſucceſſionem illis ſolùm devolvi poſſe ex vi ultimæ diſpoſitionis ipſorum Epiſcoporum decedentium, aliter nullo modo ſuccedere valerent.

Corroboratur aſſertum, quia quomodo poſſent Epiſcopi per ſuam ultimam diſpoſitionem deſignare præfatis Eccleſiis Parochialibus in quos uſus bona ſua convertere tenerentur, ſi illis per ſuam ultimam diſpoſitionem prædicta bona relinquere non valerent? Num tales Eccleſiæ divinare cogerentur introſecum animum, & occultam mentem ipſorum Epiſcoporum? vel à Deo per revelationem expectare prædictorum Epiſcoporum intentionem eſſe, & fuiſſe, ut illæ caperent bona ſua? hoc certè à totius rationis lumine, & diſputationis Jure alienum eſt. Undè neceſſariò fatendum, Innocentium XII. omnibus Regni Neapolis Epiſcopis, etiam Regularibus, hanc reſtrictam facultatem reliquendi bona ſua Eccleſiis Parochialibus ſibi ſubjectis, in defectu indigentiæ ſuarum Cathedralium, conceſſiſſe.

Tota ergò difficultas cadit, & cadere debebat in præſenti, ſuper indigentia, vel non indigentia Cathedralis Cajetanæ; nam ſi indigebat, nec licitum, nec libetum erat Epiſcopo defuncto Eccleſiis Parochialibus S. Blaſii, & SS. Duodecim Apoſtolorum, de quibus hic agitur, bona ſua relinquere; quis tantummodò ab Innocentio XII. data erat illi hujuſmodi facultas in defectu indigentiæ ſuæ Eccleſiæ Cathedralis, ſicuti & cæteris ejuſdem Regni Epiſcopis, & Prælatis. Undè conſtito de indigentia prædictæ Cathedralis in competo eſt, præfatam diſpoſitionem reſpectu duarum Parochialium corruere, & inanem eſſe. Sed cum probatio hujus indigentiæ non ità clarè apparebat, ideò partes in animum ſuum induxerunt ad Concordiam devenire, ſeu quandam amplecti tranſactionem, ut à litibus diſcederent; Sed an debeat, vel non debeat approbari, mihi ab hac Sacr. Congregatione committitur declarandum; quod quidem (quantùm ingenii mei tenuitas capere poteſt) non parum continet difficultatis; Et ratio eſt.

Quia tranſactio cadere non poteſt niſi ſuper re dubia, & lite incerta, juxtà *Text. in leg.* 1. *ff. de Tranſact. leg.* 2. *& leg. tranſactio Cod. eod. tit. cap. ſuper eo etiam ſub tit. de tranſact. Urceol. qui plures citat in eod. tract. quæſt.* 2. *num.* 8. atqui in præſenti videtur, non dari dubium, neque incertitudinem Juris ſuccedendi reſpectu duarum Parochialium, de quibus agitur; Ergò tranſactio locum habere non poteſt, ac per conſequens neque confirmatio: Minor probatur ex ſequentibus principiis.

Pri-

Primò, quia Innocentius XII. in præallegata Bulla sua, commisit prudenti arbitrio Ordinariorum Regni Neapolis æstimationem indigentiæ, vel non indigentiæ suarum Cathedralium, quia usus fuit illa clausula: *Conscientiam tuam oneramus*: ut patet ex verbis ipsius Bullæ ibi: *Super præmissis omnibus conscientiam præfatorum Archiepiscoporum &c oneramus*: quæ quidem clausula arbitrium boni Viri importat, juxtà *Text. in cap.* 60 *Non solùm* ibi: *Ut conscientiæ privati, de regul. Jur. in 6. Marchesan. de commission part. 1. cap. 6. num. 86. Peregr. consf. 72. num. 9 volum. 1. Barb. clausul* 24. *num.* 1. Sed quando res committitur arbitrio boni Viri standum est declarationi ipsius Arbitrii, nisi clarè repugnet Sacris Canonibus, aut Juri Civili, ut tenent idem *Marchesan. ubi* 61 *supra cap. 50. num. 79 Barbos. dicta clausul. 24., Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 8. num.* 44. Ergo Capitulum Cathedralis Cajetanæ insurgere non valebat contra declaratum arbitrium dicti Episcopi defuncti, quia neutri Juri repugnans erat; nam licet per Jus Canonicum dispositum sit, quod Ecclesiæ Cathedrales succedant Episcopis in bonis ipsarum intuitu acquisitus, hoc locum non habet in Regno Neapolis ex vi prædictæ Innocentianæ Constitutionis, quæ concedit Ordinariis illius Regni, ut etiam possint relinquere bona sua Ecclesiis Parochialibus indigentibus suarum Diœcesum, non data indigentia suarum Cathedralium, quarum indigentiæ æstimationem commisit prudenti arbitrio ipsorum Ordinariorum: Unde quamvis illorum arbitrium tendat in Beneficiam Parochialium, non ideo dici potest contra Jus, vel Juri repugnans; Siquidem solùm Juri repugnaret, si prædicti Episcopi non haberent privilegium relinquendi, seu consignandi bona sua præfatis Ecclesiis Parochialibus in contingentia non indigentiæ suarum Cathedralium, quia, non dato hujusmodi privilegio, sive Ecclesiæ Cathedrales indigerent, sive non indigerent, semper erant necessariæ hæredes suorum Episcoporum in bonis, ipsarum intuitu acquisitis, à quibus prædicti Episcopi eas excludere non poterant, ac per consequens, si aliter disponerent, eorum dispositio, & arbitrium tunc foret Juri repugnans: Sed regulare indigentiam sic, vel sic, non est directè contra Jus, & hoc est, quod fecit Episcopus defunctus, & quod suo, & cæterorū illius Regni Episcoporum prudenti arbitrio commisit Innocentius per allegatam clausulam: *Conscientiam tuam oneramus*: quæ potiùs monitionem, 62 quàm conditionem importat, ut docent *Gratian. decis. Mant. 154. num. 9 Navar. cons. 6. de offic delegat. Flor. de Men variar. quæst. 4. num 67. Grat. de benef. par. 6. cap. 2. nu.* 109. *Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 7. num.* 11. Et ideo apposita prædicta clausula in rescripto Papæ re- 63 mittit apices, & rigorem Juris Civilis, ut tenent *Seraphin. decis. 447. num. 1. Escobar. de utroque for. in init. num. 73. Barb. dicta clausul. 24. num. 3.*

Unde cum præfatus Episcopus designaret prædictis duabus Ecclesiis Parochialibus successionem bonorum 64 suorum, videtur dicendum, existimasse in illis indigentiam, quæ in rei veritate, non existimavit in sua Cathedrali; ac per consequens, quod hoc arbitrium servari debet, dum notoriè, & evidenter non constet de ingentia Cathedralis, quæ videtur non constare ex fundamentis, & rationibus infra ponderandis.

Secundò, probatur minor, de qua supra; quia quando alicui committitur negotium aliquod cum prædicta 65 clausula: *Conscientiam tuam oneramus*: ab ejus arbitrio, judicatu, & sententia non datur appellatio, ut tenet *Scac. de appellat. quæst. 17 limit. 15. num. 3. Barb. d. clausf. 24. num. 7 Felin in cap. Super his num 11. limit. 4. de accusat. Reginel. de appellat §. 2 cap 2. num. 67. Gregor. Tolosan. in eod. tract de appellat lib. 3. cap. 5 à num. 1.* Atqui æstimatio indigentiæ Ecclesiarum, de quibus hìc, fuit commissa arbitrio Episcoporum à vivis decedentium per prędictam clausulam: *Conscientiam Archiepiscoporum oneramus*: Ergò ab eorum arbitrio super talem indigentiam non debet admitti appellatio, neque contraventio ex parte Capituli.

Tertiò, quia defunctus Episcopus aliqua ex bonis suis, utpotè fuerunt pelvis, & urceus ex argento, reliquit suæ Ecclesiæ Cathedrali; & S. Erasmo in illius Sacristia collocato diversas gemmas non infimi valoris, ac duo Viridaria Mensæ Episcopali, quæ etiam reputari debent relicta Ecclesiæ suæ; nam quod relinquitur Episcopo, tanquam Episcopo, hoc est, ipsius Dignitati, etiam dicitur relictum Ecclesiæ, cui præest, ar- 66 gumento *Text. in cap Ad audientiam de Cleric non resident. text in cap. Si quis erga, ubi glos. verb. privetur, 2. quæst. 7. bonus text. in cap. requisisti de testam.*

Unde quemadmodùm præfatus Episcopus designavit Ecclesiæ suæ hujusmodi bona, etiam alia, & ampliora designaret, si existimasset eam pluria indigere, ma- 67 ximè cum semper à Jure præsumatur Cathedralis Ecclesia ab Episcopo magis dilecta, tanquam Sponsa sua, ex *Text. in d. cap Requisisti 15 § Secus de testam. text. in c. novit. 4. de iis, quæ fiunt à Prælat. text in leg. 1. ff. de donat. inter Vir. & Uxor. Barb., & alii apud eum, de potest. Episcop. allegat. 116. num* 21. Ergò si prædictæ Cathedrali plus non reliquit, hoc præsumi debet ex eo provenisse, quia invenit in conscientia sua eam plus non indigere.

Quartò, quia indigentia, in præsenti in casu, & in sensu Bullæ Innocentianæ debet sumi in suo proprio, & rigoroso significatu, prout importat penuriam, inopiam, & ægestatem, ut videre est apud *Leoncil de pri-* 68 *vileg. pauper. par. 1. quæst 1 num. 32. & 33. Magon. decis. Florent 50. num. 27 Lucas de Pena in leg. 1. column. 1. Cod de Mendic. & valid* nam ad naturalem, & veram proprietatem verborum, quibus usus fuit disponens, debet intelligi directa illius mens, & intentio, juxtà *Text in* 69 *leg. non aliter ff. de legat. 3. leg Labeo §. id Tubero ff. de supellect. legat. Barbos. Vot. decisiv 122 num. 17 & 25. Mantic. de conjectur. ultimat volunt. lib. 6. tom 6. num 20. in fin. Vallasc. consult. 58. num 8. in fine*; Aliter si admitteretur indigentia improprié, & lato modo, certò, quod nemo in Orbe est adeo superabundans, quod in aliquo non indigeat, hoc enim solum inveniri potest in Ecclesia triumphanti; nam in militanti etiam hæc Divi Petri, quæ est omnium caput, & totius magnificentiæ typus certu certius, quod in aliquibus indigebit; itaque si indigentia, de qua in Bulla locutus fuit Innocentius acciperetur in hoc sensu, frustratoria, & inanis redderetur prædicta Bulla; quia non solùm difficilè, sed ferè impossibile esset, quod in Regno Neapolis inveniretur Cathedralis aliqua adeò divitiis affluens, & abundans, quod respectivè circa aliquid non indigeret: Unde nunquam aliæ Parochiales Ecclesiæ illius Regni admitterentur in successionem bonorum suorum Episcoporum, quamvis isti prædicta bona illis designare intendesent.

Quocirca indigentiam, de qua fatus fuit Innocentius, debemus intelligere in eo significatu, in quo ac- 70 cipitur à Jure, & intelligere etiam, quod talem indigentiam non invenit defunctus Episcopus Guerreiro in sua Cathedrali; nam si inveniret, conscientiam suam non gravaret, maximè in illa hora, designando bona sua aliis Ecclesiis Parochialibus, prætermissa dicta Cathedrali ab eo, censura Juris, magis dilecta; qua de causa, debemus credere, arbitrium hujusmodi Episcopi in consignando bona sua prædictis duabus Parochialibus justum, & à Jure regulatum fore, & extitisse; maximè cum notoriæ sint Majestas, decentia, & abundantia prædictæ Cathedralis Ecclesiæ, quæ omnia corroborantur ex consecratione illius, & ex aliis rationibus, ac adminiculis à parte opposita ponderatis.

Ex quibus omnibus, si maturè pensentur, non dubiam, non incertam, sed claram, & evidentem videtur apparere Justitiam prædictarum Parochialium, de quibus agitur, quo casu, locum habere nequibat transactio, laudum, seù concordia, de cujus confirmatione tractatur, quia in talibus terminis, præsumitur mala fide inita, & solùm ad extorquendum, sub injustæ litis prætextu, quod non consequeretur ex recto Justitiæ debito; Et ideò tanquam calumniosa non ad- 72 mitti debere videtur, juxta *regul. text. in leg Præses* 12. *Cod de transact.* ibi. *Ambitiosè id, quod indubitatè deberi posset, remissum sit, text. in leg. in summa 65. §. 1. ff. de condit. indebit.* ibi. *Sin autem evidens calumnia detegitur, & transactio imperfecta est &c. text. in leg. 1. §. Sed &* 71 *constitutio ff. de Calumniatoribus* ibi. *Si adversarius non per calumniam transigendi animo non acceperit.* tenent hanc sententiam *Decian. cons. 56., Menoch. cons. 1158., Mantic. de tacit: & ambig. lib. 27. tom primo à num. 10. Peregr. Barb. Castill. Cyriac. Fontanell. & alii quamplures citati*

tati à Valeron. de transact. tom. 2. quæst. 3. num. 2. apud quos omnes invenitur datum, seu remissum in tali casu virtute transactionis, tanquam injustè datum, & dolosè acceptum repeti posse.

Et optima cum ratione; nam si similes transactiones admitterentur, ostium fraudibus aperiretur, nam quilibet de populo rapidè, & absque Juris fundamento provocaret ad litem illud habentem, spe deveniendi posteà ad concordiam, ductus forsan illa consideratione, quod Pars Adversa in transactionem consentiet, ut sudores, perturbationes, & expensas unius litis, quamvis injustæ fugiat, & evadat; Et iniquum certò esset, ut qui vexandi alterius, & sibi lucrifaciendi causa, eum ad Judicium provocasset, ex tali affectata, & dolosa lite 72 commodum reportaret, contra *regul. text. in leg. 1. Cod. qui milit. poss. lib. 12. leg. Uxori § primo ff. ad leg. Cornel. de fals. leg. tria onera ff. de excusat. Tutor.* optimè ad intentum *Valeron. dicta quæst. 3. num. 3.* & in alio simili casu *Vela dissert. 13. num. 11.* ideoque talis dolus, utpotè transactioni dans causam, non solùm ipsam reddit nullam, sed nullam ipso Jure, in sensu multorum DD. 73 ut sunt Decian. *dicto cons. 56. num. 17. Peregrin. de Fideicomm. artic. 52. num. 101. Rota apud Merlin. decis. 621. num 19. Messinger. Fontanel. Cæsar. Maren. Belon. & alii apud Valeron. dicta quæst 3. num. 15. Urceol. de transact. quæst. 2. num. 52. & 53.* ubi in hujus doctrinæ confirmationem quamplures adducit Rotæ decisiones.

Arguunt etiam defectum Justitiæ ex parte Cathedralis & Juris assistentiam ex parte Parochialium duæ sententiæ, quas jam in Judicio competenti in sui favorem reportaverunt, quia quamvis virtute earum non remaneat finita lis, & ideo ad hunc locum habere possit transa- 74 ctio juxta *Text. in leg. tale pactum 40. §. primo ff. de pactis, leg. post rem judicatam ff. de transact.* attamen dubitari non potest, quod unitæ præfatæ sententiæ cæteris à nobis supra, & à parte Adversa consideratis, & expositis fondamentis, evidentiorem reddunt dictarum Paruchialium Justitiam, in cujus conspectu, non admittitur à Jure transactio, ut jam supra relatum manet.

Hæc omnia faciunt satis in beneficium prædictarum Parochialium, & in obsequium Juris sibi pertensi; Sed quamvis hæc ita se habeant, non possum tamen prætermittere quantum à Jure, & DD. commendabilis sit transactionis contractus; Eam enim vocant serenitatem mentis, animi tranquillitatem, vinculum amoris, & consortium charitatis, ut videre est apud *Urceol. de trans-* 75 *sact. in exordio, seu præfat. num. 16. Paul Rub. in disc. ante decis. part. 7. rec. num. 131.* ubi scribit, quod in toto corpore Juris non invenitur contractus adeo privilegiatus, & cujus favore magis sumatur interpretatio, ut sustineatur, & valeat, quàm contractus transactionis, ex eo quia Reipublicæ valdè interest, ut lites semel terminatæ iterum non instaurentur, neque ex materia sopita novum suscitetur litigium, juxta *text. in leg.* 76 *quamvis Cod. de transact. Urceol. dicta quæst. 2. num. 41. & in num 37.* asserit, quod ad hoc, ut transactio locum habere possit, nihil interest, quod lis, & controversia sit justa, vel injusta, dummodò evidens calumnia 77 cesset, ductus ex doctrina *Text. in leg. 2.* ubi communiter DD. *Cod. de transact. Torre de pact. futur. success. dec. 174. num. 18.* ubi dicit, quod pro exclusione calumniæ, tàm qualitas personarum, quàm quælibet litigandi causa in consideratione haberi debet, quæ sententia multum prodest in præsenti casu; nam qualitas personarum litigantium, utpotè Ecclesiasticarum, & bonis moribus, ac virtutibus ornatarum non parum excludit doli, & malitiæ suspicionem.

Jura etiam Canonica sæpè sæpius clamant in obsequium prædicti contractus transactionis, docendo, quod in dubio semper præsumptio, & interpretatio capi debeat pro validitate, & subsistentia illius, ut patet ex 78 *text. in cap. finem litibus cap. Venerabilis de dol. & contum. cap. constitutus de Procuratoribus cap. Jus gentium de re judicat. Roland. cons. 28. num. 10. lib. 4. Surd. cons. 451. num. 18. & 19. Bero. cons. 176. num. 15. volum. 1.* ubi inquit hanc præsumptionem, & interpretationem facilius capiendam esse favore hujus contractus, quàm alte- 79 rius cujuscumque, *Larrea decis. 68. sub num. 22.* ubi ait, Judices ad hoc procliviores esse debere: Multi quoque DD. tenent, quod per se solus recessus à lite, ab expensis, & jurgiis est causa sufficiens, & justa ut deveniatur ad concordiam, & transactionem, ex eo quia magnum lucrum, & commodum consequitur, qui recedit à lite ex *text. in dicta leg. in summa 65. in princip. ff. de condit.* 80 *indebit. Urceol.* qui plures citat *in præalegata quæstion. 2. num. 26.*

Et cum à prędictis DD. & multis aliis de transactione loquentibus recepta sententia sit, quod ad hoc, ut res dicatur dubia, & transactio locum habere possit, sufficit qualecumque dubium sive in Jure, sive in facto, & negari non possit, quod super factum indigentiæ Cathe- 81 dralis Cajetanæ talis, vel qualis adsit dubitatio, & perplexitas propter implicatas hinc inde testium depositiones, ut ex Summariis utriusque Partium manifestè liquet; Ideo non incongruum, nec à Jure devium existimo Sanctissimo consulere pro confirmatione concordiæ.

Addendo insimul, quod ad totum as hæreditatis pertinere debent etiam legata à defuncto Episcopo relicta, quia ad ea relinquenda nulla nec à Jure, nec ab Inno- 82 centiana Constitutione illi, vel aliis Episcopis illius Regni tribuitur facultas, & solùm ista à dicto Innocentio conceditur prædictis Ordinariis respectu Parochialium pauperum suarum Diœcesum, in defectu indigentiæ Cathedralium; Non verò, ut liberè disponere possint in favorem cujuscumque Tertii, etiam sub titulo, & colore piæ causæ.

Unde licèt Capitulum Cathedralis non insurgeret, neque provocaret adversus has duas Parochiales, sed acquiesceret dispositioni Episcopi defuncti illarum favore factæ, adhuc tamen legata in dicta dispositione contenta non tenerent, sed tanquam nulla, & caduca, ad hæreditatem reverterentur, juxta terminos *text. in leg.* 83 *unica §. his ita, Cod. de caduc. tollend. leg. qui ex duabus in fine, Cod de acquiren. hæred. Surd. decis. 269. num. 2. Fusar. de substit. quæst. 652. num. 3. & 4. Card. de Luca sub tit. de legat. disc. 28. num 2.* cum multis aliis.

Non tamen compræhendere intendo in hac hypothesi legatum relictum Divo Erasmo in Sacristia Cathedralis collocato, ex eo quia illa relictio non fuit propriè legatum, sed donatio facta in vita, & effectum statim fortitura, & non post mortem, ut fortitur legatum, quod patet ex Testamento ipsiusmet Episcopi, tunc temporis perfecta valetudine gaudentis, in verbis, ibi -- *E di questo in vita, & ad esso ne fò un donativo all'Imagine del nostro Glorioso Patriarca S. Erasmo* -- & ad donandum, seu disponendum in vita, ex communi DD. sententia, æqualis tribuitur facultas Episcopo Regulari, quàm Sæ- 84 culari, ut benè docent *Molina de just. & jur. tract. 2. disput. 266. vers. Religiosus in Conventu, Lessius in eod. tract. lib. 2. cap. 4. dub. 3. num. 29. & cap. 41. dub. 11. num. 93. Cutell. de donat. tom. 1. tract. 1. discurs. 2. par. 3. num. 136. Dian. par. 3. tract. 2. resol. 2. & part. 5. tract. 2. resol 64 vers. notandum, Barb.* qui innumeros refert, *de potest. Episc. part. 3. allegat. 114. num. 22.* ubi etiam affert aliquas Rotæ decisiones in hujus Sententiæ confirmationem.

Neque etiam compræhendere conor pelvim, & urceum relicta præfatæ Cathedrali ad usum Pontificalium illius Ordinariorum, non tamen sustinendam esse censeo hanc dispositionem, tanquam legatum, sed tanquam esse necessarium, à quo recedere non poterat Episcopus defunctus ex vi Bullæ Pii V. 42. in numero suarum: ubi disponitur (& etiam confirmatur in nostra Innocentiana) quod in his omnibus, quæ ad Cultum Divinum, & Altaris usum Episcopis inserviunt, succedant Ecclesiæ, quibus præsunt, inter quas res compræhenditur etiam una pelvis, & unus urceus ex argento, sine quibus Episcopus celebrare non potest, neque debet ut jam decisum fuit in una *Valentina Pontificalium coram* 85 *Priolo sub die 5. Junii 1657. quæ est decisio 259. in recent. part. 12. & confirmata fuit in eadem Rota coram Albergato sub die 4. Junii 1663.* ac de ea latè agit *Card. de Luca sub tit. de testam. disc. 77. per totum;* Et Episcopus defunctus satis insinuavit in suo Testamento hujusmodi res illi inservire ad usum Pontificalium, siquidem ad eundem usum eas reliquit Ecclesiæ suæ, ut patet ibi -- *Se ne servino i Signori Vescovi miei Successori, quando celebreranno Pontificalmente* -- Unde si cum aliis Paramentis Sacris, & utensilibus ad Cultum Divinum spectantibus, quæ necessariò ad Ecclesiam Cathedralem deferri debebant,

non

non intervenit, neq; transivit iosimul aliqus pelvis, & urceus, benè relicta manent hæc, de quibus hìc agitur, non verò aliter, nec alio modo; oam si, tanquam legatum hanc supellectilem Ecclesia Cathedralis retinere

16 conaretur, inanis remaneret ejus intentio quoad pertensam successionem hæreditatis, siquidem in eodem subjecto convenire non potest esse insimul hæredem, & legatarium, *ex text. in leg legatum est §. hæredi de legat.* 2., & si eam conservare intendit, ex vi contractus Transactionis, non invenitur in concordia, seù transactione talis iorer partes exhibita conventio. Si tanquam partem hæreditatis pertensæ præfatam supellectilem sibi reservare præsumit, necessariò eam reponere debet io montem, & cumulum hæreditatis, ut cum ea lojuncta, & incorporata, dividatur totum as in illam tripilcem, & æquaiem portionem, quæ ab Arbitratoribus fuit præscripta, & à partibus acceptata; Indéque nullo alio titulo prædicta vasa Cathedralis Ecclesia retinere valet, quio In collationem cæterorum bonorum ea reponere cogatur, nisi ex vi prædictæ Bullæ Pii V. à nobis jam supra ponderatæ.

Quo verò ad Cappellaoiam, de qua loquitur prælaudatus Episcopus, res in obscurò jacet, siquidem ex verbis Testamenti capi non potest, an prædicta Cappellaoia jam fundata esset in vita Episcopi, vel eam fundare intenderet in ista ultima dispositione; Si verum est, primum subsistere; Si secundum, non valere dispo-

17 sitionem censeo ex rationibus jam supra consideratis in *vers. Et ad donandum &c.*

Hæc in omnibus mea mens est, quam etiam in omnibus prudentissimo EE. VV. arbitrio libentissimè submitto. Datum Romæ ex Ædibus meis die 2. Augusti 1723.

J. Cardinalis Pereira.

DISCEPTATIO XXV.

Auximana

PRO

Cappellanis Ecclesiæ S. Petri Terræ Appignani

CUM

Petro Pucceto

ARGUMENTUM.

Permutatio Bonorum ecclesiasticorum, sine Apostolico beneplacito facta, nulla est, etiamsi illa fiat cum consensu Possidentis eadem Bona, ad quem effectum, ultra Apostolicum beneplacituem, constare debet de evidenti Ecclesiæ utilitate.

EX duabus æquè Principalibus, ac relevaotissimis causis, succurrendi nimirum extremæ necessitati numerosi Populi Terræ Appignani Diœcesis Auximanæ, habendi alios Sacerdotes, qui sacra celebrarent,

1 & unicum Plebanum, sivè Rectorem coadjuvarent in audiendis Confessionibus, & administratione Sacramentorum; Et ad hoc, ut plures Adolescentes bonæ Indolis, & expectationis, ob Patrimonii defectum, non retardarentur à Sacris Ordinibus suscipiendis, Anno 1644. Communitas dictæ Terræ Appignani humillimas preces porrexit Congregationi Concilii, quatenùs dignaretur facultatem concedere, ut in Ecclesia Matrice ejusdem Terræ sub Titulo SS. Joaonis, & Petri erigerentur sex Cappellaniæ, sivè simplicia Beneficia, quibus totidem Sacerdotes inservire deberent sub denominatione Cappellanorum cùm assignatione congruæ Doris, constitutæ ioter alia bona. *In fructibus unius Prædii, & in medietate Responsionis unius Molendini, spectantis ad eumdem Montem Pietatis.*

Exauditæ fuerunt eædem preces, mediante gratioso Rescripto, cujus executio directa fuit Cardinali Hieronymo Verospio, tunc temporis Episcopo Auximano, qui post verificationem dictarum causarum anno 1645. die 21. Octobris ad erectionem dictarum Cappellaniarum fer. fer. devenit, cum assignatione fructuum dicti Prædii, medietatis Molendioi, & Censuum, seù Bonorum stabilium, acquirendorum cùm pretio frumenti alienandi, adjecto pacto, quod perpetuò dicta Bona stare deberent prò dote dictarum sex Cappellaniarum, Injunctoque onere Cappellanis pro tempore celebrandi per se ipsos, postquam ad sacrum Presbyteratus Ordinem assumpti fuerint, demandando niteriùs, quod ex eisdem Cappellanis duo essent actu Sacerdotes, reliqui verò, licèt tempore nominationis essent in minoribus Ordinibus constituti, infrà annum tamen tenerentur

2 recipere sacros Ordines, quodque omnes obligati essent ulteriùs coadjuvare Plebanum in audiendis Confessionibus, & administratione Sacramenti Sanctissimæ Eucharistiæ.

Electis dictis Cappellanis, isti summa pace, & æquali animorum conjunctione fructus Bonorum, in Dotem assignatorum, spatio annorum 30. & ultra in com-

3 muni perceperunt, Teste Vicario Generali in ejus Relatione, data in Summario. Illorum verò Successores, novitatum amarores, irrequisita d. Communitate fundatrice, non andito Episcopo, & quod magis est, neque etiam petita licentia hujus Supremi Senatus, ac si essent Bona, eisdem relicta à propriis Parentibus, de facto devenerunt ad divisionem proprietatis dicti Terreni, seù Bouorum, cujus portio unicuique ex dictis Cappellanis assignata fuit, ut resultat ex copia dictæ Divisionis extracta à libris Capitularibus, & data in Summario.

Cùmque nemo se opposuerit eidem novitati, ex hoc factum est, quod Blasius Venantius ex modernis Cappellanis anno 1712. procuraverit permutationem ratæ dicti Prædii, ab eo nti uno ex dictis Cappellanis possessi, cùm alio petio Terræ Pii Puccetti, & sub insubsistenti supposito, quod proprietas dictæ Terræ fuerat licitè, & validè divisa inter Cappellanos eodem ann. 1712. Congregatione prò dicta Permutatione Beneplacitum extorsit, eùm solitis tamen Clausulis ibi. *Veris existentibus narratis, & prævüs Edictis, & Peritorum extimatione, postquam compererit in evidentem utilitatem fore cessuram petitam facultatem &c. Impartiatur.* Quo

4 præsentato. Cardinali Horatio Spadæ tunc Episcopo Auximano, & ab isto subdelegato ejus Vicario Generali; Illud fuit executioni demaodatum, non obstante Insubsistentia dictæ divisionis, non monitis aliis Cappellanis, neque d. Communitate, neque demùm saltem Promotore Fiscali; Ex quibus evenit, quod nulla omninò habita fuit à Peritis consideratio qualitatis, & commoditatis situs dicti Petii Terræ Ecclesiæ, ob beneficium Fluminis, subtus decurrentis, qui deservire poterat, prout eventus demonstravit, pro constructione Molendini, ut quid distincti, & augentis pretium dicti Terreni; Neque etiam considerato ab eodem Judice Executore, quod è contra si sequeretur permutatio dicti situs, hæc tenderet io maximum præjudicium dictarum Cappellaniarum, seù Ecclesiæ, nam beneficio dicti Fluminis Pucettus elevare posset novum Molendinum frumentarium, qua elevatione mediante redditus, & proventus medietatis alterius Molendini, in dotem assignati dictis Cappellanis insigni quaotitate diminuti remansissent.

Opportunum proindè habuimus recursum ad Sacr. Congr. humiliter, Instantes pro reunione dictæ petii Terræ, seu bonorum una cùm illorum fructibus, & respectivè pro declaratione nullitatis dictæ Permutationis, mediante supplici Libello, exhibito in Summario; Fuitque de more scriptum moderno Episcopo pro Informatione, qua pervenra, ex illius Lectura remanet manifestum, quod *la fabrica* (sunt ejus precisa verba) *del nuovo Molino non vi hà dubio, che sarebbe di danno*

5 &c. *alli Cappellani.* Citato proindè dicto Puccetto, & vigore termini ab hac Sacra Congregatione prefixi Cappellano Venantium ad comparendum, qui dictam fecit permutationem seque declaravit nolle se opponere nostræ Instantiæ concordata fuerunt duo Dubia in fine registranda quæ favore hujus Partis videntur resolvenda.

Incipiendo à primo: In quo quæritur. *An divisio bonorum, de quibus agitur sustineatur*, illius negativa resolutio videtur nimis clarè inferri ex eo, quod illa non est compatibilis cùm clara fundatione nostrarum Cappellaniarum, in qua demandatum fuit, *ut bona* (de quibus agimus) *semper, ac perpetuò stare, & inservire debe-*

deberent pro dote dictarum sex Cappellaniarum: Nullum enim adest dubium, quod voluntas Fundatorum in nostris terminis veniat servanda pro lege juxta *Textum in* 6 *cap. illud in fine de Jurepatr.* & animadversa per *Bald. cons. 38. num. 5. lib. 4. & Mandos. cons. 51. num. 12.* & firmata per *Rotam decis. 117. num. 11. coram Carill. & decis. 68. num 9. part. 12. & decis. 218 num. 11. par. 17. rec.*

Fortius, quia facta ulterius fuit absque Apostolico Beneplacito, inauditoque etiam ipso Episcopo; Est enim extra omne dubium verissima propositio illa, quod divisio proprietatis rerum Ecclesiæ, continetur sub illis alienationum speciebus, quæ prohibitæ sunt *in Extrav.* 7 *Ambitiosæ de Reb. Eccles. non alienand.* Et propterea ad illius validitatem omninò requirebatur Apostolicum Be- 8 neplacitum *Bart. in leg. is, qui §. Ususfructus ff. de Pignor. Spad. cons. 4. num. 80. Card. de Luc. de alienat. disc. 1. num. 44. & disc. 15. num. 13. & Rot. coram Merlin. dec. 843. num. 2. & in part. 4 tom. 2. rec. decis. 481. num. 13. & in part. 9. decis. 197. num. 13. & in part. 12. decis 234. num. 50.* ubi quod id verum est etiam si fiat divisio bonorum inter Ab- 9 batem, & Monasterium ibi - *Non potuit ita disponere, cùm illud requiratur etiam tunc, quo fit divisio bonorum Monasterii inter Abbatem, & Conventum, ut dixit Navar. &c.*

10 Nec ad evitandam dictam claram nullitatem juvat allegare Beneplacitum Apostolicum, præsumptum ex cursu temporis annorum quadraginta à die sequutæ dictæ divisionis.

Tum quia talis præsumptio cedere debet veritati deficientiæ ejusdem Beneplaciti, concludenter probatæ ex clara confessione Blasii Venantii, & Pii Puccetti permutantium, quæ legitur in dicto supplici Libello dicto anno 1722. huic Sac. Congregationi porrecto, ibi: 11 *senza anche partecipazione del Vescovo*: Quæ contra confitentes plenam facit probationem *L. Præcum Codic. de Lib. causa* cum concordantibus apud *Ansald. dec. 24. n. 7.* Præcipuè quia eadem veritas comprobatur ulterius ex libris Capitularibus: Nec non ex Relatione Vicarii Generalis; Ex quibus simul unitis mera vanitas est impugnare defectum dicti Beneplaciti, ex animadversis per 12 *Adden. ad Buratt. dec. 150. n. 41.* & firmata per *Rotam in dec. 613. num. 2. cor Cavaler.*

Tum quia constat de evidenti damno Bonorum Ecclesiasticorum, attento quod fuit causativa subsequutæ permutationis, destructivæ dictæ fundationis, dum in illa nulla omninò ratio habita fuit commoditatis constituen- 13 di Molendinum, cum præjudicio Responsionis alterius Molendini, quæ assignata fuit pro parte Dotium Cappellaniarum, ut refertur in supplici Libello huic Sacræ Congregationi porrecto claré admittit Vicarius Generalis in ejus Relatione data in Summario, & clarius ipse Venantius Cappellanus permutans fassus fuit mediante delatatione data in Summario.

Tum demum quia in omnem casum post notoriam Constitutionem 86 per totam Urbani Octavi *de præjudicialibus Eccles. in Bullar. nov. tom. 4.* hodie non admittitur præsumptum Apostolicum Beneplacitum in Ecclesiarum præjudicium, ex firmatis *per Rotam in dec. 153.* 14 *num. 14. coram Pamphil. & dec. 277. num. 8. cor. Priolo, & 1169. num. 6. coram Emerix. jun. & in part. 13. rec. dec. 191. n. 16. & par. 17. dec. 366. n. 12.*

Ex negativa autem resolutione hujus primi dubii per necessariam consequentiam infertur negativa resolutio secundi, in quo quæritur, *An Permutatio Bonorum sustineatur*, quia sublata de medio dicta divisione, subsistere non potest permutatio, eidem divisioni, innixa 15 juxta animadversa per *Rotam in dec. 274. num. 11. par. 17. recent. & dec. 10. num. 33. apud Prosper de Territorio separat. & in Colonien. Canonicatus 4. Februarii 1699. §. Hinc neque cor. Card. Scotto.*

Et tamen subjungimus ulterius, quod nullitas, & Injustitia ejusdem permutationis palpatur manibus.

Quoad nullitatem, illa evidenter resultat ex insanabili defectu citationis illarum Personarum, de quarum interesse agebatur, executor enim deputatus cum clausula *veris existentibus narratis, & vocatis vocandis*, processit prævia sola affixione Edicti ad Valvas Ecclesiæ, eo tempore, quo existentibus legitimis Contradictoribus, quales erant, & sunt publici Repræsentantes dictam Communitatem, & moderni Cappellani, de quorum interesse agebatur, citandi erant personaliter, vel in omnem casum citari debebat Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis ex adductis à de Rosa *de exequution. Lit. Apostol. Si in evidentem fol. 387.* per hæc formalia verba, ibi - *Executores in evidentem &c. semper fiunt mi-* 16 *xti propter clausulam vocatis vocandis, quam continent, ideo debent procedere Juris ordine servato, & quando non adsunt certi Contradictores, debet procedi per Edictum, & citato Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis*: Cùmque id practicatum non fuerit, eadem nullitas remanet innegabilis ad *Text. in cap. Pastoralis §. Cæterum de re judic.* 17 *& in cap. Cùm intra de exception.* & firmata per *Rotam dec. 416. num. 2. coram Ludovis. & dec. 572. num. 1. & seqq. & dec. 312. num. 5. part. 2. rec. & coram Ottobon. decis. 6. num. 8. & seqq.*

Non minus clara est Injustitia, quia juxta præcisam legem, præscriptam in facultate, concessa ab hac Sac. Congregatione, permutatio sequi debebat cum evidenti Cappellaniarum utilitate. Quæ debebat esse certa, non autem dubia, & probabilis, juxta animadversa per *Corrad. in Prax. dispens. lib. 9. cap. 6. num. 1. & 2. & Rot.* 18 *dec. 65. num. 4. coram Seraphin. & dec. 160. num. 2. part. 2. divers. & dec. 730. num. 3. part. 2. & decis. 94. num. 52. part. 7. rec.*

In nostro autem casu, non solùm non constat de dicta certa utilitate, ob considerabile commodum fabricandi Molendinum propè flumen, quod tanquam aliquid distinctum ab intrinseco pretio Terreni, istius valorem augebat ex allegatis à *Rota coram Ansald. decis. 50. num.* 19 *8. §. Fortius*, & probant Testes dati in Summario.

Verum etiam verificatur è contra certum damnum Cappellaniarum, dum Puccettus fabricando Molendinum in bonis permutatis, infert damnum Cappellanis in 20 medietate Responsionis alterius Molendini, in partem earum Dotium assignatæ, quod ultro admisit Vicarius Generalis in ejus Relatione data in Summario.

Si igitur asserta permutatio non tendit in evidentem utilitatem Cappellaniarum, ab hac Sac. Congregatione injunctam, & præcisè volitam, sequentibus verbis: *Postquam compererit in evidentem Cappellaniæ utilitatem fore cessuram*: Sed potius involuit ejusdem Cappellaniæ magnum præjudicium, uti injusta, læsiva, & præjudicialis omni jure revocanda videtur, ex supra citatis, quibus addimus alios, sequutos à *Rota decis. 330. num. 12.* 21 *coram Priolo*, ubi quod id procedit, etiam si agatur de alienatione, facta servatis omnibus solemnitatibus, quando non verificatur utilitas.

Non attento prætextu, quod Puccettus bona fide inceperit meliorare Terrenum, sibi in permutatione assignatum, & quod imperceptibile foret reducere dicta Capitalia ad unionem, seu primum statum; Nam si sermo sit de prima parte dicti objecti, satis esset respondere, quod attentis dictis evidentibus injustitia, læsione, & nullitate, ex ejus culpa, subreptione, & obreptione ortum habentibus, nunquam dici potest fuisse in bona fide juxta ea, quæ notant communiter *Repetentes* 22 *in l. 4. §. Condemnatum ff. de Judic. Caroc. de Locat. tit. de Locat. empt. quæst. 11. fol. 94. Fusar. de substit. quæst. 562. num. 4. & Tiraquell. de Retract. lignag. §. per me Gloss. 2.* & firmavit *Rota dec. 73. num. 2. coram Emerix. sen.* & sic sub hoc mendicato prætextu sustinere tam læsivam permutationem, tendentem in eversionem dictarum Cappellaniarum non ad utilem privatæ Personæ fundatarum, sed ad Animarum Populi Appignani salutem.

Si verò sermo sit de secunda parte dicti objecti, poterat per dictum Puccettum omitti, non solùm quia Venantius Cappellanus permutans coram Ponente protestatus fuit nolle petitam reunionem impugnare; Verùm etiam, quia Puccetto utpotè extraneo, datum non est impedire dictam reunionem, præoptatam ab omnibus Cappellanis, quorum tantum consensus requiritur, uti Ecclesiam repræsentantium, *cap. cum omnes de constitut.* ubi *Bald. Tiraq. in l. Si unquam in verb. Donatione largitus* 23 *num. 190. Cod. de revoc. donat.*

Urgente potissimum insubsistentia contrariæ exceptionis, cùm commodè dividi possunt fructus ejusdem petii Terræ, seu Bonorum æqualiter inter Cappellanos in dicta divisione inæqualiter tractatos, hoc modo iterum introducendo inter illos æqualitatem illam, quæ si in omnibus contractibus indifferenter semper servanda est

Auth.

Menoch. consil. 34. num.11. & consil.203.num.16. Card. de Luca de Regal. discurs. 134. num.5. & Rota dec.295. num.12. coram Buratto; Multò magis practicari debet inter Cappellanos eisdem verbis institutis, eisdemque oneribus gravatis, & propterea similibus emolumentis honorandis juxtà animadversa per *Soccin. jun. cons. 69. num.30. Cyriac. controv. 96. num.40. & seqq. & Altin. resol.46. num. 29.* & firmata per *Rotam decis. 89. num. 1. coram Ansaldo*. Eodem prorsùs modo, quo per spatium 30. & ultra annorum summa pace practicatum fuit inter antiquos Cappellanos, ad formam fundationis, ut refertur in Relatione D. Vicarii Generalis.

Nulla habita consideratione assertorum damnorum Puccetti, asserentis cœpisse facere aliqua asserta melioramenta in parte Prædii permutati.

Non solùm quia, attenta ejus mala fide, resultante, ut supra vidimus ex læsione, nullitate, & injustitia permutationis, eadem melioramenta etiamsi utilia, imò utilissima, nunquam essent reficienda ad *Text. in leg. Domum in fine ff. de Rei vindicat. Barbos. in leg. Divisio §. finali part. prima num. septuagesimo sexto versic. Illud sanè ff. Solut. matrimon. Peregrin. consil. 31. num. 21. libr. primo, Bellon. junior. consil 76. num. quinquagesimo quinto, & sequentib. Rota coram Seraphin. decis 898. num.30.*

Sed etiam quia in omnem pessimum casum, post liquidationem eorumdem ass. melioramentorum, posset, quatenùs in facto probarentur, eodem Jure essent debiti, illi restitui summa illa, in qua probabit, & quidem concludenter eumdem petium Terræ melioraſſe, non retardata interim declaratione nullitatis dictæ permutationis, quæ plusquam tacitè agnita fuit, & approbata ab ipsis Contrahentibus, qui in ipsomet actu permutationis per pactum expressum reservarunt consensum aliorum Cappellanorum sequentibus verbis -- *Et in eam tanquam talem facere consentire promiserunt omnes Personas, Jus habentes, seu quomodolibet habere prætendentes* -- quæ juxtà illorum obvium, & literalem sensum in actu tam serio emissa non possunt, nisi de aliis Cappellanis, verificari, quorum non solùm non accessit consensus, sed positivus verificatur dissensus etiam pro parte dicti Venantii *dicto Num. 8.* eoque attento nullo modo dubitari potest de nullitate, & læsione permutationis ex ipsomet facto, & confessione Partium, in cujus conflictu non potest melior dari probatio, ad desuper firmata.

IN EADEM CAUSA.

Diximus supra, & constanter repetimus, quòd divisio bonorum dotalium nostrarum Cappellaniarum, uti facta sine Apostolico Beneplacito, sustineri non potest, eo quia illa continetur sub nomine alienationis, *Textus* est literalis *in leg. Inter omnes, ubi Gloss. verb. Distrahi Cod. de Præd. Minor.* ibi -- *Etiam per divisionem, est enim quædam alienatio per divisionem, & adjudicationem*, quem Textum sequuntur *Berov. cons. 124. n. 12. lib. 1.* ibi -- *In primis dico, quòd prohibitus alienare, dicitur etiam prohibitus rem communem dividere, quia divisio dicitur alienatio, ut est Textus clarus &c. Barbosa*, cumulans concordantes, *de Appellat. verb. appellat. 14. n. 6.* ibi -- *Alienationis appellatione comprehenditur divisio, quia in partes divisas transfertur dominium, & Redoan. de Reb. Ecclesiæ non alienandis quæst 2. c. 35. n. 1.* ibi - *Venit quoque divisio sub vocabulo alienationis per Textum, cum Gloss. &c.* cujus communiter receptæ propositionis stringens ratio sequentibus verbis adducitur *in leg. 1. Cod. de Fund. Dotal.* -- *Est autem alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur*, quem cum aliis adductis sequitur *Pacion. de Locat. cap. 4. num. 5.*

Cui communissimè opinioni non opponuntur Authores, in contrarium adducti, & loquentes in terminis emphyteuticis, vel feudalibus, eo quia in istis inter comprehensos in Investituris in tantùm non est prohibita divisio, quia omnes dicuntur in illis in solidum comprehensi, ut observat *Redoan. de Rebus Ecclesiæ non alienand. quæst. 2. cap. 35. num. 9.* ex hoc motivo, & congrua ratione subdens, id fieri posse etiam inicio Domino Feudi, ibi -- *Quia feudum benè potest dividi inter Vassallos, etiam inscio Domino*, quæ repetit *in quæst. 79. num. 22.*

Aliæ verò authoritates, vel loquuntur in terminis divisionis necessariæ, vel factæ gratia commodioris usus, & culturæ, qui non sunt termini nostri casus, & easdem authoritates explicando observat idem *Redoan. ubi supra part. 2. cap. 35. num. tertio, & quinto.*

Cum hac Juris dispositione concordat expressa voluntas Communitatis, Fundatricis Cappellaniarum, plusquam tacitè prohibentis quamcumque innovationem, & mutationem bonorum assignatorum pro dote nostrarum Cappellaniarum, ibi -- *Quæ bona &c. semper, & perpetuò stare, & inservire debeant pro dote dictarum Cappellaniarum*, Quod non verificaretur, si eadem bona mediante divisione alienari, & permutari cum aliis bonis possent, ut eventus clare demonstravit in nostro casu.

Regulæ, quòd divisio sit favorabilis, quodque nemo cogitur invitus permanere in divisione, veræ sunt in illis terminis, in quibus communio inita fuit, & pendet à voluntate facientis communionem, juxtà terminos, in quibus loquuntur authoritates, exadversò citatæ; Secùs verò in illis terminis (qui sunt nostri) quando aliquod corpus à pio Benefactore ad certum effectum præcisè destinatur, illiusque fructus assignantur pluribus Cappellanis, quia tunc isti tenentur servare Disponentis voluntatem, neque possunt inter se dividere, vel cum aliis permutare id, quod cubitalibus literis demandatum fuit perpetuò stare debere pro dote pii operis, quia esset voluntas Benefactorum immutare, quod soli Summo Pontifici reservatum est, *Clement. Quia contingit de Religios. Domib. & Rota decis. 192. n. 3. par. 18. rec.*

Hoc posito cum omni legali fundamento speramus obtinere negativam resolutionem primi dubii, quia divisio, uti facta sine Apostolico Beneplacito, nunquam sustineri poterit, ex authoritatibus citatis in nostris Scripturis.

Ex quibus speramus pariter obtinere negativum responsum circa secundum dubium, concernens permutationem, quia si divisio non substinetur, neque etiam sustineri poterit permutatio, eidem divisioni innixa, ex adductis supra.

Neque insistendum in hac parte videtur in prætensa utilitate Ecclesiæ; illa enim non subsistit in facto, & non relevaret in Jure.

Non relevat in Jure, quia ad hoc ut alienatio rerum Ecclesiæ sustineatur, non solum concurrere debet utilitas, sed copulativè etiam solemnitas, qua deficiente contractus corruit *cap 1. de reb. Ecclef. non alienan. qu. 51. cap. 7. num. 17. Pacion. de Locat. & Conduct. cap. 14. § 10. num. 1. & Rota decis 430. num. 4. par. 2. recent. & coram Duran. decis. 250. num. 1. & sequentibus, & decis. 1279. num. 22. coram Emer. juniore.*

Minus eadem prætensa utilitas regit in facto, in quo constans est, & patet, tam ex Relatione Vicarii Auximani, quàm ex Peritorum judicio, in facie Loci considerantium qualitates Prædii permutati, quod nostræ Cappellaniæ nimis gravatæ fuerint in prima æstimatione, in qua *non fu avuto in considerazione il sito di detti Terreni, commodo capace di farvisi, o di potervisi fare il Molino a grano per essere confinante col Fiume*, ubi Peritus post principium ad rem nimis notabiliter se declarat sequentibus verbis: *Perchè se da me fosse stato considerato detto commodo, non potevo per giustizia esporre essere utile alla Cappellania detta Permuta.*

Non potest hujusmodi defectus exadversò in dubium revocari, sed respondetur, quod tale commodum non debeat haberi in aliqua consideratione, uti pendens ab operationibus, & expensis faciendis à Permutante, qui potest illas omittere, & rem in eo statu relinquere, in quo permutata fuit.

In hac autem parte proceditur exadverso cum æquivoco palmari, quia illa utilitas, seu commoditas, & capacitas situ construendi Molendinum, pretio æstimabilis, quæ reperitur in Prædio permutato, non est aliquid pendens à futuro eventu, & à voluntate Permutantis, sed est aliquid intrinsecum tempore permutationis existens in

Terreno permutato, quod proinde bene fuit habitum à Peritis in consideratione in postrema æstimatione ejusdem situs, ex firmatis per *Rotam in decis.593 n.30.part.* 17 *rec.* ibi -- *Præsertim non observatis omnibus commodis, & incommodis, ut in computatione constabat &c. quæ tamen observasse in æstimatione dixerunt, & observanda sunt &c.*

42 Exemplo hoc fit clarius, supponendo permutationem duorum Prædiorum, quorum unum sit desertum, & aridum, aliud verò pingue, & fertile, magisque aptum ad ferendos fructus; Licèt enim ad procurandos dictos

43 fructus in Prædio fertiliori requiratur impensa, & voluntas Permutantis, & obtinentis dictum Prædium magis fructiferum, negari tamen non poterit, quod si in dicta permutatione habita non fuit ratio dictæ majoris fertilitatis, divisio inæqualis fit, eò quia cum æqualibus impensis si fiant æqualia melioramenta in utroque Prædio percipiendi inter se erant longè inæquales.

Huic reflexioni, in facto innegabili, jungitur alia, æquè considerabilis, quod per constructionem novi Molendini in Prædio permutato, maximum, & continuum infertur præjudicium reliquis partibus dotium Cappella-

44 niarum, constitutarum in redditibus medietatis alterius Molendini, existentis sub proprietate Communitatis Fundatricis Cappellaniarum. Quod nullo modo videtur permittendum.

Die 13 Augusti 1715. In Congr. Episcoporum proposita Causa per Card. Petram sub sequentibus duobus dubiis.

1. *An divisio bonorum, de quibus agitur, sustineatur.* Et quatenus affirmativè.

2. *An permutatio sustineatur.*

Ad utrumque responsum fuit *Negativè*, cum addito, ut Causa ampliùs non proponeretur.

DISCEPTATIO XXVI.

Brugnaten. prætensæ Collegialitatis

PRO

Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Brugnaten.

CUM

Dominico Fogona Archipresbytero Villæ Pontis

ARGUMENTUM.

Quando dicatur constare de qualitate Collegialitatis alicujus Ecclesiæ. Summorum Pontificum Bullæ, ex quibus probentur falsæ, ad quem effectum multæ expendantur præsumptiones, & inverisimilitudines.

1 Videtur respondendum non constare de Collegialitate Ecclesiæ S. Stephani Pontis Sigestri, *nam cum illa sit fundamentum prætensionis Adversarii, requiritur ad dictum effectum plena, & concludens justificatio*, sunt verba punctualis *dec.557.n.1 coram Rembold.*, ubi cumulantur concordantes, cum aliis adductis *in dec.2.n.10.apud Card. de Luc. super mater. de Legat. lib.12.tom.2.* ea ratione quia ad hunc effectum *erectio alicujus Ecclesiæ in Collegiatam probari debet vel per instrumentum publicum, seu per rem judicatam, aut per confessionem Partis, & in dubio semper respondendum est pro Parochialitate, cum Collegialitas non præsumatur*, sunt verba *Rot. dec.54.n.3. coram Carill.* quæ repetuntur *in decis.340. num.6. cor. Royas.*

2 Tantùm verò abest, quod qualitas Collegiatæ, de qua disputamus, concludenter probetur ex documentis exadversò communicatis, quin potiùs ex illis evidenter excludatur, signanter verò ex asserta Bulla Benedicti VIII, ex qua prætenditur probata illius erectio, sola, & simplex illius lectura, seù veriùs simplicis scartafacii, pluiquam evidenter probat fabellam prætensæ erectionis.

3 Sivè considerentur verba illa *Benedictus Octavus*, ex quo Summi Pontifices simplex dumtaxat proprium nomen apponere solent in Bullis, omisso numero aliorum Pontificum, qui simili denominatione nuncupati fuerunt, ut ipsismet Datariæ, & Cancellariæ Tyronibus notorium est.

Sivè alia -- *consensu b.m. Archiepiscopi Januensis* -- dum Summi Pontifices personas illas, de quibus mentionem faciunt in eorum Bullis, non solent denominare cum verbis *bon.m.* Sive denominatio *Archiepiscopi Januensis*, quia anno 1015, quo prætenditur expedita eadem asserta Bulla, Episcopatus Januæ non adhuc fuerat elevatus ad gradum, & dignitatem Archiepiscopatus, quod, testibus *Plat. in Vita Innoc. II & Ugh. in Ital. Sac. to.4. tit. G fol.1185.* sequutum fuit anno 1133. & sic annis 117. postea.

4 Sivè alia -- *Audita relatione nobis facta per Illustrissimum, & Reverendissimum Fratrem nostrum Card. Bonam* -- in quibus duo, æquè insubsistentia, ac exorbitantia, notanda sunt primum quod Summi Pontifices non solent ullum titulum, & multò minus illum nimis honorificum *Illustrissimi, & Reverendissimi* apponere in eorum Bullis, præcipuè à septem sæculis citrà, quando, ut notum est, ipsismet Catholici Orbis Regibus solum titulum *Illustris* tribuere solent. Secundum verò, quod Card Joannes Bona lucem aspexit præterito sæculo, obiitque anno 1674., neque apud Historicos describentes nomina, & cognomina S.R.E. Cardinalium habetur aliqua mentio alterius Card. Bonæ, ut signanter videre est apud *Ciaccon.* qui triplicem posuit illorum elenchum, & apud *Nic. Ang. Caffarr.* in synthemate vetustatis, in quo novem distinxit indices, inter quos unum particularem Summorum Pontificum, & S.R.E. Cardinalium, & tamen nullibi legitur alter Card. Bona, præter illum creatum à Clemente IX. die 29. Novembris 1669., Omnem autem fidem in his terminis dandam esse Historicis

5 notant *Melch. Can. lib.11. Theolog. cap.3., Bertach. vot. decis. 141.n.35. Rot. dec.54.n.8. coram Ubag & dec 395 num.9. coram Emer. jun. & in Terracinen. Cathedralitatis 23. Junii 1702. §.11. coram Molin.* & habemus *Text. in leg.1. in princip. ff. de offic. Præfid.*

6 Sivè verba illa -- *qui Syndicus teneat ur solvere d. subventiones RR. Canonicis* -- Est enim prorsùs insuditum, quod Papa det titulum *Reverendi* non solum Canonicis obscuræ Villæ, sed nec etiam famosarum Civitatum, & ipsarummet Basilicarum Urbis.

7 Sivè illa -- *exhibitis per Ven. filium nostrum Dominicum de Mirranis Procuratorem constitutum à Communi Sigestri* -- Cum enim iste esset persona merè sæcularis superat omnem admirationem, quod Summus Pontifex voluerit illum decorare titulo *Venerabilis*, quo neque nominare solet Regios Principes, Reges ipsos, & ipsosmet Imperatores.

8 Sivè illa alia verba potiùs Notariis convenientia, quam solita apponi, & usurpari à Summis Pontificibus -- *Acta sunt hæc omnia Romæ in Palatio Apostolico sub anno à Nativitate Domini 1015. indict. 3. Idibus Febr. Pontificatus nostri anno primo.*

Observando ulteriùs evidentem falsitatem in expressione dicti anni primi, quia de mense Februar 1015. currebat annus tertius, non autem primus Pontificatus Benedicti VIII., ut legitur in *Bullario Romano tom.1. fol.*

9 *45.* ibi -- *Creatus fuit die 20. Maii 1012., obiitque tertio Kalendas Martii 1024.*, & concordant *Plat. in ejus Vita fol.460. & Gasp Alv. in lib. cui tit. Roma in ogni stato. tom.1. fol. mihi 462.* Est autem nimis de falso suspecta Bulla illa erectionis Ecclesiæ Parochialis in Collegiatam, quæ habet Datam non correspondentem Vitæ illius Pontificis, qui prætenditur illam erexisse, ut in specie firmavit *Rot.*

10 *decis.469. num.11. coram Priol.* ibi -- *Bulla Sixti V. est valde suspecta, dum illa habet datam anni 1593. triennio post illius Pontificis obitum.*

Sivè demum aliis omissis, verba illa -- *Ego Joannes Ranutius de Vicedominis de Monticulis Apostolica, & Imperiali authoritate Notarius publicus, & Cancellariæ Apostolicæ Secretarius præmissis omnibus, & singulis interfui, & exinde decretum approbationis, & erectionis manu mea scripsi de mandato ejusdem Sanctissimi Patris* -- Quantum enim impropriæ sint, quantumque nedum inusitatæ, sed inauditæ similes phrases in Summorum Pontificum Bullis, similes Notariorum rogitis, nemo est, qui ignotet; Fortius quia factis exactissimis diligentiis in Elenchis omnium Notariorum, & Secretariorum Cameræ, non est datum illis invenire nomen, & cognomen dicti Notarii de Vicedominis, qui neque etiam describitur te-

11 peritur per *Hieron. Lunador. in Relat. Roman. Cur.*, ubi omnium illorum elenchum ponit.

Quibus omnibus attentis tali, tantaque laborare videtur impropriatate, exorbitantia, & falsitate eadem prætensa Bulla Benedicti VIII. ut neque etiam refelli mereatur, ne credatur verisimilis, juxtà notabilem animadversionem S. Athanasii sequuti à *P. Sebast. à S. Paul. in Append. ad mots jur §.11. num.86. in fin fol. mihi 43.* ibi -- *Nimis falsa non sunt refellenda ne habita fuisse credibilia videantur.*

Po-

Posita insubsistentia ejusdem prætensæ Bullæ, & corruente principali supposito assertæ Collegialitatis, per necesse corruunt omnia alia exadverso adducta, eidem- 13 que supposito innixa, juxta regulam, de qua *Rot. coram Dunoz. jun. dec. 584. n. 12. & in par. 17. rec. dec. 274. num. 11.* & apud *Prosper. de Terris separat. dec. 10. num. 33.*

Non solum autem ex premissis asserta Collegialitas nullam omnino habet in facto subsistentiam ex defectu clari privilegii Apostolici, sed neque etiam ex facultate Episcoporum, vel ex præsumptionibus, & conjecturis, quæ in aliqaibus casibus admitti solent. Non ex facultate Episcoporum, *quia Episcopus sua ordinaria authoritate non valet Ecclesiam Parochialem in Collegiatam erigere*, sunt 14 verba *Rot. in Placentina prætensæ Collegialitatis 19. Novembris 1703. §. cum enim cor. Em. Scotto*, ubi cumulantur concordantes, & alios citat, & sequitur *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 14. n. 23. & seqq.*

Quod est adeo verum, ut procedat etiamsi erectio fiat ab Episcopo cum reservatione Beneplaciti Apostolici, 15 antequam enim istud obtineatur, nulla est erectio, ut pluries à Sac. Congregatione Episc. resolutum fuisse testatur *Nicol. in Flosc. verb. Collegiata n. 1.*

Ultra quod prætensio Collegialitatis deducta ex assarta facultate Episcopi de anno 1673. ex diametro pugnare videtur cum dicta alia prætensa Collegialitate deducta ex Apostolico Indulto, uti ab eodem Episcopo petita ex mera gratia ibi -- *Rogat ut dignetur congratiare, ut valeat* 16 *præsentare, superfluum enim est hoc precibus postulare, quod jam lege permissum est*, ait *Text. in leg. unica Cod. de Thes. lib. 10.* & concordat alter *Text. in leg. Imperator ff. de priv. cred.* quos sequuntur *Gratian. discept. 617. num. 23. & Rot. in Genuen. Juris mutandi 26. Aprilis 1700. §. Non attento coram Muto* ibi -- *Frustra enim precibus impetratur, quod absque illis permissum est.*

Minus deduci potest ex præsumptionibus, & conjecturis, quæ in aliquibus casibus à Doctoribus admittuntur. Istæ enim vel nullatenus in casu nostro concurrunt, vel conquassantur ab urgentioribus ex hac parte deductis; Ultra quam non omnes præsumptiones in nostris terminis admittuntur, sed solum univocæ, urgentes, & talis naturæ, ut convenire non possint aliis simplicibus Congregationibus Beneficiatorum, vel Cappellanorum, quales non sunt omnes illę, quę exadverso adducuntur, ut beoè observat *Card. de Luc. de benefic. disc. 14. n. 7. & 8. & de* 17 *Præem. disc. 11. num. 3.* & firmavit *Rot. decis. 54. num. 7. & plurib. sequen. coram Caril. & in Placentina prætensæ Collegialitatis 19. Novembris 1703. §. Cum enim coram Card. Scoto.*

Non concurrunt in nostro casu præsumptiones urgentes, & univocæ, quia non docetur exadverso, quod in hujusmodi Ecclesia adsuerint in præteritum, vel de præsenti repertantur Canonici, qui fuerint authoritate Apostolica electi, & provisi de Canonicatu, vel eidem Ecclesiæ uti tales servitium præstiterint, & consequenter ex hac circumstantia penitus excluditur quælibet Colle- 18 gialitatis umbra, ex adductis à *Rot. in Augustana Canonicatus Provinciæ Mogun. 26. Junii 1709. §. Eoque cor. Molin.*

Non verificatur insignis structura Ecclesiæ, quæ potius talis qualitatis demonstratur ex authenticis documentis exhibitis in Summario, ut vix numerari possit inter 19 pauperes parvorum Oppidorum Parochiales.

Correspondet materiali structuræ ejusdem Ecclesiæ parvus numerus animarum Villæ, in qua reperitur, dum omnes reducuntur ad miserabilem numerum centum sexaginta trium, in quibus circumstantiis nimis impropria 20 est prætensio Collegialitatis ex adductis *in dec. 685. n. 1. cor. Cer. & in Genuen. Erectionis Collegiatæ 2. Junii 1704. §. Ac facilius coram Kaunitz* ibi -- *Fuit expositum, Oppidum fuisse conspicuum, & refertum quantitate Populi, prout requiritur ad obtinendam erectionem Collegiatæ.*

Correspondet pariter rusticitas Populi, *ejus enim Incolæ sunt ferè omnes Rustici, vineas, & campos toto anno colentes, & tanquam Conductores statutas suis temporibus pensiones solvunt, nec in dicto loco (exceptis aliquibus paucis ex nobilibus natalibus ortis, & Autumni tantùm tempore recreationis gratia degentibus) adest aliqua Persona illustris, seu civilis*: Quæ omnia non compatiuntur cum qualitate Ecclesiæ Collegiatæ, quæ non admittitur in quibuscumque Locis, nisi illa conspicua, & insignia sint, 21 *Corrad. in Prax Benefic. lib. 2. cap. 1. num. 6. & cap. 10. il primo num. 75.* ibi -- *Collegiata nunquam datur nisi in loco insigni, in Oppido satis amplo, Populi frequentia conspicuo, ac Virorum generis nobilitate fulgentium*: Quæ qualitas neque etiam in nostro casu concurrit, dum in Villa Pontis -- *Li Abitanti sono Gente povera, Contadini e qualche Artista, eccetuatone due, ò tre case de Nobili, che appena vi vengono à stare un mese dell' anno per la Villeggiatura nel mese d'Ottobre* -- ut deponunt quindecim Sacerdotes, & duodecim Personæ sæculares in Summario.

Correspondet Presbyterorum miserabilis numerus, 22 nullatenus aptus ad peragendas sacras functiones, eo quia -- *quando conviene cantar Messa in tre, è necessitato l' Arciprete conforme anno sempre usato li suoi Antecessori di pregare Sacerdoti d' altre Parochie, acciò si compiacciano di agiutarlo, il che prattica ancora in occasione di sepelire li morti ogni volta che dall' eredi del morto son chiamati più Preti*

Correspondet infelicitas situs, dum Ecclesia Paro- 23 chialis S. Stephani posita est *in quadam Villa, circumdata Montibus en parte anteriori, & distat à loco Sigestri quasi per 300. passus.*

Deest tandem sigillum, Arca, & alia signa Collegiatarum, sine quibus nunquam verificari potest propria 24 Collegialitas, licèt impropriè similes Clericorum uniones à vulgo denominari soleant Collegiatæ, ut advertit *Card. de Luc. de benef. disc. 79. n. 5.* & firmavit *Rota in Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 26. Junii 1709. §. Nec similiter cor. Molin.*

Cæterum in omnem casum dictæ generales, vagæ, & æquivocę præsumptiones conquassantur ab urgentioribus ex hac Parte deductis, quarum prima desumitur ex solemni permutationis Instrumento dato in Summario in quo approbante Leone X. inter Archiepiscopum Januensem, & Episcopum Brugnatensem anno 1519. deventum fuit ad permutationem aliquorum Locorum, & Oppidorum utriusque Diœcesis enumeratorum in Summario, quando nulla omnino mentio facta fuit dictæ prætensæ Collegialitatis, sed simpliciter expressa fuit Parochialis Ecclesia S. Stephani Pontis Sigestri; Signum evidens, quod nulla tunc temporis vigebat in eadem Ecclesia qualitas Collegialitatis, quæ absque ullo dubio expressa fuisset in Relatione tunc temporis Episcopi Sauli de eadem Ecclesia, Oppidisque permutandis facta, ju- 25 xta generaliter firmata per *Rot. in dec. 14. nu. 17. coram Ansald. & dec. 233. nu. 16. & 17. par. 16. rec.* & in nostris pręcisis terminis in *decis. 2. num. 16 en impressis in Theatr. Card. de Luc. tom. 2. lib. 12. ad mater. Legat* ibi -- *Quod non permisisset zelantissimus Antistes, si de hujusmodi Collegialitate constasset*, & egregiè *Rot. in Mediolanen. Pręposituræ 18. Junii 1696. §. Cui postremò coram Muto* ibi -- *Non continet mentionem Collegialitatis, cujus expressio, si Ecclesia in tali statu permansisset, verisimiliter non fuisset neglecta.*

Secunda desumitur ex innumeris Instrumentis ab Antecessoribus Archipresbyteris stipulatis, datisque in 26 Summario, in quibus nulla omninò fit mentio qualitatis, & denominationis Collegiatæ Ecclesię: Ex quo remanere videtur evidens, quod illa talis nunquam fuerit, juxta firmata per *Rot. dec. 469. n. 16. par. 19. rec.*

Augetur in immensum vis hujus reflexionis ex eo, quod neque etiam uti Collegiata descripta unquam fuit 27 in ipsismet Libris ejusdem Ecclesię, quæ reflexio manibus palpare facit defectum existentiæ, & denominationis Collegiatæ; Non enim in aptiori loco, neque cum meliori proprietate describi solent Ecclesiarum qualitates, quam in propriis Libris, ut de se notum est.

Agnovit efficaciam hujus stringentis reflexionis Adversarius, qui ad illam declinandam pessimo consilio eosdem libros adulterando, & vitiando, in diversis locis de recenti addidit dictam qualitatem Collegiatæ. Iste autem operandi modus nedum digito ostendit falsitatem earundem additionum, sed præjudicat omnibus aliis contrariis Scripturis, ex adductis à *Rot. Aven. decis. 33.* 28 *n. 1. & 2.* ubi refert, & sequitur illud Virgilii *Crimine ab uno disce omnes* & concordant *Farin. qu. 67. n. 151. Guaz. ad defens. reor. def. 28. cap. 13. n. 17.* ubi quod in his casibus, qui delinquit in uno, factus est omnium reus, juxta dictum B. Jacobi Apostoli, & *Rot. decis. 268. num. 10. cor. Beninc. & dec. 58. ead. num. cor. Ansald.*

Tertia, & multæ aliæ similes reflexiones desumuntur ex Litteris missivis Domini Cardinalis Moroni;

Ex Investituris bonorum stabilium Ecclesiæ Adversarii; ex multis actibus judicialibus in nostra Curia peractis; ex repetitis Visitationibus dictę Ecclesię ab omnibus Episcopis factis, egregiè *Rot.* cumulans concordantes *in dec.* 29 *147.n.17 par.10.recen.* ibi- *Adminiculantur quoque præmissa ex visitatione ejusdem Ecclesiæ facta sub die 27. Februarii 1613. in qua simpliciter appellatur Parochialis, non autem Collegiata* -- *& dec.495.n.5.cor. Merlin.* ibi -- *Tum ex pluribus visitationibus Ordinariorum, in quibus ista Ecclesia enunciatur Parochialis &c.; & hæ visitationes, ac enunciativæ, utpotè ab Episcopis emanatæ, qui de statu Beneficiorum inquirere tenentur, satis eorundem qualitatem probant, Caputaq. &c.* Ex consecratione ejusdem solemniter facta anno 1694. Ex duplici dismembratione duarum Ecclesiarum an. 1670. & 1678. facta ser. ser. ab Ecclesia S. Stephani Pontis Sigestri; Ex Synodis nostræ Civitatis, & Diœcesis coadunatis & pluries repetitis per spatium duorum seculorum, in no- 30 stris præcisis terminis *Rot. dec. 41. num. 5. coram Carill.* ibi -- *nuncupatur Parochialis, & uti talis nuncupatur in Synodis, celebratis ab Episcopis* -- Ex classicorum Historicorum testimonio, inter quos *Ughell. in Ital Sacr.*, quem pluriès suisse approbatum à Sac. Rota testatur *Ansald*, ut videre est 31 in *dec. 100. n. 9 r. coram eod & dec. 196. n. 3. & decis. 404. n. 5. par. 19 rec & in Caputaquen. Jurisdictionis 4 Maii 1708. §. Concurrunt cor Caffarel* Et demum ex communi voce, & publica fama, tum in Viciniis, quàm in tota Ditione Januensi, & quibus omnibus præcipuè simul unitis tali evidentia, tantaque claritate exclusa remanet qualitas Collegialitatis respectu Ecclesiæ Adversarii, ut nihil clarius adduci possit ad illam majori claritate demonstrandam.

Observando præcipuè quod præsumptiones, conjecturæ, & demonstrationes ex hac Parte adductæ, habent prose Juris assistentiam; Adminiculantur ex aliis proba- 32 tionibus; Et sunt in majori numero, ac sint illæ, quæ exadverso asseruntur, quibus proptereà omni juræ præferri debent ex firmatis per *Rot dec. 54 num. 20. cor. Carill.* ibi -- *In omnem autem eventum conquassantur ex contrario statu simplicis Parochialis, ex Visitationibus, & actibus, tanto tempore subsequutis, itaut ista tamquam plenior, & magis concludens probatio attendi debeat* --, *& coram Royas dec. 340. num. 9.* & apud *Card. de Luc. in Theatr. tom. 2. lib. 8. ad mater. benef. dec. 2. num. 17* ibi -- *majorem vim potiuntur, cum habeant pro se juris assistentiam exclusivam Collegialitatis* -- *& in Mediolanen. Præpositaræ 26. Novembris 1691. §. Simili coram Molin., & in citata Placentina §. Fortius quia.*

Nec credimus exadverso insistendum in provisione nostræ Ecclesiæ anno 1598. facta à fa. me. Clemente VIII.; Illius enim lectura demonstrat, talem provisionem sequutam suisse, non tanquam de prima Dignitate in Collegiata, & uti tali Apostolicæ Sedi reservata, sed 33 uti de simplici Parochiali, quod recognoscitur ex illis verbis *Pro parte R. D. Angeli Luisii Tiscorniæ Archipresbyteri Ecclesiæ Plebanæ nuncupatæ S. Stephani Pontis Segestri præsentatæ fuerant R. D. Vicario Generali Episcopi Brugnaten. Literæ Apostolicæ collationis factæ ipsi R. Angelo de prædicta Ecclesia* -- Quod evenire facilè potuit, vel quia tunc temporis Episcopus gauderet alternativa, vel ex alia reservatione, seù affectione, juxtà animadversa per *Rot in dec. 280. n. 22 cor. Bich* ibi -- *Potuit hoc procedere ex capite affectionis, resultantis ex quo Archipresbyteratus fuerat resignatus in manibus Papæ.*

34 Quod intrà evidentiæ fines ponit alia recentior subsequens provisio ejusdem Ecclesiæ anno 1662. facta à Episcopo Paggio, ubi asseritur, illam tunc vacantem collatam fuisse cuidam Dominico Andreæ Plumæ vigore alternativæ, qua gaudebat idem Episcopus, & quod magis est in eadem provisione nulla omninò fit mentio Collegialitatis, sed quatuor vicibus, quibus illa in eadem provisione describitur, semper denominatur absque tali qualitate ibi -- *Vacante Ecclesia, Archipresbyteratus nuncupata S. Stephani Pontis Sigestri* -- & ibi -- *d. Ecclesiam Archipresbyteratus S. Stephani Pontis Sigestri contulimus* -- & ibi -- *quatenus te in realem ejusdem Ecclesiæ Archipresbyteratus possessionem inducant.*

Difficilè autem est meliores, magisque concludentiores adducere probationes, quod eadem Ecclesia non fuerit, neque sit Collegiata juxtà animadversa per *Rot. dec.* 35 *147. num. 13. par. 10. recent.* ibi -- *Accedit demum collatio ejusdem Ecclesiæ facta anno 1556. 10. Maii per bo. me Card. Saracenum, tunc Archiepiscopum Materanen. tanquam Ordinarium Collatorem &c., quæ quidem Ordinarii collatio pacificè tamdiù effectuata convincit illam non esse Collegiatam, quippè foret regulariter electiva, juxtà Sac. Canonum dispositionem in cap. de Elect.* -- *& Royas dec. 340. nu. 15.* ibi -- *Demum non relevant duæ provisiones Apostolicæ cantantes de Plebania, aut de prima Dignitate in Collegiata, nam per ipsas non fuit mutatus status Parochialis &c.* -- & priùs *n. 7.* ibi -- *E converso autem concurrunt tot Provisiones Apostolicæ posteriores, datæ tanquam de Parochiali, maxime ea, in qua per concursum fuit collata ab Ordinario &c Ex quibus de Parochialitate satis constat, cum veniat deferendum Ordinario tanquam informato de statu, & qualitatibus beneficiorum suæ Diœcesis &c. Quandoquidem si habitu d. Ecclesia Collegiata extaret, certe non posset fieri concursus, prout factum fuisse constat*: *& dec. 196. n 4 & 5. par. 17. rec.* ibi -- *Ac etiam ex libera collatione istius Ecclesiæ facta ab Archiepiscopo Antecessore, quæ repugnat Ecclesiæ Collegiatæ &c. sed potiùs illam Parochialem esse concluditur.*

IN EADEM CAUSA.

INgenua illa confessio exadverso in facto Scribentis, quod Scartafaccium illud, cui exadverso gratis ubique attribuitur denominatio Bullę Benedicti VIII. *nulla sit legalitate munitum*, juncta cum simili confessione exadverso in Jure Scribentis, quod datum non sit eandem Bullam in 36 forma probanti exhibere, deservire congruè possunt pro adequata responsione adversus omnia, in contrarium deducta, quia est mera vanitas prætendere erectionem Collegiatæ vigore Scripturæ, nulla legalitatis specie munitæ, totque laborantis falsitatibus, defectibus, improprietatibus & inverisimilitudinibus expensis in nostris Scripturis, ut potiùs non solùm merũ Scartafaccium, sed de quarta generatione Scartafacciorum denominari possit, quàm authentica, & publica Bulla erectionis Collegiatæ.

Si autem *P. le Tellier ne la Defense de Nouveaux Chrestiens par. 1. in Admonit. ad Lector fol* 48. notabiliter advertit, quod *un mott, une date, une circostance la plus legere, fait quelque fois decouurir le plus grandes, & le plus dangereuses fourberies*, quid erit dicendum in nostro casu, in quo non 37 unicum verbum, non simplex Data, neque aliqua levis circumstantia, sed innumera, & innegabilia facta, formulæ, & improprietates concurrunt, falsitatem dictæ prætensæ Bullæ ad hominem demonstrantes; Itaut si in Scholis gratia exempli adducendum esset paradigma aliquod Bullæ apocriphæ, & de falso, nedum suspectæ sed suspectissimæ juxta phrasim Cardin. Sfrund. in Libro cui titulus L. R. fol. 100. cum omni fundamento adduci posset asserta Bulla Benedicti VIII. non sine mysterio mutilatè exhibita; Attento quod in illa unitim concurrunt omnes illi defectus, improprietates, & alterationes, qui, etiam separatim considerati, apti essent ad probandam illius evidentem falsitatem.

38 Quibus omnibus non valentes exadverso Scribentes cathegoricè respondere, reliqua dissimulantes, se restringunt ad duas dumtaxat ex eisdem solidis reflexionibus, falsitatem ejusdem assertæ Bullæ digito ostendentes, ad annum scilicet tertium Pontificatus Benedicti VIII. & ad additionem numeri Pontificum, qui sub earum denominatione fuerunt tales.

39 Quoad primum cum authoritate *Theodoric. Ruinarii in præfat. ad Acta Martyr. num. 9.* asserentes non sine frigidissimo errore nos prædictam primam improprietatem adnotare, eò, quia solent Scriptores nostri temporis aliqua immutare in trascriptione antiquarum Scripturarum, *ut scriptio politior videatur*; Quantum verò, nedum frigida sed gelida sit hujusmodi gratuita detorsio, de se patet, quia nullo colore attribui potest politiori scriptioni mu- 40 tario anni tertii in primum annum Pontificatus alicujus Summi Pontificis, sed talis immutatio dicitur vera, & propria falsitas, ex punctualiter animadversis per *Raynald. observ. crim. tom 2. cap. 18. nu. 130.*, ubi hanc diversitatem vocat maximam falsitatis demonstrationem, & ex firmatis per *Rotam in Lunen Sarzanen. Redditionis Rationis 14. Aprilis 1698. § Resolutionis, & 28. Novembris ejusdem anni §. Talis autem coram Card. Priolo.*

41 Ad cujus falsitatis exclusionem cum majori improprietate in Scriptura Facti cum authoritate *Card. Baronii Tom. 11. Ann anno 1012.*, ubi nil aliud facit, quàm describere Schisma eodem tempore vigens, asseritur eandem diver-

diversitatem procedere ex eo, quod Benedictus VIII. cæperit regnare solùm anno 1015. licèt creatus fuerit anno 1012. ex quo ex cujusdam Antipapæ operationibus coactus fuerit ab Urbe discedere.

Quidquid enim sit de tali expulsione, & discessu ab Urbe, ex operationibus Antipapæ, adeò curtæ potentiæ, & obscuri nominis, ut istud nec etiam adnotetur in Bullario Romano, ubi dicitur solùm: *Schisma in Ecclesia Romana. 19. inter Benedictum VIII & alium quendam Antipapam, cujus nomen ignoratur*, & concordat *Alver. nella Roma in ogni Stato t. 1. fol. 262.* ibi *Contro di lui fu creato un Antipapa, del quale non si sa il nome*; Hoc unum est indubitatum, quod illi Summi Pontifices, qui Ecclesiam tempore Schismatum regunt, & gubernarunt, nulla habita ratione illorum, qui electi fuerunt in Antipapas apposuerunt in eorum Bullis datas, correspondentes tempori eorum creationis, non verò tempori cessationis Schismatis, quod sola aperitione Bullarii manibus palpatur; Et contrarium prætendere idem est, ac viam sternere illi falsissimæ opinioni, quod veri Summi Pontifices, viventibus Antipapis, & Schismaticis, Romanam Ecclesiam non gubernaverint, quod est adeo falsum, adeoque inauditum, ut neque responsione mereatur, ne credatur verisimile, juxta nobilem animadversionem S. Athanasii, sequuti à *P. Sebastiano à S. Paulo in addit. ad Molin. jun.* de quo supra.

Quo verò ad secundam contrariam reflexionem, illa ejusdem prorsùs insubsistentiæ est, respiciens additionem numeri octavi, qui legitur in dicta prætensa Bulla cum supposito, quod tempore dicti Summi Pontificis Benedi- 44 cti VIII. *Nullo legali medio probetur, stylum hunc eo tempore consuevisse servari, non apponendi numerum Summor. Pontificum, prout hodie servatur*, juxta verba contrariæ Scripturæ Juria. Sola enim revolutio, & aperitio Bullarii Romani appositum evidenter demonstrat; Inter illos siquidem Summos Pontifices, quorum Constitutiones impressas habemus in dicto Bullario Romano, ante Benedictum VIII. primus est Joannes XV. in cujus unica Constitutione, edita anno 993. hæc leguntur: *Joannes Episcopus Servus &c.* Inter sequentes verò primus est Leo IX. cujus prima Constitutio incipit: *Leo Episcopus Servus Servorum &c.* Difficile proinde erit majorem hujus veritatis adducere probationem, quod tempore Pontificis Benedicti XIII. non erant soliti Summi Pontifices addere eorum nominibus numerum, quem tenebant inter alios Pontifices ejusdem nominis.

Ex quibus, & aliis in nostris Scripturis latè expensis, probata evidenter dicitur falsitas dictæ prætensæ Bullæ erectionis Collegiatæ, si non ad effectus criminales, circa quos non insistimus ex illa solemni protestatione, quam præmisimus in *Epistola ad Lectorem nostrarum Institutionum Criminalium*, his verbis; *Neque ab ulla exercitatione magis animus noster, & professio, quàm à Causis criminalibus sit aliena*, saltem ad hoc, ut eadem afferta Bulla nullam faciat fidem, juxta distinctionem Principis Crimi- 45 nalistarum *Farin. quæst. 62. n. 56.* quem sequuntur citati à *Noguerol. allegat. 12. nu. 13.* ubi quod duo gradus falsitatis in Scripturis suspectis à Doctoribus considerantur, unus ut puniatur criminaliter illas falsificans, alter verò, ut nulla eisdem Scripturis præstetur fides.

Poni proinde possunt ad partes omnia ea, quæ adducta exadverso fuerunt ad probãdam eandem erectionem Collegiatæ ex præsumptionibus, & conjecturis; Uno siquidem ore, & uniformi calamo ab omnibus DD. recepta in hac parte est, & communiter approbata theorica *Innoc. in cap. dudum de decim.* quod scilicet detecta infe- 46 ctione, seu falsitate tituli, in judicium deducti ad probandam intentionem Collitigantis, juxta præcisos terminos nostræ controversiæ, corruunt omnes sequentes actus, omnisque subsequens observantia, uti dependentes à titulo vitioso, & infecto, ut videre est apud *Capyc. Latr. consult. 2. n. 21. & Capobl. de Baron. tom. 2. c. 7. Praag. 11. n. 46.* egregiè *Card. de Luc.* loquens in terminis productionis, & exhibitionis similis Bullæ Bonif. IX. *In tract. de præem.* 47 *disc. 2. n. 17.* ibi -- *Verùm insuperabilis difficultas resultabat ex dicta nova erectione concessa per Bonifacium IX. qua hæc pars imprudenter, & cum parum sano consilio uti professa est pro suæ prætensionis titulo, cujus infectione detecta, corruit quæcumque longeva possessio, vel observantia, tanquam ex titulo vitioso, inductivo malæ fidei, ac destructivo tituli melioris*, quam opinionem perpetuò sequuta fuit, & quotidie sequitur *Rot.* ut videre est apud *Cerr. dec. 227. n. 17 & 18. & dec. 262. n. 6. & in par. 10. rec. dec. 336. n. 30 & in Frisigen. Juris deputandi Curatos 24 Martii 1716. §. Adhuc tamen co. Ansald.* impressa apud *Farguan de Jurepat. tom. 1. fol. 220.*

Et tamen particulariter in nostris Scripturis demonstravimus insubsistentiam omnium illarum præsumptio- 48 num, quæ exadverso exagerantur ad probandam dictam erectionem prætensæ Collegiatæ.

Signanter verò in nulla prorsus consideratione habentur ad nostrum effectum contrariæ illæ reflexiones, quod in Ecclesia, de qua disputamus, adsint Archipresbyter, uti caput, & alii, tanquam Canonici, qui de illius fructibus participant, & aliquando in præteritum in unum corpus congregati fuerant; Omnia enim ista nullatenus operantur, ut Ecclesia illa, ubi hæc probantur sequuta, & sæpè ad praxim redacta, dici possit Collegiata, ea ratione, quia referri possunt, & debent ad simplicem Congregationem Presbyterorum, egregiè *Add. ad Ludovis.* 49 *dec. 482. litt. C.* ibi: *Advertendum est, quod Ecclesia non dicitur Collegiata ex eo solùm, quod adsint in illa plures Beneficiati, qui soleant facere Congregationem; Quia possunt ibi esse uti singuli, non uti universi, & dicuntur facere non unum Collegium, sed Congregationem &c. Sicuti nec etiam Ecclesia dicitur Collegiata, etiamsi in ea adsit unus per modum Capitis, & fructus communiter percipiantur, & dividantur; Ista enim possunt convenire etiam simplici Congregationi &c. Non etiam probatur Ecclesia Collegiata per communem reputationem, & famam, cùm ista materia habeat certas probationes*: Circa quas indubitatas conclusiones concordant Authores illi, quos referunt, & sequuntur *Gonzal. ad reg.* 50 *8. Cancell. gloss. 19. n. 15. & 16. Rot. apud Achill. de Graf. dec. 10. n. 3. de Præbend. & dec. 673. n. 2. par. 1. rec.*

Quæ, & alia supra latè expensa, ad ostendendam insubsistentiam omnium particularium actuum, exadverso exageratorum ad probandam prætensam electionem Collegiatæ Ecclesiæ, de qua disputamus, dicta sint ad solius materiæ ornatum, quia ad nostrum effectum sola exhibitio tituli talis prætensæ erectionis evidentar falsi pro affirmativa nostri dubii resolutione videtur superabundare, ea viva ratione, cui nunquam dari poterit congrua responsio, quia quando non exhibetur particularis titulus; tunc attento magno temporis lapsu, cum omni legali fundamento præsumendus est validus, & legitimus titulus; Imo corruente consuetudine centenaria, & etiam longioris temporis, tunc non solum præsumi potest titulus melior de mundo, magisque proficuus; juxta communem Doctorum opinionem, de qua *Rota dec. 22. n. 4. par. 8 & dec.* 51 *320. n. 2. par. 16. & dec. 671. n. 16. par. 18. rec.* sed in dictis circumstantiis præsumenda sunt non solum mille Privilegia, quatenus necessaria sint, sed habens pro se talem antiquam, antiquissimam, & immemorabilem consuetudinem dicitur habere totum id, quod Imperator, & Papa possunt per viam Gratiæ, vel Justitiæ concedere, juxta phrasim *Sac. Rot. in Tranen. Præeminent. super reservatis 19. Novembris 1717. §. Alterum verò, & §. Immemorabilis coram Ansald.*

Cæterum postquam exhibitus fuit particularis, & præcisus titulus, à quo ortum habuerunt, & progressum recognoscunt subsequentes actus, tunc cessat in radice præsumptio cujuscumque alterius validi, & legalis tituli, & sat est ostendere insubsistentiam tituli exhibiti, illoque 52 corruente, nullum omnino fundamentum fieri potest in actibus consecutivis, etiamsi probarentur effectuati per mille annos, ex authoritatibus supra citatis, quibus addimus alias sequutas à *Rot. dec. 40. n. 16. cor. Priol. & dec. 30.* 53 *num. 34. cor. Ansald. & dec. 1237. n. 8. cor. Emer. jun. & dec. 334. n. 9. par. 18. rec.*

Ex quibus hoc dari solet æquè legale, ac sanum consilium à DD., sequutis à *Card. de Luca de Præem. disc. 2. nu. 17.* ut in circumstantiis consuetudinis longi, & lon- 54 gissimi temporis, & multo magis immemorabilis, nunquam adducatur, & specificetur præcisus, & particolaris titulus, sed insistatur in magna vi, & majori efficacia antiquæ, centenariæ, & immemorabilis consuetudinis.

Die 14. Aprilis 1725. proposita Causa in Congregatione Concilii sub dubio, *An constet de Collegialitate Ecclesiæ S. Stephani Pontis Sigestri* responsum fuit *negativè*, cum addito, ut Causa amplius non proponeretur.

DISCEPTATIO XXVII.

Hildesimen. Juris eligendi

PRO

Bernardo Goeken Priore Generali Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis Uvuindesimensis

CUM

Priorissa, & Monialibus S. Crucis in Dorstade

ARGUMENTUM.

Confessarius Monialium, cui commissa est Cura etiam quoad temporalia Monasterii Monialium, an eligi debeat à Superiore regulari, cui subsunt Moniales, vel potiùs ab ipsis Monialibus.

RECtoratus Monasterii S. Crucis in Dorstadt Diœcesis Hildesimen. vacavit anno 1721. per obitum P. Pancratii Bentler, statimque orta fuit controversia inter Bernardum Goeken Abbatem, seu Priorem generalem Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis Vvindesimensis, & Priorissam, & Moniales dicti Monasterii S. Crucis in Dorstadt ejusdem Congregationis, eamdemque Regulam profitentes super jure eligendi, seu nominandi, & præsentandi Religiosum d. Ordinis prò Officio Rectoratus hujusmodi, seù Confessarii ejusdem Monasterii, quod jus sibi asserere contendebant Moniales, prorsus oblitæ dispositionis Regulæ ejusdem Congregationis, quam observandam suscipiunt, & cui Jurisjurandi Religione sese adstringunt in actu Professionis, in ea namque expresse sancitum legitur, tale jus electionis scilicet, seu deputationis Rectorum Sanctimonialium pleno jure spectare ad Capitulum Generale, vel Priorem generalem, ut plenè probatum fuit in aliis Scripturis impressisque *in tom. 5. 2. part. discept.* 23. Verùm quia in mox dicta Congregatione, sano, ac prudenti consilio dilata fuit resolutio, ut audiretur Informatio, & Votum Reverendissimi Nuntii Apostolici, existentis ad tractum Rheni, cui etiam tributa fuit facultas conficiendi Processum compulsorialem, juxtà Instructionem, transmissam prò majori, ac meliori facti notitia, & elucidatione: Ideo his omnibus jam peractis, cum hodiè Causa reproponatur, respondendum videtur, Jus eligendi Rectorem, seu Præpositum dicti Monasterii Dordastiensis liberè spectare ad P. Generalem.

Ut autem faciliùs voti compotes efficiamur, fas nobis sit ad memoriam revocare, controversiæ hujus definitionem ab eo dumtaxat pendere, num scilicet præcipuum munus Rectoris, sivè Præpositi, de cujus electione agitur, versetur quoad curam, & directionem spiritualem Monialium, nimirum in excipiendo illarum confessiones, easque dirigendo in viam salutis æternæ; Nam tunc non ambigitur, electionem spectare ad P. Generalem, ut clarè, & apertè præcipit Regula Ordinis; Cum itaque pro habenda certa notitia qualitatis d. Rectoris, seù Præpositi eligendi, ejusque muneris; Sacra Congregatio sub die 18. Decembris 1722. opportunum duxerit exquirere Informationem Reverendissimi Nuncii, quæ cùm in proposito ità perspicuè loquatur. *Rispetto al primo rendendosi incontrovertibile da più, e diversi atti, prodotti hinc indè, che l'esercizio della Carica di Preposito abbracci tanto l'amministrazione temporale, che spirituale; E' indubitato, che questa, e non l'altro di sua natura debba precedere, e prevalere, posto dunque, che nel Preposito Drostadiense debba considerarsi per primaria qualità l'amministrazione spirituale &c.* id profectò Nobis exuberaret prò victoria causæ, & declaratione pertinentiæ Juris eligendi ad P. Generalem, cùm ampliùs dubitari non possit, quin præcipuum munus jam dicti Rectoris eligendi versetur quoad curam, & directionem spiritualem Monialium eo ipso, quod ità præclarè testatur, & concludit Reverendissimus Nuntius in dicta sua Relatione de mandato Sacræ Congregationis edita, cui omninò deferendum esse tradunt *Fagn. in cap. postulasti num. 14 & 15. de Jurepatronat. Bertachin. vot. decis. 100. num. 16 Rot. in rec. decis. 234. num. 16. p. 16. & decis. 460 num. 9. & 10 part. 18. tom. 2., & coram Dunoz Jun. dec. 122 num. 5., & seq. & coram Ansaldo dec. 14. num. 17., & Placen., seu Luceorien. Matrimonii 13. Maii 1695. §. Minor coram clar. mem. Card. Caprara, & in Bituntina Jurispatronatus 20. Novembris 1705. §. Nec dicti coram clar. mem Card. Priolo, & in Tranen. Præeminentiarum super Reservatis 3. Junii 1715. §. Emunciativæ coram Card. Scotto*; Et rectè quidem, ille enim ratione Officii, seu Ministerii præsumitur optimè instructus, & informatus de juribus, & qualitatibus Personarum, & Locorum ejus Jurisdictioni subjectorum, & nonnisi cum matura deliberatione, & rei perquisitione hujusmodi Relationem edidisse censetur, ut dixit *Rota dec. 125. num 4. post Vivian. de Jurepatr. & in recent. decis. 724 sub num. 3 part. 3., & decis. 397. num. 5. part. 13., & decis. 584. num. 4. part. 14 & coram Ansald. dec. 54. num. 1 & seqq.*

Licèt autem hæc sola Relatio, tanquam de mandato hujus Sacræ Congregationis, auditis Partibus in faciem Loci per Auditorem dicti Reverendissimi Nuntii Apostolici, ac examinatis juribus edita, tantæ auctoritatis sit, ex suprà notatis, ut vincat omnes alias probationes, & contraria argumenta silere faciat: Nihilominus assumptum nostrum pleniùs comprobamus, nedùm testibus, omni exceptione majoribus; Verùm etiam documentis in Processu compulsoriali productis; Et primo loco asserimus clarum æquè, ac in dubium testimonium Episcopi Rhodiopolitani Suffraganei, & Vicarii Generalis Hildesimensis, qui in ejus Attestatione expresse testatur. *Quod Præpositorum Sanctimonialium hujus Diœceseos, & in specie, ac in individuo Monasterii Dorstadiensis præcipuum munus, Officium, Jurisdictio, & Ministerium sit, & ad ipsos, seù ipsum primario pertineat audire confessiones Monialium, necnon illis principaliter, & primariè existat Rector Spiritualis, seù Præpositus, & Confessarius.* At verò si Attestatio hujusmodi plurimi facienda esset ob solam qualitatem Episcopalem, qua deponens præfulget *Gloss. in cap. Monachus verb. Compendia 77. distinct. Cravett. cons. 267. num 2. Paris. cons. 57. num. 50. lib. 1. Menoch cons. 92. num. 89. Rocc. disput. Jur. select. 177. num. 10. Capye Latr. decis. 12. num. 14. & seqq. Rot. in rec. decis. 630. num. 2 part. 3* Quantò magis attendenda erit in casu nostro, dum qualitati Episcopali accedit illa Vicarii generalis Hildesin, in cujus Diœcesi situm est Monasterium, de quo agitur, id enim efficit respectu deponentis, locum sibi vindicare præsumptionem illam, qua ipse plenè instructus censetur de juribus, & qualitatibus dicti Monasterii, undè Majorem vim, & efficaciam desumit ejus Attestatio, ad tradita per *Fagnan. in d. cap. Postulasti num. 14 & 15. de Jurepatron. Card. Petra ad Constitut. Apostol tom. 3 ad Constit. 7. Innocentii IV. sect. 2 num 34. Rota in rec. decis. 456. num. 4. & 5 part. 18. & in Sutrina Præcedentiæ 19. Februarii 1714. §. Collimant cor. Crispo.*

Neque dicta Attestatio enervis reddita dici potest ex eo, quod idem Episcopus, & Vicarius contrarium asserere studuerit sub involucro verborum ad instantiam Monialium. Nam in concursu duarum inter se discrepantium depositionum, ab eodem Teste emissarum, regula est communi omnium Doctorum, ac Tribunalium consensu recepta, quod semper priori sit standum, posthabita, & neglecta secunda ad *Text. in cap. Cum in tua de Testib.*, ibique *Abb num. 9. & Felin. num. 4. Boss. tract. var. in titul. de Opposit. contr. Test. num. 5. Alciat. de Præsumpt. regul. 2. præsumpt. 29. num. 6.*, ubi respondet rationibus contrariis, *& num. 7.*, ubi testatur de communi *Gabriel lib. 7. conclus. 27. num. 14 & concl. 29. num. 1. vers. Contrarium* ubi, aliis relatis, testatur de communi *Menoch. Arbitrar lib secundo cas. 108 num. nono & decimo* ibi, *Sed dubium in eo versatur, an priori Testimonio, vel secundo adhibenda fides sit: magis recepta opinio est, esse credendum priori Testimonio ad commodum illius Partis, pro qua prolatum fuit*, cum aliis multis, allegatis per *Farinacc. de Testib q. 66. num. 124 & seq.* & respondit *Rota in rec. dec. 86 n. 26. & dec. 317. n 6 par. 12. & dec. 109. n. 15. & 19. par 17. & dec. 53 num. 14 par. 18 & dec. 35. num. 1. & seqq. post Card. Alexi. de Inconstant. in Judic.* Certiùs verò, quando, ut in hypothesi, testis non est sibi ipsi varius, & contrarius, vel incontinenti, vel saltem in eodem examine, sed ex intervallo, & diversis temporibus,

ribus, ut firmat, contrariis reprobatis *Faria loco mox cit. n.* 7 127. ubi concludit -- *Verum quidquid præfati contradicant DD. Tu nullo pacto recedas à proposita regula tanquam communiori, & veriori &c. Nec obstet præcipuè Text. in d. leg. Qui falsò, aut variè ff. de Testib. quia loquitur ille Textus in Teste sibi ipsi vario, & contrario, vel incontinenti, vel saltem in eodem examine, Nos verò loquimur in Teste, sibi contradicente ex intervallo &c. & isti sunt proprii termini propositæ regulæ* -- & ratio expressè colligitur ex Textu in celebri *cap sicut. Nobis de Testib.* ubi dicitur, ad infringendam fidem Testimonii, necessarium esse alios, non eo-8 sdem adduci Testes, ut tradunt ibidem *Panormitan. & Felin. n. 4.* & optimè *Covarruv. variar. resolut lib. 2. cap. 13. n. 8. § Cæterum vers. deinde*, ibi -- *Deindè primam responsionem non posse tolli per secundam ex intervallo ab eodem Teste, etiam jurato propositam, constat ex ratione Text. celebris in cap. sicut nobis, cui difficillimè respondebitur, cùm ad infringendam fidem Testimonii necessarium sit alios, non eosdem Testes produci, siquidem ratio illius decisionis elegans est, atque ideo primum Testimonium validum esse, nec per secundum tolli existimavit Panormitan. &c.* -- *Menoch. de Arbitrar. d. lib. 2. cap.* 108. *num.* 10. Quæ sanè regulæ eò fortius locum sibi vindicant in hypothesi, quià prima depositio est adminiculata pluribus conjecturis, & præsumptionibus, ut inferius plenè demonstrabimus, ut benè ad rem nostram tradunt *Felin. in d. cap. Cum in fine* 9 *de Testib. Roman. cons 505. col. 2. Roland cons. 40. num. 13. & cons. 73. num. 34. lib. 1. Menoch. de Arbitrar. d. cas. 108. num. 24.* ibi -- *Nam tunc potius fides adhibenda est primo Testimonio, pro quo conjecturæ ipsæ militant* --.

Et sanè primæ Attestationi d. Episcopi consonat depositio Commissarij, & Prioris ad S. Joannem Baptistam in Aquisgrano Congregationis Vindesemensis, qui cùm fuerit Convisitator, de proprio facto, & experientia sic deponit. *Quod ultrà quod clarè docent Constitutiones nostræ Vindesimenses, ex praxi quoque, & proprio experientia didicerim, quia Convisitator ab olim Canonissarum Dorstadiensium &c. earundem PP. Rectores, sive Præpositos non aliter considerandos, neque a Nobis consideratos fuisse, quàm uti Primario Confessarios ordinarios, & Directores Spirituales, atque sub, & super illo munere potissimum in scrutinio examinatos*. Non absimile est Testimonium, tùm Commissarii Belgij, qui pariter testatur de propria experientia, & quidem per longum, ac considerabile tempus annorum 25. quibus Comitiis generalibus, & provincialibus interfuit tum Præpositi Monialium Congregationis nostræ in Eiuingen. propè Drostadt, itidem testantis, Præpositos, seù Rectores Monialium ex vi eorum Officii esse Confessarios Ordinarios, & ad eos primò spectare audire confessiones, & Moniales in Spiritualibus dirigere; Tùm deinque Præpositi Voltingerodensis Ordinis Cisterciensis Diœcesis Hildesimensis, idem ex longo annorum cursu, & experientia deponentis. Quapropter ob istiusmodi probationem, ex Testibus adeo qualificatis desumptam, jàm non est quid magis desiderandum videatur, ut jus prædictum, electionis nempe Confessarii spectet ad P. Generalem; Fides enim ipsis præmaximè comparatur, tum à causa scientiæ, quam adducunt, eam namque plerique eorum hauserunt ab Officio per ipsos exercito *Rot. coràm Buratt. decis. 471. num. 7. & ad ornat. Card. de Luca lib. 7. dec. 25. n. 11., & lib. 14.* 10 *decis. 2. num. 24.*, Quàm ab ipsorum qualitate, cùm agatur de Testibus Sacerdotibus, & Religiosis æquè infor-11 matis, ac qualificatis *Rota coràm Seraph in decis. 1128. num. 1., & decis. 1166. num. 1., & post Zuff. de legitim. Process. decis. 84. num. 2 & 12 & coram Emerix Jun. dec. 262. num. 13. & 14. & in rec. decis 69 num. 27. & decis. 855. num. 3 & part. 18. & decis 259. num. 8 part. 19.*

Gravissima profectò hæc sunt, sed non minora supersunt, quibus prædictum jus electionis competere tantùm Pater Abbati Generali unanimi tot integræ fidei Virorum testimonio probatum, ac judicio, & testimonio Reverendissimi Nuncii agnitum, ac confirmatum, firmiùs adhùc constabiliamus; ex Litteris nempè patentibus anno 1683. expeditis favore Patris Joannis Bentler, & productis ad instantiam earumdem Monialium in Processu compulsoriali, quæ sunt diversæ ab illis exhibitis in Summario Partis, ubi in fine legitur -- *Confirmamus* -- hic enim habetur verbum -- *Conferimus* -- Quod importat liberum jus, & facultatem conferendi, ut ex *cap final. de Offic. Vicar. in 6.* notant *Gemintan. ibidem num. 4* cæterique Scribentes, & *cap. Relatum, ubi Abb. num. 4 de Præbend. Gloss verb. non possit* 12 *in cap 1. de Institut. in 6 Gonzal ad Regul. 8. Cancellar § 4. in proœm. num 53. Lotter de Re benefic lib. 2. quæst. 2. num. 16. Vivian. de Jurepatr part. 2 lib. 5. cap. 2. num 95.* & longè differt à verbo Confirmamus, quod est minus ex *Gloss. in d. cap final de Offic. Vicar in 6. verb Non possunt Lotter de Re benefic d quæst. 2. num. 15. & seqq.* & ex notatis per *Caluin. Lexicon. Jur. lit C. verb. Confirmatio dicitur, conferre enim est quid Jurisdictionis Garz. de Benefic. part 4 cap. 1. num. 3. & Paris. de Resignat lib. 7. quæst. 21. num. 12.*

Idque plenè comprobatur ex aliis Literis patentibus, concessis à P. Generali anno 1717. Pancratio Bentler super illius deputatione in Præpositum, & productis pariter in citato Processu compulsoriali ad instantiam Monialium. Quibus sanè Literis, deputationem ad certum Officium, seù Ministerium, ejusque qualitatem benè probari firmat *Rota coràm Royas dec. 348. num. 4. & decis.* 13 *351. num. 3. & in rec. decis. 385. num. 2. part. 5. & decis. 225. num 9 part. 7. & decis. 155 num 2. part. 21.* Adeout eum in illis deputatio in Præpositum facta legatur per verbum *Constituimus*, non autem per verbum *Instituimus*, ut legebatur in Literis exhibitis in præterito Summario Partis, exindè non minus clarè evincatur diversitas dictarum Literarum nuper productarum ab illis priùs exhibitis ex parte earumdem Monialium, quàmquod non sola institutio, sed libera collatio ad P. Generalem pleno jure pertineat, cum verbum *constituere* idem importet, ac create ad *Text. in leg. 1 § Hoc autem ff. de Carbonian. E-* 14 *dict. Calvin. Lexicon. Jur lit. C. verb. Constitui in dignitate, quod sit idem, ac poni, & verb. Constituere possunt*, quod hoc de iis verificetur, qui liberum habent administrandi jus.

His accedit testimonium, ac declaratio moderni Patris Generalis circà facultatem excipiendi Monialium confessiones ideo concessam P. Aniano Kesting à Parte Adversa intruso in possessione controversi Rectoratus, nè eædem Moniales remanerent destitutæ quocumque Confessario. Ex hoc enim sequitur nobis favere observantiam, & ultimum statum, præcipuè semper considerandum, maximè prò arguenda natura, & qualitate rei, ut clarè disponitur in *cap Cum Ecclesia Sutrina de* 15 *Caus. possession. & proprietat.* & in famigerato *cap. Consultationibus de Jurepatronat. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 34. num. 20. & 21. Marescott variar. resol. lib. 1. cap. 55. per tot. Rot. in rec. decis. 329. num 4 part. 16. & decis. 225. num. 14 part. 19.* In quibus proindè terminis ferendum minimè est, quod nulla urgente nova, & justa causa, Moniales hanc consuetudinem, semper in earum Monasterio observatam, intervertere moliantur *Passeria. in 6. Decre-* 16 *tal. part. 2. in cap. Consuetudinem de Cleric. non resident. fol. 40.* præsertim cùm agatur de observantia ultima, quæ sola sufficeret, & vinceret quamcumque contrariam remotiorem, si quæ favore Monialium allegabilis esset 17 *Bartol in leg. De quibus n. 16 ff. de Legib. Capyc. Latr. consult. 70. n. 358 tom. 1. Rabr. de Validitat. legat cap 43. n 13 Bonden. collect legal. tom. 2. collect. 38. n. 124. Rota coram Burat. dec. 647. n. 17. & coràm Duran. dec. 36. n. 38. & coràm Merlin. decis. 40 num 2. & coràm Royas decis. 279. num. 13. & coràm Ottobon. decis. 26. num. 11.*

Sed cur in re non dubia argumentis utimur non necessariis? Habemus enim probationem omnium meliorem resultantem, videlicet ex confessione earumdem Monialium, quæ ut apparet ex Processu compulsoriali factæ sunt, Socios, vel Sacellanos Monasterii Monialium Dorstadt esse in Spiritualibus, & quoad munus audiendi confessiones Adiutores, seù Coadiutores Præpositi, ut in Literis approbatoriis Episcopi Rodiopolitani Suffraganei, & Vicarii Generalis Hildesimensis registratis in d. Processu compulsoriali & ab ipsis Monialibus productis -- ibi -- *P. Aniano Sacellano in Dorstadt, & in Monasterio Virginum Canonissarum in Dorstadt deputato Coadiutori in Spiritualibus* -- Nec non in aliis Literis testimonialibus Theodori Zeppenfeldt, Prioris in Hamsberleben, pariter à Monialibus exhibitis in dicto Processu compulsoriali ubi loquendo de Præposito Monasterii Monialium S. Crucis Dorstadt sic habetur -- *Quoad Spiritualia autem à duobus PP. Sociis; tàm quoad Confessiones Sanctimonialium audiendas, quàm Sacris in Ecclesia peragendis, adiuvatur* -- Ex hoc enim evidens, & plu-

apertum redditur, easdem Moniales rectè agnovisse, munus Confessarii principaliter residere apud ipsum Præpositum, seù Rectorem, dùm fatendo illum in hoc munere habere alios Coadjutores, necessariò fateri etiam videntur, ipsum esse verum, proprium, & principalem Confessarium, nam Coadjutores non dantur nisi in supplementum, & tanquam merè accessorii habent relationem ad Principalem, cujus existentiam supponunt, & naturam sequuntur, juxtam regulam *Text. in cap. Accessorium de Regul. Jur. in 6. Rot. coram Mant. dec. 105. num. 5 & coram Ubag. decis. 3. num. 23. & coram Merlin. decis. 31. num. 3. & in recent. decis. 330. num. 32. part. 5. tom. 1. & decis. 93. num. 81. part. 16.* Idemque judicium de utroque ferendum ait *Rota in rec. decis. 97 num. 3. part. 2.* Adeo ut quemadmodum Coadjutores, supplendo vices Rectoris, exercent munus Confessarii, ita & multo magis dicendum sit, illud exerceri posse per ipsum Rectorem, cujus vices illi supplent, alioquin dicendum esset membra, seù Socios differre à suo Principali, quod tanquam absurdum, & improprium improbat *Card. de Luc. de Benefic. disc. 63. num. 11.*, *& Rota coram Ludovisio decis. 370. num. 9 & coram Priol. decis. 195. num. 10. & coram Benincasa dec. 323. num. 4.* ibi. *Cùm improprium sit membrum à suo capite differre.* Cum aliis citatis *in Tom. 3. p. 1. discept. 5. num. 37.*

18 19

Rectè itaque in casu nostro natura, & qualitas Officii Rectoris declarata remanet ex officio, & qualitate Coadjutorum, qui illi dantur; neque id mirum videri debet, quia novum non est, quod quandoq; etiam Accessorium declaret naturam sui Principalis, ex notatis per *Bald. in leg. Eam quam num. 36. ff. de Fideicomm. Becc. cons. 38. num 50. Curt. jun. cons. 3 colum. 2. post tract. Feudor. Abb. cons. 273. num. 3. ubi Addit. lit. A. Castill. Quotid. contr. lib. 5 cap. 168. num. 20. Surd. decis. 322. num 60.* Quinimmò ex hoc, tanquam ex necessario antecedenti, sequitur, munus Confessarii primariò, & principaliter spectare ad ipsum Rectorem, qui de facto dicitur Rector Ecclesiæ, & Monialium, curam illarum spiritualem gerit, earumque conscientias dirigit, ac ipsas in vitæ Regularis perfectione confirmat, omniaque exercet, ad animarum curam, & salutem pertinentia, unde etiam est, quod promiscuè vocatur Rector, Prior, Præpositus, Pastor Monialium, ut liquet ex particula Decreti Capituli Generalis Vindesimensis anno 1677. exarati.

20

Cùm igitur hæc omnia univocè colliment ad constabiliendum bonum Jus Patris Generalis, parvi refert, quod dictus Rector, seù Præpositus Monialium habeat etiam administrationem Bonorum temporalium, & redditum Monasterii, prout ex Juribus exadverso dandis; Nam præmissis certissimis illis Juris regulis, quibus edocemur, denominationem alicujus rei debere fieri ab ea qualitate, quæ potentior est, *Thabor axiom. Jur. lib. 15. cap. 4. axiom. prima, Rocc. disput. Jur select. cap. 164 num. 13 Gratian. discept. forens cap. 148. num. 6. Reynos. observ. 8. num. 11. & seqq. Pannuoll. in annot. ad decis. 9. annot. 4. num. 11. & 12*, Idque etiamsi ex pluribus qualitatibus diversus, & omnino separatus effectus resultaret, nam dignior, & potior qualitas semper est attendenda, *Fagnan. in cap. Cùm Antigonus num. 59 de Pact. Gonzal. ad Regul. Cancellar. gloss. 18. num. 15. & seqq. Lotter. de Re Benefic lib. 2. quæst. 10. num. 67. Thabor. Axiomat. Jur. lib. 15. cap. 4 axiomat. primo, Rocc. disp. Jur. selecl. cap. 164. num. 17. & 18 Rota coram Cavaler. decis. 547. num. 2.* Indè facilè evincitur, administrationem rerum temporalium minimè efficere, quin Rector prædictus censeri debeat principaliter Confessarius, cùm in concursu utriusque administrationis, spiritualis scilicet, & temporalis, posterior hæc considerari non possit, nisi tanquam merè accessoria, & secundaria, ut denominatur in præfatis Attestationibus, & consequenter prævalere nequit administrationi rerum spiritualium, quanto enim anima est nobilior corpore, tanto spiritualia præcellunt, & sunt longè digniora temporalibus, imò qualitas spiritualitatis attrahit, & absorbet qualitatem temporalitatis, ad *Text in cap. Quod dubiis de Consecrat. Eccles. vel Altar. & in leg. Sancimus Cod. de Sacros. Eccles.*, *Sperell. decis. 133. num. 11. Rota coram Merlin. decis. 903. num. 10.*; Unde Christus Dominus apud *Matth. cap. 6.* loquendo de temporalibus dixit. *Hæc omnia adjicientur vobis*, quod adjectivè dixit, cùm temporalia sint accessoria ad spiritualia, ut benè advertit *Rub. in annot. secundæ part. ad decis. 2 num. 23. part. 3. recent.*; & quod reverà administratio temporalis quoad Rectores Monialium, in casu nostro sit merè accessoria, & secundaria, certò certiùs suadent particularia Statuta Ordinis, seù Congregationis nostræ Vindesimensis, scripta idiomate Germanico, quæ in latinum traducta de Sanctimonialium Rectoribus sic loquuntur. *Cùm rebus externis nihil plus agere habeant, quàm eis à Commissariis commissum &c.*, & conferunt etiam Constitutiones latinæ ejusdem Congregationis, in quibus sub titulo de Rectoribus Sanctimonialium ita loquuntur. *Externarum rerum administrationem non habeant, nisi quantum sibi à Commissariis commissum fuerit*, quibus consonant Decreta Capitulorum Generalium relata in Summario; Si enim juxta Constitutiones, & Decreta prædicta, administratio rerum temporalium Rectori non competit, nisi ea peculiari commissione, & licentia Superiorum, consequens est, ut illa non sit principaliter annexa Officio Rectoris, sed tantùm per accidens quatenus concurrat licentia Superioris, hæc enim est natura gratiæ, per quam alicui licet, quod priùs non licebat, ad *Text. in cap Licet 18. de Regularib. leg. ult. Cod. de Jur. emphyt.*, *Fagnan. in cap. Non amplius de Instit. num. 64. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 33 num. 88. Rot. dec. 144. num. 7. part. prima rec. & coram Othob. dec. 117. num. 10.* Undè rectè definitur, ut sit collatio libertatis, concessæ ei, qui eam non habet ex se ipso, ut hisce verbis tradunt *Bald. cons. 290. sub num. 6 vers. Adverte attenta natura*, *Lotter. ubi supra num. 8.* & consequenter perspicuè demonstrat administrationem prædictam Rectori ex se, & principaliter non competere.

21 22 23 24 25 26

Hinc clarè sequitur, electionem Rectoris, seù Præpositi absque dubio spectare ad Capitulum Generale, seù ad Patrem Abbatem Generalem, ex clara dispositione Constitutionum Ordinis, confirmata, tùm generali observantia respectu omnium Monasteriorum Sanctimonialium dicti Ordinis, tùm speciali, respectu Monasterii, de quo agitur; Quæ quidem observantia plenè justificata fuit in Summario. Modò autem superaddimus particulam Statutorum, seù Constitutionum Canonissarum Regularium Ordinis Sancti Augustini Congregationis Vindesimensis ex idiomate Germanico, in latinum translatam, & exhibitam in Processu compulsoriali à Procuratore ipsarum Monialium, in qua ita legitur. *Capitulum generale, vel Commissarii ponunt Rectores, & eorum socios*, quæ verba non important solam institutionem, idest confirmationem, ut exadverso in præterita propositione prætendebatur, adducendo hanc ipsam particulam Constitutionum Monasterii, alteratam, & minus fideliter in latinum traductam, sed potius important absolutam, & liberam facultatem seù potestatem deputandi, vel ponendi, aut constituendi ejusmodi Rectores, sive Præpositos, & cum dicta particula Constitutionum concordant Constitutiones latinæ nostræ Congregationis, & specialiter declaravit Reverendissimus Nuntius Apostolicus in sua Informatione circa tertium punctum, super quo fuerat requisitus ab hac Sacra Congregatione ibi. *Passando perciò al terzo punto, contirne questo la prova del medesimo, come si vede alla lett. N. fino alla lett. Q. in diversi altri paragrafi de' Statuti, Costituzioni, e Decreti della Congregazione Vvindesimense, da' quali risulta parimente che li Rettori delle Monache debbansi porre dal Capitolo Generale, e dalli Commissarii.*

27

Verùm, quod maxima nota dignum est concurrit declaratio, seù confessio ipsarum Monialium, emissa usque ab anno 1683., in qua expressè fassæ sunt nolle contravenire Juri, potestati, & authoritati P. Generalis, quoad institutionem Præpositi ejusdem Monasterii, multoque minus velle sibi asserere Jus eligendi Præpositum, ex quibus Monialibus tunc subscriptis, quatuor seniores lite præsente jam inchoata, adhuc supererant, ut ex earum Attestatione in Processu compulsoriali, cùmque in sequelam jam dictæ declarationis, emissæ dicto anno 1683. P. Commissarius nostræ Congregationis, Rectoratum, seu Præposituram Monasterii Adversarii tanquam immediatè suæ liberæ dispositioni subjectum eodem anno contulerit P. Joannis Benteler,

tler, idemque Rectoratus à tempore incorporationis nostræ Congregationis, semper fuerit subjectus collationi P. Generalis, vel Commissariorum pro tempore, tolerandum profectò non est, quod Moniales novam hanc prætensionem excitando contra propriam confessio- 28 nem veniant, quæ tanquam non oscitanter facta expressè prohibet easdem posse se retractare, sibi contradicere, nam, ut inquit *Textus in leg Generaliter Cod de non numerat pecun Iniquum esse putamus, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eandem casum infirmare, testimonioque proprio resistere*, & firmavit *Rota in Casertana Beneficii 27 Martii 1715. §. Superaccedentis coram Card. Scotta, & in ejus confirmatoria 15. Junii 1716. §. Alterum autem coram Card Althann, & in Montis Regalis Prioratu 24. Januarii 1618. §. Maximè quia cor. Ansaldo.*

Quæ cùm ita sint, ampliùs dubitari non posse videtur quin jura P. Abbatis plenè constabilita dici possint, ac debeant, tùm ex clara dispositione Constitutionum sui Ordinis, tùm ex speciali observantia, & confessione Monialium. Verùm tametsi hæc omnia deficerent, nihilominùs Causa hæc in tutu posita videri pos- 29 set ex eo solùm quod agatur de electione Confessarii Monialium, generali jure, & Pontificiarum Constitutionum sanctione Superiori, seù Prælato Religionis, semper peculiariter reservata, ut probavi *in Tom. 5. part. 2. discept. 23.* & benè tradunt *Capon. discept. forens. tom. 3. discept. 184. num. 5.* ibi. *Illæ verò Moniales, quæ immediatè subjiciuntur: Regularibus, ex Bulla Gregorii XV., quæ incipit Inscrutabilis, ità se habent, ut Ordinarius Loci Confessarios approbet, scilicet ponuntur à Prælato Regulari Confessarii, sed approbantur ab Episcopo. Bordon. Oper. moral. tom. 4 resol. 118. num. 11. Barbos. de Offic & potest. Episcop. part. 2. allegat. 25. num. 69. Azor. Instit. moral part prima lib. 3. cap 9 quæst 2. vers. Quæres an Confessarii, Tamburrin. de Jur. Abbatiss. & Monial. disput. 16. quæst. 2 per tot. Donat. in Prax. rer regular. tom. 3. tract. 5. quæst. prima num 1. D. Cajetan de Alexand. de Confessar. Monial. cap 6 § 6. tit. de subjectione quoad Confessarios qu. 2 fol. 159.* & ità pluries fuisse decisum ab hac Sacra Congregatione, & præcipuè *in Lauretana 20. Septembris 1588. in Vallisoletana 26 Novembris 1604.* & aliis testatur *Nicol. in Floscul. verb Confessarius num. 34.* & sequitur *Pignatell. tom. 6. consult. 85. sub num 238.* Quod adeò religiosè servatur, ut nec etiam Episcopi in eorumdem electione, seù deputatione, ullo modo se se ingerere 30 valeant quoad Monasteria, Regularibus subiecta, *Bordon. Oper. moral tom 2 resol. 5. num. 3.* ubi his verbis concludit. *Ex vi Concilii poterant soli Regulares deputare hujusmodi Confessarios, quia in ibi utrisque id æquè ordinatur, unicuique respectivè ad suas Moniales subditas.*

Nec est cur obtendatur, quod aliquando PP. Generales, seù Commissarii prò tempore elegerint Rectorem, seù Præpositum petitum, atque exoptatum à Monialibus, & signanter anno 1683. Id enim evenire potuit, vel ex motivis prudentialibus, vel ex conniventia Superiorum, qui rem gratam Monialibus facere voluerunt, ac etiam fortasse ex Justitia, quia Moniales fortè postulaverint omnium optimum, habentem nimirum qualitates, requisitas ad formam Constitutionum; Ex hoc autem tantum abest, quod ullatenus restricta, aut coarctata dici possit libera facultas, à Constitutionibus tributa P. Generali, & respectivè Commissario, ut potius eadem magis, magisque confirmata videatur, ob illam prævalidam rationem, quia cum admissio postulationis pendeat à mera liberalitate, & gratia Superioris *Fagnan. in cap. Bonæ memoriæ Postulat.* 31 *62.* ibi. *Et quia postulatio gratia est, Prælatus non cogitur postulatum concedere, & in cap. Et si communiter num. 12. eodem tit.* optimè *Card de Luc. de Regular. discurs. 53. num 6.* ibi. *Postulatio redolet solùm preces, quæ porriguntur Superiori, ut ex gratia non autem ex justitia postulatum præficiat, idtoque in Superioris arbitrio est, concedere, vel denegare, neque exindè competit postulanti Jus appellandi, vel recursum habendi*, cum concordantibus citatis *in Tom. 1. part. 2 discept. 19. num. 10.* Indè clarè evincitur, Moniales postulantes omni prorsùs Jure eligendi carere; Frustrà enim precibus impetrassent, quod illis de Jure competebat, ad *Text. impress in leg.* 32 *1. Cod. de Thesaur. lib 10. Dec. cons. 51. in fin., Salgad. in labyr. Credit. par. prima cap. 38. num. decimotertio, Fajard. allegat Fisc. decimosexto n. 272. & Surd. decis. 173. n. decimooctavo.*

Nec denique obesse potest quidam Cathalogus Præpositorum, qui asserebantur electi à Monialibus ab anno 1194. usque ad moderna tempora, nàm cùm d. Cathalogus confectus fuerit ultimis hisce temporibus à d. Præposito Pancratio Bentler, prò sui tantùm notitia, & instructione, ut sequentibus verbis testatur Reverendissimus Nuncius. *Devo bensì riverentemente soggiongere, che detta Lista; o Cathalogo non è un mero Libro d'elezioni delli riferiti Prepositi, mà pochi fogli di carta, insieme uniti, e scritti da poco tempo fà da un tal P. Pancrazio Bentler, che fù ancora Preposito, il quale per sua memoria, e de' Successori annotò tutti i Nomi de Præpositi:* Ex hoc sequitur, quod haberi non possit nisi prò simplici, & informi notula, nullum probationis gradum 33 constituente, *Menoch cons 296 num 28. & seqq Genua de Scriptur. privat. lib. 3. tit de Scartafacciis num. 1. & seqq. fol. 287. Rot. coram Merlin. decis. 189. num. 2 & in recent dec. 54. num. 10. part. 11.* Præsertim quia in dicto Cathalogo non legitur, quod illi Præpositi fuerint electi, & nominati à Monialibus per majora, vel saniora suffragia, prout nec etiam habetur in jam dicta Relatione, quod Cathalogus fuerit extractus ex antiquissimo Regesto Monasterii, ut perperam asserebatur ex adverso, cùm talia verba nullo pacto legantur in Cathalogo originali, per extensum relato, & descripto in Processu compulsoriali.

Vindicatis juribus nostri Abbatis, super competentia electionis Confessarii Monialium, non obstante, quod tale munus, sit alteri Administratoris annexum, amplecti certè nequit modus insinuatus à Reverendissimo Nuntio Apostolico in §. final. eius Informationis, quod scilicet Moniales debeant præsentare ad Rectoratum, seù Præposituram tres Personas, & unam ex illis P. Generalis eligere, nam præmisso, quod iste modus cùm omninò dubiè, & per particulam forsan insinuetur à Reverendissimo Nuncio ibi. *Forse à mio credere potrebbe praticarsi*, nec ab Ipso approbatus censeri potest, ut ex *leg Gallus § Forsitan ff de Liber. & posthum* & aliis tradit *Barbos. de diction. usufreq. dict. 126. num. 3. in fin.* nullam sanè meretur animadversionem in casu nostro, in quo cùm certò constet de Juribus Reverendissimi Patris Generalis super libera, & absoluta electione prædicti Confessarii, ut agnoscit, & asserit ipsemet Reverendissimos Nuncios Apostolicos, modus prædictus habet omnem resistentiam Juris, & absque Juris læsione admitti nequit in præjudicium liberæ facultatis, competentis dicto Abbati eligendi Personam magis habilem, & capacem ad dictum Officium; De Jure quippè in electione requiritur summa libertas, itaut ab ea pro- 34 cul abesse debeat omnis coactio, & restrictio *ad Text. in cap. Cùm dilectus in fin. de Consuetud.* ibi. *Liberam habeant facultatem*, ubi *Fagnan. num. 22.* testatur, quod si facultas eligendi restricta aliquo modo remaneat, Ita- 35 ut certum genus personarum, imò una persona eligi non possit, non dicitur libera electio, *Gonz. super Reg. 8. Canc. gloss. 33 num 25 Tambur de Jur Abb disp. 5. quæst. 22. num. 8. in fin tom primo* ibi. *Quapropter si facultas eligendi ità coarctetur, ut certum genus personarum, imò una persona eligi non possit, non dicitur libera electio. Rot. decis. 65. num 6. p. 1. rec.* & confirmatur ex declaratione olim edita à Sacra Congregatione Concilii; nam ut testatur *Fagnan in dicto cap. Cùm dilectus num. 21. Consulta à Generali Ordinis S. Augustini, an liceat eidem Generali in electione Provincialium, Priorum, aliorumque Officialium facienda, aliquos nominatim proponere, ex quibus unus canonicè ad officium eligatur, respondit, non licere. Pign. consult. 77. num. 9. tom. 10.* qui refert aliud responsum Sac. Congregationis Concilii in hæc verba; cùm enim proponeretur. *An stante libertate electionis, liceat Prælato Regulari proponere duos, vel tres; ex quibus necessariò eligatur unus, Sacra Congregatio censuit, non licere*, ut benè ad rem nostram tradunt *Passerin de Elect cap. 2. num. 12. in fin. Lavor. variar. lucubrat tit 4 cap. 22. de Elect. num. decimosexto, Barbos. in Summ. Apostolic decis. collect. 287. num. decimooctavo, Rot. decis. 37. num 6. coram Otthob. & in rec. decis. 65 num. sexto part prima, & decis 279. num. 25. & 26. part. 9. decis. 189 num. undecimo par. decimaquinta*, ubi quod libertas in electionibus servari debeat, atque

ideò

ideò revocanda ſint ea , quæ illius libertati repugnant, cum aliis, citatis *in Tom.3.part.1.diſcept.18.n.* 21.

Ultra quod dictus modus eſt extrà præſentem controverſiam, in qua ab utraque Parte quæritur de electione, ſeù nominatione unius perſonæ ad Præpoſituram, quodque propterea eſſet hactenus inauditus in Ordine noſtro, ipſoque Monaſterio Adverſario, à quo nullum ſimile exemplum allegatur, aut allegari valet, idque proculdubio ſufficere videtur pro excluſione dicti modi; His tamen, omiſsis, adhùc supereſt animadvertere, prout ea qua decet reverentia ſupplicamus, quod modus prædictus nihil aliud eſſet quàm Monialibus Adverſariis concedere verum Juſpatronatus, ſive Jus nominandi, & præſentandi, quod tamen ab ipſis acquiri nequit, abſque Beneplacito Apoſtolico in limine funda- 37 tionis conceſſo, *Lotter. de Re beneſic.lib.2.quæſt. 6.num. 58. Tamburin de Jur.Abb.tom.1. diſput.7.quæſt.5. num. 2. Murga de Beneſic.quæſt.2.num.12.& quæſt.4. ſub num. 69. & 70.* cum aliis apud *Piton.diſcept.Eccleſ. diſcept. 4. num. 73. Rot.coram Cavaler.deciſ.265.num.6. & 7. & deciſ. 321. num.1.& in Placentina Juriſpatronatus* 10. *Martii* 1704. *§. Præterquam coram Molines*; Et magis in ſpecie, quod Jus eligendi Confeſſarios non poſsit acquiri per Monia- 38 les, niſi ex Privilegio, & Beneplacito Apoſtolico, tradunt *Zipeus in conſult.canonic lib. 3. de Regular. conſult.* 5. quem refert, & ſequitur *Caſſaing.in tract..de Privileg. regular.tract.5.cap.6. propoſit.* 4. *§ Non putes*, ibi. *Non putes tamen Abbatiſſam, aut Præfectam Monaſterii Jus habere ſibi, aut ſub dictis Monialibus eligendi Confeſſarium, niſi ad hoc à Sede Apoſtolica habeat poteſtatem, ſicuti quibuſdam conceſſa habetur*, & conferunt deducta per *Spad.conſ.6.num 5.lib.2 Tondut.quæſt. Beneſic. part. 1. cap.73.num.19. Amoſtaz de Cauſ Piis lib.5 cap 5. num. 79. Card.de Luc.de Jurepatr.diſc.73.num.7 & Rot.in Senogallien.Fundationis 16.Maii 1710. §. Eoque libentius cum ſeq. coram eodem Molines*, & præſertim, cùm eſſet in præjudicium noſtri P. Generalis, qui pro ſimilibus electio- 39 nibus intentionem fundatam habet in aſsiſtentia Juris *Capon.diſcept.184.num.5.tom.3. Pellizar.in Manual. Regular.tit.de Guber.Monial tract.10 cap.10.ſect.3.ſubſect.1. nu.* 167. cùm nemo melius quam ipſe qualitates Ovium, ejus ſollicitudini commiſſarum, indubitanter agnoſcat, 40 ut benè ad rem noſtram tradit *Thomaſin.de veter. & nov. Eccleſ.diſciplin.part.1.lib.2.cap.10.num.10.*, ubi ex quamplurium SS. Patrum ſententia, & Conciliorum ſanctione, talem ſemper viguiſſe morem in primitiva Eccleſia 41 teſtatur, & in noſtris terminis optimè tradunt *Suarez de Relig tom.4.cap.3.n.9.lib.10. Samuel. de Canonic. elect. fol. mihi 553.& Lezzan in Mar.magn.cap.1.num.47.*

Die 22. Junii 1725. propoſita Cauſa per Card. Corſinum in Congregatione Epiſcoporum, & Regularium reſcriptum fuit. *Nominationem trium Canonicorum Regularium fieri debere per Moniales; Electionem verò unius ex dd. ſpectare ad P. Generalem.*

IN EADEM CAUSA.

RElata præſenti Cauſa in Congregatione, habita die 22. Junii 1725. non ſine Suffragiorum ſciſſu- 42 ra, prodiit reſolutio juxtà modum, ſeù temperamentum inſinuatum à Nuncio Apoſtolico in ſua Informatione, nempè. *Nominationem trium Canonicorum Regularium fieri debere per Moniales Capitulariter congregatas; Electionem verò unius ex dictis ſpectare ad Patrem Generalem.*

Adverſus hujuſmodi reſolutionem ipſamet Pars ad- 43 verſa petiit, & obtinuit licentiam de recedendo, & cùm hodiè cauſa reproponatur, prævio receſſu à deciſis, videtur abſolutè reſcribendum, electionem Præpoſiti ſpectare ad Patrem Generalem, prout humiliter ſupplicamus.

Etenim juxtà præfatam reſolutionem Monialibus conceſſum apparet Juſpatronatus, ſive Jus nominandi, & præſentandi, quod in ſubſtantia idem importat, 44 ad tradita per *Lotter.de Re Beneſic. lib. 2 quæſt.15. num. 10.& ſeqq. Fagnan.in cap Conſultationibus num 7. de Jurepatr. Card.de Luca de Regular.diſcurſ 3.num. 3. Rota deciſ. 38.num.5 coram Priolo, & deciſ.13 num.19.& 20.part. 6. rec. & in Mediolanen.Beneficii prima Aprilis 1707. §. Hæcque omnia coram Anſaldo*, & quidem coactivum, itaut P. Generalis eligere nequeat, niſi unum ex illis tribus nominatis à Monialibus, quod procul dubio lædit liber- 45 tatem electionis, ad *Text. in cap.Ubi periculum de Elect. in 6. §. Ceterum* ibi. *Ceſſat electio, dum libertas adimitur eligendi, & cap. Cùm dilectus in fine, de Conſuetud.* ibi. *Liberam habeant facultatem*, ubi *Fagnan.num.* 22. teſtatur, quod ſi facultas eligendi reſtricta aliquo modo re- 46 maneat, itaut certum genus Perſonarum, imo una Perſona eligi non poſsit, non dicitur libera electio, *Gonzal.ad Regul.8.Cancellar.gloſſ.53.num.25.Tamburin. de Jure Abbat.diſput.5.quæſt.22.num.8.in fine tom.1.* Et confirmatur ex declaratione edita à Congregatione Concilii; Nam, ut inquit *Fagnan. in dicto cap. Cùm dilectus num.21.de Conſuetud Conſulta à Generali Ordinis S.Auguſtini, an liceat eidem Generali in electione Provincialium, Priorum, aliorumque Officialium facienda, aliquos nominatim proponere, ex quibus unus Canonicè ad Officium eligatur; Reſpondit non licere*: Et tradit quoque *Pignatell. conſult.77.num.9.tom.10.*, ubi refert aliam reſolutionem Congregationis Concilii in hæc verba. *An ſtante libertate electionis, liceat Prælato Regulari proponere duos, vel tres, ex quibus neceſſario eligatur unus, Sacra Congregatio cenſuit non licere*, & docent communiter Doctores, & ſignanter *Paſſerin.de Elect.cap.2. num.4. & num.12.*, ubi refert eamdem reſolutionem Congregationis Concilii, & teſtatur apud ſe habuiſſe aliud Decretum authenticum tenoris ſequentis videlicet. *Non licere, nec quatuor, nec quinque.* Et quod in hoc ſenſu pluries eadem Sacra Congregatio reſcripſit non licere coarctare electiones ad quatuor, vel quinque perſonas, & *num.* 27. ubi generaliter firmat concluſionem hiſce notabilibus verbis. *His nihilominus minimè obſtantibus, abſolutè dicitur, Superiores non poſſe coarctare electionem ad quemcumque numerum Perſonarum, excludendo alios habentes qualitates à Jure requiſitas: Urget enim Jus, quod ex Sacris Canonibus habent Electores etiam Regulares ad eligendam cum plena libertate quemlibet ex iis, qui habent conditiones, requiſitas de Jure, ut Canonicè eligi poſſint, prout paulo ſuperiùs probatum eſt &c. Non poſſunt enim Superiores tollere, vel minuere, aut reſtringere amplitudinem Juris quæſiti ex Juris communis diſpoſitione &c. & hoc ampliùs ex eo conſtat, quod Sacra Congregatio ſub die 13. Octobris 1585. declaravit, quod non liceat Generali N. proponere duos, tres, quatuor, decem, ex quibus unus eligi poſſit Provincialis, vel Prior, in qua declaratione ſumitur numerus determinatus pro indeterminato, & infinito, ut ſit ſenſus, quod ad quemcumque numerum Eligendorum nequit coarctari libertas Eligentium, quia in quocumque numero fiat coarctatio, ſemper militat eadem ratio, quæ eſt violatio Juris eligentium. Lavor. var. lucubrat. tit.4. cap.22.de elect. num. 16. Barboſa in ſumma Apoſt. deciſ.collect. 287.num.18. Rota coram Ottbobon. deciſ. 37.num.6. & in recent.deciſ. 61. num. 6.p. 2. & deciſ.279.num 25.& 26 p.9.& deciſ. 189. num. 11. p.* 25 cum aliis allegatis *in Tom.3.dec.1.diſcept.18.n.*21.

Hoc autem Juſpatronatus, ſivè Jus nominandi, & præſentandi in Eccleſia, ſeu Monaſterio, ut hic, regulari, acquiri non poteſt, niſi in limine fundationis 47 intervenerit Beneplacitum Apoſtolicum, quod in caſu noſtro omninò deficit, itaut non ſufficiat ſola authoritas Ordinarii, ut in ſpecie dixerunt *Murga de Beneſic. quæſt.2.num.12.& quæſt.4.ſub num. 69. & 170. Card. de Luca de Jurepatr. diſcurſ. 55. num. 4. & diſcurſ. 73 num. 6.& ſeqq & n.14. Rota dec.265. num.6. & 7. & deciſ. 321. num. 1.coram Cavaler. & deciſ. 2187. num. 5.coram Coccino, & deciſ.572. & 573. num.1. part.4.diverſ.& in rec. deciſ.53.num.1. part.1. deciſ. 573.num. 6.part. 5. tom. 2. & deciſ. 29.num. 9. part. 7. & in Placentina Juriſpatronatus 23. Martii 1703. §. Tum quia, & 10. Martii 1704. §. Præterquamquod coram Molines*, & magis in puncto *in Senogallien. Fundationis 13. Decembris 1709. §. Et forſan coram Card. Priolo, & in eadem 16. Maii 1710. §. Eoque libentius coram Molines* ibi. *Eoque libentiùs in præſenti hypotheſi inclinabant Domini pro excluſione juris Patronatus, quia non agebatur de ſimplici Eccleſia indifferenti, ſed de Monaſterio Regulari, in quo ad acquirendum Jus Patronatus, neceſſarium eſt in limine fundationis Beneplacitum Apoſtolicum, nec ſufficit ſola authoritas Ordinarii, ut probant authoritates &c.& magis in ſpecie, quod in Eccleſia Regulari non poſſit acquiri Ius præſentandi*

Mo-

Moniales, seu Religiosos ex sola consensu Episcopi, sed requiratur Beneplacitum Apostolicum in limine fundationis monuerunt Spada, &c.

Certiùs reflectendo, quod hic agitur de jure nominandi, seu præsentandi Præpositum ipsius Monasterii, & qui exercere debet Gubernium, & curam Monialium, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, ut est inconfesso, & quod plus est, versamur in electione Præpositi Regularis Subditi per Votum solemne obedientiæ P. Generali nostræ Congregationis, cui etiam idem Monasterium subjectum reperitur; In hisce autem circumstantiis, quo jure, quave ratione, vel fundamento Moniales sibi arogare velint hoc Jus coactivum nominandi alienum subditum in præjudicium jurisdict. proprii Prælati Regularis super ipsas Moniales, & Monast. profectò imperceptibile redditur; Si namque recurratur ad dispositionem Juris communis, Ista proculdubio assistit eidem P. Generali, tanquam Capiti, & Superiori totius Congregationis, ad quem propterea spectat libera nominatio, & electio, seu deputatio, nedum Priorum, & Præpositorum Domorum suæ Congregationis, sed etiam Monasteriorum Monialium sibi subjectorum, ad

48 *Text. in cap. primo de Elect. & cap. Monachi §. Priores de stata Monach.* cum aliis pluribus adductis supra, & convincitur ex notoria praxi omnium Religionum, tam hic in Urbe, quàm alibi in toto Orbe Catholico existentium.

Si verò solùm attendi velint Constitutiones Ordinis, seu Capituli Generalis nostræ Congregationis, quæ sunt Lex scripta, & à quibus recedere non licet, utpotè quia ab eisdem Monialibus solemniter cum speciali Voto promissæ fuerunt observari in formula Professionis & secundum quas Causæ inter Religiosos terminari debent juxta sancita in Bulla Sixti V. super erectione ip-

49 sius Sac. Congregationis *Bullar. nov. tom. 2. const. 74.* ibi -- *Causas verò, quas inter Religiosos oriri contigerit, juxta quarumcunque Religionum instituta, earumque dispositionem &c. definiant, atque terminent &c.* Nostræ autem Constitutiones clarissimis verbis liberam, & absolutam nominationem, & electionem, seu deputationem tribuunt P. Generali, ubi Commissarij non sunt, ubi verò sunt Commissarii, ad ipsos ex Domibus suis deputationem spectare decernunt, ibi -- *Rectores Sanctimonialium Domorum nostrarum Capitum Generales, vel Prior Gen. deputare habet ubi Commissarii non sunt, ubi verò sunt Commissarii, ipsi ex Domibus suis (si idoneos habuerint) Rectores, & Socios eorum ordinare habeat, sed si in Domibus propriis Personas non habuerint idoneas, tunc de consilio, & consensu Prioris Generalis ex alia Domo assumeat.*

Si autem recurratur ad observantiam, seu prætensam consuetudinem licet ista in concursu claræ legis, & Constitutionum Ordinis nostræ Congregationis, nullo modo esset attendenda, quia *frustra qui ratione vincuntur*

50 *consuetudinem objiciunt, quasi consuetudo major sit veritate*, juxta celebrem sententiam *D. Augustini lib. 4. de Baptismo*, cum aliis Sanctorum Patruum authoritatibus, quorum verba referuntur à *Gonzal. in cap. consuetudinem num. 14. de consuetud.* cum aliis citatis in *Tom. 5. part. 1. discept. 8. à num. 65.* & in specie, quod non attendatur observantia, seu consuetudo contra formam, &

51 dispositionem Statuti, *Rota coram Ludovis. decis. 184. num. 5.* ibi -- *Sub prætextu observantiæ non potest aliquid prætendi contra formam, & dispositionem Statuti &c.* -- & *coram Benincasa decis. 378. num. 22.* ibi -- *Ulterius etiam cùm agatur de actibus, de directo adversantibus enunciatæ dispositioni Statuti &c. ipsa Jure sunt nulli, & inefficaces ad præscribendum, vel consuetudinem aliquam inducendam &c.*

Adhuc asserta observantia, seu consuetudo potiùs favet P. Generali, & Commissariis nostræ Congregationis; Nam percurrendo omnes, & singulas deputationes, seu Electiones Præpositorum, de quibus adsunt documenta, & præsertim illas expletas ab anno circiter 1629. quo Monasterium fuit restitutum suæ pristinæ observantiæ Regulari, & subjectum nostræ Congregationi; Prima deputatio Præpositi est illa de anno 1646. in personam R. P. Wilhelmi Wiseman, quæ facta fuit à P. Conrado Nicolai Priore

52 in Hamersleben; Cùm enim anteà Commissarii, & Visitatores nostræ Congregationis deputassent Administratorem in Spiritualibus, & temporalibus R. D. Georgium Goelenium Præpositum in Heiningen. ob vicinitatem Loci, & iste non posset utrique Monasterio sufficere, ideò Moniales supplicarunt dicto Priori pro deputatione Præpositi ipsarum Monasterio, protestantes, quòd rem gratam faceret, & utilem Cœnobio, si concessisset dictum R. P. Wilhelmum Wiseman, cum expressa tamen clausula, quòd non intendebant ullum modum præscribere circa dictam electionem, seu deputationem Præpositi, ut ex verbis ibi -- *Absit tamen, ut ullam modum R. P. V. præscribamus*, & dictus P. Conradus Nicolai tunc considerans miserrimum statum Monasterii Dorstadiensis, ea assidua, & ferventi Instantia Monialium, dictum Wilhelmum Wiseman eis in Præpositum concessit, & constituit qui Præpositus fuit postea de anno 1649. approbatus, & ratificatus à Patre Commissario auctoritate Capituli Generalis.

Secunda electio, seu deputatio facta fuit anno 1676. & quia per obitum dictum P. Wilhelmi Wiseman vacaverat Præpositura dicti Monasterii, & interim deputatos fuerat Administrator cum consensu DD. Priorum in Hamersleben, & Gravoff alter Religiosus nostræ Congregationis nomine pariter Wilhelmus Wiseman, ideo dicto anno 1676. P. Commissarius nostræ Congregatio-

53 nis confirmavit dictum Administratorem in officio Præpositura, ac insuper in Præpositum verum, & legitimum constituit, & mandavit Abbatissæ, & Monialibus quatenus illum pro suo vero Præposito agnoscerent, & reciperent, ibi -- *Insuper mando Ven. Dominæ, omnibusque Virginibus quatenus jam prædictum D. Wilhelmum Wiseman pro suo vero Præposito agnoscant, & recipiant, &c.* quæ verba forsan ex errore impressoris fuerunt omissa in Summario partis.

Tertia electio, seu deputatio fuit expleta de anno 1681. & ista est valde considerabilis favore P. Generalis & tollere videtur quamcunque umbram difficultatis; Cùm etenim de illo tempore se intrusisset in administranda Præpositura quidam Religiosus petitus, & vocatus à Monialibus, absque requisitione, & consensu P. Generalis, mandavit iste, ut statim præfatus Religiosus sub sancto obedientiæ præcepto Præposituram desereret, & ad nativum Conventum se reciperet, addita expressa ratione, quia id repugnabat Statutis, & Ordinationi Capituli Generalis, ibi -- *Obstupescentes audivimus, aliquem, nostra Persona irrequisita, fortè à Ven.*

54 *D. & Virginibus Conventualibus Dorstadiensibus vocatum, seù intrusum pro dicto Dorstadiensi Præpositura administranda: Cum autem id repugnet Statutis, & Ordinationi Capituli nostri, sic mandamus eidem, quicumque ille sit, sub sancta Obedientia ut, his visis, Præposituram deserat, & ad nativum Conventum se recipiat, locumque det* (Notentur quæso infrascripta verba destruentia penitus contrariam prætensionem) *Nominato, seu nominando à nobis Præposito futuro, de quo ad R. D. Priorem Georgimontanum dedimus commissionem &c.* de facto fuerunt expeditæ Literæ patentes P. Generalis in personam R. P. Henrici Keves de Canonia ipsius P. Generalis, & Monialibus, licet æquo animo haud ferentibus istam inopinatam ordinationem, fuit idem P. Henricus in possessionem immissus, & pacificè Rectoratum, seu Præposituram retinuit per Biennium scilicet usque ad Annum 1683.

Quarta Electio facta fuit à P. Commissario nostræ Congregationis de anno 1683. in persona P. Joannis Bentler sequentibus verbis: *Ad nostram, vel Reverendissimi P. Generalis revocationem conferimus &c.* & in hac electione, licet Moniales petierint dictum P. Joannem Bentler, tamen simul, & expressè protestatæ fuerunt, nullum Jus eligendi Præpositum sibi arrogare velle, aut in Capituli generalis præjudicium, vel contemptum quidquam facere aut attentare. Cui sanè declarationi præsertim adeò sibi præjudiciali plurimum deferendum esse tradit *Rot. in rec. dec. 152. num. 5. part. 7. dec.*

55 *283. num. 9. part. 19. & coram Ottbobon. dec. 125. nu. 8. & seq.* Atque idem P. Commissarius in Litteris Patentalibus declaravit deputationem, seu institutionem Præpositi spectare ad liberam dispositionem P. Generalis ibi *Quoniam Rectoratus, sive, ut vocant Præpositura Canonissarum Regularium Congregationi nostræ unitarum ad S.*

Cra-

Crucem in Dorstadi, institutio immediatè Reverendissimi P. Generalis pro tempore hactenus cognoscatur liberæ subfuisse dispositioni, eumdemque nunc veri contingat.

Quinta Electio facta fuit ab eodem in Persona R. P. Pancratii Benrler eum verbis -- *Constituimus, & confirmamus &c. attribuentes etiam omnia eidem jura, & Privilegia huic Præposituræ annexa.*

Sexta demùm electio facta fuit ab eodem P. Generali de an. 1721 in Persona R. P. Rabani Hoff, & est illa, quæ dedit causam huic liti ob nominationem exadverso factam de R. P. Aniano Kesling, quæ noluit à P. Generali approbari.

Ecce igitur ad evidentiam usque demonstratum, quod nulla unquam facta extitit nominatio à Monialibus de Persona Præpositi, tamquam Jus nominandi, seu præsentandi habentibus, vel prætendentibus nisi illa, quæ dedit causam Liti de an. 1721. Ac propterea corruit penitùs quæcumque exagerata observantia favore Monialium, si ipsæ numquam nominarunt, aut præsentarunt, nec hujusmodi prætensionem aliàs habuerunt, imò expressè fassæ sunt in actu serio de anno 1683. nullum Jus in Electione Præpositi sibi arrogare velle, nec in Capituli Generalis præjudicium, & contemptum quidquam facere, aut attentare.

Nec ullatenus obstare valet, quod in præfatis quatuor Electionibus gestis à Commissariis, vel Generali pro tempore, scilicet de annis 1646. 1676. 1683. & 1717. habitus fuerit respectus ad Instantias, postulationes, preces, ac supplicationes Monialium, & in supradicta confessione anni 1683. prædictæ Moniales sibi reservaverint ne aliquis obtruderetur contrà earum voluntatem. Quoniam reservatio, & protestatio nihil ponit in esse, sed tantùm præservat Jus Protestantis, si quod antea competebat; Verùm ex supradictis actibus electionum, seu deputationum Præpositorum potiùs confirmatur Jus & libera, atq; absoluta facultas P. Generalis, & Commissariorum nostræ Congregationis, qui solùm ex connivenția, vel ex prudentialibus motivis, aut etiam ex justitia, utpotè quia Moniales petierint Præpositum omnium optimū, seu valdè dignum, indulgere voluerunt earum postulationibus, precibus, & supplicationibus; Undè non potest dici acquisitum ullum Jus nominandi, seu præsentandi coactivum, sive Juspatronatus, nec inducta aliqua observantia favore Monialium, itaut P. Generalis teneatur eligere Præpositum benè visum & unicè exoptatum, ac petitum ab eisdem Monialibus ut in similibus terminis egregiè discurrendo notat *Card. de Luc. de Jurisdict. discurs. 32. n. 4. 5. & 6* ibi -- *Et licèt aliqui Prædecessores Archiepiscopi significando Superioribus Regularibus numerum Monasteriorum, & respectivè Confessariorum, quibus indigebant, eis commiserint singulorum assignationem, seu distributionem &c. Nihilominùs dicebam, fuisse istum actum facultativum, nullum Jus tribuentem, utpotè gestum ex prudentiali motivo, laudabili quidem, sed non necessario &c. Ad instar illius gratæ, & consultivæ nominationis, quæ aliquando per Episcopos tribus solet Populo, seu Magistratui, & Decurionibus Civitatis de Cappellanis, Factoribus, & Ministris Monasteriorum Monialium, quia est quidem prudentissimum, & laudabile consilium, ut hujusmodi Ministris non benè suum munus gerentibus, eorumque occasione scandalo resultante, non possit Populus adeò in Monasteriis Monialium interessatus, conqueri de mala electione Episcopi; Sed non exindè resultat, ex hoc acquiri aliquod Jus Laicis, atque actum reddi necessarium, ut sæpissimè declaravit Sacra Congregatio Episcoporum, & etiam quandoque illa Concilii; Et in terminis consultivæ, seu gratæ nominationis, quam aliquando Ordinarius, accepit à Populo de Parocho, seu ulterius Ecclesiæ Rectore, ut non exindè inferatur ad Juspatronatus, & præsentandi habetur &c. & de Jurepatr disc. 8. n. 10.* ibi -- *Ideoque dicebam, dictam observantiam potius referendam esse cuidam consultivæ, & gratæ nominationi, quam Superiores antiquitùs à Subditis, seu Gubernandis exigere solebant, ut eis gratus Rector, vel Administrator daretur, ac præsertim practicabatur in provisionibus Ecclesiarum Parochialium quod libenter recipiebatur nominatio ipsorum Parochianorum, & populi sed id non tribuit Juspatronatus.*

Et tradunt communiter Canonistæ *in cap. Quod Dei timorem de Statu Monachor.* ac optimè articulo formitèr discusso *Rota coram Cavaler. decis. 419. n. 1.* & per totam in cujus casu *Incolæ Loci de Artè prætendebant habere Jus nominandi Vicarium ad Parochialem dicti Loci coram Capitulo Monasterii de Roncisvalles; Ideoquè dubitatum fuit -- An Incolis competat Jus nominandi, prò cujus Dubii resolutione* (sunt verba *Rotæ in dicta Decis. coram Caval.*) *Domini dicebam, hoc Jus nominandi posse intelligi duobus modis: Primò, ut Incolæ petant à Capitulo præsentari Rectorem, seu Vicarium, Populo gratum, & benè notum, & cùm hoc Jus non controverteretur à Capitulo, neque Domini super eo dubitabant, tamquàm Incolis competente de Jure communi, per quam instantiam non infertur ad aliquam acquisitionem Jurispatronatus, juxtà Text. in cap. Quod Dei timorem &c. Secundo loco dicebant, tale Jus nominandi intelligi coactivè, itaùt Incolæ post nominationem possint compellere Capitulum, cui Ecclesiæ, de quà agitur, unita, & annexa esse dicitur ad præsentandum coram Ordinario ex necessitate talem nominatum ab Incolis, ad effectum institutionis obtinendæ; Et secundum hunc intellectum Domini unanimiter censebant Dubium esse negativè resolvendum, ut scilicet tale Jus nominandi non competeret Incolis coactivè; Cùm enim hæc Vicaria, sicuti aliæ plures Ecclesiæ Vallis de Escabarro, esset annexa dicto Monasterio ut deponunt Testes, allegati ab utraque Parte, intrabat conclusio, ut Juspræsentandi Rectorem in Ecclesia unita pertineret ad eum, cui fuit unita, & sic ad Monasterium &c.* -- & secuta est *coram Cerro dec. 64. n. 13. & dec. 103. n. 2.* ibi -- *Nec obstat quasi possessio nominandi, quam Parochiam allegarunt: Tùm quia Testes, & Instrumenta, ex quibus ea deducebatur non concludebant de aliquo Jure coactivo, & obligatorio, prout requiritur, juxta dec Card Cavaler. 419. &c.*

Præcipuè, quia prætensa observantia, quatenùs umquam adfuisset favore Monialium, interversa, atque interrupta remansit de anno 1681. quo P. Generalis ejecit à Præpositura Religiosum, vocatum, & intrusum à Monialibus, & loco illius subrogavit alterum, ipsi bene visum, Undè destruitur penitùs quæcumque observantia, seu consuetudo, cùm ad hunc effectum sufficiat unicus contrarius, etiam si mille pro eadem consuetudine concurrerent, ut egregiè respondit *Rota coram Ludovis. dec. 165. num. 9.* ibique *Adden. num. 15. & in recen. dec. 742. n. 7. & decis. 820. num. 22. part. 18. & decis. 367. num. octavo coram Emerix. jun. & decis. 252. num. 21. & decis. 650. num. decimoquinto coram Caprara, & decis. 6. num. 21. libr. secundo, & decis. quarta num. secunda libr. tertio ad Mantiss. Cardin. de Luca.*

Et in omnem casum aliud est, quòd Monialibus competere potuerit petitio, seu postulatio Præpositi, itaut eis non daretur persona, malè affecta, & invisa, quod est conforme dispositioni Juris communis, juxtà *Text. in dicta cap. Quod Dei timorem*, ibi -- *Parochiam Plebis ejusdem attendentes Te laudabilitèr præfuisse à Florentino Episcopo impetraverunt, ut ministrares ibidem: hoc etiam Presbyter Cardinalis tunc Apostolicæ Sedis Legatus proponitur annuisse, quod jam dd Parochiam à Nobis ratum haberi supplicitèr postularunt, præsertim cùm de licentia Prioris S. Victoris noscatis hactenùs id fecisse*; Et rursus circa finem ibi. *Sic annuendum duximus postulatis &c.* cum aliis allegatis *per Rotam dicta dec. 419. coram Cavaler.* Aliud verò est Nominatio, seù Jus nominandi, cùm prima innitatur magis gratiæ, quàm Justitiæ, nullumque Jus tribuat Postulato, & Prælatus non cogatur Postulatum concedere, ut tradit *Fagnan. in cap. Bonæ memoriæ num. 59 cum tribus seqq. de Postulat Prælator Card. de Luca de Regul. disc. 13. n. 6.* ibi: *Postulatio redolet solum preces, quæ porriguntur superiori, ut ex Gratia, non autem ex Justitia Postulatum præficiat: Ideoque in superioris arbitrio est concedere, vel denegare neque exindè competit Postulato Jus appellandi, vel recursum habendi &c.* Cum aliis citatis *in Tom. 1. part. 2. discept. 29. num. 19. & seqq. & per totum* Secunda autem importet idem, ac Jus Patronatus, & non innititur Gratiæ Superioris, quia tenetur aliquem ex Nomitatis eligere, si aliàs sint idonei, & eis per nominationem aliquod Jus acquiritur, ut ex *Panormitan in cap. Bonæ memoriæ num. 8. de Postulat.* benè advertit *Passerin. de Elect. cap. 1. num. 50. in fine*.

Quam veritatem, & Justitiam, militantem favore P. Generalis agnovit quoque idem Nuncius Apostolicus, dùm in ejus Relatione minimè dubitavit asserere, electionem Præpositi, citrà ullum dubium, spectare ad eundem Patrem Generalem, sive Capitulum Generale, ibi: *E altresì fuori d' ogni dubio, che la di Lui Elezzione spetti al Capitolo Generale, restando ciò comprovato, non*

to, non solo dalli Statuti, e Costituzioni della detta Congregazione Windesimense, prodotte tanto per parte delle Monache, che per parte del P. Generale: Ma ancora dalla dichiarazione, che fecero le Monache fin dall'anno 1683. in cui convengono le medesime Religiose, che non intendono di arrogarsi alcun Jus sopra l'Elezione del loro Preposito &c. Et licèt subindè insinuaverit modum, forsitan practicabilem, ut nempè Moniales præsentarent tres, & unum ex illis eligeret P. Generalis; Tamen iste modus restringit libertatem electionis, & videtur de directo contrarius Statutis, & Constitutionibus ejusdem Congregationis, dispositioni Juris, & observantiæ, juxta quam, ex supra deductis, in comperto est, nunquam Moniales habuisse hoc jus nominandi, aut præsentandi, sed tantùm petiisse, postulasse, & rogasse pro deputa-

65 tione Præpositi ipsis grati, quod profectò non fecissent, nec precibus postulassent, quod ipsis de Jure, aut ex Statutis, vel consuetudine competebat, *leg. 1. Cod. de Thesaur. lib.* 10. ibi -- *Ut superfluum sit hoc precibus postulare, quod jam lege permissum est &c.* -- *Dec. consil. 51. in fine, Nevizan. consil. 38. num. 16. & consil. 41. num. 19. Salgad. in Labyrint. Creditor. part. 1. cap. 38. num. 13. Fajard. alleg. Fiscal. 16. num. 12. Surd. decis. 173. num. 18.* cum aliis citatis in *Tom. 5. part. 2. disceptat.* 23. *num.* 65. & in puncto casus nostri, quod scilicet obtentum per preces non constituat in aliqua possessione, nec tribuat

66 aliquod Jus nominandi coactivum, & obligatorium, juxta *consil. Geminian.* 45. *num.* 4. firmavit *Rota decis.* 197. *num. 11. part. 9. recen.* ibi -- *Nec refragantur multæ nominationes factæ à Parochianis, in quibus ipsi potissimùm se fundabant; Quia cùm non fuit factæ, nec fieri potuerint ratione Jurispatronatus, quod aliis competebat, sed appareant factæ per viam petitionis, & admissæ ab Abbatibus ad preces, & supplicationem Parochianorum, non probatur ex illis aliqua eorum possessio, sed solùm quædam honorantia, & prærogativa nominandi Vicarium gratum, & benevolum, quæ non constituit in aliqua possessione, nec attribuit aliquod Jus coactivum, & obligatorium Geminian. &c.* -- & in dicta decisione fuit etiam denegata Remissoria, ad effectum probandi immemorabilem consuetudinem nominandi, quæ Decisio est repetita *coram Cerro in dicta decis.* 103. & fuit confirmata in *decis. 314. num. 18. part. 12. recent.* & conferunt deducta

67 per *Rotam decis. 1255. num. 4. coram Emerix jun. & decis. 82. num. 47. part. 18. recent.* Ex quibus habetur quod, quando, ubi prout hic, agitur de actibus facultativis, nec immemorabilis, nec millenaria suffragatur ad inducendam præscriptionem, & obligationem.

Eoque potissimùm supplicando advertere, quod si Indulgeretur Monialibus nominatio indefinita trium Canonicorum Regularium cum obligatione alterum ex eis eligendi, sequeretur, quod illæ nominare possent Regulares ex quacumque Domo, seu Monasterio nostræ Congregationis, quod pariter esset contra formam, & dispositionem Statutorum, seu Constitutionum ipsius Congregationis, juxta quam ubi sunt Commissarii, deputari debent ex eorum Domibus; Ubi verò Commissarii non sunt, P. Generalis ex propria Domo assumere semper consuevit, & quamplura alia absurda, & inconvenientia oriri valerent, signanter circa qualitates, & idoneitatem Nominatorum à Monialibus, quæ de facili decipi possunt in hujusmodi nominatione; Adeoque inevitabiles erunt lites, dissensiones, & jurgia, ac propterea eo certiùs, & absque ulla difficultate libera, & absoluta electio spectare debet P. Generali, qui qualitates Ovium, sibi commissarum, meliùs, quàm ipsæ

68 Moniales indubitanter cognoscit, ut in specie loquendo de Episcopo probat *Rota in Placentina Parochialis 15. Martii 1708. §. 23. coram Ansalda*, & meliùs, atque in longè fortioribus terminis casus nostri in dicta *Senogallien. Fundationis 16. Maji 1710. §. finali*, ibi -- *Considerantes DD. quòd Moniales possent etiam decipi in cognoscendo qualitates dd. Puellarum, & quòd eædem Moniales ob aliquam partialem affectionem aliquando ad electionem minus rectam forsan devenire valerent; Ideo crediderunt, quòd in prædicto casu denegati consensus per Communitatem, licèt talis consensus haberi debeat pro præstita, debeant tamen Moniales consulere Episcopum, qui qualitates Ovium sibi commissarum, meliùs quàm Communitas, & ipsæ Moniales indubitanter cognoscit &c.* -- *coram Molines*;

69 Et loquendo de Prælatis Regularibus, habentibus Jurisdictionem quasi Episcopalem, advertunt *Suarez de Relig. tom. 4. cap. 3. 49. lib. 10 Samuel de Elect. Can. fol. mihi 553. Lezana in Mari Magno cap. 1. n. 47. Tamburin. de Jur. Abb. tom. 2. disp. 1 quæsit. 3 n. 2. quæsit. 4. n. 1. & 2. & quæsit. 5. n. 2. & seqq. Card. de Luca de Jurisd. d. discurs. 32. sub n. 4.* ibi -- *Cùm ipsis Superioribus Regularibus* magis singulorum Religiosorum Mores, & Qualitates innotescant &c. & *§. finali in fine*, ibi -- *Quoniam illi sunt meliùs informati de moribus, & idoneitate suorum Subditorum*; æquali prudentia, justitia, ac congruitate subjungendo: *Atque sancta res esset, si generaliter etiam in aliis muneribus ita practicaretur, juxta dictum B. Joannis Theutonici*.

IN EADEM CAUSA.

DUM hæc Causa reproponi debebat, supervenit notitia obitus P. Bernardi Goeken Abbatis, seu Prioris Generalis nostræ Congregationis Windesimensis, piè secuti die 4. Aprilis 1726. non sine tamen animi mœrore, ex quo videre non potuit finem hujus Litis, prout anxiè exoptabat, ad hoc, ut Justitia suorum Jurium tandem complementum obtineret ab hac Sac. Congregatione, & Moniales, ejus pastorali curæ commissæ, debitam obedientiam sibi, & Successoribus præstarent, ac in pace religiosa acquiescerent, atque ita Justitia, & Pax osculatæ essent; Ideoque hodie renovantur preces nomine Capituli Gen. & Commissariorum d. Congregationis pro favorabili resolutione, minimè obstantibus noviter deductis in contrario; Primo namque loco gratis, & absque ullo prorsùs motivo, vel fundamento exadversò Scribentes comminantur, velle assumere Controversiam super independentia Monasterii à nostra Congregatione Windesimensi, & quod Rescriptum emanatum sub die 22 Junii 1725. summum posset inferre detrimentum etiam ortodoxæ Religioni in illis Partibus, juxta nonnullas Epistulas, exadversò mendicatas, & ad partes exhibitas; Omnia enim hæc sunt mera figmenta, & ideales prætextus ad injiciendam pulverem in oculos, & suadendum falsum pro vero, ideoque sperni omninò potiùs, quàm refelli merentur, juxta celebre di-

70 ctum *S. Athanasii*, relatum in *Instit. crim. lib. 4. tit. 8. n. 123.* ibi -- *Nimis falsa non sunt refellenda, ac habita fuisse credibilia videantur*.

Hinc deveniendo ad Causæ merita, nec ex dispositione Juris, neq; ex contractibus, & documentis exadver-

71 sò allegatis, nec minùs ex ass. observantia quinque Sæculorum, Jus eligendi, aut deputandi, vel nominandi Præpositum Regularem, de quo agitur, spectare potest ad Abbatissam, & Moniales, ut latè probavimus supra.

Nil penitùs relevante, quòd Abbatissa habeat liberam Administrationem sui Monasterii, sicut Abbas, tam in

72 spiritualibus, quàm in temporalibus ex *Text. in cap. Dilecta*, ibique *Gloss. de Major. & obed.* aliisq; authoritatibus allegatis in contrarium; Quia ultra quod talis Administratio, & Jurisdictio, non est ita plena, sicuti est illa

73 Abbatis, ut inquit *Gloss. in d. cap. Cùm dilecta, verb. Jurisdictionem*, & notant adducti à *Pace Jordan. lucubr. tom. 1. lib. 5. tit. 4. sub n.* 22. Adhuc nunquam extendi potest, quod valeat nominare, & multò minùs eligere, & deputare Præpositum Regularem sui ipsius Monasterii, qui exercere debet Jurisdictionem super ipsam, & Moniales, præsertim in spiritualibus; Esset enim absurdum, quòd Pastor pendere debeat ab Ovibus, cùm imò potiùs Oves pendere debeant à Pastore, ut benè ad propositum, quòd Moniales nequeant ad ipsarum libitum, & nutum, ac sine causa amovere Confessores, seu Curatos, vel Deputatos ad Sacramenta eis ministranda, juxta declarationem S. Congregationis Concilii in una *Hispalen.* ar-

74 gumentatur *Rota cor. Peutin. dec. 53. sub n 90. & dec. 85. n. 29.* & quod tale Jus eligendi in Monasterio, seu Ecclesia Regulari acquiri non possit, nisi in limine fundationis intervenerit Beneplacitum Apostolicum, punctualiter probavimus supra.

Et quatenùs etiam ageretur de deputatione Regularis, etiam Conversi, & pro sola Administratione Bonorum, seu rerum temporalium Monasterii, tamen ejus electio spectaret ad nostr. P. Generalem, tamquam Superio-

75 rem, & Prælatum Monast. juxta punctualem authoritatē *Tamb. de Jur. Abbatiss. disp. 14 quæs. 2 n. 1.* ibi -- *Ex dd. satis*

compertum est, Generales, & Provinciales Religionum, propter facultatem illis à Sede Apostolica attributam erga Moniales, eorumdem curæ creditas, deputare posse Regulares sibi subditos pro administratione rerum temporalium in Monasteriis Monialium, ut de facto, & ab immemorabili multæ Congregationes consueverunt &c.

Quod magis claré confirmatur ex Constutione Gregorii 76 XV. edita Anno 1622. & impressa in *Bullar. nov. tom. 4. constitut.* 18. ac repetita apud *Tamburin. de Jur. Abbatiss. disput.* 16. *quæst.* 2. *sub num.* 2. in qua sancitum legitur, quod Confessores, sive Regulares, sive Sæculares, quomodocumque exempti, ad Confessiones Monialium, etiam Regularibus subjectarum audiendas, nullatenùs deputari valeant, nisi priùs ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbationem obtineant, ac insuper statuitur, quod *Administrantes Bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium, etiam Regularibus subjectarum, pertinentia, sive Regulares extiterint, sive Sæculares quomodolibet exempti Episcopo Loci adhibitis, etiam Superioribus Regularibus singulis annis rationes Administrationis reddere teneãtur &c. Liceatq; Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi, quoties, & quando opus esse judicaverit &c.*

Si igitur Episcopus ipse, cui vigore dictæ Constitutionis commissa est vigilantia, & sollicitudo quoad spiritualia, & temporalia Monasteriorum Monialium, nequit de facto ad sui libitum, & sine causa rationabili amovere Confessarios, & Administratores hujusmodi, etiamsi essent Sæculares, nisi priùs admoneat Superiores Regulares, ut illos amuveant; Ecce nimis clarum, & plusquam evidens, quod à fortiori Superiores Regulares, nedùm possunt amovere Confessarios, sed etiam Administratores Bonorum, spectantium ad Monasteria Monialium Regularibus subjecta, præcipuè quãdo, ut hic, dd. Confessores, & Administratores sunt Regulares, & ipsis Subditi per votum solemne obedientiæ; Si autem possunt amovere, in necessarium antecedens emergit, quod eos ponere, & deputare valeant, cum ejus sit ponere, & deputare cujus est deponere, & amovere, ad tradita per 77 *Rotam coram Peutinger. decis.* 15. *num.* 16. *& seqq. & decis. quinquagesimatertia num 67 & sequentib.* sicuti eadem est potestas ligandi, atque solvendi *ad Text. in capit. Cùm inferior de Majorit. & obedient. Barbosa Axiom. primo num. sexto.*

Quod vero dicta Constitutio Gregoriana veniat omninò servanda, simul cum quibusdam declarationibus Sa-78 cræ Congregationis Concilii, insertis post *d. Constitut.* 18. *in Bullar. nov. tom* 4. & etiam apud *Tamburin. loco supra allegato*, ac neglectis opinionibus Doctorum, signanter illorum, qui scripserunt ante dictam Constitu-79 tionem nullum dubium esse potest, ut advertit *Tambur. de Jur. Abbatiss. d. disput.* 16. *quæst.* 2. *num. secundo*, & meritò quia non solum est munita solita clausula *sublata*, & Decreto irritanti, sed quod plus est, quia *in ea derogatum extitit quibuscumque Constitutionibus Apostolicis, favore quarumcumque Personarum, & Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, & Societatum, ac cujusvis alterius Instituti, nec non Statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ut in §. Non obstantibus &c.*

Nec propterea subsistere potest, quod vigore Bullæ Cruciatæ, vel ex antiqua consuetudine Monialibus competere valeat Jus eligendi Confessarios, confirmandos à Superiore Regulari, & examinandos per Episcopum; Quoniam respectu Bullæ Cruciatæ contrarium expresse determinarunt Clemens VIII. & Urbanus pariter 80 VIII. ut testatur *Tamburin. de Jur. Abbatiss. disp.* 16. *quæst.* 4. *sub num. quarto & num. quinto* Nec *Monacell. in suo supplemento ad secundum Tomum pag.* 67. *num.* 326. *tom. quarto* umquam somniavit affirmare in Hispaniis practicari, quod vigore dictæ Bullæ Cruciatæ Moniales habeant Jus eligendi Confessarios ad eorum libitum, ut perperam exadverso asseritur, quia potiùs iste Author inquit, quod *electio Confessariorum, dato Regularibus Viris, & Monialibus cujusvis Ordinis, & Instituti, & tam Provinciæ Hispaniarum, quàm aliarum virtute ejusdem Bullæ, & aliorum Indultorum, ut possint absolvi à casibus, & censuris reservatis, non extenditur ad eos Confessarios, qui a suis prælatis non sunt deputati, ut patet ex declaratione Clementis VIII. &c.* Quo vero ad Consuetudinem, 81 seu observantiam in Germania, in nihilum obstat authoritas *Zypei lib.* 3. *consult.* 4. *de Regular. num.* 9. *§. Porro*; quoniam ultra quod satis esset respondere, & possumus uti verbis illis D. Paul. 1. *ad Corinth.* 11. 16. *Nos talem Consuetudinem non habemus*, & ulteriùs etiamsi ageretur de immemorabili, ea quoque sublata foret per dictam Constitutionem Gregorii XV. Itaut nefas sit de hoc ampliùs dubitare. Adhuc præfatus Author ibi loquitur cum præsupposito Privilegii Apostolici, prout meliùs se declarat in subsequenti *consul* 5. ad quam se remittit, & in illa expressè advertit, Monialibus, nec de Jure, nec de consuetudine, sed tantum ex speciali Privilegio Apostolico competere facultatem eligendi Confessarium, ut legere est ibidem *num.* 8. his verbis: *Verum Prælati tamen exempti eligendi pro se Confessarii, & deputandi pro suis subditis à Jure facultatem habent cap. fin. de Pœnit. & remiss. feminæ eo nomine negantur intelligi, manebunt ergò in communibus Juris terminis, ut adeò id eis non competat, ut nec consuetudine possit introduci, ut præter sui Superioris licentiam Confessorem sibi eligere valeant, qui eas possit solvere, vel ligare &c. Quare multis in Locis inter valdè specialia privilegia obtineri à Sede Apostolica per Abbatissas solet jamolim, ut electionem habeant Confessariorum &c. & sanè in Monialibus facultas eligendi ægriùs conceditur, cùm etiam Bullam Cruciatæ electionis, permissivam non æquè in illis obtinere, sed Superiorum dispositioni non detrahat &c.* & in eisdem 82 terminis, eum refert, & sequitur *Chassaing. de Privileg. Regular. tractat quinto capit. sexto proposit.* 4. *§. Non putes.*

Minùsque attendi meretur, quod pro temporalium administratione veniant segreganda munera, & deputandus sit alter Officialis in tẽporalibus loco Præpositi; Quia si utrumque munus, tàm in spiritualibus, quam in temporalibus adimplere semper consuevit Præpositus, & temporalia sunt accessoria ad spiritualia, ac Monasterium reperitur in commendabili statu, & incremento, mediante opera, & diligentia Præpositorum Regula-83 rium nostræ Congregationis, ut ex Visitationibus exadversò allatis, profectò nulla fieri debet innovatio, aut multiplicatio Ministrorum, & Officialium absque necessitate, imò sine ulla causa, ut de se patet; Ultra quod in præsenti unica quæstio, & controversia versatur super jure eligendi Præpositum, non autem deputandi alterum Officialem, vel Ministrum, & sic non est divagandum extra punctum quæstionis.

Atque ex his superfluum est inquirere, an primarium munus istius Præpositi consistat in Administratione rerum temporalium Monasterii, seu potius in excipiendis Confessionibus, aliisque rebus spiritualibus peragendis; Nam omisso, quod magis dignum, prout est spirituale, sempre trahit ad se minus dignum, scilicet temporale, ac præcedere, & prævalere debet, ut agnovit, & fassus fuit Nuncius Apostolicus in sua Informatione, ibi: *Rispetto al primo rendendosi incontrovertibile da più, e diversi atti, prodotti hinc indè, e che tralascio di ripetere &c. che l' essercizio della carica di Preposto abbraccia tanto l'amministrazione temporale, che spirituale, è indubitato, che questa, e non l' altra di sua natura deve precedere, e* 84 *prevalere*: Adhuc, etiam si admitteremus, juxta Partis assumptum, munus primarium dicti Præpositi versari in Administratione rerum temporalium, in nihilo officeret, quoties ille numquam fuit electus, aut nominatus à Monialibus, sed tantùm aliquando præcibus, & ferventibus instantiis postulatus, ut demonstravimus supra, & juxta Constitutiones nostræ Congregationis, Rectores, & Præpositi Monialium possunt deputari, & amoveri ad libitum, & voluntatem Patris Generalis, vel Commissarii pro tempore, de facto fuerunt amoti signanter anno 1681. atque ex supradicta Constitutione Gregorii XV. eorum electio, ac deputatio, seu nominatio, & respectivè amotio spectat ad Superiores Regulares.

Nec aliquo obstare valent ponderationes, exadversò factæ, & primo, quod Congregatio nostra Windesimensis fundata extiterit anno 1387. & Monasterium jam tunc erat satis antiquum, & fuerat gubernatum à 18. Præpositis; Quia hoc nihil probat ad Partis intentum, quoties non docetur, nec doceri potest ex-

adver-

adverso, dictos Præpositos fuisse unquam electos, aut nominatos à Monialibus, imò ex Libro secundo Joannis 85 Buschii Præpositi nostræ Congregationis sub Titulo de Reformatione Monasteriorum *cap. 17.* habetur *circa annum 1430. fuisse deputatum in Præpositum Fratrem Joannem Belevoldie in Vittomberg Priorem de mandato Episcopi Hildesiensis, Et voluntate Priorum Suorum*. Signum profectò evidens, quod tunc temporis electio, & deputatio Præpositi spectabat ad Episcopum Hildesiensem, quia adhuc Monasterium non fuerat subjectum nostræ Congr.

Secundò non obstat, quod ad hoc, ut Regulares Jurisdictionem acquirant in Monasteriis Monialium, erectis aute eorum Ordinem requiratur probatio unionis subjectivæ; Quia ultra quod authoritates in contrarium citatæ nec per umbram afferunt id, ad quod exadversò allegantur, in casu nostro ex lapsu centenariæ, & ultrà, quo Monasterium subjectum reperitur nostræ Congregationi, nedum potest allegari unio subjectiva, sed Privilegium Apostolicum, 86 & quicumq; melior titulus de Mundo, *Rot. dec. 218. n. 21. part 18. & dec. 647. n. 6. & dec. 709. n. 11. & decis. 770. n. 10. eadem part. 18. & dec. 152. num. 2. part. 19. & dec. 574. n. 9. cum duobus seqq. eadem par. 19. & in Tranen Præeminentiarum 19. Novembris 1717. Immemorabilis coram Ansaldo*, ubi quod habens pro se Immemorabilem, dicitur habere totum id quod Papa & Imperator possunt per viam gratiæ, vel justitiæ concedere, cum concordantibus citatis *in Tom. 5. part. 2. discept. 25. n. 8.*

Tertiò. In nihilum attendi debent Statuta, seù Constitutiones Monasterii. Quidquid enim sit de illarum vera, & reali subsistentia, de qua non parum potest dubitari ob adeò serotitam exhibitionem simplicis copiæ, quæ falsò nuncupatur exadverso Statutum originale. Satisfacit responsio, quod præfata Statuta, seù Constitutiones, tamquàm nimis antiquæ, & conscriptæ usq; ab an. 1472. abjerunt in desuetudinem, & fuerunt postea in meliorem formam redactæ, ac immutatæ, atque illæ cum quibus hodie vivitur, & fuerunt promissæ observari à Monialibus, ut ex formula Professionis quæ fuerunt exhibitæ ab eisdem Monialibus in Processu compulsoriali coram Nuncio Apostolico, Judice delegato ab hac S. Congregatione, ut habetur ex dicta ejus Informatione, ibi: *Rispetto al terzo punto, che concerne le Constituzioni, e Statuti del Monastero, e della Congregazione Windesimense toccanti l' Elezzione delli* 87 *Prepositi, per parte del Monastero è stato esibito come si vede al numero 41. un libro di dette costituzioni manoscritte in lingua Tedesca, & al Capitolo 16. delle medesime apparisce, che il Commissario, o il Capitolo Generale pone li Rettori delle Monache, & i loro Compagni:* Et verba istarum Constitutionum, translata in latinum sunt sequentia: *Capitulum Generale, vel Commissarii ponunt Rectores, & eorum Socios, si Rectores nolint admittere Socios, quamprimum ad suos Conventus revocantur*; Unde absonum nimis, & nefas est, ut hodiè Moniales contra propriam confessionem, antiquas, antiquatas, & longè, diversas, ac numquàm observatas Constitutiones, in medium afferant.

Et nihilominùs ex abundanti, & quatenùs etiam standum esset dictis Constitutionibus, modò exadversò exhibitis, quod est prorsùs insubsistens, illa verba, in quibus habetur, *quod Capitulum Generale, vel Commissarii ordinabunt Rectores de Consilio, & prout Sorores Domui suæ expedire judicabunt*, nullam important necessitatem sequendi consilium, sed censentur apposita ob quamdam rationem congruentiæ, & honestatis pro meliori regimine, & administratione, & quidem neglecta distinctione, an lex, vel Statutum utatur dictione: *de* vel 88 *cum*, juxta Theoricam *Innocentii, Ancharani, Abbatis*, & aliorum in *cap. Cum olim de Arbitris*, & plenè tradita per *Bursatt. consil. 90. num. 36. & seqq. & num. 46. & seqq.* ubi in specie rejicit hanc distinctionem *lib. primo, Sanchez de Matrimon. lib. primo disputation. 34. num. 24.* 89 ubi quod hæc est differentia inter consilium, & consensum, bene *Menoch. consil. 69. num. 17. & seqq. Adden. ad Buratt. decis. 29. in fine, Barbos. ad Concil. cap. 12. nu. 45. in fine, Cardin. de Luca de Canonic. & Capitul. discurs. 1. num. 10.* & melius *de Regular. discurs. 8. nu. 5.* ubi signanter 90 advertit dictam distinctionem volitare in Curia per ora Practicorum in Commissionibus alicui directis *cum Voto*, vel *de Voto* alterius Judicis, vel respectivè Tribunalis; De jure autem verior est indistinctè dicta Theorica generalis Doctorum; quod etiam repetit de *Judic. disc. 4. num. 10.* & in supplemento ad *dicto disc. num. 10. & seqq. & in conflicta legis, & rationis observation. 297.* & 91 adnotavit quoque *Coccin. annotation. decisiv. 185. num. 1. & 2. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. disceptation. cap. 524. num. 3.* cum aliis, citatis in *tom. 1. discept. Eccles. part. prima disceptation. 7. num. 34. & seq. & in compend. privileg. Fabricæ num. 114.*

Quartò. Nullius est relevantiæ reflexio, quod licèt ex Bulla Martini Quinti edita Anno 1420. desumi valeat unio Monasterii subjectiva nostræ Congregationi, tamen opus esset ostendere, quod duæ partes ejusdem Monasterii Monialium consenserint, ac insuper assensum præstiterit Diœcesanus. Quia ex lapsu centenariæ, & ultra, talis consensus, seu ratificatio sine dubio inducta censetur, cùm ad hunc effectum sufficiat lapsus 30. annorum, ex adductis per *Rotam coram Bichio decis. 30. num. 27. &* 92 *seqq. & coram Cerro decis. 502 num. 12. & decis. 670. num. 12.* ubi in puncto de consensu Ordinarii in materia Jurispatronatus; Et de unione observata per spatium 30. vel 40. annorum, quod præsumatur valida, & solemniter facta, nec requirat ulteriorem justificationem *Rota decis.* 93 *536. nu. 1. cum tribus seqq. part. 18. recent.* Maximè, attentis tot actibus jurisdictionalibus, exercitis spatio tanti temporis à PP. Generalibus, & Commissariis nostræ Congregationis, & approbatis ab Ordinario, signanter occasione deputationis Confessariorum.

Quintò, pariter nullius momenti est animadversio, quod Anno 1553. fuerit impressus Codex Constitutionum omnium Congregationis Windesimensis, & in eodem Libro descripta fuerint omnia Monasteria, quæ dictæ Congregationi se subjecerant, & inter illa non reperitur adnotatum Monasterium de quo est quæstio; Quia quid quid sit de præfata adnotatione, nullibi justificata, 94 & de impressione Codicis Constitutionum, & an sint illæ, quæ modò observantur; Non exinde resultat ulla negativa probatio subjectionis ipsius Monasterii, cum ex pluribus causis evenire potuerit omissio talis descriptionis, vel scilicèt ob incuriam, & negligentiam, vel quià tunc temporis, adhuc Monasterium non fuisset subjectum nostræ Congregationi, vel ex aliis motivis Nobis hodie ignotis, & quæ vanum esset quærere, quoties à centum, & ultra annis talis subjectio impugnari nequit, & ad evidentiam constat ex ipsis documentis exadversò allatis, itaut contraria animadversio sit adeò languida, & debilis, ut nullam omnino considerationem mereatur in Judicandu.

Eodemque modo nescitur ad quid inservire valeant quædam Capitula Pacis, initæ de Anno 1643. inter Serenissimum Electorem Coloniensem, uti Episcopum Hildesiensem, & Duces Brunsvicenses. Necnon recognitio in Dominum Monasterii, facta à nonnullis 95 Rusticis Villæ Dorstadt de Anno 1507. Hæc enim omnia nihil habent agere cum hodierna nostra quæstione, & quoad antiquum Documentum Anni 1329. ex quo habetur, fuisse electum in Præpositum Monialium quemdam Henricum, Cappellanum Ducis Brunsvicensis, satisfecimus supra, ubi ostendimus, nullam fidem esse illi præstandam, tanquam contra omnem verisimilitudinem, & continenti potiùs speciem fabolæ; Et satis est etiam dicere, quod quatenùs per possibile subsistentiam haberet, esset res inter alios acta à 400. circiter Annis, & antequam fundata extitisset nostra Congregatio Windesimensis, itaut eidem Congregationi, & PP. Generalibus pro tempore nullatenus præjudicare valeat ex notissimis Juribus.

Prout quoq, in nihilum urget reflexio, quod hic agatur de deputatione Religiosi, qui Curam, & Administrationem exercere debet omnium, & singulorum Bonorum; 96 & Jurium Monasterii, itaut propterea necessè sit, ut dependentiam habeat ab eisdem Monialibus, & non sit eis Persona suspecta, & invisa; Quia iste Præpositus exercet etiam curam, & gubernium Monialium in spiritualibus, ut est in confesso, & clarissimè habetur in dicta Informatione Nuncii Apostolici; Unde nullam dependentiam habere debet ab eisdem Monialibus, quas regit, & gubernat, alias ipsæ non essent subjectæ, & subditæ, sed Dominæ, & Patronæ, atque absurdum, & inconveniens est, quod Pastor depēdeat ab Ovibus, cùm potius Oves dependere debeant à Pastore, & illum sequi, ut supra diximus, & addimus Evangelicum Oraculum Joannis *cap. 10*

num. 4. ubi Christus Dominus loquens de Pastore ait -- *Et cùm proprias Oves emiserit, ante eas vadit, & Oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.*

Denique quoad præjudicia, seditiones, & damna, quæ provenirent, si Moniales cogerentur ad nominationem trium Personarum, nulla alia opus est responsione; Quia, ut supra observavimus, hæc omnia sunt mera figmenta, & ideales prætextus, exadversò mendicati ad obtinendam mediis omnibus victoriam in hac lite, quæ tamen cùm agatur coram æquè Sapientissimis, ac Justissimis Patribus, non ita de facili reportari potest sub idealibus prætextibus, & suppositis insubsistentibus ad obumbrandam veritatem, & bonum Jus assistens nostro Capitulo, & Congregationi, ac piæ memoriæ defuncti P. Generalis, qui nihil aliud habuit in Votis, quàm propria, & successorum Jura tueri, & observantiam Constitutionum Congregationis, ad quam Voto sese adstrinxerunt Moniales, ac etiam regularem disciplinam, & obedientiam, ex qua dependet tota perfectio Religiosa; Et respectu novitatum, quas vitandas esse exadversò exageratur, objectum manifestè retorquetur contra easdem Moniales, utpotè quia nunquam habuerunt, aut exercuerunt tale Jus eligendi, aut nominandi Præpositum, ut percurrendo singulas electiones ab anno 1646. usque ad diem motæ præsentis controversiæ, plenè demonstravimus supra.

Die 17. Maji 1726. Reproposita Causa in Congregatione Episcoporum, & Regularium per Card. Corsinum, fuit rescriptum -- *Dilata, & ad mentem*, quæ fuit, ut scriberetur Nuncio Appstolico pro concordia. Circa quem rescribendi modum vide ea, quæ diximus *in Instit. crim. lib. 3. tit. 9. à num. 54.*

DISCEPTATIO XXVIII.

Lunen. Sarzanen. Præeminentiarum.

PRO

Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Populo Oppidi Apuæ.

CUM

Carolo Maraffio Archipresbytero SS. Hyppoliti, & Cassiani ejusdem Oppidi.

ARGUMENTUM.

Parochiali Ecclesiæ, postquam erecta fuit in Collegiatam, debentur omnes illæ prærogativæ, quæ prius competebant Ecclesiæ Matrici, non obstante immemorabili possessione, in qua Ecclesia Matrix reperiebatur ante dictam erectionem in Collegiatam Ecclesiæ Parochialis.

Erectio Ecclesiæ S. Mariæ de Populo, ære publico constructæ, in Collegiatam insignem in Oppido Puntremoli usque ab anno 1699. ab illa Communitate, & à nonnullis piis Benefactoribus promota, tandem post plures controversias excitatas, tam à Capitulo Cathedralis Lunen. Sarzanen., quàm à Parochis ejusdem Oppidi, & aliis, de quibus actum fuit in Congregatione habita sub die 7. Maji 1718. suum obtinuit complementum, mediante expeditione Indulti Pontificii, illiusque executione, nemine contradicente, reportata ab Ordinario Lunen. de anno 1722.

Occasione autem Sacrarum functionum, tam Archipresbyter SS. Hyppoliti, & Cassiani, quàm alii Parochi præfati Oppidi, easdem renovarunt, quas promoverant anno 1718. prætensiones, singulariter recurrente dicto Archipresbytero ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium pro illarum Decisione; Verùm remissa Causa ad Congregationem Concilii, concordata fuerunt quatuor dubia in fine registranda.

Et inchoando *à primo* respicien. decantationem Missæ solemnis in die festo Sanctissimi Corporis Christi contendit Archipresbyter, illam sibi adhuc competere in nostra Ecclesia Collegiata, eo quia ita ab antiquo fuerit servatum, & ita contradicentibus aliis Parochis sub fundamento Matricitatis resolutum extiterit à Congregatione Episcoporum, & Regularium; Hujusmodi autem prætensio, sicuti omnes aliæ contentæ in dictis Dubiis, novæ non sunt, quia pro parte ejusdem Archipresbyteri excitatæ fuerunt dicto anno 1718. quando meritò fuerunt rejectæ, quia elevatio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Populo in Collegiatam insignem cessare faciebat de consequenti respectu illius quæcumque Jura, & præeminentias Matricitatis, ut tradunt *Corrad. in Prax. benef. lib. 2. cap. 14. num 52. cum seqq.* & signanter *num 67. Spad. cons. 163. num. 8. Piton. discept. 9. num. 44. Card. de Luca de Regul. in Miscell. disc. 32. num. 14. & de Præemin. dist. 9. per tot. Ceccoper. lucubr. Can. lib. 1. n. 67. 71. & 78. Rota coram Seraphin. decis. 1445. per tot. & in Recen. decis. 313. num. 6. part. 4. tom. primo*: cum aliis apud *Barbos. in Summ. Apostol. decis. collect. 185. num. 4.* ubi refert resolutionem Congreg. Rituum.

Ex quo infertur negativa resolutio dicti primi dubii, cùm enim post erectionem hujusmodi Ecclesiæ in Collegiatam, Persona dignior non possit ampliùs considerari dictus Archipresbyter Saliceti, sed Præpositus Prima Dignitas ejusdem Collegiatæ, de consequenti emergit, non illi, sed isti talem competere prærogativam, juxta disposita in *Cæremon. Episcop. lib. 2. cap. 33. de Festivit. Sanctissimi Corporis Christi vers. Absente Episcopo*, ibi -- *Absente Episcopo, & in Collegiatis Celebrans ipse, finita Missa, & Depositis Planeta, & Manipulo capiet Pluviale, & Sanctissimum Sacramentum thurificabit, illudque sub Baldachino portabit*; Sicuti enim determinatur delationem Venerabilis esse faciendam à Celebrante, ita communiter etiam habetur, Missam solemnem in hac festivitate celebrandam esse semper à Digniori, absente Episcopo, ex congestis *apud Barbos. in Summ. Apostolic. decis. Collect. 243. num. 13. cum sequentib. Rota in Burgen. Præeminentiarum 13. Martii 1671. coram Rondinino* impressa post *Novar. Summ. Bullar. decis. 4. nu. 15. & sequentib.* & in confirmatoria 8. *Februarii* 1677. *coram Bourlemont* impressa post *Urceol. de transact. dec. 86. num. 36. & in Recent. decis. 469. par. 19. tom. 2.* & declaravit hæc Sacra Congregatio *in Parmen. sub die 28. Aprilis* 1640. quam refert *Card. de Luca de Præemin. disc. 20. num. 20 §. Sat. Rituum*,

Dubitari autem non potest, quin supposita erectione, Præpositus Collegiatæ sit dignior respectu Archipresbyteri, prout dignior est Ecclesia ad statum Collegialitatis evecta, etiam respectu Matricis, & quamvis illa antecedenter fuisset filialis, quia Ecclesia Collegiata est dignior quacumque Parochiali, signanter quando est insignis, cùm Collegiatæ insignes æquiparentur Cathedralibus ad tradita per *Ricciull. de Jure Eccles. libr. 1. cap. 13. num. 56. Ceccoper. lucubr. Canon. libr. 3. tit. 5. num. 15. Rota decis. 29. num. 8. part. 2. divers.* & consonant quamplures resolutiones *Sacr. Congregationis Rituum*, de quibus apud *Barbos. in Summ. Apost. Dec. verbo Collegiata collect. 181. num. 4. & de Offic. & potest. Paroch. part. 1. cap. 9. & 10. Ceccoper. lucubr. Can. lib. 1. tit. 5. num. 6.* ibique *Scanfarton. in annotat. num. 3. Card. Petra in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. ad Constitut. Innocentii IV sect. unic. num. 21. & sequen. fol. mihi 54. Rota coram Seraphin. decis. 1445. num. 1. & 3. & in dicta Burgen. post Urceol. decis. 85. & 86.* ubi plenè *decis. 400. num. 35. part 18. rec.*

Indubitanter, quia sicuti non potest controverti, Processionem, de qua agitur, inchoari, ac terminari debere in hujusmodi Ecclesia Collegiata, prout ita Juris esse ostendetur in sequenti dubio, ita negari pariter non potest, Missam celebrari, & Sanctissimum Sacramentum deferri debere à digniori illius Ecclesiæ, in qua Processio incipit, & desinit, ex congestis in *dicta Burgen. Præeminen.* de quibus post *Urceol. de transact. decis. 85. num. 15 & seqq. & decis. 86. num. 36.* ibi -- *Missa verò Conventualis tali die, si abest Episcopus, celebrari debet per Digniorem de Capitulo ejus Ecclesiæ, in qua dies Festus celebratur, & sic in Collegiata, in qua incipit, & desinit ipsa Processio.*

Ex quibus removetur objectum innixum consuetudini antecedenti; Mutato siquidem antiquo statu per erectionem in Collegiatam, ista evadit dignior, neque attenditur ampliùs, vel qualitas antiqui Status, vel Matricitas, quia de Jure est, præeminentias concedi digniori, ad *Textum in cap. Statuimus de Majorat. & obedien. & tot. tit. Cod. Ut dignitat. ordin. serv. libr. 12.*

& in

& in fortioribus terminis Ecclesiæ filialis io Collegiatam erectæ, concurrente cum Matrice, tradunt [8] in specie *Coccoper. d. tit. 5. num. 6.* ibique: *Scanfarton. in annot. num. 3. Card. de Luca de Præemin. disc. 9. nu. 4. & num. 10. Barbos. de Paroch. d. cap. 9. num. 10. & Card. Petra loco superiùs adducto n. 23.*

Ex quibus infertur resolutio negativa quoad primam, & affirmativa quoad secundam partem secundi dubii, sive enim inspiciatur Persona, à qua explenda sit Processio, sive delatio Venerabilis, sive locus, à quo incipere, ac desinere debet eadem Processio, planum profectò est respectu Personæ, nulli alteri, quàm Præposito, seù Canonicis Collegiatæ, isto impedito, utpotè digniorem gradum obtinentibus io loco, competere hujusmodi Præeminentiam; Si enim, ut supra vidimus Missæ solemnis celebratio in hujusmodi festo competit digniori, absente Episcopo, ita etiam ad eumdem pertinet deferre Sanctissimum Sacramentum, juxta dispositionem Cæremonialis, supra adducta eadem claritate verum est in Jure, quòd Processio io die festo Sanctissimi Corporis Christi semper à Cathedrali, vel à majori Ecclesia Loci inchoanda est, ac ibidem terminanda, [9] juxtà concordantes *resolutiones* apud *Barbos. in Summ. Apost. Decis. collect. 606. num. 2. Gavant. Manual. Episcop. verb. Processio num. 15.* & in puncto pro Collegiata, & [10] quidem oon obstante contraria consuetudine antecedeoti resoluit *Sacra Congregatio Rituum in Nolana Processionis 1. Septembris 1718.* de qua *tom. 3. part. 2. discept. 26. per tot.* & ita *Juris* esse ostendit *Rota in d. Burgen. Præemin. post Urceol. decis. 85. 86. num. 32. & 34.* ubi quòd contraria prætensio esset contra *Decreta Sac. Rituum Congregationis, & Cæremoniale Romanum*.

Pari facilitate rescribendum videtur ad tertium *negativè* quoad primam, & *affirmativè* quoad secundam par[11]tem; Cùm enim alias in *hac Sac. Congregatione* hoc ipsum dubium excitatum fuisset *in Florentina Præeminentiæ, seu Functionum* in fortiori casu Ecclesiæ filialis in Collegiatam erectæ, utrum scilicet ista teneretur recipere Sacrum Crisma pro suis Parochianis à Rectore Ecclesiæ Matricis, prout ante erectionem servabatur *Sac. hæc Congregatio sub die 11. Julii 1692.* recedendo à præcedenter *Decisis die 27. Januarii 1691.* resoluit *nega[12]tivè*, ut refert *Card. Petra d. Comment. ad Constit. 5. Innocentii IV. sect. unica num. 10.*

Præterea Jure optimo statuendum videtur, Archipresbyterum teneri recipere Oleum Sacrum è manibus Præpositi nostræ Collegiatæ, juxtà terminos secundæ partis dicti dubii; Licèt enim hoc Jus distribuendi Olea Sacra Parochis alicujus Loci, dependere videatur ab arbitrio Episcopi, qui potest uni potiùs, quàm alteri talem distributionem committere; nihilominus cùm hujusmodi Jus originariè spectet ad Cathedralem, utpotè digniorem cunctis Ecclesiis, ex adductis per *Pignatell. consf. 46. num 6. & 7. tom. 7.* Ita meritò dici po[13]test, conveniens esse, ut d. distributio committatur d. Præposito hujus insignis Collegiatæ, tum ex ratione superiùs adducta, quòd Collegiatæ insignes æquiparantur Cathedralibus: Tum etiam ex identitate rationis, quæ operatur, ut in his, & aliis præeminentiis, ea, quæ congruunt Cathedralibus, conveniant quoque Collegiatis, quæ sunt in Loco digniores, cùm eadem sit ra[14]tio in utrisque, ut ratiocinatur *Card. de Luca Miscell. Eccles. disc. 45. num. 3. & seqq.*

Non minùs exorbitans est altera prætensio Archipresbyteri, quòd Præpositus, & Capitulum teneatur accedere quotannis in vigilia Ascensionis Domini Nostri, & visitare Ecclesiam Archipresbyteralem SS. Hyppoliti, & Cassiani, juxtà terminos *quarti dubii*, cui proindè *negativè* respondendum videtur; Cùm enim talis accessus, & visitatio unicè innitatur quoad alias Ecclesias inferiores honori reverentiali, seu obsequio, debito erga Matricem, qualis habebatur dicta Ecclesia Archipresbyteralis ante erectionem nostræ insignis Collegiatæ, & sic in signum subjectionis, certum est, quòd elevata Ecclesia S. Mariæ ad statum Collegialitatis implicat in terminis respectu hujus Eccl. exhibitio hujusmodi prætensæ servitutis erga d. Ecclesiam Archipresbyteralem, quia quemadmodum accedere ad aliquem locum [15] est species subjectionis, ad firmata per *Rotam cor. Seraph. dec. 15. n. 3.* ita hæc profectò cessat per elevationem Ecclesiæ etiam inferioris ad statum digniorem, prout evenit respectu Ecclesiæ filialis, & subjectæ io Collegiatam erectæ, nam per talem elevationem coosiderari ampliùs non potest status pristinus subjectionis erga Matricem, ut adductis Concordan. notant [16] *D. Piton. discept. Eccles. 9. num. 44. Scanfarton. ad Coccoper. lib. 4. tit. 11. num. 26. Rota coram Seraphin. decis. 1445.* ex qua rationa descendit, quòd Collegiata non tenetur accedere Parochialem Matricem pro facienda benedictiona, & distributione Candelarum, & Palmarum, non obstante, quòd io statu simplicis Ecclesiæ accedere consuevisset, ut patet ex pluribus decretis apud [17] *Barbos. Apost. dec. verb. Collegiata n. 6.*

Quin ex hoc, & aliis, de quibus supra, Archipresbyter SS. Hyppoliti, & Cassiani utpotè sibi præjudicialibus, conqueri valeat, quia hæc sunt præjudicii consecutiva, & quæ veniunt ex natura erectionis in Collegiatam, quæ nec attendi debent, etiamsi in Bulla erectionis adesset clausula *sine præjudicio alterius*, & distinguendo dixit [18] *Rota in Messanen. erectionis Collegiatæ cor. Cerro dec. 685. n. 11. & 12.*

IN EADEM CAUSA.

[19] CErtum est (sunt verba *Card. de Luca de Præeminen. disc. 9. num. 4.*) *Quòd Ecclesia, in Collegiatam erecta, quamvis aliàs esset filialis, & inferior, fit dignior, & major, ob novam superventam majorem qualitatem, novumque statum diversi, ac majoris ordinis &c. Quamvis nova erectio nullam contineret derogationem Juri Tertii, ac Regulæ de Jure quæsito non tollendo &c. Quinimò, etiamsi adesset expressa præservativa clausula* sine præjudicio, *quia derogatio Regulæ Juris Tertii non requiritur in Gratiis, ex propria natura præjudicialibus, & clausula* sine præjudicio *intelligitur in aliis, quàm in iis, quæ de Jure, ac natura rei resultant,* quæ repetit *in disc. 36. de Paroch. num. 7.* sequendo magistralem *dec. Seraphin. 1445.* quàm sequuntur pariter *Barbos. in Summ. Apostolicar. dec. Collectan. 181. num. 4. & de Potest. Paroch. part. 1. cap. 9. num. 10. Tondut. Quæst. benef. part 2. cap. 2. § 2. num 14. Sperell. dec. 167. num 11. & 12. Panimoll. dec. 1. annot. 8. num. 9. Corrad. in Prax. Benef. lib. 2. cap. 14. num. 52. & seqq. Spad. consf. 163. num. 8. lib. 1. Ricciull. de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 13. num. 56. Piton. discept. Eccles. 9. num. 44. & de Controvers. Patron. allegat. 5. num. 12. Coccoper. Lucubrat. Canonic. lib. 1. tit. 5. num. 6.* ibique *Scarfanton. in annotat. num. 3. tom. 1. & tom. 2. fol. 175. num. 26. Card. Petra ad Constit. Apost. tom. 3. fol. 54. num. 21. & seqq. & Rota decis. 685. num. 11. & 12. coram Cerro, & decis. 313. num. 6. part. 4. tom 1. & decis 400. num. 35. part 18. recen.* Idemque pluries resoluit *Sac. Congregatio Rituum*, & signanter in *Nolana 10. Junii 1602. & in Scaogallien. 23. Martii 1619. & 4. Aprilis 1620. & in Terracinen. 24. Februarii 1606.* teste *Barbos. in Summ. Apostolicar. decis. Collect. 181. num. 4.*

Ea ratione, quia, mutato Statu Ecclesiæ, mutatur jus, ejusque effectus, quam adducunt præfati Doctores, quibus addo [20] *Rota in Toletana Decimarum de Capilla super Congrua 12. Martii 1703. §. Nec obstat coram Card. Scotto*.

Verum est, quòd ex illo facultatis legalis infortunio, de quo, me citato *in Instit. crim. lib. 3. tit. 5. n. 185.* conqueritur *Rota in Firmana Fideicommissi 4. Maji 1705. §. Verum coram Ansald* dicta magistralis [21] *dec. Serap. 1445.* non admittitur à *Gratian. discept. 578. à num 5. & à Ricc. resol. 631. num. 5. & seqq. ex adverso citatis*, sed æquali infelicitate, ac insubsistentia, dum uno ore reprobantur à *Doctoribus* supra citatis, quibus addo *Card. Petram ad Apostolicas Constitut. tom 3. fol 54. num 22.* ubi [22] egregiè de more reprobat eosdem *Authores*, ostenditque debilitatem fundamentorum, ex quibus moventur ad impugnandam d. magistralem *dec. Seraphini*, quotidiè à [23] *Sac. Rota, & Sacris Congreg.* sequutam, & approbatam.

Hoc autem posito, in necessariam venit consequentiam affirmativa resolutio primi dubii, quod in die festo SS. Corporis Christi jus canendi Missam in nostra Colleg. Ecclesia spectet illius Præposito, non autem Archipresbytero SS. Hyppoliti, & Cassiani de Saliceto, vigore claræ

dispositionis *Cæremonialis Episcoporum lib. 2. cap. 33. de Festivitate Sanctissimi Corporis Christi*, ubi determinatur, d. die Missam celebrandam esse à Digniori, à quo deindè deferri debeat Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ut sequentes eandem *Cæremonialis* dispositionem, faciendum esse advertunt 25 *Castald. de Sacris Cæremon. lib. 2. sect. 10. de Procession cap. 2. num. 3. & seqq. Barbos. in Summ. Apostolic. dec. Collect. 243. num. 13. & Rot. dec. 86. num. 36. apud Urceol. de Transact.* Cum quibus, Partibus acerrimè informantibus, processit *Sac. Congreg. Rituum in Nolana Processionis 1. Septembris 1718. ad relationem Card Vallemani*, de qua latè *in Discept. Ecclesiast. tom. 3. p. 1. discept. 26. per tot.*

Non impugnantur hæc in contrariis Scripturis, sed limitari dupliciter prætenduntur; Primò ratione antiquissimæ consuetudinis, Decreto etiam Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium comprobatæ, ante erectionem nostræ Collegiatæ; Secundò verò ex quo non implicet, Ecclesiam inferiorem in aliquo particulari actu præeminentiam habere in concursu Ecclesiæ dignioris, adducto exemplo pulsationis Campanarum 26 in die Sabbathi Sancti, quæ vigore *Bullæ sa. me. Leonis* X. Impressæ in novo Bullario *tom. 1. Constit. 22. §. 14.* inter alias ejusdem Summi Pontificis, pulsari priùs debeat ab Ecclesia Matrice ut observavi *in Institut. Crim. lib. 1. tit. 10. § 2. num. 194.*

27 Neutra autem ex dictis limitationibus subsistit.

Non prima, *quia consuetudo ante erectionem in Collegiatam non facit ad rem*, juxta præcisa verba *Sac. Rot. in dicta dec. 1445. num. 7. coram Seraph.* cum aliis concor-28 dantibus, sequutis à D. *Piton. de Controvers. Patronor. allegat. 5.* ibi. *Consuetudo, inducta juxta antiquum statum, non facit ad rem, quia mutato statu, mutatur jus, & ejus effectus*, In qua Parte habemus *Gloss. magistralem in cap. 1. verbo Facti de Constitut. in 6.* ubi illud considerat inconveniens, quòd nova Gratia esset prorsus inutilis, si post illam attendi deberet consuetudo contraria, ante 29 illam vigens, & concordant *Felin. in cap. 1. num. 16. de Rescript Gomes. in cap. 1. num. 210. de Constitut. in 6. & Rot. in Monasterien. Decanatus 26. Aprilis 1709 § Nec subsistit. & 13. Julii 1710 §. Nec hujusmodi cor. Caffarell.*

Et illi sunt termini dictæ punctualissimæ resolutionis in *Nolana Processionis 1. Septembris 1718.* in cujus casu 30 ante erectionem Ecclesiæ Collegiatæ favore Ecclesiæ Matricis concurrebat consuetudo immemorabilis, ut videre est *tom. 3 part. 1, discept. 26. num. 23. & seqq. & num. 35.* Et tamen, illa non obstante, neque attenta, *Sac. Rituum Congregatio* mandavit, præcedentiam deberi Ecclesiæ Collegiatæ, ad exclusionem Ecclesiæ antiquio-31 ris, sequendu in specie dictam *decis. 1445. Seraphin.*, ut videre est *ibidem n. 36. & 37. & num. 46.*

Minus subsistit secunda limitatio, quòd scilicet non implicet, particulari actu; expressu in d. primo dubio, præeminentiam dari Archipresbytero; Idenim magnum reduceret inconveniens, his verbis in nostris terminis reprobatum *D. Card Petra tom. 3 fol. 54. num. 24.* ibi. *Daretur difformitas, non admittenda, ut ali-32 quando major aliquando minor dicatur eadem Ecclesia*; Idque vigore verisimilis voluntatis Summi Pontificis, elevantis Ecclesiam inferiorem ad novum, diversum, magisque dignum, & majoris ordinis statum Collegiatæ; Sicuti enim, si Papa expressè id determinasset, nulla in hac parte superesset dubietas, Ita idem dicendum est, concedendo inferiori Ecclesiæ vestem nuptialem majoritatis, & dignitatis, ut per hæc ferè verba, egregiè discurrendo, probat *d. Card Petr. ubi supra num. 23.* & admisit eadem *Sac. Congr. Rituum* in citata *Nolana Pro-33 cessionis 1. Septembris 1718.* ut videre est *in d to. 3. part. 1. discept. 26. num. 38.* ubi in specie respondetur eidem objecto, roborato authoritatibus exadverso citatis, quas eadem *Sacra Congregatio*, uti alienas à nostro casu, nullatenus sequi voluit.

Et quidem optima ratione, quia tunc admitti potest aliquis particularis actus minus digno, quando illius respectu concurrit particularis Gratia, & speciale Indultum Summi Pontificis, juxta terminos pulsationis Campanarum die Sabbathi Sancti, eo quia, in istis circumstantiis speciale Indultum præfertur generali dispositioni Juris communis; Secùs verò, quando (ut in 34 nostris terminis verificatur) non solùm non adducitur speciale Indultum, seu facultas in aliquo particulari casu, sed potiùs contrarium determinatur in Bulla erectionis Collegiatæ, signanter ex illis verbis *& in ea* (hoc est in nostra Ecclesia) *accedentibus Populi devotione ac frequentia Missarum Celebratione, primariæ functiones Ecclesiasticæ, & Sanctissimi Corporis Christi Processio habeantur.*

Ex quibus verbis affirmativa resolutio omnium nostrorum quatuor dubiorum superlarivè inferri videtur, quia primariæ functiones Ecclesiasticæ in nostra Ecclesia nullatenus exercerentur, si in illa non inciperet neque terminaret Processio Sanctissimi Corporis Christi; Si illius Præpositus teneretur recipere Olea Sacra ob Archipresbytero S. Hippolyti; Illiusque Capitulum 35 in Vigilia Ascensionis teneretur accedere ad eandem Ecclesiam S. Hippolyti, juxta id, quod practicabatur ante illius elevationem ad præsentem statum magis dignum Collegialitatis.

Agnoscitur vis hujus Pontificii Oraculi, sed prætenditur exadverso evitari sub illo subterfugio, quod cùm 36 Papa non designaverit in Bulla erectionis nostræ Collegiatæ illum Ecclesiasticum Ministrum, à quo eædem primariæ functiones fieri debeant in nostra Ecclesia, in illa fieri possint ab Archipresbytero.

Quantum autem frivola, quantumque insubsistens sit hujusmodi interpretatio de se patet, quia, illa admissa, longè inferioris conditionis esset Præpositus Caput, & prima Dignitas nostræ Ecclesiæ Collegiatæ, ac essent omnes alii inferiores Parochi in eorum Parochiis, dum præciso particulari contrario Privilegio, fundatum ha-bent jus faciendi in illis omnes functiones, ad proprium 37 Officium spectantes, ut in terminis probat *Ceccoper. var. lucubrat. tom. 2 fol. 176. num. 17.* juxta novissimam impressionem *cum additionib. Scarfatunii*, & firmavit *Rot. in Forolivien Jurium Parochialium 7. Decembris 1716. §. Eo verò coram Lancetta*; Et in terminis durioribus Ecclesiæ Sæcularis, concessæ Regularibus cum reservatione *d' ogni jus solito*, quod antea in illa competebat Priori Sæculari, quod non proinde iste possit deinde 38 sacras Functiones peragere, quas consueverat in illa ante concessionem facere, Partibus acerrimè informantibus, resolvit, *Congregatio Episcoporum in Fesulana 21. Martii 1720.* ad relationem Card. Paracciani, ut videre est in *tom. 4. Discept. Ecclesiasticarum part. 1. discept. 7. per totam*, & signanter *num. 71.*

Dictum verò exadverso magnificatum exemplum pulsationis Campanarum in Sabbatho Sancto, retorquetur ad hominem, quia in tantùm in dicta *Bulla 22. §. 14. Leonis X.* demandatur, illam esse faciendam ab Ecclesia Matrice, ad exclusionem inferiorum Ecclesiarum, quia proceditur cum supposito, quod in illo Loco non adsit alia Ecclesia dignior, qualis dicitur Ec-39 clesia Collegiata, ex punctualiter firmatis *per Rot. in decis. 86. num. 34. apud Urceol. de Transactionib.* Quod si id verificetur, tunc non à Parochiali, sed ab Ecclesia digniori priùs pulsandæ sunt Campanæ, ut, declarando 40 eandem *Leoninam Bullam*, cum successiva approbatione *san. mem. Clementis XI.* resolvit, & per viam legis generalis observari mandavit *Sacra Rituum Congregatio in Urbis, & Orbis 10. Decemb. 1703.* ad nunum dubium ibi. *An prima pulsatio Campanarum in Sabbatho Sancto, sit de Juribus Parochialibus; Negativè, prout jacet, sed spectare ad Ecclesiam digniorem, ad formam Constit. Leonis X in 22. §. 14.* In cujus conflictu nulla ratio habenda est antiquarum, & antiquatarum resolutionum contra-41 riarum, exadverso allegatarum, juxta regulam *Textus in leg. Pacta novissima Cod. de Pactis*, cum concordantibus apud *D. Piton. discept. Eccles. 40. num. 4*, & *Rot. in Melevitana Decretorum 2. Martii 1707. §. finali coram Ansald.*

Particulariter autem descendendo ad secundum dubium pro illius affirmativa resolutione circa Processionem inchoandam à nostra Ecclesia Collegiata, mira-42 biliter urgere videntur innumeræ resolutiones Sacræ Rituum Congregationis, & dispositio Cæremonialis Episcoporum, sequutæ à *Rota in decis. 85. & 86. per totas apud Urceol. de Transactionibus*, illa urgente ratione, quod solemnes Processiones Sanctissimi Corporis Christi, & Rogationum incipere semper debent, & terminare in Ecclesia digniori, hoc est, vel in Cathe-

drali,

drali, quando fiunt in Civitate, vel in Collegiata, quando fiunt in Oppidis Diœcesis, non attenta quacumque 43 contraria consuetudine, etiam immemorabili, juxta resolutiones, sequutas à *Barbos. in Sum. Apostol. decis. Collectanea 606. num. 2. & Gavant. in Manual. Episcoporum verb. Procession. nu. 5.* Et cujus respectu punctualissima est illa in *Nolana Processionis de qua in Tom. tertio part. prima discept. vigesima.*

Pro negativa pariter resolutione primæ partis tertii dubii, urgere videtur punctualissima resolutio in *Florentina Præeminentiæ 4. Julii 1692.* quæ cum individualiter nostrum casum decidat, habetur pro casu legis juxta firmata per *Rot. in decis. 7. num. 3. post Antonell. de 44 jurib. Cleric. & coram Ansald. decis. 72. num. 4. & in Perusina Præeminentiarum 3. Decembris 1711. §. Fortius coram Ansald. & in Romana Matrimonii 3. Julii 1719. §. Hinc descendendo coram R.P.D. Corio.*

Circa quartum dubium nulli legali innititur fundamento contraria prætensio, ut Præpositus nostræ Ecclesiæ, illiusque Capitulum teneatur quolibet anno processionaliter accedere in Vigilia Ascensionis ad Ecclesiam SS. Hippolyti, & Cassiani. Quidquid enim dicendum esset ante illius elevationem ad præsentem digniorem statum Collegialitatis, post istum, cum tot incommo-45 dis, & expensis solemnissimè acquisitum, mediante speciali Indulto S. Sedis, signa cujuscumque antiquæ subjectionis, & servitutis non amplius præstanda sunt, ea ratione, quam sæpe supra indicavimus, & nunquam satis repetimus, quod ob permutationem antiqui status, & ob supervenientiam majoris dignitatis, & qualitatis Ecclesiæ Collegiatæ omnia prædicta subjectionis signa cessare debeot ex authoritatibus supra citatis.

Pro quorum faciliori admissione non omittimus observare, quod omnes exceptiones, contentæ in hodiernis contrariis Scripturis, sunt illæmet, quas Archipresbyter anno 1718. adduxit, & exageravit coram hac Sacra Congregatione, ad impediendam erectionem nostræ Collegiatæ, ut justificamus in Summario. Cùmque tunc temporis appensæ in statera acris judicii ejusdem Sacro-46 sancti Senatus, inventæ fuerint minus habentes ad impediendum dictam erectionem nostræ Collegiatæ, multò minus attendi merentur hodiè; *Valde enim Ecclesiasticæ est moderationi conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari*, sunt verba *S. Gregorii lib 7. Epist 61. indict. 2.*

Quodque, præscindendo etiam à dicta impræscindibili qualitate, & dignioritate nostræ Ecclesiæ, resultante ab ejus elevatione ad statum Collegiatæ, illius major antiquitas, Populi numerositas, nobilitas Personarum, sub illius districtu degentium, una cum residentia in illo Illustrissimorum DD. Gubernatoris Armorum, & Commissarii Generalis, ut probamus in Summario sequentibus verbis canonizzata in Bulla erectionis Collegiatæ: *Eleganti Ædificiorum structura, Sacra Suppellectili, Organo, Campanis, aliarumque rerum, divino cultui destinatarum, nitore, & copia, reliquis primò dicti Oppidi Ecclesiis præfulgeat &c.* talis, & tantæ videatur esse efficaciæ, ut præcedentiam semper mereretur in conflictu Ecclesiæ Sanctorum Hippolyti, & Cassiani, dictis quali-47 tatibus, & præeminentiis destitutæ ad *Text. in cap. Statuimus de Majorit. & obedien.* & juxta animadversa per *Panimoll. dec. 5. adnotat 8. n. 2 & seqq.*

Plusquam tacitè admissa fuerunt hæc in contrariis Scripturis, in quibus propterea se restrinxerunt contrarii Defensores ad alternativam dictarum functionum, uno anno faciendarum in nostra Ecclesia Collegiata, altero ve-48 rò in Ecclesia Sanctorum Hippolyti, & Cassiani, imitantes in hac parte Matrem illam, quæ anno Mundi 3022. cùm non posset obtinere à Salomone integrum, vivumque Infantem illum, qui suus non erat, coram eorum Rege adversus veram Matrem exclamabat *Nec mihi, nec tibi, sed dividatur*, ut legitur 3. *Regum 3. 26.* & observant ibidem *Sacri Interpretes* necnon *Repetentes communiter in cap. Afferte de Præsumpt.* & præter illos *Divus Ambrosius lib. 2. de Offic. cap. 8. & Cassiod. lib. de Amicitia tit. de natura motus propè medium.*

Verùm, ad imitationem ejus, quod practicatum fuit 49 à Salamone, speramus, & supplicamus, eandem alternativam esse rejiciendam, attenta innegabili dignioritate, & majori qualitate nostræ Ecclesiæ Collegiatæ in concursu simplicis Parochialis Ecclesiæ Sanctorum Hippolyti, & Cassiani; *Quando enim majora minoribus coæquantur, Minoris comparatio, Majoris injuria est*, sunt verba *Sancti Hieronymi*, sequuti à *P. Segneri nel Cristiano instruito part. 1. ragionament. 7. num. 7.*

Diametraliter præterea opponeretur idem speciosum Temperamentum cubitalibus illis verbis Bullæ erectionis nostræ Collegiatæ. *Et in ea accedentibus Populi devotione, ac frequenti Missarum Celebratione, primariæ functiones Ecclesiasticæ, & SS. Corporis Christi Processio habeatur.* Quia tunc dictæ primariæ functiones Ecclesiasticæ, non fierent in nostra Ecclesia; Quod nullatenus asserendum est; Si enim soli nutus Summorum Pontificum, necnon umbra illorum voluntatis promptæ exequutioni deman-50 dandi sunt, juxta phrasin *P. Grusber de Arte benè desiderandi resol. 15. § 9. n. 177.* multo magis punctualiter exequenda est dicta Bulla erectionis nostræ Collegiatæ in una ex ejus principalibus, & essentialibus partibus, juxta egregiè animadversa per *Rot. in decis. 3. num. 6. coram Ansald.* ibi: *Non erat amplius contrà Bullam tam Sanctam, 51 & expressam super generalitatibus, conjecturis, & discursibus in oppositum excitatis immorandum, sed eadem Bulla adamussim, & præcisè veniebat servanda pro lege, & in Romana Emolumentorum Parochialium prima Julii 1718. §. Primi coram bon. mem. Lancetta.*

Die 9. Junii 1725. propositis in Congregatione Concilii sequentibus quatuor dubiis.

I. *An post erectam Ecclesiam S. Mariæ de Populo in Colle-52 giatam competat Archipresbytero SS. Hyppoliti, & Cassiani de Saliceto jus canendi Missam in dicta Ecclesia Collegiata die festo Sanctissimi Corporis Christi.*

II. *An Processio, dicta die facienda cum Venerabili, 53 competat dicto Archipresbytero, illam incoando à dicta Ecclesia Collegiata, vel ab alia Ecclesia intus Oppidum Pontremoli privativè ad dictum Præpositum, & Capitulum dictæ Collegiatæ; Sive potius jus faciendi dictam Processionem prælative pertineat ad eumdem Præpositum, & Capitulum respectu dicti Archipresbyteri, & aliorum Parochorum dicti Oppidi.*

III. *An idem Præpositus Collegiatæ teneatur illa recipere olea Sacra à manibus dicti Archipresbyteri SS. Hyppoliti, & 54 Cassiani, seu potiùs iste teneatur illa recipere per manus dicti Præpositi.*

IV. *An Præpositus prædictus, & Capitulum teneatur processionaliter quotannis in Vigilia Ascensionis D.N. adire, 55 & visitare dictam Ecclesiam SS. Hyppoliti, & Cassiani in casu &c.*

Ad primum responsum fuit *Negativè* 56

Ad secundum *Negativè ad primam partem, Affirmativè 57 ad secundam.*

Ad tertium *Negativè ad utramque partem* 58

Ad quartum *Affirmativè ratione piæ consuetudinis 59 tantùm.*

Reproposita verò Causa quoad ultimum dubium tantùm in Congregatione habita die 18. Maii 1726. respon-60 sum fuit: *Standum in decisis quoad Præpositum tantum, tanquàm Parochum.*

DISCEPTATIO XXIX.

Monasterien. Fructuum, & Distributionum quotidianarum.

PRO

Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mauritii extra Mœnia Civitatis Monasteriensis

CUM

Canonico Christophoro Bernardo Schedelich

ARGUMENTUM.

Canonico absenti à sua Ecclesia, quando debeantur fructus, & distributiones, præcipuè si illi bona fide percepti, & consumpti fuerunt à Canonicis propriæ Ecclesiæ, punctualiter inservientibus.

Dubium in hac Sac. Congregatione propositum die 15. Maii 1723. *An Canonico Schedelich inservienti Episcopo, debeantur fructus Canonicales cum distributionibus*

bus quotidianis in casu &c. resolutum fuit cum rescripto 1 *Fructus deberi usque ad diem 23. Julii 1718. Distributiones verò deberi per quatuor menses Anni 1712., & per unum mensem Anni 1718.* Adversus quod rescriptum concessa nobis nova audientia supplices hodie redimus pro obtinendo recessu à Decisis, & Voti compotes fieri speramus.

Quantum enim attinet ad dd. fructus ab anno 1712. usque ad diem 23. Julii 1718. contra Adversarium urgere videtur dispositio, tàm Juris communis *in cap. Relatum de Clericis non residen.* quàm *Concil. Tridentin. in* 2 *sess. 23. de Reform. cap. 1. & in sess. 24. pariter de Reformat. cap. 12.*, quam demum statuti nostræ Ecclesiæ dati in Summario, ab Adversario in adeptione sui Canonicatus solemniter jurati, & solemniùs acceptati, in quibus disponitur, quod Canonicus, non residens in sua Ecclesia, fructus suæ Præbendæ nullatenus facere possit, ad quod ulterius comprobandum, consulto abstinemus à Doctorum allegationibus, quia existimatur intellectus debilitas adducere authoritates ad probandum 3 id, quod determinatur in Textu, vel in Statutis, ut observat *Gratian. decis. Marchiæ 85. n. 6.*

Adversus textuale hoc fundamentum insistitur exadversò in servitio, quod prætendit Adversarius præstitisse Celsissimo suo Episcopo Monasteriensi pro toto tempore, quo in Urbe permansit, quod non est minùs quam annorum sexdecim, pro quo cum majori proprietata, ac gloriabatur Parochus ille, de quo loquitur Pa- 4 ter Segneri *nella Predica 18. in fine*. Adversarius dicere potest: *Deus nobis hæc otia fecit*.

5 Responsio autem non subsistit in facto, & non relevat in jure.

Non subsistit in facto, quia in rei veritate servitium præstitum ab Adversario Antecessori Episcopo Monasteriensi, restringitur ad duas dumtaxat Visitationes Sa- 6 crorum Liminum factas annis, 1712., & 1718., prò quibus concordamus, Adversario nedum deberi fructus, sed etiam distributiones quotidianas per quatuor menses anni 1712., & per unum mensem anni 1718. juxtà rescriptum hujus Sac. Congregationis *diei 15. Maii* 1723., & juxtà antiquiores resolutiones in *Culmen. 23. Januarii 1627., & in Regien. 18. Decembris ejusdem anni*, de quibus in lib. 13 *Decret. fol. 188. & fol. 362.*, cum aliis apud *Barbos. de Canonicis cap. 24. n. 12.*

Non possumus autem clariùs idem ass. servitium excludere, quam mediante innegabili facto ejusdem Adversarii, qui anno 1713., quando ab hac Sac. Congregatione petiit Indultum abessendi à sua Ecclesia, nullam omninò fecit mentionem ejusdem ass. servitii; Pro- 7 ut etiam neque illud expressit die 13. Julii 1715. quando preces pro eandem Gratia renovavit, quamvè non potuit obtinere; Signum plusquam evidens, quod tunc temporis non solum in rei veritate, nullum suo Episcopo præstiterat servitium, sed nec etiam illud allegare cogitaverat.

Cum hoc facto Adversarii concordat aliud innegabile factum hujus Sac. Congregationis, quæ dicta die 13. Maii 1723. Indultum Adversario concessit prò eo solo 8 tempore paucorum mensium, quo illud concedi solet Visitantibus Sacra Limina: Quæ omnia sigillata fuerunt ab acquiescentia Adversarii, nullatenus reclamantis adversus d. Indultum restrictum ad consuetum illud tempus, quod indulgeri solet pro Visitatione Sac. Liminum.

Minus eadem contraria responsio relevaret in Jure, etiamsi per merum discursum, & insubsistentem hypothesim supponeretur idem servitium, eo quia illud 9 (præcisis dictis duabus Visitationibus Sacrorum Liminum) non concerneret spirituales urgentias Diœcesis Monasteriensis, sed merè profana negotia, ut mihi constanter in facto supponitur, neque etiam tangentia interesse Episcopi Monasteriensis, uti sæcularis Principis.

Habemus hoc punctualiter decisum ab hac Sac. Congregatione in casu longè duriori Indulti, concessi favo- 10 re Canonici, absentis pro servitio sui Episcopi *in Leodien. Fructuum, & Distributionum 2. Decembris 1713., & 10. Julii 1717.*, quando denegavit fructus Canonico Jo: Renero Bertò, eo quia inserviret quidem Episcopo Leodien. non uti Episcopo, sed tamquam Principi Saeculari, ut Dux Cohortis Militum destinatorum pro custodia corporis ejusdem Episcopi, non attento speciali Indulto hujus Sac. Congregationis, quæ dicta die 2. Decembris 1723. negativè respondit sequenti Dubio: *An Indultum, concessum Episcopo Leodiensi suffragetur Canonico Jo: Renero Bertò in casu*, & ad effectum de quo agitur.

Ex quibus remanere videntur nullius efficaciæ, tam Attestatio defuncti, quàm alia moderni Celsissimi Epi- 11 scopi Monasteriensis concernens dict. servitium Adversarii.

Primò quia illæ supponuntur extortæ ab N. N. Intimo Consiliario dd. Episcoporum, & strictissima affini- 12 tate juncto Adversario, in quibus circumstantiis non videntur magnifaciendæ ad favorem ejusdem Adversarii, juxta animadversa per *Alex. cons. 132. num 27. lib. 5. Gabriel. de Testibus concl. 15. à n. 1.* & firmata per *Rot. decis. 166. n. 6. dec. 774. n. 8. cor. Cerro*.

Secundò, quia ambæ dictæ Attestationes verificari 13 forsan possunt circa servitia profana, & nihil commune habentia cum spiritualibus urgentiis Diœcesis Monasteriensis, quo casu neque etiam ad nostrum effectum merentur attendi ex allegatis supra.

Tertiò quia Antecessor Episcopus suam fecerat propriam Adversarii causam, ut justificamus in Summario ad cujus favorem etiam per viam strangulatoriarum combinationum injunxerat Canonicis, ut illi dare deberent omnes fructus controversos, & propterea ex hoc etiam capite non possunt figi pedes in dicta Attestatione ne in præjudicium eorundem Canonicorum, ut in ter- 14 minis similis Attestationis Eminentissimi Electoris Trevirensis firmavit egregiè *Rota in Colonien. Matrimonii 19. Januarii 1711. §. Secunda coram Card. Falconerio*, ubi quod in his terminis non creditur Episcopis, quamvis eximia integritate, & æquali ingenuitate præditis, sed judiciorum rigor servari debet ibi. *Et quamvis DD. non dubitassent de eximia ejusdem Episcopi integritate; Nihilominus ex quo Trevirensis Curia in causa judicavit &c. sibi ipsis præclusam noverant viam credendi Judicum Attestationibus &c. præsertim quando Pars contradicit &c.*

Quartò, quia simile servitium præstari solitum Episcopis, & Principibus Germaniæ etiam longè inferioris qualitatis, ac sit Serenissimus Princeps, ac Celsis- 15 simus Episcopus Monasteriensis, de cujus prærogativis latè discurrunt adducti *à Philippo Reinard Vitriar. in Inst. Juris pub. Roman. Germanic lib. 1. tit. 15. & à Stadel. in Geograph. Ecclesiastic. Tit. De Episc. Monaster. fol.* 204. probari solet, & debet mediantibus Literis patentibus juxta solitum in amplissima forma expediri Consuetis, non autem per similes mendicatas Attestationes servitii, generalissimè expressè, & Deus scit, quibus mediis ab eorum Aulicis expiscatis.

Quintò quia tempore dd. Attestationum res non erant amplius integræ; Una enim ex illis facta apparet die 11. Maii 1720. alia verò die 1. Augusti 1723., quibus temporibus bona fide fructus, hodie controversi divisi fuerant, & quidem vigore triplicis legalis tituli, juris communis nimirum, Conc. Trident. & Statuti nostræ Ecclesiæ; Quando enim sermo est de perceptione fructuum, illorumque divisione, & consumptione, bona 16 fide facta, nunquam locus est illorum restitutioni, eo quia ad faciendos suos fructus sufficit abesse malam fidem, seu adesse mediam inter bonam, & malam ex adductis in *decis. 84 num 6. coram Buratt., & decis. 109. num. 13., & 14. coram Emer. sen. & decis. 79. num. 3. coram Ansaldo*.

Absque ulla prorsus difficultate, attentis Rescriptis hujus Sac. Congregationis sub diebus 13. Maii 1713., & 13. Julii 1715., quando non solum dictam Gratiam denegavit, sed obligavit Adversarium ad redeundum ad suam residentiam. In quibus circumstantiis dictis tribus titulis Juris communis, Conc. Trident., & Statuti propriæ Ecclesiæ, quibus innixa fuit bona fides Canonicorum inter se dividendi controversos fructus, junctus fuit alter titulus dicti Rescripti hujus Sac. Congre- 17 gationis, non minus efficax ad eos confirmandos in eorum bona fide, & ad inducendam in Adversario pessimam fidem, & præceptivè eidem injungendo residentiam, & reditum ad suum Canonicatum, mediante illo verbo *Redeat*.

A quo

A quo decreto cùm Adversarius reclamaverit quidem sed per integros tres annos summo silentio illud approbaverit, in istis circumstantiis bona fides Canonicorum non potest evidenter demonstrari, neque evidentiùs (18) comprobari titulus respectu eorundem faciendi suos fructus de quibus disputamus, magistraliter *Rota in Romana Pecuniaria 9. Junii 1721. §. Potissimum coram Corio*, cum concordantibus, ibidem cumulatis & *19. Februarii 1723. per totam coram eod.*

(19) Non attento prætextu, quod eadem bona fides dicatur cessasse ex continuatione Litis, ab Adversario prosequutæ coram proprio Episcopo.

Respondemus enim, quòd coram illo non fuit processum de jure, sed de facto, ut patet ex illius strangulatoriis preceptis datis in Summario, qui procedendi (20) modus potiùs auget, quàm minuat malam fidem ejusdem Adversarii, mediante opera suorum Affinium similia procurantium ad opprimendos Canonicos.

Respondemus secundò, quòd gesta coram eodem Episcopo Monasterien. in nulla consideratione ad omnem effectum haberi debent, dum Causa tunc temporis pendebat coram hac Sacra Congregatione, pendente siquidem Causa coram Judice superiore, inferiores Ju(21)dices non possunt, neque debent circa illam manus apponere, quod si de facto apponant, eorum gesta perinde habentur, ac si in rerum natura non essent, *Joann. Ferrar. de Appellat. lib. 2. cap. 5. num. 138. & Scacc. eod. tract. quæst. 1. num. 8. & 9.*

(22) Pro quorum faciliori admissione dignentur Eminentissimi PP. tres considerationes sub oculis habere.

Primam, quòd non est sermo de uno vel altero anno absentiæ Adversarii à nostra Ecclesia; sed, jungendo tempora facultatis obtentæ à Canonicis, cum alia facultate, extorta ab Episcopis, una cum aliis temporibus, quibus absque ulla facultate in nostra Ecclesia (23) non resedit, sermo est de absentia annorum 25. Itaut si daretur jubilario non residentibus; & non servientibus propriæ Ecclesiæ, non sine fundamento annorum 25. quibus nunquam resedit, posset illam petere idem Adversarius.

Secundam quòd hoc tempore pondus diei & æstus continuæ residentiæ, & interessentiæ Chori (cujus servitium quotidianum est) portatum fuit à DD. Canonicis, (24) quorum quinque ex hoc Mundo discesserunt: Nimis proinde durum, & æqualiter amarum videtur, ut illorum hæredes teneantur hodie Adversario restituere de proprio fructus controversos, ab eorum Authoribus quatuor legalibus titulis, suprà expensis, acquisitos, & consumptos.

Tertiam demùm, quod etiam hodie ex decem Canonicis nostræ Collegiatæ quinque imitantes Adversarium, à multis annis absentes pariter sunt à residentia: Alii verò, attentis eorum habitualibus infirmitatibus, non possunt quotidiè eorum obligationibus satisfacere; Et propterea nullatenùs tolerandum videtur Adversarii exemplum valentis, & nolentis nostræ Ecclesiæ inservire, juxtà nobilem animadversionem *Sancti Bernardi* (25) *in Cantic. Serm. 59.*, & concordat *S. Leo Magnus in Sermon. circa Nativitatem S. Laurentii Martyris fol. 181.* cum quibus concordat etiam Politicorum Princeps, tacito nomine sequutus à *Rot. dec. 308. num. 11. coram Dunoz. sen.* ubi quod magna exempla permitti non debent, quodque illa publica utilitate compensantur.

Die 30. Septembris 1724. proposita Causa in Con(26)gregatione Concilii sub dubio. *An sit standum, vel recedendum à decisis die 15. Maii 1723.* quando fuit dictum. *Fructus deberi usque ad diem 23. Julii 1718. Distributiones verò deberi per quatuor menses anni 1712. & per unum mensem anni 1718.*

(27) Responsum fuit. *In decisis, & fructus deberi Canonico usque ad præsentem diem, & Canonicus omninò redeat ad suam residentiam, & Causa ampliùs non proponatur.*

DISCEPTATIO XXX.

Nullius Altaris portatilis

Ad petitionem Card. Ptolomei

ARGUMENTUM.

Indultum Altaris portatilis, concessum alicui, illiusque utriusque sexus Liberis, & Nepotibus, natis, & nascituris, quas Personas comprehendat, & usque ad quem gradum extendatur.

Supponitur in facto, fuisse concessum à Summo Pontifice Clemente VII. Indultum Altaris portatilis sub die 20. Martii 1530. Nobili Viro sequentibus verbis. *Dilecte Fili &c. sinceræ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobaris, promeretur &c.* (1) *tuis utriusque sexus Liberis, & Nepotibus, natis, & nascituris &c. liceatque Tibi, & illis habere Altare portatile &c. Decernentes, præsentes Literas nullo unquam tempore per Nos, aut Romanos Pontifices Successores nostros &c. ex quacumque alia inexcogitabili causa suspendi, revocari, aut limitari &c.*

Ex quibus quæritur, An idem Indultum compre(2)hendat omnes Descendentes per rectam lineam à d. Nobili Viro, cui concessum fuit.

Affirmativa resolutio ejusdem dubii inferri videtur ex (3) natura, & efficacia dd. verborum. *Nepotibus, natis, & nascituris*, & ex qualitate, nec non favorabilitate concessionis, nemini præjudicialis.

Quoad naturam, & efficaciam dictorum verborum: *Nepotibus, natis, & nascituris*, communiter receptum est inter DD. quod *appellatione Nepotum continentur De*(4)*scendentes in infinitum*, sunt verba *Rot. decis. 354. num. 8u. part. 11. rec.* & concordat caterva illa DD. frustra hic transcribendorum, quos referunt, & sequuntur, *Fusar. de substitut quæst. 323. num. 2. Barbos. Tract. var. tit. de Appellat. verb. appellat. 163 num 6. Card Mantic de Conject. ult. Volunt. lib. 8. tit. 8. in fine. Card. de Luca de Emphyteus. disc. 15. num. 7 Decisio sicula* apud ipsum in *Tract. de Feud. num. 255.* ibi. *Apertè comprehensi censentur Pronepos, Abnepos, Trinepos, & omnes Descendentes ex Filio primogenito, quia appellatione Nepotum omnes prædicti veniunt, & Rot. coram Pamphil. decis. 737. n. 9.*

Quo verò ad actus favorabilitatem, & qualitatem Concessiones nemini præjudicialis communiter inter DD. receptum est, quòd in favorabilibus lata semper facienda (5) est interpretatio, & videre est apud *Grati. discept. 755. n. 128. & Rot. decis. 9u 5. nu. 9. coram Card. Cerro* ibi. *Potest admitti quotiescumque ageretur de materia favorabili, & privilegiata, quo casu lata fieri deberet interpretatio.*

Quibus non adversatur reflexio, quod idem Privilegium contineat aliquid, à Jure exorbitans. Hec enim Privilegiorum natura est. Appellantur siquidem à Doctoribus privatæ Leges, neque proinde strictè interpretari possunt taliter, ut per talem interpretationem excludatur illius effectus, quod in præsenti casu eveniret, idque contra claram, & literalem intelligentiam verborum, & adversus mentem Summi Pontificis concedentis. Si autem communiter inter DD. receptum (6) est, quod soli nutus Summorum Pontificum punctualiter exequendi, & pro Lege servandi sunt, ex adductis *per Gruther de Art. benè desider resol. 15. §. 9 num* 177. ibi. *Purus nutus, & umbras voluntatis Summorum Pontificum esse festinanter, & inoffenso pede exequutioni mandandos, & adorandos*; Quantò magis exequutioni punctualiter demandanda sunt Indulta illa, quorum verba sunt nimis clara, & æqualiter efficacia ad ostendendam perpetuitatem Gratiæ & cõprehensionem omnium Descendentium per rectam lineam à primo Indultario.

Majorem forsan difficultatem includere videtur revocatio Indultorum Altarium portatilium, facta per fa. me Clementem XI. de qua in *Bullar. Clementin. part. 3. fol. 541.* ibi. *Quò verò ad Altare portatile, iterum inhærendo declarationibus supradictis, cessant licentiæ, seu Privilegia, concessa nonnullis Regularibus in cap. In his de Privil. & per aliquos Summos Pontifices aliis Regularibus communicata, utendi d. Altari portatili, in eoq; celebrandi absque Ordinariorum licentia in Locis, in quibus de*-

guat,

gunt, omninò revocata esse per idem Sac. Concilium, & propterea eosdem Regulares prohibendos, ne illis utantur.

Cæterùm eadem revocatio, uti restricta ad Altaria portatilia, Regularibus concessa, non videntur extendi posse ad speciale Indultum Nobili Viro, ejusque Filiis, & Nepotibus, in nostro casu concessum, ad quem effectum specialis revocatio neque etiam sufficiens esset, nisi addita fuisset specialissima derogatio
8 eidem Indulto Clementis VII. attentis illis verbis, quibus demandavit Summus Pontifex, ut illud nunquam supplendi, revocari, aut limitari posset, & toties reintegratum, & in pristinum diceretur restitutum, quoties revocaretur, & limitaretur, cum illo addito, quod semper exemptum esset ab omni revocatione, illiusque revocatio, & limitatio haberi deberet pro reintegratione, & restitutione.

Licèt enim eadem verba non impediant successoribus Pontificibus facultatem, neque illis tollant potestatem revocandi, & limitandi Indulta, dd. clausulis
9 munita, operantur tamen ut ad dictum effectum non sufficiant generales revocationes, qualem esse dictam Clementis XI. ut observat in specie *Monac. in Formul. legal. practic. tom. secundo tit. decimotertio formul. secundo num. trigesimo, & trigesimoprimo, & tom. quarto fol. 79. num.* 435. Sed requiratur specialis, & specialissima, quæ in nostro Casu nullatenus concurrit.

Procedunt hæc attento Jure communi, & cum supposito, quòd Indultum concessum fuerit exempli gratia à Clemente IX. vel X. Cæterùm, cùm illud fuerit concessum à Clemente VII. anno 1530. & sic à duobus ferè sæculis, pro illius interpretatione recurrendum est ad observantiam subsequutam, & ad id, quod practicatum fuit tempore Pronepotum, Trinepotum, & aliorum Descendentium à primo Indultatario. Est enim nimis verisimile, imò indubitatum, quod isti adfuerint in spatio dd. duorum sæculorum. Et propterea applicetur propositio, communi calamo ab omnibus DD. recepta, quod sicuti in omni materia observantia est fida interpres omnium dispositionum, licèt contrarius intellectus videretur de Jure verior, magis tenendus, magisque conformis verborum proprietati
10 ex adductis *per Rot. in decis. 96. num. octavo coram Arguell. & decis. 464. num. decimonono coram Bich. & decis. 279. num. decimoquarto coram Rojas, & decis. 218. num. vigesimo part. decimaoctava recent. & in Fulden. Jurisdictionis 26. Aprilis 1705. §. Et quatenus coram Ansald.* Ita in Literis, & Privilegiis Apostolicis eundem effectum operatur, itaut eadem Indulta, & Privilegia ita
15 intelligenda sint, prout observata fuerunt, *Rot. decis. 966. num. decimoseptimo coram Dunozett. jun.* ibi. *Observantia est omnium interpretationum Regina, & Literas Apostolicas facit intelligi eo modo, quo fuerunt observatæ, quamvis intellectus contrarius videretur de Jure verior, & coram Emerix. jun. decis. vigesima quarta num. octavo & nono,* ibi. *Observantia est optima Constitutionum Apostolicarum interpres, etiam contra proprietatem verborum, & veriorem Juris intellectum, & in part. secunda recent. decis. 608. num. sexto* ibi. *Et hinc videmus, quòd Privilegia Apostolica &c. subjacent observantiæ interpretativæ, etiamsi intellectus, datum ab observantia, esset malus, vel de Jure non tenendus* & per eadem præcisa verba *in decis. 300. num. trigesimo part. decimasecunda, & decis. 216. num. sexto, part. decimotertia, & decis. 253. num octavo part. decimasexta, & decis. 441. num. decimo part. decimaoctava, & in Urbanien. Canonicatus 23. Januarii 1697. §. Omisso coram Olmo, & in Barchinonen. Venilli 16. Februarii 1685. §. Cæterùm coram Flores.*

DISCEPTATIO XXXI.

Ordinis Minimorum

PRO

Conventibus Minimorum Provinciæ Mediolanæ

CUM

PP. Correctore, & Procuratore Generalibus ejusdem Religionis

ARGUMENTUM.

Procuratores Generales requisiti pro Informatione, & Voto à Sac. Congregationis an possint illas dare, irrequisito Provinciali illius Provinciæ, de cujus interesse agitur. In Religione Minimorum an Vicarius Generalis possit esse eodem tempore Zelosus.

Deveniendo ad discussionem sex dubiorum registratorum in fine, primum videtur negativè resolvendum, ex concordi dispositione utriusque Juris, qua attenta non debent fieri similes Relationes, seù Informationes Sacris Congregationibus, nisi audito priùs P. Provinciali nostræ Mediolanensis Provinciæ.

Quoad Jus Canonicum *Textus est in can. Biduum 2. quæst. 6.*, ibi. *Illud quoque viden. si cum Impetratori scriberetur, exemplum Literarum Litigatori editum sit,* & in *cap. Olim 33. ubi Gloss. verb. Uriç de Offic. & potest. Jud. delegati,* ibi. *Quia primò debuit eas videre diligenter, & si quid inesset iniquum, debuit contradicere Relationi Judicum, si contra veritatem referebant, Judices enim debent ostendere Partibus Relationem, quam faciunt Superiori &c.*

De Jure verò Civili idem determinat *Textus in leg. prima C. de Relationib.*, ibi. *Quoties autem cum nostri scientia Judex se pollicetur relaturum, consultationis exemplum Litigatoribus illicò edi apud Acta jubent, ut si fortè Relatio minùs plena, vel contraria videatur, is refutatorias preces similiter apud Acta sine aliqua frustatoria dilationem offerat,* ubi *Repetentes* communiter.
3

Concordat etiam in hac parte laudabilis praxis omnium Sacrarum Congregationum, quæ, ut notum est EE. VV. quando similes demandant Informationes,
4 seù Relationes, solent ut plurimùm adjungere clausulam: *Auditis interesse habentibus.*

Sigillantur hæc à clara dispositione duorum nostrorum Capitulorum Generalium, in quibus strictè injungitur Procuratori Generali, seù Zeloso, ut circa negotia particularia emergentium cujuscumque Provinciæ, procedat cum consilio Provincialis, ejusque Col-
5 legarum, ut stabilitum fuit in *Capitulo Generali Genuensi 1. num. 4. in Digest. Sapient. Minim. fol. mihi,* & in *Capitulo Generali Panormitano* registrata *ibidem fol. mihi* in forma specifica confirmato à Paulo III. in Constitut. quæ incipit *Sinceræ devotionis*, ibi impresso.

Quæ omnia si indefinitè vera sunt in omnibus casibus, juxtà dd. utriusque Juris apertas sanctiones, multò magis locum habebunt in præsenti, respectu negotiorum, tangentium nostram Mediolanensem Provinciam, attenta juridica illa suspicione, ortum habente à præsen-
6 ti Lite: Si enim magnum est Infortunium Litigantium, quando Lites habeant coram suspectis Judicibus, qui tenentur publicè, & palam proprium statum Partibus per sententias aperire, ut notant *Marant. de Divin. Jud. par 3. ante principium art. 2. de Appellat. à num. 68. Ridolph. in Prax. par. 1. cap. 7. à num. 525. & Ansald. in add. ad decis. 71. sub num.* 35. Multò majus erit infortunium nostræ Provinciæ habere Adversarium Secretum Relatorem, inter quem, & nostram Provinciam illæ de præsenti vigent Controversiæ, quæ EE. PP. probè notæ sunt, & propter quas non solùm suspectas, sed suspectissimas habet illius Relationes, eò quia potest in dd. secretis Relationibus adducere multa, quæ nullam subsistentiam habeant, vel fidem præstando Subditis recurrentibus, vel illorum Adhærentibus, vel ex aliis motivis, quæ consultò hìc explicare omittimus.

Neque discursus iste suo caret fundamento, minusque metaphysici sunt casus illi, in quibus, vel ob defectum

fectum pleoæ Ioformationis, vel ob aliud infortunium nostræ Provinciæ, hæc nimium gravata fuit à similibus Relationibus P. Procuratoris Generalis, ad quem effectum brevitatis gratia duos subjungimus casus.

Primus est, votum circa supplicem Libellum anno 1718. huic Sac. Congreg. porrectum nomine P. Vicecomitis Sacerdotis pro obtinenda voce io Capitulo Locali S. Anastasiæ; In quo idem Procurator Gen. in sua Informatione, & Voto supposuit, prædict. P. Vicecomitem fuisse privatum Jure suffragandi, ex eo, quia io Convento Papiæ nulla fit electio, quod omninò falsum est; Tum quia in d. Coovento fiunt electiones Canonicæ Scribæ, & Seniorum; Tum quia procedendo cum contrario supposito, Religiosi omnes moram facientes in Conventibus Vicariatus deberent dici privati, quod nullam subsisteotiam habet.

Secundò, in illo supposuit, fuisse restitutum ex gratia à P. Generali in prædict. Conventum S. Anastasiæ, quod æquè falsum est, ut patet ex Epistolis ejusdem P. Generalis, quæ dantur In Summ. Præterquamquod d. P. Generalis oon poterat ipsum restituere Localem, quia erat intra trimestre juxta *Const. Clem. VIII. & Cap. 8. Rom.* a. 13.

Secundus casus est circa informationem, & Votum Procuratoris Generalis pro supplici Libello, porrecto à P. Joanne Autonio Vico Vicario Cooventus Papiensis pro obtineoda delegatione ab hac Sac. Congregatione in personam Eminentissimi Episcopi Papiensis 30. Septemb. ejusdem aoni 1718.

In quo idem P. Procurator Generalis primo loco adversùs rei evidentiam supposuit huic Sacræ Congregationi, omuia exposita in supradicto supplici Libello esse vera: Nam Orator primò exponit: *fabricasse Ecclesiam cum ingentibus expensis fiae gravamine alicujus Conventus Provinciæ, solis suis laboribus, & industriis*: Adversùs quam assertionem in Summario adducuntur plura authentica documenta, ad oculum demonstrantia oppositum.

Secundò, esse accusatum à Religiosis, nimis esse austerum In Regulari observantia. Contra autem clamant fides juratæ plurium Religiosorum, quæ dantur in Summario.

Tertiò, *voluisse renuntiare gubernium, auitim cum mandato Procuræ Fabricæ, sed hoc penetrando P. Generalis jussit sub præcepto sanctæ Obedientiæ prosequi gubernium*. Reticet autem in cujus manus renuntiare curavit; Hoc unum omnes Religiosi sciunt, Patrem Franciscum Mariam Vico Assistentem Generalem, ac Fratrem germanum Oratoris clandestinè ei procurasse confirmationem à P. Generali, ut ex ejus Epistola, quæ datur Io Summario.

Quartò exposuit, *P. Provincialem scripsisse, ut mitteret fidem, firmatam à Capitulo, quòd in ejus Conventu sit Observantia Regularis*. Epistolam scriptam indicat, sed nun exhibuit, nec exhibet, ne veritas elucesceret, neque elucescat.

Quintò dicit, *Replicasse P. Provincialem pro dicta fide*, sed nec hanc instantiam scriptam, & ad eum missam exhibet.

Sextò, quòd P. Provincialis sub titulo somniato Infirmitatis abstulisset P. Assistentem Fabricæ. Contra stant Fides jurata, Epistola dicti Patris, & P. Collegæ Deodinæ, supplicantium pro gratia remotionis, quæ dantur in Summ.

Septimò, supposuit huic Sacræ Congregationi, supradictum P. Vicecomitem fuisse denuò remissum à P. Generali Mediolanum, quasi quòd fuerit restitutus ad suam pristinam Mediolani Localitatem; Contrarium tamen desumitur ex literis originalibus P. Generalis, quæ dantur in Summ.

Octavò, P. Provincialem nnuquam visitasse dictum Conventum: Quod non subsistit in facto, quia vocavit supradictum Oratorem, scilicet P. Joannem Antonium Vicum Vicarium Papiensem, & formiter visitavit ipsum com libris Conventus. Et si Conventum Papiensem personaliter non visitavit, hoc fuit ex ea justa causa in informandum insinuanda.

Nonò, ob deficientiam supradicti Sacerdotis, & alterius *Lectoris* publici, debere non posse satisfacere Choro. Hoc verum quidem est, sed processit ex culpa Oratoris, ut probant Fides juratæ, quæ dantur in Summ.

Decimò, supposuit huic Sac Congregationi, Eminentissimum Cusanum fuisse specialiter delegatum pro vita communi dicti Conventus, quæ deputatio non inveoitur, & si adesset, debuisset constare Provinciali.

Undecimò, aliis ommissis, supposuit, quòd mortuo Coquo, nullus adesset idoneus ad supplendum, & remansisse Conveotum Coquo privatum ex culpa P. Provincialis; Idque contra veritatem, nam tunc loco defuncti aderat Fr. Lazaronus, qui supplevit, ut probat Fides jurata in Summ.

Non dicatur, quòd cum ut plurimum recursus, qui ad Urbem deferuntur, sint contra Superiores Provinciarum, non videatur congruum, ut à Provincialibus, utporè Reis, informationes sumat Procurator Generalis.

Primò, quia reflexio retorquetur potiùs, quàm obstet, quia procedendo cum dicto supposito, quòd Provinciales Reorum personam geraot, nedum ex prudentia, & æquitate, sed ex rigorosa Juris naturalis, Divini, Civilis, & Canonici justitia citari, & audiri debent, antequam Fiscus (sic potest appellari Procurator Generalis pro sua Religioue) Informet, & Votum suum Judicious exhibeat, præsertim in materiis, consistentibus in facto, & circa quas Sac Congregationes Principis more procedere solent, Teste *Card. de Luca in Relat. Romanæ Cur. forens. disc. 16. num. 25.*

Secundò, quia, & si supponantur Rei Provinciales, non exindè pro talibus habendi sunt, etiam ipsorum in Officio tres Collegæ, ut neque istos audire debeat Procurator Generalis, ut Consideranti patet.

Tertiò, quia objectum involuit voluntarium æquivocum: Aliud enim est interpellare, & audire P. Provincialem, antequam Procurator Generalis Informet, quod unicè petimus; Aliud verò Informationem dare, juxtà placitum, aut assertum ipsius Provincialis, interpellati, & auditi, circa quod nullatenùs insistimus.

Quartò, quia humillimæ nostræ preces ad hoc, ut PP. Provinciales cum suis Collegis audiantur circa negotia Provinciæ, antequam Sac. Congregationibus suum det Votum P. Procurator Generalis, non sunt privativè tales, itaut nullum alium possit, & debeat circa illa audire idem Procurator Generalis; sed post notitias, à dd. PP Provincialibus, & Collegis habitas, effrenatum habet arbitrium audiendi quemcumque maluerit, suamque Informationem ab illis notitiis regulandi, quas ipse magis veritati consonas existimabit: Quæ omnia nullam inter se repugnantiam involvunt, & summoperè conducunt ad patefaciendam illam veritatem, circa quam à Sac Congregationibus pro Voto interpellantur, juxtà monitum *Gloss. in cap. Prudentiam verb. Plurimæ de Offic. deleg.* ubi quòd integrum est judicium illud, quod plurimorum Sententiis confirmatur, & alterius *Gloss in Can. De quibus verb. Pluribus dist. 20.* ubi quod faciliùs invenitur, quod à pluribus quæritur: Et hoc modo evitatur magnum illud inconveniens, his verbis improbatum à *Cassiodoro* relato à *Perez in Cod lib. 10 tit. 65. n. 4.* -- *Dignus à multis, qui meruerit approbari; Uni enim* (para Procuratori Generali) *acceptum fuisse, interdum gratia est, multis placuisse Judicium* -- & in nostris terminis egregiè *Card. de Luca de Regular. disc. 10. num 9.* ibi -- *Ex judicio multorum digniores reputati, cùm illæ Provisiones, quæ ab unius tantùm Judicio pendent; quandoque casus, vel fortunæ, quæ frequentiùs imprudens est, atque à ratione devia, referendæ veniant, & Rota cor. Mantic. dec. 344. num. 2.*

Ex quibus nulla remanet necessitas immutandi circa discussionem secundi dubii, cui supplicamus respondere: *Provisum in primo*, mediante illius negativa resolutione.

Transeundo proindè ad tertium dubium, pro illius negativa resolutione, videtur superabundare sola lectura dispositorum in Capitulo Generali primo Marsiliæ celebrato, de quo in Libro, cui titulus -- *Digestum Sapientiæ Minimitanæ tripartitum, fol mihi* 324. Ibi enim *n. 26* cubitalibus istis literis demandatur; Patrem Zelosum nostri Ordinis uon posse eodem tempore esse Vicarium Generalem Italiæ -- *Decreverunt Patres, quòd P. Zelosus perpetuis suis temporibus non possit esse Vicarius Generalis*

ralis Italiæ , sicuti aliàs decretum fuerat , & ita inviolabiliter observetur. Prævidendo autem casum , quod hujusmodi capitularis dispositio forsan non observaretur , progredientes ulteriùs iidem Capitu .res demandarunt , Literas Patentes, adversùs illiu. dispositionem concessas per P. Generalem , esse ipso Jure nullas , ibi . *Quod si aliquando P. Generalis , pro tempore existens , aliquem P. Zelosum in Vicarium Generalem substituere voluerit , statim ipsæ Patentes Literæ talis substitutionis sint ipso Jure nullæ* , & concordant in hac parte duo alia Capitula Generalia nostri Ordinis , nempè Turonense *num.* 16. de quo in *d. Digesto fol.* 52. & Tholosanum *num.* 33. de quo ibidem *fol.* 67.

Dùm igitur Literæ Patentes , de quibus disputamus, de diametro adversantur prædictis Capitulis Generalibus, in necessariam venit consequentiam, quod ipso facto, & ipso Jure irritæ sint, nulliusq; roboris, & momenti, juxta cubitalia illa verba . *Statim ipsæ Patentes Literæ talis substitutionis sint ipso Jure nullæ* . Disposita enim in Capitulis Generalibus habentur pro lege in illis Regulantibus Ordinibus , pro quibus emanarunt , neque est in arbitrio Superiorum Generalium illa non observare , ut in his terminis latè probat *Anton. de Spiritu Sancto de Regim Regular cap.* 13. *nu.* 13. *Bordon. variar. resolut. tom.* 3. *p.* 2 *resolut.* 58 *num.* 3. , cum quibus processit *hæc Sac. Cong. in Romana* 16. *Septembris* 1708. ut videre est *in tom.* 3. *p.* 1. *discept.* 4. *n.* 4. & 65.

Nec dicatur, hujusmodi Statuta non fuisse usu recepta nostris Religiosis , neque proindè esse in viridi observantia , ut credit *Peregrin. in Formul lit. Z. cap.* 2. *num.* 4. Objectum enim multipliciter tollitur , & primò advertendo, quod eadem Statuta , uti inserta inter Constitutiones nostri Ordinis , à multis Summis Pontificibus , & signanter Capitulum Turonen. à Jul. II. per suam Bullam ; *Exponi nobis , dat.* 5. *Decembris* 1511. fuerunt in forma specifica confirmata , cum clausula *sublata* , & decreto irritanti quæ non solum tollunt omnem contrariam consuetudinem , quæ potiùs dicitur solemnis abusus , sed impediunt , nè ulla contraria consuetudo in futurum adversus illorum dispositionem introduci valeat , minusque allegari possit juxtà latè animadversa *per Rot. in decis.* 25. *num.* 5. *coram Ansaldo , & in Moguntina Decanatus* 15. *Januarii* 1712. §. *Finali coram Lancetta* , cum aliis citatis *in tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 14. *num.* 21. quibus addo *Rot. in Romana Funerum super bono Jure* 7. *Junii* 1720. §. *Præter verò cor. Rovuault de Gamaches*.

Secundò eadem statutaria lex , uti promulgata in Capitulis Generalis , & impressa , atque inserta inter nostras Constitutiones , & non semel , sed bis , & ter , in totidem aliis Capitulis Generalibus confirmata , & approbata , præsumitur recepta & exequuta , per ea quæ notant adducti à *Felin. in cap Nonnulli n.* 2. *de rescrip.* & *Rota decis.* 101. *n.* 2. *coram Cavaler* & *decis.* 463. *num.* 4. & 5. *coram Buratt.* cum concordantibus , citatis *in tom.* 3. *p.* 1. *discept.* 3. *num.* 55.

Hujusmodi autem præsumptio transit in evidentiam in nostro casu , ex innegabili serie nostrorum Vicariorum Generalium . Constans enim in facto est , quod de prætetito , & præcipuè à tempore P. Generalis Sebastiani Quinquet Galli usque ad Generalatum P. Roslet , semper fuerunt instituti Vicarii Generales Italiæ Itali Religiosi , & qui non erant Zelosi , eò quia sub Generalatu suprascripti Prioris Quinquet Galli , fuit constitutus P. Paulus à Tropea Italus , quamvis esset Zelosus P. Petrus à Cosentia pariter Italus ; Sub Generalatu P. Petrus à Cosentia Itali , & Zelosatu P. Joannis Tardis Galli , fuit deputatus P. Filoramus Italus : Sub Generalatu P. Laurentii Pedrezza Hispan. & Zelosatu P. Filoramo Itali , fuit substitutus P. Bernardinus à Fuscaldo Italus : Sub Generalatu Prioris Antonii Periex Galli , & Zelosatu P. Bernardini à Fuscaldo Itali , fuit creatus P. Petrus de Cosentia : Sub Generalatu P. Bernardini à Fuscaldo Itali & Zelosatu P. Honorati Bonfili Galli , nullus fuit institutus Vic. Generalis Italiæ , quia prædictus P. Generalis intra Italiam continuò commoratus fuit : Et sub Generalatu P. Bernardi Sex pontii Itali , & primo Zelosatu Prioris Roslet Galli fuit Vicarius Generalis Italiæ P. Joseph Maria Mascheronus Italus , qui fuit ultimus Vicarius Generalis Italiæ publicè , & legitimè constitutus , ut notorium est in nostra Religione , atque ictu oculi hæc resultant ex Cathalogo Generalium , & Zelosorum Ordinis exhibito , in Summario . Quos omnes præivit P. Balthassar de Avila anno 1658. sub Generalatu Prioris Claudii Dorckamps , ex Zelosatu Prioris Jo: Baptistæ à Cælico Itali , ut ex eodem Cathalogo .

Post hæc electus fuit Generalis P. Joseph Ganh , hodiè Archiepiscopus Panormitanus , necnon electus fuit Zelosus P. Zacearias Roslet Gallus , quem Pars adversa asserit fuisse assumptum ad gradum Vicarii Generalis Italiæ , sed usque adhuc nullum ad dictum effectum adduxit legitimum documentum , & quod magis est eædem prætensæ Literæ Patentes deputationis Vicarii Generalis nunquam fuerunt publicatæ , & legitimè intimatæ , quod omninò necessarium erat , tam attenta dispositione Juris , de qua *Gonzal. cap.* 1 *num.* 10. *de Constit. Thesaur. decis.* 249. *num* 6. & 7. *Lezzan. in Summ. quæst. Regular. cap.* 8 *num* 27. & *Novar. in Summ Bull. par. prima annot.* 97 *à num. septimo* . Quàm Constitutionum Ordinis *cap. tertio Barchinon. num.* 49. Quàm demum ad terminos immemorabilis consuetudinis nostræ Religionis , quæ neque etiam exadverso controvertitur , uti plusquam notoriæ.

Tota igitur contraria praxis in omnem casum reducitur ad duo exempla , nimirum P. Siellæ , & P. Roslet , quod prætenditur exadverso eodem tempore fuisse Vicarios Generales Italiæ , ac Zelosatus officium contemporaneè exercuisse .

Verùm duo hæc exempla quatenus in facto subsisterent , adhuc in nihilo ad intentum Partis relevarent in conflictu literalis contrariæ dispositioni , tum Capitulorum Generalium nostræ Religionis , de quibus supra , in forma specifica à multis Summis Pontificibus approbatorum , cum clausula . *Sublata* & Decreto irritanti , sed eadem asserta exempla dicerentur solemnes abusus , potiùs eliminanda , & abolenda , quam allegainda ad destructionem dictæ claræ legis per ea quæ observant *Ricc. decis.* 36. *num.* 3. & 4 *Urceol. decis.* 21. *num.* 3. & *Rot. decis.* 10 *num.* 12 *apud Pacion. de Locat.* ibi. *Quia in hoc casu talis observantia judicandus est abusus , non admittendus , sed eliminandus* .

Actum enim esset de omnibus legibus , & Papalibus Constitutionibus , si ad illas de medio tollendas permissum esset allegare actus , & exempla , eisdem legibus contrariis , & idem omninò esset , ac easdem leges ad propriam voluntatem trahere , non autem eandem voluntatem illis subjicere , adversus quod inconveniens exclamat *Card. de Laurea in Epist. ad Lectorem Epitom. Canon. propè finem* .

Ex quibus nulla vis fieri potest in authoritate *Peyrini* , testantis de non usu dictarum Constitutionum , & Capitulorum Generalium nostri Ordinis *in suo Formul. lit. Z cap.* 2 *num.* 4. Ultrà enim congruam illam responsionem , quod in hac parte *idem Peyrinus* uti Testis consuetudinis adversus Capitulum Generale nostræ Religionis nullam omninò fidem meretur , ex punctualissimè firmatis per *Rotam in decis.* 38. *num.* 29. & 30. *coram Arguelles* .

Dicimus , quod eo tempore , quo *idem Peyrinus* id scripsit ad munus Zelosatus adspirabat , ut notorium est in nostra Religione , ac , ut ipse idem fatetur *ibidem sub n.* 6. Tunc temporis Zelosus erat sibi charissimus, & amicissimus Concivis P. Raphael Piazurnus , & summoperè optabat ex duplici motivo illud unire posse cum Vicariatu Generali , & proindè quæ in hac parte adaptantur communiter receptæ conclusiones . Prima, quod non creditur in his circumstantiis Authori , scribenti pro illo Officio , ad quod aspirat , juxtà firmata per *Rotam in Carpentoraten. Jurisdictionis* 10. *Maii* 1699. *coram Lancetta* . Secunda verò , quod Testi habenti in Causa interesse , non sit credendum , de qua *Rot. decis.* 425. *num.* 13 *coram Priol.* & *decis.* 180. *nu.* 9. *part.* 16 *rec.*

Quæ ad evidentiam comprobantur ex illa facti circumstantia , quod ultimum Capitulum Generale Massiliense , in quo renovatæ fuerunt , & cubitalibus literis confirmatæ antiquæ dispositiones aliorum Capitulorum Generalium , prohibentium exercitium Offi-

cii

cii Zelosi cum Vicariatu Generali, celebratū fuit An. 1611. *Peyrinus* autem Formularium suum composuit Anno 1635. dum esset præfatus P. Raphael Pizzurnus, & sic 24. annis dumtaxat post dictum Capitulum Generale Massilense; A quibus demi ulteriùs debent quinque anni Generalatus P. Longobardi, sub quo non Patrem 43 Bacchelierem, tunc temporis Zelosum, sed P. Laurentium à Spezzano Teste ipsomet *Peyrin. In Addit. ad Constitutionem Urbani VIII. num. 5. Not. a. in fine*, in Vicarium Generalem Italiæ instituit; Et consequenter remanent solùm anni 19. ex quibus demi pariter debet alter annus, in quo propter Electorum discordias electio ejusdem Patris Bacchelieri in suspenso remansit, ac tandem à Urbano VIII. electus fuit dictus Pater Longobardus. Remanent propterea anni 18. dumtaxat, in quorum decursu nonnisi tres Generales sexennales nostram Religionem gubernarunt; undè verificari non potuit Testimonium *Peyrin.* quod passim remanerent Zelosi Vicarii Generales Italiæ.

Quibus additur alia circumstantia, omni attentione digna, quod nullus alius Author ex nostra Religione concordat in hac parte cum dicto *Peyrino*. Imò *Pater Isnardus in suo Codice Minimorum cum Elucubrationibus Verbo Zelosus*, qui scripsit eodem tempore, 44 quo sua Opera *Peyrinus* in lucem dedit, punctualiter referens nostra Statuta, & dispositiones Capitulorum Generalium, nullum omninò verbum facit de dicto prætenso non usu; Evidens signum, quod in facto tunc temporis nullam subsistentiam habebat.

Et quod omnem adimit in hac parte fidem, tam prędictis Authoris; quàm universorum documentorum, quæ ab adversa Parte undequaque expiscari potuerint, & possint Attestationibus, est plenissimi Capituli Generalis 4. Marsiliæ irrefragabile Testimonium, ibi enim 45 anno 1685. *sub num.* 10 & 18. apertissimè asseritur consuetudo, & usus Vicarii Generalis Italiæ, contradistincti à Zeloso.

A pondere harum reflexionum convictus oppositor coram Auditore Ponentis non negavit illarum veritatem, curavit tamen earum vim evitare mediante quadam distinctione de Vicario Generali ordinario, non autem de Vicario Generali in emergentibus, seu pro 46 emergentibus, perperam applicata nostro casui, & inponens ita fuisse deputatum in Vicarium Generalem ipsum oppositorem, cujus restrictiva deputatio, sub hac Scotistica formalitate, ad sensum Partis adversæ non comprehenditur sub eadem censura dd. Constitutionum.

Responsio autem nullam subsistentiam habet: Dum enim habemus legem, generalissimè prohibentem exercitium Vicariatus Generalis, & Zelosatus in eadem 47 Persona, non est distinguenda qualitas Vicarii Generalis ordinarii, & in emergentibus; Quia ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, ait *Textus in l. Non distinguemus ff. de Recept. arbitr.* cum concordantibus, citatis à *Bellett. Disquisit. Clerical. par. 1. tit. de Bon. Cleric. §. 5. num.* 19.

Certiùs, quia admissa contraria detorsione posset de facili fraudari dicta lex, prohibitoria exercitii utriusque 48 Officii, mediante solo verborum apparatu, quod permittendum nullatenùs videtur; improbaturque *in l. Contra legem, & in l. Fraus ff. de Legibus, & in l. Non dubium, ubi Gloss. C. eod. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 4. rubr. 61. n. 6.* cum aliis concordantibus citatis *in Institution Crim. lib. 1. tit. 2. num. 7.*

Absque ulla prorsus difficultate, eo quia eadem inconvenientia sequuntur ex Officio Zelosatus, retento ab una, eademque Persona, exercente munus Vicarii Generalis ordinarii, ac in emergentibus, ut Consideranti patet; Et proinde dum idem finis legis in utroque ca-49 su verificatur, eadem generalis Lex adeprati debet, ut notant *Repetentes in l. Si in leg. ff. de Legibus*, cum aliis citatis à *Surd decis. 35. num. 14. & Genuens. in Practicab. Eccles qu. 144. num. 3.*

Addito, quòd distinctio Vicarii ordinarii, & pro emergentibus, seù in certis casibus, probè nota erat Religiosis illis, qui in dictis Capitulis Generalibus interfuerunt, dum de illa fit mentio in *Correctoria n. 500. fol. 86.* ibi. *Poterit ipse Generalis, & quilibet Provincialis ad cuncta sibi subdita loca Fratrum aliquem idoneum sui loco delegare pro emergentibus ibidem negotiis debitè terminandis.* Et propterea si eadem Capitula Generalia non intendissent ad omnem Vicariatum generalem, sive or-50 dinarium, sive pro emergentibus, sive cum plenaria, sive cum limitata potestate prorsus inhabilem reddere P. Zelosum, non absolutè tot vicibus à Vicariatu generali eum exclusissent, & cum tot, tantisque verbis, seu clausulis negativis, indefinitam, & generalissimam prohibitionem præseferentibus, ibi: *Non possit esse Vicarius generalis perpetuis futuris temporibus, & ita inviolabiliter observetur*, & in casu contrario ipsas Literas Patentes statim nullas, nulliusque roboris, & efficaciæ declarando, ibi: *Quod si aliquis P. Generalis &c. aliquem P. Zelosum in Vicarium generalem substituire voluerit, statim ipsæ Patentes Literæ talis substitutionis fiat ipso Jure nullæ*, quæ omnia absque ullo effectu remanerent, admissa contraria distinctione, ut Consideranti patet.

Quòd si aliqua in hac parte considerari velit distinctio inter Vicarium generalem ordinarium, & in emergentibus, illa nullatenus considerari potest ad hoc, ut Vicariatus generalis compatibilis sit cum officio Zelosi, sed eo dumtaxat consistit, quod Vicarius generali ordinarius est Superior delegatus continuus pro toto tempore delegationis: Vicarius verò in emergentibus est Superior delegatus discretus, seu interpolatus, juxta interpolationem negotiorum emergentium, juxta doctrinam *Peyrin formul. lit V. cap. 5. n. 4.* ubi cum *Passarell.* do-51 cet, quod Vicarius ordinarius semper præcedit, & pręeminentiam habet super Prælatos inferiores, quia semper est major illis, Vicarius verò in emergentibus tantùm, non eos præcedit, nisi quando cognoscit, & determinat causam emergentem, quâ determinata, sedet in loco suo, quia jam cessavit ejus jurisdictio: Itaut si semper, & indelinenter negotia emergant, vel quæ emergunt ex sua natura, vel ipsius Delegati industria protrahantur, etiamsi iste Vicarius evadet Superior continuus, sicut primus pro toto tempore delegationis; Et sic in omnibus pares erunt Vicarius generalis ordinarius, & Vicarius generalis in emergentibus, cùm aliunde uterque nonnisi delegatam, & ad libitum delegantis æquè amplam, & limitatam jurisdictionem, & auctoritatem habeant.

Quodque in rei veritate nulla adsit differentia in substantialibus in nostro casu inter Vicarium generalem ordinarium, & Vicarium generalem in emergentibus, sed sit simplex quæstio de nomine, ex adverso speculative promota, comprobat factum ipsius Procuratoris Generalis, qui licèt data opera dumtaxat apud EE. PP. & in solis Informationibus pro præsenti Lite se denominet Vicarium generalem in emergentibus; In omnibus tamen se gessit, & gerit uti vetus Vicarius generalis ordinarius, & continuus, ut patet ex quotidianis Obedientiis pro negotiis, pro itineribus, pro localitatibus expeditis, & pœnis etiam Carceris inflictis, & privilegiis, 52 & Patentibus Literis pro Presbyteris sæcularibus cum facultatibus benedicendi Cingula nostri Ordinis & præcintus ad Religionem aggregandi, & ad tertium Ordinem admittendi, etiam cum participatione bonorum spiritualium Religionis, & ex aliis omnis generis jurisdictionalibus actibus, & prærogativis præcedentiæ, titulorum etiam Reverendissimi, in suismet Expeditionibus, quæ dantur in Summar. Quæ omnia ad oculum demonstrant, quod non negotia emergentia concernunt, sed ordinaria, & quotidiana, nec Jurisdictionem transeuntem, & interruptam important, sed permanentem, continuam, & perpetuam, imò mediante usu tituli Reverendissimi, de quo in dictis Literis Patentibus sibi assumit majorem etiam authoritatem, ipsis Vicariis generalib. ordinariis competentem, quia ipsis dictus titulus Reverendissimi literaliter denegatur à Constitutionibus Ordinis, reservatus privativè Generalibus, & Ex Generalibus *in Capitulo Generali Mediolani n. 52.*

Dum igitur oppositor Localibus Superioribus præcedit, dum obedientiales Literas quotidiè expedit, dum punit, dum absolvit, dum privilegia concedit, dum alios similes Jurisdictionales actus exercet, dum denique inscribitur simpliciter, & absolutè, ibi: *Super universas, vel super omnes Italiæ Provincias Vicarius Generalis, aut Vicarius Generalis Italiæ, vel totius Italię Vicarius Generalis*, seque subscribit *Fr. Bertrandus Monsinat Procurator, & Vicarius Generalis*, ex prima subscribendi formu-

la optimè desumitur titulus officii veri ordinarii Vicarii [53] Generalis, sub qua procedit juxtà punctualem resolutionem *bujus Sacræ Congregationis in Nullius Burgi S. Sepulcbri 15. Februarii 1701. ad relationem Card. Colloredi*, de qua in *Tom, 2. part. 1. discept. 15. per totam*, & signanter *n. 3. & 30.* Necessariò concludendum est, quod hujusmodi munus Vicariatus generalis in substantia, ac in omnibus suis circumstantiis sit illud idem, de quo loquuntur Constitutiones Ordinis, quoniam sunt ipsissima verba formulæ, & tituli, sub quibus excluditur à Vicariatu Generali per dictas Constitutiones Ordinis. Prima enim præcipit, nè Generalis substituat P. Zelosum in sui *Vicarium generalem*, seu Vicesgerentem; Secunda de Zeloso in *Vicarium generalem* non substituendo. Tertia, Zelosus non possit esse *Vicarius generalis Italiæ*, & Patrem Zelosum in *Vicarium generalem* substituere.

Ex quibus fit compertissimum, quod sub palliato nomine in emergentibus semper inobservatæ rema- [54] nent Constitutiones nostri Ordinis, tam seriæ, tam graves, tam repetitæ, & quod magis est authoritate etiam Apostolica confirmatæ.

[55] Neque insistendum videtur in dicta nominali quæstione, juxta doctrinam *Bart. in leg. Quo minus num. 22. ff. de Flumin.* ibi: *Non curo de nomine*, & concordat *Cardin. de Luc. de Feud. disc. 44. num. 17. & Rota decis. 264. in fine coram Otthobon. & in Pisana Jurispatronatus 4. Julii 1700. §. Ut enim coram Ansald.* cum aliis citatis in *Tomo tertio part. secunda disceptat. prima §. 21. num. 52.*

[56] Quibus adduntur tres aliæ reflexiones, omnia hucusque adducta manifestè comprobantes.

Prima desumitur ex oraculo Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ, registrato in *Digesto Sapientiæ Minimianæ inter Decret. Sac. Congreg. fol. mihi* 122. Ad instantiam siquidem P. Generalis nostri Ordinis proposito in dicta Sacra Congregatione sequenti dubio: *Quartò quæritur, quomodo creandi sunt Vicarii Generales in Provinciis, remotis à Generali*, apertis literis responsum fuit: In Curia non posse fieri *Vicarios Generales inconsulta dicta Sacra Congregatione, seù illius Eminentissimo Præfecto*. Cùmque non doceatur exadverso, Decretum hoc fuisse, ut par erat, punctualiter exequutum in casu nostro, mediante approbatione ejusdem Sacræ Congregationis, imò ex Actis, & Libris ejusdem Sac. Congregationis Visitationis clarè appareat, nullatenus fuisse petitum, aut concessum hujusmodi placitum, asserta deputatio in Vicarium Generalem, facta authoritate solius P. Correctoris Generalis nostræ Religionis, [57] nunquam poterit substineri, per ea, quæ in nostris punctualibus terminis, referendo, ita decisum ab hac Sacra Congregatione notat *Nicol. in Flosc. Verb. Generalis num. 5.* Et generaliter, quod Oracula dictæ Sacræ Congregationis vim legis habeant, omniaque adversus illorum teno- [58] rem, & formam gesta, nullam subsistentiam habeant benè observat *Fagnan. in cap. Quoniam num. 12. de Constitut. & Pasqualig qu. mor. centur. 4. cap. 61. num. 4. & per tot.* & firmavit *Rota dec. 3. n. 3. apud Antonell. de Jurib. Cleric. & in Gienuen. Juris votandi 2. Julii 1686. §. Quod indubitanter coram Kaunitz.*

Secunda innititur dispositis *in nostra Regula cap. 10. n. 47. fol. 28.* in qua præscribitur, & determinatur locus residentiæ nostri Zelosi, his verbis: *In Loco nostro Roma-* [59] *no, vel in aliis Locis, seu Conventibus, Urbi propinquis, prout expeditius fuerit, moram trahant*, Quod impracticabile est respectu Vicarii Generalis, qui ad omnia Loca, omnesque Conventus Religionis, juxta casuum contingentias accurrere debet; Prout, aliis antiquioribus casibus gratia brevitatis omissis, à P. Mascherono, ultimo Vicario Generali, legitimè electo, nostris temporibus practicatum fuit, qui, ut notorium est in nostra Religione, pro sui muneris exercitio, usque ad extremas Calabriæ ulterioris Civitates accessit.

Tertia demum oritur ab irreconciliabili incompatibilitate Officiorum Vicarii Generalis, & Zelosi, in una, eademque persona nullo modo unibilium; Cùm enim *Zelosatus non sit Prælatura, sed officium Procuratoris Generalis*, ut per hæc numero verba Statutum id fuit in *secundo Capitulo Generali Avenionen. n. 2. ut in Digesto Sa-* [60] *pientiæ Minim. fol. 291.* E contrà verò Vicarii Gen. munus, nedum sit Dignitas in nostra Religione, sed in illa primum; & principem teneat locum inter omnes alias Dignitates (solo munere Correctoriatus Gen. excepto) videtur clarè repugnare, quod utrumque munus ab una, eademque Persona exerceri possit.

Observando ulteriùs, hujusmodi unionem Officiorum in una eademque Persona magnum afferre præjudicium existimationi, & decori totius Corporis nostræ Religionis, & præsertim Italiæ, quia possent otiosi facili nego- [61] tio argumentari, quod non reperiantur in Religione duo graduati Religiosi, qui eadem Munera separatim exercere possint, & in tota Italia, nec minus, qui suæ Nationi præfici dignus sit, cum tamen omnes, & singuli à Nobis supra relati fuerint, ut par erat, Itali.

Ultra illam bonam congruentiam, quàm in proximis terminis ponderavit *S. Gregorius*, sequutus *in can. Singula dist. 89. Sicuti enim varietas membrorum per diversa Officia,* [62] *& robur Capitis servat, & pulcbritudinem repræsentat; Ita varietas Personarum, per diversa nibilominùs distributa Officia &c. & fortitudinem, & vetustatem &c. repræsentat*, & concordat *Textus in cap. 1. de Consuetud.* ibi: *Cum unum Officium vix valeat quis adimplere, statuimus &c.*

In horum autem conflictu nullam omninò considerationem merentur contrariæ affectatæ Attestationes, Deus scit quibus modis exadverso expiscatæ, hac lite jamdiù pendente ad probandum, quod in nostra Religione de præterito passim Zelosi deputati fuerunt Vicarii Gene- [63] rales, quodque adversus illos, nemo nuquam in præteritum reclamavit.

Primò, quia quatenus id in facto subsisteret, quod absolutè negamus, in his casibus nihil omninò inferri potest à patientia Subditorum pro colorandis actibus oppositis Legibus, & Constitutionibus Religiosorum, ea [64] ratione, quia *multa per patientiam tolerantur quæ si deducta fuerint in judicium, exigente justitia, non debent tolerari*, quam his adduxit Maximus Canonista imo Canonistarum Pater *Innoc. III. in cap. Cum jam dudum de Præben.* eumque sequuntur *Abb. in cap. ult. num. 8. de Consuetud. Vidal. Cas. conscient. in Appendice Miscellan. Inquisit. 5. n. 12. & seqq. & Rota dec. 8532. n. 3. cor. Coccin. & dec. 2. num. 12. & seq. p. 18. rec.*

Et habemus in hac parte *magistralem resolutionem Sacræ Congregationis Rituum in Romana diebus 26. Aprilis, & 7. Junii 1704. Ponente Card. Barberino*, in qua nulla habita [65] fuit ratio antiquissimi, imò immemorabilis usus, non clam, minusq; in una, vel alia Provincia, sed coram ipsomet Sum. Pont. omnibusq; S. R. E. Cardinalibus practicati, & patienter tolerati à Subdiaconibus Cappellæ Pontificiæ; Sed postquam id fuit in judicium deductum, intrepidè responsum fuit, esse servandum id quod de Jure fieri debebat, ut *ex Tomo 2. part. prima disceptat. 28. per totam*, [66] & signanter *num. 126.*

Secundò, quia aliqui ex illis, qui fecerunt dictas Attestationes eo tempore quo fuerunt Superiores, non observarunt dicta Statuta nostræ Religionis, & in illis faciunt potiùs partes Advocatorum asserti contrarii abusus, quàm simplicem figuram Testis, in quibus terminis nullam omninò merentur fidem, ut de Testibus, excusantibus proprias operationes notant *De-* [67] *cius consil. 133. num. quarto Alexand. cons. 13. num. 13. num. primo Gam. decis. 52. num. primo Noguerol. allegat. 26. num. 52. & Rota decis. 112. num. sexto coram Emerix ju-* [68] *nior.* Et de Testibus, facientibus figuram Judicis in testificando observant adducti in *decis. 829. num. octavo coram Dunoz. jun. & in decis. 1055. num. sexto coram Emerix junior. & in decis. 544. num. quinto part. decimaoctava recent.*

Tertiò, quia ferè omnes contrariæ mendicatæ Attestationes factæ fuerunt sine juramento, quod operatur, ut eis credendum, non sit, *Textus* est litteralis *in leg. juris jurandi 8. Cod. de Testib.* quam sequuntur adducti *in* [69] *decis. 214. num. 2. coram Ludovis. & decis. 115. num. 20. & decis. 391. num primo coram Priol. & in Romana, seu Marsicana Depositi 27. Novembris 1705. §. In nihilo coram Ansaldo.*

Quæ reflexio robur sumit ab eo, quod illæ procuratæ fuerunt à Superioribus Generalibus nostræ Religionis; omnibus enim nota est facilitas illa Superiorum Generalium obtinendi similes Attestationes, non benè credentes iidem subditi Religiosi, quod quando illorum Attestationes

tione sunt sine juramento, possint impunè fieri, etiamsi veritati non cohæreant, in qua parte solemne hujus veritatis Testimonium perhibuit doctissimus æquè, ac qualificatissimus Religiosus in illa *Romana Nullitatis Professionis*, proposita in *Sac. Congr. Concilii die 3. Augusti* 1720. 70

Quartò, quia non ostenduntur Literæ Patentes Deputationis Zelosorum in Vicarios Generales, quæ registrari solent in Archiviis Procuratoris Generalis, illarumque copiæ relinqui pariter solent in Archiviis Provinciarum, ut practicari semper solet in negotiis, & rebus etiam minoris momenti. Minusque ostenduntur aliquæ Literæ obedientiæ, vel similes actus, in quibus asserti Zelosi, & Vicarii Generales, uti tales easdem obedientias, & actus expleverint: Est autem conclusio, uno ore à Doctoribus recepta, & ab omnibus Tribunalibus admissa, quod non statur depositioni Testium circa ea, 71 quæ probari solent per Scripturas, quando istæ non ostenduntur, de qua *Rom coram Bellamer. decis 9. per totam de Rescript. & decis. prima num. 4. coram Priolo, & decis 114. num. 1. & seqq coram Otthobon. & decis. 30. num. 71. coram Ansaldo*, ubi quod probatio per Libros syncerior est, ac expeditior.

Quintò, quia dicta aliquorum ex eisdem Religiosis, testantibus de solito nostræ Religionis deputandi Zelosum in Vicarium Generalem, præcisè loquuntur de Vicario Generali in emergētibus, uti sunt inter alias Attestationes Provincialium Genuæ, Venetiarum, Hetru- 72 siæ, & Lombardiæ; Cæteræ verò de Vicario Generali absolutè, & absque ullo addito, quæ propterea Attestationes remanent inter se contrariæ, & seipsas destruunt.

Sextò, quia aliquæ loquuntur de simplici credulitate, ibi. *Credo si sia ciò praticato nella Religione da molto tempo*; 73 Testi autem loquanti per verba, credulitatem denotantia, nulla fides adhibenda est, per ea, quæ notant *Glos. inc. Quoties Verbo Credere de Test. Grat. disc. 483. n. 6. & seq. & Rot. dec. 317. n. 17. & 18. cor. Ludovis. & dec. 166. num. 7. coram Cels.*

Septimò. Non parvam reddit admirationem diversitas, & contrarietas dictarum Attestationum, quæ inter se nullatenùs cohærent, minusque concordant circa nomina, numerum, & tempora, in quibus Zelosi fuerunt Vicarii Gen. Imo quò magis exageratur exadverso numerus contrariarum Attestationum, eò magis suspectæ redducuntur circa illarum relevantiam: Videtur enim vim facere cuicumque intellectui consideratio illa, quod si veritas ita se haberet, prout exadverso prætenditur, eædem Attestationes non concordarent circa nomina illorum Religiosorum, qui eodem tempore fuerunt insimul Zelosi, & Vicarii Generales; Et proinde ex hac non specificatione dictorum Religiosorum magnum desumitur argumentum irrelevantiæ dictarum Attestationum, & plusquàm tacitè infertur, ideò Attestantes non specificasse illorum nomina, nè possent de falso convinci, *ex Cathalogo*, dato in manibus Ponentis, aliisque documentis, ex 74 hac Parte exhibendis, juxtà nobilem animadversionem *Card Pallavicini nell'Istor. del Conc lib. 11. cap. 16. num. 7.* ibi. *Il Soave al suo intento produce molti Autori, ma senza citare nè i Luoghi, nè le parole, maniera eccellente per non poter essere convinto di falsità.*

Octavò. Nimis urget alia consideratio, quod non judicatur exadverso aliquis minimus actus, vel Liber, Scriptura, Privilegium, Decretum, Rescriptum, vel aliquid simile, in quo fiat miserabilis mentio alicujus Zelosi, qui fuerit etiam Vicarius Generalis; Idque non solùm verum est de Libris antiquis, sed neque etiam de modernis, quæ 75 omnia sunt nimis inverisimilia, & nullomodo cohærent cum iis, quæ leguntur in contrariis affectatis Attestationibus. Quod autem inverisimile est, falsitatis imaginem habet, omnemque fidem suis Attestationibus tollit, scriptum reliquit *Bald. in leg. 1. n. 16. Cod. de Serv. fugitiv. & Baldum* sequuntur *Dec. cons. 25. n. 3. & Rot. dec. 98. n. 11. cor. Cels. & dec. 624. n. 6. p. 4. tom. 3. rec.*

Nonò. Demùm crescit vis hujus animadversionis ex eo, quod ex hac parte docemus de opposito, dum ex Libris impressis indicamus nomina quinque Vicariorum Generalium, quorum unus immediatè successit alteri 76 in eodem Officio, fueruntque, & sunt etiam hodie cogniti omnibus Senioribus Religiosis nostri Ordinis, absque eo quod nemo ex ipsis fuerit eodem tempore Zelosus; Hique sunt PP. Paulus à Tropea; Filoramus, Fernardius à Fuscaldo; Petrus à Consentia, & Mascheronus, præter P. Laurentium à Spezzano de quo mentionem facit *Peyrin. in Addition. ad Constitut. Urbani VIII. fol. mihi* a 30. & dictum fuit in nostro Summario: Possemusq; in hac parte longiorem adducere Cathalogum, si nobis permissum esset perlustrare Archivia illa Conventuum nostræ Religionis, quorum porta patens est Oppositori.

Ex quibus remanet manifestum, quod, præter exemplum ejusdem Oppositoris, quod dedit causam præsenti Liti, quodque proinde nullam meretur animadversionem, ex adductis in *decis. 169. num. 21 coram Bich. & decis. 128. num. 8. coram Priol. & decis. 331. num. 12. part. 15. rec.* duo alii casus dumtaxat exadverso ad summum specificati fuerunt, nempè PP. Rosset, & Stallæ; Quo- 77 rum respectu inter alias responsiones datas supra, mirabiliter applicatur illa, quod eorum Literæ Patentes fuerunt ab illis retentæ in manica, & nullo modo ostenduntur publicatæ in Conventibus, sine qua publicatione nullam omninò considerationem merentur, ex animadversis supra.

Neque immorandum videtur in assertis Literis Patentibus, extractis à quadam Chronica, ut exadverso prætenditur Conventus Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio: Quia illæ potiùs ad hominem retorquentur; Non solùm quia restrictæ apparent ad Conventum Sanctissimæ Trinitatis de Urbe Nationis Gallicæ, & immediatè subjectum P. Generali, ac ad certos, & determinatos casus Religiosorum Apostatarum, & Fugitivorum; Sed fortiùs, quia omnes, uti expeditæ annis 1541. 1554. 1563. & 1579. sunt anteriores celebri Capitulo Generali Massiliensi Anno 1611. celebrato, in quo in specie expressissimis verbis demandata fuit executio antiquorum Capitulorum Generalium, & damnatus contrarius abusus. Adducere autem adversùs novas Leges antiquas transgressiones, est pessimi Juris optimum signum, teste *Rot. dec. 1620. n. 4. cor. Coccino.*

Imo ex hujusmodi antiquatis vetteribusque chartis, 78 ad hominem infertur, quod non obstantibus exactissimis diligentiis exadverso adhibitis post dictum Capitulum Generale Massiliense Anni 1611. celebratum, nullæ omninò similes Literæ Patentes expeditæ fuerunt; Quod manibus palpare facit insubsistentiam contrariarum affectatarum Attestationum, & odiosam novitatem, quæ hodiè, quibuscumque non obstantibus, induci præten- 79 ditur in nostra Religione, adversùs quam novitatem omnia Jura clamant omnesque congruentiæ ei opponuntur, ut observat *D. August. Epist. 118. c. 5.* ibi. *Ipsa mutatio consuetudinis, etiamquæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*, & concordat *D. Joan. Chrysostom. in Epistola prima ad Corinth. homil. 7.*, ubi, quod nihil magis ani- 80 mos perturbat quàm innovare, & à consuetudine alienum facere, cum concordantibus sequutis à *Gonzal. in cap. Cum consuetudinis num. 3. de Consuetud. Capon. disceptat. 85. num. 21. tom. 2. & Rota decis. 19. in fine*, apud *Antonell. de Jur. Clericorum, & in Pampilonen. Manutentionis 10. Maii 1706. in fine cor. Caffarello.*

Exclusa ex his probatione asserti soliti, & prætensi abusus; circa inobservantiam dispositorum in dd. Capitulis Generalibus, multò videtur immorandum in speciosis illis prætextibus, adductis ab aliquibus Provincialibus, qui interpellati ab Oppositore ad ferendum 81 pro illo testimonium, se fecerunt suos Advocatus, mediantibus illis piis meditationibus circa minores expensas Religionis, & majorem quietem Religiosorum, quando eadem Persona utrumque munus Vicarii Generalis, & Zelosi exercet.

Ultrà quod enim hæc, & alia multa, quæ in hac parte adduci possent, probè nota erant æquè expertis, prudentibus, ac doctis illis Vocalibus, qui composuerunt dd. Capitula Generalia, quivè summa maturitate promulgarunt illa Leges statutarias, de quibus agimus, & in quorum conflictu nulla omninò ratio habenda est dictorum particularium Religiosorum, ea viva ratione, quia illorum affectatæ Attestationes transierunt per Pla- 82 centiam, non autem per Veronam, per quam ambularunt dd. PP. Capitulares, juxtà lepidum dictum *Pii II.* relatum *à de Rubeis in discurs. ad scientiam Amatores impresso in part. 4. tom. 3. recent. num. 95. & in tomo 1. part. prima disceptat. 17. num. 59.*

Cathegoricè respondemus, quòd hodie dum habemus

dictam legem claram, & cubitalem dispositionem tot Capitulorum generalium, non est de illa ipsa ab uno, vel altero Subdito, seù Provinciali nostri Ordinis disputandum, sed secundum illas procedendum est, juxtà celebre monitum *S. Augustin. de Vera Relig.* ibi. *Cum leges fuerint institutæ, & firmatæ, non licere de eis judicare, sed secundum ipsas*, sequutum à *Rota dec. 372. num. 18 par. 18. recent.* & concordat *Textus in l. Prospexit ff. Qui, & à quibus*, ibi. *Perquàm durum est, sed lex ita scripta est*, cum aliis apud *Rot. dec. 3. n. 6. cor. Ansaldo*. (83)

Circa 4. Dubium prænotandum in facto est, quod illud tria continet, quod deputatio nimirum facta fuerit à P. Generali; Quod facta legitur de persona P. Joannis Antonii Vico, qui ab annis quindecim, hoc est ab anno 1703. citrà, altas fixit radices in hujusmodi Superioratu; Quodque nullam temporis præfinitionem contineat. (84)

Quo præmisso, facilè convincitur, eandem deputationem non substineri, ex clara dispositione nostræ Regulæ in *cap. 10. num. 49. fol. 28.* ubi postquam sancitum fuit, quod Correctores durare debeant per annum, & inde per alium annum subjecti remanere, respectu aliorum Superiorum, generaliter ita disponitur. *Cæteri autem Superiores quicumque tanto saltem tempore, quanto illius priùs Prælati extiterint, postea subjecti manebunt*, cui consonat Decretum *Capituli Generalis Genuen. 2. num. 10.* statuentis omnes *Conventus regantur per annuos Correctores, exceptis fortasse quibusdam, in quibus per insufficientem vivendi commoditatem, vix quinque, aut sex ad summum Fratres commodè contineri possunt*. (85)

Idem quoque eadem claritate determinatur in *Capitulo Gen. Genuensi 4. num. 11. fol. 256.* ex quo hæc duo perspicuè colliguntur. Primum scilicet, quod Vicarii debeant esse annui, & secundum, quod eligantur à P. Provinciali, cum suis Collegis, ibi. *Volunt, & declarant Patres in his Conventibus, qui per annuos Vicarios reguntur, non debere fieri electionem Correctoris, quousque per Capitulum Provinciale declaretur, & determinetur, eosdem Conventus regendos esse per annuos Correctores, in quo substitutione Vicariorum facienda per Provinciales, & suos Socios, poterit substitui aliquis Sociorum*; Hoc ipsum habetur in alio *Capit. Gen. Genuensi 6. num. 21. fol. 284.* ibi. *Denique determinatum fuit, cum qui Provincialatus, seu Correctoriatus functus est Officiis, posse in Vicarium Provincialem pro Fabrica Conventuum perficienda, & promovendis novis Conventibus in aliquo Conventu deputari, & agere omnia, quæ ex Officio Correctoris contingit facere, nec obstare Textum Regulæ, quæ videtur illud sentire, subsunt enim ad voluntatem P. Provincialis amovibiles*; Concordat *Capitulum Generale Romanum septimum num. 44. fol. 356.* ibi. *Determinatis iis, quæ ad fundationem Conventuum pertinebant, statutum fuit, quod Vicarii amovibiles non nominentur, nec eligantur in Capitulo Provinciali, seu Definitorio, sed solùm à Provinciali cum suis Collegis*. (86)

Ex quibus remanet manifestum, non posse subsistere deputationem P. Joannis Antonii de Vico: Tum quia facta fuit à P. Generali, non habente facultatem illum deputandi, uti reservatam P. Provinciali, cum suis Collegis; Tum quia respicit Personam, quæ hujusmodi Superioratu continuò potitur à quindecim annis citrà, uno tantùm excepto Intermedio anno: Tùm demùm quia nullam habet temporis præfinitionem, contrà dispositionem nostræ Regulæ, & dictorum Capitulorum Generalium, quæ pro lege servanda sunt, neque adversùs earum tenorem se extendit authoritas P. Generalis. Regularium siquidem Ordinum Generales non sunt moderatores, & destructores Regularum, & Capitulorum Generalium, sed illorum Exequutores, & Custodes, ut notant *Bonet. in Viridar. Stat. Regular. dub. 6. per totum, Sabell. in Theor. prax. lib primo cap. primo §. 4. per totum, Anton. à Spiritu Sanct. de Regimin. Regular. tract. 4. disp. 2. sect. 4. num. 75. & Bordon.* in sua Franciscana Religione Generalis *to. 2. var. resol. p. 2. ref. 58. n. 3.* (87)

Quibus innixus D. Card. Protector in Folio Provisionum amicabiliter capiendarum sub *num. 9.* statuit. *Procontinuatione usque ad mensem Septembris, quo compleantur Officia Religionis; In reliquis serventur Constitutiones Ordinis*; Et in altero Folio provisionum secundo loco captarum sub *num. 7.* habetur. *Scribet Cardinalis Protector P. Generali, ut præfigat d. P. de Vico brevem terminum, ad effectum dimittendi Vicariatum Papiensem*. (88)

Quibus non adversatur reflexio, quod cessare debeat Jurisdictio Provincialis, quando concurrit suprema Jurisdictio Patris Generalis: In hac enim parte procedendum est cum distinctione illa, uno ore à Doctoribus admissa, & à Supremis Tribunalibus recepta, quod id procedat quando agitur de Jurisdictione dependenti, & delegata: Tunc enim concurrente Delegante, cum Delegato, certum est, cessare Jurisdictionem Delegati, ut post *Gloss. in cap. Denique Verb. Majore dist. 25.* declarando tradit *Peyrin. ad Constitut. Pauli V. in ordine la 7. num. 74.* Quando verò agitur de Jurisdictione Ordinaria, promanante à Jure, non autem ab homine, prout est illa Provincialium, & Correctorum Localium in nostra Religione, ex notatis per *Roderic. Quæstion. Regular. tom. primo quæst. 17. art. 4. & art. 6.* isto casu Jurisdictio exerceri debet gradatim, non autem cumulativè, nè aliàs confundatur legalis ordo juridicè procedendi, prout eveniret, si P. Generalis cognosceret, & directè provideret in iis, quæ spectant ad Correctores Locales, & Provinciales, non expectato casu recursus: Eodem prorsus modo, quo Metropolitanus non cognoscit Causas Subditorum Episcopi Suffraganei, nisi in casu appellationis, ad ipsum interpositæ ex cumulatis per *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 68. num. 3. & seqq. & de Judic. disc. 3 n. 46.* (89) (90) (91)

Imò tantùm abest, quod in hujusmodi casu ordinariæ Jurisdictionis possit Superior cumulativè illam exercere cum Inferiori, quod imò improbum à Doctoribus reputetur, injuriosum, & usque peccaminosum, quod Superior se ingerat in Jurisdictione Inferioris, ut sequendo *Text. in can. Cum singula de Præben. in 6.* latè probat *Peyrin. ad Constit. Paul V. in ordine la 7. §. 3 à n 43 usque ad finem*, & signanter *num. 45 & firmavit Rota in Gienuen. Juris mutandi 21 Februarii 1697. §. Cum enim totam Ursino*, & respondit *Sac. Congr. Concilii in Ostunen Indulti 28. Aprilis 1698.* ut videre est *in Lib. 48. Decretor. fol. 183.* (92)

Porrò si graduatus iste modus procedendi locum habet in qualibet benè ordinata Republica, ad atcendam confusionem, quæ aliàs oriretur ex commixto, & cumulativo gubernio, indubitanter sibi locum vindicabit in nostra Religione, in qua universa potestas eligendi Provinciales pro tempore, residet pœnes solos Vocales Provinciæ; nihilque pœnitùs est, quod in hujusmodi electione prosluat, atque descendat ab ipso P. Generali: Quinimò ipse Generalis tempore electionis præsens in Provincia, nec etiam habet Jus ferendi suffragium in electione Provincialis, ex nativa illius potestate, sed solùm ex gratiosa permissione, eidem indulta ab hac Sac. Congregatione die 20. Septembris 1667. de qua fit mentio in quarto Capitulo generali Marsiliæ *num. 9 fol. 53.*; Itaut Provincialis ipse, cæterique Officiales in Capitulo Provinciali electi, statim proprium Officium liberè exerceant, ut statutum fuit in Capitulo generali Valentino tertio *num. 9. fol. 180.* in exequutionem *Constitut. a. §. 4. Julii II.* (93)

Quod est adeò verùm, ut in casu delicti, pro quo Provincialis suspendi ab Officio, vel deponi debeat, suspensio, & depositio, ac respectivè Successoria subrogatio, nullo modo fiant à P. Generali, sed à Collegis Provincialibus, una cum Capitulo Locali, eisdem modo, & forma, quibus devenitur ad suspensionem, vel depositionem ipsiusmet P. Generalis, juxtà disposita in nostro Correctorio *n. 8. 9. & 151.* (94)

Quæ omnia transeunt in evidentiam ex generali dispositione ejusdem Correctorii *num. 102.* ubi definitum habemus, Provincialem etiam præsente Generali posse suam Jurisdictionem liberè exercere, his verbis. *Ubi quis in Provincialem electus fuerit &c. in præsentia Correctoris generalis, aut sui Vicegerentis, vel etiam alicujus Visitatorum, sui Provincialatus Officium liberè potest exercere, & sua annua Capitula Provincialia in suo duntaxat Provincia celebrare &c. Poterit ulteriùs ipse Provincialis super singulis Provinciæ suæ Fratribus, Oblatis, & Conventibus liberè disponere in his, quæ Divinum Cultum, saltem Subditorum, & hujus Ordinis commodum concernere noscuntur*: Ubi notandum est verbum illud *liberè*, bis repetitum, designans independentem, atq; omnimodam potestatem Provincialis in sua Provincia, adnotata per *Peyrin.* (95)

rin. Commentar. in Regul. Minimorum cap. 10 *§.* 47. *quæst. unica num.* 3. ubi ampliat, posse Provincialem omnia agere in sua Provincia, non solùm præsente sed etiam 96 reluctante Correctore generali, & latè *Barb. de Dictionib. diction.* 190. *num.* 2 *& pluribus seqq. & Rota in Burgen. Jurisdictionis super Commissione Curæ* 25. *Junii* 1715. *§. Verum ab hoc coram Crispo*, sequuta *in Tom.* 3. *part.* 2. *discept.* 11. *num.* 90. ubi solidè firmat Sacra Rota, quod non dicitur quis liberè disponere, quando alterius authoritatem eaquirere adstrictus est.

Quibus additur alia generalis dispositio alterius Capituli generalis Massiliæ celebrati anno 1667. *sess.* 4. *num.* 19. *fol. mihi* 55. ubi statutum fuit, tunc solùm posse Superiores exercere Jurisdictionem, Inferiori competentem, quando idem Inferior sua jurisdictione abuteretur, ibi. *Ut cùm isti* (scilicet Inferiores) *facultatibus, quas habent, non uti, sed abuti comperiuntur &c. possint Superiores respectivè majores in Inferioribus prohibere, aut coarctare hujusmodi exercitia*: Ab hac igitur exce- 97 ptuatione casus abusus jurisdictionis respectu Inferioris, clarè colligitur, regulam esse in contrarium, juxtà animadversa per *Everard. in Topyc. legal. loco* 3. *num.* 5. Et firmata per *Rotam in Romana Panerum super bono* 98 *Jure* 7. *Junii* 1720. *§. Ut etiam coram Rovault de Gamaches*, Et hoc casu non sufficit Superiori genericè dicere, se habere justam causam, sed tenetur illam assignare, ut sequendo *Navarr. lib.* 2. *de Regular. cons.* 56. *num. secundo* observat *Peyrin. ad Constitut. Pauli V. Constitut.* 7. *num.* 44.

Nec meretur in contrarium allegari dispositio Capituli generalis *Romani* 8. *num.* 78. *fol.* 450. ibi. *In Conventibus, nondum erectis, & in quibus Officium Correctoris non potest exerceri, à Reverendissimo P. Generali, & Provincialibus possit constitui Vicarius amovibilis, & plusquàm ad annum extendi*; ubi facultas constituendi Vicarium videtur in cortice verborum æqualiter collata Generali, & Provincialibus: Omisso siquidem, quod id perfunctoriè, & obiter dumtaxat enunciatum fuit, non autem dispositivè demandatum, quod erat omninò necessarium, ad effectum tribuendi æqualem potestatem Generali, & Provinciali constituendi Vicarios in aliqua Provincia: Cum addito, quod erat ulteriùs necessarium non solùm specialem facere mentionem præcedentium Ca- 99 pitulorum generalium, in quibus solis Provincialibus, & Collegis datur facultas deputandi Vicarios in Provincia; sed ulteriùs, requirebatur illorum expressa derogatio, alias semper in suo robore manent, ut notant communiter Repetentes *in cap. Ex parte de Cappell. Monoch. Felin. in cap. Nonnulli n.* 2. *de Rescript. & Rota dec.* 601. *per totam cor. Caval. & dec.* 463 *n.* 4 *&* 5. *cor. Burott.*

Strictè dicimus dispositionem dicti Capituli loqui de Conventibus *nondum erectis*, & in quibus *vix quinque, aut ad summum sex Religiosi contineri possunt*, uti ex supracitato *Capitulo Genuen.* 2 *n* 10. qui non sunt termini nostri casus, eò quia Conventus S. Marci Papiæ, verè Conventus dici potest; In eo namque continuò aluntur quindecim Regulares circiter, ut perspicuum est etiam ex Catalogo Religiosorum Provinciæ, exadverso exhibito, & quasi duobus integris ab hinc sęculis inibi erectus reperitur, licèt ex accidenti oportuerit eundem Conventum de uno ad alium Locum intus Civitatem Papiæ transferre. Et proindè dispositio loquens de Conventu, nondum erecto parvissimo, & pauperrimo, nullo modo 100 extendi potest ad Conventum, de quo disputamus, dum agitur de Conventu ex grandioribus, & ditioribus Provinciæ, ac longissimo ab hinc tempore erecto, & modò in aliam partem Civitatis translato, qui non dicitur novus, sed antiquus Conventus juxtà animadversa per *Dian. in editione Coordinat. tom.* 7. *tract.* 1. *de Dub. Regul. resol* 22. *n* 2. *Antonell. de Regimin. Eccles. lib.* 7. *cap.* 1. *num* 6. *Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl par.* 1. *annot.* 18. *num.* 14. *& Nicol. in floscul. Verb. Conventus num.* 1. cum quibus processit hæc *Sac. Congregatio in Novarien.* 24. *Julii* 1721. *Ponente Card. Grimaldo.*

Strictissimè autem, & propriissimè asserimus, dispositionem ejusdem Capituli Generalis Romani referri pro P. Generali ad illos Conventus, qui immediatè subsunt eidem Patri Generali, prout sunt omnes Conventus Urbis, cæterique alii, qui sunt Nullius Provinciæ, ità & taliter quodque ad ipsos Conventus, immediatè

subpositos Jurisdictioni P. Generalis, verificari poterit exercitium jurisdictionis circa deputationem Vicariorum: Quò verò ad alios Conventus, qui sunt in Provincia, & de Provincia, nemo est, qui dubitare possit, quod soli Provinciali cum suis Collegis competat Jus deputandi Vicarium, ex supra animadversis. Regulare enim est in qualibet materia, omnem dispositionem esse intelligendam in eo sensu, quo minùs pugnet cum ante- 101 cedentibus claris dispositionibus, & quò minùs fieri possit, illis deroget, ut notant communiter Repetentes *in leg. Si unus § Pontus ff. de Pact. Gratian. discept.* 544. *n.* 31. *de Card. de Luca de Regular. disc.* 21. *num.* 9. *& Rota decis.* 350. *n* 15. *cor. Cerro.*

Diuturna demum possessio quindecim annorum Superioratus Papiensis excusari nequit ex eo, quod in *cap. Barchinonen.* 4 *num.* 10. *fol.* 458. permissum fuerit, posse Vicarios etiam post annum denuò nominari, & confirmari, præcipuè si ad Conventuum utilitatem, & fabricæ reparationem, vel constructionem id expedire digno sciatur.

In hoc sanè Capitulo alia non tribuitur facultas, nisi confirmandi Vicarium etiam post annum, quod à Regula non permittitur, dum in illa clarè disponitur, quemlibet Superiorem non posse ad novum ęqualem Superioratum eligi, nisi tanto tempora subditus manserit, quanto Superior extiterit. Nullibi tamen legitur ampla facultas confirmandi per tempus indefinitum, & ad libitum voluntatis, nè aliàs dicamus, & quidem non sine 103 prægrandi absurdo longiorem posse esse confirmationem ipsa principali deputatione, sicque magis esset accessorium, quàm principale, adversus omnes notas regulas, omniaque Juris notiora principia.

Plusquam tacitè admittuntur ab Oppositore, qui proindè, juxta documenta exhibita in Secretaria, totus est in ostendendo, quod utilitas Conventus, & prosequutio fabricæ requirant, ipsum etiam post quindecim annos 104 diù morari debere in eodem Superioratu.

Cæterùm circa Conventus utilitatem in ordine ad laxiorem disciplinam Regularem, dignentur EE. PP. solita attentione perpendere ea, quæ jurejurandu affirmant plures Testes relati in Summario; Circa gubernium verò temporale dignentur pariter observare ea, quæ si- 105 mili jurejurando affirmant alii Testes, quorum juratæ Attestationes registrantur pariter in eodem Summario; Ex quibus remanet manifestum, nullam habere in facto subsistentiam ea, quæ exadverso magna liberalitate gratis ubique exagerantur circa assertas utilitates nostri Conventus ea continuatione gubernii Oppositoris.

Demum circa fabricæ necessitatem, circa quam exadverso figuratur, quod Persona P. Joannis Antonii de Vico sit adeo necessaria, quod fabrica ipsa perfici nequeat, nisi, ut ita dicam, manualis, quotidianaque ipsius opera præstò sit. Cathegoricè respondemus, quod quatenus id adversus rei veritatem verisimile videatur, in omnem casum commodè provideri posset hujusmodi suppositæ urgenti necessitati, mediante deputatione ejusdem P. de Vico in Fabricerium, dimisso Superioratu Vicariatu, ut in similibus casibus fieri solet, & in multis aliis nostris Conventibus actualiter practicatur, & signanter in Conventu S. Anastasiæ Mediolani, in quo deputatus reperitur in Fabricerium Pater Alphonsus Bellanus, & in Conventu Laudensi P. Franciscus Pino, quorum neuter in Superiorem dictorum Conventuum eodem tempore electus fuit. Munus enim Vicarii nihil commune habet cum officio Fabricerii, quin potiùs unum cum alio incompatibile est, eo quia nostra Regula prohibet Superioribus pecunias tractare, illas- 106 que per se erogare, atque continuò à Conventu exire, quæ omnia fieri debent per Fabricerium, & propterea non cohærent, sed clarè adversantur dispositis *in eadem Regula cap.* 10. *num.* 24. *&* 50. *& in Correctorio à num.* 40. *usque ad* 46. *&* 52.

Dixi, *quatenus verisimile id esset*, quia Oppositor non habet in hac parte unde tantum tumeat circa hujusmodi fabricam, illam asserendo propriæ industriæ filiam. Annui siquidem superextantes redditus Conventus Papien- 107 sis; Spolia Religiosorum Provinciæ; Exemptiones ab annuis oneribus etiam Missarum; Et alia similia, omnia fuerunt fundamentum, & magna pars dictæ fabricæ, ut disertè jurato testimonio asserunt plures Testes in Sum.

Frustrà demum recurrit idem Oppositor ad Epistolas, scriptas à P. Sorino: Ad Literas Patentes deputatio- 508 nis in Vicarium tempore Provincialatus ejusdem P. Sorini; Necnon ad alias novissimas Literas Patentes, de quibus præsens adest quæstio circà illarum subsistentiam, & ea quibus summoperè magnificatur, quod fuerit eidem P. Vico collatum munus sub merito sanctæ Obedientiæ.

Quo enim ad Epistolas P. Sorini, istæ fuerunt scriptæ tempore, quo munus Collegæ, & Secretarii Ge- 509 neralis P. Generalis Syri Joseph Vico germani Fratris dicti P. Joan: Antonii Vico gerebat, & in ipsi perspicuum est fuisse scriptas, ibi. *Per comando del P. Reverendissimo di persuadere à continuare sotto il peso del Superiorato*, & paulò inferiùs. *La ragione più forte, che io le adduco à tal fine, si è la volontà efficace del P. Generale, che li promette ogni sua assistenza.*

Quò verò ad Literas Patentes, expeditas tempore Provincialatus ejusdem P. Sorini, eaadverso datas in Summario, laudes inibi expressæ sunt de solita formu- 510 la similium Literarum patentium, prout est de formula in Literis Apostolicis qualificatio Personarum, quibus Beneficia conferuntur; Atque hoc unum exuberat ad excludendam probationem, elicitam ex actibus gestis per prænominatum P. Sorinum, quod omnes fuerunt gesti contemplatione, & tempore, quo reperiebatur Generalis antedictus P. Josephi Syrus Vico, ob nimis connaturalem erga illum pro Fratre reverentiam.

Quò demum ad Literas patentes, postremò expeditas à moderno Patre Generali Stella pro eodem Vicariatu Papiensi sub dat. 11. Decembris 1717. de quibus hodiè disputamus, & quæ ubique redolent laudes ipsius P. Joannis Antonii de Vico, est animadvertendum, quod 511 corpus ipsarum Literarum patentium est scriptum integrè caractere P. Francisci Mariæ de Vico, Fratris germani dicti P. Joannis Antonii, qui P. Franciscus Maria ad præsens est Collega Generalis P. Stella moderni Correctoris generalis, & ut talis se subscribit in eisdem Literis patentibus, adeoque nil mirum, si præter eas, quæ sunt de formula, contineant quoque extraordinarias laudes usque ad eum cogendum sub merito sanctæ Obedientiæ ad acceptandum munus Superioratus.

Nè tamen lateat, quale artificium adhibitum fuerit ad substinen. in perpetuo Superioratu eundem P. Joannem Antonium Vicum, dignabuntur EE. PP. legere 512 Epistolam, ab eodem P. Francisco Maria Vico Collega generali scriptam moderno P. Provinciali, qui fatetur, se impulisse eundem P. Generalem ad ita exprimendum in Literis patentibus deputationis, de qua agitur, ibi. *Mi sono ridotto à farglie la comandare in virtù di santa Obedienza dal P. Generale con sua Patente.*

Ad hoc enim ut evidenter manifestetur indoles hujusmodi artificii, supplicamus ponderare, quod multoties simulavit quidem ipse P. Joannes Antonius Vico velle renunciare hujusmodi Superioratum, nunquam tamen de facto illi renunciavit, quinimmo mordicus modò insistit in substinenda sua deputatione, juxta illius sensum saltem duratura toto tempore Generalatus hodierni P. Generalis; Quæ profectò non evenirent, si usque ab initio habuisset animum determinatum verè 513 renunciandi Vicariatui, & perpetuo Superioratui, quia in dictis circumstantiis ad praxim reduxisset aureum illud monitum *S. Bernard. in Cantic. sermon. 59. Operis vox validior est voce sermonis*, & concordat *S. Leo Magnus Sermon. in Nativit. S. Laurentii Martyris fol. mihi* 181. ibi. *Validiora tamen sunt exempla, quàm verba, & plenius est opere docere, quàm voce.*

Adversus reductionem Vicariatus Conventus Alexandrini in Correctorium, factam à Capitulo Definitorio, quod ad terminos Bullæ Sancti Pii Quinti, de qua infra omnem in hac parte authoritatem, & potestatem habebat illam faciendi, unicè eaadverso opponitur Capitulum Generale Romanum 8. *num.* 76. ibi. *Conventus erecti in Correctoriatum, non reducantur in Vicariatum à Capitulis Provincialibus, nisi urgente gravi necessitate, qui verò fuerint deinceps justa de causa erecti in Vicariata, non possint ad Correctoriatum revocari, nisi in Capitulo Provinciali plenario.* Una cum declaratione 514 subsequentis Capituli 4. Barchinonen. num. 10. ubi dictum fuit. *Ulterius, quando prædictum Capitulum Romanum num. 76. de plenario Capitulo Provinciali loquitur, quantum ad Vicariorum reductionem attinet, de illo intelligi voluerunt, cui Correctores omnes intersunt, Collegæ item Provinciales, & Commissi, seu Discreti &c.* qui omnes interesse nec solent, nec debent Capitulo Definitorio. Ex quibus infertur, hujusmodi reductionem fieri non potuisse à Capitulo Definitorio, adversus claram dispositionem dictorum Capitulorum Generalium Romani, & Barchinonensis.

Objectum tamen nullo modo subsistit; Primò, quia Capitulum Generale nullam habet facultatem statuendi aliquid adversus id, quod determinatum fuit in no- 515 stra Regula, à Julio II. in forma specifica confirmata, in qua literis cubitalibus irritum, & inane decernitur quidquid adversus illam fit, ut videre est in *Digesto Sapientiæ Minimitanæ fol. 51. & in Bullar. novo tom. primo Constit. 10. inter alias ejusdem Summi Pontificis.*

Ex Regula autem Ordinis *cap. 9. num. 39. & 49. & ex Correctorio num.* 101. 102. & 103. debent singulis annis celebrari Capitula Provincialia, licèt tertio quoque anno eligendus veniat Provincialis in uno ex dd. annuis Capitulis Provincialibus, in quibus semper interesse debent ex vi ejusdem Regulæ, Provincialis, Collegæ Provinciales, Correctores omnes, & Discreti singulorum Conventuum Provinciæ; Quamobrem juxtam Regulam in citatis, & aliis Locis omninò paria sunt Capitula Provincialia cujuslibet anni primi, secundi, & tertii cujuscumque Provincialatus, nec ullam prorsus in toto Regulæ, & Correctorii Textu quis inveniet vel minimam in numero, & qualitate Localium, in jurisdictione, & authoritate, imò nec in ipso nomine inter dd. Capitula Provincialia differentiam, aut disparitatem, qua semper ubique constantissimè Sanctissimus Fundator sub nomine Capituli, aut Congregationis Provincialis indiscriminatim, & indifferenter, ac promiscuè compræhendit omnia, & singula Capitula Provincialia, qua singulis annis in Festo Dedicationis S. Michaelis, ex ejusdem Regulæ præscripto celebranda 516 erant, & semper celebrata sunt cum interventu Provincialis, Collegarum, Correctorum, & Discretorum, idque ab origine Religionis usque ad annum 1586. quo die 27. Maii S. Pius V. ad minuendas in Ordine Minimorum expensas, mediante Bulla, quæ incipit *super familiam* ex motu proprio, ex certa scientia, ac de potestatis plenitudine, cum amplissimis derogatoriis, pro Capitulis Generalibus, & Provincialibus expresè mandavit, ut ex sex Vocalibus uniuscujusque Provinciæ, ad Capitulum Generale antea accedentibus, duo tantùm in futurum accedere deberent; Et pro Capitulis Provincialibus, qui celebrantur primo, & secundo anno cujuslibet Provincialatus (adeoque inter media nuncupanda) decrevit, ut non ampliùs congregarentur prædicti Collegæ, Correctores, & Commissi, sed solùm P. Provincialis, cum Definitoribus; absque ulla tamen vel minima diminutione prioris jurisdictionis, & antiquæ authoritatis, tam Capitulorum Generalium, quàm prædictorum Capitulorum Provincialium, seù Intermediorum demandando in §. 8. ibi. *Ut omnia, & singula Capitula intermedia hujusmodi, per singulos Provinciales, & Definitores præfatos dumtaxat, in qualibet Provincia pro tempore celebrata, in omnibus, & per omnia perindè, ac si una cum Correctoribus, & Commissis eo tempore celebrata perpetuò valere authoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus.*

Quæ Bulla summa pace acceptata fuit in Capitulo Generali Romano quarto celebrato eodem anno 1568. Et licèt illa satis clara ex se esset pro Capitulis Provincialibus tantùm primi, & secundi anni, quæ dicuntur intermedia, quæ semper fuerat ex vi Regulæ, & consuetudinis in re, & in nomine omnium Capitulorum Provincialium tam primi, & secundi, quàm tertii anni, æqualitate, & identitate, dubitantes PP. Vocales, ne quis putaret, quod etiam pro Capitulis Provincialibus tertii anni, in quibus contingit electio Provincialis, 517 foret arctandus numerus Vocalium, ad omnem abundantiorem cautelam ad omnium notitiam deduxerunt ibi. *Declaraverunt Patres ad majorem omnium notitiam, quod in illis Capitulis Provincialibus, quæ fiunt de triennio in triennium, in quibus eliguntur Provinciales, debent interesse omnes Correctores Conventus, cum suis Commissis,*

ut

ut videre est in *dicto Capitulo Generali Romano 4. sub num. 13. in dicto Digesto fol. 192.*

Non obstante igitur diminutione Vocalium hisce Capitulis Provincialibus primi, & secundi anni, seù Intermedii, (quæ post dictam Bullam ex concursu Definitorium, & Provincialis dumtaxat, appellari cæperunt Definitoria) remansit, imò confirmata eis fuit authoritate Apostolica in perpetuum integra omnino in omnibus, & per omnia eadem jurisdictio, & authoritas, quam habebant omnino parem, & æqualem cum aliis Capitulis Provincialibus singulis tantum triennis celebranis. 118

Sicuti remansit Capitulis Generalibus eadem omninò authoritas quam habebant priùs, licèt per hanc Bullam demptæ sint eis duæ ex tribus partibus Vocalium. Imò si ad verba Bullæ attendemus, eo fortiùs de Capitulis Provincialibus intermediis quàm de Generalibus hoc militat, namnon ita expressè in omnibus, & per omnia loquitur Bulla de Capitulis Generalibus, sicuti de Capitulis Provincialibus intermediis, ex sola lectura remanet manifestum. 119

In hoc sensu, amplissimè favorabili Capitulis Provincialibus intermediis, clarissimam Sancti Pontificis mentem agnovit Capitulum Generale Valentinum 4., immediatè subsequens, celebratum anno 1571. *num.* 18. & 19. ubi *num.* 18. habetur. *Capitula Provincialia intermedia per singulos Provinciales, & Definitores dumtaxat pro tempore celebrata, & dispositione motus proprii Pii V. in novissimo Capitulo Romæ tribus ab hinc annis acceptati, non est cui verti debeat in dubium in omnibus, & per omnia habere eamdem vim, & efficaciam, ac si una cum Correctoribus, & Discretis cujuslibet Conventus celebrata essent, sæpe citato Digesto fol. mihi* 201. Unde omnia illa, quæ antea poterant fieri per hujusmodi Capitula Intermedia, celebrata per singulos Provinciales, eorumque Collegas, atque Curatores, & Discretos cujuslibet Conventus, secundùm Ordinis Statuta, nunc liberè poterunt fieri per hujusmodi Capitula, in posteriori celebranda dumtaxat per singulos Provinciales, & Definitores cujuslibet respectivè Provinciæ, electos secundum dispositionem dicti Motus proprii. 120

Eadem potestatis amplitudinem, & cum Capitulis Provincialibus plenariis æqualitatem, in vim sæpiùs citatæ Bullæ S. Pii V. adjudicavit hisce Capitulis Intermediis Capitulum Generale quintum Valentiæ *Anno* 1593. habitum, nam *num.* 6. in quo fit mentio præcitatæ Bullæ, seu Motus proprii S. Pii V. habetur ibi. *Quæ Capitula Intermedia posse rehabilitare Fratres, & in omnibus eamdem vim habere declarant, ac Capitula Provincialia, ut in Capitulo 4. Valentino determinatum est, ut in d. Digesto fol. mihi* 269. 121

Incontrovertibile itaque relinquitur ex vi Regulæ, & vigore dictæ Bullæ Pianæ, omninò paribus, & æqualibus authoritate, potestate, Jurisdictione, & efficacia in omnibus, & per omnia pollere ea Capitula Provincialia, quæ modò à solo Provinciali cum Definitoribus celebrantur, ideoque Definitoria appellantur, quia pollent illa Capitula Provincialia, in quibus cum Provinciali adunantur Collegæ, Correctores, & Commissi, quæque Capitula Provincialia simpliciter, & absolutè dicuntur, dum præter clarissimos, & apertissimos nostræ Regulæ, ac prædictæ Bullæ Pianæ Textus, habemus etiam dictorum trium Capitulorum Generalium, ut revelationem in specie notat *Peyr. de Subdit. q.1. c. 25. versic. Dico secundo*, ibi. *Suppono enim, quod Capitula Intermedia, seu Definitoria, eamdem vim habeant, quam Provincialia*, ut declaravit Pius V. anno 1568. die 27. Maii &c. & concordat *Isnard. in Codic. Minimorum fol.* 189. ibi. *Per Capitulum Provinciale intellige Intermedium, quod sæpè Provinciale dicitur, ut Corrector num.* 103. *&c.* 122

Imò tanta est inter dicta Capitula Provincialia æqualitas, & paritas circa illorum potestatem, authoritatem, & Jurisdictionem, ut etiam post dictum Capitulum Romanum, in quo exadverso insistitur, reservans facultatem revocandi Conventus ad Correctoriatum soli Capitulo Provinciali plenario, dubitatum fuerit, an nomine Capituli Provincialis plenarii veniret etiam Capitulum Definitorium, nec ausi fuerunt Vocales in immediatè sequenti *cap. quarto Barchinonensi n.* 10. hoc nomen Capituli Provincialis plenarii denegare Capitulo Definitorio: Volentes nihilominùs hanc facultatem reductionis Vicariatuum ab illo auferre, limitatam ad hunc solummodò casum, & exceptionem dederunt, idque sub simplici parentesi, ibi -- *Quantum ad Vicariorum reductionem attinet* -- quæ exceptio in omnibus aliis casibus firmat regulam in contrarium *ad Text. in leg. Nam quod liquidè §. fin. ff. de Pen legat. Alex. cons. 35. n. 20. lib. 4. & Rota dec. 13. n. 9. cor. Cels. & dec. 168. n. 5. par. 1. divers.* 123

Posito igitur ex his, quòd tam ex claris verbis nostræ Regulæ, quàm ex clarioribus dicti Motus proprii, seu Bullæ S. Pii V. cum effrænatis, & amplissimis clausulis expeditæ, omnimoda intercedat æqualitas inter Capitula Provincialia plenaria, & Capitula Provincialia Definitoria, nullo modo contrarium prætendi potest in exequutionem Capituli Generalis, exadverso adducendi; Non enim præsumendum est, Vocales dicti Capituli disponere voluisse aliquid adversùs Regulam, & Apostolicas Constitutiones, metiendo illorum voluntatem à potestate, quam ad id faciendum non habebant, juxta regulam, de qua *Rip. in leg. Qui Romæ, §. Duo fratres ff. de Verb. obligat. Roman. cons. 403. num. 1. Mandell. Abbat. consil. 29. num. 16. & Rota decis. 192. num. 12. coram Priolo*; sed congrua illa interpretatio in his terminis sumenda est, quòd ad id determinandum devenerint, vel ex inadvertentia, & oblivione dictæ Bullæ ex longo centum ferè annorum intervallo ab illius editione; Vel demum ita explicandum veniat prædictum Statutum, ac si diceretur, ea esse Capitula Provincialia plenaria, quibus ex vi Regulæ, & antiquæ consuetudinis adesse debent Collegæ, Correctores, & Discreti, in quo omnia, & singula Capitula Provincialia omninò conveniunt. 124

Nec dicatur, quòd Regula, & Bulla prædictæ non nisi in terminis Generalibus parem, & æqualem attribuunt authoritatem Capitulo Definitorio, ac Capitulo Provinciali plenario, non autem in hac individua, & particulari materia reductionis ad Correctoriatum: Unde illis non obstantibus ritè potuisse Capitulum Generale subsequens, habens specialem facultatem uni præ alio ex dd. Capitulis reservare, salva in reliquis eorum inter se æqualitate. 125

Primò, quia illæ uti generaliter, & indefinitè loquentes, generaliter intelligi debent, omnesque illos casus comprehendunt, qui sub illorum generalitate continentur, *Textus* sunt literales *in leg. In fraudem §. ultimo ff. de Milit. testam. & in leg. 1. § Generaliter ff. de Legat. præstan. & in leg. 1. §. Quod autem ff. de Aleatorib.* Cum concordantibus adductis *à Marc. Anton. var. resol. lib. 3. resolut. 18. num. 3.* cum quibus processit *hæc Sac. Congregatio in Senogallien. 23. Decembris* 1707. ad relationem *Card. Gabrielli*, ut videre est *in tom. 1. par. 2. disc. 28. n. 71. & n. 152.* 126

Secundò, quia eadem Bulla Piana non in uno, vel alio, sed in tribus sequentibus Capitulis Generalibus acceptata fuerat in sua generalitate, & comprehensione omnimodæ æqualitatis inter Capitula Provincialia plenaria, & Capitula Provincialia definitoria, ut vidimus supra. Et propterea eò minùs in diversum, imò oppositum sensum detorqueri deindè potuit, juxta regulam *Text. in leg. Sicut, Cod. de Action., de qua Sard. decis. 265. num. 25. & Caldas de Emphyteusi cap. 15. num. 7.* 127

In conflictu præcipuè dictæ generalis interpretationis uno ore admissæ, & acceptatæ in tribus immediatis Capitulis Generalibus, post editionem dicti Motus proprii, seu Bullæ Pianæ; Magnifacienda enim in his casibus sunt pro legis interpretatione facta, & operationes illorum, qui aliquid faciunt tempore proximo editioni legis, ut egregiè notat *Card. de Luca de Matrimon. disc. 5. num 11. & in adnotat. ad Concil. disc. 1. num. 11. & Card. Denhoff in Institut. Pastoral. fol. 7.* cum aliis citatis *in tom. 1. par. 2. discept. 1. n. 97.* 128

Quibus additur, quòd cùm in dicto Capitulo Generali Romano, contrarium determinante, & in Capitulo Barchinonen. idem Romanum Capitulum explicante, nulla prorsùs mentio fiat dictæ Bullæ Sancti Pii V. nullo modo adaptari possunt termini explicationis, seu interpretationis dicti Motus proprii, ex recepto Juris axio-

axiomate, Philosophis etiam communi, quod nihil dicitur volitum, quin priùs supponatur præcognitum, de quo *Rota in Neapolitana Matrimonii 22. Junii 1705. § finali coram Card. Priolo, & in Novarien. Pensionis 24. Martii 1710. §. Confessio cor. Card. Falconerio.*

129

Ad quod clariùs comprobandum sequens urgere videtur dilemma. Aut Capitulares, qui intervenerunt in dictis Capitulis Romano, & Barchinonensi, sciverunt, vel non sciverunt ea, quæ ab ipsis ordinata fuerunt ex diametro opponi dictæ Bullæ Pianæ; Inter quæ non datur medium. Si illius dispositio eis nota erat, illaq; non attenta contrarium determinarunt, ex defectu potestatis nulla prorsùs, & nullius efficaciæ sunt ea, quæ ab ipsis fuerunt determinata adversùs claram, & literalem legem Papalem, ex supra animadversis. Aut verò dispositionem dictæ Bullæ Pianæ ignorarunt, vel circa illius dispositionem debitam advertentiam non adhibuerunt, & in his circumstantiis applicantur ea, quæ circa defectum voluntatis supra observavimus.

130

Tertiò, quia hæc facultas ante dictam Bullam jam competebat Capitulis Provincialibus indiscriminatim (sicque etiam Capitulis Definitoriis) *à Capitulo Generali Valentino IV. num. 18.* Unde cùm Bulla ipsa confirmaverit, ac in perpetuum præceptivè concesserit in omnibus, & per omnia Capitulis Definitoriis eandem omninò authoritatem, quam priùs habebant, idem est, ac si hanc eis etiam in specie particularem facultatem confirmando concesserit, quam propterea non poterat ullus Summo Pontifice inferior, veluti novam, & in Bulla non comprehensam uni præ altero Capitulo Provinciali reservare.

131

Neque hìc applicari possunt termini interpretationis dictæ Bullæ Pianæ; *Cùm enim ejus sit interpretari, cujus est condere, interpretatio super hujusmodi dubiis, & obscuris dictæ Sedis judicio requiritur*: sunt verba individualis *Constitutionis 12. §. 2. Clement. IV. in Bullar. novo tomo primo*, in specie interdicentis inferioribus à Summo Pontifice omnem omninò interpretationem Apostolicarum Constitutionum, cum concordantibus citatis à *Rota coram Cerro decis. 86. num. 6.* ibi -- *Interpretatio Privilegiorum non spectat ad Inferiores, sed ad solum Pontificem, & ab Ansaldo decis. 86. num. 2. & seq.* ibi -- *Neque unquam aliquis potest audenter se intromittere in facto à Superiore provenientе, sive per viam declarationis, sive sub umbraculo interpretationis, & in Nullius, seu Fuldex. Jurisdictionis 27. Aprilis 1705. §. 11. coram Molinei*, ibi -- *Qui quidem actus cùm promanent ab ipsamet Sancta Sede Apostolica, nulla melior elici potest interpretatio ea, quæ ab ipsius Privilegii Largitore &c. proficiscitur. Cùm ejus sit interpretari, cujus est condere Privilegium.*

132

133

Licèt autem admittamus, privatis Doctoribus permitti interpretationem doctrinalem, & magistralem; Illis tamen nullatenùs convenit interpretatio judicialis, & potestativa, qualem sibi arrogarunt Capitulares in dicto Capitulo Romano, per viam nimirùm Legis, vel Statuti, determinando sub specie interpretationis id, quod in Lege Superioris, seu in dicto Breve Piano expressè non continebatur juxtà communiter receptam distinctionem inter potestativam, & doctrinalem interpretationem, de qua *Tamburin. de Jure Abbat. tomo primo discept. 16. quæst. 6. n. 7.* aliique citati in *tom. 3. part. 2. discept. 4. n. 50.*

134

Quibus additur, quòd verba dictæ Bullæ Pianæ, uti clara, & literalia, nullam omninò admittunt dubietatem, & consequenter nullam recipere possunt detorsionem sub specioso interpretationis prætextu, quæ in claris nunquam datur, *leg. Si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de Verbor. obligation. & in leg. Ille, aut ille, §. Cùm in verbis ff. de Legat. 2.* cum concordantibus apud *March. Antonin. variar. resolut. lib. primo resol. 3. n. 9. & Rota cor. Cerro decis. 750. num. 6. & in part. 18. recentior. decis. 556. num. 52.*

135

Hinc est, quòd *in Capitulo Generali Mediolanen.* celebrato anno 1679. non obstantibus dispositis in dicto *Capitulo 8. Romano*, explicato per dictum *Capitulum Barchinonen. cap. 4.* supposuerunt PP. tanquam certum, & indubitatum adhuc remanere æquè benè apud Capitula Intermedia Definitoria, quàm ad Capitula Provincialia plenariam facultatem reducendi Conventus de Correctoriatu ad Vicariatum, quod majus est, quàm de Vicariatu ad Correctoriatum, dum definierunt *num. 18. Si casus eveniat, quòd aliquis Conventus in Capitulis Definitoriis* (notentur quæso hujusmodi verba) *reduci debeat in Vicariatum, voluerunt PP. hoc fieri debere antequam electiones Correctorum, aperiantur &c.* & in subsequenti *Capitulo 4. Massilien. num. 25. In casu erectionis alicujus Conventus de Vicariatu ad Correctoriatum, si electus in Correctorem per Capitulum Provinciale, vel Intermedium, suo officio renuntiaverit &c.* ubi clarè supponitur, æquè in Capitulo Provinciali Intermedio (seu Definitorio, quod idem est) facultas reducendi Vicariatus ad Correctoriatum, & eligendi Correctorem Vice-Vicarii, prout in nostro casu factum fuit.

136

In qua legitima possessione, & facultate semper continuavit Capitulum Definitorium Provinciæ Mediolanen. juxta casus illos, quos ex Actibus Capitularibus transcripserunt duodecim jurati Testes in Summario, quę adeo vera sunt adeoq; nota ipsimet Parti adversæ, ut in novissimo Capitulo Definitorio anni 1719. interrogante P. Provinciali: *An aliquis ex PP. Capitularibus sentiret contrarium pro reductione* (de qua in præsenti agimus) *Conventus S. Joannis Magni Alexandriæ de Vicariatu in Correctoriatum, cùm nemo oppositum dixerit, ad electionem novi Correctoris præfati Conventus Alexandrini Patres Capitulares devenerunt* (inter quos aderat P. Joannes Antonius Vicus Vicarius Papien. & Definitor, & Pater Julianus Arzonicus quatuor Fratribus de Vico primus, & maximus adhærens, ut constat ex illorum subscriptione in Summario) & via Scrutinii omnium calculis, & suffragiis electus fuit in Correctorem dicti Conventus Sancti Joannis Magni Alexandriæ R. Pater Antonius Franciscus Comollus Provinciæ Definitor, qui, ut ritè, & canonicè electus à dicto Patre Definitore Juliano Arzonico, primario Scrutatore confirmatus fuit.

137

Si enim vel minimum hæsitassent de hac Capituli Definitorii facultate; si non major pars Capitularium, saltem prædicti duo Patres Definitores Vicus, & Arzonicus, principales Oppositores, indubitanter se opposuissent, nec propriis suffragiis Correctorem legitimè elegissent, minùsque illum confirmassent; quomodo autem isti hodie se opponant prædictæ reductioni ad Correctoriatum, & erectioni Correctoris, quas ipsimet propriis suffragiis fecerunt, & confirmarunt, non potest de facili colorari, opponiturque omnibus Juris principiis, de quibus *in leg. Generaliter Cod. de Non numerat. pecun.* ibi -- *Nimis enim indignum esse judicamus, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eumdem casum infirmare, testimonioque proprio resistere*; Applicaturque spectabilis authoritas *Cassiodor. libr. 5. epist. 21.* ibi -- *Pondus est ponderis gravissimi propria voce convinci*, & in nostris terminis egregiè notat *Peyrin. de Subdit. quæst. 31. cap. 1. num. 52.* ibi -- *Dico primò, Eligentes aliquem ad aliquam Dignitatem unanimi consensu, non possunt deinde se illi electioni opponere, nisi ex causis, postea emergentibus, vel nisi eis improbitas morum Electi de novo sit manifestata, quæ tempore, quo elegerunt, erat illis secreta.*

138

Imò habemus in hac parte *Textum*, qui non potest esse rotundior *in cap. Nulli de Elect. in 6.* cujus verba sunt hæc: *Nulli licere decernimus, postquam in Scrutinio nominaverit aliquem, & electio fuerit subsequuta &c. illum super electione ipsa, nisi ex causis postea emergentibus impugnare &c.* Quæ novæ causæ in nostris terminis adversùs notam integritatem, & notiores optimas qualitates P. Comolii in dicto Capitulo electi, non solùm exadversò non probantur, sed neque etiam allegantur.

139

Nec relevant exempla, quæ in contrarium exagerantur: Unicum scilicet in Provincia Mediolanensi de anno 1712. sub Provincialatu P. Joannis Mariæ Vici, alia verò in aliis Provinciis: Cùm enim simus in materia facultativa, & pendente à voluntate Provincialis; Dictus unicus casus Provinciæ Mediolanen. nullo modo aptus est Successoribus præjudicare, juxta notam indolem actuum facultativorum, de qua *Decius cons. 171. sub num. 6. Roland. cons. 53. num. 38. lib. 2. Adden. ad Ludovis. decis. 162. num. 56. & Rota cor. Priolo decis. 104. n. 37.*

140

Præcipuè, quia in dicto casu non integrum Capitulum Definitorium, sed solus Provincialis ad dictum effectum

141 *fectum* recursum habuit, qui proinde potuit id facere ad abundantiorem cautelam, quæ numquam nocet, per ea, quæ notant *Gratian. discept.* 141. *num.* 12. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 6. *n.* 26. *& Rota decis.* 110. *nu.* 14. *par.* 19. *rec.*

Eademque responsio adaptatur omnibus casibus aliarum Provinciarum, in quibus à solis Provincialibus, 142 non autem à Provinciis, vel Capitulis Definitoriis similes petitiones factæ fuerunt, ut patet ex ipsa Relatione P. Procuratoris Gen. in qua pro tota Italia quinque tantùm casus indicantur.

Cæterùm, ne singularis in hac parte appareat Provincia Mediolanen. adducat, si potest Pars adversa, vel unicum exemplum in tota Gallia, Hispania, Germania, Flandria, vel alia quavis Natione, à qua pro hujusmodi reductionibus aliquis factus fuerit recursus; Et tamen prædictæ omnes Nationes, & Provinciæ, non minùs quàm Italica Natio, subduntur Statutis no143 strorum Capitulorum Generalium, imò magis eis adhærent, & nostram Regulam punctualissimè observant: Evidens signum, quod clarè agnoscunt, nullo modo validè ademptam fuisse à dicto Capitulo Romano 8. antiquam, & legitimam facultatem eas faciendi in Capitulis Definitoriis; Quod si nobis permissum esset Archivia Provinciarum Italiæ perlustrare multò plura inveniremus favorabilia exempla.

Non ommittentes in hac parte enixè rogare EE. PP. ut reflectere dignentur, quod ubicumque in hac lite sermo erit de consuetudinibus, & praxi nostræ Religionis, Procuratores Provinciæ Mediolanen. omnibus humanis destituuntur auxiliis ad invenienda pro se documenta, sive antiqua in Religionis Archivlis, sive recentia à 144 Religiosorum extra propriam Provinciam testimoniis; cùm nullus sit, qui contra modernos Superiores generales, & prætensum Vicarium Generalem audeat veritatem fateri. E contra verò in manibus Partis adversæ, nedum existunt Archivia omnia Religionis, sed & manus, & pedes, & voluntates omnium penè Religiosorum: Unde unicum exemplum, quod expiscari nobis contingat, deberet pro mille valere contra ea, quæ exadversò tanta facilitate afferuntur.

Quod autem una, vel alia Provincia in casibus particularibus hanc obtinuerint à Capitulis Generalibus facultatem, ut de Provincia Lombardiæ asserit P. Generalis in sua Sententia quoad Conventus Mantuanum, & Balneslensem, nihil penitùs relevat, eo quia ex vi Regulæ, & *Correctorii num* 9. res omnes gravis momenti resolvi debent per Capitulum Generale, quando istud celebrandum est priusquam Capitulum Provinciale, aut Intermedium, uti contingit sexto quoque anno; Cùm 145 Capitulum Generale habeatur in die Pentecostes, Capitula verò Provincialia, & Intermedia in singulis Provinciis congregentur in fine Mensis Septembris; Anno autem præterito 1719. in quo facta fuit controversa revocatio ad Correctoriatum, non recurrebat Capitulum Generale, ad quod ex præcedentia, & præeminentia spectaret hujusmodi reductio, quæ proindè in dictis circumstantiis soli Capitulo Definitorio competebat.

At dato etiam, nunquam tamen concesso, quod prædictum *Statutum Capituli* 8. *Romani*, explicatum per *Capitulum* 4. *Barchinonense num.* 10. potuisset hanc facultatem reductionis auferre à Capitulo Definitorio, & Capitulum Definitorium in hac parte, nec dici posse 146 Capitulum Provinciale, saltem plenarium, nec tantam habere in hoc facultatem, & authoritatem, quantam habet Capitulum Provinciale plenarium, quæ omnia ex hucusque animadversis nullo modo subsistunt; Adhuc ex multis capitibus substinenda esset nostra reductio, de qua agitur, & quidem.

Primò, quia cùm in dicto Statuto prohibitivo expressè dicatur, ibi -- *Conventus, erecti in Correctoriatum, non reducantur in Vicariatum à Capitulis Provincialibus, nisi urgente gravi necessitate: Qui verò fuerint deinceps justa de causa reducti in Vicariatum, non possint ad Correctoriatum revocari, nisi in Capitulo Provinciali plenario*; Ex gravi illa, & urgenti necessitate, necnon ex justa causa, quæ fuerunt motivum ita disponendi, datur cla147 rè intelligi, quòd subsequens prohibitio revocandi eumdem Conventum ad suum pristinum, naturalemque statum, & habituale Jus Correctoriatus, nisi in Capitulo Provinciali plenario, accipi debeat in tali sensu, quòd eadem gravis necessitas, & justa causa perseverent, ita quod durantibus eadem gravi causa, & necessitate, vel evidenter, vel saltem probabiliter, solum Capitulum Provinciale plenarium, à quo facta fuit reductio, possit Conventum ad primævum modum Regiminis revocare.

Cessante verò eadem urgenti necessitate, & non ampliùs vigente dicta justa causa, imò è contra validè suadente in contrarium notabile argumentum Localium usque ad numerum duodecim, & supplicatione Vocalium, inter quos & unus ex quatuor germanis fratribus Oppositoribus, ne suo Jure suffragandi fraudentur, ipso Jure 148 cessare debet dicta dispositio, juxta regulam, de qua *Rota decis.* 1827. *num.* 8. *coram Coccino, & in Romana, seu Florentina Census* 19. *Junii* 1711. *§.* 1. *coram Ansaldo*; Et eodem tempore fit reditus ad naturalem antiquum statum, pro quo omnis favorabilis capienda est inter149 pretatio, ad *Text. in leg. Si unus §. Pactus ff. de Pact.* ibi -- *Quoniam enim ad Jus, quod lex naturæ ejus tribuit, de dote actio redit, non fit causa dotis deterior, sed formæ suæ redditur*, quem sequuntur *Gratian. discept.* 544. *nu.* 31. *Card. de Luca de Regular. disc.* 21. *sub n* 9. *& Rota dec.* 350. *n.* 5. *cor. Cerro*.

In nostro autem casu plusquam evidentissimè, & notoriè cessaverat quævis, vel minima necessitas, & omnis causa, aut ratio præcedentis reductionis Conventus Alexandrini ad Vicariatum; Unica siquidem fuit ratio motiva, impulsiva, & finalis illius reductionis, his verbis expressa in Summario (*I passichiusi*) propter morbi scilicet epidemici vehementem suspicionem an. 1714. (*tra lo stato di Milano, e Alessandrino*) Nemo autem ignorat, quòd ex Divina misericordia, nedum anno elapso 1719. sub finem Septembris, sed longè antea omnis prorsùs jamdiù evanuerat contagiosi morbi, vel levissima suspicio in universa Italia, ac nulla remanebat ampliùs publici commeatus, & commercii via interclusa, aut præpedita; Unde etiam prudenter P. Provincialis in hoc facto egit, tanquam in notoriis, quibus 150 nulla solemnitas requiritur, nullaque formalitas adhiberi debet, juxta *Textus in Cap. Super eo de Testib. & cap. Cum literis §. His igitur de Purgat. Canon.* cum concordantibus apud *Fagnan. in Cap. Vestra num primo, & seq. de Cohabit. Cleric. & mulier*, & *Pignatell. consultat.* 119. *num.* 9. *tom.* 2. Quod eo magis admittendum videtur, quia prædictæ restitutioni Conventus Alexandrini ad Correctoriatum, accessit deinde canonica electio Procuratoris Correctoris, omnibus Votis facta, & legitimè confirmata, cum actuali recognitione, & acceptatione totius Provinciæ, & in specie omnium Religiosorum prædicti Conventus, cum subsequuta pacifica possessione per decem menses Correctoris electi, & confirmati, cui pro sui muneris complemento non remanent 151 nisi alii duo menses; Itaut præsenti casui applicetur vulgarum illud, *Turpius ejicitur &c.* sequutum *ab Innocentio III. in Cap. Quemadmodum de Jur. Jur.* de quo *Card. de Luc. de Præemin. discurs* 38. *num.* 12. *& de Servitut. disc.* 57. *num.* 7. ibi -- *Faciliùs impediuntur destruenda, quàm impediantur jam facta, & turpiùs ejicitur, quàm non admittitur hospes &c.* Cum quo processit hæc *Sacra Congregatio in Reatina* 2. *Julii* 1706. *Ponente Card. Rubino*, ut videre est *in tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 20. *num.* 53. 62. *&* 108.

Cæterùm omnis omninò tollitur in hac parte difficultas à resolutione hujus Sacræ Congregationis diei 22. Martii 1714. qua mediante eadem Sacra Congregatio dedit quidèm facultatem reducendi dictum Conventum Alexandrinum à Statu Correctoriatus ad Vicariatum, non tamen in perpetuum, seu ad longum tempus, sed durante Officio Provincialatus, & Collegarum dumtaxat, juxta illa clara verba: *Dummodò non ultra durationem eorum Officii*: Igitur iisdem Officiis terminatis, absque ulla alia nova facultate, vel novo decreto idem Conventus vigore rescripti hujus Sacræ Congregationis restitutus de facto erat ad suum antiquum statum Correctoriatus: Eadem siquidem Clausula *dummodo &c.* pro tempore, quo fuit apposita, suspendit Jus Correctoriatus dicti Conventus, illud præservando pro tempore posteriori in eo statu, in quo erat ante dictum conditionale rescriptum Sacræ Congregationis, juxta notam in- 152

do-

dolem; & efficaciam dictæ clausulæ, de qua *Mart. de Claufsul. clausul. 37. num. 9. Barbos. eodem tract. clauf 44. num. 15. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. primo num. 172. & Rota coram Cerro dec. 112. n. 9.*

Enixis precibus, totoque spiritu supplicantes pro benigna reflexione ad hoc insuperabile motivum, quia illud da per se etiam unicè consideratum, omnem in hac parte difficultatem tollit, eo quia, eodem conditionali rescripto attento, terminatoque Officio Provincialis, & Collegarum, qui erant tales anno 1714. absque ulla 153 operatione eorùndem, præfatus Conventus vigore dicti Rescripti hujus Sacræ Congregationis illicò reassumpsit primum statum Correctoriatus, in quo antea erat, & proinde eò minùs poterat P. Generalis in hac parte apponere, destruendo eá, quæ ab hac Sac. Congregatione apertis literis fuerant demandata.

Ex affirmativa resolutione hujus quinti dubii oritur negativa responsio ad sextum, & ultimum: Admissa siquidem legitima reductione antedicti Conventus ad Correctoriatum, de se corruit cassatio dicti Correctoriatus facta à P. Generali, mediante Sententia, ex hucusq; animadversis.

Ultra quod eadem Sententia adeo manifesta laborat 154 injustitia, & nullitate, ut nec etiam nomen Sententiæ mereatur, juxta phrasim *Text. in leg. a. Cod. Quando provocar. non est necesse.*

Nullitas evidens est, dum ante illius probationem, neque citatus, neque auditus fuit P. Camolla legitimus, & pacificus possessor Correctoriatus Conventus Alexandrini, ser. ser. ad illum electus, confirmatus, & ab 155 omnibus Religiosis in superiorem recognitus: Citationis siquidem defectus unus est ex illis, qui insanabiles dicuntur, ut notant communiter *Repetentes in Clemen. Sæpè de Verb. signific.* aliique adducti per *Rotam in decis. 35. num. primo, & per totam coram Cavalerio, & decis. 48. num. decimo coram Celso*, & alibi passim.

Quod verum est etiam in illis terminis, in quibus non citato, in possessione existenti, de mero possibili 156 defensio aliqua competebat, sed quamcumque prætensionem allegare poterat, ut notabiliter conclusionem ampliant *Menoch. de Recuperan. remed. primo num. 118. Adden. ad Buratt. decis. 71. num. 6. & Rota decis. 500. n. 5. coram Ludovis. & decis. 123. num. 12. coram Priolo:* Et propterea multò magis procedit in præsenti, in quo idem P. Camolla, attenta canonica electione, & subsequuta pacifica possessione Correctoriatus, habebat fundatum Jus, non solùm ad rem, sed etiam in re, neque proinde de facto spoliari poterat, mediante dicta Sententia, inaudita præcipitantia, absque ulla necessitate prolata, quod nedum improprium est in Tribunalibus Laicalibus, 157 sed multò magis inter Regulares, ut generaliter exclamat *Senec. de Ira lib. 3. cap. 18.* ibi -- *Quid instabat? quod periculum aut privatum, aut publicum &c. minabatur?* & in nostris terminis *D. Gregor lib. 12. Epistolar. epist. 26.* ibi -- *Frequenter me admonuisse Vos recolo, ut in ferenda Sententia esse præcipites nullatenùs debeatis*, cum concordan. apud *Sperell. dec. 48. n. 15.*

Ex quibus æquè clara, & innegabilis remanet etiam Injustitia ejusdem Sententiæ, uti latæ adversùs dictum Rescriptum hujus Sacræ Congregationis, quod ipsemet P. Generalis procuraverat ad preces P. Sorinis, tunc temporis Provincialis, ut Religioso candore in suis res- 158 ponsivis Epistolis modernus P. Provincialis eidem Patri Generali ad notitiam deduxit his verbis -- *Io &c. con altri Padri Capitolari restiamo mortificati, come V. P. Rev. non sia intesa del Decreto ottenuto &c.*

Neque evitari potest clara nullitas ex dicto defectu citationis, sub prætextu, quod fuerit citatus P. Provincialis; Ultra quod enim id æquali præcipitantia ad praxim redactum fuit, & quod magis est, cum repetitis præceptis sanctæ Obedientiæ; Responsio in promptu est, quòd non fuit evidens datus congruus terminus ad hoc, ut posset exquirere à suo Definitorio rationes, ex quibus motus fuerat ad reducendum Vicariatum Ale- 159 xandrinum ad Correctoriatum, sine quo congruo termino, omnia deinde sequuta æquali nullitatis vitio laborant per ea, quæ notant *Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 9. §. primo num. 52. Antonell. de Tempor. legal. lib. primo cap. 32. num. 3. & Rota decis. 6. part. 3. coram Cremona.*

Voluntariè autem abstinemus à confutatione illius prætensæ obstinationis, gratis ubique impictæ nostro Definitorio, totam Provinciam repræsentanti, ex falsa, & voluntaria suppositione, quòd noluerit restituere ad Conventum Sanctæ Mariæ ad Fontes studium Theologiæ, ibi -- *Viso, quòd non profuerit Procuratoribus Capitularibus &c.* Cùm tamen ex verè cæca obedientia, & ex mera in Patrem Generalem, & si injusta præcipientem, reverentia, idem studium Theologicum jam à novem mensibus ad dictum Conventum redactum jam sit. Quamvis illud in eodem Conventu S. Anastasiæ licitè, ac ritè potuissent retinere; Tum 160 quia Conventus iste jam erat die 7. Julii 1717. per Decretum Sac. Congregationis super disciplina declaratus, & deputatus pro strictiori observantia, & Vita communi, ac pro recipiendis decem Professis in eadem Vita communi; Tum etiam, quia in eodem Studio Theologico nullus aderat Clericus, qui non esset in Sac. Ordinibus constitutus, & Triennium Professionis non absolvisset, adeoque deberet ex Bullis Pontificiis, & etiam Ordinis Constitutionibus, & Consuetudinibus in Professorio formali separato, & clauso detineri, & præsertim cùm duo tantùm essent in eo Studio Clerici (Tertius siquidem, cogente ipsomet P. Generali, & reluctante Definitorio, Romam petierat).

Omittimus pariter in obsequium P. Generalis congruas dare responsiones adversùs alias calumnias, gratis impictas P. Sorino, restringentes nostras preces ad hoc, ut 161 EE. PP. non graventur sub oculis habere ea, quæ adduximus in Summ. Hac unica adjecta reflexione, quòd P. Generalis mutilam in sua Sententia retulit excusationem, illi adductam à P. Provinciali super mora responsionis ad illius primam Epistolam, datam die 29. Octobris 1719. ut evidenter colligitur ex ipsamet responsiva P. Provincialis diei 17. Novembris ejusdem anni, citata in prædicta P. Generalis Sententia.

Enixis precibus supplicantes tandem caveri à contrario supposito, quod possit P. Generalis etiam extrajudicialiter procedere ad cassandas electiones, eo quia ante illarum confirmationem nullum Jus habeant Electi. Quidquid enim sit de illis Electionibus, quæ peccant in forma, & circa quas necessariæ solemnitates servatæ non fuerunt; Hoc unum est indubitatum, quod canonicæ Electiones, ser. ser. factæ, omninò confirmari debent, eo quia confirmatio non dicitur gratia, sed actus 162 justitiæ, qui proinde non sine gravi injuria denegatur canonicè Electis, ex animadversis per *Gonzal. in cap. Postquam n. 4. de Elect. Barbos. Vot. dec. 35. n. 9. & Voto 36. n. 7. Card. de Luca de Regul. disc. 13. n. 7.* cum concordan. citatis in *tom. 2. par. 1. Discept. 37. n. 27. & seqq.* Quæ eo certiùs procedunt in nostro Ordine, in quo ex clara *Constit. 2. Julii II. §. 4. in Bullar. novo tom. 2.* Ex literali dispositione quamplurium Capitulorum Generalium, nempè *secundo Romano n. 29. primo Genuen. nu. 13. Paulitano n. 17. & Valentin. n. 9.* Et ex immemorabili consuetudine non solùm Provincialis, sed etiam illius Collegæ, & Definitores, statim ac electi sunt, & ante confirmationem P. Generalis, liberè, & licitè propria Officia exercere possunt, & solent.

Sed cessat penitus hoc, & omne simile objectum in casu nostro, quia nedum Electio, sed & confirmatio nostri Correctoris Alexandrini spectabant privativè ad ipsummet Capitulum Definitorium, à quo cum effectu factæ fuerunt, ut ex particula Actorum ipsius Definitorii *sess. 2.* Unde nullatenùs poterat Pater Generalis extrajudicialiter, & quasi per meram denegationem Confirmationis dictam Electionem cassare, quam sic 163 electus, & confirmatus, imò & jam pacificè possidens habet Jus absolutissimum, & completissimum in re, à quo juridicè inauditus, & indefensus detrudi nullo Jure poterat, ut omnia jura clamant, quibus consonat expressissima probibitio nostri Capituli Generalis Romani Octavi *num 64.* ibi -- *Nulla Superioris Electio potest cassari, nisi servato ordine Juris, & Electo in suis Defensionibus* audito.

IN

IN EADEM CAUSA.

SUmma illa libertas in Scripturis impressis, gratis ubique impingendi atrocia delicta qualificatis Religiosis, reccurrentibus pro justitia ad Summum Pontificem, sacrasque Congregationes, idque ex proprio capite, & absque ullo probationis vestigio, deque illis discurrendo modis, æquè impropriis, ac insubsistentibus, non concordat cum laudabili stylo, praticati solito in S. Congregationibus, quæ cùm Summum Pontificem repræsentent, longe distant ab illis pedaneis Tribunalibus, 164 in quibus idem scribendi modus, neque etiam cum tanta libertate solet practicari; Et quod magis est, neque etiam e adverso parcitur amplissimæ Dignitati S. R. E. Cardinalium, dum in contrario Summario Eminentissimo Papiensi Episcopo attributum fuit detestabile illud consilium, ut Religiosi Viri recurrerent ad laicas Potestates.

Omissis autem congruis responsionibus in obsequium venerationis, omni Jure debitæ Majestati hujus Sacrosanti Senatus, qui in his Casibus solet ad illas Resolu- 165 tiones devenire, quæ notoriæ sunt & quarum aliquas indicavi in *Instit.crim.lib.2.tit.* 10. *an.*213. transeuntes ad primum, & secundum dubium, illorum negativa resolutio solidè fundata est in utriusque Juris dispositione; In laudabili solito Sacrarũ Congregationum; In replicatis locis nostrarum Constitutionum; In repetitis Decretis Capitulorum Generalium; Et in congruentiis, de quibus latè supra.

Adversus quas non relevat reflexio, quod P. Zelosus independenter à Provincialibus habeat à se ipso facultatem faciendi Relationes, quæ sibi injunguntur à Sac. Congregationibus; Hoc enim nil commune habet cum necessitate exquirendi notitias à P. Provinciali, informato de negotiis suæ Provinciæ, ad hoc, ut Re- 166 lationes, sibi injunctas, tradere possit magis fundatas, magisque veritati innixas, quæ necessitas, nedum compatibilis est cum dicta libertate, sed etiam cum alia, exquirendi dictas notitias ab aliis Personis, & Religiosis, omnibusque simul collatis, illam veritatem aperire, circa quam à Sacris Congregationibus interpellatur.

Ex eo autem, quod Sixtus V. anno 1588. in ejus 167 *Constit.* 74. *Congreg.* 12. mandaverit *Controversias inter Regulares decidendas esse ab hac Sac. Congregatione*, non bene infertur, quod ante dictum tempus non darentur similes Informationes à Procuratoribus Generalibus Religionum aliis Tribunalibus Urbis, coram quibus eædem Controversiæ pendebant, idque præviis necessatiis illis notitiis, quæ ab eisdem Procuratoribus Generali- 168 bus exquirebantur, dum *à Fontana ad Constit. ord. Prædic. tit. de Procurator. Generalibus fol. mihi* 525. per extensum refertur Instructio ab uno ex Procuratoribus Generalibus suæ Religionis, usque ab anno 1257. composito, & transmissa Religiosis sui Ordinis, ad hoc ut ipsum redderent instructum circa negotia, *pendentia coram D. Papa, vel Cardinalibus*, juxta illius præcisa verba.

Quoad tertium dubium, illius negativa resolutio retardari nullatenùs valet prætextu expensarum, quæ minores esse solent, quando Zelosatus unitus est cum Vicariatu generali; Necnon ab alia reflexione, quod dispositiones Capitulorum Generalium, à quibus desumi- 169 tur incompatibilitas eorumdem Officiorum respectu ejusdem Personæ, non procedant in Vicario Generali in emergentibus, dumtaxat, qualem hodie gratis, se denominat Oppositor.

Hujusmodi enim taxativa nullo modo legitur in ejus deputatione, qui ex supra animadversis, in omnibus, & per omnia, quæ gessit in præteritum, semper se gessit, seque gerit etiam hodiè, uti Vicarium Generalem Ordinarium. Sensus autem nostrarum Con- 170 stitutionum, in quibus idem Vicarius in certis emergentibus casibus permittitur, longè distat a modo, quo idem oppositor Vicariatus Officium administrat, eo quia ibidem sermo est de uno, vel altero casu, qui emergere deindè potest, non sic autem in præsenti, in quo sub dicto specioso titulo emergentium, omnia illa negotia expedit, quæ ad Vicarium Generalem Ordinarium spectant.

Non minus insubsistens est alter prætextus minorum 171 expensarum; Ultra quod enim ille, uti nimis probans, nihil probaret, juxta animadversa per *Ansaldum in addit. ad dec.* 64. *sub n.* 17. eo quia in Capitulis Generalibus ad minorandas taxas Provinciarum pro manutentione Provincialium, Collegarum, Definitorum, & similium, Officialium, expediret eadem Officia abolere, & demandare, ut exercerentur ab uno tantùm qualificato Religioso, quod quantum insubsistens sit, de se patet.

Respondemus, quod circa easdem expensas (exceptis levioribus) procedendum est cum distinctione; Aut enim loquimur de expensis in utroque Foro licitis, solitisque fieri, tam à Vicario Generali, quàm à Procuratore Generali, quando hujusmodi Officia exercentur à duabus Personis, & istæ, sive ab uno, sive à duobus Religiosis fiant, semper eædem sunt. Aut 172 verò sermo est de aliis extraordinariis expensis, & istæ cum majori profusione, justa etiam concurrente causa, fieri possunt ab una dumtaxat Persona duo Officia exercente, & efficaciter intentum obtinere desiderante, quando nullam habet dependentiam, minùsque consilium ab alio petere, ex congruentia, vel justitia tenetur, ut Consideranti patet.

Quamvis verum sit, quod Literæ Patentes oppositoris in substantia redoleant deputationem Vicarii Generalis ordinarii, potiùs quàm in emergentibus, eo quia omnes illius clausulæ illimitationem potestatis in quibuscumque negotiis, & causis important, ex quo dictioni illi *in emergentibus* nulla jungitur taxativa, vel limitativa dictio Nullatenus tamen in facto subsistit, quod ex hoc motivo in concordatione Dubiorum aliquam desumpserimus Regulam, sed Facti veritas, notissima Auditori Ponentis, quæve clarè resultat ex repetitis nostris Citationibus, illa est, quod ad hoc ut cogeretur oppositor exhibere omnes Patentes Literas Vicarii Generalis, sivè Ordinarii, sivè in emergentibus, in contra- 173 dictorio Judicio præsente, fatente, & protestante ipsomet P. Procuratore Generali ipsum non esse, nec posse esse Vicarium Generalem ordinarium, ut declinaret concordationem Dubii, enixè ab hoc Parte petenti, vel in genere, *an P. Procurator Generalis possit esse Vicarius Generalis*, vel in specie, sub illis terminis: *An possit esse Vicarius Generalis, sive Ordinarius, sive in emergentibus*, post quatuor acerrima contradictoria circa hoc punctum ex æque summa, ac patientissima ejusdem Auditoris humanitate, ac comitate, & non minori Patris Adversæ obstinatione, ad evitandas ulteriores expensas, & amputandas contrarias protelationes, opus nobis fuit dubium præcisè, prouti hodie disputatur, permittere.

Ratio autem in controversiam reducendi, an Vicariatus esset Generalis simpliciter, & absolutè Ordinarius, sivè in emergentibus, illa fuit, quia non solæ Literæ patentes, sed multi alii actus jurisdictionales, & præminentiales ab oppositore exerciti, apertissimè qualitatem Vicarii Generalis ordinarii, non autem in emergentibus tantùm indicabant, immò excedebant omnem Jurisdictionem, à P. Generali delegabilem, inter quos enumeratur concessio facultatis reducendi Conventum 174 Ebolitanum de Correctoriatu ad Vicariatum extra Capitulum Provinciale, quæ facultas strictè & præcise conceditur ab unico Capitulo Generali Valentino *num.* 15. ipsismet Personæ P. Correctoris Generalis cum suis Collegis, imò propriè loquendo, neque etiam eidem P. Generali dicta facultas præcisè concessa fuit, sed solùm in dicto Capitulo Generali datum fuit Votum affirmativum ad hoc, ut Summus Pontifex moveri deindè posset ad eandem Gratiam concedendam, quæ, non obstante prædicto Voto; nunquam concessa fuit.

Posito autem, quòd eadem facultas competat P. Generali Jure tantùm delegato, applicatur Conclusio, quòd illam alteri subdelegare non poterat juxtà *text. in leg pri-* 175 *ma in fin. & leg. More ff. de jurisdict. omnium Judic.* & firmata *per Rotam decis.* 457. *numer. octavo part. quinta recentior.*

Crescitque exorbitantia contrariæ prætensionis, dum ex ultronea Relatione, & confessione P. Procuratoris Generalis habemus, exercitium eorumdem actuum per duos ferè annos ante datam Literarum Patentium, de

quibus

quibus hodie disputamus, quæ expeditæ dumtaxat apparent die 16. Augusti 1719.

Cæterùm nulla ratio habenda est publicationis, & acceptationis earumdem Literarum Patentium, uti factæ de mense Aprilis proximè præteriti, quod ictu oculi delumitur ex Attestationibus datis in contrario Summario, attento quod illa uti sequuta quatuor mensibus 177 post motam præsentem litem, excusari nullo modo potest à labe attentatorum, per ea, quæ notant *Lancell. de Attentat post Inhib. ampliat. 6 n. 2. & Rot. dec. 243. n. 1. cor. Ludov & dec. 108. n. 1 cor. Priolo*, & uti gesti pendente hac 178 lite in nulla prorsùs consideratione habendi sunt ex adductis *in decis. 67. num 2. coram Nianè & decis. 37. num. 2. & seqq. par. 14. rec.*

Negativæ resolutioni 4. Dubii nullatenùs obstat, quòd Deputatio Vicariorum non fiat necessariò per canonicam electionem; Cùm enim habeat ordinariam authoritatem erga Subditos propriorum Conventuum, etiamsi isti parvi sint, multòque magis quando sunt de majoribus, & ditioribus, juxta terminos nostri casus, 179 semper dicuntur, & sunt veri Prælati, ut probat *Peyrin. de Prælat quæst prima cap. 4. §. 4. num 74. fol. mihi 216.* Adeoque subsunt dispositioni nostræ Regulæ *in cap. 10. num. 49.* mandatis, ibi - *Superiores quicumque tanta saltem tempore quantà illi priùs Prælati extiterint, postea subjecti manebunt*; Adversùs autem propriam Regulam 180 nullus Subditus Superioribus obedire tenetur ç ut generalibus omissis, in eadem nostra regula determinatur *Tit. 5. num. 19.* his verbis -- *In tuactis, quæ suæ animæ, & huic Sanctæ Regulæ non adversantur, suis Superioribus humiliter obediant*, cui tantùm abest, quòd derogatum fuit à Julio II. quin potiùs iste nostram Regulam expressè confirmaverit.

Quamvis in parvis Conventibus titulo Vicariatus tolleretur limitatio Superioritatis ad unum Annum, juxta dictæ Regulæ præscriptum, ad summum tamen ultra 181 annum, aut plusquam ad annum, uti Capitula Generalia permissivè loquuntur, produci nunquam toler, nec potest, in nostro autem casu post 15. annos adhuc confirmari prætenditur, & quidem ad tempus indefinitum, quod exorbitantiam auget.

Nec subsistunt exageratæ utilitates Conventus, ut probavimus supra; In omnem verò casum semper verum esset, quod titulus Vicariatus, uti prorsùs distin- 182 ctus à superintendentia circa Fabricam, possit alteri Religioso committi, & hoc modo, in exequutionem nostræ Regulæ, P. Antonius de Vico agnoscere se Subditum pro tanto tempore, quanto aliis præfuit.

Quo demum ad duo posteriora dubia supplicamus observare, quod Conventus Alexandrinus ex sua natura, ex dispositione nostræ Regulæ, & ex Decretis multorum Capitulorum Generalium semper in præteritum permansit sub guberno Correctoris, licèt ea Belli incommodis ante annum 1712. ad Vicariatum redactum fuerit, & eodem anno ad Correctoriam revocatus, ma- 183 nente tamen, & nunquam immutato nativo, & habituali statu Correctoriatus; Iterumque anno 1714. extra Capitulum Provinciale, ac Definitorium fuit ex epidemiæ suspicione redactus ad Vicariatum ex permissione, & expressa facultate hujus Sacræ Congregationis, quæ id remisit quidem arbitrio, & conscientiæ tunc temporis Provincialis, unà cum suis Collegis, sed cum limitativa, & taxativa illa clausula - *Dummodò non ultra durationem eorum Officii*; Quo officio terminato, remansit in suo primo statu Correctoriatus ex allegatis supra.

Fortiùs, quia cùm hodie in eodem Conventu auctus sit numerus Religiosorum usque ad 12 hoc operatur, ut 184 nullo modo numerari possit inter parvos Conventus juxta oraculum Sacræ Congregationis Concilii ab Urbano VIII. confirmatum, de quo *Matthæuc. in Official. Cur. Eccles. cap. 16. num. 2.* Et propterea eo minùs regi debet à Vicario, qui per modum simplicis tolerantiæ permittitur à nostra Regula in parvis Conventibus dumtaxat.

Agnoscitur ex adverso vis hujus reflexionis, quæ revera non potest esse magis stringens, & ad illam evitandam adducitur paritas alienationis usque ad certum tempus prohibitæ, quo elapso non dicatur permissa. Disparitas autem palpatur manibus, quia in terminis, exadversò figuratis, sermo est de alienatione 185 semper prohibita, etiam ante tempus determinatum, non sic autem qualitas Correctoriatus, quæ nativa, & connaturalis est omnibus Conventibus, & propterea, finito termino, quo fuit suspensa, illa semper dicitur remanere in suo antiquo, & naturali statu, ut patet ad sensum.

Ejusdem farinæ est alia detorsio dictæ causæ, cujus vigore asseritur exadversò Successorem Provincialem potuisse solummodò instare coram hac Sacra Congrega- 186 tione pro reductione dicti Conventus ad antiquum statum Correctoriatus, ac si justa concurrente causa, si non fuisset apposita dicta clausula in Decreto hujus Sac. Congregationis noster Provincialis haberet os clausum ad petendam reductionem ad antiquum statum Correctoriatus, quo nihil absurdius dici, quove nil insubsistentius potest excogitari.

Ex eo autem, quod eadem reductio facta non fuerit immediatè post terminatum Officium illorum Superiorum nostræ Provinciæ, qui eandem gratiam obtinuerunt, nil potest inferri adversùs certum, & stabile Jus nostri Conventus, permanen. in suo antiquo statu Correctoriatus, quia illorum negligentia, quatenùs in hoc casu verificaretur, nullum præjudicium afferre posset 187 eidem Conventui, ad *Text. in leg. Non debet ff. de Reg. jur.* cum concordan. apud *Surd. dec. 102. n. 5.*

Utque demum ultima correspondeat primis, terminatus contraria Scriptura cum æquè impropriis, ac gratuitis assertionibus adversùs notam integritatem, notioremque candorem P. Sorini, non sine divinationibus affirmando, ipsum insistere pro declaratione Correctoriatus nostri Conventus ad augenda Vota favorabilia pro obtinendo Provincialatu in proximo Capitulo Provinciali; Non potuit autem idem qualificatus Religiosus magis præcisam, magisque efficacem dare responsionem, quam EE. PP. repetendo solemnem illam, & seriam renunciationem omnibus superioritatibus suæ Provinciæ pro futuro triennio, quam non semel in manibus Eminentissimi Protectoris fecit, iterùmque repetere paratus est, quamvis si facerent Adhærentes Oppositori, res esset ex omni parte expedita, omnesq; lites terminatæ; Eo quia *non è al Mondo la più autentica* 188 *approvazione, che quella de' fatti, lin. uggio esente da suspicione di menzogna* sunt verba *Card Pallavicini nelle Istorie del Concilio lib. 23. cap. 9. in fin.*

Die 23. Augusti 1720 proposita Causa in Congregat. Episcoporum per Card Nicolaum Spinulam sub sex sequentibus Dubiis.

I. *An licuerit, & liceat P Procuratori Gen inaudito P. Provinciali, tradere Informationes Sac Congregationibus super Supplicibus Libellis, continentibus pertinentia ad Provinciam Mediolanen* Et quatenùs affirmativè?

II. *Quomodò, & in quibus casibus?*

III. *An Literæ Patentes, expeditæ per P Generalem sub die 16. Augusti 1719. in Personam P. Monsinat Procuratoris Gen. substineantur in casu &c.*

IV. *An deputatio P Antonii Vico in Vicarium Conventus S. Marci Papiæ, & Procuratorem Fabricæ dicti Conventus, facta à P Generali ad ejus nutum tantùm amovibilis substineatur?*

V. *An reductio Vicariatus Conventus Alexandrini in Correctoriatum, facta à Capitulo Definitorio substineatur?*

VI. *An cassatio Correctoriatus, & Correctoris Alexandrini, facta à P Generali substineatur.*

Ad primum responsum fuit *Affirmativè*.

Ad secundum, *Satis provisum in primo*.

Ad tertium, *Affirmativè, dempta tamen præcedentia*.

Ad quartum, *Affirmativè usque ad primum Festum S. Michaelis, & amplius*.

Ad quintum, *Prævia sanatione Conventum esse restituendum ad Correctoriatum*.

Ad sextum, *Satis provisum in quinto*.

DISCEPTATIO XXXII.

Florentina Dissolutionis Matrimonii

ARGUMENTUM.

Summus Pontifex dispensare potest in Matrimonio Infidelium, consumato ante Baptismum

IN Congregatione Concilii, habita die 27. Julii 1726 proposita fuit hæc Causa, sub sequenti Facti serie.

Ricca Esther, dum erat Judæa, Matrimonium contraxit cum Abraham Hebræo, & illud consumavit.

Post aliquot temporis spatium, Ricca Florentiæ Judaicam perfidiam abjuravit, & ad Catholicam Religionem conversa est, relicto Abraham, post canonicam consuetam monitionem, in sua Judaica perfidia.

Ricca ad alia vota non transivit, & adhùc remanet innupta, sed Abraham anno 1721. aliam Hebræam, nomine Blancam, ducit in Uxorem, & Matrimonium consumavit.

De præsenti Abraham, & Blanca unanimi consensu cupiunt Catholicam Religionem amplecti, & Catechismo subjiciuntur, sed vellent, post Baptismum receptum, perseverare, quatenùs liceret, in Matrimonio inter ipsos, uti suprà, contracto, & Ricca suum præstat assensum, cum nullo modo velit redire ad Abraham, etiam post abjuratam ab ipso Judaicam perfidiam, & conversionem ad nostram sanctam Religionem.

Super hac facti specie Controversiæ exortæ sunt in Civitate Florentina, eædemque remissæ ad hanc sacram Congregationem, in qua proposita fuerunt sequentia quinque dubia.

I. An adhuc subsistat Matrimonium, in Judaismo contractam inter Riccam, & Abraham, & quatenus affirmativè.

II. An Abraham, post suam, & Blanchæ conversionem, teneatur ad redeundum cum Ricca, & Blancam relinquendam, & quatenus affirmativè.

III. An Ricca cogi possit ad cohabitandum cum Abraham, ad Fidem converso, & quatenus affirmativè.

IV. An Summus Pontifex dispensare possit, ut Abraham conversus permaneat in Matrimonio, in infidelitate, uti suprà, contracto cum Blanca, & quatenus affirmativè.

V. An consilium præstandum sit Santissimo Domino Nostro pro concessione dictæ Dispensationis in casu &c.

Ex quibus priora duo dubia resoluta fuerunt cum Rescripto: *Affirmativè*; Quò verò ad tria posteriora dictum fuit: *Dilata, & scribant Theologi, & Canonistæ, & perquirantur Exempla*. Cumque mihi, inter Canonistas minimo, de Mandato ejusdem sacræ Congregationis injunctum fuerit, ut circa illa meum pro veritate sensum aperiam.

Ante illorum discussionem præmitto cum *Gonzal. in cap. de Infidelibus n. 3. de Consanguin. & affinitat.* Triplex dari posse Matrimonium; Primum legitimum; Secundum ratum; Et tertium consumatum; Legitimum dicitur illud, quod legitimo consensu contrahitur, & hoc datur inter Infideles, Judæos, Turcas, &c. diciturque verum Matrimonium, sed tanquam purus contractus naturalis, *Fagnan. in cap Utrum autem n. 25. de Cognat. Spiritual. Via in Instit. Jur Canon. lib 2. tit. 9. de Sacram Matr. Vers. ult fol. 141. Angel. de Clav. in Summ. verb. Matrimonium 3. imped.* 10. *Vers. Utrum Matrimonium fol. 451. à tergo, & Tolet. Instruct. Sacerd. lib. 7. cap. 1. de Matrim. n. 3. vers. 1.* Ratum est illud, quod à Fidelibus per verba de præsenti contrahitur, & non consumatur, estque verum, & proprium Sacramentum, juxta determinationem *Sac. Conc. Trid. sess. 7. cap. 6. & 7. & sess. 24. can. 1.* Consumatum demum dicitur illud, quod carnali copula firmatum fuit, sive id sequatur inter Infideles, sive Fideles.

Utraque ex istis, ut ita dicam, speciebus Matrimonii, suam habet Indissolubilitatem, sed cum magna differentia; Primum legitimum, etiam consumatum, in multis casibus dissolubile est, etiam quod vinculum, & signanter per conversionem ad Catholicam Fidem unius ex Conjugibus, quando alter, vel converti non vult, sed permanere in sua infidelitate, vel vult quidem cohabitare cum Conjuge fideli, sed non sine contumelia Creatoris *can. Si Infidelis 28. qu. 2. c. Quanto de Divort.* ubi *Gloss. Verb. Contumelia* refert versos illos *Desere spernentem, vel blasphemare volentem; Vel trecedentem scelus ad mortale trahentem, & R.P.D. Dandin. de Suspect. de Hæres. c. 3. sect. 1. subsect. 2. §. 1. n. 39.* ubi sequendo *Sanchez de Matrim. lib. 7 disp. 37. na. 12.* advertit dictam secundam partem admissam fuisse ab Ecclesia usque ad annum 600. At nostris temporibus Ecclesia talem cohabitationem nullatenùs permittit, ex quo non durat hodiè servor illorum priorum temporum, quo poterant Conjuges conversi permanere in fide sine contumelia Creatoris, cum aliis apud *Card. Bellarm. de Sacr. Matr. lib. 1. cap. 12. contr. 14. & Boss. de Matr. cap 2. n. 83. & seq.*

Matrimonium ratum, licèt verum sit Sacramentum, dissolubile pariter est quoad vinculum, non solùm in casu, in quo unus ex Conjugibus intra Bimestre à die, quo fuit contractum, illud non consumat, sed per professionem in aliqua ex Religionibus, à Sede Apostolica approbatis, emittere vult juxtà *Text. in cap. Ex publico de Convers. Conjugat.* cum Concordantibus sequutis à *Rossignol. de Matrim controv. 15. quæst. 10. nu 2. fol. 33.* cujus optimam congruentiam sequendo D. Thomam adducit *Carfor. nel Trattat. del Sagram. del Matrim. cap. 9. vers. Il Matrim. rato* his verbis: „ S. Thomaso assegna una bellissima congruenza di una tal generosa risoluzione di „ spreggiar le Nozze del Mondo, per celebrarle con „ Dio, & è, che, contratto il Matrimonio, ed avanti l'unione carnale tra Sposi, e un solo vincolo „ spirituale, e doppo di essa si aggionge ancor il vincolo carnale; E si come doppo la copula carnale, si scioglie il Matrimonio per la morte corporale, così ancora per l'ingresso alla Religione, si scioglie avvanti „ la copula carnale, perche la Religione è la morte spirituale, in cui si muore al Secolo, e si vive a Dio. Locus autem *D. Thomæ*, ab hoc Authore nullatenus citatus, est *in 4. Sent distin. 27. qu. 1. in respons ad primam quæstiunculam*, & concordat assignando eamdem pulcherrimam congruentiam. *Petr. Barbos ad titul. Cod. Matrim rubr. 2. num. 77.*

Sed etiam potest dissolvi in aliis casibus, in quibus Summus Pontifex ex justa causa illud dissolvit, quæ opinio, quidquid aliqui Theologi dixerint, hodie nullam admittit dubietatem, ut reprobando contrarium sentientes, & illos obligando ad retractationem eorum opinionis, ultimo loco solemniter declaratum fuit; Idque non solùm verum est, utroque Conjuge supplicante, sed etiam uno ex illis dissentiente, rationibus, latè adductis *in Tom. 3. mear. Discept. Ecclesiast. par. secunda disceptat. 21. per tot.*

Matrimonium denique consumatum, inter Fideles significans unionem Verbi cum Natura humana, omo Jure quoad vinculum indissolubile est ex divino præcepto, quod habetur *Matthæ. 19. 6.* ibi: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*; Quod verum esse de Matrimonio inter Fideles consumato, statuit *Alexander III. in cap. Ex publico de Convers. Conjugat.* & observant *Veracrux in Spec. Conjug. part. 2. art. 28. conclus. 30 fol. 268. Card. Capisucc. in Controvers. Theolog contr. 11. de Voto solemni §. 4. vers. Sed horum sententia fol. 284. & Maur. in Oper. Theolog. tom. 3. lib. 13. de Indissolubil. matrim. quæst. 296. num. 7.*

Quibus præmissis, deveniendo ad dubium, *an Summus Pontifex dispensare possit, ut Abraham conversus, permaneat in matrimonio, in infidelitate contracto cum Blanca*, observo, Theologos, & Canonistas respectu ejusdem dubii divisos esse in duas classes.

Prima asserit, Summum Pontificem posse dissolvere matrimonium, inter Infideles contractum, & tempore Infidelitatis consumatum, postquam ambo Fidem Catholicam amplexi sunt.

Dixi Postquam ambo Fidem Catholicam amplexi sunt, quia, durante eorum Infidelitate, illud est penitus indissolubile; & quidem, non à Summo Pontifice, juxta illud *Divi Pauli 1. ad Corinthios 5. 12. Quid ad nos, de his, qui de foris sunt judicare?* de quo in nostris terminis *Pontius de Matrim. lib 9. cap. 2. n. 9. Gavard. de Sacram. tit. de Matrim. quæst. 3. art 9. num. 15. in princ. Tanner. de Matrim. disput 8 qu 5. dub 4. num. 72. Marcus Vidal Inquis. Moral. titul. de Matrim. Sacram. inquis. prima num. 84.* ibi: *Deducitur quartum matrimonium Infidelium nondum baptizatorum, non posse Papam sua authoritate dispen-*

dispensando solvere, quia in illos non habet jurisdictionem ex Apostolo &c & Card. de Luca de Matrim disc.15 n.2.

Minusque ab illorum proprio sæculari infideli Principe, licèt supremo, & ma: mo, quia Deus hanc potestatem ei non dedit, ut observant dicti *Pontias*, & *Gavardas*, ubi supra, quibus addo *Pignatell.consul.16. n 8. tom 6. & le Croix in Theolog. Moral. tom.2. lib.4. quæst.3. de Matrimon. nu 405.* ibi „ *Nec dissolvi potest authoritate Principis Gentilis, cui Deus nullibi hanc potestatem dedit.*

Hujus primæ classis antesignanus est doctissimus Navarrus, qui in Urbe centesimum annum in bona valetudine explevit, ut ex *Sanchez de Matrim. lib.7. disput.17. n.8. & de Justis de Dispens.matrimonial.lib.1.cap 4.n.351.* observavi *in tom.2. mear.Discept Eccles. par.1. discept.37. n.19.* & addo *Bernin. nelle Istorie di tutte l' Eresie tom.4. fol.542.* juxta Venetam Impressionem.

Ipse enim *in lib.3 Consil.tit. de Convers. Infidel. cons.3. per tot.* juxta Impressionem Venetam *anni 1597.* postquam præmiserat, *hoc dubium esse novum, quoniam* (sunt ejus verba) *non videtur determinari per Grattanum &c. neque per cap. Quanto, & cap. Gaudemus de Divort. nec per Magistrum, aut S Thomam, & alios*, à num.12 usq; ad finem solidè probat, Papam posse in hoc casu dispensare, inter alias rationes, quæ gratia brevitatis hic omittuntur, ex sequenti, nimis stringente, & æqualiter efficaci ad probandum intentum „ Quamvis matrimonium contractum inter Infideles, sit legitimum, non est tamen ratum, secundùm omnes, quia non est Sacramentum, cùm nullum verum Sacramentum sit apud Infideles &c. At matrimonium contractum inter Fideles &c. licèt non sit consumatum, est tamen ratum, & verum Sacramentum secundùm omnes; Cùm ergo omnes puri Canonistæ, & Theologi, qui Canones calluerunt &c. (& Nos addimus, quòd contrarium hodie affirmari nullo modo potest, attenta solemni declaratione, de qua supra) affirment, posse Papam ex justa causa dispensare super matrimonio, à Fidelibus contracto nondum consumato. Igitur à fortiori poterit dispensare super matrimoniu, contracto inter Infideles, cùm non sit ratum „ Prosequitur deinde tres alias adducendo bonas rationes ad idem probandum, & à num.17. usque ad finem respondet argumentis, quæ fieri possunt in contrarium.

Navarram verò sequuntur communis in materia Sacramenti matrimonii Magister *Sanchez*, qualem ipsum meritò appellant *Gobat. in Theolog experimentali tract 9. de Matrimon. sect 2. num.502. & Fontanell. de Pact. nuptial. tom 2. gloss 12. num.12.* ubi ait, eundem Authorem esse perfectum hujus materiæ, & secretorum illius indagatorem, quos sequutus fui *in tom.primo part.prima disceptat.2. num.180.* Quibus addu *Zaulium ad Stat. Faventin. tom.primo libr.4. rubric. 41. num 310. fol 625.* juxta antiquam impressionem, & juxta novissimam impressionem anni 1723. fol.547. ubi loquendo de alia nimis controversa opinione inter Theologos, & amplectendo illam, sequutam ab eodem Thoma, Sanchez ait „ Videatur Sanchez &c. qui hanc sustinet opinionem &c. Verùm sola ipsius sufficeret authoritas, cui cedunt omnes Scriptores rerum moralium; Semper namque, quod hujus tanti Doctoris curam in perquirendis Authoribus, tam Theologis, quàm Juris-peritis intueor, ait alter eruditissimus Sancius, & rerum examinatarum copiam, in admirationem rapior, & contineri non possum, quin cupiam omnia ossa mea in linguas verti peritas, quibus exactè, si possem, laudes, dignas tanto Viro, manifestas universo Orbi traderem; Mirabilem Deum esse in Sanctis suis, Regius Propheta Psalm.67. est testatus, mirabilem quoque in doctis suis nullus dubitabit &c. Erubescant igitur, obmutescant, & confundantur, qui tanti Authoris sententiam erroneam esse audent affirmare.

Iste siquidem Author *in ejus admirabili Tract. de Matrim. tom.1. lib.2. tit. de Essent. matrim. disp.17. per tot.* disputata ad partes quæstione; *Utrum possit Pontifex dispensare in matrimonio consumato Infidelium, dum ambo baptizantur*, præmissis objectionibus, quæ in hac parte fieri possunt, & quibus deinde adæquatè respondet, sequitur *Navarr.* ubi supra sequentibus verbis „ Navarrus &c. latè hoc tractat, & defendit posse, cujus sententia mihi placet: Quia firmius est matrimonium ratum Fidelium, quàm consumatum infidelium; Majorem enim firmitatem sortitur matrimonium ex ratione Sacramenti, quam habet ratum Fidelium, quàm ex ratione contractus naturalis, quam solū habet matrimonium consum. Infidelium, ut latè probavi *d.disp. 13.n 7* & ita illud dicitur ratum, hoc autem non, *cap. Quantò de Divor. & c.fin 28.q.1.* Cùm ergo possit Pontifex dispensare in matrimonio rato Fidelium, poterit à fortiori in consumato Infidelium, & favet *Abbas in cap.Ex publico n.14. de Convers.Conjugat.* ubi ait ex Statuto Ecclesiæ dissolvi matrimonium per conversionem solam alterius Conjugis. Nec obstat argumentum propositum, quia cùm post factum Sacramentum nondum consumatum sit, non repræsentabit indissolubilem unionem Christi cum Ecclesia per carnem, & ita reputabitur tanquam matrimonium ratum Fidelium, quod Pontificis dispensatione dissolvi potest.

Esparz. in Curs Theolog. lib.10. tit. de Sacram. Matrim. quæst.115.art.3 fol.543. ibi „ Asserentibus pluribus &c. quos referr, & sequitur *Pont. libr 7. cap 2. & 3.* ne Summo quidem Pontifici ullam in hac parte statuendi potestatem esse concessam à Deo &c. Quod licèt ego verum nullatenus existimem &c.

Filliuct Oper. Moral. tract.10. quæst prima cap.2. de Dissolubilit. matrimon. num.39. fol.221. ibi „ Dico tertiò: Si ambo Infideles baptizentur, an antequam consument post Baptismum, necne dubitari potest &c. Quod autem sit solubile, illa efficax ratio probat, quia ratum Fidelium est magis insolubile, quàm consumatum Infidelium, cùm illud Sacramentum sit, & & repræsentet conjunctionem Dei cum Ecclesia, non hoc, quare majorem habebit firmitatem, & tamen in eo dispensat Ecclesia, ut infra: Ergo &c. Confirmatur, quia matrimonium Infidelium non repræsentat conjunctionem, dum sunt in infidelitate, post baptismum, renovato consensu, incipit repræsentare, sicut ratum Fidelium. At, si non consumatur, non repræsentat unionem, per carnem assumptam, quare nec erit insolubile. „

Hurtad de Matrim. disp.8 difficult.13 sub n 48. fol 357. ibi „ Matrimonium re ipsa erit nullum, nisi facta sit dispensatio authoritate Summi Pontificis ad secundum matrimonium. „

Laym. in Theol. moral. lib.5. tract.10. par.1. cap.3. coroll.3. fol 869. ibi „ Accidere verò posset, ut ipsa Mulier convertatur, tunc si hoc casu Vir eam repellere debet, illa deserto posteriori marito, adhærere debet priori, nisi Papa, ipsis volentibus, dispenset, quod facere potest, cùm eorum matrimonium, quamvis olim consumatum in infidelitate, non tamen fuerit ratum, & indissolubile, ut resoluit Navarr. &c.

Maur. in Oper. Theolog. lib.3. tit.13. quæst.297. num.5. fol.523. ibi „ Ratio est, quia majorem indissolubilitatem habet matrimonium ratum Fidelium, quod non solùm est contractus, sed etiam Sacramentum, quàm matrimonium consumatum Infidelium, quod est purus contractus, non autem Sacramentum; Sed Pontifex potest dispensare in illo; Ergo etiam in hoc. Licèt autem matrimonium Infidelium, dum ambo baptizantur, evadat Sacramentum, ut dictum est *qu.204. num 4.* Tamen evadit solum matrimonium ratum; Ergo ante copulam post Baptismum potest dispensari, sicut alia matrimonia rata Fidelium. „

Reginald in Praxi for. pœnit. libr. 31. num 34. fol 29. ibi „ De matrimonio Infidelium, quoad vinculi firmitatem, antequam consumetur post baptismum, perinde ac de matrimonio rato Fidelium judicandum est, prout ex Navarro Sanchez habet &c. utens hac ratione, quod majorem firmitatem matrimonium sortiatur ex natura Sacramenti, reperti in rato Fidelium, quàm ex natura contractus naturalis, quam solùm habet matrimonium consumatum Infidelium. „

Verricell. de Sat.Mission. tit. de Privileg. Regul. in novo Orbe quæst 92. dub.17. § 29. nu 180. fol 256. ibi „ Matrimonium Infidelium, quamvis consumatum, non est Sacramentum; Ergo dissolvi potest à Pontifice, qui dissolvere potest matrimonium ratum non consumatum Fidelium, quod est Sacramentum, *& tit.12.*

de

*de Matrim.qu.177.fol.113.n.18.*ibi: Quæres 3. an Papa „ possit dispensare in matrimonio Infidelium consumato in infidelitate ante Baptismum; Respondetur affirmativè, ita Navarr. &c.Filiucc. &c. qui testatur, Pontifices aliquando dispensasse.

Vidal.de Casib. consc. tit. de Sacram. Matrim. inquis 1.n. 85.fol. 154.ibi „Deducitur 5. matrimonium Infidelium consumatum ante Baptismum, posse solvi Papæ dispensatione, non tamen si est consumatum post Baptismum, sic Sanchez &c. Ratio est, quia dispensat in matrimonio rato Fidelium, quod ratione Sacramenti majorem firmitatem habet; Ergo multo magis poterit dispensare in matrimonio consumato ante Baptismum, nam cùm non sit consumatum post Baptismum reputatur quoad hoc matrimonium ratum Fidelium &c. *& n. 87. in fine* ibi: Tandem matrimonium consumatum Infidelium ante Baptismum dissolvi potest per Pontificiam dispensationem; At non sic, si fuerit consumatum post Baptismum.

Cujus potestatis Summi Pontificis dispensandi in matrimonio consumato Infidelium, optimam assignat congruentiam *Dicastillus de Matrim.tract.10.disp.39.nu.497. fol.*163. his verbis: „ Eo ipso quod Ecclesia concessit, quod professio solemnis dissolveret matrimonium ratum, & Christus ipsi Ecclesiæ potestatem sic statuendi, probabile etiam judicari potest, hoc ipsum concessisse ad dissolvendum matrimonium in infidelitate consumatum, quod, ut sic dicam, subjectum est dissolutioni, faciendæ per matrimonium ratum, postea superveniens; Eamque concessionem probabiliter credi posse factam in favorem Religionis, sicut & concessionem dissolvendi matrimonii rati. Et ad dictum effectum applicantur ea, quæ observat *Card. de Luc.de Matrim. disc.13.n* 8. ibi: „ Neque in hac materia matrimonii Infidelium ita strictè, ac rigorosè procedendum esset, sicuti in illo Christianorum, cùm inter Infideles non detur illud perfectum, ac indissolubile matrimonium, quod datur inter Fideles &c. Licèt enim inter Infideles verum matrimonium existat, non tamen est ratum, ac indissolubile, sicuti inter Fideles, quoniam indissolubilitas resultat ex Lege Evangelica &c.& concordat *Marq.de Judæis par.2.c.3.*

Eisdem autem efficacissimis rationibus à dictis Authoribus adductis, ad demonstrandum in Summo Pontifice potestatem dispensandi in matrimonio consumato Infidelium, & signanter illi, innixæ qualitati Sacramenti, quæ verificatur in matrimonio rato Fidelium, Summi Pontificis potestati quoad dissolutionem subjecto, non autem in matrimonio consumato Infidelium, Ego addo sequentem.

In communissima sententia Theologorum, & Canonistarum, de quibus infra, matrimonium consumatum Infidelium dissolvitur per matrimonium ratum post Baptismum; Sed Summus Pontifex per viam legis generalis *in Ed.publico de Conv. Conjug.* statuit, matrimonium ratum inter Fideles dissolvi posse per professionem, emissam in Religione, à Sede Apostolica approbata, & justa accedente causa, id facere potest in casibus particularibus. Ergo multo magis potest in particulari casu, justa pariter accedente causa, dispensare in matrimonio consumato inter Infideles, ducto argumento à majori ad minus, & procedendo cum axiomate, *Si vinco vincentem te, fortius vinco te*, de quibus generaliter *Barb.in Locis communibus loc.67. num.2.& sequ.& Rot.decis.89.num.14.coram Ansaldo.*

Et in nostris terminis *Bonac.Op. mor.to.1.tit.de Imped. matr.disp.3.punt.7.n.9.*ibi: „ Ratio est, quia sicuti Sacramentum ratum Fidelium dissolvitur per professionem alterius Conjugis, ita etiam dissolvitur matrimonium consumatum tempore infidelitatis, quod est minus insolubile, cùm non sit Sacramentum, ita *Sanchez &c.Tanner.de Matr.disp.8.q.5.dub.1.n.11.Ledesma de Matr.q.59.art.5.Lit.B fol.*619. ibi: „ Matrimonium ratum, & non consumatum Fidelium, majorem indissolubilitatem, & firmitatem habet, quàm matrimonium ratum, & consumatum simul Infidelium: Sed votum solemne Religionis habet vim ad dissolvendum matrimonium ratum Fidelium; Ergo etiam habet vim & efficaciam ad dissolvendum matrimonium ratum, & consumatum Infidelium. Probatur consequentia: Nam quod potest dissolvere majus vinculum, potest dissolvere minus. Minor verò est certa, Major verò, in qua est difficultas, probatur. Matrimonium Fidelium, etiam si non sit consumatum, habet indissolubilitatem, & firmitatem, non solum naturalem, verùm etiam supernaturalem, provenientem à ratione Sacramenti, Matrimonium verò Infidelium, quantumvis consumatum, non habet indissolubilitatem & firmitatem supernaturalem, & ita in Jure non dicitur ratum: *Tancred.de Matr.to.2 lib.7.disp.76.n.7.*ibi: Matrimonium ratum Fidelium est magis indissolubile, quàm matrimonium consumatum Infidelium, nam est etiam Sacramentum; Sed à Christo concessum est ut per professionem matrimonium ratum dissolvatur; Ergo multo magis dirimetur matrimonium consumatum Infidelium per professionem *Colleg Salmat.in Cursu Theol.to.9 tit.de Matr.c.4 dub.2.n.32.* ibi: Ratio est, quia matrimonium ratum Fidelium est vinculum fortius, quàm matrimonium consumatum Infidelium; Tum quia per matrimonium ratum Fidelium, matrimonium consumatum Infidelium dissolvitur, sed per professionem religiosam matrimonium ratum Fidelium dissolvitur, Ergo &c. *Amic.in Curs.Theol. to. 9.disp.1.de Matr sect.2.n.22.fol.*5. ibi: Majorem, firmioremque indissolubilitatem habet matrimonium, ut Sacramentum, quàm ut Contractus civilis &c. Proinde difficilius in eo dispensari, ut Sacramentum est. *Dicastillus eodem tit.de Matr.tr* 10.*dub.* 39.*n* 494 *fol.*162. ibi: „ Confirmari potest argumento à fortiori, quia magis est indissolubile matrimonium ratum Fidelium, quàm consumatum Infidelium; Matrimonium enim ratum Fidelium est Sacramentum, non verò Infidelium, sed illud potest; Ergo & professio.

Ex quibus ita potest restringi vis hujus reflexionis; Matrimonium ratum inter Fideles est magis indissolubile ex sui natura, & attenta qualitate Sacramenti, ac sit matrimonium consumatum Infidelium; Sed primum potest tam per professionem in Religione, quàm à Summo Pontifice ex justa causa dissolvi; Ergo multò magis ab illo dissolvi poterit secundum.

Explicatur magis vis hujus reflexionis observando, quod inter Fideles Matrimonium ratum, non solùm est verus, & proprius contractus, licèt elevatus ad statum Sacramenti, sed inter omnes alios Mundi contractus primum & principem occupat locum, ex allegatis per *Azzor. Instit. moral. p.2. lib.5. cap.2. lit. B.Olin. de for.Eccles.par.1.qu 6. num.13. Stochman. decis. Brab.62. num.5. Barthol. de Angel. in Examin. Confess. & Ordinand. tit.de Sacram. in comm.* §. 69 *Franc. Maldonat. in Summul. cas. conscient. quæst.* 12. *art. primo ante finem*, *Carer. de Sponsal. & Matrim.lib.3. cap.primo in princ.Joann.Lup. de Matrim. & legitim. nu.9.in fine Pasqualig. de Privil.constit. in mor.art.quæst.*153 *num* 6 *Esparz, in Curs.Theolog.quæst.* 110. *de Matr.num.7.fol mihi* 527.*Jacob. Latom.advers.hæres.tit.de Matrim.lit.C fol.*195.*Gabr.Beat. in quæst mor qu.* 30.*num.*10. *Romaguerr. ad Constit. Synod. Gerunden. lib* 4. *de Sponsal. & Matrim. tit.1.cap.1.num* 1. *& Rot.decis.*432. *num* 1. *&* 2. *cor. Royas*, de quibus *in Tom.1. mear. Discept.Eccles.par.2.discept.2.n.*139. Ex consequente pro illius indissolubilitate duo militant vincula, unum, se tenens ex parte contractus, & aliud ex parte Sacramenti, quod proinde difficilius dissolvi potest, & rumpi solet, juxta id, quod legitur *Eccl.*4. 12. & juxta probata per *Barb.axiom.79.n.*1.

Si igitur Papa, justa accedente causa, potest, & solet duo hæc vincula, insimul collegiata, dissolvere, & quidem, non solum inter maximos Reges, & primæ classis Principes, & ex publica causa, sed etiam inter infimæ plebis homines, & ex causa merè privata, juxta animadversa per *Perez de Matrim.disput.*20. *sect.7.nu.* 51. ibi „ Nimis rigidum esse, asserere, non esse dispensandum à Papa in dissolutione matrimonii rati, nisi cum magnis Principibus, & ubi alicujus Regni jactura imminet; Moveor, tam ex ipso usu, nam, ut docent Viri graves, dispensarunt de facto Pontifices cum aliis Viris, qui non erant magni Principes, nec imminebat Regni alicujus jactura, usus autem, & consuetudo multum valet hac in re; Non enim verisimile est, Pontifices pios, & valdè doctos temerè usos fuisse sua potestate in re tam gravi, & juxta exemplum sa. me. Innocentii X. de quo *Gobat in*

Theolog. experimental. tract. 10. de Matrim. cas. 18. n 69a. ibi -- *Novissimè Innocen. X. hac potestate usus fuit erga vulgarem Opificem, nullius prorsùs gratia suffultum, & quidem absque causa, bonum publicum concernente*; Necnon juxta alios similes casus, in quibus dispensarunt san. mem. Urbanus VIII. Alexander VII & Clemens XI. de quibus *in Tomo secundo, part. prima disceptat. quarta à num. 55. & in tom. tertio part. secunda disceptat. vigesima prima.*

Quibus additur novissimum exemplum Sanctissimi Domini Nostri, prævio Consilio hujus Sacræ Congregationis, de quo *in Urbanea. 12. Januarii 1756.* in qua processum fuit cum authoritate ejusdem Perez, juxta verba illa Folii ,, Tertium &c. causam esse necessariam ,, pro dispensatione, & quoties eadem adsit cum omnibus suis requisitis, concessas fuisse dispensationes, ,, non solùm inter Magnates, sed etiam inter Personas parvæ notæ ,, ut firmat *Perez de Matrimon. disputat 20. sect. 7 num. 11. & sequentib.* & laté prosequitur *modernus Ursaya &c.*

Multò igitur magis Summus Pontifex id poterit facere respectu Matrimonii consumati Infidelium, mediante dissolutione unius tantùm vinculi, se tenentis ex parte naturalis contractus dumtaxat; *Ubi enim majus conceditur, minùs concessum esse videtur*, sunt verba *Textus in cap. Ex parte de Decim.* Ea ratio adducitur in illis verbis *Textus in leg. In eo ff de Regul. Jur. In eo, quod plus est, semper inest, & minùs*, & in nostris punctualibus terminis *Verricell. de Sacris Missionibus tit. 12. de Matrim. quæst. 177. num. 18. vers. Probatur secundo*, ibi -- *Quamvis Matrimonium consumatum Infidelium sit natura sua insolubile, tamen cùm sit contractus naturalis, & non habeat rationem sacramenti, nulla ratio afferri potest, cur nequeat authoritate Papæ ex gravi causa dissolvi.*

Secundæ classis opinionis, denegantis Summo Pontifici facultatem dispensandi in matrimonio consumato Infidelium, postquam ambo baptizati sunt, Dux, & Caput est *Pont. de Matr. lib 9 cap. 4. per totum*, quem sequuntur *Avers. de Matrim. quæst. 2. sect 5 vers. Postrema Azzor. Instit. Moral. part. 2. lib. 3. cap 2 §. His positis, Castropal. Oper. moral. tit. de Sponsal. dispus. 3. punct. 2. §. 3. num. 2. fol. 86. Cleric. Erotbemat. Eccles. cap. 43 de His, quæ pertinent ad matrimonium tanquam Sacramentum, quæst 6 fol. 384 Coninck. de Sacrament. tit. de Matrimon. disputat. 26. dub. 5. num. 66. Crimen quæst. Canonic. Tom. 4. lib. 4. decret. tit. de Sponsa duorum quæst. 4 § 2. num. 750. fol 192. le Croix in Theolog moral. tom. 2. lib. 6 quæst. 3. de Matrim. num. 402. & seqq. Dian. in Oper. coordinat. tom. 3. tract. 1. de Potestat. Pontificis in ordine ad Sacrament. resol. 99. Gavard. de Sacrament tit. de Matrim. quæst 3. artic. 9. num. 15. fol 638. Giribald. de Sacrament. Matrimon. tract. 10. cap. 4. dub. 3. num. 14. Leand. Oper. moral. tract 9. tit. de Matrim disput. 5. de Indissolubilitat. matrim quæst. 6. fol. 234* quæ repetit *in Summa eodem titulo disput. 5. nu. 2. Perez de Matrimon. disput. 20. section. 10. per tot. fol. 271. Pignatell. consult. 16. num 9. tom 6. & consult 93 num. 24. vers. Sed quia tom 8. Tamburin. Oper. moral. lib 8. tit. de Matrimon. cap. 5. de Indissolubilitate matrimon. § 2. num. 5. Trasmier. de Polygam. lib primo quæst. 3. num. 4. fol. 88. & Vasquez disput. 2. de Matrim. cap. 6. num. 58.* Asserens, anno 1588. petitam fuisse, sed non obtentam à Sixto. V. similem dispensationem, ipsumque noluisse scribere pro dissolutione; Quod referunt etiam *Pontius de Matrim. lib 9 cap. 2. nu 8. in fin. Dian. d resol. 99. n. 3. & Pignatel. consult. 16. n. 9. tom. 6.*

Principalis ratio, adducta à *Pontio de Matrim. lib. 9. cap. 2. num. 10.* & ab ejus sequacibus amplexa (Aliæ enim sunt potiùs piæ meditationes, & remotissimæ inductiones) hæc est, sunt ejus verba præcisa ,, Quia, suscepto ,, baptismo, matrimonium, in Infidelitate consumatum, ,, dicitur ratum, & consumatum; Parum autem refert, ,, quod ante baptismum consumatum fuerit, id, quod à ,, posteriori colliges, quia re vera effecti sunt una caro; ,, Tum etiam, quia ex matrimonio, consumato ante ,, baptismum, nascitur post baptismum affinitas, vel irre- ,, gularitas; Ergo reputatur pro consumatione, ac si post ,, baptismum facta fuisset; Aliàs ea impedimenta non ,, orirentur ex copula habita ante baptismum.

Quæ ratio facili negotio inefficax demonstratur, observando cum eadem *Vasquez*, contrariæ opinionis sectatore, *in tractatu de Matrim. disp. 2. c. 10. n. 124. fol. 318.* quod matrimonium Infidelium per baptismum fit quidem ratum, sed nullatenùs penitus indissolubile, nisi consumetur post baptismum, ibi -- *Ad secundum dicimus, quod per baptismum quidem matrimonii vinculum effici ratum, & omninò indissolubile, si consumetur*; Ergo, juxta opinionem hujus Authoris, si non consumetur post baptismum, non est penitus indissolubile, sed subjectum erit potestati Summi Pontificis, & concordant adducti per *Filliucc. Oper. Moral. tract. tom. 10. qu. 1. cap. 2. de Dissolut. Matrim. n. 39. f. 221. & P. Maurum in Oper. Theol. to. 3 de Sacram. lib. 13. de Indissolub. Matrim. qu. 297 n. 5.* ubi solidè probant, quod consumatio, tempore Infidelitatis sequuta, non operatur talem indissolubilitatem, qualem importat consumatio, sequuta post baptismum.

Patet hoc observando, quod si ambo Conjuges Catholicam Fidem amplexi, matrimonium consument post baptismum, tunc illud dicitur propriè ratum, ac consumatum, & consequenter prorsùs indissolubile ex supra citatis.

Hujusmodi autem diversi casus non bene confunduntur à denegantibus Summo Pontifici potestatem dispensandi in matrimonio consumato Infidelium, quia in dubium controverti non potest, magnam adesse differentiam inter matrimonium consumatum in Infidelitate, & aliud consumatum post baptismum utriusque conjugis, quæ talis, & tanta est, ut in hoc secundo casu includat illam eandem indissolubilitatem, quam importat matrimonium consumatum Fidelium, non sic autem in primo, in cujus circumstantiis etiam quoad vinculum dissolvi potest in multis casibus, ut observavimus supra, & ad rem ponderat egregiè *Abb. in cap. Quantò column. fin. de Divort.* cujus præcisa verba, quæ sunt sequentia, ad literam transcripsit *Marquard. de Judæis p. 2. cap. 3. n. 16. fol. 57. à tergo, ibi* ,, Et quod supra dixi, matrimonium ,, inter Infideles esse verum *c. 4. de Divor. cap. Si quis 28. ,, quæst. 1.* non tamen ratum, & indissolubile, sicut in- ,, ter Christianos, id contingit propter baptismum, quod ,, pro indissolubilitate matrimonii ponderatur, nam ubi ,, non est Fides Christiana, matrimonium non habet ,, suum significatum, cùm matrimonium consumatum ,, denotet unionem, & conformitatem, quæ est inter ,, Deum, & Ecclesiam per assumptionem carnis huma- ,, næ; Unde sicut figuratum est indissolubile, quia car- ,, nem, quam Deus assumpsit, nunquam dimisit, ita ,, & matrimonium, illud figurans, debet esse indissolu- ,, bile, sicut figuratum, Hoc autem cadere non potest ,, in matrimonio Infidelium negantium assumptionem ,, carnis, ideo in eis cessat ratio indissolubilitatis, ut ,, declarat *Abb. in d. cap 4. column. final. vers Contra prædicta.*

Paritates autem irregularitatis, & affinitatis à *Pontio* adductæ, non videntur facere ad rem.

Non illa irregularitatis; Aut enim loquimur de ea, quæ provenit à Jure Ecclesiastico, & in illam nullus Infidelis incurrere potest, quia quilibet ex illis Legibus Ecclesiasticis solutus est, eisque nullatenus subjectus, laté *Ricciull. de Jur. Person. cap. 7. n. 2. & seqq.* Aut verò loquimur de irregularitate, & proveniente ex defectu Personæ, & istius respectu Infidelis, etiam post baptismum impeditur ascendere ad Ordines, eo quia semper in eo remanet deformitas illa, seu defectus, impediens omnibus Fidelibus ascensum ad Sac. Ordines, ut bene discurrendo, aliis adductis, observat *Ricciull. ubi supra.*

Minùs facere videtur ad rem paritas affinitatis; *Ista enim* sunt verba *Sanchez* multos allegantis concordantes *in Tract. de Matrim. lib. 7. disp. 65. n. 5. uti vinculum naturale semper durat; Naturalia siquidem sunt eadem apud omnes, sive Fideles, sive Infideles, nec per baptismum tolluntur*; Ibique ad rem advertit, quòd licèt Infideles non subsint legibus Ecclesiæ, quando contraxerunt affinitatem, & sic tunc posse inter eos consistere matrimonium; Subsunt tamen tempore, quo illud inire volunt, & tunc illud irritat Ecclesia inter Affines, & concordant adducti per *Veracruc. in Speculo Conjug. par. 1. art. 50. conclus. 1. & 2.*

Quod si in hac parte procedendum esset per viam paritatis, opinio *Navarr.*, & *Sanchez* mirabiliter comprobaretur à sequenti casu.

In

In omnium ferè Theologorum, & Canonistarum sententia receptum est, quod Vir, & Mulier, qui intra Bimestre, à die contracti matrimonii compatandum, illud non consumarunt, Religiosum Statum assumere possunt, non attenta copula, inter eos sequuta, & millies repetita, ante matrimonii contractum, etiam cum fide, & promissione Matrimonii, ut videre est apud *Engel. Jus Canonic. lib. 3. tit. 31. de Convers. Conjug.* *Leand.* opinionis Pontii Sectatorem *in Summa de Sacramentis disp. 5. de Indissolubilitate matrimonii n* 25. ubi ait, id esse certum, ibi: *Quæret, an copula, habita ante matrimonium, sit sufficiens ad hoc, ut matrimonium subsequutum dicatur consumatum. Respondeo, ut certum, non sufficere*, ibique sequentem adducit bonam rationem, præsenti casui mirabiliter accomodatam, quod ad dictum effectum matrimonium debet esse consumatum per copulam post Sacramentum, quia tunc per illam significatur conjunctio Christi cum Ecclesia, & Verbi cũ humanitate.

Et tamen inuegabile est, quod dicti Conjuges per copulam, ante matrimonium habitam, taliter effecti fuerunt una caro, ut ea tunc inter illorum Consangaineus inducta fuerit vera affinitas, juxta disposita *in Concil. Trid. Sess. 24. de Reformat Matrim. cap. 11.*

Ex quibus proinde remanet manifestum, quòd ad hoc, ut Corporum commiatio, & carnalis cognitio importet majorem difficultatem dissolutionis matrimoniorum, illa debet sequi, non autem antecedere qualitatem rati respecta matrimonii, quæ reflexio videtur nimis stringens, & æqualiter legaiis ad manibus palpandam, quod matrimoniam nullum omnino gradum indissolubilitatis acquirit, illud eximens à potestate Papæ, ab illis actibus, qui præcedunt illius qualitatem, sub denominatione rati, seu Sacramenti.

In hac opinionum, inter se discordantium, diversitate, observo illam considerabilem differentiam, quod sequentes primam, Pontificiæ potestati favorabilem, illam absolutè tenent, & probant, nullamque admittunt probabilitatem secundæ; Non sic autem sequentes secundam opinionem, quia multi ex istis admittunt probabilitatem primæ sententiæ, ut videre est apud *Castro Pal. Op. mor. tit. de Spons. disp. 3. punct. 2. §. 2. n. 2.* ibi: *Aliqui, nec improbabiliter, censent &c. Leander in Summa tit. de Sacram. Matr. disp. 5. de Indissolubilitate matrim. n. 5. vers. Respondeo probabiliùs, non posse, Dian. in Oper. coordinat. Tom. 2. tract. 6. resol. 135. num. 5. in fine* ibi: *Ego puto, utramque sententiam esse probabilem, & Tambur. Oper. moral. libr. octavo de Matrim. tract. 5. de ejus Indissolubilitate §. 2 n. 4.* ibi: *Utraque sententia probabilis est.*

Circa vero Praxim Summorum Pontificum in his terminis dissolvendi matrimonia consumata Infidelium, exemplis illis, indicatis *à Filiucc. Oper. moral. tract. 10. qu. 4. cap. v. de Indissolubil. matrim. n. 39.* ibi: *et favet usus, & praxis, cùm aliquando in tali matrimonia dispensatum fuerit, & à Verricell. de Sacr. Mission. tit. 12. de Matrim. qu. 177. num. 10.* ibi: *Respondeo affirmativè &c. Filiucc. &c. qui testatur, Pontificem aliquando dispensasse*, Addo aliud exemplum similium dispensationum, quod deservire valet pro mille, illudque desumitur à speciali facultate in his terminis concessa anno 1571, à S. Pio V. Missionariis Indorum, de qua mentionem faciunt *Azzor. Instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 2. ante finem Vidal. de Sacram. Matrim. inquis. 4. num. 46. & Avendan. in Thesaur. Indic. libr. 12. cap. 12. de Privil. circa matrimonia num. 414. fol. 179.* ubi quod illius Original asservatur in Archivo Metropolitanæ Ecclesiæ Limensis, quamvè per extensum impressit *Veracrux in Speculo Conjugum par. 3. art. 8. conclus. 5. fol. 356.* estque sequentis tenoris.

"*Pius Papa V.* Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis æqua, & circumspecta providentia, ne ea, quæ pro salute Indorum noviter ad fidem conversorum, & convertendorum, directione sanciri debent, & terminari, alicujus hæsitationis scrupulo subjaceant, declarationibus, & aliis opportunis consuevit providere remediis; Cùm itaque, sicut accepimus, Indis, in sua infidelitate manentibus, plures permittantur Uxores, quas ipsi, etiam levissimis de causis repudiant: Hinc factum est, quod recipientibus baptismum permissum sit manere cum ea Uxore, quæ simul cum Marito baptizata existit, & quia sæpè numero contingit, illam non esse primam Conjugem, inde, tam Ministri, quàm Episcopi gravissimis scrupulis torquentur, existimantes, illud non esse verum matrimonium: Sed quia durissimum esset separare eos ab Uxoribus, cum quibus ipsi Indi baptismum susceperunt, maximè quia difficillimum foret, primam Conjugem reperire; Ideo Nos statui dictorum Indorum paterno affectu benignè consulere, atque ipsos Episcopos, & Ministros hujusmodi scrupulis eximere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ut Indi, sic ut præmittitur, baptizati, & in futurum baptizandi, cum Uxore, quæ cum ipsis fuerit baptizata, & baptizabitur, remanere habeant, tanquam cum Uxore legitima aliis dimissis Apostolica authoritate tenore præsentium declaramus, matrimoniumque hujusmodi legitimè inter eos consistere, sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis authoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, ac definiri debere. Et si secus super his à quocunque, quavis authoritate scientes, vel ignoranter contingerit attentari, irritum, & inane decernimus, non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac Provincialibus, ac in Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die 2. Augusti, anno 1571. anno VI. nostri Pontificatus."

Ex tali siquidem facultate ad hominem infertur, fuisse ab eisdem Missionariis ejus vigore, & in executionem Gratiæ ejusdem Summi Pontificis dissoluta multa Matrimonia Infidelium, in infidelitate consumata cum illis primis Uxoribus, cum quibus matrimonium contraxerunt, mediante permissione permanendi, & convivendi cum ultima ex illis, cum qua baptismum susceperunt, ut consideranti manifestum est, quia Infidelis, habens plures Uxores, si convertatur ad fidem, cum prima dumtaxat, quæ est ejus legitima Uxor, permanere debet *cap. Gaudemus de Divort Engel. in Jus Canon. lib. 8. tit. 33. de Convers. Infidel. n 1.* ibi: *Si aliquis in Infidelitate plures Uxores habuerit, primam, cum qua contraxit, retinere debebit, quia cum illa sola verum fuit matrim. Transmter. de Polygam lib. 1. qu. 13. num. 18. fol. 91. & Pater Schiara in Additamento ad Theolog. bellicam §. 8. num. 68. fol. 175.* ibi: *Infidelem, qui plures habet Uxores, conversum ad fidem, esse ab omnibus illis separandum, excepta prima, quæ sola est legitima Uxor.*

Conferre pariter nimis videntur ad nostrum intentum alia exempla Summorum Pontificum Clementis VIII. & Pauli V. quæ referunt *Nicol. in Floscul. verb. Infidelit n. 3. & sequen. & Pignat. consult. 18. à num. 7. Tom. 4.* juxta Romanam impressionem, dispensando cum multis Infidelibus, noviter ad fidem conversis, ut possent ducere quascumque Uxores fideles, non legitimè monitis prioribus infidelibus, cum quibus tempore eorum Infidelitatis matrimonia contraxerant, & consumaverant.

Pluries enim fuit ab hac Sac. Congr. resolutum (sunt præcisa verba illarum resolutionum, relatarum à *Nicolio, & Pignatello*, ubi supra) *non posse hos Conversos alias Uxores accipere, nisi prius constiterit, an priores Uxores vellent ad fidem converti, vel etiam non conversæ cum eis cohabitare absque injuria Creatoris*; Quod sancitum pariter fuisse *in III. Concilio Limano action. 2. cap. 10. à f. m. Sixto V.* confirmato, observant *Avendan. in Thesaur. Indic. tit. 12. cap. 14. num. 415. & Pignatell. dicta consult. 186. num. 8. Tom. 4.* adducendo præcisa verba ejusdem Concilii, quæ sunt sequentia: *De iis, qui, jam matrimonio juncti, convertuntur ad Fidem, Conjuge adhuc infideli permanente, in superiori Concilio providè consultum est, ut Infidelis quidem spem suæ conversionis maturam ostendat, Christianus nullo modo ad alias nuptias transeat*, asserendo demum ei dixisse cl. m. Card. Casanat. ita in praxi servari, ipsumque ita servasse spatio duodecim annorum, quibus deputatus fuit super probationibus Status liberi, circa matrimonia, in Urbe contrahenda.

Non attento, quod id fecerint dicti Summi Pontifices ex eo motivo, *quod nimis difficile erat ob Locorum distantiam, & alias difficultates, eosdem priores Conjuges legitimè moneri, ad hoc, ut eorum voluntates* ape-

aperirent, an vellent converti, vel cum propriis Conjugibus habitare sine injuria Creatoris.

Quidquid enim sit de motivo, seu causa, ex qua moti fuerunt ad dispensandum in casibus prædictis; Ex una parte semper verum est; quod de facto in eisdem casibus effectivè dispensarunt: Quodque Matrimonia, in Infidelitate contracta, & consumata, dissolverunt;

93 Ex alia verò parte, juxta oraculum hujus Sac. Congreg. sequutum *à Nicolio*, *& Pignatello* ubi supra, *Loci distantia, & difficultas non sufficiunt, ut noviter ad Fidem Conversi possint ducere Uxores fideles, non requisitis prioribus Uxoribus infidelibus, licèt illa admittatur pro legitima causa dispensandi*, quod fuit etiam ab hac Sac. Congreg. canonizatum in alia *Florentina 17. Januarii 1722. ad primum dubium.*

Explicatur magis vis hujus reflexionis, observando cum *Pignatell. cons. 107. num. primo tom. quarta. Non sufficere absentiam Mariti nec per centum quidem annos,*

94 *ut possit Mulier ad secundas nuptias transire, etiam si toto hoc tempore nihil audiverit de Viro suo, quia pro transitu ad secundas nuptias requiritur, quod alter Conjugum acceperit certum Nuncium mortis alterius.* Quod statuitur etiam in *cap. In præsentiam de Sponsalibus* ibi. *Non possunt ad aliorum consortium canonicè convolare, nec authoritate Ecclesiæ permittas contrahere, donec certum Nuncium recipiant de morte Uxorum, & in cap. Dominus de secundis nuptiis* ibi. *Respondemus, ut nullus ammodo ad*

95 *secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, quod de hac vita migraverit Conjux ejus*, cum concordantibus, sequutis *à Guttier. Pract. quæst. lib. 2. quæst. 8. num. 4. & Trasmier. de Polygam. lib. primo quæst. 16. num. 14. & seq. num. 25. fol. 105.* ibi. *Cùm ergo solvi non possit Matrimonium, nisi neget alter Conjux converti &c.*

Et quibus ita discurro, *Matrimonium contrahens sine certo Nuncio mortis Conjugis, à sacris Canonibus ex necessitate requisito, exponit se mortali periculo Polygamiam committendi, donec certus Nuncius de prioris Conjugis*

96 *morte habeatur, potest esse, quod ille vivat*, sunt verba *Caren. de Offic. Inquisit. part. 2. tit. 5. de Polygam. §. quarto num. 18.*, & Ego addo, potest esse, quod effectus pariter fuerit Christianus, vel quod talis fieri desideret juxta animadversa *per Trasmier. loco suprascitato.*

Non est autem præsumendum, quod (præcisa dicta facultate Summi Pontificis dispensandi in Matrimonio consumato Infidelium) voluerint dicti Summi Pontifi-

97 ces tot, tantosque noviter ad fidem Conversos exponere eidem morali periculo incurrendi Polygamiam; Est enim, nedum nimis verisimile, sed ferè moraliter certum, quod in magno numero illorum priorum Conjugum, quorum non habetur certus Nuncius eorum mortis, vel certa notitia permanendi in infidelitate, unus, vel alter vixerit, vel fuerit ad Fidem conversus, vel paratus converti, & propterea dicendum omnino videtur,

98 quod dicti Summi Pontifices per necessarium antecedens in dictis casibus dissolverint Matrimonia consumata in Infidelitate cum prioribus Conjugibus, & in talis dispensationis sequelam permiserint Conjugi, ad fidem noviter converso, ducere Uxorem fidelem, absque prævia certa notitia mortis prioris Conjugis infidelis, & antequam scirent illius voluntatem perseverandi in Infidelitate.

Crescit in immensum vis hujus reflexionis ex certitudine impedimenti Ligaminis antecedentis Matrimonii, & dubietatis, atque incertitudinis illius solutionis, vel per mortem prioris Conjugis, vel per illius declara-

99 tionem, quam sequentibus verbis comprobat *Pasqualig. quæst. moral. jurid. 290. num. 6. & 8.* ibi. *De priori Matrimonio certò constat, & proinde certum est, adesse impedimentum dirimens aliud Matrimonium. Quod autem dissolutum sit Matrimonium per mortem alterius Conjugis, & sublatum impedimentum, non certò constat, sed solùm est dubium, & ad summum adest levis probabilitas: Non potest autem quod est incertum elidere quod est certum, nec contra ipsum prævalere: Unde cùm incerta mors Conjugibus, ita se habeat, ut possit esse sequuta, & non possit esse sequuta, remanet in suo statu impedimentum Ligaminis, quod impedit, & dirimit secundas nuptias*, Et ibi. *Nam*

100 *non est probabile, quod certum impedimentum auferatur per incertam dissolutionem, quia impedimentum durat quousque constet, fuisse ablatum: Incerta autem dissolutio nihil amplius potest operari, quàm quod dubitari possit, an sit ablatum: In dubio autem impedimentum stat in sua possessione. Deindè cùm habeamus Textus expressos, quod requiratur certus Nuncius de morte, & quod debeat de ipsa constare, opinio, quæ est contra hos Textus, non potest esse probabilis.*

Nec replicetur, quod in dicto casu dissolutio Matrimonii consumati processerit à Jure, juxta dictum *Divi Pauli 1. ad Corinth. 7. 12.* ibi. *Cæteris ego dico, non Dominus, si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc* 101 *consentit habitare cum illo, non dimittat illum, & si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum &c. Quod si infidelis discedit, discedat, non enim servituti subjectus est frater, aut soror in hujusmodi*, & juxta *Textus in cap. Quanto de Divort.* ibi. *Si enim alter infidelium Conjugum ad Fidem Catholicam convertatur, altero, vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini Numinis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, qui* 102 *relinquitur ad secunda, si voluerit, vota transibit, & in hoc casu intelligimus quod ait Apostolus: Infidelis discedit discedat; Frater enim, vel soror non est servituti subjectus in hujusmodi, & canonem etiam, in quo dicitur; Contumelia Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum, qui relinquitur*, & latè observat *Card. Bellarm. lib. 1. Contr. cap. 11. contr. 14. tom. 3.*

Responsio enim in promptu est, quod ad hoc, ut in dictis terminis, jure communi attento, dissolvatur Ma- 103 trimonium, quidquid dicat *Ricc. decis. 300. part. secunda* præcedere omnino debet, vel mors, vel saltem interpellatio Conjugis infidelis absentis, ex supra adductis, quibus addimus *Trasmier. de Polygam. lib. 1. quæst. 13. num. 14. fol. 90.* ibi. *Si enim non præmoneatur quo pacto constabit de ejus voluntate? Sanchez de Matrim. lib. septimo disp. 74. num. duodecimo Salmaticens. Tract. 9. de Matrim cap. quarto num. 48 Card. de Laur. de Matrim. disp. decimo sexto num. 198. & 202. & Clericat. de Sacram. Matrim.* 104 *d. 11. num. vigesima quarta*, ubi ponit per extensum formulam hujus interpellationis, nec non addimus etiam punctualem resolutionem hujus Sac. Congregationis, in Florentina 17. Januarii 1752. ad primum dubium ibi. *An de Jure sit necessaria Interpellatio. Affirmativè.*

Et propterea Summi Pontificis dispensatio in dictis circumstantiis eodem tempore, quo supplet necessita- 105 tem præcedentis interpellationis Conjugis infidelis absentis, tollit de medio omne vinculum, quod forsan posset adhuc vigere inter Conjugem infidelem, qui possibiliter vivere potest, & inter Fidelem, quæ novo conjugio copulari vult.

Et hæc est ratio quare talis dispensatio peti omnino debeat, & concedi unicè soleat à solo Summo Pontifi- 106 ce, prout concessa fuit in casibus supra relatis, & *in d. Florentina 17. Januarii 1752. ad secundum dubium.* Quia scilicet una, & sola Summi Pontificis maxima authoritas se extendit ad tollendum vinculum antecedentis Matrimonii in infidelitate consumati, quatenus Conjux infidelis, vel de facto vivat, vel Fidem Catholicam amplexus fuerit, vel amplecti cupiat, ut ob- 107 servat *Esparz. in Curs. Theolog. lib. decimo de Sacramen. Matrim. 115. art. 3. fol. 343.* ibi. *Neminem, Romano Pontifici inferiorem, quidquam, seu potestatem, seu declarationem efficere posse circa Jus dissolutionis Matrimoniorum quoad vinculum.*

Quæ omnia mirabiliter comprobantur ex Breve sa. me. Gregorii XIII. per viam Legis generalis editi favo- 108 re Christianorum, moram facientium in Angola, Æthiopia, Brasilia, & aliis Indicis Regionibus sequentis tenoris; *Gregorius &c.* Quoniam sæpè contingit, "multos utriusque sexus Infideles, post contracta gentili ritu Matrimonia ex Angola, Æthiopia, Brasilia, & aliis Indicis Regionibus, ab hostibus captos, à propriis finibus, & propriis Conjugibus ad remotissimas Regiones exterminari, adeò, ut ipsi Captivi, & qui in Patria remanent, si postea ad Fidem convertantur, Conjuges infideles, tam longo intervallo disjunctos, an sine contumelia Creatoris secum habitare velint, ut par est, monere nequeant, vel quia interdum ad hostiles, & barbaras Provincias, ne Nunciis quidem accessus pateat, vel quia ignorant prorsus, in quas Regiones fuerint translati, vel quia itineris longitudo magnam afferat difficultatem; Id-

,, circò

„ circò nos, attendentes hujusmodi connubia, inter infide-
„ les contracta, vera quidem, non tamen adeò rata cense-
„ ri, ut, necessitate suadente, dissolvi non possunt, singu-
„ lis dictorum Locorum Ordinariis, & Parochis, &
109 „ Presbyteris Societatis Jesu, ad confessiones audien-
„ das, ab ejusdem Societatis Superioribus approbatis,
„ & ad dictas Regiones pro tempore missis, vel in illis
„ admissis, concedimus facultatem dispensandi cum
„ quibuscumque utriusque sexus Christi Fidelibus, In-
„ colis dictarum Regionum, & seriùs ad fidem con-
„ versis, qui ante Baptismum matrimonia contraxe-
„ rant, ut eorum quilibet, etiam superstite Conjuge in-
„ fideli, & ejus consensu minimè requisito, responso non
„ expectato, Matrimoniu cum quovis Fideli, aliàs
„ tamen ritè contrahere, & in eis postea carnali copula
„ consomatis, quoad vixerint remanere licitè valeant
„ dummodo constet etiam summariè, & extrajudiciali-
110 „ ter, Conjugem absentem moneri legitimè non pos-
„ se, aut monitum intra tempus in eadem munitione
„ præfixum, suam voluntatem non significasse. Quæ
„ quid matrimonia, etiam si postea innotuerit, conjuges
„ Priores infideles suam voluntatē justè impeditos decla-
„ rare non potuisse, & ad fidem etiam tempore transacti
„ secundi Matrimonii conversos fuisse, nihilominus re-
„ scindi nunquam debere, sed valida, & firma esse &c.
Quod per extensum impressit *Pont. de Matr. lib. 7. c. 48. n.* 230. *Pignatel. Consult. 93. num. 24 tom. 8.* & de illo mentionem faciunt *Salmatic. in Curs. Theologic. tom. 9. tit. de*
111 *Sacram. Matrim. fol. 544. Vidal de Sacram. Matrim. inquisit. prima num. 46. Et Avendan. in Thesaur. Indic. tit. 22. cap. 14. de Privil. circa Matrim. num. 398.*

In quo duo omni consideratione digna videntur.

Primùm, quod idem Summus Pontifex rotundis literis declaravit, eadem matrimonia, ut supra contra-
112 henda, valida, & firma esse, etiamsi postea innotuerit, Conjuges priores Infideles suam voluntatem, justè impeditos, declarare non potuisse, & ad Fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii conversu fuisse.

Secundùm verò, quod rotundioribus verbis in eodem Breve declaratur, matrimonia Infidelium adeo firma nullarenur esse, ut, necessitate suadente, dissolvi non possint; Quod non nisi de Summi Pontificis maxima
113 authoritate verificari potest, ut observat *Esparz. in Curs. Theologic. lib. 10. de Sacram. Matrim quæst. 115. art. 3. fol. 543.* ibi. *Manifestè commonstrat quantum hoc punctum notatu sit, & neminem Romano Pontifice inferiorem, quidquam, seu potestatem, seu declarationem efficere posse circa Jus dissolutionis Matrimoniorum quoad vinculum.*

Quibus stantibus ex sola & simplici lectura hujus solemnis declarationis d. sa. me. Gregorii XIII. per viam
114 generalis Legis, ut supra emanatæ, omnis omnino difficultas in hac parte sublata videtur, ut observat *Verricell. de Sacr. Missionib. tit. 12. de Matrim. quæst. 177. num. 28. Versic. Probatur tertiò* ubi, *quod Gregorius XIII. expressè supponit in sua Bulla, Facultatem dissolvendi matrimonia consumata Infidelium in illis verbis Idcirco Nos attendentes hujusmodi connubia, inter Infideles contracta, vera quidem, non tamen adeo rata censeri, ut necessitate suadente dissolvi non possint*; Et Ego addo, quod cum
115 longè majori claritate id, non solùm præsupposuit, sed expressè determinavit in illis aliis verbis ejusdem Bullæ. *Quæ quidem matrimonia, etiamsi postea innotuerit, Conjuges priores infideles suam voluntatem, justè impeditos, declarare non potuisse, & ad fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii, conversos fuisse, nihilominus rescindi nunquam debere, sed valida, & firma esse.*

Egregiè *citatus Verric. de Sacr. Miss. tit. de Priv. Regul. in novo Orbe quæst. 98. dub. 17. §. 29. num. 180. fol. 257.*
116 ubi solidè probat, dictum Breves sa. me. Gregorii XIII. importare veram, & propriam dispensationem, seu dissolutionem prioris Matrimonii triplici ratione. Primò Quia Conjux fidelis, jure communi attento, tenetur expectare certum Nuncium, an Conjux Infidelis velit cum illo cohabitare sine injuria Creatoris, *Sicut qui ignorat, an Uxor fidelis sit viva, non potest Matrimonium*
117 *contrahere; Probo secundò evidenter, nam, Jure communi attento, si ante contractum secundum Matrimonium ambo erant conversi, quamvis secundum Matrimonium non sit consumatum, tenentur redire ad primum; Tamen ex Brevi Gregorii XIII. non tenentur redire ad primum, ergo ex communi, absque dispensatione Gregorii XIII. per secundum Matrimonium quando moraliter est impossibilis Nuntius de altero Conjuge, non dissolvitur primum, Ergo tantùm ex Pontificis dispensatione habet, quod primum Matrimonium, posita tali impossibilitate Nuncii dissolvatur per secundum consumatum, Tertiò patet, nam apertè Gregorius XIII. in suo Brevi indicat, se dispensare dum ait, Connubia infidelium necessitate suadente dissolvi posse.*

Agnovit maximam vim, & æqualem efficaciam dictorum verborum *Pontius de Matrim lib. 7. cap. 48. num. 22. & 23.* Ad quam declinandam, nihil valens respon-
118 dere prioribus illis verbis *Nos attendentes, hujusmodi Connubia, inter Infideles contracta, vera quidem, non tamen adeo rata censeri, ut, necessitate suadente, dissolvi non possint*, quæ ex supra animadversis nullam admittunt criticationem, ut Considerandi patet, & ad no-
119 strum præcisum effectum observat *Verric. de Sac. Mission. lib. 12. de Matrim. quæst. 177. num. 18. vers. Probatur tertiò* ibi. *Id expressè supponit Gregorius XIII. in sua Bulla*, ubi ait: *Idcircò Nos attendentes &c.*

Quoad subsequentia ibi: *Quæ quidem matrimonia, etiam si postea innotuerit, Conjuges priores infideles suam voluntatem justè impeditos declarare non potuisse, & ad Fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii conversos*
120 *fuisse, nihilominus rescindi nunquam debere, sed valida & firma esse &c.* hæc respondet: *Nec verò ex ea dispensatione colligitur, dissolvisse Pontificem Matrimonium consumatum Infidelium, sed cùm Pontifex possit Jus Divinum interpretari, & ex Divino privilegio dissolvatur Matrimonium in favorem Fidei, cùm Infidelis non velit cohabitare cum Fideli, declarat Pontifex, eum casum verificari, quando tanto tempore Fidelis non requiritur ab Infideli, & tanta terrarum spatia impediunt, atque adeò jam tunc posse uti divina concessione, & ad secundas transire nuptias.*

Ita autem respondere non est difficultatem tollere;
121 sed potiùs divinari, quod non permittitur, ut notat generaliter *Vincentius Alzarius Crucius in quæsitis per epistol. centur. 3. in epistola scripta Julio Cæsari la Gloria* ibi. *Non prudentis sit in re tanti momenti divinatione uti*, & *Rot. dec. 324. num. 7. par. 4. tom. 2. rec.* ibi: *Quia hæc est mera divinatio*, & in nostris præcisis terminis observat *Verricel. de Sac. miss. tit. 12 de Matr. quæst. 177. num. 75. in fine* ibi.
122 *Respondet Pontius, Pontificem præsumere, nolle Infidelem cohabitare sine injuria Creatoris. Contra gratis dicitur; Agit enim Gregorius de Indis, & plerumque contingere poterit, utrumque Conjugem credere in Christum, & absentem velle cohabitare, & desiderare baptismum, imò fortè tunc etiam baptizatum, & tamen Gregorius, eo irrequisito, dispensat, ut possit Conversus contrahere aliud Matrimonium.*

Ego autem subjungo, quod etiamsi per modum simplicis discursus præsumptio, à Pontio figurata, admitte-
123 retur, illa esset juris tantùm, non autem juris, & de jure, & consequenter in maximo illo Infidelium numero, cum quo Gregorius XIII. permisit dispensari, & successivè à Missionariis dispensatum fuit per spatium unius Sæculi cum dimidio alterius, nedum nimia verisimiliter, sed plusquam moraliter certum est, quod unus, vel alter ex Infidelibus tempore secundi Matrimonii, vel adhuc in Mundo esset, vel Fidem Catholicam fuisset amplexus, vel amplecti desiderabat, & propterea ad evitandum detestabile Polygamiç crimen adversus quod sub Sole non datur dispensandi facultas, ex adductis à *Bel-*
124 *lamer. Controv. lib. 1. cap. 28. Trasmier. de Polygam. quæst. 11. cap. 2. à num. 21. Dicastill. de Matrim disput. 2 dub. 42. num.* 103. *Bordon. in Manual. S. Offic sect. 28. per totam* ubi *num.* 17. quod Christus Dominus talem facultatem non reliquit in Terris, & *R.P.D. Dandinus de Saspe. 7. de hæresi*
125 *cap. 3. sect. 1. subsect. 1. §. 1. num. 19 fol.* 277. Dicendum est, eundem Summum Pontificem per necessarium antecedens in dictis casibus dissolvisse priora matrimonia, in Infidelitate consumata, ad hoc ut validum esset ultimum, ab eisdem vigore dictæ Pontificiæ dispensationis contractum.

Nec dicatur, quod dictum Breve sa. me. Gregorii XIII. non contineat, neque importet declarationem Summi Pontificis, tanquam ex Cathedra loquentis, seu decidentis articulum, quod possit Summus Pontifex dispensare in Matrimonio consumato Infidelium.

Objecto enim punctualissimè occurrit *Sac. Rot. in Mindonien.*

donien. prætensæ observationis Constitutionis 1. *Martii* 1706. *§. Eoque fortius coram Ansald.* respondendo simili 127 criticationi contra aliud Breve ejusdem fa. me. Gregorii XIII. sequentibus verbis : *Intrante dilemmate, quod, vel hoc Breve , seu Bulla , erat verè generalis respectu omnium , qui salubrem vovent , & profitentur obedientiam Summo Romano Pontifici , & res transibat sine difficultate; Aut erat (quemodmodum se se involuerunt Tractantes de materia) definitio particularis , edita pro Ecclesia , & Archiepiscopatu Tarentino ; Tuncque , si credulitatem , & venerationem præstaremus Bartolo , vel Baldo , Hostiensi , aut Panormitano in aliqua discussione Juris ; Quare non erat circumspectanda definitio supremi Principis , Pa-* 128 *storis , & Judicis Ecclesiæ universalis super articulo , cæteroquin valde per privatos Doctores constituto ? Quando secundùm nostram imbecillitatem habemus quotidiè affirmatum , quod authoritati magni Doctoris standum sit in quacumque materia , suaptè natura disputabili , & ambigua ? Teste Jas. in leg. &c.*

Et ex his nullam meretur considerationem reflexio , quod forsan longè major sit numerus illorum Theologorum, qui talem facultatẽ Summo Pontifici non attribuunt ac sint illi , qui in eodem dictam potestatem agnoscunt; 129 Nec non , quod Sixtus V. anno 1588. talem Dispensationem noluerit concedere.

Respectu si quidem majoris numeri Authorum , denegantium in hac parte Summo Pontifici facultatem dispensandi in Matrimonio consumato Infidelium , illi in 130 conflictu dictæ literalis Pontificiæ declarationis fa. me. Gregorii XIII. in nulla prorsus consideratione habendi sunt , ex vulgatis , de quibus *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 89. *sub num.* 2. *Gruther de Arte benè desiderandi resol.* 25. *§.* 9. *num.* 177. *Quando enim allegatur Summi Pontificis authoritas , fas non est à Summorum Pontificum sententiis , qui sunt legum Conditores , imo Juris fontes , longè aberrare , eidemque adversari , cùm partes obsequentissimi filii sint Patris placita reverenter amplecti , & ea , qua decet reverentia , exequi , & venerari ,* sunt verba *Rot. in Le-* 131 *gionem Parochiali* 11. *Septembris* 1693. *§. Non obstante coram Pio* , cum concordantibus , citatis in *tom.* 1. *p.* 1. *discept.* 11. *num.* 33.

Et tamen ad solius materiæ ornatum subjungo , quod iidem Authores , à me sigillatim recogniti , pro majori parte paucis , siccisque verbis , nihil aliud faciunt , 132 quàm sequi *Pontium* , materia nullatenus fundiùs discussa , vel perscrutata ; Et propterea ex hoc etiam capite contraponi nullatenus merentur *Navarro* , *Sanchez*, aliisque , supra citatis de materia fundiùs loquentibus, ex latissimè adductis : & frustra hic transcribendis per *Constantin. ad Statut. Urbis Tom.* 2. *annot.* 63. *art.* 2. *num.* 258. & 268. ibi . *Parvi faciendi sunt Doctores , loquentes per transennam , & sicco pede , cùm illi assimilentur Ovibus , quæ eò saltant , ubi alia saltavit , & Avibus , quæ eò volant , ubi alia volavit*, & ibi. *Communis tamen opinio* 133 *non dicitur ex sola adhesione indigesta plurium Doctorum , perfunctoriè loquentium , & non discussa materia procedentium , & qui tanquam Oves alias , quæ præcedunt , sine judicio sequuntur , sed qui ex professo articulum dispungunt;* Et ratio adducitur *in Textu in leg.* 5. *§. Sed neque Cod. de Veter. jure enucleand.* ibi . *Neque ex multitudine Authorum, quod melius , & æquius est judicatote , cum possit unius forsan , & deterioris sententia , multos , & majores aliquam* 134 *parte superare* , ibique *Glossa marginalis* ait . *Ponderandæ sunt Sententiæ , non numerandæ* , quam sequitur *Rota in Faventina Successionis* 2. *Julii* 1708. *§. Nec movet coram Aldrovand. & in Salernitana Alimentorum* 11. *Januarii* 1712. *§. Et his coram Eminentiss. Scotto* , impressa *apud Piton. de Controv. Patronor. allegat.* 44. *n.* 59.

Præcipuè , quia numerus Authorum , pro hac parte 135 supra citatorum , usque ad decem , augeri facile posset cum majori otio , quod per spatium annorum quinquaginta , nunquam Nobis Deus fecit in Urbe , non sine maximo præjudicio illius sensus , in quo Anima inhabitat , teste *Plinio* , sequuto à *de la Morte nella Fisica del* 136 *Prencipe cap.* 24. Et tamen etiamsi essent sex , vel septem dumtaxat , adhuc præferendi essent omnibus contrariis , juxta animadversa per *Constant. de Statut. Urb. tom.* 2. *annotat.* 63. *art.* 2. *num* 270. *fol.* 587. ibi . *Itaut , si sex , vel septem Doctores classici , sedulò materia discussa , dicerent , aliquam opinionem esse communem , hæc talis esset , & veniret attendenda , non alia , attestata pro communi à quinquaginta etiam Doctoribus , ex professo ma-* 137 *teriam non tractantibus , sed leviter , & sine ratione illam referentibus* ; Et concordant *Mart. in præfat. ante ejus consil. num.* 43. *& seqq. & Gizzarell. dec.* 7. *sub num.* 78. Et ratio adducitur *à Rot. in dec.* 214. *num.* 10. *part.* 16. *rec.* seqq. verbis : *Cùm Rota non soleat opinionibus Doctorum adhærere propter eorum multitudinem , sed benè propter maturè perpensa legis , ac rationis fundamenta &c. Neque* 138 *ex multitudine Authorum , sed quod meliùs , & æquiùs est judicat , quod passim in ejusmodi Controversiis occurrentibus observasse constat , ut in dec. &c.*

Secundò , quia multi Authores supra citati , inter quos idem *Pontius* , contrariæ opinionis acerrimus Defensor , fuerunt in illa hodie solemniter reprobata opi- 139 nione , quod Papa non possit dispensare in Matrimonio rato Fidelium , ut videre est *in illius lib.* 9. *cap.* 3. *de Matrim.* ubi totus ad probandum , quod Fidelium Matrimonium ratum authoritate Summi Pontificis dissolvi nullatenus possit ; Et quia difficilè respondere poterat notorio illo exemplo dissolutionis Matrimonii rati , quæ fit ex Juris Cannnici dispositione vigore *cap. Ex publico de Convers. Conjugat.* per solemnem professionem in aliqua Religione , à Sede Apostolica approbata , ad eam extremitatem adversus communem sensum Theologorum , & Canonistarum devenit *in cap.* 5. *ejusdem lib.* 9. ut asseruerit , id non provenire à potestate Pontificia , 140 sed ex Christi Privilegio , ut videre est *num.* 4. ibi " Mi- „ hi longè verior videtur , & majestati Religionum „ convenientius , subsequentem professionem ejusmodi „ vim habere ex Christi Privilegio , quem Institutorem Status religiosi fuisse dixi supra .

Dixi *adversus communem Theologorum , & Canonistarum sensum* , ex latè animadversis per *Hurtad. de Matrim. difficultat.* 4. *num.* 19. *& sequentibus* ibi . " Deinde Ma- „ trimonium ratum non dissolvitur per professionem Ju- 141 „ re Divino , quia ab Ascensione Christi Domini nul- „ lum est novum Jus Divinum , & tamen solemnitas „ Votorum introducta est , & inventa ab Ecclesia , ut „ constat ex cap. unico de Voto in sexto , & extravag. „ Ascendente Domino , edita à Gregor. X. & absque „ dubio introducta fuit multo post Ascensionem Christi: „ ergo professio solemnis non dissolvit Matrimonium „ ratum Jure Divino ; quia credi nequit , Christum „ concessisse dictam vim solemnitati Votorum , non- „ dum inventæ , & introductæ ; Quod si Matrimonium „ ratum non dissolvitur per professionem solemnem Ju- 142 „ re naturali ipsius , neque Jure Divino , restat , ut „ per eam dissolvatur jure Ecclesiastico , extraordina- „ ria potestate lato &c.

Ex quibus proinde sequitur , quod *Pontius* , ejusque Sequaces , innixi principio minus vero , & hodie so- 143 lemniter reprobato , contra poni nullatenus mereantur *Navarro* , & *Sanchez* , loquentibus cum principiis , solidè fundatis , tam in Theologia , quàm in Jure Canonico , ex illa communiter recepta conclusione , quod nulla fides præstanda sit illi Doctori , qui loquitur cum fundamento insubsistente , ut observant *Corn. cons.* 111. *num.* 28. *lib.* 1. *Lotter. de Re benef. lib.* 1. *quæst.* 31. *n.* 59. *& Rota coram Emer. jun. dec.* 123. *num.* 8. Et rationem adducit *Gob. consult.* 80. *num.* 70. his verbis ; *Doctorum authoritas in tantum valet , in quantum jura , & rationes,* 144 *in quibus se fundant , veritatis habent fundamentum .*

Prout etiam sequitur , quod corruente authoritate antesignani *Pontii* , corruunt omnes alii supracitati , 145 qui juxta ejus dictum processerunt , egregiè *Card. de Luc. de Pension. disc.* 81. *sub num.* 19. " Dum simpliciter per- „ transeunt cum authoritate Gabrielis &c. Propte- „ rea tunc corruente antesignano , corruunt de conse- „ quenti omnes alii , qui in sola fide ejus authoritatis „ processerunt , juxta nimis congruum , & adaptabile „ exemplum de testibus de auditu ab uno , qui sit om- „ nium Author , & Magister , quoniam isto convicto „ &c. de mala informatione , omnes alii corruunt , „ quamvis essent mille , utpote non plus valentes , „ quàm unus , à quo eorum dictum trahitur , & regu- „ latur , & *D. Piton. disceptat. sexta num. quinto* ibi : „ Omnes procedere cum authoritate ejusdem Parisii „ &c. Unde illo fundatè rejecto , sive conciliato , cor- 146 „ ruere omnes alios ejus Sectatores &c.

Nec

Nec aliquam meretur reflexionem factum illud Sixti V. relatum à *Vasquez*, *Pontio*, *Diana*, *& Pigantello* in locis, citatis supra §. 44. *in fine*.

Quatenus enim illud re vera subsistat, circa quod suum locum veritati relinquimus, pro adequata responsione applicatur id, quod Theologi, & Canonistæ respondent difficultati, quàm aliqui Summi Pontifices habuerant circa dissolutionem Matrimonii rati Fidelium, 148 relati à *Goneto*, eandem potestatem non admittente in Summis Pontificibus, ut videre est *in tertia parte Divi Thomæ dispus. 1. num. 3. & seqq* ibi. *Plures docti, & Pii Pontifices in Matrimonio rato dispensare constanter tenuerunt, ut de Innocentio VII. Adriano VI. & Pio V. refertur, &c.* Quod scilicet, quando Summi Pontifices, ut in dictis casibus, aliquid opinantur, vel facere re-149 cusant, tanquam privati Doctores, non imponunt necessitatem ita faciendi, sed relinquunt opiniones controversas in illo statu, in quo antea erant, ut generaliter determinatur *in cap. Quanto de Divort.* ibi. *Licèt quidam Prædecessor noster sensisse aliter videatur*, ubi *Gonzalez lit. B.* ibi. *Sed tantùm ut Doctores privati id asseruerunt*, & de se ipso declaravit *Innocentius IV. in cap. Per tuas il secondo n. 4. in fine de Simonia* ibi. „ Hic Pa„ pa non faciebat de hoc Canonem, licèt sic arbitrare„ tur, & talis esset opinio sua, quæ non præjudica„ ret aliorum opinionibus; Legitur in ejus Vita, impressa in principio Commentariorum Decretalium ante 150 medium ibi. „ Licèt Innocentius, existens Pontifex, „ composuerit dictum Apparatum, tamen sententia „ ipsius non habet vim Legis, aut Canonis, & obser„ vat *Guarner. de Eccles. militant lib. 2. cap. 22 num. 1.* „ ibi. Notandum est primò, quod Romanus Ponti„ fex quandoque loquitur, ut Doctor privatus; Quando„ que verò, ut Persona publica, seu, ut habens ma„ gisterium Fidei; Quando loquitur, ut Doctor pri-151 „ vatus, non intendit obligare Fideles ad ea credenda; „ Unde requisitus Innocentius, hoc nomine Papa „ IV. an ea, quæ in Jure Canonico scripserat, vellet „ ab omnibus pro Lege, & tanquam firma Decreta te„ neri; Respondit, se minimè id velle, sed liberum „ cuique relinquere judicium, ut pro libito suo quis„ que sentiret.

Ultra quod quis revelavit, quod Summus Pontifex Sixtus V. Pontificiæ authoritatis acerrimus vindex, motus fuerit in dicto casu ad negandam Gratiam ex de-152 fectu ejus potestatis, potiùs quàm ex eo, quod in eodem casu non concurrebant justæ causæ pro obtinenda dispensatione, ut in nostris terminis respondendo simili objecto, circa potestatem Summi Pontificis dispensandi in Matrimonio rato Fidelium, observat egregiè *Corrad. in Prax. Dispens. lib 8, cap. 7. num. 34. vers. Cavendum* ibi. " Cavendum est propterea à quodam Li„ bro manuscripto quorundam Notabilium, qui in ip„ sa Urbe, per manus Curialium circumfertur, in quo „ adnotatum est, Paulum V. similem Matrimonii dis„ solutionem denegasse, etiam ad instantiam Orato„ tis cujusdam magni Principis sub die 27. Junii 1617. „ Ac propterea postmodum à nonnullis ejusdem Ro-153 „ manæ Curiæ primatiis Doctoribus, id in dubium re„ vocatum fuisse; Id enim est omnino falsum, quia, „ licèt Supplicatio desuper porrecta, fuisset rejecta, „ id evenit, non quidem ex potestatis Pontificiæ, sed „ tantummodo causæ sufficientis defectu; Quam qui„ dem Supplicationem sic rejectam vidi in manibus b. „ m. Card. Millini, in cujus calce aderant hæc verba „ *Nihil, quia causa non est sufficiens*.

Circa ultimum dubium, *an consilium præstandum* 154 *sit Sanctissimo D. Nostro pro concessione dictæ Dispensationis*, illius resolutio pendere videtur à facti circumstantiis, mihi prorsus ignotis;

Cæterum pro eadem Gratia, in nostris termi-155 nis benignè concedenda, duæ causæ urgere videntur.

Prima est illa, quæ movit animum SS. Pontificis Pii V. ad dispensandum cum Indis, ad hoc, ut possent remanere cum ultima Uxore, ad Fidem cum ipsis conversa, 156 omnibus aliis prioribus Uxoribus dimissis, hoc est æquè dura, & amara illa necessitas relinquendi amatissimam Conjugem, cum qua unicùm sacrum Baptismum receperunt ibi. *Sed quia durissimum esset separare eos ab Uxoribus, cum quibus ipsi Indi Baptismum receperunt*, ut videre est supra.

Secunda verò est illa, quæ desumitur à consensu Rlchæ, prioris Uxoris Abrahæ, quem consensum nedum pro justa, sed pro pia, & sancta causa approbavit *Navar. d. cons. 3. lib. 3. num. 18. de Convers. Infidel.* ibi. „ 157 „ Ad dub. 3. An subsit in casu proposito justa causa id „ faciendi, Respondetur, quod justa, pia, & sancta „ causa videtur esse in proposito casu faciendi dispen„ sationem, quæ petitur, quia ex narratione, mihi „ facta, una cum consensu prioris Uxoris, videtur „ conflari justa arbitrio boni, & prudentis Viri, cui „ remittitur hoc judicium, sicut & omnium aliorum, „ quæ non sunt determinata à Jure, quod quia satis ma„ nifestum videtur, non est necesse, nec expedit super„ vacuam prolixitatem tenere; " Eandemque causam approbat etiam *Layman in Theolog moral. lib. 5 tract. 10. q.* 158 *2. cap. 3. corollar 3. fol. 869. Versic. Nisi Papa, ipsis volentibus, dispenset*.

Eodem prorsus modo, quo Theologi, & Canonistæ discurrunt de dissolutione matrimonii rati Fidelium, quę longè faciliùs obtineri solet, utroque Conjuge supplicante, quàm uno ex illis dissentiente, juxta modernum 159 singularem casum, ab hac *Sacra Cong decisum in Oriolen. Dispensationis 16. Maii 1711.* de quo *in Tom. 2. meorum Disceptat. Ecclesiast. part. prima discept. 3. à num. 55. usque ad finem*. Et juxta alia duo exempla fa. me. Urbani VIII. Unum ad supplicationem Michaelis Blanci, & Joannæ de Conca Conjugum, teste *Corrad. in Prax. Dispensat. lib 8. cap 7. num 35.* ibi. *Matrimonium hujusmodi sic factum, & non consummatum, stante &c. consensu Partium &c.* Aliud verò Hyacinthi Remus, & Blan-160 cæ Svarez Ulixbonem Diœcesis sub die 13. Aprilis 1637. ibi. *Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut, attento utriusque eorum consensu, dispensationem concedere dignaremur*; Nec non aliud fa. mem. Alexandri VII. cum Babilano Pailavicino, ibi. *Matrimonium de utriusque illorum con-*161 *sensu authoritate nostra Apostolica dirimas*, in cujus casu scripsit *Card. de Luc.* ut videre est *in disc. 9. de Matrim.* ubi *num. 6.* quod ad facilitandam Gratiam ipse insinuavit temperamentum concorditer supplicandi pro illa faciliùs obtinenda. De Jure verò, quod Conjugum consensu Gratiam faciliter, observant *Joannes Andreas in cap. Ex publico de Convers. Conjugat. num. 16.* ibi. *Unde dicit &c. quod consensu utriusque Sponsi potest Papa ex potestate absoluta dissolvere tale Matrimonium, nulla alia causa existente, Fagnan. in cap. Ex parte num. 26. eodem tit,* ibi. *Tertium requisitum supplicatio utriusque Conjugis*, 162 *Corrad in Prax. Dispensat. lib. 8. cap. 7 num. 33.* ibi. *Præsertim de consensu Conjugum, & num. 35.* ibi. *De consensu Conjugum, Sanchez de Matrimon. lib. 2. disp 16. num. 19.* ibi. *Ultima causa est mutuus Conjugum consensus, & Dian. in Oper. coordin. tom. 3. tract. 1. resol. 97. num. 4.* ibi. *Mutuus Conjugum consensus*.

Atque habemus in hac parte celebre Votum Card. Lancellotti, olim hujus Sacræ Congt. Præfecti, per 163 extensum impressum *in tom. 3. part. 2. discept. 21. à num. 61. usque ad num. 85.* ubi *num. 77.* sequendo Cajetano ait. *Et hanc causam sufficientem dicit Cajetanus, cujus authoritas multum me monet, Opusc tom. primo tract. 28. de Matrim. qu. unica, Utrum discordia orta inter Conjuges &c. sit rationabilis causa dispensandi; Crederem quod sic, consensu Conjugum accedente*.

Quarum causarum respectu considerari etiam potest Religionis favor, quia cum majori facilitate Infideles 164 amplectuntur Catholicam Fidem, sperantes ex Pontificia authoritate, & benignitate remanere posse cum secunda amatissima Conjuge, quàm talem Gratiam nullo modo sperantes, ex durissima illa necessitate separationis à secunda Conjuge, cum qua baptismum insimul susceperunt, canonizzata, ut supra, à Sancto Pio V. eandemque causam approbat *Abb. in cap Quanto num 5. de Divort.* ibi. *Induxit hoc etiam in favorem Fidei, ne Infideles tepescerent redire ad Fidem, videntes, se arctari ad continentiam, venientibus secum cohabitare, & Ver-*165 *ricell. de Sacr. Mission. tit. 12. quæst 177. num. 19.* ibi. *Sic enim, ut in Sacris Historiis legimus, sæpè multi ad Fidem spe alicujus Matrimonii adducti sunt*.

Considerando præcipuè dictas causas, simul unitas cum aliis facti circumstantiis, de facili ex parte Orato-

tis

166 ris adducendis, procedendo cum regula. *Singula, quæ non prosunt &c.* de qua in nostris terminis *Dian. in Oper. coordin. Tom.3. tr.1. res.79. a.1a. ibi: Plures causæ aggregatæ sufficerent, quarum singulæ non sufficerent, Anton. à Spirit Sanct. tract.11. disp.2. sect.4. n. 353. in fine* cum aliis, citatis *in Tom.4 meor. D. scept. Eccles discept.5. a.111 p.a.*

Eidem autem Gratiæ nullatenus videtur adversari 167 vulgaris qualitas Oratorum; Sicut enim illa nullum præbuit obstaculum similibus Gratiis dispensationum matrimonii rati inter Fideles, juxta exempla, supra indicata inter quæ æquè punctuale, ac recens est illud SS. D. N. sub die 17. Januarii cadentis anni, non obstante, quod matrimonium ratum Fidelium sit longè insolubilius matrimonio consumato Infidelium; Ita neque in præsenti eadem vulgaris qualitas Oratorum obstare videtur.

Ad quem effectum conferre pariter videtur solitum dictorum Summorum Pontificum S. Pii V. Gregorii 168 XIII. Clementis VIII. & Pauli V. qui, ut supra observavimus, non cum uno, vel altero ex particulari motivo Nobilitatis, vel Dignitatis, sed indifferenter cum omnibus Fidem Catholicam amplecti cupientibus, gratiosissimè in nostris terminis dispensarunt, & meritò, quia agitur de Animabus, pretioso sanguine D.N.J.C. redemptis, quarum respectu, quando agitur de illarum æterna salute, apud Deum non datur Personarum acceptio, juxta dictum *Divi Pauli ad Romanos a. 11.*

Quibus omnibus matura deliberatione pensatis, respectu primi seu 4. dubii meum pro veritate sensum apesiendo, utor verbis illis *Filliuc. Oper moral. tract.10 part.* 169 *1. cap.a. de Indissolubil. matrim. n.39 Sententiæ Navarri, quia favorabilior est potestati Summi Pontificis, & quia ei favet usus, & praxis, cum aliquando talis matrimonia dispensatum fuerit & demum Ego addo, quia validioribus innititur fundamentis, me subscribo.*

Respectu verò Sententiæ *Pontii*, permissum mihi in hac parte sit, uti verbis illis, quæ in simili casu 170 dispensationis Matrimonii rati Fidelium scripta reliquit *Dominicus Soto in 4. Sentent. distinct. 27. q. 1. art. 4. Revera talis opinio, quamvis aliquibus subsistentibus appareat, mihi tamen, ut tenuitatem ingenii mei fatear, nullam probabilitatis effigiem repræsentat.*

Respectu demum secundi, seu quinti dubii, posita ex his Summi Pontificis facultate dispensandi in casu, de quo agitur, aliisque, eidem similibus, res reducitur ad meram Gratiam, quæ à sola Sanctissi-171 mi Domini Nostri voluntate pendet; Quia verò, ut scriptum reliquit *Cassiod. lib. 4. Epist.16. in princ. firmum est judicium illud, cujus tenetur exemplum*, habendo præ oculis exempla illa, de quibus testes sunt *Filliuc. Oper. moral. tract. 10. de Matrimon. quæst. 1. cap. 2. de Indissolubil. Matrim. num. 39 fol. 221. & Verricell. de Sacr. Mission. tit. 12. de Matrimon quæst. 177. num. 18. fol. 113.* Nec non alia dictorum quatuor Summorum Pontificum S. Pii V. Gregorii XIII. Clementis VIII. & Pauli V. *de quibus supra §. 58. & seqq.* eadem Gratia spectari potest à notoria pietate, & nunquam 172 satis laudata clementia SS. D. N. ex iis, quæ commendando Summorum Pontificum solitum, & praxim, observat *Corrad. in Praxi dispens. lib.9. cap.a. num. 9. & seqq.* his verbis.

„ Aliæ sunt materiæ, quæ propter earum raritatem non ita passim admittuntur, aut Gratiæ super „ eis conceduntur, circa quas propterea Summus „ Pontifex quærit an similis Gratia fuerit per ali-173 „ quem suum Prædecessorem alicui concessa, & „ tunc, licèt non adstringatur ad judicandum exem„ plis, juxta Textum &c. Nec respicere quid actum „ sit, sed tantùm quid agere debeat, Menoch. &c. „ Eòque magis cùm Summus Pontifex sit omnia, „ & super omnia, Paris &c. Nihilominus in his „ Gratiis, quæ fortè non videntur de facili conce„ dendæ, semper ex decentia quærit se conformare „ usui, ac sequi vestigia suorum Prædecessorum &c. „ Unde si petatur à Papa Gratia, quæ apparet in„ solita concedi, & allegetur exemplum alterius si„ milis Gratiæ, concessæ, sive ab ipso, sive ab ali-174 „ quo ex suis Prædecessoribus, mandat perquiri Re„ gistrum supplicationum, seu Bullarum &c. Quod si „ alia similis Gratia reperiatur concessa, faciliorem „ se reddit ad consimilem concedendam, & concordant alii, citati *in Tom.4. qu.a. discept.a. n. 5. & seqq.*

Præcipuè, quia eadem exempla sunt in casibus longè fortioribus, & circumstantiis durioribus, attenta illorum universalitate, & generalitate, dum respiciunt integras Provincias, multa Regna, totumque no-175 vum Orbem; Nec non præ oculis habendo rationem illam in proemio eorundem exemplorum adductam, quod *Connubia inter Infideles contracta, licèt vera sint connubia, non tamen adeo rata censeatur, ut necessitate suadente dissolvi non possint*: Quæ sola verba procedentia ad ore Summi Pontificis, omnem penitus, penitusque difficultatem in hac parte tollunt, juxta magistralem *Gloss in clemen. primo verb. Censemus de Probation. numer. sexto ibi: Censemus, quasi judicamus, sententiamus, statuimus, jubemus, deliberamus, existimamus, hæc omnia sonat hoc verbum Censemus*, cum aliis, adductis *in Tom. quiato meor. discept. Ecclesiast. part. prima discept. octava. num. 73. & sequentib.*

Dum hæc imprimuntur causa pendet indecisa.

DISCEPTATIO XXXIII.

Bambergen. Remissionis Causæ.

PRO

Canonico Adamo Triebel

CUM

Joanne Josepho Lobenhoffer

ARGUMENTUM.

Resoluta causa ab una ex Sacris Congregationibus, prævia illius remissione à Summo Pontifice obtenta non potest, neque debet concedi Rotæ Votum, quod Sacræ Congregationes sequi non tenentur.

PEr obitum Canonici Joannis Gasparis Lobenhoffer; secutum die 17. Februarii 1725. vacato illius Canonicatu in Imperiali, & Collegiata Ecclesia S. Stephani Bambergæ, ejus collatio vigore Immemorabilis consuetudinis, in eadem Ecclesia vigentis, spectabat 1 Adamo Triebel, uti Canonico Turnario, qui non potuit suo Jure uti, propter oppositionem Joannis Josephi Lobenhoffer, germani Fratris defuncti Canonici, prætendentis eundem Canonicatum sibi fuisse resignatum ab ejus germano Fratre, admissa, atque acceptata resignatione in Curia Episcopi Bambergen.

Quia verò ex una parte agebatur de simplici facultate nominandi, pro una vice dumtaxat respectu ejusdem Turnarii, ex alia verò Lis erat inter Personas Ecclesiasticas, inter quas Lites quantum fieri potest evitari debent, vel saltem celeriter terminandæ sunt, juxta 2 dictum *D. Paul. Apostol. ad Timoth. nu.24.* & juxta utriusque Juris censuram *in cap. unica de Syndic.* ibi: *Expedit enim à strepitu earum Servos Dei esse quietos, & in Auth. Apud quos oportet caus. dicer.* ibi. *Sed etiam accelerari Lites sancimus, ut non mens eorum occupetur circa Litis sollicitudinem, sed velocius liberati, sacris operibus obsecundent*, cum aliis apud *Urceol de Transact. in Proem. a 22.* ubi 3 ad nostrum effectum notanda affert verba illa, quæ quotidiè in ore Ecclesiasticorum resonant. *Extingue flammas Litium, Ne Litis horror insonet, Dissolve Litis vincula &c.* & concordat *Rot. dec.33. n. a. cor. Priol & dec 305. num. 1. par. 18. recent.* ad evitandas expensas illas, quæ Litibus, in Urbe præsertim agitandi per tres conformes, necessario annexæ sunt, experientia teste, & id observante *Ansald. in addit. ad dec. 37. num. 57.* ibi: *Cum sequela illarum expensarum, quibus Lites abunde scatent,* 4 *& Rot. in dec. 325. num. 11. part. 14.* ibi: *Cùm omnibus pateat, Lites in Urbe non sine magno dispendio agitari, & dec 507. num a. par. 18* ibi. *Quia Lites non sunt sine impensa, ut experientia docet miseros Litigantes, & dec 479. num. 17. par. 19. recent.* ibi: *Recessus à Litibus, quæ in Urbe non fine magno dispendio agitantur & in Anconitana* 5 *Successionis 27. Febr. 172a. §. Et si aliquid cor. Caleagnino,* ubi

nbi refert vulgatum illud: *Et finem impensæ noa servat prodiga Roma*.

Hinc d. Canonicus Triebel sequentes preces SS. porrexit usque ad mense Aprilis 1726.

Beatissimo Padre: *A nome di Adamo Triebel Canonico* 6 *dell'Imperiale, e Collegiata Chiesa di S. Stefano di Bamberga, si rappresenta umilmente alla S.V. essere vacato in d. Collegiata li 17 Febraro prossimo passato 1725. un Canonicato per la morte del Canonico Gio: Gaspare Lobeahoffer, in tempo, che l'Oratore era Canonico Turnario, e conseguentemente come tale spettava al medemo il conferirlo.*

Ma perche si pretende esser stato d. Canoaicato rinunciato pochi giorni prima ad un Fratello del d.; defonto Canoaico Gaspare Lobenhoffer, con molte evidenti aullità, e contro 7 *la chiara Costituzione 58. di S. Pio V. e la Costituzione 85. della fa. me. di Gregorio XIII nel Bollario aoovo Tom. 2. come si sarà costare concludentemente avanti quel Giudice, che la S. V. si degnarà deputare.*

Supplica perciò umilmente la S. V. il medemo Oratore rimetterne la cognizione alla Sag. Congreg. del Concilio, ad effetto di termiaarsi la Controversia sudetta con celerità, 8 *trattandosi trà Persone Ecclesiastiche, a teaore di quanto si dispone nell'Auteatic. Apud quos oportet causas dicere, dove se ne adduce la seguente ragione. Ut non mens torum occupetur circa Litis sollicitudinem, sed velociter liberati, sacris operibus obsecundent, e at leap. unico in fin. de Syndic.*

Exauditæ fuerunt eædem preces à quo die 9. ejusdem 9 mensis Aprilis Causa remissa fuit ad Congr. Concilii cum sequenti Rescripto: *Alla Congregazione del Concilio*, à qua die 23. Junii ejusdem anni de more scriptum fuit Episcopo Bambergen pro informatione.

Procurata hæc fuit in Partibus à d. Lobenhoffer, & ab eodem in Secretaria exhibita, summoq; silentio eodem 10 tempore institum fuit pro Causæ propositione in Congr. habita die prima Septembris 1725. in qua idem Lobenhoffer suas Scripturas distribuit, illasque huic Parti non solùm non communicavit, sed nec etiam intimavit Causæ propositionem.

Cæterùm eadem Sac. Congreg. solita attentione, & 11 commendabili circumspectione procedendo, rescripsit: *Proponatur Causa citata Parte*; In cujus Rescripti executionem pro parte Triebel compositæ, & impressæ fuerunt Scripturæ, absque ulla formalitate dubiorum.

Volentes autem attentissimi Defensores Lobenhoffer procedere mediante dubiorum subscriptione, Nobis transmiserunt tria sequentia dubia.

I *An, & ad quem spectet Jus conferendi Canonicatum* 12 *Collegiatæ Ecclesiæ S. Stephani Bambergen in casu &c. & quatenus spectet ad Eminentiss. Ordinarium*.

II. *An collatio dicti Canonicatus, per ipsum facta favo-* 13 *re Jo: Josephi Lobenhoffer, sit valida, & quatenus negativè*.

III. *An Provisio Apostolica dicti Canonicatus favore ejus-* 14 *dem Jo: Josephi Lobenhoffer sustineatur, in casu &c.* mediante citatione ad comparendum coram Secretario ejusdem Cong. & concordandum de dubiis, aliàs viden- 15 dum subscribi prædicta tria dubia, & ab eodem Lobenhoffer composita, prout subscripta fuerunt, absque ulla oppositione hujus Partis, ex quo dedimus manus, ut idem Lobenhoffer in eadem Cong. disputaret dubia, si bi bene visa, prout hæc omnia notoria sunt eidem Secretario d. Congr. Concilii; qui illa subscripsit ad preces, & instantias contrariorum Defensorum.

PrævIis deinde multis Intimationibus proposita tan- 16 dem fuit Causa in Congregatione, habita die 28. Septembris 1726. & eodem Lobenhoffer acriter informante, tam in voce, quàm in Scriptis, eàdem dubia resoluta fuerunt, ut infra

17 Ad primum: *Spectare ad Turnarium*.

18 Ad secundum: *Provisum in primo*.

19 Ad tertium: *Negativè*.

Cum sequenti addito: *Et Causa ampliùs non proponatur*, quod operatur ejusdem Causæ terminationem, ex quo idem rescribendi modus æquipollet Rei Judicatæ in 20 aliis Tribunalibus, ut observat *Rota in Tarentina Canonicatus 11. Decembris 1716. § Unde restricta coram Foscaro*, ibi: *Ex dicta declaratione Sac. Cong. Conc. exorta dicitur Res Judicata, quam nunquam licet in controversiam revocare &c.*

In hoc rerum statu, & circumstantiis Causæ, terminatæ per Rem Judicatam adeo Excelsi Tribunalis, Sacrosanctique Senatus, prætendit Lobenhoffer præsentem Causam, ac si res esset integra, decidendam esse cum 21 Voto Rotæ; Sed contraria instantia videtur rejicienda, prout in terminis alterius Causæ, resolutæ à Cong. Concilii, adversus quam petebatur Votum Rotæ observat 22 *Fattaell. respoas. 73. aum. 7. tom. 1.* ibi: *Ideo cùm Causa sit finita, instauranda non est; Expedit enim Lites citò terminari, aon ad immortalitatem enutriri*.

Nec subsistit contraria prætensio, quod præsens Causa tanquam Beneficialis, spectet ad Rotam; Ultra quod 23 enim hodiè non sumus in illius principio, dum post remissionem SS. ad dictam Cong. Concilii, ab ista terminata fuit, ex supra animadversis.

Respondemus, quod ex sola lectura Scripturarum, hinc inde exhibitarum in d. Cong. Conc. clarè patet, præsentis Causę punctum principaliter in eo residere, an sub- 24 stineatur Resignatio, seu Renunciatio Canonicatus, à Canonico Joanne Gaspare Lobenhoffer facta ad favorem Joannis Josephi Lobenhoffer, ejus germani Fratris, absque eo quod Resignans tempore d. Resignationis haberet unde commodè vivere posset, idque adversus cubitalem *Constit 58. S Pii V. in Bull 9 tom 1 § 3* id prohibentis; Necnon adversus æquè claram dispositionem *Sac. Concil. Trid in sess 21. de Reform. cap 2.* ubi disponitur, quod *Be-* 25 *neficiatus Beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quòd ad illius Beneficii titulum sit promotus; Neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commo-* 26 *dè possit, & aliter facta Resignatio nulla sit*; Quorum neutrum adimpletum fuisse docet Lobenhoffer, & propterea eadem Resignatio, seu Renunciatio Canonicatus nullo colore substineri potest, prout, inhærendo ejusdem Sac. Conc. Trid. literali dispositioni, illam in secundo dubio nullam declaravit Cong. ejusdem Conc. interpres.

Hoc autem posito, remanet manifestum, Nos versari in terminis materiæ conciliatis, verèque, & propriè spectantis eidem Cong Conc. juxta disposita *in Constit. 74.* 27 *§. 1 Sixti V in Bullar. nov. tom. 2. Cong. 8.* ibi: *Cardiaalibus verò Præfectis interpretationi, & exequutioni Conc. Trid. &c. & Ecclesiasticis judiciis, aliisque hujusmodi statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserit, interpretandi facultatem* 28 *&c. impertimur*; & consequenter propriè spectare ad eandem Cong. Interpretem ejusdem Sac. Conc. Trid. ex adductis per *Fatinell. respons. 73. n 10. tom. 1.* ibi. *Ea propter Juri consonum noa videtur has declarationes Rotæ placitis subjicere, cum imo Congr. Rotæ inhibeant, ne in materiis, ad eas spectantibus, manus apponat*; & concordant *Fagn. in cap Quoniam aum. 39. de Constit.* Atque habemus in hac parte celebrem resolutionem Signaturæ Sanctissimi *in Januen. 11. Septembris 1714* in qua ego scripsi, & obtinui 29 rejectionem similis instantiæ, ut videre est *in tom. 1. par. 1 discept. 6 per tot.*

Transeunt hæc in evidentiam quatuor præ oculis habendo.

Primò scilicet considerando dictum literale Rescriptum 30 Sanctissimi quo mediante, auditis Causæ meritis, eidem clarè expositis in d. supplici Libello, de quo supra illam remisit eidem Cong. Concilii; Nisi enim in Urbe velit in controversiam adduci maxima Summi Pontificis authoritas, dicendum utique est, quod non possumus sub Sole ponderosiorem, efficacioremque adducere authori- 31 tatem, ad ostendendum, quod præsens Causa in d Cong. Conc. in qua à Summo Pontifice remissa fuit, decidi, & terminari debeat, juxta animadversa per *Gruther. de Arte benè desider. resol. 15. § 9. num 177 & Card. de Luc. de Benefic. disc 89. sub num. 20* & firmata per *Rot. in Legioaen. Parochialis 11. Novembris 1693. § Non obstaate coram* 32 *Pio*, ibi: *Quando enim allegatur Summi Pontificis authoritas fat non est &c. à Summorum Poatificum Sententiis, qui sunt Legum Conditores, imò Juris fontes, longè aberrare, eidemque adversari &c.*

Secundò præoculis habendo explicitum, innegabilem, & millies repetitum consensum Lobenhoffer, ut Causa in eadem Cong. Concilii decideretur, & terminaretur, 33 dum ipsemet in Partibus procuravit Relationem Ordinarii, illamque transmisit ad Urbem, illius verò Defensores in voce, & in scriptis informando procurarunt obtinere favorabilem resolutionem, priùs adversùs laudabile solitum, & praxim omnium Tribunalium Urbis, & Orbis hac Parte nullatenus audita, vel intimata; Secundò prævIis multis citationibus ad concordandum

de

de dubiis, instando pro subscriptione dubiorum, sibi benevisorum; & tertiò plenissimè informantes in voce, & & in scriptis in Congreg. habita die 28. Septemb. 1726. insistendo pro favorabili dd. dubiorum resolutione; Ex quibus applicari videtur dispositiu *Text. in leg. Generaliter Cod. De non numerata pecunia*, ibj -- *Nimis enim indignum esse judicamus, quod sua quisq; voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, Testimonioq; proprio resistere*: Necnon spectabilis authoritas *Cassiod lib. 5. epist. 21.* ibi -- *Pondus est pudoris gravissimi propria voce convinci*; & demum adversùs ea, quæ in simili casu firmavit Rota, ut videre est *in dec. 158. n. 11. par 8. rec.* ibi -- *Non convenit bono Viro, ut quod semel dixit, postea revocet, & in Romana Matrimonii 7 Martii 1721. §. Fundamento cor. Rovault de Gamaches*, ibi - *Nimis asperum videretur, si ad instantiam ejusdem Dominici exaudiretur modò exceptio proposita super domicilio, per illum admissa, contra Text. in cap. Quod semel de Regul Jur. in 6.*

Enixis precibus supplicantes hic observare, quod hujusmodi consensus Defensorum in Urbe, correspondet alteri, à Lobenhoffer præstito in Partibus, dum ipsemet procuravit Relationem Episcopi Bambergen. illamque transmisit dictis ejus Defensoribus, à quibus exhibita fuit in Secretaria, & ab eodem forsan fuit eis insinuatum, ut illam clam exhiberent, & Thiebel non audito, neq; intimato, procurarent favorabilem resolutionem; Itaut, non solùm de facto, sed neq; etiam de mero possibili dari possit magis clarus, magisque expressus consensus in eadem Cong. Concilii.

Tertiò advertendo, quòd præsens Causa solita maturitate decisa fuit ab illo Tribunali, quod procedere solet, Causaque decidere, juxta regulas Juris, ut in omni Folio, omniq; Congregatione cubitalibus istis literis se declarat: *Proponentur infrascripta dubia, juxta stylum ejusdem Sac. Congregationis de Jure resolvenda*; Quibus attentis nimis exorbitans videtur contraria prætensio, ut postquam præsens Causa ad tramites Juris ab eodem maximo Tribunali decisa fuit, mediantibus quindecim favorabilibus uniformibus Votis; ad aliud Tribunal, compositum à minori numero Votantium, de Jure decidenda remittatur.

Tum quia de unoquoq; ex dd. Votis verificatur id, quod *de Suarez* scriptum reliquit *P. Segneri nella Pred 49. n 4.* his verbis -- *Il di cui Voto equivale a quello di una intiera Università*.

Tum etiam, quia explicari vix potest efficacia, & vix dd. 15. Votorum, insimul consideratorum; *Integrum enim est* (sunt verba *Gloss. in cap Prudentiam verb Plurimorum de Offic. Deleg*) *judicium illud, quod plurimorum sententiis confirmatur. Et facilius invenitur, quod à pluribus quæritur*, sunt verba alterius *Gloss. in cap. De quibus verb. Plurib. distinct. 20. Atq; per ampliores homines perfectissima veritas revelatur*, ut scripsit *Imperator Justinianus Joanni Præfecto Prætorio*, & recognosci potest *in leg. Quæstionem 32. post med. Cod de Fideic.* cum aliis apud *Perez in Cod. tit. 65. n. 4. lib. 10 Pignatel. consul. 54. n. 12. lib. 10. & Rota dec. 344. n. 2. cor. Mantic.*

Quartò demum ponderando, quòd præsens Causa de Partium consensu ab eadem Sac. Congreg. nedum resoluta, ut supra fuit, sed penitùs terminata, cum d. addito, *ut Causa ampliùs non proponatur*, quod ex supra animadversis æquiparatur Rei judicatæ.

Procedendo autem cum contraria prætensione, istud æquè monstruosum, ac verè intolerabile sequeretur absurdum, & palpabile inconveniens, quod adversùs egregiè firmata per *Rotam in Romana, seu Mexicana Depositi 27. April. 1705. §. Hæc quoad expensas cor Ansald.* esse permissum Lobenhoffer *stare a Cavallo al fosso*, eo quia, si resolutio ejusdem Congreg. fuisset eidem favorabilis, summa pace illam acceptando, Causa esset terminata, & per omnia sæcula sæculorum finita; Cùm autem fundatissima resolutio ejusdem Congreg. fuerit opposita petitioni ejusdem Lobenhoffer, prætendit iste, & quidem non sine maxima exorbitantia, ut æquè fundatus, ac juridicus sensus 15. S.R.E. Cardinalium, qui Causam deciderunt, habeatur pro nihilo, & eadem Causa, tam in suspensivo, quàm in devolutivo ex integro decidatur cum Voto Rotæ.

Crescitque exorbitantia contrariæ prætensionis, observando quod eadem Congreg. non tenetur procedere cum Voto, vel de Voto Rotæ, juxta innumeros casus, qui cum majori otio emulari possunt, & in Curia notorii sunt, & aliqui referuntur *in to. 1 par. 1. discept. 7. per tot.*

Imo idem Tribunal pluries protestatum fuit, reverenter suscipere, & paratæ exequutioni demandare resolutiones Sac. Congregationum, ut recognosci potest *ex decis. 694. n. 2. cor. Card. Capeara*, ibi -- *Decreta &c. Rota semper reverenter suscipit, & observat, & in Tarentina Canonicatus 11. Decemb. 1716. §. Unde restricta cor. Fostaro*, ibi -- *Nostrum Tribunal solet reverenter excipere Resolutiones Sac. Congregationum, ut profitetur &c. -- & in Romana Matrim. 3. Junii 1719. §. Hinc descendendo cor. Corio*, ibi -- *Resolutæ Sac. Cong. Concilii &c. quæ vim legis obtinere dicuntur, & ab omnibus Tribunalibus reverenter excipiuntur, ut continuò profitetur Rota &c. & 7. Martii 1721. §. Transeundo coram Rovault de Gamaches.*

Toto spiritu supplicantes hic observare, quòd si d. Congreg. non tenetur procedere cum, vel de Voto Rotæ quando suam sententiam, suumque sensum non adhuc propalavit, juxta authoritates, supra citatas, & innumeros casus, à me indicatos *in tom. 1 par. 1. discep. 7. per tot.* Multò minùs in præsenti, in quo, Causa maturè perpensa, suum aperuit sensum, regulatum à Juris principiis; Esset enim nimis asperum prætendere, ut d. Sacros. Senatus contra proprium judicium, Partibus acriter informantibus propalatum, judicare deberet oppositum, ex eo motivo, quod alter inferior Judex, & cujus Judicium sequi non tenetur, diversæ esset opinionis, ut Consideranti patet, & ad rem observant egregiè *Bim. cons 105. n. 13. & seqq. lib. 2.* quem refert, & sequitur æquè ductus, ac in Tribunalibus Urbis in judicando exercitatus *Constant. ad Stat. Urb to. 1. annot. 10. n. 20.* loquens in terminis durioribus unius ex pluribus Judicibus, qui si fuit diversæ opinionis in conflictu majoris partis Judicantium, valida quidem erit resolutio, à d. majori parte capta, suumque effectum habere debet; sed ipse contra propriam conscientiam non tenetur se subjicere resolutioni contra proprium sensum captæ; Multò igitur minùs in casu nostro prætendi potest, ut magnus numerus 15. Judicantium, qui uniformi sententia censuerunt, nullum Jus competere Lobenhoffer in controverso Canonicatu, teneantur contra proprium judicium, & conscientiam procedere cum sensu minoris numeri inferiorum Judicum.

Quibus positis, de se patet, quod magnus contrarius conatus non ad aliud tendit, quàm ad defaticandum Triebel, ipsumque opprimendum inutilibus expensis, non pro aliquo Jure, perpetuo sibi, suique Domui, & Cognationi competente, minùsq; tractum successivum habente, vel magnam utilitatem de presenti afferente, sed pro simplici, & unica dumtaxat nominatione ad Canonicatum vacantem tempore, quo per accidens reperiebatur Canonicus Turnarius, ut ad nostrum præcisum effectum egregiè observat *Fattinell. resp. 73. in fin. to. 1.* ubi quod cùm Sacra Cong. non teneatur sequi Votum Rotæ per istius petitionem *frustantur Litigatorum labor, & sumptus, remanente æmulatione inter Jurisdictionum Culmina.*

Die 18. Decemb. 1726. Illustriss. & Reverendiss. D. Archiepiscopus Philippensis, SS.D.N. Auditor, in acerrimo Partium Contradictorio, *Prævia repositione à quocumque Decreto præjudiciali, remisit Causam ad Sac. Congregationem Concilii, & ampliùs, Procuratore exadversò præsente.*

Finis Partis I. Tomi VI.

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

ADVOCATI

DOMINICI URSAYÆ.

Tomus Sextus.

PARS SECUNDA.

DISCEPTATIO PRIMA.

Albanen. prætensi Matrimonii

Suppressis nominibus

ARGUMENTUM.

Matrimonium, contractum coram Sacerdote, qui non habet specialem licentiam, quando dicatur nullum. Dicitur nullum, quando non probatur consensus contextualiter coram Parocho, & duobus saltem Testibus. Vel quando consensus Mulieris probatur extortus malis artibus, & machinationibus Viri.

1 Contracto, seu verius attentato Matrimonio in Civitate Albani inter N. N. nubilem Puellam orphanam annorum 13. & N. N. Clericum Beneficiatum, ad instantiam Patrui, & Avunculæ dictæ Mulieris, habito recursu ad Clementem XI. inspectio validitatis ejusdem, remissa fuit ad Curiam Cardinalis Vicarii Urbis; Circa quam scripsi, & obtinui declarationem illius nullitatis, omissa aliis Defensoribus Inspectione criminali ex illo motivo, quod his verbis indicavi in epistola ad Lectorem earum *Instit. crim. Neque ab ulla exercitatione magis animus noster, & Professio, quàm à Causis criminalibus, sit aliena.*

2 Ad probandam nullitatem d. Matrimonii, dicebam de illa constare ex triplici capite. Ex defectu scilicet præsentiæ proprii Parochi. Ex defectu probationis Matrimonii; Et ex defectu liberi consensus Sponsæ.

3 Quoad primum circa potestatem Cappellani Ecclesiæ Cathedralis, coram quo prætenditur hoc Matrimonium fuisse contractum, cùm ex dispositione *Sacr. Concilii Tridentini sess. 24. de Reformat. Matrim. cap. 1.*; Matrimonium, ut sit validum, contrahi debeat præsente proprio Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia; Summus extra omne dubium, quia dicta licentia non ostenditur, & uti quid facti non præsumitur, sed debet probari, ut omissis generalibus 4 de quibus *Rota dec. 713. num. 7. coram Dunoz. jun. & dec. 254. num. 12. par. 18. rec.* in nostris terminis ait *Zypeus Jur. Pontif. lib. 4. de Spons. & Matrim. num. 13.* Requiritur autem, ut ei saltem fuisset concessa licentia generalis administrandi omnia Sacramenta sine ulla restrictiva, ut notant *Spada cons. 87. num. 7. & seqq. tom. 3. Card. de Luca de Matrim. disc. 4. num. 14. Rota coram Dunoz. Sen. decis. 308. & coram Emerix decis. 437.*, utrobique *num. 8. & 9.* Quæ licentia generalis hic omninò deficit, attenta fide Cancellarii Episcopalis, quod nullibi reperiatur descripta ejus deputatio in Vice-Curatum. 5

In nihilo relevante Licentia Vicarii, quia licèt Ordinarius pro assistentia Matrimonii possit dare licentiam alteri Sacerdoti ex *cit. Tridentino*; Hìc tamen non apparet, quod fuerit concessa dicto Cappellano, sed fuit 6 directa tantùm J. B. Archipresbytero, & ideò ad alium extendi non potest, ut benè prosequitur *Spada dicto cons. 87. num. 17. & seqq.* subdens *num. 21. & 22.* quod nec esset attendenda contraria declaratio ejusdem Vicarii, tanquam facta contra formam verborum in præjudicium Tertii.

Undè perperam dictus Cappellanus describit celebrationem Matrimonii *de licentia Vicarii Generalis, & Archipresbyteri*; Sicuti enim suffragatur illa Vicarii, ita minùs illa Archipresbyteri, quia hìc erat absens, & de- 7 ponit, se nullatenùs fuisse conscium talis Matrimonii; Imò ait. *Che perciò ne restai ammirato*; Tantò magis, quia cætera Matrimonia coram dicto Cappellano celebrata apparent omnia celebrata cum expressa Licentia Archipresbyteri, vel in istius absentia fuerunt illi directæ particulares licentiæ, ut probatur in Summario.

8 Verùm per modum falsæ hypothesis supposita etiam potestate Cappellani, intrat secunda inspectio circa probationem, quæ, cùm non agatur de Matrimonio incidenter ad effectum legitimæ successionis, quo casu admittuntur leviores probationes ex adductis in *decis. 367. num. 15. p. 8. rec. & in Cajetana Matrimonii 28. Junii 1683.*

§. Tum etiam coram Card. Matthæjo, sed principaliter 9 dubitetur de illius fœdere, inducente perpetuam servitutem, requiritur plena, & concludens, *Rota coram Bur. decis. 634. num. 1. & coram Cerro decis. 761. num. 1. & 2.* & optimè *Adden. ad Decian. cons. 162 lit. A.*, ibi. *Hinc merito irridenda, imò execranda illorum superstitio præpostera, qui ex qua probatione non judicarent esse legitimam venditionem Equæ, vel Levidensæ, tamen judicarent Matrimonium, non solùm inæquale, sed funestum, perpetuamque personæ alienationem, & servitutem &c.*

Talis autem non est probatio in præsenti; Quia omnes Personæ, quæ fuerunt adhibitæ in actu prætensi Matrimonii, nempè Cappellanus, Famula, & Famulus, M. & T. deponentes de apparenti consensu F. 10 prætensæ Sponsæ, sunt valde suspectæ, adeoque nullum gradum probationis constituunt, ut in puncto tradit *Rota coram Buratt. dicta decis. 634. num. sexto, §. Ultrà quod*, & notant etiam *Gratian. discept. 849. Ciarlin. controv. 131. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 41. num. 5. §. Quod si dicas, Card. de Luca eodem Tract. discurs. sexto num. 18. & 19.*

Depositio enim P. asserentis contraxisse per verba de præsenti cum dicta F. nihil relevat, cum tanquam Principalis, & Author doli nullam fidem faciat; Ma-11 ximè quia F. eadem negat tale Matrimonium, ut per hæc verba notat *Gratian. dicta disceptat. 849. num. primo & secundo*, & advertunt Canonistæ *in cap. 1. de Clandest. desponsat.*

Non obstat depositio Cappellani ass. Vice-Parochi, nam licèt aliàs Parochi, Testi qualificato solant deferri quoad contractum Matrimonii, tamen stantibus 11 circumstantiis fraudis adhibitæ, vacillationis, malæ famæ, & aliis, nulla fides est ei adhibenda, ut prosequitur *idem Gratian. dicto cap. 849. num. 10.* & concordant *Dicastill. de Matrim tract. 10. dub. 19. n. 154. Rota* 12 *in Cajetana Matrimonii 20. Junii 1687. §. Non demum, coram Rondinino*, & meliùs *coram Buratt. d. decis. 634. num. octavo*. Subdens, maximè procedere deficiente præsentia, & consensu Parentum, vel Consanguineorum, qui etiam ex alio capite erat hic necessariò ex-13 quirendus à Parocho, vigore scilicèt expressæ dispositionis *Synodi Albanen. sess. prima cap. ult. de Matrimon.*; Præsertim cum ejusdem Parochi dolus clarè resultet, tam ex assistentia, præstita asserto Matrimonio ante ortum solis, quàm ex defectu præcedentis explorationis Puellæ contra præscriptum *dictæ Synodalis Constitutionis*, de qua plenam scientiam fatetur se habuisse ibi. *Sapevo, che prima d'ogni cosa disponeva il Sinodo di esplorare la volontà &c.*; Et tamen, his omnibus spretis, dictus Cappellanus assistentiam præstitit, & quod est magis mirandum, non obstante dubio positivo, per ipsum concepto, liberæ voluntatis Puellæ, 14 & vehementi suspicione fraudis, & deceptionis, ex clandestino modo operandi, & dissensu ejusdem Puellæ, ut ipsemet fatetur in ejus judiciali depositione: Quo casu tenebatur omninò desistere, non autem authorizare contractum, tali suspicione laborantem, ut in puncto docet *Majol de Irregularit. lib. tertio cap. vigesimoquinto, §. Error num 18.*

Nec ad excusandam prædictam dolosam omissio-15 nem suffragari valet dicto Cappellano licentia Vicarii, cùm ista fuerit obtenta ad diversum effectum, nempè pro sola dispensatione denunciationum, & assistentiæ in Domo privata, quamvis irrationabiliter, & fraudulenter extorta.

Minùs obstat depositio trium Testium, nempè M. Famulæ, J. Famuli, & M. Tùm quia fuerunt Socii criminis, seù complices fraudis, adeoque stante participatione criminis, & affectiones ad Matrimonium, 16 non sunt Testes idonei, ut in terminis probant *Decian. cons. 133. num. quarto, §. Secundò principaliter, Jo: Maria Bucell. inter cons. Matrim div. cons. 70. num. 14. & seqq. Gratian. dicto cap. 849. num 15. & seq. Ciarlin. dicta controvers. 131. num. 38. §. Imò magis, & Card. de Luc. de Matrim. disc. 2. n. 8. in fine.*

Tùm etiam quia tàm dd. Testes, quàm Cappellanus, & P. sunt in pluribus discordes, varii, imò contrarii, etiam in substantialibus ratione contractus, ratione loci, ratione temporis, & ex aliis, adeoque nullam fidem faciunt, ut in fortioribus terminis, solius discordiæ in formalitate verborum, licèt in sensu concordarent, in puncto notant *Ciarlin. dicta controv. 131. num.* 17 *38. cit. Jacob. Leonissa cons. quadragesimonono num. 37. & seqq. inter cons. Matrim. divers. volum. 1. Bucellus consil. 70. num. vigesimoquinto & seq. in eodem volum. Theodoric. Reisacherus cons. 7. num. 42. §. Non obstant dicta Testium, & num. 43. §. Nam unus uno modo, inter cons. Matrim. divers. I.C. Germanor. Rota in Romana Matrimonii 24. Februarii 1668. §. Duo verò in fin. cor. Carpineo.*

Et signanter Famula, & Famulus, sunt viles homunciones, malæ conditionis, & famæ, aliàs processati, mediatores fraudis, & ambo fuerunt corrupti, & subornati à P. & quidem cum pluribus donis, & promissionibus, quæ leguntur in Summario, imò dictus famulus fuit captus cum pallio proprio ejusdem P. & sic nil mirum, quod Matrimonium opportunè importunè affectarint, ac etiam nunc ad exonerationem proprii reatus in parte affectent. Uno verbo fuerunt illi, qui non solum pars magna fuerunt; sed fecerunt omnes partes in scena, ut constat ex Summario, & ad propositum adimendi fidem apparenti consensui prætensæ Sponsæ, egregiè ponderat *Card. de Luc de Matrim. disc 6. n. 19.*

Prout etiam dictus M. alter Testis, cùm & ipse sit particeps fraudis, & ex composito ad istum effectum probandi tale Matrimonium fraudulentum, & dolo-18 sum fuerit conductus per P. ut elicitur ex tota ejus depositione, & fede facti; nullam fidem facit, *Gratian.* 19 *dict. discept. 849. num. decimoquinto Rota coram Buratt. decis. 634. num. 9. in fine.* Constat enim P. huic Testi suum confidisse secretum, cum ipso omnia communicasse, semperque præsentem, ac promptum ad sui requisitionem habuisse, præsertim in emptione anuli apud Mercatorem, in illius donatione (de qua infra) sequuta in Coquina, præsentibus etiam dd. famulis, in examine status liberi dictæ Puellæ (ipsa tamen inscia), & in actu prætensi Matrimonii, atque in aliis contingentiis, ac si fuisset cum eodem P. fidus Achates, & indivisibilis Socius, prout reverà fuit in participatione hujus dolosæ machinationis.

Nec ullum prorsus fundamentum fieri potest super Epistola F. directa ejus Avunculo, in qua continetur apostilla quædam declarans, quod interrogata à Cappellano super Matrimonio responderit *di sì*: Quia talis Epistola subdolè procurata fuit per P. & ad ejus manus perventa, opera cujusdam mulieris subornatæ ab eodem P. tempore quo illam secum duxerat ab Urbe, & in specie 20 dicta apostilla fuit addita, non quidem de voluntate ipsius Puellæ, sed ad instigationem ejusdem mulieris, quæ curavit deleri illa verba scripta à F. videlicet, *quello dissi, non me ne ricordo*, & in locum illorum dictavit dictam apostillam, ut plenè deponit Jo: Baptista, qui fuit præsens scriptioni Epistolæ, & fecit ciferam, seu signum dictæ apostillæ, & constat ex depositionibus F. famuli, & ex aliis de quibus lata in Summario.

Ex quibus dicta Epistola tanquàm suspectissima, & de alienæ voluntatis arbitrio conficta non meretur attendi, in terminis *Cardin. de Luca de Matrimon. disc.* 21 *decimosexto num. vigesimoprimo in fine, & Rota decis. 250. num. vigesimo tertio par. octava recent.* Imò tantùm abest, ut quidquam probet, ut potiùs suspicionem augeat doli, & indicet Matrimonii invaliditatem, quam hujusmodi artificiis, & mendicatis prætextibus P. con-22 firmare satagebat, ex animadversione per *Spad. consil. 551. num. 11. & decimosecundo, Rota coram Ludovis. 326. num. 36. & in Romana, seu Januen. Laudi 26. Febr. 1698. §. Adeò autem vers. Suspicionem, coram Card. della Tremoille.*

Ex his itaque Matrimonium nullo modo potest dici probatum, saltem plenè, & concludenter, prout requiritur, quinimmò prorsus excluditur ex defectu consensus F. principaliter promanante ex ipsius depositione, in qua asserit, quod illa verba. *Signor sì*, in actu prætensi Matrimonii protulerit non quidem animo illud contrahendi, sive nubendi cum P. sed animo accipiendi anulum, pro quo dolosè vocata fuit. Eique credendum est etiam in foro externo, quia cùm non neget, se præstitisse consensum, sed declaret, illum fuisse quoad acceptationem 23 anuli, non verò quoad Matrimonium, in hoc casu, cùm confessio non sit simplex, sed qualificata, eidem standum esse notant in puncto *Anton. de Cortesiis inter cons. Matrim.*

trim. divers. volum. v. cons. vigesimosexto num. decimo & seq. Jacob. Leonissa cons. 48. num. 35. eodem volum. ubi ita de ejus consilio refert judicatum per Episcopum Pataviuum, *Nicol. Rucherus cons. 34 num vigesimoquarto & seq. & num. 35. inter cons. Matrim. divers. German. & Rota dec. 75 num. 3. & 4. par. 17. rec.*

Maximè quia reiteratis judicialibus depositionibus constans hæc Puellæ voluntas per Judices deputatos ex- 24 plorata, animique aversionem in facto ostendens, omnem prorsus excludit consensum, ut perbellè ponderat *Rota in decis. 162 p. 15. recent num* 2 ibi. *In binis enim declarationibus totam facti seriem exposuit, protestans se fuisse importunis suasionibus subductam, & certè credens cum Stravio non nupsisse, imò intendens, illum nunquam habere in maritum &c. & decis. 305. num. 7. & 8. d. part. 15.* ibi. *Pluriès ex professo coram Testibus, & Notario declaravit, se circumventam, & deceptam, nec unquam animum habuisse tale Matrimonium contrahendi, quinimò ab eo maximè aversam constanti animo semper se ostendit &c. ex quibus declarationibus nullitas Matrimonii coadjuvatur, & mirificè comprobatur. Et decis. 250. num. 8. par. 16. recent.* & benè etiam *Corrad. Vuidman. inter d. cons. Matrim. div. Germ. cons. 6. sub num. 24.* ibi. *Et ipsa &c. easdem nunc veras confessa est, & à quibusdam inductam se, & persuasam dicat, certè præsumendum est, ipsam salutis suæ memorem fuisse in responsionibus ad positiones, quàm prius, ubi ex instigatione pravorum hominum animata fuit.*

Et procul dubio eidem declarationi standum est in foro externo, quoties fraudis, & collusionis nulla est su- 25 spicio, sed adest certitudo moralis per probabiles conjecturas, & præsumptiones, quibus animus prudentis Judicis possit moveri ad præstandam illi fidem, benè *Ciarlin. d. controv. 131. num. 29. & seqq. Sanchez de Matrim lib. 2. disp. 45. n 4 5 & 13 Rota in Novarien Sponsalium 1. Jul. 1693. § Et omnia, coram Muto, & in Monasterien. Matrimonii 27. Junii 1696 §. Justificata cor. Card. Caprara* inter ejus decisiones novissimè impressas *in 304. n. 6.*

Examinando enim conjecturas, nulla penitùs fraudis, & collusionis potest esse suspicio respectu innocentis Puellæ, tenerrimæ conscientiæ, & ætatis, Sacramenta, & pias devotiones frequentantis, ac exemplari fa- 26 miliaritate utentis, tam ante Matrimonium cum ejus Avuncula, pariter Virgine, provectæ ætatis, ac vitæ laudabilis, quàm posteà in Venerabili Monasterio, ut constat ex Summario. Itaut verisimile non sit, in re tàm gravi, de qua reiteratis vicibus læsio, & sufficienter admonita fuit, velle perniciosè mentiri, *Sanch d. lib. 2. disp. 45. n. 9.* Sed potiùs credendum est, eadem simplicitate, animique candore, qua mirificè prædita est, quave miserè decepta fuit, candidè veritatem aperuisse. Imò totis viribus implorando officium Judicis sponte declaravit, velle fieri Monialem sicque non est præsumendum, eligentem statum adeò perfectum, Sæculoque perpetuò renunciantem (de cujus importantia laudabiliter illam 27 admonuit doctissimus æquè, ac piissimus Judex, qui illius voluntatem exploravit) tantum scelus admittere velle, ut fraudet Virum debito Matrimonio, ut advertit *Petr. Ledesma de Matrim q. 45. art. 4. in fine*, & post alios *Sanch. d. disp. 45. n. 7. §. Idem dicendum.*

Ulteriùs hæc Puellæ confessio, & voluntas valdè ve- 28 risimilis redditur ex magna disparitate inter ipsam, & Virum intercedente, ratione ætatis, divitiarum, aliarumque qualitatum, ut vix unquam credi posset Viro adeò inæquali nubere voluisse, resistente contraria præsumptione, ex *leg. Imperialis, § Imò C de Nupt glos. in c. Aliter 30 quæst. 5.* cum aliis apud *Tiraquell. de Leg connub leg. 5. gl. 1. par. 1. num. 31. & 32. Barb. inter cons Matr. divers cons. 24. num. 10. Cravet cons 82. n. 45. eod vol Spada cons. 151. num 9 tom 3. Ciarlin contr. 131. num. 37. Sanch. d. lib. 2. disp. 45. n 8 Sperell. dec. 5. n. 58.*

Puella namque erat in ætate annorum tredecim, & mensium trium, dives, & nobilis, ut est notorium, & constat ex Summario. Vir autem erat provectæ ætatis an- 29 norum triginta septem, & vivens cum solo Beneficio ecclesiastico, quo carere debebat Matrimonium contrahendo, ut appositè ponderat *Rota dec. 643. n. 19. p. 1. rec.* Ideo- 30 que nil mirum, si Puella sæpiùs explorata semper dixit, quod nullo modo volebat illum pro ejus Viro, tanquam suæ conditioni imparem ut arguit *Ciar. d contr. 131 n. 36.* 31 & *37.* nec ulla animorum consensio adesse poterat, sed ex sola parte Viri inordinatus animus desponsandi divitias, ut notat *Jo. Ant. Rub. cons 73. sub n. 15 inter cons. Matr. div.* Ibi. *Intentio enim fuit contrahere Matrimonium cum divitiis, non autem cum D. Laura, quo morbo laborant plerique hodiernis temporibus.*

Coalescit eadem verisimilitudo dissensus ex absentia, & ignorantia Propinquorum, sub quorum tutela D. F. tanquam Neptis, orphana, & pupilla educabatur, & à quibus optimè semper fuisse tractatam tanquam dilectissi- 32 simam filiam abundè protestatur in Summario. Adeout Inverisimile sit, illis insciis, & absq; causa Matrimonium contrahere voluisse, ut tradunt *Sperell. dec 5. n 49 Rot. cor. Ludovis. dec. 326 num* 39 prout in effectu ita declaravit in sua judiciali Depositione, ibi. *Io non ho mai avuto intenzione di sposarmi, e maritarmi da me sola, senza participazione de' miei più Prossimi &c.*

Accedentibus quàm maximè ejusdem Puellæ simplicitate, modestia, verecundia, morumque innocentia, planè singulari, & mirabili, solis puerilitatibus deditis, parcæque, ac ferè nullius loquelæ (verè lascivientis nostri Sæculi miraculum!) prout testari possunt quotquot illius aspectum, gestus, ac locutionem præoculis habuerunt, ac plenè, & uno ore deponunt Testes in Summario quorum duo sunt omni exceptione majores alter verò est ejus Medicus præsertim ibi. *Non sapendo nè meno come sia la di* 33 *Lei voce, non ostante, che sia Compare della medesima, faceva atti semplici, e puerili, o tenendo in braccio una Cagnola, o correndo dietro per casa, gran semplicità, modestia, e verecondia.* Cum quibus côcordant altera timoratæ côscientiæ mulier ibi. *Ragazza semplice semplice senza una malizia imaginabile, non parlava mai, e per lo più le risposte, che dava, o con lo stringer le spalle, o con li cenni del capo.* Famula ibi. *La sera della Vigilia dell'Epifania metteva le calzette sotto il Camino, aspettando il regalo della Befana.* Et quod magis est, in eadem puerili credulitate manebat tempore suæ depositionis ibi. *Conservo in Casa una dobla in moneta d'oro, che me la portò la Befana l'anno passato &c.* Non obstante, quod sciat legere, & scribere cum aliquali cognitione Linguæ latinæ in contrarium exagerata, quia id non est incompatibile cum eadem simplicitate, de qua pariformiter deponit ejus Magister J. B. L. notæ probitatis Vir ibi. *Semplicissima d'ottimi costumi, e timorata di Dio, & il suo trattenimento ordinario era di combattere col Cagnolo, e colla Gatta, che fino l'infasciava, ed una Gallina &c. & un giorno, che l'aveva pelata, voleva guastare il Sottanino per fargli la Copertina &c.*

Undè inspecta hujusmodi qualitate Puellæ, videtur nedum Inverisimile, sed ferè impossibile, quod potuerit esse capax contrahendi Matrimonium spontè sua, & pleno consensu, & absque Propinquorum scientia, 34 & consilios, prout etiam admirabundus deponit P. J. M. ejus Confessarius, ibi. *E come voleva parlare di Matrimonio questa Ragazza, che ancora li puzza la bocca di latte, come si suol dire?* ibi. *Di gran semplicità, e bontà di vita, tanto che più delle volte non avevo sentito cosa alcuna, che meritasse assoluzione per esser semplicissima.*

È converso Vir erat persona sagacissima, ut ad effectum probandi dolum notat *Spada dicto cons. 151. num. 23. tom. 3.* Eique facillimum erat decipere simplicem, & incautam Puellam teneræ ætatis omni auxiliatore 35 destitutam, ut de simili Puella annorum 13. advertit *Rota dec. 23. n. 15. part. 15. & dec. 38 n 8 par. 16. recent* Imò constitutam in manibus ejus famulorum, illam dolosis artibus undique circumvenientium, à quibus eò difficilius erat evadere, quo difficilius est à proditore, quàm ab aperto hoste se tueri: Et sic omnis favorabilis in- 36 terpretatio espienda est favore Puellæ, ne cui sua calliditas prosit, & alteri sua simplicitas obsit in hoc contractu bonæ fidei, ut in terminis perpendit *Brovver de Jur connub. lib. 1. de Sponsal. dolo contract. cap. 19. num 4. & 5 & cap 20. n. 15.*

Omissisq; aliis levioribus, fortis, & magna animadversione digna videtur illa conjectura, quod Puella erat virilis conversationis prorsus ignara, & nunquam habuit intentionem nubendi, imò nequidem cognitionem contractus conjugalis, ut solemniter testatur in suo Constituto ibi. *Io non ho mai avuto intenzione di maritarmi, non sapendo ancora cosa sia Marito, e Moglie.* Quod

nihil clariùs afferri potest ad probationem improbæ fraudis, & dissensus, prout adamussim tradit *Add. ad Decian. cons. 162. lit. F.* ibi. *Ergo fraudulenta captio, nec sciebat, nec intendebat Puella obligari*: Et confert *Card. de Luc. de Matrim. disc. 6. sub num. 23. vers. primo, quia in tenera Puella*. 37

Quæ præsumptiones transeunt in evidentiam ex pluribus circumstantiis, totoque contextu rei gestæ, tam summarim consideratæ, quàm per combinationem antecedentium, concomitantium, & subsequentium, quę solent potissimùm considerari ad effectum comprobandi consensum, vel dissensum in actu Matrimonii, ut discurrunt *Card. de Luc. de Matrim. disc. secundo num. decimotertio, §. Clarius verò, & disc. sexto, num. 4. Rota coram Emerin. decis. 732. num. 2. & decis. 643. num. primo parte prima, & decis 40. num tertio, & sexto part. decimasexta rec. in Romana Matrimonii 4. Februarii 1697. §. In nostris, coram Ursino, & in Lucerien. Matrimonii 21. Martii 1703. §. Optimè, coram Lancetta*. 38

Ex antecedentibus siquidem constat, nullum tractatum Matrimonii ineundi præcessisse: Tùm quia à nemine fuit auditus, ut deponunt Testes: Tùm etiam quia nunquam dicta Puella ulla amoris signa dedit erga P. vel quempiam alium, ut deponunt dicti Testes præsertim Famulus. Imò nullum prorsùs colloquium antea cum illo habuisse testatur idem Famulus. Et concordat Famula, ibi. *Io non l'ho mai veduta parlare con P* quamvis hæc sola gratis asserat, pauca verba habita fuisse occasione donationis anuli mox referenda. 39

Nec anuli traditio clàm, & artificiosè facta per P. dictæ Puellæ mediantibus Famulis, concludit tractatum aliquem Matrimonii: quia tamquam signum æquivocum non probat egregiè *D. Piton. discept. Eccles. 52. n. 73. & 75.* imò quoties non ponitur in quarto digito, qui dicitur anularis in signum mutui amoris, & fidei Conjugalis, sed datur in manu, ut in casu nostro, præsumitur donatio, & non subharratio Sponsalitia, ex celebri Theorica *Abb* communiter recepta *in c. Tuæ nobis n. 7. in fin. de Desponsat. impub.* & probat textus *in cap. Fœminæ 30. quæst. 5.* ibi. *Unde, & quarto digito anulus idem inseritur, quod in eo vena quædam, ut fertur, Sanguinis, ad cor usque perveniat*. 40 41

Quod autem hujusmodi datio anuli verè fuerit simplex donatio absque ullo simultaneo consensu ad Matrimonium ordinato, evidenter comprobat declaratio ipsius Puellæ ibi. *Io per, atto più di convenienza, che per altro presi quell'anello, e senza mettermelo in dito, me lo messi in saccocia, all'ora li sodetti G. e M.* isti erant ejus Famulus, & Famula *volsero, che lodassi a detto Sig. P. un mio anelletto, conforme Io glielo diedi, senza dargli parola alcuna, ma in cambio di quello, che esso aveva dato a me*: Et. ibi. *E fu all'improviso, che Io non ne sapevo niente*: Et quidquid variè dicant supradicti Famula, & M. hanc ipsam veritatem deponit ipsemet famulus his verbis. *Per dire la verità, avendo fatta ben riflessione, quando il Sig. P. diede l'Anello a quella Ragazza, stava vergognosa, non parlava, e lui gli disse: Non piglìarò altra Moglie, che voi, e Lei non piglìarà altro Marito, che me; Stava con la testa bassa giù verso il busto, e guardava in terra, e per Coscienza non posso dire, che aprisse bocca, e parlasse, e la Serva disse, che dasse l'anello suo al Sig. P. che glielo dimandava, e la Ragazza si levò il suo anello dal dito, e glielo diede, del resto Lei non ha mai detto di voler pigliar marito ne Lui, nè altri, che Io sappia prima, che seguisse detto Matrimonio*. 42

Ex quo actu prorsus mendicato anularis traditionis dumtaxat elicitur, quod P. cæpit loqui de Matrimonio, sed non indè colligitur, quod F. annuerit, & consensum præstiterit, sicut omninò requirebatur, quinimmò contrarium manifestè desumitur ex præfatis depositionibus, ut per hæc eadem verba ad exclusionem similis tractatus Matrimonialis optimè declarat *Rota decis. 250. num. decimoquarto part. decimasexta recent*. 43

Nec insuper præcessit exploratio voluntatis dictæ Puellæ, quæ necessariò erat priùs facienda à Parocho, nec perscrutatum fuit, an adesset consensus Tutorum, qui erant loco Parentum, prout utrumque requirebatur ex præscripto *Constit. Synodalis Albanen. sess. prima, §. 2. de Matrim.* ibi. *Exploranda in primis est à Parocho voluntas &c. & quatenus filii familias existant, perscrutandum est, an Parentes consentiant &c.* Non refragante prætensa exploratione facta à Rectore Seminarii in actu Confessionis ejusdem Puellæ ad requisitionem famulæ, & P. Tùm quia erat facienda à Parocho, ut supra; Tùm etiam quia est valdè suspecta, ac fraudibus plena, & præterea ipsa Famula M. negat dictam requisitionem fecisse, & Puella fatetur se fuisse deceptam; Imò de ipsius auditu R. Jo. Baptista deponit, quod eadem Puella non benè intellexerit quid sibi diceret Rector præfatus, nec illi aures præbuerit, ibi. *Disse, che essendosi confessata dal Rettore del Seminario, questo diceva, diceva, mà essa non gli aveva risposto cosa alcuna*. Quæ verba, *diceva, diceva*, maximum indicat tædium, nec ullam præseferunt liberi consensus indicationem, ad tradita *per Sperell. decis. quinta sub num. 55*. 44 45

Non defuerunt tamen improbæ, & falsæ suggestiones opera dictorum famulorum inculcatæ; nam præter dolosas insinuationes, & Montes aureos, precipuus fuit metus amissionis omnium bonorum, quem Puellæ incutiebant sub imaginario prætextu dilapidationis Avunculorum oretenus pertinaciter exagerato, qui solus metus amissionis omnium, vel majoris partis bonorum dicitur cadere in Virum constantem, & tollere libertatem consensus, ut communissimè tradunt DD. apud *Sanchez de Matrim. lib. 4. disp quinta num. 21. & 22. Pont. eod. tract. lib 4 cap. 4 num. 9 Rot. coram Emerin decis. 732. num. 9. & decis. 38. n. 3 p 16. rec.* 46

Ex concomitantibus autem, quia fuit adhibitus Sacerdos extraneus, & non proprius Parochus, ne res ista deduceretur ad notitiam consanguineorum, & Tutorum Puellæ, & in hora insolita noctis propè Auroram, cum multis aliis cautelis, & artificiis insolitis, de quibus in Summario: Ex hoc autem clandestino modo contrahendi argui dolum in puncto, firmat *Spada cons. 151. num. undecimo & duodecimo tom. tertio Rota coram Ludovis. dec. 6. num. 36*. 47

Ad actum verò prætensi consensus, seu verius dictæ acceptat. anuli constat innocentem Puèllam non solùm inconsideratè, sed etiam reluctantem devenisse cum importunis precibus, insidiosis suasionibus, seù vexationibus instantissimis, sæpiusque repetitis, & inculcatis per dictos famulos, ut declarat ipsa Puella, ibi. *Venne la Serva più volte a sollecitarmi, che fossi andata in Sala, perche ogni cosa era all'ordine per mettermi l'anello, ma* (Sequentia verba notatu dignissima) sunt *Io non ci volevo andare, e mi pregò per l'amor di Dio, che la finissi, e mi spicciassi*; Et, ibi. *E che mi spicciasse* (precibus addidit conjurationes) *per le cinque Piaghe di Cristo &c. la Serva &c. sempre mi diceva l'istesse parole*. Ex quibus apertè liquet, quod ad actum acceptat. prædictæ donationis anuli ducta fuit non quidem instinctu rationis, propria, ac libera voluntate, sed (ut ait *Zypæus Jur. Pont. lib. quarto de Spons. & Matrimon. sub num sexto*) *tanquam bovis ad victimam*. 48

Et tamen, etiamsi consensus prædictus fuisset directus ad Matrimonium, adhuc attendi non mereretur, cùm importunæ preces, quibus coacta fuit, etiam provenientes à Persona, cui non debetur reverentia, contineant quoddam violentiæ genus, & à Viro etiam constante, ne dicam tenera Puellula extorquent potiùs, quàm impetrant consensum, ad *text. in leg unic. Cod. de raptu Virg.* ibi. *Hoc ipsum velle Mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur; nisi enim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle*: Ubi *Bald. num. vigesimo* objecto, quod volenti non fit injuria, respondet, verum esse, quando vult simpliciter, secùs quando verbo suasa: Nimia ergò importunitas; & circumventio aufert voluntariam deliberationem, & infert violentiam operanti, aliàs non esset raptus, *Farinac. quæst. 145. num. 110 Sanchez de Matrim lib. septimo disput. decimatertia num duodecimo, Sperell. decis. 150 num 37. & seqq. Raynald obs. crim tom. 4. in supplet. 3. ad cap 22. num. 4. Episc. Barus. res 80. n. 12. & 13.* 49 50

Et omissis generalibus, quod in materia Sponsalium, & Matrimonii importunæ preces æquiparentur compulsioni, actusque invaliditatem inducant, in specie notant *Martia. Laudens. cons 13 a 16 Angel. de Ubald cons. 46. n 4. ambo inter cons. Matrim. divers.* & hanc Sententiam contra 51

San-

Sanch. d. lib. 4. disp. 7. num. 7. existimantem una cum precibus etiam reverentiam requiri tuetus *Pontius eod. tractat. lib. 4. cap. 5. num. 17. & cap. 12. num. 5.* & concurrentibus (ut hic) aliis conjecturis veram esse ait *Sperell. decis. 5. num. 44.* benè *Rot. dec. 250. n. 10. p. 16. rec.* 52 53

Cresciteque in immensum dolus præordinatus ad extorquendum apparentem consensum in actu Matrimonii, verique consensus deficientia ad oculum demonstratur ex modo fraudulento, cum quo incauta Puella vocata sub captiosa scilicet assertione accipiendi anulum, 54 pro quo solùm ad illum actum devenisse, non autem animo nubendi, apertè ostendit prænarratus tractatus donationis anuli, & clariùs ipsamet deponit ibi, *che fossi andata in Sala, perche ogni cosa era all' ordine per mettermi l'anello*, & ibi. *Io non volsi andare in Sala, quando ne fui ricercata dalla Serva per farmi metter l'anello, perche non volevo andare, ne volevo, che si mettesse l'anello; Ci andai poi, perche il Servitore venne in Camera, e me ne pregò, e così io ci andai per ricevere l'anello*.

Quod usque adeò verum est, ut ne quidem sciret significationem talis actus imponendi anulum, ibi *senza sapere il significato di questo metter l'anello*: Ac si potiùs venisset ad aliquam Tragœdiam, quæ diversimodam in-55 terpretationem patitur, ut in simili ait *Marchant. in resolut. de Matrim. post tom. 3. Tribun. Sacram. cas. 3.*, Et quamvis subjungat aliqualem imaginationem habuisse (forsan ex verbis Cappellani) quod talis anuli impositio posse significare Matrimonium, attamen immediatè subdit se simul credidisse, dictum P. tanquam Beneficiatum non potuisse Uxorem ducere; & sic postmodum interrogata, semper respondit nil aliud fecisse, quàm accepisse anulum; Adeòut certior deindè facta, quod anulus significaret se esse Sponsam P. illum statim à marsupio suo extraxit, ac projecit in terram, ut deponit Rev. &c. ibi. *Io gli dissi, se avete l'anello, sete Sposa, e lei a sentir questo lo buttò in terra*: Cùmque alia vice vellet ei dictum anulum re-56 stituere, inquit. *Mi ci diede una mano per buttarlo nel fuoco*. Quæ anuli projectio apertè indicat, Matrimonio nullum præstitum fuisse consensum, & permanentem resistentiam, *Panimoll. decis. decimanona num. decimo. Rota in Lucerien. Matrimonii 21. Martii 1703. §. Actus verò concomitantes, coram Lancetta*. Quibus addimus, quod etiam spontanea, & mutua traditio, & acceptio anuli, nullatenus est signum univocum Matrimonii, sed solius contractus Sponsalium de futuro ex latè adductis *à Pitonio disceptat. Ecclesiast. 52. num. 73. & num. 75. versic. Nec traditia anuli*.

Cæterùm meo judicio non potest adduci melior probatio doli, & defectus prætensi consensus, quàm propria Confessio Cappellani asserti Vice Parochi in duplici examine judiciali confirmata, & quidem circa actum ipsum suæ interrogationi pro obtinendo consensu, ibi. *Mi accorsi di qualche vacillazione, e dubio di volontà libera di detta F. circa il detto Matri-57 monio*. Et quod hæc suspicio ipsum obligaverit ad iterum interrogandum, an libenter contraheret, his verbis: *Signora F. la vedo così modesta, e raccolta, dubito, che Lei non sia stata sedotta, & ingannata*: Unde ex ore Cappellani facientis figuram Parochi, ac testis principalis, habemus claram probationem seductionis, deceptionis, & dissensus in ipso actu somniatæ conjunctionis: Et quamvis dicat alteram fecisse interrogationem, & explorationem voluntatis, ibi. *Et per questo tornai à farli la seconda esplorazione, e dissi &c. E lei rispose di sì*: Attamen nullus testis, nec asserti Contrahentes de hac prætensa secunda exploratione, & discursu Cappellani ne verbum quidem faciunt, imò illam positivè, & constanter negant, præsertim M. & J. famulus, qui sunt illi duo Testes, qui fuerunt in dicto actu rogati.

Atque hinc fatendum est, omninò defuisse consensum, vel certè stante dicta variatione, & contradictione Parochi, & testium, & quidem in substantialibus nulli credendum est; Vel saltem ad omne pejus negari non potest, quin ex hac insolita, & reiterata Parochi interrogatione, & frigida inclinatione Puel-58 læ insurgat vehemens, & præstantissima conjectura non liberæ voluntatis, ut in terminis benè deducit *Sperell. decis. quinta num. quinquagesimoquarta, & quinquagesimoquinto*, & concordant *Panimoll. decis. 19. num. 9. Rot. decis. 643. num. 13. p. 1. rec.*

Actus denique subsequentes exclusionem prætensi Conjugii satis clarè præseferunt; Illico enim, & incontinenti post Matrimonium, utcumque contractum, dicta Puella fugere, seu recedere voluit, nisi violenter arrestata fuisse à P. ut ipsa deponit in suo Constituto ibi. *E mentre me ne volevo fuggire in Camera per non stare lì, quello mi prese &c.* Data autem opportunitate statim fugam arripuit ibi. *Quando andò via il Curato, Io fuggì in Camera &c.* Ex quo subitaneo recessu oritur manifesta præsumptio se non contraxisse saltem volun-59 tariè, aliàs non fugisset, sed permansisset cum Sponso, ut arguunt *Barb. inter cons. Matrim. div. cons. vigesimoquarto num. septimo § Secundò, Sanchez de Matrim. lib. 4. disp. 18. num. 5. & 6. Card. de Luca eodem tract. disc. 6. num. 18. & Sperell. dec. 5. n. 59.*

Quam aversionem D. F. patefecit etiam occasione accessus P. ad ejus domum; *fuggì nelle Soffitte della Casa, e si serrò dentro*; & insuper ejus epistolam sibi missam projecit in ignem, ut deponit Rev. signum evidens, quod consensum Matrimonio non præstiterit, 60 ut prosequitur *Sperell. decis. quinta num. 63.*, & benè *Oliver. de Matrimon. null. quæst secunda fol. 53.* ibi. *Probatur etiam dissensus &c. quia si verè consensisset, illum non sprevisset, neque odio habuisset*. Semperque protestata est, & protestatur in eadem voluntate persistens, signis addendo signa dissensus, quam perseverantiam, & actionem magis esse attendendam, quàm 61 verba semel prolata subdit idem *Oliver. fol. 7. & part. 4. fol. 204.*

Idemque dissensus comprobatur ex facto ipsius P., qui optimè conscius inexistentiæ Matrimonii, pro illo substinendo plura excogitavit artificia, inter quæ præcipua est assertio hodiè per ipsum inventa tentatæ consumationis prætensi Matrimonii in eodem instanti, & in eadem Aula, vix terga verso Cappellano, quam ait assequi minimè potuisse ex resistentia Puellæ, & Famulorum ibidem adstantium. Et quamvis in hoc ass. & mero attentato adeò inverisimili convincatur de solemni mendacio per eosdem Testes, qui fuerunt præsentes, & nunquam ante ipsum discesserunt. Hæc tamen inventio arguit cognitionem ejusdem insubsistentiæ, ut in terminis observat *Brouwer de Jure* 62 *Connub. lib. primo cap. decimonono de Sponsal. dolo contract. fol. 577.* ibi. *Sæpè soleat concubitum adjungere, ut dolo captos majoribus implicent pedicis, ut efficiatur quasi re non ampliùs integra difficilior resistendi potestas &c. quod quidem flagitium duplex continet crimen*: In idem collimat epistola F. malis artibus expiscata, de qua supra: Nec minus indicium præbuit renunciatio sui Beneficii nonnisi post prætensum Matrimonium facta: Et demum consugium ad Ecclesiam, ut alia brevitatis gratia prætercam manifesta signa, quæ dedit insubsistentiæ dicti Matrimonii.

Suspicionem auxit fuga famulorum, qui statim publicato Matrimonio se receperunt in domum, P. & insuper se conquerente Avuncula Sponsæ de eo-63 rum proditione, famula nullam afferre potuit excusationem, ut ipsemet deponit ibi. *Io veramente la compativo, perche aveva ragione*.

Hanc ipsam veritatem agnovisse videtur Vicarius Albani, quia stante interrogatione per ipsum postea facta eidem Puellæ super ejus consensu, de illo dubitasse videtur, ut in proposito arguit *Rota decis. 643. n. 55. par. 1. recent.* Verùm non indigemus præsumptioni-64 bus; quia hanc dubietatem ingenuè fassus fuit proprio ore idem Vicarius, ut de auditu proprio deponit Rev. ibi. *Che avendo esso Vicario parlato a solo a solo con la Signora F. nell'uscir fuori, richiesto dal Signor A. se che li pareva, Lui gli rispose, che la cosa stava tra il sì, ed il nò*.

Adstipulante pro omnium coronide publica voce, & fama probata per Testes, quæ in Civitate increbuit, quod hoc prætensum Matrimonium erat *un'imbroglio, & fosse stato un Pasticcio tra il P. sudetto, detta Serva, e Servitore*, prout de auditu publico deponit

& admittit idem *Sanchez num. 4. Ad tertium*. Fortiùs quia ex omnibus supra expensis de facto constat, nullam habuisse intentionem accipiendi dictum P. Beneficiatum in Maritum, & sic sumus in claris.

Hæc respiciunt ejusdem matrimonii nullitatem, ad quam facilius inducendã accedit ulterius qualitas illiciti, quæ innegabilis est, & quidem ex multiplici capite: quia scilicet est aliquo modo clandestinum, tum ex modo insidioso, & doloso, quo fuit procuratum,
85 *Spada conf. 151. num. 12. tom. 3.* Tum certius, quia contra interdictum Ecclesiæ, hoc est contra *Synodum Episcopalem* superius recensitam ut advertit *Franc. Zypæus*
86 *Jur. Pont. lib. 3. de Matrim. contract. contra interditum Eccles. num. 7.* & Communiter Canonistæ *in tit. de Matr. contr. contra indict. Ecclesiam*.

Illicitum quoque redditur ex defectu consensus Propinquorum, sub quorum legitima tutela, & potestate puella manebat, *can. si aliter. 30. qu. 5.* ibi: *Non fit Conjugium, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem videntur habere, & à quibus custoditur, Uxor petatur, & à Parentibus, & à Propinquioribus sponsetur &c.*
87 *c. nostrates q. 5 c. honorantur 32. q. 2.* Et quamvis non sit necessarius ad validitatem Matrimonii, est tamen necessarius, ut licitè, & sine omni culpa fiat, & quidem lethali in Matrimonio non condigno, juxta communem
88 sensum Theologorum, & Canonistarum, præcipuè *Ven. mem. Card. Bellarmin lib. 1. de Matrim. c. 14. Card. de Lauræa in 4. Sent. disp. 27. art. 6. nu. 85. Fagnan. in c. cum in tua nu. 21. & seqq.* ibique *Gonzalez n. 10. de desponsat. impub.* & latissime post hec scripta *Archiepiscopus Muscettola de matrim. Filiorum Familias*, impresso apud *Zaul. ad Stat. Favent. secundæ impressionis*.

Imò, & detestabilius ostenditur non solum ex præjudicio, & injuria Puellæ ratione inæqualitatis, scandali, & attentatæ diffamationis. Sed ulteriùs ex gravi injuria illata Consanguineis, & Tutoribus, qui illam domi cauté custoditam retinebant, dignis destinatam nuptiis, & dormiente Avuncula, ac ipsis absentibus, & inconsultis viderunt dolosis suggestionibus sibi charissimam Neptem ereptam, quod habet speciem raptus,
89 ut ponderat *Card. de Luca de Matr. disc. 5. n. 16* subdens: *Ideoque dicebam, quod Judices, qui habent filias, vel neptes inuptas, in hoc ponerent manus, ut vulgò dici solet supra pectus, atque considerarent, si id eis contingeret, an se vocare deberent gravi injuria affectos*.

IN EADEM CAUSA.

Allegat in hac Causa Adversarius Matrimonium contractum, ut prætendit, cum D. F. Igitur illud concludenter probare tenetur, alias ipso non pro-
90 bante, absolvenda venit juxta regulam *Textus in l. ultima C. de Rei vendicat.* quam in nostris punctualibus terminis exornant *Jas. cons. 3. num. 24. Alex. cons. 180. num. 1. lib. 5. Estius in 4. Sentent. distinct. 27 in fine, & Rot in Agrigentina Illegitimitatis 18. Decembris 1589. §. Quibus coram Orano, & in Faventina Matrimonii 5. Julii 1690. §. Nec obstiit coram Card Taya*.

Ad illud autem probandum iterum insistitur in depositionibus ass. Vic-Parochi, T. M. & J. S. Te-
91 stium. Videamus ergo, an ex istorum dictis illud concludatur.

Ass. Vice Curatus interrogatus per hæc verba fa-
92 ctum narrat.

Che esso s' insospettì di qualche cosa di questo Matrimonio, e perche mi' insospettij prima anche di andare in Casa, dissi a detto P. se cosa era questa cosa di fare questo Matrimonio, con tanta celerità, nel modo, che Lui mi stimolava di andare allora in fretta, e dal farsi
93 *si con tanta secretezza. Li dissi di più, che io sapevo, che detta figliuola aveva certi Tutori, che li avevo veduti, e sentiti dire per Albano, e li domandai, se detti Tutori lo sapevano, e Lui mi rispose, che lo sapevano, ma non se ne curavano di saperlo.*

Che doppo avere detto alli Testimoni, che stassero attenti a quello si aveva da fare; Io esplorai la volontà di detti due Contraenti nel modo, e con le parole infrascritte, cioè; Voltatomi al detto P li dissi: Signor P.
94 *sete contento di pigliare per vostra legitima Sposa la Signora F. qui presente secondo il Rito della S. R. C. & Lui rispose: Si Signore: Doppo voltatomi a detta Signora F. li dissi Signora F. siete contenta di pigliare per vostro legitimo Sposo il Signor P. qui presente secondo il Rito della S. R. C. e Lei parimente rispose: Si Signore: E questa fu l' esplorazione della volontà, che Io feci.*

Che P. nel rispondere: Si Signore: lo disse, piano, e con voce sommessa, e modesta. 95

Io doppo detta risposta di detta F. con l' aver detto: Si Signore: mi accorsi di qualche vacillazione, & dubbio di volontà libera di detta F. circa il consenso a detto Matrimonio, che detto dubbio mi nacque dal modo di rispondere, con voce assai sommessa, e con una gran modestia in modo, che io ebbi qualche dubbio; 96 *Et così tornai a dire a detta Signora F. Signora F. perche la vedo così modesta, e raccolta dubito, che Lei non sia stata sedotta, ed ingannata, e per questo tornai a farli la seconda esplorazione, e le dissi: Avvertite Figliuola, che il Matrimonio non può disciogliersi altro, che per via di morte; Sappiate quel, che vi fare, e Lei a queste parole: Si Signore voglio. E fatto questo gli dissi, che si dessero la mano, e li congiunsi in matrimonio.*

Igitur contrà, P. qui in dicto hujus Testis se fundat, & cui ratione officii credendum est, ea vulgatis 97 Juribus, ad nostrum effectum tria concludentissimè resultant.

Primum, quod suspicari cæpit ex insolita festinatione P. & ex eo quod Consanguinei, & Tutores F. ipsum non fuerunt allocuti juxta *decis. Buratt.* 98 *634. num. octavo* quodque cognovit vacillationem voluntatis ejusdem nullatenus liberæ pro consensu ad Matrimonium.

Secundum, quod præmissa monitione Testibus, ut starent attenti, exploravit primò voluntatem amborum prætensorum Conjugum, qui responderant: *Si Signore*; qualificando tamen, & canonizando hanc primam Interrogationem pro exploratione vo- 99 luntatis ibi: *E questa fu l' esplorazione della volontà, che io feci*.

Tertium, quod cognovit vacillationem liberæ voluntatis F. exortoque proindè apud ipsum dubio validi concensus, necnon dubitans pariter de ipsius seductione, & deceptione, ad omnem difficultatem e- 100 liminandam, postquam eam monuit: *che il Matrimonio non puol disciogliersi, che per via di morte, sappiate quello, che vi fare:* iterum ipsam interrogavit, an vellet P. in Sponsum, cui secundæ interrogationi supponit, F. respondisse: *Si Signore voglio, e fatto questo gli dissi, che si dassero la mano, e li congiunsi &c.*

Ecce igitur, quod ad tenorem, & literalem sensum depositionis hujus asserti Vic Curati Matrimonium sequutum fuit post secundam explorationem 101 secundamque responsionem F. ibi: *Si Signore voglio:* & non post primam responsionem: *Signor si* simpliciter.

Tum quia prima vice nil aliud fecit, quàm explorare voluntatem: *Se era contenta di pigliare per Sposo il Signor P. qui presente:* Juxtà dispositionem Synodi Albanen. *sess. 1. § 2. de Matrim.* ibi: *Exploranda in primis est à Parocho voluntas &c.* quæ volun- 102 taris exploratio dd. verbis peracta, nullatenus apta est Matrimonium importare, ut in puncto nostri casus firmavit *Rot. in dec. 179. num. undecimo cor. Prutingen. & in Perusina Matrimonii 28. Martii 1689. §. Primo igitur coram Card. Caccia*.

Tum etiam, quia ipsemet ass. Vice-Curatus habuit Matrimonium pro non contracto, tam ea quo monuit, ut suprà F. de ipsius effectu, quodque per solam mortem dissolvitur, monendo eandem: *Sappiate quello, che vi fare:* Non autem: *quello, che avete fatto: Unde, sequitur certum esse, quod prius non fue-* 103 *rat inter eos contractum Matrimonium ratum, quia non erat opus si ita fuisset, quod iterum contraheretur, eo quod sola morte Matrimonium dissolvitur &c.* sunt verba *Ciarlin. controv. 131. sub num. 33.* Quam apertè se declarando non post primam, sed post secundam responsionem: *Si Signore voglio:* processisse ad celebrationem ass. Matrimonii.

Tum demum, quia attenta seductione, & deceptione de

F. de qua ipsemet Testis erat, & est, illius consensus non erat sufficiens ad matrimonium, ut in terminis ad-
104 vertit *Adden. ad Dec conf.163. lit.A.* his verbis -- *Non deliberatus, & legitimus Puellæ consensus, sed improba suggestio, & extorsio non valet.*

Hoc posito, restat considerare, an habeamus duos Testes contestes circa hunc consensum, quem testatur obtinuisse ipse assertus Vice-Parochus postdictam secundam explorationem per illa verba -- *Si, Signore, voglio* -- quia si hoc non verificatur ex sola Parochi attestatione,
105 Matrimonium non probatur ex clara dispositione Sacri Concilii Tridentini *in sess. 24. de Reformat. Matrimon. cap. 1.*

Primus Testis asserendo -- *E questo è quello, che segui, fu fatto, e detto alla mia presenza, senza che fosse fatto, e detto altro prima, che io partissi* -- narrando factum, restatur semel tantum interrogatam fuisse F. ibi -- *che una sol volta il Vice Curato domandò alla Signora F. se voleva*
106 *d. P. per suo Sposo, al che la Signora F. in tutto detto tempo non disse, ne proferì altre parole, se non quelle -- Signor sì -- che una volta disse, e non più, interrogata dal detto Curato.* Proindeque penitus excludit dictam secundam interrogationem ass. Vice-Parochi, secundamq; responsionem F. ibi -- *Sì Signore voglio.*

Secundus pariter Testis J S. in omnibus concordat cum primo, & prorsus destituit assertionem ass. Vice-Parochi, coarctando negativam secundæ Interrogatio-
107 nis, & responsionis his verbis -- *Che il Curato oltre le sudette parole, che disse alla Signora F. se si contentava di pigliare per marito il Sig. P. non gli disse altro, e se glie le avesse dette, io l' averei sentito, perche ero presente.*

Cùmque hi Testes fuerint exadversò producti, &
108 specialiter approbati, concludentem contra P. Producentem faciunt probationem *leg. Siquis testibus Cod. de Testib. Rota decis.208. num.12. & seqq par.17. & dec.409. num.4. part.19. recent. & in Massatubren. Obedientiæ 27. Junii 1698. §. Et testes cor.Card.Priolo.*

Hanc eandem veritatem intra evidentiæ fines posuit ipsemet P. asserendo in ejus Constituto -- *Che le parole, che disse la Signora F. in quell' atto non furono altro, che -- il Signor sì -- che disse al Curato:* Non possumus autem meliorem probationem afferre, quàm seriam, & judicialem confessionem ejusdem P., quæ omnem aliam
109 probationem superat, juxta *Text.in leg. Cum precum C. de liberal.Caus.* cum aliis vulgatis.

Concordat Pariter famula illa M. omnium Improbarum suggestionum, & deceptionum principalis scelerata Ministra, quæ ita factum describit -- *Et il Curato &c.*
110 *disse alla Signora F: Volete, si contenta V. S. pigliare per Sposo il Sig P., e Lei rispose -- Sì Signore -- ed il Curato alla Signora F.non li disse altro, e nemmeno senti, che dicesse cos' alcuna al Sig. P. &c. e non viddi, che il Curato facesse, o dicesse altro.*

Et demum non dissentit F. quæ in ejus Constituto mentionem unicè facit de responsione, data primæ interrogationi, seu explorationi voluntatis per verba il-
111 la -- *Risposi di sì*; Non autem de alia, quæ exadversò prætenditur data secundæ interrogationi per alia verba -- *Signor sì voglio.*

Caveri proinde supplicamus à supposito, & voluntario æquivoco, cum quo exadversò proceditur, unicodo dicta Testium, unicè loquentium de prima exploratione, cum assertione prætensi Vice Parochi, testantis de contractu Matrimonii post secundam interrogationem, seu explorationem: Quia Parochus, & Testes in hac materia debent esse contestes de eodem actu, ver-
112 bis, & tempore, aliàs Matrimonium nullatenus probant, juxta dispositia in Concilio Tridentino *sess.24. de Reformat. Matrim.cap.1.* Cùmque ex diametro opponantur in re, ad quam totum causæ momentum reducitur, nullam merentur fidem, ut in præcisis terminis Testi-
113 um Matrimonialium notant *Alexand. consil. 143. num.2. lib.1.* ubi refert exemplum Susannæ *Cephal. consil.540. num.59. Gig. consil 46. num.19. Brunell. inter consilia Matrim diversi consil 70. num.27. & Rota in Romana Matrimonii 24. Februarii 1668. §. Duo verò coram Cardin. Carpin.*

Obiter supplicantes hic observare, ass. Vice-Parochum non esse immunem ab omni suspicione, facilitate inaudita authorizando contractum Matrimonii illius Personæ, cujus voluntatem cognovit vacillantem, non liberam, seductam, & deceptam, ut benè notat *Ma-*
114 *sol. de Irregularitat. lib. certio cap. vigesimo quinto §. Error num.18.*

Neq; insistatur in regula Textus in *cap. fin. de Sent. & re judic.* quod in dubio respondendum sit pro Matrimonio, tanquam pro causa favorabili. Quia (sunt verba Decii *consil.133. in fine*) *Hic non sumus in dubio,*
115 *sed in casu claro, in quo patet, quòd Actor legitimè non probavit intentionem suam, & licèt causa Matrimonii favorabilis sit, tamen favorabilibus causis, ita debitores sumus, ne aliis injustitia fiat -- Jas. consil.3. num 72. ante finem --* ibi -- *Respondemus negando in primis, quod simus in dubio, imò in claro, ex quo Actor suam intentionem non probavit, nec obstat, quòd causa Matrimonii sit favorabilis, quia non propterea debemus injustitiam alteri facere*, cum aliis authoritatibus, quas retuli in mea Dissertatione *de Matrim. nullit. § 6. à num.1. usque ad num 18.* Ubi ulteriùs probavi, favorabilitatem Matrimonii verificari postquam illud est plenè probatum, secùs quando concludentes probationes deficiunt, ut contingit in præsenti & ratio est, quia favorabilitas Matrimonii non est modus supplendi in facto illius necessarias probationes.

Agnoscitur exadversò difficultas probationis consensus per verba de præsenti, & proinde recurritur ad dationem manus coram Parocho, necnon ad asserta Spon-
116 salia pro faciliori reductione consensus ad prætensum Matrimonium.

Verùm circa manus dationem, quæ negatur in facto à M. Teste, & aliis. Uno ore concordant Theologi, & Canonistæ, illam uti signum æquivocum nullatenus
117 Matrimonium concludere, ut videre est apud *Marchant, in Tribun. Sacramentor. tom.3. Cas.3. de Matrim. vers. Dices quod*, ibi -- *Fœmina non retraxit manum, Respondeo, non teneri retrahere ipso instanti manum, sed potuisse expectare donec super consensu interrogetur, ut suam tunc demum intentionem exprimeret -- Sanchez de Matrimon. lib.1. disp.22. num.6. Gutier. eodem Tract. cap.12. num.7. in fin. Beust. de Sponsal. part.1. num.5. part.7. Tarnov. libr.2. cap.84. Brouver. de Jur. Connub. lib.1. cap.20. num.14. fol.mihi 185.* ibi -- *Est verò cautè agendum, ne capiatur mens Puellæ, è signis animi consensum non plenè inferentibus, non enim statim è complexu manuum &c. rectè colligi potest, Puellam &c. consentire; Potest enim invitæ surripere, & manum Puellæ non sponte porrectam, vel non in eum finem, ut consentiret -- Hoppingh. consil.7. ante fin. fol. mihi 194.* ibi -- *Constat etiam inter Doctores ex dentenera datione non statim argui consensum expressum, tendentem ad fidem Conjugalem* -- & firmavit *Rota in decis.179. in princip. & num.1. cor. Peuting.*

In nostro autem casu commodissimè explicari posset hujusmodi porrectio manus, quatenus etiam vera fuisset, pro confectione illius Anuli, in quo totius Comediæ artificium, & Puellæ allucinatio consistebat ex supra animadversis, ad cujus Anuli acceptationem F. ducta
118 fuit tamquam Ovis ad Victimam ad sensum *Zipp. in Jur. Pontif. lib.11. de Sponsal. sub num.6.* ex quo nolens accedere ad locum, ubi accipere debebat dictum Anulum, ferè coacta fuit ab improba famula, ibi -- *Venne la Serva più volte a sollecitarmi, che fossi andata &c. ma io non ci volevo andare, e mi pregò per l' amor di Dio, che la finissi, e mi spicciassi* -- In id etiam conspirante æquè scelerato Famulo, ibi -- *e Giuseppe &c. che mi spicciassi per le cin que Piaghe di Cristo.*

Circa asserta verò Sponsalia mirum certè est, quod ad illa probanda insistatur in illis puerilibus Lusibus, qui hyemali tempore recreationis gratia practicantur à fessis hominibus propè ignem, cum teneræ ætatis, simplicibusque Puellis, insistendo in illis verbis M. impro-
119 bæ famulæ -- *Nella Cucina, dove trovassimo &c. nello istesso tempo disse, Signora F. volete me per Marito? e Lei disse -- Sì Signore -- e detto P. li replicò: Promettete di non pigliare altro Marito, che me? e Lei li replicò -- Sì Signore.*

Notandum verò hìc est post *Card. de Luca de Matrim. disc.6. num 19.* Quòd omnes faciebat partes in Comedia dictus P. à seipso interrogando, & omnia alia faciendo, procurando obtinere à F. responsiones illas -- *Sì Signore*, quas de cætero modestæ Puellæ nemini solent denegate circa

circa res illas, quas, vel non capiunt, vel circa quas allucinatæ sunt, prout revera à nostra Puella, nec obtinuit, ut testatur famulus ibi: *Per dire la verità giusta, avendo fatto bensì riflessione quando P. diede l'Anello* 120 *a quella Ragazza Signora F. stava vergognosa, non parlavo, e Lui gli disse: non pigliarò altra Moglie, che voi: e Lei: non pigliarò altro Marito, che mè: stava con testa bassa giù verso il busto, e guardava in terra, & per coscienza non posso dire, che aprisse la bocca, e parlasse &c. Del resto Lei non hamai detto di voler pigliar Marito, nè Lui, nè altri &c. che io sopp ia &c.* & prout etiam eadem Puella inquit in ejus Constituto ibi: *Allora li sudetti G. e M. volsero, che io dassi al detto P. un mio Anello &c. conforme io glie lo diedi, senza darli parola alcuna, ma in cambio di quello, che Lui aveva dato a me, che senza mettermelo in dito, me lo misi in Saccocia &c.*

Insuper notandum est, quod hoc tempore ass. Sponsalium ipse P. figuram faciebat Viri Ecclesiastici, ac ab omnibus talis existimabatur, & appellabatur: Prętendere autem quod dicantur contracta Sponsalia, cum 121 Viro Ecclesiastico à Puella longè disparis ætatis, &c. mediantibus similibus jocis & suggestivis interrogationibus, factis in Coquina, extremi mali Juris, magneq; inopię probationum univocum signum est, ut patet Consideranti.

Non est igitur delirare, neque fatuas interpretationes adducere, quando dicimus, omnia pertractata fuisse sub specie, & colore dicti fatalis Anuli, cum quo facile fuit decipere Puellam illam, quæ etiam hodie credit puerilitates, anilesque fabellas, quod Besana ei dono dederit duplam ibi: *Conservo in Casa una Dobla in moneta d' oro, che me la portò la Besana l' anno passato &c.*

Quæ omnia manibus palpare faciunt duæ animadversiones: Prima quod omnes Testes concordant in eo quod inter P. & F. ne dùm non intercesserunt vehementia illa amoris signa, quæ solent esse causa Ma- 122 trimoniorum contra voluntatem Consanguineorum contractorum; sed quod F. nunquam fuit illum alloquuta; Matrimonia enim, uti importantia perpetuam servitatẽ, personæq; alienationẽ non solent ad instar Boletorum ex improviso nasci, seu contrahi, sed multis præcedentibus tractatibus, colloquiis, amorisq; signis, ut notorium est; Secunda verò consistit in instantanea illa fugæ arreptione, & strenua repugnantia F. quando post terminatam Comediam P. cæpit illam exabrupto per manus cum conatibus ad illam deosculandam, ea adducta ratione, quia esset sua Uxor, nedum enim inverisimile, sed prorsus improbabile est, quod si vera fuissent ea, quæ de Sponsalibus decantantur, deque libera voluntate contrahendi Matrimonium cum P. statim voluisset illius commercium abhorrere, ut in præcisis terminis observant. *Corn. consil. 9 r. colum. 3. versic. Idem lib. 3. &* 123 *Card. Quetta inter cons. Matrim. diversor. German. cons. 23. num. 9. Sanchez de Matrim. lib. 4. disput. 18. num. 5. & 6. Sperell. decis. 5. num. 50. Oliver. de Matrim. nullit. fol. 53.* ibi: *Probatur etiam dissensus quia si verè consensisset, illum non sprevisset, nec odio habuisset, & Rota in Perusina Matrim. 18. Martii 1688. §. quæ instantanea mutatio coram R. P. D. Hervault*, ibi: *Quæ instantanea mutatio aliqua non interveniente causa figurata, nec aliquo præcedenti signo expressa de Jure presumi nequit:* & 10. Maii ejusdem anni *§. Hinc tollitur in fine coram eodem* ibi: *Et demùm repugnat rationi, quæ non patitur ut absque nova causa in uno eodemque actu continuativo, & nulla temporis interjectione gesto, admittatur instantanea mutatio,* 124 *quæ nonnisi gravi cum crimine in Sponsa, & Parocho fieri potest.* Atque applicatur regula, quod antecedens voluntas ab actibus immediatè sequentibus congruè declaratur, de qua generaliter *Ruin. cons. 192. num. 5. lib. 2. Soccin. jun. cons. 32. n. 22. lib. 4. Surd. dec. 54. n. 6. & Rot. dec. 71. n. 7. coram Bichio*, & in nostris præcisis terminis *Oliver. de Matr. Nullit. quæst. 3. fol. 79.*

IN EADEM CAUSA.

OMisso primo defectu præsentiæ proprii Parochi, satis abunde supra demonstratm, alter defectus probationis prætensi matrimonii est innegabilis, nam ultra exceptiones, datas contra Personas, & dicta Testium, & Cappellani ass. Vice Parochi uniformiter conspirantium ad circumveniendam innocentem, simplicemque Puellam D. F. de quibus supra adhuc stando eorum dictis, nec ullum probationis gradum constituunt, dum ex Testibus, quibus exadverso insistitur, M. Ancilla excludit omnimodam interrogationem, & responsionem P. cæteri duo Testes, videlicet M., & S. Famulus, 125 imò dicta Ancilla, ac ipsemet P. positivè excludunt secundam interrogationem, suppositam ab ass. V. Parocho pro obtinendo consensu dictæ Puellæ, & è contrà ass. V. Parochus excludit consensum ejusdem Puellæ in prima ejus exploratione suppositum per dictos Testes, P. & omnes simul sunt discordes, varii, imò contrarii, etiam in subsistantialibus, prout hæc omnia ad oculum patent ex lectura eorum depositionis datæ in Summario.

Non attenta frivola replicatione in contrarium, quod secunda interrogatio ass. V. Parochi exclusa per testes, processerit ex causa innatæ modestiæ Puellæ, non autem ex defectu consensus sufficienter suppositi in prima interrogatione, cui concordant testes.

Quia ex eadem depositione ass. V. P. manifestè convincitur, secundam interrogationem processisse non quidem ex nudo motivo modestiæ, sed ex cognitione non liberæ voluntatis ejusdem Puellæ deceptæ, ut colligitur tam ex suspicione antecedenter concepta ab eodem ass. V. P. & desumpta ex insolita festinatione, P. clandestinitate actus, & absentia Consanguineorum, ut ipse nar- 126 rat *m' insospetti prima di andare in casa &c.* Quàm ex ipsomet respondendi modo per Puellam in actu interrogationis more satis insolito prolato, ut prosequitur, ibi: *Mi accorsi di qualche vacillazione, e dubio di volontà libera:* & infrà: *Dubito, che Lei non sia stata sedotta, ed ingannata.* Sola igitur modestia non fuit, nec potuit esse causa secundæ interrogationis, totque suspicionum, & dubietatum, sed benè plena cognitio non liberæ voluntatis, vel saltem præcedens suspicio, & actualis dubietas, quæ sola ipsum omninò obligabat non solùm ad 127 desistendum, sed positivè prohibendum, ad notata per Canonistas *in c. fin. vers. Cùm apparuerit probabilis conjectura &c. de Cland. desp.* & præ cæteris optimè *Majol. de Irregularit. lib. 3 cap. 25 §. error, num. 18.*

Verùm qualecumque fuerit motivum ass. V. Parochi in dictis interrogationibus, profectò suppositum legitimi consensus in prima interrogatione undique collabescit; Quia idem ass. V. P. reiteratò examinatus deponit, prima vice nihil aliud se fecisse, quàm simplicem explorationem, ibi: *E questa fu l' esplorazione, che lo feci:* Ideo- 128 que non habens consensum pro sufficienti, & legitimo, qualis revera non erat attenta seductione, & deceptione, de qua ipse testatur in utroque examine, progressus fuit ad secundam interrogationem pro exigendo libero consensu modo extraordinario, magisque efficaci ibi: *Mi dica liberamente, se è contenta:* Igitur anteà noverat, consensum non fuisse liberum. Et clariùs in secundo examine ibi: *Mi accorsi di qualche vacillazione, e dubio di volontà libera &c.* Et fortiùs in utroque, ibi: *Dubito, che Lei non sia stata sedotta, ed ingannata.*

Propterea dictam Puellam seriò admonere prosequutus fuit in eadem secunda exploratione, ut cogitaret quid esset factura, & admonitiones inculcando de vinculo matrimonii, quod non potuisset amplius dissolvi ibi: *E le* 129 *dissi: Avvertite Figliuola, che il matrimonio non può disciogliersi altro, che per via di morte, sappiate quel che vi fare; e Lei a queste parole rispose &c.* Ad evidentiam liquet, quod antea non erat alligata per matrimonium ratum, quod utique si præsupponeretur contractum in prima exploratione, jam fuisset indissolubile, nec idcircò potuisset reiterari sine injuria Sacramenti; nec opus erat ulteriori admonitione, nec ampliùs dari potuisset locus cogitandi, & eligendi se esse ligatam, vel solutam, & universim frustraneæ, ac fatuæ fuissent tot explorationes, admonitiones, & interrogationes subsequentes, ut patet ad sensum & ad rem nostram optimè arguunt *Jac. Leonissa cons. 48. à n. 3. ad 7. inter cons. matr. divvol. 1 Clari. contr. 131. n. 33. Rota dec. 769. n. 10. cor. Cerro, & dec. 150. n. 19. p. 16 rec.* 130

Et de facto ex sola responsione ad hanc secundam interrogationem, non autem ex prima, declarat ass. V. P. se ad celebrationem prætensi matrimonii devenisse. Est itaque inconcussum, primam interrogationem nullum præseferre consensum, & secundam tanquam testibus destitutam, imò positivè ab ipsis exclusam remanere de vento.

Mi.

Minusque subsistit, quòd hujusmodi suspiciones, ad- 131 monitiones, & explorationes ass. Vice Parochus deposuisse videatur ad solum finem se excusandi ab omni culpa, faciendo quantum in se erat.

Quoniam objectum procedere posset, quoties ass. Vice-P. simpliciter deposuisset de solis admonitionibus, & explorationibus, quas facere tenebatur ad formam *Synodi Alban.* ut ipse ait se fecisse, quia ita illas faciendo habuisset intentũ se eximen. à culpa omissionis, & in hoc casu non deliquisset. Non autem procedit pro affectando prætensum matrimonium, quia in hoc casu deponens non solùm de admonitionibus, & explorationibus, sed etiam de præfatis suspicionibus, dubietatibus, & de non libera voluntate Puellæ, quam ipse noverat fuisse seductam, & deceptam, tantum abest, quòd se exoneraverit, ut verius non desistendo, ut tenebatur, sed authorizando talem actum tot vitiis laborantem, onera- 132 tus fuerit gravi delicto, quod impunitum remanere non debet, ut egregiè notat *Majolus de Irregularitate lib. 3. cap. 25 num. 13. de Cognatione spirituali num. 14. de vi, & metu*; & meliùs *de Impedimento erroris vers. nunquam enim debet Parochus, & n. 18.*

Cæterùm si licitum esset recedere à literali, jurata, ac reiterata judiciali depositione, ac procedere cum simili divinatione, potiùs dicendum esset, quòd assertus Vice-Parochus non tam ad se eximendum à gravi pęna, quam incurrisset ob assistentiam præstitam celebrationi asserti matrimonii, carentis totali consensu Puellæ seductæ (ut ipse ait) & deceptæ, quàm etiam ut aliis gratificaretur, non enarraverit sincerè factum integræ 133 veritatis, totalis scilicet defectus consensus Puellæ, non semel ab ipso extrajudicialiter narratum, & aliàs per quam verisimile, & à tota rei gestæ serie coadjuvatum, præsertim ex depositione unius ex testibus rogatis, nempè famuli dictæ Puellæ, & complicis doli, qui veritate impellente fatetur, non liberè, nec spontanea voluntate Puellam respondisse, sed ad instigationem improbæ famulæ, ut infra ad evidentiam demonstrabitur.

Uno verbo utrique objectioni respondendo, alterum de duobus fatendum est, quod vel non est credendum depositioni ass. Vice Parochi, & utrique deficiente Pa- 134 rochi Attestatione, matrimonium non probatur ex clara dispositione *Concilii Trid. sess. 24. cap. 1. de Reformat. matrim.* requirentis claram attestationem Parochi, & duorum, vel trium testium, ut plenè constare possit Ecclesiæ de Matrimonio, aliàs testimonium duorum absque Parocho, qui est testis qualificatus, & re- 135 gulariter supplens defectum aliorum testium, est semiplena probatio in nihilo attendenda, ut explicat *Sanchez de Matrim. lib. 3. quæst. 41. num. 3 & 5.* Vel standum est ejus dicto, & ex eo remanet clarè probata seductio, & dolus, ac non libera voluntas puellæ, quemlibet legitimum consensum excludens, necnon solemnis contradictio inter ipsum, & testes, quæ probationem omnem infringit, ex allegatis supra.

Et ulteriùs attenta ejusd. depositione, triplex insurgit 136 evidens demonstratio, somniati matrimonii destructiva.

Prima clarè promanat ex verbis, sub quibus testatur assertus Vice-Parochus fecisse tam primam interrogationem, cui conveniunt testes, quàm secundam, videlicet: *se era contenta di pigliare &c.* quæ nullo modo sunt apta importare matrimonium de præsenti, sed ad summum, quatenùs adfuisset consensus, unicè præseferrent consensum pro matrimonio de futuro; Verba enim *sum contenta &c.* juncta, prout hic, alteri verbo infinitivo, *pigliare*, important intentionem contrahen- 137 di de futuro, non autem de præsenti, ut punctualiter respondit *Rota coram Peuting. decis. 179 num. 2. & coram Cerro dec. 761 n. 10. & dec. 122. p. 1. divers. & in Perusina Matrim. 28 Martii 1689. §. Primò igitur cor Card. Caccia.*

Et quamvis non negem, quòd d. conclusio alioquin in se vera recipere soleat interpretationem, seu limitationem in subjecta materia à consuetudine Regionis, vel à 138 præcedenti Tractatu de contrahendo Matrim. de præsenti, ex traditis per *Sanch. de Matr. lib. 1. disp. 18. n. 26. & 27. Rot. cor. Burat. dec. 713. & dec. 74. p. 4. rec.*

139 Attamen neutra limitatio verificatur in casu nostro.

Non quidem prima ex consuetudine Regionis, resistentibus *Rituali Rom. & Synodo Alban.* secundùm quæ interrogatio facienda est per verba de præsenti *Vis, & Volo.* Nisi dicere velimus, quòd ass. V.P. pro faciendis dd. interrogationibus ad explorandã Puellæ voluntatem quasi consultò usus fuerit verbis de futuro ad præscriptum *Synodi Alban. sess. 1. cap ult. de Matr. § 2.* disponentis, quod 140 (sunt formalia verba) *exploranda in primis est à Parocho tam Viri, quàm Mulieris voluntas: & insuper advertendum est à Parochis, ne in exploranda hujusmodi voluntate verba proferant de præsenti.* Cui Synod. dispositioni præsumendum est, ass. V.P. se conformare voluisse tanquam subditum, & de illa optimè conscium. Unde nil mirum, si binas illas interrogationes nonnisi pro explorationibus canonizat, tam in primo examine, ibi -- *Volsi esplorare nuovamente la medesima Giovane, dicendoli &c.* quàm in secundo, ibi -- *Io esplorai la volontà di detti due Contraenti con le parole infrascritte, cioè, siete contenta pigliare &c. e questa fu l'esplorazione della volontà, che io feci.*

Nec verificatur secunda de præcedenti tractatu de contrahendo Matrim. de præsenti; Quia talem tractatum nunquam adfuisse plenè constat ex deductis sup. Solùmq; præcessit aliquod Partis artificium circa anulorum permutationem, absq; tamen ulla præordinatione ad Matrim. ut fusè probatur supra, & latiùs probabitur infra. Adeout non nisi ex abrupto innocens Puella processerit 141 ad apparatum prætensi matrimonii, ut ex ejus depositione, cui adstipulatur Ancilla, ibi -- *La Sig. F. ed Io uscissimo in Sala, senza che la Sig. F. nè io sapessimo, che in Sala ci erano il Prete Curato, il Sig. P. il Servidore, e M.* Et adhuc in tali apparatu ad interrogationem ass. V.P. accipiendo anulum nunquam in animo habuit contrahere matrim: prout constantissimè semper declaravit, quinimmò in ea fuit credulitate, quòd P. tanquam Beneficiatus, & incedens tunc in habitu, & tonsura Ecclesiastica cum denominatione, & figura Abbatis, non poterat uxorem ducere.

Altera demonstratio crescit etiam cum supposito, quod secunda interrogatio facta Puellę importasset consensum matrimonio de præsenti: Quia adhuc detegitur insufficiens, & inutilis, attento notorio defectu legitimi consensus in prima interrogatione, seu exploratione utrique facta ut supra, & non relevante renovatione consensus solius Puellę in secunda interrogatione eidem facta absq; alia interrogatione, & responsione Viri, ut in depositione ass. V.P. (esto millies illum habuisset liberum, & deliberatum, qualis nunquam probabitur) dum solus consensus illius, de cujus voluntate fuit dubitatum, absque renovatione consensus alterius, qui legitimum præstitit consensum, nullatenùs sufficit ad validandum matrimonium, sed oportet, ut ambo renovent consensum mutu- 142 um, prout reprobata opinione *Navarr. in Manual. cap. 22. n. 81.* quam perperàm sequutus fuit saltem de facto ass. V. P. post Trident. magis communiter firmant *Bartho. de Le-* 143 *desma de Matr. dub. 17. & 19. Less. lib. 2 cap. 41. dub. 7. n. 16. in fin. Vega lib. 3 Summ. cas. 75. Pau Comitol. respon. moral. lib. 1. qu. 120 Basil. Pont. de Matr lib. 4. cap. 24. n. 3. & seqq. & lib. 5. c. 6 Gasp. Hurt. eod. Tract. disp. 3. diff. 9. Rot. dec. 165. per tot. post Farinac.*

Magisq; præcisè, & individualiter *Jacob. Leonissa cons. 48. n. 7 §. Lazarus verò, vers. Item quod iste inter cons. Matr. div. vol. 1.* ubi loquendo de simili secunda interrogatione, & responsione unius, qui in casu suo erat Vir, absq; renovatione consensus alterius, egregiè probat non sufficere his verbis -- *Et licèt postea interrogaverit illicò Aloysium, si erat contentus accipere d. Lucretiam in Uxorem, & ipse res-* 144 *ponderit, quod sic, quæ quidem verba videntur importare contractum Matrimonii, attamen illa non sufficiunt ex parte Viri, nisi etiam mulier postea fuisset interrogata, & respondisset per ead. verba, ut sup. dixi per c. Tuæ, & c. Sua de Spons. cum simil. quia mutuo consensu contrahitur, & non ex alterius consensu tantùm, quia talis dicitur sensus, & non consensus, & tunc dicitur consensus, quando est intimatus utriq; Contrahenti, aliàs non dicitur consensus, sed divisus sensus, etiam si Vir, & Uxor in mente optarent contrahere invicem Matrim. sed Lucret. a non fuit postea interrogata, si volebat accipere Aloysium in Maritum; Ergo non potest dici, quòd illo tunc Aloysius, & Lucretia contraxerunt Matrimonium.*

Tertia demum est pariter invincibilis, quia admissis etiam contrariis suppositionibus, quod scilicet Puellæ responsio ad secundam interrogationem fuisset consensus de præsenti, quodq; fuisset sufficiens absq; renovatione alterius (quod rectè negatur, ut sup.) Cùm tamen secunda

inter-

interrogatio, Puellæque responsio, in qua sola ass. V. Parochus constituit prætensum Matrimonium, penitùs excludatur per testes omnes, & ipsosmet ass. Contrahentes, qui se referunt præcisè ad sola verba, diversimodè expressa in prima interrogatione, imò constanter & coarctando eorum dicta hanc secundam negant; Pernecesse dicendum est, quod Testes Parocho ex diametro contrarii positivè excludant Matrimonium, & ad omne pejus qualiscumque probatio remanet æquivoca, & obscura, & tamen, ad hoc, ut relevaret in negotio adeò gravi, deberet esse undequaque concludens, & luce clarior, ut, omissis cæteris supra allegatis ma- 145 gistraliter *Rota dec.250.n.22. par.16. rec.* addicto *Pantzschmann.q.pract.par.1.q.9.n.44.*

Vel saltem attenta hac diversimoda testificatione, ass. V. Parochus remanet unicus, & singularis, absque testibus, & testes pariter soli absque Parocho, adeoque non probant Matrimonium ex *Tridentino*; Prout in ter- 146 minis deponentium de responsione, seu consensu Matrimonii diverso modo, benè ostendit *Jac.Leonissa d.cons.48.n.22. & seq.inter cons. matrim. d.vol* 5. & notat etiam *Sanchez. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 41. *num.* 1. *& seq. Ventriglia in Praxi annot.* 3. *§.* 2. *num.* 5. *Gratian. discept.* 849. *num.* 18. *Rot. coram Cerr. decis.* 761. *num.* 12.

Nec ullo modo uniri possunt eorum dicta, nempè V. Parochi testantis de consensu, seù contractu prætensi matrimonii solùm post secundam interrogationem, & Testium deponentium solum de prima, ac si omnes concordarent in unum rei finem, licèt singulares in tem- 147 pore, & verbis, argumento *text.in c.fin. de success.abintest.*

Tum quia resistit factum suppositi consensus in prima, dum nullus adfuit consensus saltem liber, plenus, & 148 legitimus, nec directus ad Matrimonium saltem de præsenti, ut supra demonstratum fuit.

149 Tum etiam, quia nec relevaret in Jure, idque ex triplici capite.

Primò, quia regula *textus in d. c. fin. de success.ab int.* 150 de conjungendis probationibus imperfectis, procedit in casu suo, quando testes sunt omni exceptione majores, & in materia favorabili, ut erat ibi professio emissa in Religione; Secùs autem in casu nostro, qui est de Matrimonio doloso, quod non est favorabile, sed odiosum Ecclesiæ, ex probatis supra, & testes, ultrà particulares exceptiones, sunt etiam suspecti, corrupti, & complices doli. Quo casu nullo modo possunt conjungi 151 ad faciendam perfectam probationem, prout, omissis generalibus, in specie respondendo simili objecto declarat *cit. Leonissa d cons.48.n.12.* & latè *à n.14. ad* 18. *d. vol.5.cons Matrim.* Et insuper eadem regula habet locum, quando disputatur de Matrimonio ad effectum successionis, vel alimentorum; Secùs verò, quando agitur de illius fœdere, & probatio in substantiali testium concur- 152 su claudicat, ut tradunt *Camerar.cons.matr.post cons. Zabarell num* 41. *&* 42. *Paris cons.15.num.37 & 38 lib.* 2. *Card. de Luca de Matrim. disc.16. num.7. & 8. Rota decis.* 761. *num.2. coram Cerro, decis.411. nu.5. coram Royas, decis.* [illegible]4. *coram Buratt. decis.86.num.4. & 5. decis.248.n.* 5. *& decis.317. nn.13.par.12. recen. & in Theatina Matrimonii* 23. *Junii* 1696 *§.* 5. *coram Pio.*

Secundò, quia in contractu Matrimonii, qui perficitur solo partium consensu, verbis expresso in actu momentaneo, non autem successivo, Parochus, & Testes debent esse simul contestes de consensu eodem actu, verbis, & tempore simultate physica non autem morali, qualis sufficit pro materia, & forma in aliis Sacramentis, secùs remanent singulares, & non pro- 153 bant, ut egregiè ad sensum *Tridentini* tenent *Veracrux. in Append. ad specul.conjug.dub.6 concl.4. Sanchez. de Matr.lib.3.disp.41.n.3.& 5. cit. Leonissa d.cons.48.à n.19. ad 26.Zeg.Bern.Vanesp.Jur.Eccl.Univ.to.1.par.2.tit.12.n.23*

Et tertiò demum, quia responsio Puellæ ad primam ass. V. Parochi interrogationem, emanavit voce adeò submissa, & dubia, ut opus fuerit illam iterùm interrogare, ut ipse deponit, ibi: *detto dubio mi nacque dal modo di rispondere con voce assai sommessa, e con una gran modestia in modo, che Io ebbi qualche dubio &c. e per questo tornai a farli la seconda esplorazione, e li dissi &c.* Si- 154 gnum evidens, quod non benè, nec intelligibiliter responderit, ut præcisè notat *Sperell. decis.5. num.* 54. ibi: *Ex responsione ad primam Parochi interrogationem voce adeo submissa, ut opus fuerit illam iterato interrogare, colligitur, non benè, nec intelligibiliter respondisse:* & benè etiam *Rota decis.643. num.* 13. *vers. Quod etiam, part.* 155 1. *recen.*

Cum itaque ass. V. Parochus non benè intellexerit primam responsionem Puellæ, vel saltem dubius remanserit de consensu ex modo respondendi, & cognitione non liberæ voluntatis ejusdem, nec idcircò poterat esse testis certus de consensu vero, libero, & deliberato, ad Matrimonium necessario: Utique ejus præsentia non poterat dici moralis, & humano modo, cum plena scilicet intelligentia, & advertentia, qualis omnino requiritur, sed erat sola præsentia physica, seu materialis, quæ nullatenùs sufficit ad matrimonii validitatem, juxtà magis communem, receptissimamque Sententiam, consonam Sacro Conc. Trid. *Sess.24.c.1.de Reform. Matr.* ubi exigit præsentiam Parochi, & duorum, vel trium 156 testium ad effectum intelligendi mutuum consensum, & de illo testificandi, fundatam in Jure juxta *textum* literalem, quem omnes adhòc allegant, *in leg.Coram Titio 209.ff.Verb.Signific.* ubi non dicitur præsens, qui non intelligit, & advertit id, quod agitur, & novissimè canonizatam per Sac. Congregationem Concilii, *in Romana super Dubiis matrimoniorum*, 7. *Maii* 1700. *ad tertium Dubium* ibi: *An Parochi præsentia, de qua loquitur Sac. Concilium, debeat esse moralis humano modo, & cum advertentia, itaut possit esse testis matrimonii actualiter, & defacto contracti, non verò voluntatis contrahendi vel sufficiat sola præsentia physica, seu materialis. Reprobata opinione, quod sufficiat præsentia Parochi purè physica, seu materialis, providendum esse in casibus particularibus, ut in Lib.50.Decret.fol.185.*

Quæ magistralis resolutio improbans præsentiam purè physicam, seu materialem, maximè arridet in Parocho, qui debet esse præsens nedum ad testificandum, cum opus fuerit, de Matrimonio, ut alii testes; sed amplius, ut testis quidam insignis, & auctoritativus, repræsentans personam Ecclesiæ, & ad invigilandum, ne in illo quidquam mali contingat, diligenterque in libro describat, prout ad hunc effectum advertunt *Estius in 4. Sent.dist.28.§ 8.lit F fol.89 Natalis.ab Alexandr in Theol.* 157 *mor. Dogmat.lib.2.de Sacram.Matrim regul.10.Franc. Bonæspei inTheol.Scholast.tom5.disp 5.de Matr. dub.1.nu.12. Gonettus disp.4. de Consens.matr.55.3.art.3. Speciali quæsito, Boss.de matr.contr.cap.5.§.2.n.3. Barb.de potest. Ep. allegat.32.n.80.Pont.de Matr.lib.5.cap.6.n.8.Molin.de Rit. nupt.lib.2.diff.25.n.120.*

Indeque communiter observant, hoc adeò verum esse, ut nedum in testibus, sed præcipuè in Parocho, Matrimoniis assistente, non sufficiat attentio virtualis, præsentia scilicet cum animo advertendi, sed requiratur positivè actualis, qua in illo actu mutui consensus contrahentium plenè advertat, quod agitur, aliàs actualiter distractus, vel non plenè advertens perinde haberetur, ac si esset absens, in eorum *Tract. de Matrimonio Sanchez lib.5.disp.39.num. 5. Perez disp. 40. sect. decima num. 3. Pont.lib.5.cap.41.num.8.Guttier. cap.69. num.7 Rosignol.* 158 *prænot.32.num.7.Dicastill. tract.10. disp.19.num. 159. & seqq.Gabriel.à S.Vinc disp.3. quæst.5. diff.12 per tot. Tamburrin.lib.8.tract.6 c.2 §.3.num.5.Hurtad. disp.5. diff.25. num.48. P. Andreas à Matredei tract.9 cap.8. punct.5.nu. 62.Petr.Marchant.tit.7.conclus.1. & 2. Franc.Bonæspei de Sacr.disp.6 dub.5.resol.4 Lauren.Neessen in universa Theolog.tom.2. tract. 8. quæst.5. dub. 4. fol.* 330. *col.*1. *Petr. à Sanct.Josepho in Idea Theologiæ Sacramentalis lib.4.cap.4. resol.7.Amandus Hermanus super 4 sent.tract.9.disp 2. qu. octava num.* 14. ubi ideo vocat positivam, *Jo: Præpositus Atrebatis in tertia part. D. Thom. sess. quarta de matrim. dub.* 13. ubi addit, non sufficere, etiam si Parochus postea per quendam discursum, & mentis reflexionem super eo, quod vidit fieri, notet, partes voluisse Matrimonium celebrare, & ea signa fuisse consensus maritalis expressiva cum aliis latè a me animadversis *in Tom.2. part. prima discept. prima per totam.*

Sublata autem de medio præsentia morali asserti Vice-Parochi in prima exploratione, in eaque remanente sola præsentia morali duorum testium, qui de illa tantùm testificantur, exclusa prorsus secunda testificata per solum assertum

V.Pa-

Vice Parochum, vel quia *ex altera parte dolus solummodo adfuit, & defuit omninò consensus*, juxta literam *Textus in cap. Cum tua, de Spons. & matrim.* Vel quia in prædictis defuit intelligentia, aut plena advertentia respectivè; Intrat de plano dicta Juris conclusio recepta, tanquam principium certum, & absolutum, non constare de Matrimonio, deficiente hujusmodi præsentia morali, humana, & attenta, nulla habita ratione sollus præsentiæ moralis, seu intelligentiæ testium in prima exploratione absque Parocho, nec soliùs præsentiæ moralis Parochi in secunda absque testibus, quia non sufficit, nisi simul copulativè concurrat præsentia physica, & moralis Parochi, & testium actualiter, & contemporaneè advertentium, non autem successivè, vel per continuationem attentionis virtualis, itaut nec Parochus sine duobus testibus, nec soli testes etiam in majo- 159 ri numero sine Parocho absente, vel non advertente quidquam faciant, *Veracrux in Append. ad Special. Conjug. dub. 6. concl. 2. & 3. Spinus in Spec. testam. gloss. 45. Cevallos com. contra comm. quæst. 604. num 83. Henriqu. lib. 11. cap. 3. num. 9. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 41. num. 3. & 5. Rebell. de Oblig. just. par. 2. lib. 98. num. 7. Ægid. Coninch. de Sacram. disp. 27. dub. 4. num. 41. Boss. de Matr. contract. cap 5. §. 1. num 1. Caramuel. Theolog. fundam. de Matr lib. 3. fund. 70. num 3830. & Episcop. Lodigerius in dissertat. de Qualitate præsentiæ Parochi dub. 3. num. 8. & seqq.*

Eòque certiùs, quia cùm in actu secundæ interrogationis, & responsionis, testificatæ per dictum assertum Vice Parochum, defuerit etiam interrogatio, & responsio alterius, seu renovatio consensus alterius Contrahentis, omninò necessaria ex supra firmatis; sicque verè contractus claudicet ex hoc capite, addito, quòd *uno solo respondente*, altero præsente, *non potest deduci, nisi consensus privativus*, seu interpretativus, *qui est non dissentire, qui ad matrimonium non sufficit, cùm requiratur consensus utrinque positivus*, & quidem *ille ultimatus, qui ad signum principale, & formam exprimitur in illo instanti, seu actu formali, cùm jam censetur contractus concludi: Certè in tali casu non censetur Parochus, aut Testes verè præsentes, cùm verè contractus non fit, sed potiùs ad* 160 *aliquam Tragædiam, quæ diversimodam interpretationem patitur*, ut per hæc aurea verba punctualiter notat *Marcbant. in Tribunali Sacrament. post tom. 3. in resol. de Sacr. Matrim cas. 3. fol. 31. & seqq.*

In omnem eventum illud unum controverti non potest, quod sicuti conquassatis inter se ass. Contrahentium depositionibus, esset recurrendum ad Testes; Ita stan- 161 te præfata innegabili contradictione inter Parochum, & Testes, & quidem in substantialibus, nulli fides est adhibenda, ex communi DD. opinione supra latè comprobata.

Extra difficultatem, quando Parochus, & Testes, vel sunt suspecti, prout in præsenti nedum sunt suspecti, & suspectissimi, sed manifesti complices, vel fuerunt (ut hic) interrogati super formalitate verborum; Quia 162 in utroque casu etsi concordarent in substantialibus, & in aliis variarent etiam in solo cortice, & formalitate verborum, (prout in omnibus variant, sibique invicem contradicunt non solùm in cortice, & formalitate verborum, de quibus fuerunt præcisè interrogati, sed de loco, tempore, & aliis assertionibus variis, vel contrariis, etiam cum derogatoriis aliorum verborum, & coarctatis) nullam prorsùs fidem mererentur, ut de primo, præter relatos supra, ut benè declarat *Alex. de* 163 *Nevo cons. 350 num 27. & seqq. inter cons. matrim. divers. vol 1.* Et de secundo juxta theoricam *Butrii in cap. Nihil de Verbor. signific.* communiter receptam, *Alex. cons. 550. num. 2. & sequen. & cons. 153. num. 2. in fin. lib. 5.* & meliùs *Angel. de Castro cons. 34. num. 1. & seqq. inter dicta cons. matrim. div. vol. 1.*

Atque huic fundamento ex defectu legitimæ proba- 164 tionis, quod mihi videtur prorsùs ineluctabile, crederem, quod totus Mundus nihil omninò posset respondere.

Verùm supposita ad exuberantiam simultanea, & concludenti expressione consensus coram vero Parocho, & Testibus non suspectis, intrat tertia, & ultima in- 165 spectio, quod adhuc stante dolo adhibito prætensus consensus radicitùs removetur.

Dolus autem exadversò non negatur, & si negaretur, patet ex revolutione Processus, sed solùm dicitur, quòd non adsit talis, & tantus dolus, qui ad instar metus cadere potuerit in constantem Virum, sive fallere prudentissimum quemquam, itaut deliberationi, & consensui demerit libertatem, qualem requiri diximus ex autho- 166 ritatibus supra adductis, quibus addimus *Card. de Luca in Summa de Matrim. §. 3. num. 20.*

Sed antequam talem dolum exadversò volitum ostendamus, præmittendum videtur, ad effectum probandi deficientiam consensus non esse necessarium, quod probationes sint omninò concludentes, aut perfectæ, sed illis Judicem contentum esse debere, quæ inspecta conditione Personæ, ac serie rei gestæ adduci possunt etiam per conjecturas, ut ostendimus supra; Prout regulare est in quacumque materia difficilis probationis, qualis 167 per se non est probatio defectus consensus per velatum dolum, ad *Text. in leg. Apud Celsum ff. de Doli except. & leg. Dolum Cod. de Dolo*, & post alios in nostris terminis *Oliver. de Nullit. matrim. ex defectu interioris consensus par. 1. § Non obstat secundum, Rota in Januen. Professionis 8. Julii 1702. §. Quod autem in fin. cor. Molines.*

Præmittendum quoq; videtur, quòd omnes Doctores conveniunt in hoc, quòd dolus, sicut & metus, faciliùs præsumitur in Mulieribus, & præcipuè teneræ ætatis, quàm in Viris, quodque proinde minor in fœminis requiratur dolus, quàm in Viris, & longè minor in Puellis, quæ simpliciùs tractare solent, faciliùsque à Vi- 168 ris decipiuntur, ut probant *Sanchez, Pontio, Perez, Card. de Luca, aliisque in eorum Tract. de Matrim.* relatis supra, quibus addimus *Rot. cor. Arguell. dec 9. nu. 38. & dec. 25. à n. 54. & in rec. dec. 771. n. 4. p. 1. & dec. 300. n. 57. p. 10.*

Quibus præmissis, descendendo ad peculiarem discussionem probationum, quæ in nostra specie habentur pro dolo, removente consensum, illæ adeo graves sunt, & in tanto numero, ut exuberantes repperiri valeant pro constituenda plenissima probatione, quatenùs illa foret necessaria, sive ex præsumptionibus, quæ non possunt esse magis urgentes, & violentæ, sive ex antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus prætensum 169 matrimonium usque ad satietatem cumulatis supra, cùm aliàs in longè minori numero, & efficacia considerentur ad hunc effectum per DD. Adeout dolus non solùm cadens in puellam teneræ ætatis annorum 13. qualis tunc erat D. F. sed etiam in constantem Virum, & prudentissimum quemquam videatur superlativè probatus.

Solummodò reflectendo, quòd si Puella teneræ ætatis facilè decipitur, quid dicendum erit de nostra Puella nedum ætate, sed tali innata indole ad miraculum simplicissima, & innocenti, qualis esset quævis alia sim- 170 plex Puella septennis, & non solùm omni auxiliatore destituta, ut ponderavit *Rota dec. 23. n. 15. p. 12. & dec. 38. n. 8. p. 16. rec.* sed constituta in medio proditorum, nempè Ancillæ, omnis doli manuductricis, & nequissimi famuli, qui ambo eam decipere meditabantur, utpotè corrupti à Sponso ad præcisum effectum illam sollicitandi, odiosisque artibus circumveniendi, ut constat ex 171 Summ. præsertim ex plena depositione ejusdem famuli, quo casu omnis præsumptio stat pro dolo removente consensum, ad *Text. in leg. unic. Cod. de Raptu Virg.* ibi — *Hoc ipsum velle Mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur, nisi enim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit; non facit eam velle.*

Quamvis igitur Sponsa in actu prætensi matrimonii protulerit illa verba, *Sì Signore*, significantia de se consensum positivum: Aliter tamen discurrendum est in 172 præsenti quoad proferentem talia verba, quia ejus confessio est qualificata, (ad finem scilicet accipiendi solum anulum) quæ proindè non potest rescindi, sed vel in totum repudiari, vel in totum acceptari, ex punctualibus auctoritatibus supra allegatis. Et attestatio ass. V. P. & Testium, omisso quod nullatenùs probat, saltem concludenter ex supradictis, quatenùs esset concludens, probaret quidem non fuisse in ipso actu cognitum dolum, non tamen excluderet, quin antea præcesserit, & removerit consensum ab actu, ex animadversis per *Sperell. dec. 5. num. 88. §. Attestatio.*

At medulliùs introspiciendo d. prolationem verborum, quæ superficialiter videntur resonare consensum, evidenter emergit, alium fuisse sonum verborum, aliam 173 verò intentionem proferentis, juxta animadversa ad nostrum

173 strum propositum per *Card. de Luca de Matrim. disc 6. num 19.* ibi : *Et licet coram Parocho , & Testibus protulerit verba , significantia consensum positivum de præsenti , nihilominus , ut ex iisdem Testium depositionibus patet , Antonius frater fuit ille , qui fecit omnes partes in scæna :* Et nos dicimus , quod ut ex iisdem Testium depositionibus patet , M. Ancilla fuit illa , quæ fecit omnes partes in scæna , & ad ejus importunas instigationes , & dolosas simulationes simplicissima Puella , tanquam ovis ad victimam ducta , veluti Psyttacus , & æs sonans , dixit , & vix dixit inter dentes illud , *Si* , nesciens , quid diceret , prout ultra ipsius Puellæ candidam , & juratam declarationem tot adminiculatam conjecturis , & circumstantiis , plenè testatur S. famulus , unus ex Testibus rogatis , ibi : *Detta Serva M. è stata quella , che ha ardito , indotta &c.* Et apertiùs , ibi : *E Lei* , idest famula M. *l'ha instigata a dire di si avanti il Prete &c. conforme mi ha raccontato l'istessa M.* Quid clarius ?

Certiùs , quia ipsemet ass. Vice-Parochus , faciens figuram proprii Parochi , & Testis principalis , cui regulariter , plurimumq; defertur , & in cujus dicto se fundat P. Testis est talis , & tanti doli , qualis ad unguem ex adverso desideratur , qui scilicet aptus erat , & est removere consensum , seu demere libertatem , & deliberationem voluntati , ut litteris rotundis liquet ex ejus depositione , ibi : *Mi dica liberamente &c.* Et ibi : *Mi accorsi di qualche vacillazione , e dubbio di volontà libera di detta F. circa il consenso a d matrimonio .* Et interiùs : *Dubito , che Lei non sia stata sedotta , ed ingannata :* Uiq; 174 adeò , ut coactus fuerit facere reiteratas , & extraordinarias interrogationes , & explorationes , efficaceique admonitiones , quæ pariter in ejus geminata depositione leguntur in Summ.

Præcisa autem hujusmodi clara Attestatione seductionis , & doli , vacillationis , & non liberæ voluntatis , quæ planè probat in ipso actu fuisse cognitum dolum , sola illa reiterata interrogatio , inculcata admonitio , & insolitus discursus , quamvis exegisset qualemcunque apparentem consensum Puellæ , adhuc illum manifestat fuisse superficialem , nec liberum , & deliberatum , cùm 175 talis voluntas vacillans , & frigida inclinatio habeat in superficie volitionem , in medulla nolitionem , ut perbellè observant *Sperell d. dec 5 n 54 & 55. Panimol dec. 19. n 9. & Rota dec. 643 n. 13. vers Quod etiam p. 1. rec.*

Augetur dolosa extorsio apparentia consensus nostræ Puellæ , ex precibus importunis , sæpiùsque inculcatis , etiam per repetitas adjurationes , quibus nolens , & invita ducta fuit ad Aulam , sub colore tamen accipiendi anulum , ut ipsamet narrat : *Io non ci volevo andare &c. a la Serva mi pregò per l'amore di Dio &c. , e G. Servitore per le cinque Piaghe di Cristo &c. e la Serva sempre mi diceva le stesse parole :* Quibus concordat famulus supradictus , ibi : *La Serva quella mattina andava a sollecitare la sudetta Sig. F. che stava a letto , e la condusse in Sala ;* Et ibi : *Andava spesso in camera a sollecitare .* Concurrentibus autem solis precibus importunis , & fortiùs cum aliis circumstantiis , prout hic , receptum est , removeri con-176 sensum ad matrimonium , ex citatis supra , quibus addimus *Rot dec 9. n. 17. cor Arguel & dec 23 n. 25. & 26 p. 12. re.*

Idemque velatus , & insignis dolus sat elucescet ulteriùs contraponendo studiosè Patris sagacitati non minus admirabilem incautæ Puellæ simplicitatem , & innocentiam , plusquam puerilem , de qua fusè supra , quo etiam ignorantiam Conjugii , ejusque effectum , & constantem intentionem , quam habuit non nubendi , ut deponit in primo examine : *Io non ho mai avuto intenzione* 177 *di maritarmi , non sapendo cosa sia Marito , e Moglie* , confirmatque in alio examine , & testatur *Illustriss. D Vicesgerens in Epist.* ibi : *Ma interrogata da me , se sapeva , cosa fosse matrimonio , e che effetto producesse , ha risposto , che non lo sapeva :* Eandemque totalem ignorantiam virilis conversationis , amorum , effectuum matrimonii in genere , & specificè actus matrimonii ex adversò prætensi , uno ore deponunt Testes , præsertim dictus famulus , & ancilla ex adductis supra .

Et quidquid aliter scriptum reperiatur in alia parte ejusdem primi examinis Puellæ coram primo Commissario circa scientiam quorundam effectuum matrimonii , necnon circa notitiam contrahendi ass. matrimonium , ex adversò plausibiliter repetitam . Standum est contrariæ declarationi per ipsam Puellam factæ coram Vicgerente , & in secundo examine coram Sabaino tunc Locumtenente Criminali Curiæ Card. Vicarii tanquam magis verisimili ex circumstantiis supra expensis , necnon coadjuvatæ ex præfatis Testium depositionibus , & quod magis est , satis verificatæ per depositionem Notarii Causæ desuper examinati , & ulteriùs indicanti causam æquè probabilem d. alterationis , ibi : *E può essere , che il Sig. Giudice , e Notaro sentissero male , avendo questo costume di rispondere sotto voce ;* Non autem standum est Scripturæ primi Commissarii prorsùs inverisimili , sibique contrariæ , qui aliter expressit illius voluntatem , ductus non quidem dolo , nec fraude , quæ abhorret à tanto viro , sed simpliciter errore probabili ex summa illa difficultate inducendi Puellam ad loquendum , & loquendo , seu respondendo adeo submissa voce cum non in minori difficultate ad intelligendum , quā plenè attestantur Vicesgerens , & Sabainus , dictusque Notarius Causæ in suo examine , & quotquot illam alloquuti fuerunt , prout in præcisis terminis similis declarationis prætensæ Sponsæ cum examine Notarii , & pro- 178 babili errore aliter intelligendi punctualiter notat *Jacob. Leonissa cons 48. à n. 29. ad 32. inter cons. matr. div. vol. 1.*

Posita autem tali ignorantia in nostra Puella , ut non cognoscerat quid faceret , ut constat ex prædictis , & præcisè de ipso actu prætensi matrimonii in eodemmet primo examine , ibi : *Senza sapere , che cosa mi facessi* , & in secundo ; Utique nihil fecisse dicendum est , quia taliter Contrahens non dicitur operari humano modo cum plena advertentia , & deliberatione , & ideo se habet , ut puer , vel amens , vel jocans , sine obligatione operans , nec transfert sui corporis dominium , cùm hoc non intendat ; Perinde ac si haberet pro objecto aliam rem impertinentem , vel contractum in genere , vel alium contractum particularem , ut præcisis verbis ex commu- 179 ni Theologorum sententia declarat *Card. de Lauræa in 4 Sent. tom. 3. de Matrim. disp 17 art. 9. nu 150.* ubi etiam ait Ignorantiam tollere voluntarium ex *Philosopho 3. Ethic cap. 1.* dicente : *Involuntarium est , quod vi , vel ignoratione accidit .*

Sed totum factum hujus Tragediæ , qualem vocat *Marchantius* ubi supra , referendum est ad fraudolentam captionem , & captiosum modum , cum qua vocata fuit 180 sub assertione recipiendi anulum , ad sensum *Card. de Luca de Matrim disc. 6. n. 17.* Non verò ad seriam , seu deliberatam obligationem , quam neque scivit , neque intendit ut supra , & in terminis terminantibus insinuat 181 *Adden. ad Dec. cons. 162 litt D vol 1.* ibi : *Ergo fraudolenta captio , nec sciebat , nec intendebat Puella seriò obligari .*

Præterea palpabilis ostenditur dolus ad exclusionem prætensi consensus , dum eidem Puellæ absque ulla præordinatione directa ad matrimonium callidè simulatæ fuerunt illæ anulorum permutationes , & donationes , quarum prima fuit ex abrupto in Coquina , præsente Sponso , secunda ipso absente mediante opera famulorum , & tertia , ad quam unicè dirigebatur scopus dolosæ simulationis , in Aula coram Cappellano , & Sponso , ejusque Sociis , itaut primam canonizaverint sub falso nomine sponsalium , secundam sub inani nomine restitutionis anuli , & tertiam sub specioso nomine Matrimonii , quando innocens Puella nunquam intentio- 182 tionem habuit matrimonium contrahendi , nec ullum unquam amoris signum , aut inclinationem ostendit erga Sponsum , ut tertio quoque verbo protestatur , ostenduntque ejus facta , & dicta Testium , de quibus supra ; Ita hac in re aliud agendo , & aliud simulando , verum dolum negare non potest Pars , quæ ita illum definivit in suis Scripturis ad sensum *leg. 1. §. 1. ff. de Dolo .*

Idque omne circa tres præmissas anulorum simulationes , quibus allucinata fuit nostra Puella , apertè colligitur ex ipsa serie rei gestæ , ex singulari simplicitate ipsius Puellulæ omnia credentis , etiam pueriles , tritasque fabellas *Befanæ* usque ad tempus examinis (quas hodie vix credunt infantes) & ex depositionibus dicto- 183 rum Testium , nempe famuli , & ancillæ , qui habuerunt , ut dici solet manus in massa , possentque analogè usurpare illa verba *Epist. 1. S. Joannis cap. 1. Quod fuit ab initio , quod audivimus , quod vidimus oculis nostris , quod perspeximus , & manus nostræ contrectaverunt &c. testamur ;* prout primam simulationem detegendo

plenè testatur sæpedictus famulus, ibi: *Quando il Signor P. diede l'anella a quella Ragazza, stava vergognosa, e per coscienza non posso dire, che aprisse la bocca, e parlasse &c. Del resto Lei non ha mai detto di voler pigliare per Marito nè Lui, nè altri*. Et evidentiùs M. Ancilla, ibi: *E dissi alla Signora F. che se lei non era contenta del detto anello, lo poteva restituire al Sig. P. dalla mattina alla sera*. Et quod rem posuit extra omnem dubietatis aleam, iterum interrogata, seu coarctata in dicto Constitutn, an dixerit D. F. si esset contenta simpliciter de anello, vel etiam ad effectum nubendi cum dicto P. respondit: *Io solamente dissi alla Signora F. Avvertite Signora F. se non siete contenta dell' anello, lo potete restituire la sera, e la mattina*.

Ecce quomodo occultato effectu anoli Sponsalitii, innocens Puella allucinabatur sub specie anuli simpliciter quem ei insinuabant posse de momento ad momentum restitui, ad hoc, ut absque ulla apprehensione ligaminis indissolubilis, quale fuisset matrimonium, assuesceret accipere anulum, & pro illus acceptatione induceretur ad proferendum illud, *Si*, ad omnem requisitionem illius improbæ Proxenetæ, prout ad ipsam confirmandam in hac innocenti crudelitate (& fuit secunda simulatio) curarunt de facto restitui primum anulum, aliumque permutari; Unde nil mirum, si statim sequuto actu prætensi matrimonii, seu veriùs acceptationis anuli (pro qua sola fuisse vocatam, & hac sola intentione responsionem dedisse constat ex dictis, & ecce tertia, & ultima simulatio) interrogata cum primis quidnam fecerit, nihil aliud fecisse responderit, quàm anulum accepisse, & instructa, quod talis anulus significaret matrimonium, illum incontinenti projecit in terram, & secundò in ignem, ut *in Restrict. fol 58.* Ex qua anuli projectione apertè probatur, nullum asser.

184 matrimonin præstitum fuisse consensum, dixit *Rota in Lucrerien. Matrimonii 21. Martii 1703. §. Actus verò concomitantes cor Lancetta*, cum aliis supra citatis.

Non est igitur fabella Adolescentulæ insinuata, ut gratis ex adverso asseritur, quod scilicet verba illa, *Sì Signore*, protulerit solo animo accipiendi anulum, non autem animo matrimonium contrahendi, sed est pura veritas, elicita ex præfatis Testium depositionibus, & ex actibus præcedentibus, ordinatis ad solam anuli artificiosam permutationem, quibus attentis retorquetur regula, seu præsumptio ex antecedentibus desumpta; Nec proinde cum admiratione, & risu, ut perperàm ex adverso dicitur, sed cum admiratione, & lachry-

185 mis excipienda est candida depositin simplicis nostræ Columbæ, plenamque fidem ex dictis promeretur, tam quoad primam acceptationem anuli ex adverso canonizatam pro sponsalibus, ibi: *Io per atto di convenienza più che per altro, presi quello anello &c. senza darli parola alcuna &c.* & ibi: *Io non seppi a che fine detto P. mi dasse il suo anello &c.* Quàm etiam quoad ultimam ex adverso canonizatam pro Matrimonio, ibi: *E così io ci andai per ricevere l' anello senza sapere il significato di questo metter l' anello*.

In vanum quoque insistendo in solo cortice verborum per mendicatum, & Judaicum intellectum adversùs manifestatam hanc veritatem exadverso effingitur, quod verba illa, *Sì Signore*, cadere debuerant super Sponsi admissionem, de qua agebatur, non verò super anuli acceptationem. Quandoquidem supplicamus benignè reflectere, quod respectu Puellæ agebatur de anuli acceptatione, ad quam fuerat dolosè allecta, non autem de ass. Sponsi admissione, quam nunquam in animo ha-

186 buit; Tum etiam, quia exd. animi declaratione non prætendimus excludere factum, sed removere animum à facto, ut distinguendo monent *Alex. consil. 130. n. 13. vers. Quia respondeo vol 4. Grattan. discept. 123. nu. 3. & Pauell expedit. civil. aanot. 32. n 6.*

187 Illa tamen sunt potiùs mera deliria, & veræ fabellæ, quæ ad arguendam in nostra Puella preordinationem ad actum ass. matrimonii in contrarium figurantur, nempè

Primum, quod Puella præsumatur voluisse matrimo-

188 nium inire cum Adversario, uti administrationi bonorum magis apto, quàm Tutoribus.

189 Secundum, quod licentiam dederit Rectori Seminarii pro imploranda assistentia Vicarii Albanen.

190 Tertium, scientia de Matrimonio secretò ineundo.

191 Quartum, quod de sero antecedenti sibi nunciatum fuerit à famulo de anulo imponendo.

Quia hæc ipsa quamvis deducta ex primis Constitutis suspectis adhuc apparent vanis suggestionibus attentata, & mendicata, ut non potuerint extorquere, ne minimam quidem inclinationem Puallæ, sed ea, qua erat prædita

192 innocentia, & ab hujusmodi rebus longè aliena, & prorsus ignara, vel illa non capiebat, vel iis nunquam præbuit aures, ut evidenter constat ex Summ. & signanter.

Quoad primum patet repugnantia nostræ Puellæ ex

193 ejus depositione, ibi: *Ma io non li rispondevo mai cosa alcuna, e li lasciavo dire*. Quæ depositio comprobatur ex aliis deductis supra.

Secundum corruit pariter ex ejosdem Puellæ deposi-

194 tione, ibi: *Nè con detto Rettore ho mai discorso, nè di questo, nè di altro matrimonio*; Cui concordant R. L. J. S. Famulus, & M. Famula in contestem vocatæ, ibi: *Io non ho parlato mai al Rettore del matrimonio*.

Circa tertium ipsamet Puella fatetur ne quidem aures

195 præbuisse, ibi: *Ma non sò che fine si avesse, ma io non ci risposi niente*.

Et quartum denique confirmat potiùs dolum, quia supponitur habuisse à famulo certiorationem de recipiendo solum anulum, in quo consistebat totum artificium dolosæ simulationis, non autem de matrimonio ineundo, ut elicitur etiam ex depositione ejusdem famuli. Et tamen etiam in hoc Puella ostendit suam repugnantiam, ibi: *Mi disse il Servidore, che la mattina*

196 *mi fussi levata a buon'ora, perche l' aveva detto il P. che mi voleva metter l' anello, io mi levai all'ora solita, venne la Serva, ma io non ci volevo andare*: & concordat sæpedicta M. Ancilla, ibi: *Tanto io, quanto la Signora F. quando uscissimo in Sala, restassimo tonte, una cosa, come se fossimo di pietra*.

Ex quibus omnibus frustraneis attentatis tantùm abest, quod Puellæ consensus probetur, ut potiùs resul-

197 ter positivus dissensus, & demonstratio non liberæ voluntatis, ut in puncto ponderat *Rota dec. 250. n. 20. §. Similiter par. 16 rec.*

Pro omnium coronide, & præcedentium majori declaratione non potest dari majus signum deficientis consensus, quàm subitaneus recessus, & fuga Puellæ, cum virili repugnantia erga P. statim, ac se declaravit velle illam deosculari tanquam Sponsam, itaut absque ullo affectus maritalis signo recesserit nunquam reditura; Videtur enim nedum inverisimilis, sed prorsùs imperceptibilis tam instantanea mutatio in uno, eodemque actu continuativo, si vera fuissent, quæ de sponsalibus, deque libera voluntate contrahendi in contrarium figurantur: Nec illa attribui potest subornationi, & perterrefactioni Avunculorum ex adverso somniatæ ad enervandam fidem negationis consensus, quia tunc illi erant absentes, nec dum alloquuta fuerat aliquem eorum, sed locus, tempus, absentia Consanguineorum, & præsentia eorum, qui per fas, & nefas matrimo-

198 nium affectabant, impellere potiùs, quàm retrahere debuerant à tali affectu, prout omissis aliis, de quibus supra benè discurrit *Sperell. decis. 5. num. 59. & 60.* exclamans: *Ergone in eodem corde, eodemque tempore copulari potuerunt amor, & manifestum odium? Intemperata libido, & socratica pudicitia? Certè in terminis nostris, & tot munita circumstantiis, hæc, ni fallor, est vehementissima præsumptio, ut nec osculum in dispensatione consuetam illi præbere voluerit*. Unde per ora omnium Canonistarum volitant Textus illi relati à *Glos. in cap. Ad id verb. Per annum de Sponsal.*

199 *Effuge, cùm poteris, ne consensisse puteris;*
Nam si persliteris, illius uxor eris.

de quibus *Rota in Cracovien. Matrimonii super Remissoria 21 April. 1698. § Sed ultimum cor Card. Priolo*.

Comprobatq; in fortioribus terminis post *Mant.* & alios *Card. de Luc. de Matr. disc. 6. circa fin. v. tertiò*, dicens abstentionem à copula, & matrimonii consumatione esse ma-

200 gnum inditium non liberæ voluntatis. Quid autem dixisset hic Emin. iste Author de sola abstentione ab hujusmodi blanditiis, quæ communiter per sponsas denegari non solent, nisi quod in hoc casu non esset vera sponsa, sed talis, vel invita per insignum dolū simulata in scena.

Ex his, aliisque consultò omissis, ut liberè dicam, quod sentio: In subjecta materia ex parte sagaciss. Viri,

ejus-

ejusque affeclarum, non vidi sub Sole dolum magis insignem, suggestiones magis improbas, sollicitationes magis importunas, circumventiones magis insidiosas, artificia magis insolita: Ex parte autem incautæ Puellæ omni auxiliatore destitutæ, non vidi sub Sole simplicitatem magis insignem; repugnantiam magis strenuam, victimam magis innocentem, innocentiam magis inter proditores triumphaotem.

Itaut omnibus simul perpensis in hoc contractu bonæ fidei, qui amore, & benevolentia iniri debet, non arte, & dolo, inclinandum omninò confidimus contra Authorem fraudis, ad effectum espondendi contra assertum matrimonium, ne cui sua calliditas prosit, & alteri sua simplicitas obsit, ut benè ait *Brcwber. de jur. connub. lib. 1. de spons. dolo contract. cap. 19. n. 1. & 2. Gratian. discept. 849. sub n. 31. & 32. Ne illi malitia sua.*

Die 29. Julii 1705. Proposita Causa in Congregatione Card. Vicarii, rescriptum fuit: *Non constare de validitate Matrimonii.* Multis inflictis corporalibus pœnis adversùs illos, qui partem habuerunt in dicto contractu Matrimonii, attentati cum circumstantiis supra latè expensis.

Causa verò ulteriorem non habuit progressum, quia nobilis Puella Habitum suscepit, & Professionem emisit in Monasterio claustrali, in quo, vix terminato Novitiatu, ad superos evolavit.

DISCEPTATIO II.

Reatina Bonætenentiæ.

PRO

Philippo Antonio Cento.

CUM

Communitatibus Antrodoci, & Borboni.

ARGUMENTUM.

Clerici, etiam in minoribus Ordinibus constituti, exempti sunt ab omnibus Collectis, & Impositionibus Laicalibus, & præcisè ab onere, quod in aliquibus Provinciis Regni Neapolitani vocatur Bonatenenza.

NElla Controversia tra il Chierico Filippo Antonio Centi da Monte Reale, Diocesi di Rieti, succeduto con Cento Maria Centi suo Fratello pro medietate ne' Beni di Francesco Maria, loro commune Padre, circa il pagamento delle Collette Laicali, o sia Bonatenenza, benche come Chierico secondo la disposizione de' Sagri Canoni, e la lodevole prattica di questa Sagra Congregazione dovess'esser esente, ed immune da ogni e qualunque peso, e gravezza Laicale, e precisamente dalla Bonatenenza, fu però necessitato ricorrere in Napoli a' legitimi Superiori delle Communità di Antrodoco, Posta, e Borbone, ne' Territorj delle quali sono situati li Beni, che possiede, ad effetto di far imporre silenzio alle Istanze di dd. Communità, che pretendevano astringerlo al pagamento delle Collette, chiamate Bonetenanze, e ne ottenoe Decreti favorevoli, come si giustifica con Scritture autentiche, esibite in Segretaria.

Non avendo potuta ottenere la revocazione di detta esecuzione ne' Tribunali Laici di Napoli le Communità sudette, ricorsero a questa Sagra Congregazione, alla quale esibirono una Relazione di Monsignor Vescovo di Rieti, poco bene affetto al medesimo Chierico Centi, che si registra per extensum nel fine, pretendendo da questo Sagrosanto Consesso, benche Propugnacolo della Immunità Ecclesiastica, ciò, che con tanta ragione li era stato negato da' Tribunali Laici, con far verificare ciò, che si legge nel *cap. Non minùs de Immunit. Ecclesiast.*

Sono perciò umilmente supplicate l' EE. VV. a degnarsi di ordinare, che non venghi più ingiustamente vessato per detta causa, e che sia mantenuto nel possesso di detta essenzione, che li compete, tanto per il Jus Divino, quanto per le leggi umane, addotte *dal Bellett. Disquis. Cleric. part. 2. tit. de Esempt. Cleric. §. 1. n. 1. & seqq.*

E ne' precisi termini di Bonatenenza osserva *il Pignatell. cons. 54. num. 8. ante finem num. 81. e seqq. e num. 92. e seqq. tom. 2.* dove riferisce molte risoluzioni di questa Sagra Congregazione, e dell'altra de' Vescovi, e Regolari, cioè *Baren. 10. Junii 1616. Brundusina 15. Decembris 1623. Callien. 18. Decembris 1581. Casertana 19. Augusti 1630. Ferrarien. 8. Novembris 1583. Fundana 23. Martii 1638. Salmonen. 6. Maji 1631. Tricaricen. 11. Januarii 1613. & 28. Maji 1626. & Ugentina 31. Augusti 1618. & 26. Januarii 1619. & 9. Septemb. 1622. & 15. Decembris 1623.* Quali sono ancora riferite dal *Ricc. in Synops. verb. Bonatenentia num. 1.* impresso 15. anni dopo la presente risoluzione della Congregazione dell' Immunità.

Nè osta ciò, che senza fondamento alcuno si asserisca ex adverso, che l'Oratore non vada in Abito, e Tonsura; Perche questo supposto non ha sossistenza alcuna di fatto, come si è giustificato con Scritture autentiche in Segretaria; Et in Jure è commune l'opinione de' Dottori, che *Clericus, etiam non habens requisita Sacri Concilii Tridentini, liber est ab oneribus collectæ*, come prova *il Panimoll. nella decis. 6. annotat. 1. num. 38.* fondato in una resoluzione della Sagra Congregazione del Concilio in *Assisien. 3. Octobris 1634.* riferita da *d. Panimoll.* giusta quelle parole: *Clerici etiam non habentes requisita Sacri Concilii gaudere privilegio exemptionis ab oneribus, & impositionibus, ac gabellis præsentibus.*

Nemeno può farsi fondamento nella pretesa consuetudine; Primieramente perche sin'ora non solamente, non è stata provata con li soliti requisiti *formiter*, come sarebbe indispensabilmente necessario, ma anche perche si giustifica concludentemente il contrario; Secondariamente perche quando anche per possibile si provasse consuetudine contraria, questa non deve attendersi, come diffusamente ne' nostri precisi termini prova il *Bellet. Disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Exempt. Cleric. §. 1. per tot.* & signanter *num. 11. & 12.* E la ragione è evidente, perche, non essendo in arbitrio di Chierici anche spontaneamente sottoporsi a' pesi Laicali, come più volte ha risoluto questa Sagra Congregazione, ed in particolare in una *Vicentina 15. Junii 1638.* ed in una *Andrien. 27. Septembris 1632.* riferite *dal Pignatell. consult. 54. nu. 8. tom. 2.* Molto meno possono li medemi Chierici introdurre consuetudine, che pregiudichi a tutto l'Ordine Ecclesiastico, come osservano *Ambros. de Immunitat. cap. 16. num. 12. Gall. observ. 40. num. 7. lib. 1. Afflict. decis. 85. num. 1. Gratian. discept. 190. num. 3. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 11. num. 85. & seq. Gam decis. 19 num. 5. Maserill. decis. 169. num. 11. Sperell. dec. 104. num. 85. Panimoll. decis. 6. adnot. 6. num. 29. de Grass. de Effect. Clerical. effect. 1. num. 23. & Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. fol. 195. num. 4.*

Die 23. Junii 1693. Proposita Causa in Congregatione Immunitatis per R. P. D. Laurentium Corsinum, hodie S. R. E. Cardinalem, responsum fuit, *Non teneri*;

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

LA Communità della Terra d'Antrodoco, Diocesi di Rieti, umilissima Oratrice dell' EE. VV. supplicando l'espone, com'essa Communità, ed altri Luoghi convicini per tempo immemorabile si trova in pacifico possesso di esiggere da i Chierici in minoribus la lima, seu Buonatenenza delli loro Averi, ed in tal possesso è stata mantenuta la medesima Communità nelle occorrenze con Decreti de' più Vescovi Ordinarj. Ciò non ostante, ora il Chierico Filippo Centi da Fano di Monte-Reale, possedendo in commune con Cento Maria Centi fratello molti Beni stabili nel Territorio della Supplicante, contro l'antica, e immemorabile consuetudine del Luogo come Chierico, benche in minoribus, e non vadi in Abito, e Tonsura, ed attenda solo a' negozj, e mercanzie secolari, in gravissimo danno, e pregiudizio della povera Communità, non intende pagare la solita Buonatenenza de' suoi averi, come la pagano gli altri Chierici simili della d. Terra, benche vadino in Abito, e Tonsura, e prestino attual servizio alla Chiesa; Perciò l' Oratore ricorre all' EE. Vostre acciò voglino commettere a chi spetta, che il d. Filippo Centi sia astretto a pagare le sopranominate Buonatenenze. Che il tutto &c.

Eminentissimi, & Reverendissimi Signori Patroni Colendissimi.

QUanto viene esposto all'EE. VV. nel qui ingionto memoriale dato per parte della Communità d'Antroduto, è tutto vero, poiche non solo in detta Terra, dove presentemente vi sono molti Cherici, non initiati all'Ordini Sacri, come pure nelle Terre di Leonessa, Civita reale, Posta, Borbone, e Cicoli, & anche nella Diocese di Civita Ducale convicinia a questo, si è sempre costumato, come di presente si costuma, che li Cherici non constituiti nelli Sagri Ordini anno sempre pagato, e pagano le Buonetenenze delli loro averi alla Communità de'Luoghi predetti senz'alcuna ripugnanza che è quanto devo significare alle EE. VV. a quali con profondissimo inchino riverentemente baccio la sacri vesti.

Rieti 6. Marzo 1693.

DISCEPTATIO III.

Bononien. Avocationis Causarum

P R O

Cardinali Nigrono., Legato Bononiæ

C U M

Philippo Leto Pro-Legato

ARGUMENTUM.

Cardinalis Bononiæ Legatus an, & quas Causas avocare possit ab ejus Pro-Legato, cum vel sine Actorum circumscriptione?

PRo congrua resolutione distinguendæ sunt Causæ quas Card. Nigronus., Bononiæ Legatus, avocavit ab Auditore R. p. d. Leti Pro-Legati, quæ sunt quinque, propter quas idem Pro-Legatus recursum habuit ad Summum Pontificem Aleandrum VIII. à quo remissa fuit ejus instantia ad Sac. Consultam.

Prima est illa, quæ vertitur inter Paulam Carbonesiam de Bocchiis, & Camillam de Bocchiis, quæ cùm fuerit introducta coram eodem Legato usque de Mense Junii 1689. in eaque plura fecerant Decreta, & demandaverat sequestra, idem Card. Legatus non potuit sl. ejus Pro Legatus Letus, & multò minus ejus Auditor in illa manus apponere, & per reiteratas vices Decreta interponere, ex adductis à *Rodulphin. in Prax. part. 3. cap. 5. num. 235. & firmatis per Rot. decis. 16. & 34. utrobique num. 2. coram Martin. Andr. & in par. 1. recent. dec. 513. n. 9. & in p. 3. dec. 714. n. 3.*

Fortiùs quia fuerat ei in specie judicialiter notificatum, quod eadem Causa pendebat coram Cardinali Legato.

Et propterea circa istam, na dum res videtur nimis clara, etiam pro circumscriptione omnium Actorum, sed ulteriùs videtur providendum, ne imposterum similia audeant attentare Pro Legati Bononienses.

Secunda Causa ab Auditore Pro-Legati avocata, est illa introducta ad Instantiam Bartholomeę de Maris contra Dorotheam Castam de Præsidoniis, quæ commissa fuit à Pro-Legato d. ejus Auditori, sola facti veritate inspecta, & sine forma, & figura Judicii. Circa quam pariter sumus extra omnem difficultatem, quia modus iste committendi Causas per Rescriptum cum facultate non servandi ordinem judiciarium, propriè convenit supremis Principibus, *Gloss. in cap. final. verb. Figura de Hæreti. in 6* quam sequuntur *Lapus Allegat. 102. num. 3. Mandos. in Prax. tit. de Commiss. commiss. 3. verb. Summario vers. An autem alius, quàm Princeps, & Ridolph. in Prax. p. 2. cap. 1. num. 60.*

Itaut communiter asserant Doctores, illam neque competere Legatis à latere, procedentibus secundùm eorum ordinarias facultates, ut videre est apud *Felin. in cap. 1. num. 2. de Rescript. Socin Sen. cons. 98. num. 4. lib. 1. Gabriel. Commun. Conclus. tit. de Clausul. clausul. 6. num. 1. & Marchesan. de Commiss. p. 2. de Commiss. cum clausul. Appellatione remota num. 14.*

Quam facultatem ex speciali privilegio competere Legato Avennionen. observat *Rot. decis. 812. num. 10. part. 18. recent.* Nec non ex simili privilegio competere Legato Romaniolæ advertit *Maser. de Avennionens. & Emiliæ moribus lib. 1. cap. 47. num. 54.* ubi, quòd idem Emiliæ Legatus hanc facultatem habet per amplissimum Breve contradistinctum à facultatibus aliorum Legatorum. Illamque competere Card. Nigrono, Bononiæ Legato, patet ex Brevi ejus deputationis, quod per extensum registratur in fine.

Difficile proinde erit ostendere, cuinam fundamento innixus d. Pro-Legatus Bononiæ, talem facultatem, nullatenus ei competentem, usurpaverit in faciem ejus Legati, sui Superioris.

Remanent tres aliæ Causæ avocatæ vertentes inter Ferrantem, & Fratres de Bologninis, & Cecilam Julianam de Tarruffis per acta Macchelli; Inter Jacobum Taraffum, & Bartholomæum Follesanum de Riveriis per acta Trombeiiæ; Et inter Franciscum Mariam de Guisciardinis, & Valerium Mariam Manfredum per acta Biondi; Ante quarum discussionem duo sunt superponenda; Primum, quòd Emin. Legatus Bononiæ habet amplissimam authoritatem, & potitur in sua Legatione omnibus illis facultatibus, & prærogativis, quas sibi Summi Pontifices specialiter non reservarunt, & constat ex dicto ejus Breve, quod per extensum registratur in fine, & priùs adverterant *Boer. de potest. legat à Later. num. 18. Giurb. cons. crimin. 19. num. 14. Raynald. in Comment. ad Constitut. Justin. in proem. §. 7. num. 4. & Rot. decis. 164. num. 11. part. 17. recent.* Quodque in sua Provincia dicatur Princeps, & contineatur sub appellatione Sedis Apostolicæ, ut prosequuntur *Giurba, & Raynaldus in locis mox allegatis*, & priùs dixerat *Corrad. in templ. omn. Judic. lib. 2. cap. 3. titul. de Patriarch. num. 10.* Et in individuo, quod possit avocare Causas à quibuscumque Judicibus Legationis literaliter exprimitur in citato Brevi, ibi. *Acquoties, & prout tibi; videbitur committend. & ad te, cùm id tibi expedire videbitur à quibusvis Judicibus ordinariis, & delegatis, & Rota, seu foro mercatorum, & aliis, quamcumque exemptionem habentibus avocandi, & pariter illas audiendi, & terminandi &c.* Cujus tenorem esse pro Lege attendendũ advertunt *Nicol. in Instit. Canon. lib. 1. tit. de Offic. legat. num. 3. vers. Et generaliter Papæ, & Raynald. in Comm. ad Constit. Justin. in proem. §. 7. n. 10.*

Secundò vero supponendum est, quod Auditor Pro-Legati Bononiæ nullam habet Jurisdictionem in Causis, quæ agitantur in Curia Legationis, ut constat ex illius Constitutionibus, quas refert *Rota in dec. 454. num. 4. & 5. par. 18. rec.* Ubi quod nullam aliam habet facultatem idem Auditor, quam referendi suum votum Pro-Legato (quæ est communis omnibus Adjutoribus Studiorum.)

His suppositis, cùm ex adverso non doceatur quod Summus Pontifex specialiter sibi reservaverit hanc facultatem avocandi Causas ab Auditore Pro-Legati, Imo è contra ex hac parte demonstretur illius ampla concessio, quæ legitur in sæpedicto Breve, firmum remanet, quod illas benè avocavarit.

Nec in aliquo conqueri potest idem Auditor Pro Legati, quia cùm Jurisdictio, quam in aliquibus Causis administravit habuerit pro fonte, & principio meram voluntatem permissivam Card. Legati, si iste aliquas ex dd. Causis ad se avocavit, non dicitur novitatem facere, aut injuriam intulisse, ut generaliter observant *Covarr. pract. 1. & cap. 5. num. 2. vers. Hoc autem Jus, & Guidopap. dec. 440. ferè per tot.* ibique *Ranchin. in addit.* & benè distinguendo avocationem Causarum, quæ fit à Judicibus, habent nativam, & propriam Jurisdictionem ab illa, quæ fit ab habentibus Jurisdictionem, ex privilegio, vel ex gratia, ut advertit *Card. de Luca de Jurisd. discurs. 53. num. quinta, vers. Altera differentiæ ratio est, & num. 6.*

Posita justitia avocationis Causarum ex præmissis, non credimus objiciendum modum definitionis cujusdam libelli pœnè famosi, factæ de ordine Card. Legati, nè iterum reviviscant species ejusdem Libelli, cujus memoria deberet potiùs in æternum aboleri; Cæterùm si aliquid ex adverso circa hoc adducetur, supplicamus potiùs pro exemplari punitione illius Mazzerii, qui talem

Li-

Libellum adeo solemni apparatu jussit publicare, ut contra Mastrum de Olancambis, simile Libellum relinquentem supra quoddam altare contra Regimen Bononiæ resolutum fuisse testantur *Angel. in leg. prima in fin. Cod. de famos. libell. Farinac. de var. & divers. criminib. quæst. 105. num 478. Mut. ad pragmatic. Regn. tit. de pœn. edent. famos. libell. num 39. & Raynald. in Comment. ad Constitut. Justin. cap. 11. §. 1. num 42. & § 4 & 5. num. 48. & seq.* Id enim, quod fuit practicatum in illius definitione de ordine Card. Legati directum fuit ad illam publicam vindictam, quam in his casibus sumendum esse disponit *Text. in leg. famosi ante finem ff. ad leg. Jul majestat* quem sequendo exornat *Caball. rer. crimin. resol. num. 235. n. 6 & seq.* ubi quod nisi similes actus coerceantur, Principis Majestas contemneretur, nimisque frequenter læderetur, multaque inconvenientia ex hoc sequerentur, & nimia Subditorum dicacitas reprimenda est, nec quod injuriosè, & ex animo in proprios Principes, modestia, ac reverentia postpositis proferatur, impunitum dimitti debet, *Matthieu de Re Crimin. Contr. 75. num. 12. & Raynald. in Com. ad Constit. Justinian. cap. 11 § 4 & 5. n. 46 & seq.* ubi quod similes modi practicantur, *ne memoria temeritatis permaneat.*

Gratis autem asseritur exadverso, avocationem Causarum, de quibus agitur, fuisse generalem de omnibus Causis, in prima instantia introductis coram Pro Legato; Contrarium enim patet ex sola lectura Decreti avocationis, per extensum dati in Summario in quo literis cubitalibus individuantur dd. solæ quinque Causæ, nec per umbram fit ibidem aliqua mentio somniatæ generalitatis.

Amplissima verò facultas illas particulariter avocandi à quibuscumque Judicibus ordinariis, & delegatis, & etiam à Foro Mercatorum Bononiæ, quacumque exemptione non obstante, expressè, & literaliter concessa reperitur Card. Nigrono Legato Bononiæ, juxta verba Brevis, in fine registrandi; Cùmque idem Card. Legatus expresse ie declaraverit, & declaret, ad d. avocationem devenisse, inhærendo facultati, in d. Brevi contentæ de per se corruunt præmeditationes, exadverso excogitatæ, absque ulla facti, & veritatis assistentia.

Nec in contrarium merentur verba illa Citationis *Causas &c. vertentes &c. coram D. Auditori Nobili, prima instantia in præjudicium ordinariæ jurisdictionis avocare &c.* Quia dum idem Card. Legatus in subsequenti Decreto nullam fecit mentionem præjudicii ordinariæ jurisdictionis, sed utendo facultate, sibi in Brevi attributa, simpliciter dixit, ibi. *Quoad primum caput, avocavit sibi Causas &c.* Non quod fuit petitum est attendendum, sed quod concessum, juxta regulam *Textus in cap. Non ne de Præsumpt.* de qua *Gloss. in leg. Præterea verb. Non respondeat de Inutil. Stipulat. Soccin. sen. cons. 131. num. 9. lib. 2. & Rota coram Cerr. decis. 459. num 8.* ubi *num. 9.* quòd Decretum, difforme petitioni, ostendit voluntatem operantis non se conformandi cum petitione: Declaratio autem ejusdem Cardinalis Legati, se Causas hujusmodi commissurum Judici ordinario, quando facta fuisset per Partes instantia, non excedit terminos, in d. Brevi expressos, dum ibidem conceditur facultas, Causas avocatas aliis committendi, & delegandi, juxta verba, superiùs relata.

Quòd si evidentior hujusmodi veritatis demonstratio desideretur, illa resultat ex ipsismet terminis avocationis; Si enim, ut exadverso supponitur, fundamentum Decreti fuisset præjudicium jurisdictionis ordinariæ, non fuisset utique processum per viam avocationis Causarum particularium, quæ potiùs jurisdictionem supponit, sed per viam Legis, seu Decreti generalis declaratum fuisset, quod Pro-Legatus nullam habebat jurisdictionem in prima instantia, ut de se patet.

Cæterùm recurrit semper inevitabilis illa responsio, quòd, cùm agatur de interpretanda intentione Cardinalis Legati, illius declaratio præferenda est quibuscumque extitiosis, & frivolis extorsionibus, & interpretationibus per ea, quæ in proxima terminis tradunt, *Decian. cons. 7. num. 99. & seqq. lib. 1. Fontanell. de Pact. nuptial. claus. 4. gloss. 5. num. 11. & seqq. Rot. dec. 536. num. vigesimo part. 18. rec. & cor. Merlin. dec. 714. num. 16. & seqq. & cor. Ottob. dec. 119. n. 7. & seqq.*

Pro coloranda nimis animosa editione, & affixione Decreti Pro-Legati, non benè allegator, seu supponitur aliud simile Antecessoris, dum, attenta illius animositate, nedum non habuit simile præcedens, sed nec habebit sequens: Illud enim, quod datur in Summario quantùm differat ab eo d. Pro-Legati, conjici potest ex illorum confrontatione, & lectura; In alio autem, quod oretenùs exageratur, ultra modestissima, & obsequiosissima verba, quibus constat, concurrit illa essentialissima circumstantia, quòd in d. casu Controversia non erat inter Card. Legatum, & ejus Pro-Legatum, sed inter istum, & Auditorem primi. Ultra quod, non exemplis, sed legibus judicandum est juxta *Textum in leg. Nemo C. de sent & Interloquutor.* Cum aliis allegatis in *tom. 1. p. 1. discept. 10. n. 40.*

De 10 Octobris 1690. proposita instantia Pro-Legati in Sacra Consulta, ad relationem bo. m. Crescentii, tunc temporis Prælati, qui deinde Uxorem duxit rescriptum fuit: *Licuisse, & licere Em. Legato avocare Causas particulares à Pro Legato, absque circumscriptione Actorum, nisi in Casibus, prout de Jure; Prout licuisse circumscribere Acta in Causa Carbonesia.*

Copia Brevis Legationis Bononiæ expediti favore Cardinalis Joannis Francisci Nigroni
INNOCENTIUS PP. XI.

Dilectè fili noster salutem, & Apostolicam Benedictionem. Quoniam hodie Te in Civitate nostra Bononien. totoque illius Comitatu, Jurisdictione, & districtu nostrum, & Apostolicæ Sedis de latere Legatum, ac pro nobis, & S. R. E. in spiritualibus, & temporalibus Vicarium generalem cum auctoritate, & amplitudine tanto muneri convenientibus ad triennium proximum constituimus, prout in aliis nostris in forma Brevis eadem die desuper confectos literis plenius continetur, consentaneum est, ut eadem opera dignitatem tuam in iis etiam, quæ ad statum, & salutem Civium populorumque tuorum conferunt; Et insuper, & erga personas hujusmodi, aliosque undecumque ad Te confluentes, & venientes ubicumque Domicilium habeant, & undecunque originem trahant, nec non familiares continuos Commensales tuos, ac tuis obsequiis insistentes, ac alias tibi servientes Te gratiosum reddere possis, gratificandi facultate prosequamur. Itaque circumspectioni tuæ de qua in his, aliisque majoribus plenam in Domino fiduciam habemus non derogando Sacri Concilii Tridentini Decretis Legatione tua hujusmodi durante, & intra illius fines, atque erga ejus personas, & loca ibi existentia dumtaxat per Te ipsum, vel alium, seu alios viros probos, & idoneos contra quoscunque criminosos, & delinquentes, aut inobedientes, seu contemptores tam sæculares, quàm Regulares, etiam exemptos cujuscumque dignitatis, Status, gradus, ordinis, & Conditionis fuerunt per viam accusationis denunciationis, aut ex officio summariè simpliciter; & de plano, & sine strepitu, & figura Judicii inquirendi, & procedendi, eosque prout requirunt Canonicæ sanctiones, & alias tibi videbitur expedire puniendi, nec non horum criminum, ac etiam omnes alias Causas Civiles, Criminales, & mixtas ad forum Ecclesiasticum, quomodolibet pertinentes in quacunque Instantia, præter quam in prima quoad Causas ad forum Ecclesiasti. cum, quomodolibet pertinentes tantùm, quæ coram locorum ordinariis juxta Concilii Tridentini dispositionem cognosci debent tam per viam simplicis, querelæ, quam etiam quarumcumque appellationum à quibuscunque Judicibus ordinariis, ac etiam à Sede præfata delegatos interpositarum, ac ipsa Legatione durante interponendarum motas, ac inchoatas, ac interim movendas, & inchoandas cum omnibus earum incidentibus emergentium, annexis, & connexis, etiam summariè simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura Judicii sola facti veritate inspecta, terminisque substantialibus unico contextu, vel etiam non servatis, sed illorum loco præfixo termino arbitrio tuo procedendo, audiendi, & fine debito terminandi, itaut etiam in quibuscumque Causis Criminalibus, capitalibus scilicet, in quibus in foro laicali pœna ultimi supplicii imponenda venit, & mixtio tam primæ instantiæ (exceptis tamen

men Causis civilibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, ut præfertur) quam etiam quarumcumque appellationum inter Clericos cum Archiepiscopo Bononien. ac cum cæteris ordinariis tuæ Legationis concurras, & præventioni locus esse debeat. Et ad præmissorum cæterorumque contingentium effectum quoscumque etiam per Edictum locis publicis affiggendum, Constito priùs, etiam summariè, & extrajudicialiter de non tuto accessu ad illos citandi, & monendi, eisque, ac etiam quibus-jus Judicibus, & aliis personis, quibus, & quoties opus fuerit etiam per simile Edictum, ac etiam sub Censuris Ecclesiasticis, & pœnia etiam pecuniaria tuo, vel tuorum delegatorum arbitrio irrogandi, moderan., & applican. inhibendi, & contraquoscumque Inobedientes, & rebelles censuras, & pœnas præfatas etiam sæpiùs aggravandum Interdictum Ecclesiasticum apponendam, & relaxandum auxiliumque Brachii sæcularis quoties opus fuerit invocandi ac sequestrum juxta formam Concilii Vienen. decern. seu Causas ipsas cum tibi videbitur ad Te avocari ac etiam ut præfertur audien. & deciden. seu eas alii, vel aliis idoneis modo, & forma præmissis, ac cum simili vel limitata potestare pariter audiendas, & terminandas delegandi Juramenta quæcumque ad effectum agendi dumtaxat quibuslibet relaxandi, ac quoscumque à quibusvis Censuris, & pœnis in foro Conscientiæ tantùm absolvendi, nec non cum iis, qui impedimentis publicæ honestatis Justitiæ, ubi solum sponsalia intercesserint non obstante Matrimonium, alias tamen ritè contraxerint, etiam si carnali copula consumaverint, per ipsos ab incestus reatu, & excommunicationis aliisque Censuris Ecclesiasticis in forma Ecclesiæ consueta injuncta eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis, quæ de Jure fuerint injungenda, absolvendi, ut Matrimonium de novo inter se dummodo propter hoc mulieres raptæ non fuerint, contrahere, & in facie Ecclesiæ solemnizzare, ac in eo remanere liberè, & licitè valeant dispensandi prolemque ex inde susceptam, & suscipiendam legitimam decernendi atque nunciandi, ac quibusvis personis Ecclesiasticis sæcularibus, & Presbyteris (non tamen dignitates, aut parochiales Ecclesias, vel alia beneficia Ecclesiastica personalem residentiam requirentia obtinentibus, ut leges, & Jura Civilia in Universitatibus Studiorum per quinquennium audire, & in iis studere, ac quoscumque actus scholasticos exercere, acsi reperti fuerint idonei Doctoratus, & alios gradus consuetos suscipere, ac etiam quibusvis personis Ecclesiasticis, beneficia Ecclesiastica sæcularia, & regularia in titulum vel Commendam obtinentibus, ac conditionem illorum meliorem efficere volentibus, ut bona immobilia beneficiorum suorum in Emphyteusim (non tamen perpetuam, nec ultra tres generationes) sub annuo Canone, vel Censu quinque Ducatos aurei non exceden. in evidentem ipsorum beneficiorum utilitatem alienare, vel permutare possint, licentiam concedendi vel alienationes, seu permutationes hujusmodi usque ad dictam summam dumtaxat jam factas confirmandi, etiam cum Juris, & facti defectuum suppletione, ita tamen quòd concessio, seu confirmatio, ac totiùs negotii hujusmodi cognitio non minus, quam duobus delegatis conjunctim processuris, & servata forma Constitutionis Fel. Rec. Pauli V. supra rebus Ecclesiæ non alienandis in quinterno Cancellariæ Apostolicæ descriptæ committatur. Præterea quoscumque monitoriales, pœnalesque literas in forma significavit contra ocultos, & ignotos Malefactores satisfacere, & conscios revelare differentes, servata forma Concilii Tridentini, nec non Constitutionis piæ m. Pii PP. V. prædecessoris nostri super hoc editæ, & in Cãcellaria prædicta publicatæ conceden. & quoscunque in utroque, vel altero Jurium, etiam Theologia ac Artibus, & Medicina, ac aliis facultatibus assistentibus duobus, vel tribus in eadem facultate Doctoribus, seu Magistris, & eorum notis juratis dummodo iidem in aliqua Universitate studii generalis per triennium saltem facultati, in qua gradum suscipere intendunt, operam dederint, professionemque fidei juxta articulos pridem à Sede Apostolica propositos in manibus tuis emiserint, ac prævio examine ad Doctoratum, & Magisterium, ac alios quoscumque gradus promoven. eosque Doctores, & Magistros creandi, ac Doctoratus, & Magisterii aliaque insignia eis conferendi, & exhibendi ita quod omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, exemptionibus, prærogativis, antelationibus, indultis, & honoribus, quibus alii Doctores, & Magistri in publica Universitate creati utuntur, potiuntur & gaudent, præter quam in iis casibus, in quibus expressè requiritur, quod in publicis Gymnasiis, seu Universitatibus studiorum gradus hujusmodi suscipiant, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia utantur, potiantur, & gaudeant; nec non Tabellionatus, & Notariatus Officium, quibuscumque personis idoneis, recepto prius ab eis fidelitatis debitæ solito Juramento, & professione fidei hujusmodi emissa expressè, ac aliàs in forma solita concedendi, eosque Notarios publicos, & Tabelliones instituendi, ac quibusvis utriusque sexus Personis Ecclesiasticis sæcularibus, quas ad loca Ecclesiastico Interdicto etiam auctoritate Apostolica præfata supposita, intra fines tamen tuæ Legationis existentia declinare contigerit, ut in eis janu is clausis, non pulsatis Campanis, excommunicatis, & Interdictis prorsus exclusis, in suam familiarumque, & domesticorum suorum præsentia, dummodo ipsi causam non dederint hujusmodi Interdicto, nec contingat eos specialiter interdici, celebrara, & celebrari facere, ac etiam utriusque sexus Personis, ut quadragesimalibus, & aliis prohibitis temporibus, & diebus, ovis, butyro, & caseo, & aliis lacticiniis, ac etiam carnibus de utriusque Medici Consilio, ac secretò, & sine scandalo, uti, & vesci liberè, & licitè valeant, excepta tamen feria sexta, & Sabbatho cujuslibet hebdomadæ, nec non feria quarta quatuor temporum, ac tota majori hebdomada quoad usum carnium tantum concedendi. Postremo omnibus utriusque sexus Christi-fidelibus ad pia, & salutifera opera exercenda, centum, aut plures dies citra annum, nec non verè pœniten. & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui quascunque Regulares, vel Sæculares Ecclesias, seu Capellas in una, vel duabus annis festivitatibus dumtaxat à primis Vesperis, usque ad occasum solis cujuscumque d. festi visitaverint, & pro unione Principum, & fidei Catholicæ propagatione preces Altissimo effuderint, septem annos, & totidem quadragenas, ut infra de injunctis eis pœnitentiis, seù si quæ merito injungi deberent, misericorditer in Domino relaxandi Ita ut relaxatio hujusmodi semel tantum pro una Ecclesia, seù Capella fiat, & si pro duobus festis concedatur triennium, pro uno vero festo concessa quinquennium tantummodo debeat perdurare, & ut concessiones, gratiæ, & literæ per Te vigore præsentium concedendæ, sublatis obstaculis suum sortiantur effectum, quoscunque ad effectum dumtaxat omnium, & singulorum præmissorum consequen. ab omnibus, & quibuscunque excommucantionis, suspen. & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati fuerint, dummodo in eis per annũ non insorduerint, absolvendi, & absolutos censendi, viresque tuas in præmissis in toto, vel in parte committendi, Judices assistentes, Comissarios, & Executores, pro prædictorum, & literarum tuarum executione, & observatione delegandi, mandara, prohibitiones, & Monitoria, etiam sub Censuris, & pœnis, & aliis prædictis, cæterisque benevisis remediis appellatione postposita decernen., & exequen. ac omnia, & quæcunque alia in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, gerendi, dicendi, exequendi, etiam per alium, seu alios auctoritate Apostolica tenore præsentium plenam, & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus. Decernentes te præsentibus facultatibus, & concessionibus etiam cum derogationibus, suspensionibus, Indultis, irritan. aliisque Decretis, & aliis necessariis, & opportunis uti posse, ac in concessionibus, gratiis, & aliis dispositionibus, per Te auctoritate præsentium faciendis soli narrationi tuæ, & etiam solis concessionibus, & literis tuis, absque alia præsentium insertione, seu exhibitione, aut Notarii, Testiumve adhibitione stari, nec ad alterius probationis adminiculum requiri, nec non quoad speciales facultates prædictas illis omnibus, & singulis uti, & gaudere, ac frui possis, & debeas, etiam in Civitatibus, & locis, ac Domi-

minlir citra Podum in d. Legatione comprænensis; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, & etiam Causorum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter indicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & desfiniri debere, & irritum, & innone, si secus super his à quoquom quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. præmissis, ac quorumcunque conciliorum universalium, provincialium, & synodalium, nec non piæ Mem. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris pariter Nostri de una, & in Concilio generali edite de duabus dietis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Statutis quoque, & consuetudinibus Ecclesiarum, Monasteriorum, Universitatum, Collegiorum, Civitatum, locorum, Ordinum, Congregationum quorumcumque etiam Juramento confirmatione Apostolica, vel quovis firmitate alia roboratis, etiam si de illis servandis, & non impetron. literis Apostolicis contra illa, & illis, etiam ab alio, vel aliis impetratis, seù alias motu proprio concessis, non utendo Personæ præstiterint eatenus, vel imposterum præstare contigerit juramentum, aliisque privilegiis, & Indultis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque etiam Cistercien. Clunianumque ordinum, quæ præmissis quoquo modo obstare videantur, quæ quoad hoc nullatenus cuiquam volumus suffragari, cæterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus, & singulis, ubi, & quando expediet, secundum rei, & casus exigentiam in genere, vel in specie, & tam conjunctim, quam divisim, prout Tibi placuerit derogare valeas, ac super his indulgere, aut si aliquibus communiter, aut divisim ob eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, ut præsentium transumptis manu Notarii Publici, & Sigillo tuo obsignatis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud ubique habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 15. Novembris 1687. Pontificatus Nostri anno duodecimo.

I. A. Albanus.

DISCEPTATIO IV.

Romana Confraternitatum

PRO

Confraternitate Montis Carmeli in Ecclesia S. Chrysogoni Urbis

CUM

Confraternitate ejusdem denominationis SS. Sylvestri, & Martini in Montibus

ARGUMENTUM.

Duæ Confraternitates sub eadem denominatione, in quibus Locis, & Civitatibus permitti possint. Vel potiùs cuinam competat Jus impediendi alteri denominationem sub eo titulo, sub quo priùs erecta fuit.

Erecta jam ab antiquissimo tempore Archiconfraternitate S. Mariæ Matris Dei de Monte Carmelo in Ecclesia S. Chrysogoni, posita Transtyberim, ubi degunt PP. Carmelitæ, Congregationis Mantuanæ nuncupati, Anno 1598. ex devoto, impulsu erga eandem Deiparam Carmelitanam nonnulli Viri habitantes in opposita extrema parte Urbis, seu in Regione Montium, preces porrexerunt tunc temporis Vicesgerenti, ut eis permitteret aliam sub eodem Titulo Societatem erigere in altera ejusdem Ordinis Ecclesia S. Martini in Montibus, atque timentes oppositionem nostræ antiquioris Archiconfraternitatis, refert Decretum prædicti Vicesgerentis, qui eorum Votis annuit, duo contradictoria, quod nempè illa, *sæpiùs citata non comparuerit, & comparens nihil objecerit*, necnon sequentia addidit. *Declarando & decernendo, quod eadem Societas in Ecclesia S. Chrysogoni de Urbe, & aliæ Confraternitates, & Archiconfraternitates hactenus in Urbe erectæ in quibusvis Processionibus quomodolibet in Urbe faciendis, nobiliorem locum, & præcedentiam habeant, & habere debeant.*

A Sæculis itaque nostra Archiconfraternitas militavit sub Titulo, & Vexillo *Sanctæ Mariæ de Carmine*; A dicto verò Anno 1598. in posterum eundem Titulum modò mox exposito assumpsit Confraternitas Sancti Martini ad Montes, quæ licèt semper gratam debuisset sese ostendere erga nostram ob neglectam suæ originis contradictionem, attamen turbata nuper quiete, animosam excitavit prætensionem, quod videlicèt delendus sit in nostra Archiconfraternitate Titulus *de Carmine*, quando si locus erit deletioni potiùs talis tituius, foret tollendus adversæ Societati per resolutionem Dubii de quo in fine, *Negativè* quoad primam partem, & *Affirmativè* quoad secundam, quia jura antiquioris erectionis semper prævalent, ut ex *Cassan. in Cathal. glor. Mund. consid. 1. conclus. vigesimaprima num. primo, & Rota coram Cavaler. decis. 549. num. 1.* observat in nostris terminis *Pignatell. consult. 18. num. 3. tom. 4.* & est principium absolutum in jure.

Quod autem Archiconfraternitas in Ecclesia Sancti Chrysogoni sit longè antiquior, satis esset probare ex proprio facto Archiconfraternitatis Sancti Martini, sivè ab ipsa ejus erectione, ubi nostræ tanquam jamdudum erectæ nobiliorem locum & præcedentiam deberi expressè decernitur; Nihilominus quia objicitur, aliud esse quod Archiconfraternitas adfuerit, aliud verò quod jam militasset sub titulo *de Monte Carmelo*, dum talis titulus in contraria erectione exprimitur dumtaxat per viam prætensionis ibi, *Licèt Confraternitas sita in Ecclesia Sancti Chrysogoni de Urbe in Regione Transtyberim cum Saccis Albis, & ipsa militare prætendat sub Invocatione ejusdem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo*, ideò præter responsionem, quod secluso illo titulo, utique non fuisset citata, vel superaddita legeretur prohibitio talis denominationis ex tunc, adhuc progredimur ad innumeras, & superlativas hujus veritatis demonstrationes.

De hujusmodi quippè antiquissima erectione Testes omni exceptione majores sunt multi Historici, describentes pia Loca Urbis, inter quos *Camillus Panuccius de Pile oper. Urb. lib. tertio cap. vigesimoquinto post princ.* ibi. *Nella Chiesa di San Grisogono in Trastevere molti anni sono era una Confraternità sotto il titolo di Santa Maria Mater Dei del Carmine, perche in essa Chiesa stanno Frati dell'Ordine Carmelitano: Ma perche era stata quasi abbandonata, ed appena se ne aveva memoria: nell'anno 1543. sotto il Pontificato di Paolo III. fu instituita nella medesima Chiesa una nuova Confraternità coll'invocazione del Miracolosissimo Corpo di Cristo Signor Nostro, e unitala alla Confraternità del Carmine sudetta chiamandola del Santissimo Sagramento, e di S. Maria Mater Dei del Carmine, Ugon. de Station. Urb. Station. trigesimaquarta apud S. Chrysogonum fol. 182.* ibi. *In questa Chiesa è eretta una Compagnia del Santissimo Sagramento detta anche di Santa Maria Mater Dei del Carmine, la di cui Cappella è a mano dritta della Tribuna, ed il suo Altare è privilegiato, la medesima Compagnia suole fra l'anno maritare povere Zitelle, e fare altre buone opere. Lezzana Carmelita in Annal. Carmelit. tom. quarto fol. 9050. num. secundo in medio relationis* ibi, *Insignis quoque in ea* (idest in Ecclesia Sancti Chrysogoni) *fundata est Virginis & Sacri Scapularis Confraternitas, ad quam dum ejusdem Virginis commemoratio die 16. Julii, vel in proxima immediatè Dominica quotannis colitur, magnus Reverendissimorum Cardinalium, Procerum, Principum, ac inclyti Populi Romani concursus cernitur, in quo etiam die aliquoties Virgines Romanæ pauperes pro Matrimonio dotantur*, & cæteris aliis omissis *Abb. Piazza nella Geror. Eccles. titul. secundo de Eccles. Sancti Chrysogoni fol. 381.*, ubi postquam descripsit eandem Ecclesiam

clesiam, in qua à tribus sæculis moram faciunt PP. Carmelitæ, mentionem habet de ibidem existente Archiconfraternitate Carminis, & subdit -- *è fassi solennissima la festa da Confratelli del Carmine la terza Domenica* [5] *di Luglio*; Quibus profectò probatissimis Auctoribus, & Historicis omnis præstanda est fides juxta *Text. in leg. 1. ff. de Off. Præsid.* ibi -- *A quibusdam Scriptoribus traditum est*, cum aliis allegatis per *Melchiorr. Can. lib. 11. de Loc. Theolog. cap. 3. Bertacch. vot. decis. 141. num. 11. & Rota decis. 502. num 2. coram Dunoz. jun. & decis. 24. num 8. coram Ubago, & decis. 77. num 2. coram Emerix sen. & decis. 24. num. 3. & decis. 395. num. 9. coram Emer. jun. & decis. 353. nam 23. & seq. part. 5. recent. & decis. 316. n. 5. par. 14. & dec. 396. n. 11. par. 17.*

Potissimùm quia Libri prædictorum Historicorum, & signanter Ugonii, cujus scripta data fuerunt Typis anno 1588. impressi fuerunt in Urbe, & continent facta, & operationes publicas, omnium oculis expositas, quo casu nullatenùs valent redargui, sed talis circumstantia [6] eorumdem fidem magnopeté auget, juxta *observat. P. Segneri nella predic 17 num 8.* ibi -- *Le riferì, quando appunto quelle avvenivano, cioè, quando ognuno rimproverar lo poteva di grandissimo temerario, se nulla di suo capo vi avesse alterato, o aggiunto, non che mentito.*

Cum hac veridica Historicorum relatione concordant actus positivi, publicaque documenta; Nam 1543. ipsi PP. S. Chrysogoni solemniter concesserunt Cappellam Officialibus *Societatis Corporis Christi, & Sanctæ Mariæ Matris Dei*; Ac per aliud Instrumentum distinctum concesserunt etiam multa suppellectilia Sacra, eodemque anno Confratres condiderunt Statuta, in quibus adest inscriptio Sanctissimi Corporis Christi, & Gloriosissimæ Mariæ Matris Dei de Carmine; Cùmque Confratres S. Martini quærentes nondum in scirpo observaverint in eis quamdam rasuram, & super positionem verborum; magnum excitarunt strepitum usque ad necessitatem eligendi Peritos, non advertentes, quòd existentibus Statutis nitidis, & antiquis in pluribus primordialibus foliis, ubi memoratus titulus pluries adest repetitus, nil faceret abrasura in aliqua alia parte; Et hoc non obstante retulerunt Periti, quòd ob connexionem, & conformitatem eorum, quæ antecedunt, & sequuntur, præfata abrasio non sonet in vitium, sed ideo facta fuerit, quia aliæ literæ auro conscriptæ evaserant confusæ, quodque Statutum pro Archiconfraternitate de Carmine fuerit verè conditum dicto Anno 1543. Addentes eum solidissimis rationibus, vanum [7] esse de hoc dubitare, & quidem peritissimè loquuti sunt, quia hoc ipsum docet *Glos. final. in cap. Cùm Venerabilis de Religios. domib. Bald. in leg. final. num. 17. vers. Attende hic, & Jas. num 19. vers. Quartò limita, ac Dec. num. 37. Cod. de Edict. div. Adr. tollen. & Rota decis. 427. num. 2. par 4. tom 2. recent.*

Rursùs, ne exadversò insinuetur æquivocum, quod quando Patres S. Chrysogoni dicto anno 1543. donarunt Archiconfraternitati Cappellam, & Sacra Suppellectilia, expresserint quidem titulum Sanctæ Mariæ Matris Dei, sed non addiderint de Carmine, ad illud tollendum, ultra præsumptionem, resultantem ex proprio Instituto, exhibemus duo publica Instrumenta, similiter celebrata longe ante erectionem Confraternitatis S. Martini; Alterum scilicet anno 1584. continens quamdam Transactionem initam à Ministris nostræ Confraternitatis, uti Officialibus, ibi *Ven. Societatis Sanctissimi Sacramenti, & S. Mariæ de Carmine*; Alterum verò anno 1588. ubi iidemmet PP. S. Chrysogoni retrò Campanile eorum Ecclesiæ concesserunt situm ad finem construendi Oratorium cum clarissima expressione, quòd concessionem faciebant Societati Beatæ Mariæ de Carmine; Ecce igitur aperta declaratio tituli [8] explicans quoque præcedentia Instrumenta, & tanquam pluriès geminata, magis inservit ad facti verificationem *Rota coram Buratt. decis. 106. num. 4. & coram Royas decis. 123. num 11. & coram Benincas. decis 306. num. 8. ac in recent. decis. 495. n. 13. par. 9.*

Procedendo postmodùm ad actus subsequentes, habemus Breve Pauli V. sub Datum 10. Novembris 1605. in quo nostra Archiconfraternitas enunciatur canonicè instituta, eique conceditur privilegium liberandi quotannis unum Delinquentem damnatum in pœnam ultimi supplicii; Talisque est expressiva -- *Dilectis Filiis Confratribus Confraternitatis S. Chrysogoni de Urbe in Ecclesia ejusdem S. Chrysogoni Transtyberim Fratrum Ordinis Carmelitarum Congregationis Mantuanæ canonicè institutæ*; Cui sanè Summi Pontificis assertioni in actu tam serio, [9] & privilegiativo, venit omninò deferendum, *Rota coram Zarat. decis. 22. num 6. & coram Coccin. decis 336. num 5. & coram Manzaned decis. 865. num. 6. & coram Royas decis. 263. num. 4. & coram Bichio decis. 479. num. 17. & in recentior. decis. 181. num. sexto part. duodecima.*

Præcipuè quia idem Breve fuit concessum ad petitionem Cardinalis Scipionis Burghesii, Nepotis ejusdem Pontificis, & respectivè Titularis prædictæ Ecclesiæ, ac insimul Protectoris nostræ Archiconfraternitatis, ut in corpore ejusdem Privilegii enarratur: Hic autem Protector, nedum se gessit munificenter in restauratione Oratorii, verùm insuper effecto angusto eodem Oratorio ob excrescentiam in numero piorum Confratrum, Sororum, contribuit quoque notabilem summam pro ædificatione alterius Oratorii magis ampli è conspectu Ecclesiæ, ipso adhuc vivente anno 1627. ibique constructa extitit Cappella dicata Beatissimæ Virgini de Carmine, ac fuerunt appositæ plures inscriptiones sub eodem titulo, unà cum Insignibus ejusdem Cardinalis ibidem depictis, quæ adhuc hodie inspiciuntur ad formam descriptionis datæ in Summario. Ista igitur gesta, vidente, & cooperante eodem Protectore, qui dictum Breve obtinuit, evidenter inserviunt ad ejusdem Brevis explicationem, & ad demonstrandum titulum de [10] Carmine in nostra Archiconfraternitate, ad tradita per *Gabriel. cons. 51. num. 8. lib. 2. Rota coram Bichio decis. 18. num. 9. & decis. 562. num. 26. & seq. cor. Cerro.*

Habemus insuper quamplura Instrumenta dotium, pauperibus Puellis distributarum per nostram Archiconfraternitatem, quæ præ cæteris damus ab anno 1613. usque ad 1672. necnon Instrumenta Censuum, & Transactionum ab anno 1611. usque ad annum 1700. Iidemque univocos actus Aggregationis Confraternitatis Sanctæ Mariæ Viterbii, & Beatæ Mariæ Viterbii, & B. Mariæ Carminis Neptunii, quæ fuerunt de more ad hospitalitatem receptæ anno Jub. 1625. ex quibus multiplicatis actibus ad evidentiam comprobatur qualitas Ar- [11] chiconfraternitatis sub titulo Montis Carmeli, juxta Regulam *Text. in l. Missi Opinatores*, ubi *Jo. de Plat in 3. notab. Cod. de Exact. tribut. lib. 10. Bald. cons. 142. lib. 3. Alex. cons. 215. n. 9. Card. de Luc. de Regal disc. 49. n. 13. Maat. decis. 310. n. 5. & cor. Ottbob. dec. 175. n. 10.*

Nec deficit iterata confessio Patrum Carmelitarum Sancti Chrysogoni apud Sacram Congregationem Visitationis Apostolicæ, cui anno 1627. dixerunt, quod [12] *Altare Beatæ Mariæ Virginis de Carmelo ab antiquo tempore spectaret ad nostram Archiconfraternitatem*. Junctis Inventariis Sacrorum supellectilium, inceptis à dicto anno 1627. usque ad annum 1692.

Prout non deficiunt probationes ab extra, quod nempè omnes publicè, & palam cognoverint Archiconfraternitatem nostram, tanquam Sanctæ Mariæ de Carmine: Ita enim conviucunt plures ultimæ voluntates, piaque legata à pluribus Personis, relicta, & data in Summario; Ita demonstrant Literæ patentes subscriptæ anno 1662. à Cardinali Ursino Protectore, ac à Primicerio, & Custodibus respectivè; Atque idipsum agnovit Capitulum Sancti Petri in Vaticano, à quo anno 1662. prævia donatione duarum Coronarum aurei fuit gestus solemnis actus coronationis in Cappella -- *della Madonna Santissima del Carmine in San Grisogono.*

Quibus accedunt eædem denominationes sub titulo Archiconfraternitatis de Carmine contentæ in rescripto Vicesgerentis anno 1654. Item in notificatione occasione anni Jubilæi publicata à Clemente X. anno 1675. pariterque in Rescripto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, ac Concilii cum Voto Card. Marescotti Protectoris.

Quis igitur dixerit, quod enarraverint ipsimet Patres de Carmine, in quorum Ecclesia existit hæc Societas? Quis quod erraverint tot Eminentissimi, & oculati Protectores? Quis quod sese deceperint pii Testatores? Et quis quod in errorem irrepserint Capitulum Vaticani,

& etiam

& etiam plures Summi Pontifices? Quodque ad fuerit etiam communis, & universalis arror, tam Superiorum in permittendo, quam totius devoti Populi erga nostram Sacram Statuam Beatissimæ Matris Dei de Carmine concurrentis ad celebrem, & annualem Processionem per sæcula continuatam in mense Julii per accessum omnium Confratrum ad recipiendum eamdem Statuam de Carmine, unà cum ornata machina è Monasterio S. Appolloniæ, eamque posteà processionaliter ducendo ad Ecclesiam Sancti Chrysogoni, cum expositione, & festivitate per octo dies continuos, ut in Urbe est notorium, & distinctè referunt Testes in Summario. Et quidem sciente, & vidente Archiconfraternitate Sancti Martini. Est igitur luce meridiana 13 clarius, nostram Archiconfraternitatem esse longè antiquiorem, semperque à sæculis militasse sub eodem Vexillo Carmeli, tam ex actibus antecedentibus ad erectionem Societatis Sancti Martini, quàm ex contemporaneis, & subsequentibus, insimul ponderandis ad constituendam plenissimam probationem, ut admonent *Barbos. vot. decis. decimasexta num. quinquagesimosexto, Sperell. decis. 99. num. 30. Pignatell. consult. 173. num. 157. Rot. decis. nona num. decimoctavo & seq. coram Arguell. & in Firmana, seu Senogallien. 27. Junii 1718. §. Præmisso coram Corio.*

Neque demum ad magis magisque, & exoberanter fundandam hujus Patris intentionem, desunt actus judiciales in Tribunali A. C. usque ab annis 1658. & 1659. coram Bulgarino, & Areosto, & successivè coram Cardinale Origho anno 1698. tunc A. C. Locumtenente, qui definitivè pronunciavit ad favorem hujus Archiconfraternitatis in lite exorta cum dd. PP. Sancti Chrysogoni, cui Judicato adhæsit quoque Cardinalis Urbis Vicarius. Itemque in Commissione per dd. PP. porrecta Clementi XI. & novissimè coram A. C. de Gentilibus. Quantæ autem auctoritatis sit observantia judicialis, nemo est, qui ignoret, maximè 14 accedente sæculorum cursu, dum sola centenaria sat est ad allegandum omnem meliorem, magisque proficuum titulum de mundo, itaut illam habens pro se, dicatur habere totum id, quod Papa per viam gratiæ, & justitiæ concedere potest, ut notant *Sperell. decis. 37. num. decimosexto Card. de Luca de Benefic. disc. 31. num. secundo & quarto, & de Canon. discurs. undecimo num. sexto*, & firmavit *Rota decis. 73. num. tertio coram Ansald. & decis. 22. num. quarto part. octava & dec. 320. num. 2. part. 16. & decis. 671. num. 16. part. 18. rec.* & egregiè *in Tranen. Præminentiarum 19. Novembris 1717. §. Immemorabilis coram eodem Ansald.*

Durum ergò esset ea immutare, quæ longo temporis cursu servata sunt, juxtà verba *Rotæ decis. 212. num. tertio & quarto par. 17. recen.* & novitates semper fuerunt odiosæ, & quantum fieri potest vitandæ sunt, eo quia nil magis animos perturbat, quàm innovare aliquid, & à consuetudine alienum facere, etiamsi fieret 15 ad aliquod utile, quod hic nullatenus concurreret, juxta dictum *S. Joannis Chrysost. Epist. 1. ad Corinth. hom. 7.* quem refert, & sequitur *Rot. decis. 19. in fine apud Antonell. de Jur. Clericat.* Idemque asserit *Divus August. Epist. 128 cap. 5.* ibi. *Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*; & habemus *Textum in cap. Quod dilectio de Consang & affinit.* ac sequitur *Rota in Aretina Jurium Parochialium 15. Januarii 1703. §. Cæterùm coram Ansalde*, cum aliis innumeris collectis *à Genzal. in cap. Cùm consuetudinis num. secundo & tertio de Consuetud. Capoa discept. 85. num. 11. & seqq. tum secundo & Rot. in Pampilonen. Manutenitionis 10. Maii 1706. in fine cor. Caffarell.*

Descendimus, nunc ad contraria objecta quorum primum stat in eo, quod non doceamus de erectione nostræ Archiconfraternitatis sub titulo Carminis per 16 publicum Instrumentum; Responsio tamen est prompta, nedum quia ex probatis centenaria dat titulum ex se; Verùm etiam, quia est propositio ab omnibus admissa, quod erectiones probentur etiam per æquipollens, & ex actibus subsequutis, ut in terminis firmavit *Rota coram Ansald. decis. vigesimaquinta num. 32* ibi. *Sed his non obstantibus Rota censuit, esse antiquiorem Confraternitatem Sanctissimi Sacramenti, illique in sequelam deberi præcedentiam: Quatenus enim pertinebat ad deficientiam Instrumenti fundationis, reputarunt DD., quod ab aliis Scripturis, & Justificationibus posset desumi probatio æquipollens &c.* Et generaliter Collegialitatem legitimè probari posse vel per Bullam ere- 17 ctionis, vel per signa, argumenta, & conjecturas, probant *Piten. discept. Eccles. octava, num. nono Fagnan. in cap. Postulasti num. quinto de Jurepatron. & Rota decis. 85. num. 11. apud Urceoll. de Transact. & decis. 87. la 2. num. 6. & 7. coram Merlin. & decis. 479. num. decimosexto part. 19. recen. & in Mediolanen. Præpositura 19. Junii 1640. §. Neque coram Molines.*

Licet autem ad hunc effectum sufficiat ille numerus conjecturarum, ex quibus simul unitis animus Judicis 18 moveri possit ad ita credendum *Zabarell. in Clement. 2. num. decimo vers. Non tamen putes de Ætat. & qualitat. Corrad. in Prax. benefic. lib. secundo cap. nono num. vigesimooctavo Barbos. de Canon. cap. 2. num. nono & 16. Pucis Joardan. lucubrat. tom. 2. lib. 7. tit. 5. num. 11. & Rota decis. 960. num. 2. coram Pea. & decis. 234. num. quarto p. 16. & decis. 469. num. 22. par. 19. recen.* Attamen in facti specie non una, vel altera sed ferè omnes concurrunt probationes, superiùs relatæ, digito indicantes erectionem nostræ Archiconfraternitatis; Hoc addito, quod defficientia Instrumenti, proveniens à maxima temporis antiquitate, solitisque Mundi vicissitudinibus, potiùs prosit, quàm noceat, cùm in his terminis 19 centenaria vim assumat immemorabilis ob ignotam notitiam originis, ut dixerunt *Manuc. loc. supra allegat. E Piazza nell' Opere pie di Roma tratt. 3. cap. 12.* ibi. *Antica senza saperne l'origine fu la Confraternità del Carmine, eretta nella Chiesa di S. Grisogono in Trastevere sotto il titolo di S. Maria Mater Dei del Carmine.*

Ultra quod non potest Societas Sancti Martini impugnare prædictam antiquiorem Erectionem eo ipso, quod in sua Institutione adest conditio clara, quod nostra Archiconfraternitas debeat præcedere, & consequenter necessitas admittendi Erectionem in genere fortiores reddit probationes circa qualitatem tituli de Carmine, quam cæteroquin mille mediis supra probavimus, & signanter ante fundationem Confraternita- 20 tis in Regione Montium per publica Instrumenta facientia probationem probatam *cap. Cùm dilectus de fid. Instrum. leg. Cùm precibus Cod. de probat. Rota coram Ludovis. decis. 157. num. tertio, & decis. 211. num. 14. p. 19. recent.*

Prò secundo objecto exhibuit Societas Sancti Martini quemdam Librum inscriptum. *Decreti della Congregazione* in cujus initio legitur registrata sequens fabula. *Decreti della Veneranda Confraternità della Santissima Madonna del Carmine, cominciata l'anno 1515. à dì 15. di Genaro nella Chiesa di S. Martino delli Monti, ed ora di nuovo formata con suoi Officiali, e Ministri, che prima non vi erano per non aver fatto mai Congregazione detti Fratelli, ma essendo Priore l'Illustrissimo Signor Scipione Vipereschi, si fece intimare una Congregazione, la quale fu la prima volta che sia mai stata de' Fratelli &c. che fu la 4. Domenica di Giugno 1598. &c.* Indè forcasse perperam asserendo majorem antiquitatem; sed rectè dicimus, magnum hunc saltum annorum 82. ab anno 1515. usque ad 1598. absque celebratione Officiorum aliisque peragendis ratione eorum asserti tituli, ac ulla intermedia Congregatione, esse merè fabulosum, dum ipsemet preces porrectæ dicto anno 1598. per S. Martini Confraternitatem præseferunt petitionem Societatis, erigendæ ex in- 21 tegro, itaque litera proprii facti occidit, talemque negativam approbat *Cherubin. in Compend. Bullar. ad constitut. 71. Schol. 1.* ubi quærens illa erecta fuisset à PP. Carmelitis, ita quæsitum solvit. *Respondeo non, sed de anno 1598. à Clemente VIII. erecta fuit in Ecclesia Sancti Martini in Regione Montium de Urbe, in qua degunt Fratres Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo.*

Tertium objectum fundatur in Decreto erectionis Confraternitatis S. Martini, in quo Vicesgerens, narrando præexistentiam nostræ Archiconfraternitatis dixit, quod & ipsa prætenderet militare sub titulo Carminis, cui objecto jam satisfecimus, tùm quia ex præcedentibus authenticis documentis, dictam prætensionem fuisse justam, & constabilitam, probavimus, tùm etiam quia in eodem Decreto non prohibetur continuatio ejusdem tituli, sed dumtaxat dicitur, quod Archiconfraterni-

tas,

tas, existens in Ecclesia Sancti Chrysogoni non posset imposterum molestare, & impedire alteram Sancti Martini tunc erigendam in Processionibus, vel extra, illi de cætero præservando nobiliorem locum, absque ulla denominarione sub altero Titulo; 22 Aliud autem est non impedire, aliud verò tollere alienum titulum, nullatenas tactum, ut demonstravit immediata, & subsequens usque ad hodierna tempora continuatio, undè à diversis fieri non valet illatio *leg. Papinianus ff. de Minor.* Præsertim quia non versamur in Decreto, edito Parte contradicente, & deducente Jura sua, sed merè contumaciali, ut ipsum Decretum affirmat, à quo propterea veritas non læditur.

Quartò objicitur, quod in pluribus documentis à nobis pro fundamento intentionis superius allegatis exprimatur tantummodò titulus Matris Dei absque allo additamento de Carmine. At hujusmodi objectionem esse prorsùs infirmam plenissimè ostendimus, itaut inutilis 23 sit quælibet repetitio, maximè quia quando res est de Societate sub titulo S. Mariæ in Ecclesiis PP. Carmelitarum intelligitur de Carmine.

Quinta objectio desumitur ea fide PP. S. Chrysogoni, asserentium, hanc Carminis denominationem semper ab eis fuisse impugnatam, nostramque Archiconfraternitatem, uti non interessentem Processionibus Sacri Scapularis, aliisque Carmelitis functionibus, eam quasi inutilem reputasse; Verùm ex hoc objecto nil aliud revera colligitur ad penitus amputandam contrariam instantiam, nisi quod dd. PP. salva eorum pace causam dederint præsēti litigio, dum ab annos 698. vexant nostram Archiconfraternitatem impugnando donationem Cappellæ, factam à Prædecessoribus, & inde prætendunt obtinere dominium, tàm ipsius Cappellæ, quàm gemmarum, & jocalium, à piis Largitoribus oblatorum Effigiei Sanctissimæ Virginis, & forsan manus quoque apponere in Legatis; & ideò sub silentio relinquendo eorum judiciales succumbentias, & sese figurando ignorantes tot contractuum, inter Prædecessores, & ipsam Archiconfraternitatem celebratos cum explicito titulo S. Mariæ de Monte Carmello, nullamque mentionem faciendo de expulsione Confratrum ab eorum Ecclesia neque de ultimo decreto reintegratorio ad assistendum functionibus Carmelitis, ac in solito solvendi annua scuta 98. 50. dictis Religiosis quasi ad vindictam prolapsi sunt ad exarandam præfatam non laudabilem, & simplicem Attestationem, quæ illicò evanescit, ac de medio tollitur, statim ac excipitur, eos actualiter esse in lite cum nostris Confratribus *Soccin.* 24 *Jun. cons. 89. num. decimo, & seqq. lib. primo, Dec. cons. 505. num quarto vers. Respondetur, Handed. cons. 77. num. tertio, & vigesimoprimo lib. 1.* alibique passim; Non omissa ponderatione ad magis eam labefactandam, quod in hac Archiconfraternitate. semper fuit Prior unus ex PP. graduatis S. Chrysogoni, omnesque Priores in quibuscumque resolutionionibus capitularibus intervenerunt, eamque recognoverunt, tanquam Societatem Sanctissimi Sacramenti B. Mariæ de Carmine, & signanter de anno 1584. Ex quibus remanet manifestum, nullam fidem præstandam esse dictis Religiosis, uti nostris Contradictoribus Adversariis.

Sexto objicitur, quod obstet superaddito Tituli SS Sacramenti, facta nostræ Archiconfraternitati tempore Pauli III. quando fuit vocata, *del SS. Sacramento, e di S. Maria Matris Dei del Carmine*; Sed hæc pariter objectio nihil stringit, quia non proindè immutata extitit primæva Institutio, & natura, ut videmus in Urbe practicari, in qua adsunt multæ Confraternitates habentes plura nomina inter se distincta, ut gratia exempli, est illa SS. Sacramenti, & quinque plagarum in Ecclesia S. Laurentii in Damaso, alia SS. Sacramenti nominis Dei, & SS. Celsi, & Juliani, alia SS. Caroli, & Theresiæ in Ecclesia B. Mariæ de Scala, aliaque omissis cæteris nuper erecta, hoc est anno 1723. in Ecclesia S. Ivonis Britannorū, quę est sub denominatione S. Marię Salutis Infirmorum, 25 & SS. Ægidii, Ivonis, & Ginesii: Quinimmò omnibus Confraternitatibus, & Archiconfraternitatibus expedire superadditionem tituli SS. Sacramenti, admonet Libercuius publicatus de ordine f. m. Innoc. XIII. sub inscriptione *Regole, & Instrutt. che si devono osservare nell' accompagnamento del SS. Viatico §. 2. n. 12. pag. 24.*

Fortiùs in facti specie, ubi multi Classici Historici testantur, unionem tituli superadditi, fuisse assumptam ab Archiconfraternitate de Carmine, quæ erat diminu- 26 ta, sed non ex hoc amiserat sua's prærogativas, cùm nunquam Confraternitas dicatur extincta, quoties aliqui Confratres remanent ad literal. *Text. in leg. Sicut municipium ff. Quod cujusq. univ. nom.* ubi egregiè *Gloss. verb. Nomen Universitatis* ibi - *Licèt ergo unus non sit Universitas, nec universus, retinetur tamen per eum Jus Universitatis*, & in individualibus terminis Confraternitatis *Ricciull. Lucubrat. lib. quarta cap. 57. num. 3.* Et in durioribus terminis Regularium, subintrantium in Conventibus derelictis, quod illi potiantur omnibus prærogati- 27 vis præcedentibus, quas reassumunt, juxtà antiquam observantiam Conventus, & non à tempore subingressus, pluries resoluit hæc Sacra Congregatio in decretis relatis à *Tamburr. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 25. quæst. 8. num. 7. & Pignatell. consult. 59. num. 13. tom 3.* Ultra 4. decisiones S. Rotæ *impress.* penes *Monacell. in form. legal. 12 2. decis. 16 cum quatuor seqq.*

Septimò demum alia mendicantur objecta, sive quia tempore Sedis Vacantis in distributione dierum pro ineundis Processionibus nostra Archiconfraternitas fuerit tantùm nuncupata S. Chrysogoni; Sive quia in descriptione nuper exadverso facta tabulæ pictæ in nostra Cappella non adsit in ea signum Scapularis, vel parvi habitus; Nam quoad primam responsio est elata, dum designatio Sancti Chrysogoni se refert ad Ecclesiam, non autem convenit ulli titulo Archicon- 28 fraternitatis, cui propterea designatæ per locum, ubi adest, nullum est irrogatum præjudicium, neque eadem distributio potest contraponi tot actibus per nos desumptis cum specifica denominatione, aut ab Historicis, aut ab Instrumentis, aut à Sacris Congregationibus, aut à sententiis Judicum, aut demum ab ipsis Summis Pontificibus.

Quo verò ad secundam cathegorica responsio resultat ex ipsa descriptione, ubi asseritur: *Nè alla Madonna, nà tampoco al Bambino si scoprona nè braccia, nè mani*, in quibus à Pictoribus depingi solent parvi habitus, Rosaria, & similia signa distinctiva: Cæterùm si Notarius describens non clausisset oculos erga Parietes ejusdem Cappellæ, tot vidisset testimonia veritatis, quot ibidem adsunt Vota à Fidelibus exposita pro Gratiis receptis à Beatissima Virgine de Carmine, quæ non sunt pauca, omniumque oculis patent, necnon penes eamdem antiquissimam Capsulam eleemosynarum, ubi legitur inscriptio. *Elemosina per la Beatissima Vergine del Carmine*; Sicut etiam, si accessisset ad Oratorium, veritatem à nobis inculcatam in qualibet parte inspexisset sive in panno lugubri, sive in tribus Vexillis, uno antiquissimo circa memoriam, cujus adsunt fragmenta cum inscriptione Carmeli, & 29 stegmate Carmelitano, altero antiquo à centum viginti annis cum eadem inscriptione, qui adhuc est in usu, & altero moderniori facto tempore Ven. Dei Servi Innocentii XI. ex animadversis per *Rot cor. Cavaler. decis. 699. num. 6. & coram Burat t. decis. 636. num. 4. & Cerr. decis. 240. num. 6.* Et quod plus est intra Ecclesiam S. Chrysogoni antè primam ex Cappellis à Januis majoribus, ex dextera laterali parte adest antiquissimus La- 30 pis cum inscriptione. *Pro Sororibus de Carmine anno millesimo sexcentesimo quinto*, Itaut in controversiam deducere qualitatem hujus Archiconfraternitatis idem sit, ac negare solem in meridiem.

Ex quibus omnibus negativè videtur respondendum primæ parti dubii, & transitum facientes ad secundam, 31 hactenus pro deletione tituli Societatis S. Martini, nullam instantiam promovendam censemus sub ea animadversione, quod Bulla Clementis VIII. *in ordine la 555.* prohibens existentiam duarum Societatum sub eodem titulo in eodem Loco, aut non compræhendat Collitigantes, tanquam erectas antè publicationem Bullæ 32 juxta DD. communem opinionem, quod Leges, & Constitutiones non habeant oculos retrò, sed futura respiciant, ex adductis *in decis. 595. n. 3. cor. Pamphil. & dec. 504. num. septimo, part. decimasexta recen.* Vel quia, stan- 33 te maxima antiquitate duæ ejusdem Instituti tolerari soleant, teste *Monacell. in Formul. tom. 4. fol. 5. sub num. primo, & resoluit Sacra Congregatio Concilii in Valentina*

Socie-

Societatis Rosarii 2. *Augusti* 1687. Aut demum, quia citata Constitutio condita ad tollendas æmulationes, & scandala locum sibi non vindicet in magnis Civitatibus, ubi Populus abundat, in quibus potiùs expedit, ut devotio possit commodiùs practicari; Præcipuè quando, ut in casu isto, una est longè distans ab alia, quemadmodum in puncto duarum Societatum de Carmine decisum refert *Card. de Luc. de Præemin. disc.* 50. *sub num.* 12. ubi allegat exemplum in Urbe non verificabile, nisi in his Societatibus hodie colluctantibus ibi: *Atque in Collegiatæ erecta esset quædam Confraternitas sub invocatione B. Mariæ de Monte Carmelo, cujus dies festivus cum magna solemnitate celebrari solita erat &c. Erecta fuit etiam in dies festivos consimilis Societas sub eadem Invocatione, atque recurrente prima Societate ad Sacram Congregationem Concilii pro ea prohibenda, attamen stante qualitate Civitatis, ac Populi numero, rejecta fuit oppositio, remittendo totum arbitrio Ordinarii, tum ea tamen lege, ut solemnitas diversis diebus celebrari deberet, ut etiam in Urbe servatur* ex qua quidem individuali authoritate nullam credimus oriendam esse controversiam.

34

Unde quia pars adversa autumat, prædictam Bullam etiam Romæ locum habere, & quando retrahatur ad præterita, utique si hoc subsister, affirmativa resolutio secundæ partis venit in sequelam primæ, quia semper delendus est titulus posterioris Confraternitatis in concursu alterius antiquioris juxta plures resolutiones hujus Sacræ Congregationis, quas refert, & sequitur *Pignatell. consult.* 18. *num.* 1. & *seq. lib* 4. & præcisè *in Forolivien. ultima Maii* 1640. ibi: *Confraternitatem, erectam in Ecclesia Fratrum Conventualium sub eadem Invocatione, quæ jam prius erat assumpta à Fratribus de Observantia, esse supprimendam*, idemque fuit dictum *in Cassanen.* 17. *Julii ejusdem anni* 1640. & *in Eugubina* 23. *Martii* 1641. & *in Albiganen.* 12. *Novembris ejusdem anni* 1641.

35

Eoque magis, quia data operatione ejusdem Apostolicæ Constitutionis, ea inveniret in contraria erectione vitium subreptionis, & æmulationis erga nostram Archiconfraternitatem, dum in suis precibus, curavit obumbrare veritatem, exponendo, nostram Archiconfraternitatem solam habere prætensionem militandi sub umbra Alarum Carmeli, quod incederent Saccis albis ipsius Confratres, reiicito palliolo violaceo, seu leonato, quo illi ab immemorabili usi sunt, & quando nedum ex innumeris documentis constabat de vera existentia titularæ Archiconfraternitatis. Verùm insuper idipsum publicè, & palam apparebat in solemni quotannis Processione cum elevatione celebris Statuæ repræsentantis miraculosissimam Virginem de Carmelo cum signo parvi Habitus, & Scapularis, quæ usque tunc conservabatur, & adhuc conservatur à Monialibus S. Apolloniæ. Itaut his stantibus erectio alterius Societatis sub eodem instituto esset penitus illicita per *Text. in Can.* 16. *quæst.* 1 & *in cap.* 2. *de Eccles. ædific. in* 6. ubi *Glos. in verb. Veterib. Sac. Concil. Trid. sess.* 25. *de Regular. cap.* 3. *Rota coram Seraph. decis.* 847. *sub num.* 4. & *in recent. decis.* 337. *num.* 15. *par.* 10. & *decis.* 481. *num.* 4. *par.* 14.

36

Adestque etiam in Societate Sancti Martini alter defectus quia in Bulla Clementina abolentur omnes Confraternitates, præcedenter erectæ, quæ per annum intra Europam, & per biennium extra, non obtinuissent Apostolicam confirmationem. Docuimus autem, quod publicata dicta Constitutione die 24. Decembris 1604. Paulus V. successor die 10. Novembris 1605. & sic intra statutum annum recognovit, Archiconfraternitatem nostram, uti canonicè erectam è converso autem Societas Sancti Martini apud Pontificem cum Statuto non comparuit; solùmque anno 1613. supplicavit pro confirmatione Statutorum, confirmatione Apostolica destitutorum, nullatenus petita sanatione, neque expressa negligentia in comparendo, per quam remanserat abrogata, ut ex verbis Bullæ ibi: *Alioquin dicta tempore elapso, Erectiones, Institutiones &c. nullius sint roboris, & momenti, ac revocatæ, & abolitæ censeantur eo ipso.*

37

Renovatisque precibus anno 1621. apud Gregorium XV. Societas Sancti Martini continuavit in eadem taciturnitate, & obreptione, dum institit tantummodò pro obtinenda facultate aggregandi, non aliter concessa nisi cum clausulis *servata forma Constitutionis fel. record. Clementis Papæ VIII. & sine cujusquam præjudicio*, & hinc est, quod licet jactet usum ejusdem facultatis in præjudicium nostræ Archiconfraternitatis, docentis de Aggregationibus per Instrumenta data in Summario. Nihilominus lacessita ad justificandas descriptiones factas in Tabella circa prætensas Aggregationes, nihil deduxit: Quamobrem concludimus, quod è conspectu antiquitatis, & tituli nostræ Archiconfraternitatis, & documentorum pro ea plenissimè concludentium, longè posterior, & minus habens appareat Confraternitas Sancti Martini, quæ proindè jure meritò debet succumbere, & cognoscere, quod nimis duram, & æqualiter infructuosam Provinciam assumpserit.

38

IN EADEM CAUSA.

Confratres Sancti Martini ad Montes agnoscunt Antiquitatem nostræ Archiconfraternitatis, quam negare non possunt eo ipso, quod in erectione eorum Confraternitatis nostræ præservatur præcedentia, sed asserunt Confraternitatem in Montibus revera prius extitisse usque ab anno 1515. absque erectione, & absque usu Saccorum, quod fabulam redolere videtur, ex ipso tenore contrariæ Erectionis datæ in Summario, ubi verba sonant in Societatem erigendam anno 1598. & id ipsum comprobatur ex alio actu, dato pariter in Summario, ex quo constat, Confratres impetrasse situm, pro construendo Oratorio, & ideò patet, quòd prius non haberent locum coadunantiæ, licèt satis esset confessio, quòd Saccis non uterentur, cùm ab eorum usu dependeat jus præcedendi *ex Constitutione Gregorii XIII.* 84. *§.* 3. & *ex firmatis per Rot. coram Bich. decis.* 566. *num.* 12.

39

Non subsistit, quòd à Nobis fuerit productus titulus erectionis nostræ Archiconfraternitatis ab anno 1543. in sequelam suasionis factæ in Concionibus à quondam Granellio, exinde arguendo, quòd ille non haberet potestatem aggregandi, & similia, quòd si subsisteret, nihil concluderet ad censurandam post duo sæcula potestatem erigendi, quando idemmet lapsus temporis quemcumque meliorem titulum confirmationis præberet ex adductis *in Tom. prim.* 1. *part. discept.* 10. *num.* 3. maximè post quam supra probavimus, quòd supra centum annos Paulus V. nominat eandem nostram Archiconfraternitatem, uti: *canonicè erectam*, quæ expressio Papæ operatur, ut frustra impugnetur erectionis subsistentia ad *Text. in Clemen. Literis de Probat. & in cap. Si Papa de Privileg. in* 6 & *Rot. in Sutrina Præcedentiæ* 19. *Februarii* 1714. *§. Collimant, coram Crispo*; Licèt veritas sit, quòd Religiosus aliud non egerit, nisi quòd Archiconfraternitati *de Carmine* adjungeretur alter Titulus Venerabilis Sanctissimi Sacramenti, ut referunt Historici allegati supra.

40

Equivocant in contrarium Scribentes dum admittunt in nostra Archiconfraternitate titulum *Matris Dei*, & deindè quia in nonnullis Diplomatibus enunciatur Ecclesia *S. Chrysogoni* relativè ad locum in quo erecta est, confundunt ipsum Locum cum titulo, ut trahant fallaces consequentias ad eorum opportunitatem qualis est illa, quod ab anno 1543. nostra Archiconfraternitas intitularetur: *Venerabilis Corporis Christi*, & *S. Mariæ Matris Dei*, quodque propterea superadditus titulus: *De Monte Carmelo* fuerit tractu temporis usurpatus, quod sanè assumptum primo loco corruit proprio marte, quia idem est dicere: *Matris Dei*, in Ecclesia Carmelitana, ac virtualiter continere titulum Carminis, quid sit in aliis Ecclesiis, quæ possunt esse diversæ à titulo, seu Instituto Ordinis, ad quem spectat Ecclesia. Secundo tollitur ex ponderatione, quod contrarium argumentum nimis probaret, id est, quod nostra Archiconfraternitas posset functiones peragere in qualibet Festivitate Beatissimæ Virginis, ex quo: *Mater Dei* continet in se omnia attributa, Ergo posset fieri functio in Festo *Assumptionis*; Item in die *Conceptionis*; Rursus in die *Nativitatis*, & sic etiam in Festo *Carmeli* &c. quia non esset Societas fundata super aliquo attributo, prout omnes eriguntur. Sicut itaque hoc non est dicendum, præsertim quia à nostra Archiconfraternitate ab immemorabili celebrata est solemnitas in mense Julii, quo currit illa

illa *de Carmelo*, ita est mera vanitas hunc titulum impugnare, quamvis præscindendo ab argumentis illum adfuisse antequam somniaretur erectio Societatis Sancti Martini positivis, & publicis documentis, superlativè probatum est supra. 41 Itaut nostra Archiconfraternitas, respectu Societatis Sancti Martini ad Montes, cum omni Sermonis proprietate dicere possit: *Antequam tu fieres, ego sum* juxta illud *Joan* 8. 58.

Hinc patet, quàm sit incongrua Instantia ut Societas modernior intendat legem imponere antiquiori, dum non contentatur, quòd nostra Archiconfraternitas jam sit multum diversa, tum ob accumulationem duplicis tituli, tum ob diversum colorem Saccorum, qui sunt albi, in nostris Confratribus, & Leonati in Societate Sancti Martini, itaut non possit oriri confusio, si omnes utriusque partis incederent in aliqua publica Functione, minusque potest exoriri æmulatio in privata Festivitate, statim ac fumus in magna, & populosa 42 Civitate, & solemnitas consuevit fieri ab utraque parte in diebus diversis, ut juxta authoritates supra allegatas, inter quas adest punctualis resolutio *S. Congregat. Conc. in Adrien. anno* 1654. quæ est inter duas Confraternitates sub eodem titulo Montis Carmeli, & notat *Card. de Luc. in Miscell. disc.* 32. *num.* 4. Præcipuè quia Ecclesiæ, ubi existunt Societates collitigantes sunt longinquæ, una in una extremitate Urbis, & alia in altera, imò nostra existens in extremitate Regionis Transtyberim, dici potest esse in magno Suburbio Transtyberim, in quibus circumstantiis esset animosa contraria prætensio, si fuisset excitata propè tempus erectionis, unde eo magis frivola redditur, post cursum observantiæ, attingentis duo Sæcula:

Non invidemus Confraternitati in Montibus quod sit nonnullis insignita privilegiis; Gaudemus tamen, nostram Archicõfraternitatem longè majoribus potiri, solumq; adnotamus non subsistere Paulum V. annis 1606. 1609. & 1614. eandem Confraternitatem specialium Indulgentiarum dono decorasse, dum Constitutiones ejusdem 43 Summi Pontificis exadverso citatæ, & per extensum impressæ *in Bullar. Carmelit. P. Monsignan. tom.* 2. *fol.* 353. & 356. non loquuntur per somnium de Confraternitate Sancti Martini ad Montes, sed generaliter de omnibus, sub denominatione Carmeli, *ubi vis Locorum, & in quacunque Mundi parte positis*.

Prout quoque perperam placitum Vicesgerentis quando approbavit erectionem Societatis in Montibus denominatur in contrariis scripturis Sententia, quæ assumpserit vim rei Judicatæ, & inde trahuntur plures illationes; Quandoquidem satis est illud perlegere; invenietur enim, quòd nec syllaba in eo legitur, tollens jus nostræ Archiconfraternitatis, quòd potius relinquit in suo primævo, comprobato à successiva observantia; solùmque dicit, quòd per eandem nostram Archiconfraternitatem non sit molestanda illa Sancti Martini in exercitio Functionum, salva prærogativa præcedendi in Nostra, utpote antiquiori, & præcedenter erecta; & propterea non percipimus, quo Jure exadverso allegentur, quæ in sensu expresso nihil dicunt, & in sensu tacito interpretari non valent, contra notoriam in fa- 44 ciem Confratrum Sancti Martini observatam consuetudinem, ut notat *Rot. coram Arguel. decis* 96 *num.* 8. & *coram Emer. Jun. decis.* 24 *num.* 9. & *coram Royas decis.* 343. *num* 11. & *coram Priol. decis.* 393. *num.* 7. & *in rec. dec.* 375. *nu*, 9. *par.* 9. & *dec.* 320. *nu.* 11. & *ta. par.* 13.

IN EADEM CAUSA.

CUm non possit Societas Sancti Martini clarum Jus, & magis clarum antiquioritatem nostræ Archiconfraternitatis impugnare, prætendit Nos male, & numero Scripturarum opprimere, se diffundentes contrarii Defensores circa prætensam Matricitatem unius vel alterius Confraternitatis, de qua non disputamus, & pro cujus somniatæ Matricitatis adequata responsione, sat est perpendere Titulum contrariarum Scripturarum, qui 45 est sequens. *Romana Confraternitatum super Titulo de Carmine*, Nec non præ oculis habere verba nostri dubii, quod unicè restrictum est ad dictum Titulum de Carmine. Quæ enim in dubiis non continentur, dicuntur esse extra Mundum.

Omissis proinde superfluis, deveniendo ad nostrum dubium, unicè concernens deletionem Tituli *del Carmine* ab una vel altera ex Archiconfraternitatibus contendentibus, adversus ea, quę duo Periti primi ordinis, & primæ notæ de Partium consensu, ser. ser. electi, retulerunt circa legalitatem, & antiquitatem nostri Statuti, nullam merentur considerationem ea, quæ acuto calamo, & acutiori stylo ab exadverso in Facto scribente gratis ubique dicuntur adversus eorum Peritias, in quibus concordant circa antiquioritatem, & originem nostræ Archiconfraternitatis usq; ab an. 1543. tempore Paulli III. Ea enim, quæ recognita, & approbata fuerunt a Peritis, de Partium consensu electis, juxta terminos præsentis casus, perfectam faciunt probationem, neque in dubium revocari possunt ab illa Parte, quæ suum consensum præstitit in illorum deputatione, juxta animadversa *per Hyppolit. Riminald Cas.* 212. *n.* 19 & firmata *per* 46 *Rot. dec.* 1086. *num.* 11. *coram Omer. jun. & in part.* 19. *rec. dec* 211. *num.* 52.

Non attentis contrariis exclamationibus, & apostillis Peritiarum, factis per dictum exadverso in facto scribentem; Si enim ipse unus est ex nostris Adversariis, seu Confratribus Confraternitatis Sancti Martini ut ingenuè fatetur his verbis: *Munus defensionis, tanquam unus ex Confratribus suscepi*, nimis improprium est, quod ad proprium favorem fides præstari possit ejus gratuitis 47 assertionibus, in quibus facilè decipi potuit ab affectione ad propriam Causam, ut notant *Card. de Luc. de Emph. disc.* 58. *n.* 12. & *D. Pit. discep. Eccl.* 27. *n* 1. ibi: *Amor Causæ, & Defensionis Calor opinionum nobiscum habitantium deterrimi Judices.*

Nimis autem insubsistentes videntur illius criticationes circa præcisam, & uniformem non concordantiam Peritorum in aliquibus minutiis, quæ in eorum Peritiis, ab ipso anathematizzatis, consideratæ fuerunt, sed eadem diversitas in accidentalibus potiùs retorquetur, & facti veritatem evidenter comprobat, ostenditque illos 48 nullatenus esse mentitos, verumque deposuisse, juxta animadversionem *S. Joann. Chrisost. in Matth. homil.* 1. *post princ. lit. G.* ibi: *Si enim ex toto & in omnibus consonarent, & cum nimia diligentia, atque cura &c. æqualiter convenirent, nemo unquam credidisset &c. nunc verò quæ videntur en rebus exiguis differentia, ab omni illos suspicione defendit, & satis clarè scribentium existimationem tuetur*, & egregiè *D. Th.* 2. 2. *q.* 70. *art.* 2. *ad* 2. ibi: *Discordia Testimonii in aliquibus circumstantiis, non pertinentibus ad substantiam facti &c. non præjudicat Testimonio &c. Quinimò aliqua discordia in talibus facit testimonium credibilius &c. quia, si in omnibus concordarent, etiam in minimis videreptur ex condicto eumdem sermonem proferre*, & *Rot. decis.* 212. *num.* 13. *part.* 18. & *decis.* 341. *num* 21. *part.* 19. *recent. & in Romana Filiationis* 8. *Aprilis* 1707. *§. Non obstante coram Oman.*

Nec subsistit, quod iidem Periti eorum Peritias exaraverint sine juramento; Istud enim oculariter legitur in eorum Peritiis. Imo Peritus à Societate Sancti Martini electus in veritatis comprobationem & obsequium 49 sequentia addidit: *Protestandomi, che trattandosi materia non profana, ma fra due Archiconfraternità per zelo di onore, riverenza, e divozione della Santissima sempre Vergine Madre Maria mia particolare Avvocata, ed Adjutrice, non ho avuto, nè ho impulso, nè dipendenza più all'una, che all'altra Archiconfraternità, ma sempre fisso all'ajuto della medesima Santissima Vergine, alla quale mi sono raccomandato per l'illuminazione della verità. E questa Protesta intendo fatta, e farla in principio, mezzo, e fine di questa mia presente Relazione, anche col mezzo del mio giuramento.*

Procedendo proinde cum firmatis in eisdem Peritiis, remanet manifesta anterioritas nostræ Archiconfraternitatis in concursu alterius Societatis Sancti Martini; Circa quam veritatem, nedum uno ore concordant omnes qualificati Historici *supra citati*, sed ulterius ipsummet Instrumentum erectionis, datum in contrario Summario ubi referuntur verba tunc temporis Confratrum in 50 supplici Libello, porrecto Vicesgerenti, ibi: *Facere, & ordinare, & legitime erigere decreverint utriusque sexus Societatem sub invocatione B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo in Ecclesia D. Martini in Montibus.* Nec non verba d. Vicesgerentis. ibi: *Visis videndis &c. Petentium Vo-*

tis

tis libenter annuendo, ad laudem, & gloriam &c. d. Societatem sub invocatione B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo &c. erenit, &c.

Eadem insubsistentia laborat aliud contrarium objectum, quod Archiconfraternitas Sancti Martini erecta fuerat anno 1515. ut prætenditur exadverso probari, ex quodam *Scartafaccio* cui statuti nomen gratis ubique datur. Ultra quod enim exadverso admittatur, quod tunc temporis, & usque ad annum 1598. eadem Societas nunquam coadunata fuerit, ibi: *Expleta electione in personaD Scipionis Viperesch, fuit ab isto coadunata prima Fratrum Congregatio sub die 28. Junii 1598.* Et quod magis est, neque habuerit Saccorum usum; Nec videtur superabundare ad hoc, ut in concursu nostræ, quæ usque ab anno 1543. talem Saccorum usum habebat, præcedentiam nostræ Archiconfraternitati dare debeat. Ad

51 quod probandum non adducimus authoritatem unius, vel alterius moderni Authoris, sed Summi Pontificis, quam merito maximam vocant *Card. de Luc. de Benefic. disc.82.num.9. & Rota in Mindonien 2. Martii 1706. §. Verum coram Ansaldo* hoc est *f. m. Gregorii XIII. Const. 84. §. 3.* ibi: *Inter Confratres verò, inter se litigantes, ii, qui prius Saccis usi sunt, in Processionibus, tam publicis, quàm privatis, præcedere debeant.*

Assertis anuocintivis, exadverso cumulatis ad ostendendum, quod nostræ Archiconfraternitati non conve-

52 niat titulus *del Carmine*, opponimus innumeros actus judiciales, in quibus talis denominatio infinitis vicibus attributa fuit, nedum à Vicesgerente pro tempore, & Card. Vicariis, à Sac. Congregationibus Episcoporum, & Regularium, & Sac. Concilii Tridentini, sed ab ipsismet Summis Pontificibus, ut justificavimus in Summario.

Quibus hodie addimus aliam demonstrationem, desumptam, ex Libro in Urbe impresso anno 1695. cui titulus *Regole, ed Instruzioni, che si devono osservare nell' accompagnamento del Santissimo Viatico per ordine della*

53 *Santità di N. S. Papa Innocenzio XII. publicate dall' Eminentiss. e Reverendiss. Sig Card. Gasparo de Carpegna, Vicario di N. S. &c.* in quo post anumeratas omnes illas Confraternitates quæ unicam habent denominationem sub titulo Sanctissimi Sacramenti fol. 29. & 30. enumerantur aliæ, quæ ultra dictum Titulum, unitim habent duos titulos, inter quas enumeratur nostra Sancti Chrysogoni.

Neque eadem denominatio in aliquo minuitur, ex denominatione ejusdem tituli S. Chrysogoni, qui legitur in edictis tempore Sedis vacantis emanatis, datisque in contrario Summario. Cùm enim indubitatum sit no-

54 stram Archiconfraternitatem neque fuisse institutam sub titulo S. Chrysogoni, neque talem titulum unquam usurpasse, remanet manifestum, quod denominatio illa S. Chrysogoni apposita fuit in dictis Edictis ad denotandam Ecclesiam, in qua erecta fuerat, non autem proprium titulum sub denominatione S. Chrysogoni, sub quo erecta non fuit, neque nunquam vocata extitit.

Non est verum, quod Paulus V. de annis 1606. 1609. & 1614. Confraternitatem Sancti Martini specialium Indulgentiarum dono decoraverit, ut gratis ubique dicitur in contrariis Scripturis; Constitutiones siquidem, ejusdem Summi Pontificis exadverso ad hunc effectum

55 citatæ, & per extensum impressæ *in Bullar. Carmelit. P. Monsignan. tom. 3 fol. 353. & 356.* non loquuntur per somnium de Confraternitate Sancti Martini, sed de omnibus Confraternitatibus sub denominatione Carmeli, *ubivis Locorum, & in quacumque Mundi parte existentibus*, juxta illarum præcisa verba; & propterea eædem Constitutiones potiùs retorquentur, & ad nostrum favorem mirabiliter facere videntur.

Sententia Vicesgerentis anni 1598. non meretur ad nostrum effectum allegari, non solùm ex rationibus, adductis supra, sed etiam quia nullum effectum unquam habuit, & propterea, uti actus, evidenter ines-

56 fectuatus, nullius est efficaciæ ex adductis *à Card. de Luc. de Regal. disc. 184. sub num. 5. & à Rot. decis. 525. num. 16. coram Bich. & in Gerunden. Capituli 9. Martii 1703. §. Magisque coram Oman.*

Imò ferè per duo Sæcula in nulla prorsus consideratione habita fuit, videntibus, scientibus, patientibus,

Ursayæ Discept. Eccles. Tom. VI.

& nostram solemnissimam Processionem quolibet anno associantibus ipsismet Confratribus Societatis Sancti Martini. Hujusmodi autem observantia, nedum attendenda est, sed extorquet veriorem verborum sensum, & proprietatem, itaut eadem sententia eo modo intelligenda sit, quomodo per duo ferè sæcula observata fuit, etiamsi sensus, eidem sententiæ datus ab observantia, esset malus, minus verus, & de Jure non

57 tenendus, juxta perpetuam omnium DD. & Sac. Rotæ opinionem, de qua *coram Arguell. dec. 96. nu. 8.* ibi: *Magis est observantia, quàm verbis ostendere, & coram Buratt. decis 944. num 6.* ibi: *Unde etiam si verba concordiæ haberent veriorem sensum in contrarium, ipsa nihilominus observantia attendi debet, & coram Dunozett. Jun. decis. 869. num 11.* ibi: *Quæ quidem diuturna observantia est optima rerum interpres, etiam contra verborum proprietatem, & veriorem Juris intellectum, & coram Emer. Jun. decis. 24. num. 9.* ibi: *Observantia &c. etiam contra proprietatem verborum, & veriorem Juris intellectum, etiamsi intellectus esset malus, vel de Jure non tenendus, & coram Priol. decis. 393. num. 7.* ibi: *Observantia &c. non solùm declarat, sed aliquando extorquet, & impropriat veriorem significatum verborum, ut eo modo, quo fuit observatum, accipiatur, & coram Roj. decis. 343. num. 11.* ibi: *Juncta observantia, quæ præbet verum intellectum omnium dispositionum, licèt verba habeant de Jure veriorem in contrarium intellectum, & in part. 4. tom. 2. recent. decis. 371. num 9.* ibi: *Plus etiam observantiæ tribuentes, ut contra verum intellectum dispositionis illa servari debeat, & in part. 9. decis. 375. num 9.* ibi: *Recurrendum est ad observantiam, cui standum venit, licèt contrarius intellectus de Jure verior extaret, & decis. 520. num. 11. & 12. part. 13.* ibi: *Attenditur, etiamsi alius intellectus de Jure verior esset &c. quia etiamsi intellectus, datus ab observantia esset malus &c. imò etiamsi opus esset aliquam vim inferre verbis,* quæ repetuntur *in decis. 5. nu. 17. part. 14. & decis. 253. num 8. part. 16. & decis. 511. num 7 part. 17. & decis. 218 num 20. part. 18. & decis. 9. eod. num. part. 19. & in Carpentoraten. Jurisdictionis 21. Maii 1699. §. Nil relevante coram Reverendissimo Lancett. & in Nullius Provinciæ Hispalen 10. Junii 1707 §. Certo certius coram Mabea.* ibi: *Natura observantiæ est, ut concessiones, & contractus veniant intelligendi, prout ad executionem demandati perspiciuntur, etiamsi contrarius intellectus, vel juxta litteram, seu juxta Juris dispositionem verior esset.*

Quæ, si procedunt in terminis ordinariæ observantiæ, multò magis locum habebunt in nostro casu, attento notorio solito plusquam centenaria, seu duorum sæculorum uniformi, pacifica, & nunquam interrupta, observantia practicatum, quod includit *omnem Legem, omneque Oraculum à suprema Principis potestate, vel à Sum Pontificis authoritate procedens; Itaut illam pro se habens, dicatur habere totùm id, quod ex justitia, vel ex gratia potest concedere, vel Imperator, vel Papa, & contra quam nulla est allegabilis mala fides, nullusque defectus, cùm illa suas protendat vires, non tantùm ad ea, quæ sunt præter, sed etiam ad ea, quæ sunt contra Jus, etiamsi mille rerum, aut qualitatum concursus essent necessarii, vel mille requirerentur Sum Pontificis dispensationes pro substinendo actu, idque etiamsi agatur in præjudicium Minoris, Universitatis, vel etiam Ecclesiæ,* sunt verba

58 punctualissimæ *decis. Sac. Rot. in Franen. Præeminentiarum super Reservatis 19. Novembris 1757. §. Innumerabilis, & §. Alterum coram Ansald.* cum innumeris concordantibus ibidem citatis.

Neque omittimus duo observare. Primum quòd Constitutio Clementina probibens, ne in una, eademque Civitate duæ erigantur Confraternitates sub eadem denominatione, non procedit in illis, quæ canonicè erectæ fuerunt ante illius editionem, ut probavimus supra.

59 Quibus addimus resolutionem *Sac. Congregationis Episcoporum in Bononien. 7. Settembris 1607.* per extensum impressa *à Cesped. de Exempt. Regul. cap. 24. dub. 386. & à Donat. in Prax. Regul. tom. 3. tract. 9. de Confrat. Laic. quæst. 8. per tot.*

Secundum verò, quòd in magnis Civitatibus procedi non solet cum illo rigore, etiam circa novas Confraternitates cum quo eadem Constitutio Clementina procedit, & servatur in Locis augustis, & parvis Civitatibus, ut de Civitate Mediolani, in qua ab hac Sac. Con-

P grega-

60 gregatione permissa fuit duplex Confraternitas sub eadem denominatione Sanctissimi Rosarii, testatur *Card. de Luc. de Præem. disc. 10. num. 1.* ibique *num. 8. & seqq.* testatur pariter, idem fuisse praticatum *in Barca.* & testatur practicari in Urbe, ibi: *Rejecta fuit oppositio, remittendo totum arbitrio Ordinarii, cum ea tamen Lege, ut solemnitas diversis diebus celebrari deberet*, loquens in specie de duabus Confraternitatibus sub denominatione B. Mariæ de Monte Carmelo, & testans ita servari in Urbe, ibi: *Ut etiam in Urbe servatur.*

Si ergo multiplicatio (sunt verba ejusdem Card. de 61 Luc. ubi supra) *admittitur in hujusmodi inferioris ordinis Civitatibus, multò magis, & indubitanter in magnis, & metropoliticis primæ classis, in quibus, ut præsertim docet observantia Urbis, quæ longè minorem habet Populum, quàm d. Civitas Mediolanensis, hujusmodi multiplicatio Confraternitatum, seu Congregationum ejusdem Instituti passim admittitur.*

Præcipuè, quando, ut in casu nostro verificatur, longè inter se dissita sunt Oratoria utriusque Confraternitatis, & illarum festivitates diversis temporibus celebrantur, ut sub hac consideratione idem fuisse permis-62 sum *à Sac. Congregatione Concilii in Andrien. anno 1654.* item duas Confraternitates sub denominatione *Beatiss. Virginis de Monte Carmelo*, testis est idem *Card. de Luc. in Miscell. eccles. disc. 32. per tot.* ubi in specie refert id, quod in Urbe practicatur *num. 4.* ibi: *Quare delato Causa ad Congregationem Concilii, ab ipsa de anno 1654. resolutum fuit, quòd solemnitas cum Processionibus, aliisque functionibus consuetis celebrari deberet ab utraque Ecclesia, in diversis tamen diebus, eo modo, quo in eadem solemnitate practicatur in Urbe inter Ecclesias S. Mariæ de Transpontina, & S. Chrysogoni, in una scilicet in ipsa die festivitate, & in altera in Dominica proximè sequenti.*

Observando, quòd cum hac distinctione dierum, in quibus factæ fuerunt in præteritum solemnes festivitates, & solemniores Processiones in honorem Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo, nullum unquam inconveniens, nullumque scandalum evenit, sed potiùs cultus Beatissimæ Virginis in immensum auctus fuit, 63 vel ab iisdem Personis, & devotis, utrique Processioni intervenientibus, vel à non valentibus ratione maximæ distantiæ utrique Processioni intervenire, interveniendo illi, quæ ab Ecclesia proxima eorum Habitationibus fieri solet.

E converso autem ex contraria petitione nemo non videt, quantum divinus cultus, & devotio erga Beatissimam Virginem minueretur adversus dispositionem *Text. in cap. Ex parte de Consf.* ibi: *Nolentes divini Numinis diminui cultum, sed potiùs augumentari*, & *in cap.* Quia per ambitiosam de Rescr. in 6. ibi: *Minuitur divinus cultus, quem desideramus augeri*, cum concordantibus *apud Rot. decis. 847. num. 3. coram Seraphin. & dec. 685. num. 5. coram Cerr. & decis. 528. nu. 23. & 24. part. 7. recent.*

Die 9. Decembris 1724. proposita Causa in Congregatione Concilii sub dubio: An sit locus deletioni tituli de Carmine assertæ Archiconfraternitatis erectæ in Ecclesia S. Chrysogoni Transtyberim. Vel potiùs sit locus deletioni ejusdem tituli assertæ Archiconfraternitatis erectæ in Ecclesia SS. Sylvestri, & Martini in Montibus? Responsum fuit ad utramque partem dubii negativè.

DISCEPTATIO V.

Neapolitana Electionis Officialium

PRO

Priorissa, & Monialibus Monasterii S. Catharinæ Civitatis Neapolis Ordinis Prædicatorum

CUM

Aliquibus Monialibus ejusdem Monasterii, eisque adhærente Patre Visitatore

ARGUMENTUM.

In Monasteriis Monialium Ordinis S. Dominici Subpriorissa, aliæque minores Officiales eligi debeat ex voluntate Priorissæ, non autem ratione antianitatis, seu anterioris Professionis.

NEl Monastero delle Monache di Santa Caterina da Siena di Napoli è stato sempre solito in fin dalla fondazione, senza atto alcuno in contrario: Che la Priora si eleggesse da tutte le Monache vocali: la Sottopriora dalla Priora, dalle Suore del Consiglio; e dal Provinciale dell'Ordine de' Predicatori, ò suo Vicario; e le altre Uffiziali dalla sola Priora.

Questo antico solito è fondato tanto nel Jus comune, quanto nelle particolari Costituzioni perche de jure l'elezione della Badessa, ò Priora spetta al Monastero (*a*) e la disposizione del rimanente è della sola Badessa, che governa con la medesima facoltà, che il Magistrato ha sopra i Cittadini (*b*) e ne' termini precisi, che alla sola Superiora, e non ad altri, nè meno al Vescovo, appartenga l'elezione delle Uffiziali, a Lei subordinate, ha risoluto la S. Congregazione, come notano *Loreto de Franchi, e Pasqualigo* (*c*) ivi, *Apud Moniales Officiales eligendæ sunt à Superiorissa, seu Conventu, juxta Constitutiones ipsarum, non autem ab Episcopo, quòd satis constat ex Decreto Sacræ Congregationis, tenoris sequentis:*

Electio Officialium, qui administraturi sunt Monasteriorum bona, ad Monasterii spectat Superiores, & licet Episcopus sit eis Superior, ipsi tamen possunt eligere Officiales, non autem id faciat Episcopus.

Con questo solito, Diritto canonico, e Constituzioni vivono tutti i Monasterj del medesimo Instituto, e tutti osservano il tenore istesso; e con ragione dovendo la Badessa, come il Vescovo del suo gregge, render conto a Dio delle Monache, e custodirle con ogni maggior vigilanza (*d*) e siccome l'Abbate presiede al buon governo de' Monaci, così a quello delle Monache la Badessa, la di cui potestà non è solamente economica di Madre di famiglia, ma si stende più oltre, *ratione finis & objecti* (*e*)

Ciò non ostante il Padre Visitatore nell'ultima Visita senza udire la nostra Priora, dell'interesse della quale si trattava, anzi con proibitione di farglielo sapere, e senza intendere il Monastero ad impulso di tre sole Religiose inquiete, che sono Sorelle carnali, nè sanno render ragione delle agitazioni della lor mente, ha creduto di potere fare, come ha fatto *ex abrupto*, e segretamente, molti Decreti, pregiudiziali alle Constituzioni, all'osservanza, ed alla pace Religiosa pretendendo, che le Uficiali, elette sempre per lo passato dalle Priore pro tempore, si eleggessero in avvenire per anzianità, con altre innovazioni.

Quindi la Priora, e le Monache, per conservar le ragioni, e la quiete nel Monastero, ricorsero a questa Sac. Congregazione, ed ottenero a' 4. di Luglio dell'anno 1692. corrente Lettera al Sig. Cardinale Arcivescovo, *Che non facesse innovar cosa alcuna: che le presenti Ufficiali continuassero nelle lor cariche in fino a nuovo ordine, e che informasse col suo parere.*

Ben-

(a) *Cap. Indemnitatibus 43. §. Sanè, de elect. in 6. Trident. sess. 25. cap. 6. de Regul. Lavor. de elect. cap. 24. nu. 1. Tamburr. de jure Abbatiss. disput. 28. quæst. 1.*
(b) *Tamburr. disput. 32. quæst. 1. num. 2. & quæst. 13. per tot.*
(c) *Pasqualigus in addit. ad Lauretum de Franchis in lib. controvers. inter Episc. & Regul. tit. de Official. Monast. quæst. 1. num. 770.*
(d) *Concil. Cabiloneu. secundum can. 54. & Turonen. secundum can. 30.*
(e) *Canonistæ apud Gonzalez in cap. Dilecta, de Major. & obedient. num. 8.*

Benche le nostre Religiose possan creder fermamente, che la sola Relazione del Sig. Cardinale Arcivescovo, data nel Sommario, fatta intesa le Parti, sia bastevole a far nota la loro giustizia, ed il torto manifesto, che verrebbe loro inferito dal P. Visitatore, e dagli altri Superiori dell'Ordine, forse malamente informati; pure per chiarezza maggiore supplicano la somma integrità, e la somma prudenza dell'EE. VV. a riflettere, che questa novità, oltre di opporsi all'antica consuetudine, non mai interrotta, alle Regole dell'Instituzione, alla pace, ed all'osservanza regolare, al Jus commune, ed alle Risoluzioni della Sagra Congregazione, riesce scandalosa e tutti i Monasterj, come quella, che in vece della meritata correzione darebbe premio col sostener nelle lor turbolenze le tre sole inquiete, che an suscitato questa tempesta con impegni non mai uditi, nè creduti, contro cinquantacinque altre Monache Coriste.

Non an potuto finora penetrare, nè persuadersi le Oratrici, qual giusto motivo abbia indotto il P. Visitatore a prorompere in queste innovazioni, e qual ragione di chiamare al suo impegno gli altri Superiori ancora; Imperciocche il Sagro Concilio, senza parlar delle elezioni delle Ufficiali inferiori, ha solamente disposto intorno a quella delle Badesse, preservando sempre le Constituzioni particolari de' Monasterj, alla disposizione delle quali, e del Jus comune ha lasciato il rimanente, mentre doppo aver prescritta la forma all'elezioni della Superiora, soggiugne (a) *In reliquis serventur singulorum Ordinum, vel Monasteriorum Constitutiones*, delle quali devono esser mantenitori, non distruttori i Superiori medesimi, come fu loro ordinato dall'istesso Sacro Concilio (b) *Omnisque cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis, quàm in Visitationibus, ut à Constitutionibus non recedatur*, e così appresso (c) *In caeteris omnibus praefatorum Ordinum privilegia, & facultates, quae Personas, Loca, & Jura concernunt, firma sint, & illaesa.*

Che le nostre Constituzioni prescrivino l'elezione della Priora a tutte le Monache, quella della Sottopriora alla Consulta, ed al P. Provinciale, e lascin gli altri Ufficj da conferirsi a disposizione della sola Priora, si legge nella Relazione del Sig. Cardinale Arcivescovo, e nel Libro delle Constituzioni, al foglio 11. dove si ordina, *Tutte le Ufficiali, che saranno dalla Priora poste in qualsivoglia officio, servano alle loro Sorelle*, &c. Al fogl. 29. *La Priora con due Suore, che ella eleggerà, vada quando le parerà spediente a visitar le Celle*. Al fogl. 35. *La Priora assegni alle Novizie una Maestra diligente*. Al fogl. 31. *La Priora faccia cercatrici due Sorelle discrete, e zelanti*. E queste son le Regole reviste, e stampate da medesimi Superiori dell'Ordine de' Predicatori, e praticate dal primo giorno della fondazione insino al presente.

Oltre ciò riserbando le Constituzioni, la sola elezione della Priora al Voto delle Monache, e quella della Sottopriore al Voto del Consiglio, rimaner deve sempre in arbitrio della Priora il rimanente pe'l Voto dell'ubbidienza, che professan le Monache, in riguardo del quale appartiene alla Priora tutta la disposizione economica, e spirituale del Monastero (d) altrimente sarabbe stato espresso nelle Constituzioni, come si esprime ne' due Ufficj maggiori, se si fusse in altra maniera voluto disporre degli altri minori Ufficj.

E quando la nostra intenzione non si leggesse chiaramente nelle allegate Regole, e sopra di ciò potesse cader dubio alcuno, questo si dileguerebbe per l'osservanza, ottima interprete di ogni dubbietà, e di ogni legge (e) senza che mai si fusse praticato il contrario, nè in questo, nè in altri Monasterj del nostro, o di altro Instituto, o sian governati da Domenicani, o da altri Religiosi, o pur dall'Ordinario, come attestano le Priore di tutti i Monasterj dell'Ordine Domenicano, ed altre de' Monasterj di altro Ordine, *nel Sommario*, a fondar però la nostra ragione basta la nostra consuetudine, ch'è sola valevole a farci acquistare il Jus dell'elezione (f)

Inoltre essendo tale il solito, e tali le Constituzioni, come attesta il Sig. Cardinale Cantelmi Arcivescovo, sta preservato il nostro Jus dal Sagro Concilio, che non ha mai derogato alle fondazioni; Anzi essendo state confermate le nostre Regole da questa Santa Sede, non è lecito al Superior Regolare di abrogarle, e devonsi inviolabilmente osservar nell'elezioni, o siano de' Superiori, o degli Ufficiali, come fu espressamente ordinato da Sommi Pontefici (g)

Il nostro Monasterio fu fondato nel 1623. come dal Breve, che si dà in Sommario, nel quale si concedono *etiam per viam simplicis communicationis* alla Priora, ed alle Monache tutti i privilegi, e facoltà, che godono tutte le altre Badesse, o Priore, e Monache de' Monasterj del medesimo Ordine *de jure, usu, privilegio, & consuetudine*. Onde essendo stata la nostra Priora eletta in virtù della medesima fondazione, e Constituzioni, ed essendo in vigore la medesima consuetudine, con la quale si son governate le Priore precedenti, ed ella stessa nell'Ufficio, che ha esercitato due altre volte, ed esercita al presente la terza volta da due anni, accettato con tutti i pesi, ed onori, a quello annessi, non potrà essar nel Jus già acquistato senza vizio manifesto di spoglio, nè potrebbe altri, fuorche la Santa Sede, alla quale spetta privatamente, mutar l'Instituto, e la consuetudine, quando l'uno, e l'altra fussero scandalosi, e non lodavoli, ottimi, e confacevoli, al Jus commune, come in realtà sono, e perciò degni di esser conservati, e difesi, conforme pratica tutto giorno questa Sagra Congregaziona.

Che'l farsi il contrario, e pervertir l'uso inveterato, sia degno di censura, si vede da due motivi, recati dal Sig. Cardinal Cantelmi, il quale, intese le Parti, riferisce: Primo, *che eleggendosi le Ufficiali dalla Priora, sono verso di questa più rispettose*; E secondo, *che distribuendosi gli Ufficj per anzianità, e per turnum, come vorrebero le tre, ed altre poche, ciascuna saprebbe il tempo, e la carica, che verrebbe a toccarle; E con vitalizj, ed in altra forma procurerebbe di accumular danari per ispendergli nel tempo dell'ufficio, entrando in gare, perche ciascuna vorebbe avanzar l'altra con quegl'inconvenienti, che si son sentiti in altri Monasterj; e che finora non sono stati in questo: quale si è mantenuto in concetto di esemplarità*.

Or quali sofismi potrabber mai figurarsi le nostre Contrarie per abbatter queste ragioni, ben degne della riflessione dell'EE. VV. che sempre an desiderato, e comandato la regolare osservanza; e se finora il nostro Monastero nella maniera praticata si è mantenuto in concetto di esemplarità, come attesta l'Arcivescovo, e come, la Dio mercè, spera di mantenersi, perche mutarla, con pericolo di divenir da essemplare scandaloso?

Alle due considerazioni del Sig. Cardinale Relatore si potrebbe aggiugner la terza, Che non sempre le Anziane sono abili per ciascun'ufficio, mentre o la vecchiaja, o altro corporal diffetto, potrà scusarle da quelle fatiche, nelle quali posson durar le Giovani; Anzi di vantaggio, se si provedesser gli ufficj *ratione aetatis, & professionis*; non sarebbe più elezione, ma successione contro ogni regola canonica, che si deva tener nelle amministrazioni de' Collegj, e delle Communità.

Ma di più, le pretese ordinazioni del P. Visitatore, oltre a i sopradetti difetti, si oppongono ancore alla miglior nostra regolare osservanza, mentre pensando egli di disporre: *Che la Maestra delle Novizie, e dell'Educande, le Rotare, e le Portinare sieno per lo meno di anni quaranta*, ripugna alla consuetudine, tenuta dalle nostre Priore pro tempora, le quali an dato simili ufficj à Madri sem-

(a) *Can. 7. sess. 25. de Regul.*
(b) *Ibidem cap. 1.*
(c) *Ibidem cap. 20.*
(d) *Tamburr. disput. 32. quaest. 1. & disput. 12. num. 3.*
(e) *Cap. Cum dilectus, de elect.*
(f) *Cap. Querelam, de elect. Cap. Cum dilectus, de consuet. Lezan. ubi supra cap. 13. num. 9. Gonzal. in cap. Bonae memoriae, de Elect.*
(g) *Clemens VIII. & Urb. VIII. in Decretis pro Refor. Regul. n. 36. Donat. de Regul. to. c. tract. 1. qu. 8. au. 2. in fine.*

pre maggiori di 40. anni, come delle Ostiarie ha risoluto questa Sagra Congregazione (a) riguardando questi impieghi il maggior decoro del Monasterio, e la più sana mente delle Monache; Onde la Visita, introdotte *ad correctionem*, in vece di conservere i buoni precetti, gli distrugge, ad il P. Visitatora toglie alle più Anziene gli Ufficj, in vece di fergli cader nelle loro Persone, come pensa di fare apparir con questa novità,

Quindi il Sig. Card. Cantelmi conchiuda: *Stimerei perciò, che fusse spediente di preservar l'elezione alla Priora per l'osservanza del solita, non contrarie alle regole, e di proibire l'uniane di più Ufficj nell'istessa persona.*

Alla qual saggia, a convenevole conchiusione, nè le altre Monache han che opporre, però che, se fusse mal ciò avvenuto, sarà stato, quando il Monastero non ha avuto tanti Soggetti abili da poter ciascuna occupare un sol posto, e non sono stati gli esercizj fra di loro incompatibili, come, tolti questi ostacoli, eseguiranno prontamente.

Si supplica in fine l'Eminenze Vostre, quando questi giustissimi motivi fossero impugnati, o fosse in altra maniera figurato il fatto, a compiacersi di soprasedere in risolvere, fintantoche communicata la Scrittura exadverso, possa rispondersi; Acciocche non si distribuissero le loro Scritture segretamente, come furono fatti i decreti in Visita; E sperano, che la nota giustizia dell'Eminenze Vostre mossa dalle già addotte chiarissime ragioni, a più dal proprio lor zelo, dirizzato al maggior onore di Dio, ed alla maggior quiete dalle povere Religiose di perpetua clausura, si degnaranno di ordinare l'osservanza del solito tenore della Relazione, a del parere dell'Arcivescovo, che assendo presente, ed informato della verità, oltre esser superiore ad ogni eccezione, è testimonio oculato, e scientifico.

E quando non fosse tutto ciò, è certo, che le pretesa ordinationi della visita mutano, alterano, e sconvolgono i regolamenti, praticati sinora, quali essendosi sperimentati proficui, si debbono conservara; E se si pretende la mutazione, si debbon dedurra inconvenienti tali, che contrastino con la nostra consuetudine, la quale, come esser ragionevole, e legitimamente prescritta, non pregiudica, ma si uniforma al jus positivo (b) che è un'altro requisito soprabbondante; a non deducendosi, nè potendosi dedurre gl'inconvenienti, si spera, che sia per risolversi *Servandum antiquum solitum, & nihil innovandum*, essendo communemente ricevuto il detto di *S. Agostino Epist.118. cap.5.* che *ipsa mutatia consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat.*

IN EADEM CAUSA.

Credevano la Priora, e la Monache di S. Caterina da Siena aver in maniera tale giustificate le loro ragioni, che non potessero ingegnosamenta turbarsi: Pure avendo li Defensori contrarj dato fuori due Scritture in Fatto, ed in Jure, si replica per maggior chiarezza della verità;

Che il grande contrario apparato conferma quanto le Oratrici deducessero, a quanto riferì il Card. Arcivesc. intorno al concetto, nel quale si mantiene il loro Monast. senza essersi udito mal scandalo alcuno, che potrebbe avvanire con le novità suscitate.

Inoltre la nostra questiona non consiste, se le Monache debbano star subordinate a' loro Superiori, e se a' medesimi debba la Priora communicare le facende del Monastero; Ma bensì, se possano sostenersi gli Ordini del P. Visitatora, per li quali commosse tutte le Religiose, a turbata l'antica osservanza, e la pace, con la quale finora sono vissute, ricorsero a queste Sag. Cong.

Pretende il P. Visitatore di persuadere, ahe le Monache avessero attestato, ahe tutti gli Ufficj si sian distribuiti, precedente il parere del P Priore, e poi quest'Attestaaione si riduce a due sole di 58 Monache, che ivi dimoreno; anzi queste due sono delle tre, che pretendono le innovazioni, come riferisce il Sig. Card. Arcivescovo, ad impulso delle quali su mossa la tempesta, mentre in persona dalle medesime caderebbeto gli Ufficj, se avesse luogo l'anzianità ordinata nella Visita, come fu giustificato al Sig. Card. Ponente.

Che le Monache, e specialmente le Superiore, come si suppone in contrario, abbiano ben spesso tentato di distogliersi dall'ubbidienza positiva de' Superiori, non credono la Oratrici, che bastasse a farlo credere il solo detto del P. Visitatore, poiche quando avessero ragione di farlo, l'impetrarebbero dall'EE. VV. a' quali appartiene.

Che la presente Priora non operi a capriccio, come gratuitamente si dice ex adverso, si vede da' ricorsi fatti in Sag. Cong. ove ha supplicato, che si osservasse il solito, fondato ne' Sag. Canoni, ne' Concilj, nelle risoluaioni dall'EE. VV. nelle proprie Costituzioni, e nell'autorità de' Dottori, e dall'esercitare il presente Ufficio la terza volta senza richiamo alcuno, non sapendo vedere, come nell'ultimo anno della corrente amministrazione possano le pretese ordinazioni spogliarla ex abrupto del jus quesito.

Che si distribuiscano dalla Priora gli Ufficj con molta parzialità, e si conferiscano i principali a' suoi Parenti, non può provarsi con le semplici fedi de' contrarj, i quali dovrebbero almeno esprimera il grado della parentela, se non fosse quella per la descendenza di Adamo.

Si magnifica con maraviglia, che a dieci Monache si sieno conferiti a chi due, ed a chi tre Ufficj, e poi l'Attestazione per ivi provere, si riduce ad una sola Monaca, che sopraintande alla Cantina, al giardino, ed a i polli: E dalle qualità di questi tre posti potranno argumentarsi gli altri; Ma non è questa la nostra controversia, contentandosi la Priora, come di sopra è stato avvertito, che si dia una sola carica a ciascona, quando vi fussero tante capaci; e giacche questo magnificato inconveniente ha dato causa alle pretese novità, dovea a questo provedersi, non alla collazione per Anzianità.

Che la Sottopriora sia stata eletta senza il consiglio delle 12. si asserisce solamente, assendo in contrario la verità, per essersi eletta sempre a tenor delle Costituzioni, per osservanza delle quali si supplica:

Che gli Ordini delle Visite si opponghino alle Regole, ed all'uso lodevole, col quale si governa dalla sua fondazione il Monestero, potrà vedersi nell'Informazione del Card. Cantelmi, e nel Libro dato al Card. Ponente, stampato per ordine del P. Gen. insin dal 1626. quale assendo stato ristampato nel 1687. altra varietà non contiene, che sù l'Ufficio della Maestra delle Novizie, da conferirsi col consiglio delle 12.

Quando questo libro si potesse sostenere senza l'autorità di queste S. Sede, dalla quale furono confermate le Costituzioni antiche, comunicata nell'atto dell'erezione al nostro Monastero, al quale furono date *etiam per viam simplicis communicationis* tutte le facoltà, che godono gli altri de jure, uso, privilegio, & consuetudine, come dal Breve dato al Card. Ponente; Si dovrebbe notificare alle Monache per eseguirlo, a non produrlo, quando non giova, ne contradice alla nostre consuetudine di elegger le Maestre delle Novizia maggiora di anni 40.

Esaminandosi all'incontro i Decreti della Visita, si vede, che il primo si oppone alle Costituzioni, nelle quali non si legge, che la Sottopriora debba prendersi dal numero delle 12. come vorrebbe il P. Visit. ma che solo debba eleggersi col consiglio di queste, nel numero delle quali non si trovarebbe talvolta Persona abile.

Che gli altri impieghi debbano collocarsi per anzianità, credono le Oratrici non esser necessaria altra risposta, non potendosi figurare assurdo, nè più grave, nè più contrario alla buona amministrazione della Communità, quanto il darsi gli Ufficj per successione, non per elezione, oltre gli scandali, ed inconvenienti considerati di sopra; sul che exadverso si risponde con le semplici fedi di poche Monache loro soggetta, non con le ragioni.

Alla quali fedi si suplica, che quella fatta da Suor Chiara Turbuli, dove dice, che gli Ufficj di Sottopriora, di Sindaca &c. si distribuiscono alle Monache secondo il grado della lor profess. non si deve intendere per Anzianità, ma per grado della proprie abilità, altrimente sarebbe contraria alle Regole, che rimettono al Voto dalle 12. l'elezione di Sottop. Nè pure giovarebbe alle Oppositrici, volen-

(a) *S. Cong. in Bonon. 30. Junii 1617. teste Nicol. in Floscul. verb. Officiales num. 8.*
(b) *Cap. Non tanto, de Consuetud.*

volendo le pretese ordinazioni, che la Sottopriora si prenda dal numero delle 12. Il che non avrebbe, eleggendosi per Anzianità, se in questo senso s'interpetrasse la fede.

Ma che il grado della lor professione, espresso in detta fede, si debba spiegare per idoneità al posto destinato, si vede chiaramente dall'altra fede della medesima Suor Chiara, alla quale si deve maggior credenza, come scritta prima di sapere il prasente litiggio, e come fondata su molte ragioni, ivi addotte; Oltre esser sottoscritta ancora da Suor Cecilia Carafa, quattro volte Priora nel medesimo Monastero, ed oltre essere uniforme alle Attestazioni di altri cinque Monasterj del nostro Ordine Domenicano; Altrimente l'una, e l'altra fede conterrebbe contradizione, per salvar le quale basta

41 qualsisia apparente interpetrazione, *cap. Cùm tu de testibus, Rota coram Priolo dec. 334. num. 18.*

Che che però sia delle due fedi, basta al nostro Monastero la propria consuetudine, che da jus nell'elezioni,

42 come è stata provata di sopra.

Le altre due fedi del Monastero di SS. Domenica, e Sisto, e di S. Caterina da Siena di Roma, non si sà, per qual ragione si adducano, essendo differenti fra di loro, come si conosce dalla sola lettura; Anzi in quella di S. Caterina si dice, che alcuni Ufficj, ivi nomina-

43 ti, si distribuiscono secondo la consuetudine del Monastero, senza spiegarle; ed altri, che non si nominano, secondo il grado della lor professione; e da due Monasterj così vicini, non potendosi mirar l'uno senza l'altro, posti in Città molto distante da Napoli, governati da' medemi Religiosi, ma con varietà, penia il nostro P. Visitatore formare stato per gli altri di Napoli.

Ove poi il P. Visitatore, per sostener le sue innovazioni, si querela di aver trovato gl'inconvenienti, che numera, e molti altri, che tace per modestia, le Oratrici per proprio lor decoro, a per maggior servigio di Dio supplicano, che sien dedotti i suppositi inconvenienti; poichè quanto più si finge coperto dal velo della mo-

44 destia il silenzio, tanto maggiore errore induce, a potrà divenir più esecrabile quei, che rimane nel pensiero di quel, che potrebbe svelarsi. Alle Oratrici però basta il concetto, riferito dal Card. Arcivescovo, il di cui riguardevole Ecclesiastico zelo è noto e questa Sag. Congregazione.

Conchiude il P. Visitatore, che non può ostare in conto alcuno la Relazione del Sig. Card. Cantelmi, e

45 per esser tutta fondata nelle Relazioni ottenute avute da Monache appassionare, senza essere stati intesi i Padri, i quali perciò han fatto nuovo ricorso all'EE. VV. per nuova Relazione.

Leggendosi l'informazione del Sig. Cardinale, si troverà di essere state intese una per una le 12. Anziane del Consiglio, delle quali tre sole istavano per la novità, e

46 le altre per l'osservanza del solito, adducendo tante ragioni, alle quali dovrà aversi riguardo, nulla importando la passione delle Monache, quando così fosse.

Nè rileva, che non siano stati intesi li Padri, se non hanno altre ragioni di addurre, anzi dovendosi questa causa proporre nel principio di Ottobre, fu differita sul preteso di questa nuova Relazione, e pure ancora non si vede, perche, o il Signor Cardinale non ha voluto farla, o fatta non si presenta, come contraria allo intento loro, e fin tanto avrà sempre maggior vigore di

47 tutte le fedi ex adverso la già trasmessa da Sua Eminenza per l'amplissima Dignità della sua Persona, e del suo Ufficio, *Can. Nobilissimus 97. dist.* ubi *Gloss. & Canonist. in cap. Ad audientiam de Praescript. Lezan. pluribus allegat. in Summ. quaest. Regul. verb. Commissio num 23.* e tanto maggiormente, quando non vi ha il Sig. Card. interesse alcuno, come nobilmente considerò *la Sagra Rota dec. 14. in fin. de Probat. in antiquis.*

Or replicando alla Scrittura in Jure si soggiunge, che la Santa Sede nel sottoporre il nostro Monastero alla total giurisdizione Domenicana, gli comunicò tutte le facoltà, e privilegi goduti dagli altri del medemo Istituto,

48 come nel citato nostro Breve, e perciò rimangon ferme le ragioni recate di sopra. E siccome gli Ordinarj de' Luoghi, che hanno maggior giurisdizione ne'loro Monasterj, non potrebbero pretendere, che le Religiose dipendano in ogni atto, anche nell'elezioni delle Ufficiali, dalla loro direzione, così non potranno pretenderlo i Superiori Regolari, come si procura di dedurre ex adverso.

Le nuove leggi debbono esser lodevoli, non contrarie alle Regole, nè alla consuetudine approvata, ed in questo modo parlano gli Autori allegati ex adverso: Se le pretese ordinazioni della Visita abbian questi requisiti, si scorge dalla Relazione del Signor Cardinale Arcivescovo, alla quale non si risponde col preteso di essersi

49 giustificato il fatto con le sole fedi de' medemi Religiosi, e di due delle nostre Monache, in tutto opposte alle sudetta Relazione, che dichiara qual sia la nostra consuetudine, e quali gl'inconvenienti, che nascerebbero.

Essendo vero, che le Regole, e le Costituzioni, per essere immutabili, differiscano dagli altri Statuti, ed Ordinazioni, che si ponno mutare, si potrà vedere, se le nostre siano della prima, o della seconda specie; mentre, per togliere ogni equivovo, si danno al Cardinal Ponente le Costituzioni, ristampate ultimamente dall'odierno Padre Generale, non date ancora alle nostre Religiose; e pure in queste al fogl. 19 stà confermato quanto si contiene nelle prime del 1626. cioè: *Tutte le Ufficiali, che saranno dalla Priora poste in qualsivoglia Ufficio, servano alle loro Sorelle.* E queste si dice esser regola di Sant'Agostino, secondo la quale professano di vivere le Suore di San Domenico, come al fogl. 24.

50 del medemo libro, in fine del quale si legge: *Le Costituzioni delle Suore di San Domenico, le quali sono corrette, secondo le Costituzioni delle stesse Suore, poste dopo le Costituzioni de' Frati Predicatori, stampate in Barcellona nel 1620. e secondo i Decreti del Concilio Tridentino, e delle Costituzioni Apostoliche, e delle Ordinazioni de' Capitoli generali dello stess'Ordine &c. Roma nel Convento della Minerva a' 12. di Settembre 1626.*

E se queste siano Statuti mutabili, e possa il Visitatore alterarle in deterius, come si è detto, non occorre più disputarlo; ma solamente si supplica ad additarci, qual sia la Regola, e quali le Costituzioni immutabili,

51 come si distingue ex adverso, con le quali debbano vivere fermamente le nostre Religiose, senza star sottoposte di continuo alle mutazioni di ogni lor Superiore, anche Subalterno.

Il Sagro Concilio di Trento non ha mai parlato delle Sottopriore, o Vicarie, le quali non si comprendono

52 sotto il nome di Badessa, Priora, Prefetta, o Prepostte, nominate nel *cap. 7. sess. 25. de Regular.* ove si dice: *In reliquis serventur singulorum Ordinum, vel Monasteriorum Constitutiones*, replicando ancora al *cap. 20.* della medesima sessione, con preservare nel rimanente fermi, ed illesi i privilegi, e le facoltà, *quae Personas, Loca, & Jura concernunt;* E qui si aggira la presente questione, come più largamente è stato dimostrato di sopra.

Se il Sagro Concilio avesse voluto comprendere la Sottopriora, si dovrebbe nell'elezione di questa osservare quanto ordinò nell'elezione delle Superiora, la quale si fa per Voti segreti da tutte le Vocali, con l'assisten-

53 za degli Ordinarj de' Luoghi, il che non si pratica nella elezione della Sottopriora.

Le nostre ragioni non sono fondate unicamente nel solo allegato Decreto della Sagra Congregazione, nè questo è a noi contrario, come si oppone ex adverso, appoggiandosi al pronome, *ipsi*, che necessariamente debba riferirsi a' Frati, e non a' Monache, perche la risposta è facilissima: Questo Decreto è riferito *da Loreto de' Franchi* nel titolo *de Abbatissis*, delle quali parla, ed volle la Sag. Cong. in quei primi tempi servirsi della

54 dizione barbara; *Superiorissa*, ma, *Superiores*, comparativo dell'antico adjettivo, *superus*, *& supera*, come anco più latinamente si dice, *Princeps*, *Dux*, *Comes*, *Abbas &c.* invece di *Principissa*, *Ducissa*, *Comitissa*, *Abbatissa*, che si comprendono nella desinenza maschile, usate al presente ne' Tribunali per maggior chiarezza; e che sia così, si vede chiaramente lo stesso Decreto, il quale soggiunge: *Et ideò licet Episcopus sit eis Superior:* dove per *eis* intendendosi i Monasterj, o le Monache, deve intendersi di quelli soggetti al solo Vescovo, altrimente bisognarebbe supporre due Superiori in un medemo Monastero, cioè il Vescovo, e i Regolari, il che

dopo il Concilio non ha luogo, e nemeno può intendersi per le persone, o per gli Conventi de' Frati, ne' quali non ha che fare il Vescovo, e quando il pronome *ipsi* dovrebbe riferirsi a' Frati, perche il relativo maschio *qui*, che è nel Decreto istesso, deve riferirsi alle Monache, come di necessità si dovrebbe dire, per sostenersi l'interpretazione contraria.

Ma senza stare su le leggerezze gramaticali, alle quali siamo stati invitati, poco decevoli a trattarsi in questo Supremo Senato, il Decreto è generale per comprendere indistintamente l'uno, e l'altro sesso in caso, che fusse rimasto qualche Convento de' Frati soggetto al Vescovo, come rimangono al presente alcuni per la Bolla *Instaurandæ*, essendo stato citato il Decreto da *Gallemart*, *e dal Barbosa sopra il Concilio al cap. 2. sess. 25. de Regul.* dove si parla di Frati, e di Monache; ed indifferentemente degli uni, e delle altre discorrono il *Gallemart*, *e il Barbosa*. Nè occorrono tante interpretazioni, quando i medesimi Canonisti, che allegano il Decreto, lo spiegano con queste parole: *apud Moniales Officiales eligendæ sunt à Superiorissa &c.* conforme è stato dimostrato di sopra, e se debba attendersi la dichiarazione di chi allegò il decreto, o quella del Difensore contrario, sarà della prudenza dell' EE. VV. la quali si compiaceranno di soffrir questo svagamento per togliere ogni pretesto alle Oppositrici, le quali senza fondamento alcuno pensano di valersi a lor favore di questo medesimo Decreto.

Che in molti Monasterj si osservi l'Anzianità negli Uffici, non può dar regola agli altri, potendo essere in ciascuno diverse le consuetudini, come dalle fedi di due Monasterj di Roma, prodotte exadversò, vedendosi quanta sia più ragionevole la nostra consuetudine di regolarsi l'elezione dall'arbitrio della Superiora, e non dall'Anzianità, come quella, che toglie le successioni tanto aborrite da'Sacri Canoni nelle cariche Ecclesiastiche *cap. Ut nullus de Præben. & Dignit. ubi Canonistæ citati à Gonzal. ibidem.*

Che la Priora, oltre esser libera amministratrice de' beni del Monastero, appartenga anche l'universale amministrazione delle Monache così temporale, come spirituale *quoad omnia, quorum femina est capax*, si potrà leggere presso il *Tamburino nella disput. 22 quæst. 13. per totam*, e presso i da Loi allegati Dottori, non quella tanto ristretta, e miserabile, che si attribuisce exadverso, contro l'opinione de' Canonisti, recati in gran numero da *Gonzal. in cap. Dilecta de Major. & obed. n. 8.*

Ma poiche exadversò si dà per risoluta la questione con l'autorità di *Loreto de Franchis al tit. de Abbatissis, & earum elect. quæst. 12. num. 729 in fin. e di Tamburino de Jure Abbatiss. disput. 30. quæst. 4. num. 2. & 3. che allega al sudetto Loreto*, i quali suppone, che sostengano, provvedersi gli Uffici per gradum professionis, si riferiscono qui le parole stesse de' citati Autori, e sono le seguenti: *Sed in quibusdam Locis fiunt istæ Officiales post gradum professionis*, donde apparisce, che l'elezioni non si fanno *per gradum professionis*, come si pretende in contrario, ma *post gradum professionis*, richiedendosi la professione in ciascuna eligenda, ne ciò importarebbe, che si faccia in quibusdam Locis, per dar regola a tutti.

Da quanto si è rappresentato, si conosce, che riman fermo l'inconveniente sopra considerato, che per la distribuzione per anzianità talvolta toccherebbero i principali Uffizi a Persone inabili, come de jure proibite non sarebbero ammesse, o pure, che sarebbero espressamente escluse, con nuove dichiarazioni, poiche seguirebbe maggior assurdo nel giudicare, quali siano le inabili, praticandosi tutto giorno, che molte per naturale ambizione si fan credere abili, quando non sono; e molte all'incontro pretendono il contrario, per sfuggir le fatiche, e riuscirebbe di continuo litiggio, ed inquietitudine.

Le attestazioni de'Monasterj del medesimo Istituto, e della medesima Città per questa parte prodotte, non fanno al caso, si dice exadverso, e faranno al caso le prodotte da loro, benche di variata consuetudine, e di altra Città.

E ciò sia detto per chiarezza del fatto, che per altro la controversia è finita, credendo le Oppositrici, che il solito sia quello, che esse asseriscono, e le nostre Religiose quello, che hanno esse dedotto; Onde sospese le ordinazioni della Visita, come inutili sopra il solito, che si pratica, restaranno le une, e le altre consolate, con ordinarsi *servandum solitum, & nihil innovandum*, Rescritto il più Santo, e più fondato di quanti se ne possono fare ne' casi al nostro simili, qual solito potrà riconoscersi su la faccia del luogo da Persona indifferente per delegazione dell'EE. VV. e questo manterrà la pace religiosa, non le novità, che producono turbolenze, ed alterano gli animi.

IN EADEM CAUSA.

E' Costume antichissimo di ricorrere al valor dell'ingegno, ove mancano le ragioni, e di porger sostegno di parole a quelle operazioni, che non meritano difesa. Il P. Visitatore doppo la prima, e la seconda, ha dato fuori la terza, e la quarta Scrittura, nè si cura, che il rimedio sia divenuto peggior del male, offendendo gli altri senza poter difender se stesso; poiche la verità *pharmacis non indiget astutis*, ed è tanto più bella, quanto meno adornata.

Le Religiose di S. Caterina da Siena implorarono il valevole patrocinio dell'EE. VV. per sostener quella lodevole consuetudine, con la quale han sempre vissuto, per esser nata gemella del loro Monastero. Fonda nella ragione Canonica, e nelle proprie costituzioni, largamente dedotta, e concludentemente provata con le Attestazioni di tutti i Monasterj dell'Ordine Domenicano, pieni delle prime Famiglie della Città, e con la Relazione del Sig. Card. Arcivescovo, ch'è superiore ad ogni eccezione.

Al presente le Oratrici per soddisfare alla propria obbligazione, non perche sia necessaria altra risposta, soggiungono:

Che non son poche, come suppone il P. Visitatore, ma tutte le Monache, che per difender la pace comune resistono alle novità insorte; e che sia così, l'Arcivesc. nominò tre sole, che insistevano per le innovazioni sul motivo, che si conferivano più Uffici ad una sola, e di due solamente ha prodotto la fede il P. Visitatore sul pretesto di esser provedute le cariche sul parere del P. Priore, ed o sia l'uno, o sia l'altro, si rendono vani i tanto magnificati scandali, co'quali si procura di oscurar la fama di una Religiosa delle più antiche, e delle più esemplari, qual' è la nostra Priora, riputata degna di questo posto due altre volte, senza essersi odita mai querela alcuna.

Ma quando fosser veri i supposti difetti, qual consegoenza potrà dedursi dalle presenti azioni di una sola, per recar pregiudizio alle antiche ragioni di tutta la Comunità.

A conoscersi però, se sia capricciosa la Priora, che vuol sostener le Regole, e la quiete turbata dopo un secolo; o pure il Visitatore, che suscita novità, sperimentate in ogni tempo dannose, come diffusamente prova *il Capon. disert. 85. à n. 11.* sarà agevole di sapersi, quando si compiacessero l'EE. VV. come vengono umilmente supplicate a commetterne l'Informazione, contentandosi la Priora di perder la causa con la perdita di questo solo punto.

E se i nuovi decreti della Visita sono tanto lodevoli, perche si fecero nascostamente da non penetrarsi, se non gli publicavano quelle tre, che furon degne del segreto, e d'impetrarlo dal Visitatore, che per non far sentire le Monache, procurò nascostamente ancora di fargli confirmare dal P. Gen. il quale, se avesse saputo questa parzialità, e queste ragioni, difenderebbe le sue Religiose, come si spera, che farà ancora il P. Vicario Gen. ridondando in onor de'Superiori il concetto dalle Monache acquistato, se non lo perdessero con le procurate innovazioni; come dalla Relazione del Sig. Card. che distingue dagli altri il nostro Monastero.

Se non sono state sentite le altre Monache, perche non si querelano, nè si producon le loro fedi, come si sono prodotte di sole due? e se non sono stati intesi i Superiori, perche non presentano la nuova Relazione? per la quale spediron la Lettera di questa Sag. Cong. in fin da 3. di Ottobre dell'anno cadente 1692. ed è stata già trasmessa.

Dato, che le Oratrici non avessero Livello, non per tanto

tanto cessano gli scandali, che l'Arcivescovo fondò ne' 70 Viralizj, ed in ogni altra forma, la quale, come non espressa, deve supporsi peggiore.

Che tutti gli Ufficj si sien distribuiti col parere del Priore, crede il P. Visitatore di averlo provato con le fedi de' suoi Religiosi, e non vuol creder poi, che a queste fedi, ancorche fussero innumerabili, prevale la sola Informazione del Sig Card. Cantelmi. Ma quando 71 fusse vero, che si regolano gl'impieghi dal parere del Priore, sanno l'EE. VV. quanto possa stendersi il parere, e sanno altresì, se la sufficienza delle Ufficiali possa esser più conosciuta dalla Priora, con la quale convivono, o dal Priore, col quale trattao di rado, e si muta di tempo in tempo.

Le Costituzioni ristampate nel 1687. si sono date al Sig. Card. Poneote, e si sono segnati i luoghi, da'quali appare aoche in queste ristampate, che la provista degli 72 Ufficj dipende dalla Priora, e che non si possano alterare le antiche Costituzioni del 1626. con le quali le nostre Monache han professato; e la nostra Priora ha esercitato il presente Ufficio da due anni.

Ma di grazia si vegga, se il P. Visitatore si oppone all'autorità del nostro P Gen. per ordine del quale essendo state ristampate le Regole, precedente sua Lettera 73 Pastorale, non si legge in queste, che la Sottopriora, e la Maestra di Novizie si debba prender dal numero delle dodeci, nè che gl'impieghi si distribuiscano per anzianità, come avea ordinato il Visitatore.

Ottimo è il decreto del P. Fiume, ora Vesc. di Polignano: che non si promettano Ufficj per farsi dare il Voto nel Priorato, e si deve osservare, perche è precetto de' Sag. Canoni per ogni elezione ecclesiastica, anco la più sublime; ma non perciò devon darsi le Dignità a' più vecchi, o più anziani, che sarebbe inconveniente maggiore, il 74 quale invece di togliersi con le nuove dichiarazioni, che offeriscono le Opposirrici, perche han conosciuto questa verità, crescerebbe assai più, insorgendo continui litiggi per dedursi l'inabilità, anzi si pubblicarebbero quei difetti, che con maggior decoro rimarrebbero occulti; e poi chi avrebbe da essere il Giudice di questa controversia?

Le attestazioni de' Monasterj di Roma, ancorche sonassero, come vengono ultimamente interpetrate, non han che fare con quelli di Napoli, i quali vivono con 75 altra consuetudine; la quale senza dubbio è migliore, come fondata nelle Costituzioni, e come lontana da quegli scandali, che si son chiaramente giustificati, nè ponno negarsi da' medesimi nostri contrarj.

Conchiude il P. Visitatore, che le altre nostre ragioni non meritano replica, come di poco fondamento, e così sarebbero credute, se avesse egli da giudicarlo; Ma ha da riconoscerlo solamente questa S. Congr. la somma prudenza della quale sà distinguere le nostre difese, 76 fondate nel Jus commune, e particolare, e nelle ragioni, che non ammettono risposta, da quelle del P. Visitatore, appoggiate a' semplici fedi; ad Autori, che dicono il contrario, ed a' svagamenti fuor della proposta questione, senza curarsi di pregiudicare al zelo della nostra Priora, di contradire alle Regole del nostro Istituto, ed a tutto il Monastero, per sostener le turbolenze suscitate da tre sole.

Sperano perciò nella somma giustizia, e nella sperimentata pietà ancora dell' EE VV. le povere Religiose di 77 perpetua clausura, di essere liberate dalle deplorabili angustie, nelle quali goderanno di vederle quelle sole, che per interessi particolari han mosso la presente tempesta.

Die 12. Decemb. 1692. Proposita Causa in Cong. Epis- 78 coporum per Card. de Carpineo, rescriptum fuit: *Nihil esse innovandum*.

Duobus autem annis post d. Causæ resolutionem, quę non sine magno strepitu agitata fuit, solitum eligendi Si- 79 gnaturę Just. Votantes ratione antianitatis Prælaturæ, de medio sublatum fuit ab Innoc. XII. ut videre est *in ejus Bullario l. Const.* 48. ista adducta ratione, *quòd aliquando posteriores in Officiis prioribus doctiores, & aptiores sunt*.

DISCEPTATIO VI.

Larinen.

PRO

Modesto del Vecchio

CUM

Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Larinen.

ARGUMENTUM.

Administrator Bonorum pii Operis liberatus à Fundatore ab omni redditione rationis, an cogi possit, saltem ad extrajudicialem redditionem rationis. Testator potest conditiones, sibi benè visas, in ejus Testamento apponere, etiamsi Juri communi contrariæ sint.

IN ultimo Testamento, sub cujus dispositione anno 1688. ex hac vita discessit pius Testator Marcus del Vecchio, sequens fecit legatum favore Cappellæ Sancti Nicolai, sitæ in Ecclesia majori Terræ Moroni Larinen. Diœcesis. *Dichiara esso Testatore, come da molti anni per sua divozione have col glorioso Santo Nicolò, have intestato molti Animali Vaccini, Pecorini, Caprini, e Porcini, quali attualmente si trovano dati dal detto Testatore a socità di diversi Cittadini di questa Terra di Morone,* 1 *quali Animali vuole, che doppo la sua morte la Venerabile Cappella &c. ne sia Padrona di tutti detti Animali &c. e detta Cappella, o Altare si abbia da governare, ed amministrare da detto suo Erede, e suoi Eredi di detta sua Casa del Vecchio in infinitum, senza darne conto a nessuna Persona del Mondo, e dall'usufrutto, che ne perverrà da detti Animali, se ne debbia mantenere primieramente detta Cappella, e quello avanzerà, se ne debbia far celebrare in detto Altare, o Cappella dalli Sacerdoti, che saranno di detta Casa del Vecchio in infinitum, una Messa letta la Settimana per suffragio dell'Anima di detto Testatore.*

In qua parte nihil aliud fecit, quàm demandare continuationem illius pii Operis, quod in vita per plures annos semper adimpleverat, dum in comperto est, intestationem dictorum Animalium factam ab eodem fuisse multis annis ante ipsius obitum, atque ex illorum fructibus curam semper habuisse celebrandi fe- 2 stivitatem ejusdem Sancti Nicolai, necnon Cappellæ ejusdem Sancti providendi de sacris Suppellectilibus, erogando residuum in Missarum celebratione, ut ex authentico altero documento, in Secretariam existente.

Tentavit anno 1686. Episcopus Catalanus in Visitatione dictæ Cappellæ rationem de eisdem introitibus, & effectibus exigere ab eodem pio Benefactore, tunc temporis vivente, qui tali prætensioni acriter se opposuit, rotundis literis eidem Episcopo asserendo, *che esso non ne voleva render conto a Persona nessuna, e non ne voleva fare render conto a Persona* 3 *nessuna, e non ne voleva fare render conto alli suoi Eredi &c. e così replicò al detto Vescovo in nostra presenza &c.* ut testantur de proprio auditu multi Testes, subsequuta acquiescentia ejusdem Episcopi, qui neque in vita ejusdem Marci Testatoris; neque post ipsius obitum, subsequutum de anno 1688. ab illius hæredibus unquam ampliùs rationem de dictis effectibus exigere curavit.

Anno proximè elapso, & sic post decursum annorum decem, & novem, Promotor Fiscalis moderni Episcopi eandem renovavit instantiam, & quia validæ fuerunt ei in partibus adductæ rationes, exclusivæ talis prætensionis, procuravit, ut hæc Sacra Congregatio Informationem, & Votum ejusdem moderni Episcopi exquireret, ad tenorem cujusdam suppli- 4 plicis Libelli, nescitur à quo porrecti, cum subsequto rescripto pro tali Informatione, & Voto, quod idem Episcopus huic Sacræ Congregationi transmisit, quodq; congruentius vocari potest Scriptura Joris contra Modestum del Vecchio inauditum exarata, quamvis in illa gratis ubique asseratur, auditos fuisse omnes interesse habentes.

Quia

Quia verò ad formam ejusdem clandestinæ Informationis idem Promotor Fiscalis obtinere non potuit resolutionem trium dubiorum, in illu contentorum, proprioque marte compositorum, eundem renovuvit instuntium, inaudito pariter eodem del Vecchio in Congregatione, habitu die 28. Septembris 1709. quaodo rescriptum fuit; *Exhibeantur particula Testamenti, & Episcopus præfigat terminum &c.* ex cujus termini præfiuione certioratus del Vecchio de eudem instuntiu, hodie humillimas porrigit preces pro negutiva resolutione contruriæ prætensionis, & sperat fieri voti compos.

Voluntas enim nostri Testutoris, prætensioni contrariæ ex diametro opposita, non potest esse mugis rotundu, neque magis claré illam potuit eucludere idem pius Testator, quàm usserendo; *E detta Cappella, o Altare si abbia da governare, o amministrare da detto suo Erede, o suoi Eredi di detta sua Casa del Vecchio in infinitum, senza darne conto u nessana Personu del Mondo*: Ex aliu verò parte inter ucerba mortis discrimina Legislatores omnes guttam hanc consolutionis infundere lunguentibus mortalibus generosissimé voluerunt, ut suprema morientium elogiu ipsismet Imperialibus sanctionibus essent æqualia, utque proindè moriens homo tanqnum Imperutor leges condere posset, juuta nota Juru, relata à *Sum. de Pret. de Interpret. ultim. volunt. lib. 3. dub. 5. nu. 68. & Rot. decis. 297. num. 8. cor Rojas & decis. 363. num. 3. par. 18 rec.* ubi quod unicu hæc libertas in humanitatis solatium hominibus relicta ast.

Et, omissis generalibus, in nostris præcisis terminis hoc idem punctuuliter determinavit *Sacrosanctum Concilium Tridentinum in session. 22. de Reform. cap. 9.* ubi postquàm obliguvit Administratores omnes piorum Locorum ud reddendas rutiones administrationis Locorum Ordinuriis, tulem legem limitundo subdit: *Nisi secus fortè in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu Fabricæ expressè cautum esset* (juxta Individuales terminos nostri casus) ubi laté *Barbos. num 27. & de Potestat. Episcop. part. 3. allegat 75. num. 37.* & meliùs *Fagnan. in cap. Ad hæc num. 44. & seqq. de Religios. Domib. Grattian. disceptat. forens. cap 400. num. 20. Dian. Oper. moral. tom. primo tractat 1. resolut 83. Sabell. in Summa §. Administrator num 19. & §. Episcopus num. 3.* laté *Pasqualig. quæstion. moral. Canonicar. centur. prima quæst. 88. num. 4. & per tot.* ubi allegut concordantes, *& quæst. 89. num. 1. & seqq* ubi innumeras refert, & sequitur resolutiones Sacrarum Congregationum, *& Card. de Luca de Jurisdict. disc. 40. num. 4.*

Et in durioribus terminis exclusionis Fabricæ Sancti Petri ab euecutione piorum Legatorum, non obstun. illius notorius privilegiis, pro veritate consultus egregié respondit, & laté probat *Rodulphin. allegat. 85. per totam*, & urticulo maturé discusso, scribentibus quatuor eu primariis Romanæ Curiæ, & Sacræ Consistorialis Aulæ Advocutis pro Reverendu Fabricu, utque Volumina illius favore componentibus me scribente pro Josepho Bonolo, eueqnutore piæ voluntatis Muriæ Qualnæ de Ferreiris, resolvit *Sacra Congregatio Rev. Fabricæ in Imolen. 16. Martii 1707.* cum rescripto *Non intrare Privilegia Fabricæ, confirmato die 20. Julii ejusdem Anni*, cum alio, *In decisis*, ut videre est *in To. 1. par. 2. discept. 30.*

Omissis autem, grutia brevitatis, congruis, & convincentibus rationibus, per eumdem Authorem uddnctis, nimis stringens, & æqué evidens videtur consideratio illu, in nostris præcisis terminis udductu *à Cardin. de Luca de Jurisdict. disc. 40. num. 14. in fine*, quod scilicèt nimis durum, nimisque euorbitans videtur, ut ille, qui facultatem habet bona sua projiciendi in Mare, disponere non possit, ut de illis suus hæres nemini de Mundo rutionem reddere debeat, quando è converso communiter receptum est inter Doctores in longè durioribus terminis Ecclesiasticorum Beneficiorum, ut illorum Fundatores quuscumque conditiones, & leges, etium Juri communi contrarias, upponere possint ex udductis *per Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. num. 45. & gloss 19. num. 3. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 41. num. 7. Piton. discept. Eccles. cap. 25. num. 9. & Rot. dec. 41. num. 3. & seq. cor. Buratt. & dec. 452. num. 3. & decis. 294. nu. 19. & 20. cor Rojas*.

Addita ultu consideratione, quod Sacri Canones, ut Fundatores piorum Operum ub eorundem Relictis non retrahantur, sed potiùs ulliciantur, ud erogandus proprias pecunius, & integra patrimonia in hujusmodi piis dispositionibus, omissio Juris rigore, procedunt per vium æquitatis, & reluuationis ejusdem rigoris, ut egregié observant *Vivian. de Jurepatr. lib 4. cap. 9 sub n. 56. Lotter. de Re benef. lib. 1. qu. 34. nu. 17. & Card. de Luca de Jurepatr. disc. 30. nu. 15. & disc. 68. nu 9. & 10.*

Quibus non udvertuntur eu, quæ continentur in d. Scripturu, seu Informutione Episcopi.

Non primum; Quod eadem conditio, nemini rationem reddendi, attendi non debeat in nostro casu, uti contraria dispositioni Juris communis *in cap. Tua nobis de Testament.* qui ita summutur, *Episcopus compellit Fideicommissarios, seu Exequutores Testamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiamsi Testator hoc interdixisset*, ubi *Gloss. verb. Interdixit*, observut, hoc ideò procedere, quiu Testutor non potest fucare, quod leges in suo Testamento locum non habeant.

Quia objecto punctualissimè occurrit *S. Rota*, concordantes cumulans *in decis. 161. num. 8. cor. Cerro*, sequentibus verbis: *Regula enim assistentia Juris communis non attenditur, ubi aliter fuit cautum in ipsa erectione, & fundatione; Erectionis enim, & fundationis forma est attendenda circa gubernium, & administrationem.* In qua purte huucinus posteriorem legem *S. Conc. Trid. in d. sess. 22. cap. 9. de Reform.* euprelsè permittentem, ut servuri debeut piorum Testatorum voluntas, quæ nulli dubium est, quod antiquis sanctionibus sit præferenda per ea, quæ notut *Pignatell. consult. 107. num. 14. Tom. 1.* & firmavit *Rot. in dec. 493. num. 1. cor. Emerix Jun.*

Secundò respondemus, dispositionem dicti Teutus locum sibi vindicare in solo casu negligentiæ Administratoris, à Testatore designati, quæ in nostris terminis neque etiam ullegutur, quia reveru nullo modo verificatur, ut illam explicando, notat *Fagnun. in illius comment. num. 15. in fine*, ibi: *Et ideò Ordinarium Loci nullo modo posse se immiscere administrationi, visitationi, correctionive dd. Capelluniarum, nisi in casu negligentiæ Administrutorum, ab ipsa Testatrice deputatorum*, juxta dispositionem *cap. Tua nobis de Testam.*

Minus adverlatur secundum, sequens nimirùm conditio, in eodem Testumento contenta, his verbis: *E quello, che avvanzerà, si debba ponere in augumento di d. Cuppella, o Altare, ut supru.*

Quia illa, nedum commodè potest, sed unicè euecutioni demandari debet per eum, cui Testator totalem administrationem, & gubernium d. Capellæ commisit, & in quem unicè confidit, *ad Text. literalem in l. Nulli Cod. de Episcop. & Cleric.* ibi: *Et siquidem Testator designaverit, per quem desiderat redemptionem fieri Captivorum, is, qui specialiter designatus est, legati, vel fideicommissi habeat exigendi licentiam, & pro sua conscientia votum udimpleat Testatoris*, quem in nostris punctualibus terminis sequitur *Fagnun. in cap. Tua nobis num. 2. de Testam.* Fortiùs quiu noster Testator in huc parte deceptus nullatenus fuit, dum de bonis qualitatibus ejus, cui euecutionem suæ voluntutis commisit, Testis, omni exceptione major, est ipsemet Episcopus in d. Informatione §. *Verùm*, his verbis, *Attenta probitate, & legalitate dicti hæredis, indulgendum existimarem &c.*

Ejusdem insubsistentiæ est tertium, quod Inventurii confectio omitti nullutenus possit, neque etium eu voluntate Testatoris. Quidquid enim sit de hac Juris inspectione, sive ad effectum reddendi scrupulosum, gravem, & rigurosam, sive levem, discretam, & benignam administrationis rutionem, dicimus, illam nostris terminis nullo modo congruere, quiu in casu nostro de facili non deerit uccurata descriptio, & seria adnotutio unimalium, nostræ Capellæ relictorum per pium Testatorem Murcum del Vecchio; facta ab eo, de quo Testator ipse confidit, & cujus conscientiam oneravit. Quæstio uutem unicè versutur circu redditionem rationis eorundem animalium, circa quam non possumus contrarium prætensionem evidentiùs eucludere, nisi ad opportunitatem repetendo cubitalia illa verba nostri Testumenti; *E detta Cappella si abbia da governare, ed amministrare da detto suo Erede, o suoi Eredi di detta sua Casa del Vecchio in infinitum, senza darne conto a nessana Persona del Mondo.* Eu quibus ud oculum patet, nostrum Testatorem in rei veritate, atque substan-

ftantia, nil aliud fecisse, quàm obligare suos hæredes in infinitum ad manutenendam dictam Capellam in eo statu, in quo, per ipsum viventem constituta fuit, illos eximendo ab eadem rationis redditione, cui ipsa vivens subjectus esse noluit.

Prout etiam non subsistit quartum, quod Testatorum prohibitiones, eximentes suos hæredes à rationum redditione, non debeant attendi, ex *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *num.* 42. *& seqq.*

Quia Author iste, ex gratia recognoscendus, retorquetur ad hominem, itaut mirum certè videatur, quòd in contrarium allegetur; Respondendo enim *num.* 45. motivatis dictis numeris antecedentibus circa fundationem beneficiorum, rotundis literis asserit, ea non procedere in Capellaniis, in quibus (sunt ejus verba) *Testatoris voluntas erit in hoc servanda, sicut in alia qualibet dispositione, cùm in bonis propriis quilibet sit moderator, & arbiter, ut vulgata concernunt Jura, sicque vidi plures, & plures fundationes Capellaniarum, talia gravamina, & similes clausulas continentes, & esse validas,* [22] *in hoc casu sæpè consultus respondi.* Et quod magis est, ad id comprobandum registrat ibidem verba Sac. Concilii Tridentini, supra adducta, & non inutiliter hic repetenda. *Quod etiam expressè approbari videtur à Sacro Concilio Tridentino sess.* 22. *cap.* 9. *de Reformat.* ibi: *Nisi secùs forte in institutione, vel ordinatione talis Ecclesiæ, seu Fabricæ expressè cautum esset, ubi disponitur, quòd Administratores rerum Ecclesiæ, & piorum Locorum teneantur Ordinario rationem adducere, nisi contrarium esset in fundatione dispositum, prout etiam Sacra Congregatio Concilii Tridentini declaravit.* Quid clariùs ab hac parte adduci potest? Et nihilominus Promotor Fiscalis, innixus authoritati ejusdem Doctoris, contrarium obtinere prætendit.

Demum nec etiam merebatur allegari quintum, quod scilicèt prædicta procedant, quando Testatoris dispositio [23] roborata sit Ordinarii authoritate, vel Sedis Apostolicæ gratia, quorum neutrum in nostris terminis verificatur.

Quia objectum procedit in vera, & propria fundatione Ecclesiasticorum Beneficiorum, in quibus talis authoritas indispensabiliter requiritur, & concurrere debet, non autem in puris terminis Legati pii, qui sunt [24] nostri, quia in istis, ut benè notat *Gonzal. supra citatus*, nulla Lex, vel Canon contrarium præscribit, & proindè quilibet rei suæ dominus, & arbiter potest de illis ad sui libitum disponere, omnesque conditiones sibi benevisas apponere, ex supra allegatis.

Et tamen ad omnem abundantiorem cautelam dicimus, quòd talis Episcopi permissio in nostro casu nullatenus desideratur, sed apertè concurrit, dum Antecessor Episcopis ante obitum nostri pii Tastatoris illius præcisam voluntatem eximendi suum hæredem à qualibet redditione rationis probè scivit; Et post ipsius mortem statim acquievit rationibus in hac parte ei adductis, cohærenter ad literalem dispositionem nostri Testamenti, neque deinde, ofquequo supervixit, institit ampliùs pro revisione dictæ administrationis. Itaut præsomptio illa, quòd Ordinarius præsumatur informatus [25] de similibus piis dispositionibus, quæ fiunt in sua Diœcesi, quam in nostris punctualibus terminis comprobat *Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 40. *num.* 11. ex dicto innegabili facto, tam ante, quàm post obitum nostri Testatoris, transierit in evidentiam.

Pro quorum omnium faciliori admissione, nec non pro conciliatione omnium authoritatum, quæ in contrarium allegari possunt, nunquam satis repetimus, quòd contraria procedunt in terminis fundationis Jurispatronatus, vel erectionis Beneficiorum, in quibus cùm requiratur Superioris Ecclesiastici authoritas, & consensus, non possunt Testatores ex se ipsis aliquid demandare, quod ipsorum substantiæ, & naturæ adversetur. Cæterùm in Legatis piis, & simplicibus Capellaniis, in quibus beneficiorum natura nullo modo verificatur, cum illis conditionibus procedendum est, cum quibus à piis Benefactoribus fuerunt relictæ, & respectivè erectæ, qui sicuti bona, propriis sudoribus [26] acquisita, in Mare poterant projicere, ita circa illorum usum, & administrationem quascumque leges præscribere potuerunt, ut egregiè observat *Cardin. de Luca de Jurisdict. disc.* 40. *sub num.* 14.

Ex quibus satis comprobata videtur negativa resolutio primi, & secundi dubii, proprio marte registrat. in contraria Informatione; Circa tertium verò concordamus cum Reverendissimo Episcopo, quod eleemosyna Missarum taxanda sit ad rationem Synodalem, hoc est [27] carolenorum duorum pro qualibet, quod nunquam ex parte Principalis impugnatum fuit, semperque practicatum in illis Missis, quæ ex præcepto nostri Testatoris usque adhuc semper celebratæ fuerunt.

Die 10. *Maii* 1710. *proposita Causa in Congregatione Concilii sub sequenti dubio.*

I. An, & quomodo Modasto del Vecchio, ad præsens Administrator Animalium, legatorum à qu. Marco del Vecchio favore Cappellæ S. Nicolai Terræ Moroni, teneatur ad redditionem rationis præfatæ Administrationis? Responsum fuit: Teneri ad redditionem rationis extrajudicialem tantùm.

II. An teneatur conficere Inventarium dd. Animalium legatorum: Teneri tradere Notulam juratam tantùm.

DISCEPTATIO VII.

Eugubina Synodi

PRO

Conventu PP. Augustinianorum Terræ Pergulæ

CONTRA

Societatem Confalonis Villæ Pantani

ARGUMENTUM.

Functiones non merè parochiales, quando fieri possint à Cappellanis Confraternitatum ad ornatum Decretorum Sac. Congregationis Rituum in Urbis, & Orbis 10. *Decembris* 1703.

ANno 1617 in Villa Pantanæ Eugubinæ Diœcesis à nonnullis piis Benefactoribus, à fundamentis [1] erecta fuit Ecclesia sub invocatione Beatæ Mariæ Confalonis: Attento autem, quod illa construebatur intra fines Parochiæ PP. Sancti Augustini Terræ Pergulæ, inter alia Capitula fundationis, specialiter conventum fuit in primo, & secundo, quod in illa semper officiare deberent iidem Religiosi, quodque quolibet festivo die celebrare ibidem deberent Missam.

In cujus conventionis executionem functiones omnes in eadem Ecclesia, vel à dictis Patribus, vel à Cappellanis pro tempore, de eorumdem tamen speciali licen[2]tia, peractæ semper fuerant, ut testatur Petrus Orphæus, qui fuit Cappellanus Societatis per longum spatium annor. 19. & deponunt Priores, & Officiales ejusdem Societatis.

Idque cohærenter etiam ad claram dispositionem Synodi Card. Ulderici Carpinei, qui anno 1638. *in cap.* 6. *de Offic. Paroch.* mandavit expressè, ut omnes solamnes functiones, puta Candelarum, Cinerum, & Palmarum [3] benedictiones, & similes non à Cappellanis Confraternitatum, sed à Parochis fierent, de cujus Synodalis dispositionis observantia, ad omnem abundatiorem cautelam, docemus in Summar.

Diximus ad cautelam abundantiorem, quia Synodales Constitutiones eo ipso, quod promolgatæ sunt, & in Volumen redactæ reperiuntur, nisi contrarium concludentissimè probetur, præsumuntur in viridi obser[4]vantia, juxta magistralem dec. *Mantica* 115. *num.* 2. *& per tot.* & egregiè animadversa per *Sperel. dec. s.* 15. *num.* 18. *& seqq. & num.* 20. *Romaguerr. ad Constit. Synodal. Gerund. lib.* 1. *tit.* 1. *cap* 4. *num.* 3. *& seqq. Card. de Luc. de Donat. discur.* 26. *num.* 6. *& Rot. cor. Dunoz. jun. dec.* 855. *num.* 13. *& in part.* 4. *tom.* 2. *rec. decis.* 293. *in fin.*

Quia verò fuit exadverso excitata prætensio, quòd eadem Synodus nihil respectu dictarum functionum principaliter, & de per se disponat, sed relativè se habeat ad resolutiones hujus Sac. Cong. vel declaratas, vel innovatas *in celebri Urbis, & Orbis* 19. *Decembris* 1701. per extensum impressa *à Monacell. in Formu-* [5] *lar.*

lar. legal. prallic. tom.2. fol.15. hinc concordatum fuit inter Partes dubium; *An Constitutio Synodalis clar. mem. Ulderici Carpinei in cap.6. de Offic. Paroch. esset attendenda*, quod videtur resolvendum *Affirmativè*, quia concurrunt voluntas, & potestas ejusdem Card. Ulderici Carpinei, Authoris ejusdem Synodi, quo casu nulla subesse videtur difficultas respondendi pro illius observantia, & executione, nisi exadverso vertatur in dubium, an legibus parendum sit, ut in simili ferè per hæc verba observavit *Lodiger. in Dub. matrim. dub.1.n.1.* [6]

Quoad potestatem illa nec etiam revocatur in dubium, & meritò, quia circa ea, quæ non sunt contra apertum Jus, qualia sunt ea, de quibus disputamus, disponere omni Jure possunt Episcopi in Synodalibus Constitutionibus, illorumque proindè dispositiones inviolabiliter observandæ sunt, & tamquam leges omninò custodiendæ, & exequandæ in illis Civitatibus, & Diœcesibus, pro quibus emanarunt, ut uno ore observant Anthores illi, quos referunt, & sequuntur *Massobr. de Synod. cap.4. dubit.42. Rot. cor. Emeriz. jun. decis.740. num.2. & 9. & decis.1334. num.3. & in Pampilonen. Parochialis 6. Martii 1702. §. Et utique coram Ansaldo, & in Tarraconen. Insignium 11. Decembris ejusdem anni §. Fundamenta cor. Muto*: Quod adeò verum est, ut eadem conclusio procedat etiam in illis materiis, in quibus inter Doctores diversæ adsunt opiniones, quia in harum diversarum opinionum conflictu possunt Episcopi magis unam, quàm aliam in Synodis amplecti, illaque deindè tamquam lex servanda est, nulla habita ratione alteriùs contrariæ opinionis, ut egregiè advertit *Card. de Luc. de Emphyt. disc.37. num.6.* ibi: *Itaut opus esset quæstionem assumere, an Archiepiscopus statuere potuerit contra Jus, quo casu etiam pro dictæ Constitutionis validitate, & efficacia probabilius respondendum veniret, cùm in effectu non sit statuere contra Jus, sed potiùs declarare jus dubium, ac unam magis, quàm aliam opinionem canonizare, itaut sit præter Jus, quo casu Episcopo statuendi facultas conceditur ex deductis per Buratt. tum &c.* [7] [8]

Non minùs clara est voluntas ejusdem Card. Ulderici Carpinei, quæ evidenter resultat ex sola lectura *d. Cap. 6.* in quo declaratur expressè, ut Candelarum, Cinerum, atque Palmarum solemnes benedictiones, necnon celebrationes Missarum feria quinta in Cœna Domini, & in Sabbatho Sancto, prout etiam SS. Sacramenti delatio, & ea, quæ circa illius cultum versantur, non ad Cappellanos Confraternitatum, sed ad Parochos spectent, terminando idem caput sequentibus verbis: *Mandamus imposterum omnia, & singula prædicta omninò servari sub pænis arbitrio nostro declarandis*; quæ præcisam necessitatem important, ut considerando verbum illud *mandamus* advertunt *Suar. de Legib. lib.3. cap. 15. nu.9. Sanch. in Decalog. to.2. lib. 6. cap.4. nu.33. Barbosa de Diction. diction.169. num.1. & Rot. decis. 1010. sub num.3. cor. Seraphino*; Et considerando dictionem illam *omninò Grammatic. consil. 31. num.4. Barbosa diction.240. num.14. Cyriac. controv.436. num.81. & Rot. decis.110. nu. 56. cor. Bich. & decis.147. nu.18. part.15. & decis.594. nu. 20. part.19. rec.* [9]

Nec relevat animadversio, quod Author ejusdem Synodi motus fuerit ad disponendum ex decreto hujus Sac. Cong. impresso à *Barbosa de Potest. Paroch part.1. cap.11. num.51. & à Monacell. in formular. to.2. fol.13.* quod hodiè servari ampliùs non debeat ex dicta generali resolutione hujus Sac. Cong. diei 10. Decembris 1703. [10]

Objectum enim non subsistit in facto, & non relevat in Jure. [11]

Non subsistit in facto, quia idem decretum hujus Sac. Cong. enunciatur in citata Synodo cùm verbo illo *præcipuè*, quod continet quidem casum ampliativum, sed nullatenùs excludit, imò comprobat potiùs positivum, ut, aliis adductis, observat egregiè *Rot. in Romana Matrimonii 4. Februarii 1697. §. Nec attendenda cor. Ursino*: Imò dictio illa *præcipuè* clarè ostendit, quod idem Episcopus aliis causis motus fuit ad disponendum ad *Text. in l. 1.* ibique *Gloss. in verbo Præcipuè ff. de Testibus* cùm aliis apud *Barbos. diction. 274. nu. 1. Monach. decis. Bononien. 28. nu. 44. & Rot. decis.175. nu.78. part.9. recent.* [12] [13]

Minùs relevat in Jure, quia generales propositiones, in hac parte exadverso inculcatæ, veræ sunt, & procedunt in doctrinis Authorum, Doctorumque dictis, quæ, posito, quod se fundent in aliquo supposito, quod deindè mutetur, attendendi ampliùs non sunt; Nullo autem modo locum habent in præceptis, & dispositionibus illius, qui facultatem habet condendi leges, & manifesta ratio illa est, quod leges non habent vim à motivo, & occasione illas edendi, sed à voluntate, & potestate Legislatoris, indeque meritò dicebat Divus Augustinus *in lib. de Ver. Relig. cap. 3.* relatus *in can. 3. distinct. 4.* quod postquam leges institutæ sunt, non licet ipsas, earumque motiva criticare, sed secundum ipsas judicandum est, & *Divum Augustinum* sequuntur adducti *per Adden. ad decis. 77. nu. 84. part.9. rec. & Rot. coram Molin. decis.561. nu.61. & decis. 378. nu.19. part.18. rec.* [14]

Ejusdem insubsistentiæ est alia prætensio, quod nostra Synodus præcipiat solùm, ut functiones merè Parochiales dumtaxat, non fiant à Cappellanis Confraternitatum, quales hodiè non dicuntur illæ, quæ specificantur in d. Synodo, id inferendo ex illis verbis: *Unde ne Parochiales Ecclesiæ debito fraudentur honore, mandamus imposterum omnia, & singula prædicta omninò servari.* [15]

Dignentur enim cavere à manifesto æquivoco, cum quo exadverso in hac parte proceditur, confundendo Jura merè Parochialia cum functionibus Parochialibus; Dantur enim quamplures functiones, quæ licèt non sint de Juribus merè Parochialibus, peragi nihilominùs nullatenus possunt à Cappellanis Confraternitatum, sed privativè spectant ad Parochos, ad hoc, ut Parochiales Ecclesiæ debito non fraudentur honore, ut, aliis omissis, de quibus in dictis Decretis generalibus dub. 6. & alibi, habemus, id solemniter decisum ab hac Sacra Congregatione in octavo dubio earumdem generalium resolutionum circa celebrationem Missæ in feria quinta in Cœna Domini, quæ eodem tempore declaratur non esse de Juribus merè Parochialibus, sed nihilominùs subditur, spectare ad Parochum: Et egregiè distinguendo Jura merè Parochialia, quæ ut plurimum respiciunt solam utilitatem, & emolumenta Parochi, à functionibus Parochialibus, in terminis egregiè advertit *Monacell. in formular. tom. 2. fol. 14. num. 54. & seqq.* ad rem illam adducens congruentiam, quod eædem functiones dicantur privativè spectare ad Parochos, non quia sint Jura merè Parochialia, sed propter affinitatem, connexionem, & dependentiam, quam habent ab officio Parochi, concludens, quod *hæc est veritas authoritate Divi Caroli Synodorum, Decretorum, & Decretorum omnium Congregationum meritò comprobata, ac firmata, ne ordo Ecclesiasticæ Hyerarchiæ confundatur, Sacri Ritus corrumpantur &c.* Respondendo deindè objecto, exadverso excitari solito, quòd Parochi jurisdictio non se extendat ad dictas functiones, ait, motivum prohibitionis non provenire *ratione loci, nec ratione dependentiæ, seu jurisdictionis, quam habet, vel non habet Parochus in Oratoriis, seu Ecclesiis, in quibus Confraternitates reperiuntur erectæ, sed ratione incapacitatis &c. ac ratione officii, & functionis solemnis explendæ per certum, & digniorem Ministrum, ab Ecclesia in suis ritualibus designatum, quod inferior usurpare non debet, & tandem illis prohibens, quia concernunt quodammodo Curam Animarum.* [16]

Supplicantes hìc observare, quod idem Author inter functiones illas, quas solidè probat privativè ad Parochos spectare, præscindendo ab inspectione, an sint, vel non sint de Juribus merè Parochialibus, enumerat in individuo illasmet, quæ leguntur in nostra Synodo, ut ex confrontatione ibi: *quales sunt &c. Cinerum, Palmarum, & Candelarum solemnis benedictio, Missæ celebratio in feria quinta Cœnæ Domini &c. & delatio, & expositio publica Eucharistiæ, & aliæ similes:* referens deinde hoc idem, non perfunctoriè, sed articulo maturè discusso, neque semel, sed pluries fuisse resolutum ab hac Sacra Congregatione, signanter verò in *Mantuana Jurium Parochialium 3. Julii 1677. ad 6 & 8. dubium, & in Nullius Nonantulana Jurium Parochialium 17. Februarii 1685. ad 2. dubium, & in Bononien. Jurium Parochialium 17. Novembr. 1691. ad tertium dubium*, quæ punctuales resolutiones vim legis habent, per ea, quæ notent *Pasqual. qu moral centur.1. cap. 61. nu.4. & per tot. & Rota in Calagurritana Pontificalium 16. Novembris 1966. §. In præsenti coram Ursino.* [17] [18]

Ex

Ex quibus nulla superest necessitas immorandi circa non usum nostræ Synodi, juxtà affectatas attestationes 19 exadverso adductas, quæ in nulla consideratione haberi debent in conflictu probationum ex hac parte adductarum.

Tum quia habemus legem claram, & indubitatam, & propterea eo co ipso, quod concludenter exadverso non probatur illius non usus, pro illius observantia, ac 20 exequutione, respondendum est, juxta animadversa per *Covarr. var. resolut. lib. 2. cap. 12. num.4. Mantica de Conjectur. ultim voluntat. lib. 5. tit. 15. num. 31. & Rotam coram Priolo decis. 436. num. 13.*

Tum quia nostri Testes, non solùm deponunt verisimiliora, sed concordant cum dictis Constitutionibus Synodalibus, seu Juris dispositione, quo casu præferendi sunt Testibus, afferentibus contrarium, ut omis- 21 sis generalibus, de quibus *Innocen. in cap. Audistis nu. 4. de Præscrip. Rota coram Pamphil. decis. 735. num. 7. & in par. 16. recent. decis. 224. nu. 5. & in Bituntina Servitutis 15. Februarii 1704. §. Quæ Testium coram Caffarello* egregiè *Coccin. decis. 2089. nu. 10.* ibi: *Et in concursu magis standum est Testibus dictarum Ecclesiarum &c. quia deponunt verisimiliora, quia deponunt fuisse servatum id, quod est de Jure.*

Tum quia inter Testes, ex hac parte adductos, adest unus ex Cappellanis, qui per spatium annorum 19. illis inservivit, & consequenter uti apprimè informatus, & 22 deponens de facto proprio, concludentem facit probationem ex adductis per *Menoch. de Arbitrar. cas. 99. à num. 52. Rota decis. 312. num. 4. & 5. coram Celso, & decis. 522. num. 8. coram Emer. jun.*

Tum demum, quia in omnem casum probationes hinc inde adductæ eliderentur ad invicem, semperque remaneret pro hac parte clara, & cubitalis lex, in qua solidè fundata dicitur intentio nostrorum Religiosorum, & cui semper standum est, donec exadverso evidenter 23 doceatur de illius limitatione, ex adductis per *Mar. Antonin. var. resolut. lib. 2. resolut. 59. cas. 12. Rocca select. interpr. cap. 191. in fine, & Rota decis. 354. num. 52. par. 51. rec.*

Fortius accedente duplici circumstantia; Prima quia excipiens de non usu, non solùm non negat legem, sed per necessarium antecedens illam supponit, & propterea eo magis concludenter probare tenetur talem non usum, in quo fundamentum propriæ intentionis consi- 24 stit, ut egregiè discurrendo notant *Dec. consil. 534. sub num. 9. Natta consil. 340. num. 11. & Speralk decis. 15. sub num. 20.*

Secunda verò, quia non allegatur exadverso non usus initiativus, idest quod nostra Synodus nunquam fuerit observata, & recepta, sed non usus destructivus, & abrogativus ejusdem Synodi, & quidem post insignem temporis lapsum annorum 70. ab illius editione; Quo casu longè concludentiores requiruntur probationes, & viva ratio illa est, quod primo casu allegans non usum se opponit principio legis, pro cujus exercitio, & executione nulla militat præsumptio, non sic autem in secundo, in quo agitur de tollenda lege, in se perfecta, 25 usuque recepta, quam rationem egregiè expendit *Card. de Luca de Servit. disc. 1. num. 9.*

Pro quorum omnium faciliori admissione nimis urgere videtur, quòd nostra Synodus concordat cum aliis duabus Synodis, nostris temporibus summa attentio- 26 ne, & commendabili diligentia compilatis, cum illa nimirum *Cesenæ Cardinalis Denhof. lib. 15. cap. 1. de Hospit. & Societat. Laic. fol. mihi 277. vers. In iisdem Oratoriis*, & cum alia *Card. Barberini pro Abbatia Farfen. tit. de Societ. Laicor. nu. 8. & seqq.* cui tamquam Synodalis examinator præsens subscripsit f.m. Clemens XI. Quas celeberrimas Synodos, uti punctualissimas, & individualissimas authoritates in hac parte allegare possumus: Cùmq; neque adversùs illas, neque adversùs punctualem pariter authoritatem Monacelli, allegetur exadverso aliquis Doctor, qui eisdem in specie contradicat; Et quod magis est, illæ, & omnes aliæ Synodi omnium Metropolitanarum, & Cathedralium Catholici Orbis, solemniter præservatæ fuerint ab hac Sacra Congregatione in fine dictorum Decretorum generalium, ex mox subjungendis, possumus intrepidè asserere, quod ad nostrum 27 favorem habeamus casum legis per ea, quæ notat *Card. de Luc. de Usur disc. 22. nu. 2. & 3.* & firmavit *Rota in Melphicten. Cappellaniæ 4. Junii 1698. §. Authoritates coram Muto.*

Quæ omnia, in se clarissima, transeunt in evidentiam, attento alio separato quidem motivo, sed æquè valido ad obtinendam favorabilem resolutionem innixo illis claris verbis, quibus sigillanter eædem generales resolutiones hujus Sacræ Congregationis *in Urbis, & Or-* 28 *bis 10. Decembris 1703. Et ita, salvis tamen conventionibus, & pactis, in erectione Confraternitatum forsan factis, Concordiis inter Partes initis, & à Sancta Sede approbatis, Indultis, Constitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, & Consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis, declaravit, & decrevit &c.*

Toto spiritu supplicantes hic advertere, quod hæc rotunda præservatio non potest dici, quod concernat eas Constitutiones Synodales, quæ determinent illud idem, quod resolutum fuit in dictis generalibus Decretis: Ista enim tam ex nota potestate hujus Sacræ Congregationis, quàm ex oraculo, & approbatione Summi Pontificis, maximam, & necessariam dicuntur facere authoritatem, at considerando vim, & efficaciam resolutionum hujus Sacræ Congregationis notant *Fagnan. in cap. Quo-* 29 *niam num. 3. de Constit. Rota decis. 7. num. 3. post Antonell. de Juribus Cleric. & in Hispalen. Juris votandi 4. Februarii 1697. §. Distinguentes in fine coram Card. Caprara*; Et præ oculis habendo Summi Pontificia approbationem, ad- 30 vertit *Card. de Luca de Benefic. disc. 89. sub num. 2. & Rota in Mindonien. prætensæ observantiæ Constitutionis 1. Martii 1706. §. Verùm coram Ansaldo.* Sed pernecesse dicendum est, quod præservent illas Constitutiones Synodales, illasque conventiones, & pacta, in quibus disponitur aliquid, diversum ab iis, quæ resoluta fuerunt in dictis generalibus Decretis, ut in terminis punctualibus, explicando dictam præservativam notat *Monacell in for-* 31 *mular. tom. 2. fol. 13. num. 50. in fine*: Et propterea quando etiam ea, quæ prohibentur in nostra Synodo, nulli resolutioni hujus Sacræ Congregationis reperirentur innixa, imò ex diametro essent opposita dictis novissimis Decretis, adhuc inviolabiliter servari deberent, virtute hujus insignis præservativæ per ea, quæ egregiè observant *Ol-* 32 *drad. cons. 30. in fine, & Honded. consil. 86 num 27 & seqq. lib. 2.* & firmavit *Rota coram Seraphin. decis 756. num. 2 & coram Burats. decis. 375 num 8* ibique *Adden. num. 13. & coram Priolo decis 452. num. 14.*

Nulla demum adest necessitas immorandi in inspectione comprehensionis nostræ Synodi sub dicta generali præservativa: Quia in dictis generalibus Decretis hæc Sacra Congregatio non habuit respectum ad intentionem, & ad motiva illa Episcoporum, ex quibus Synodales ediderunt Constitutiones, sed absolutè, & simpliciter demandavit, ut eadem Decreta locum non habeant in illis casibus, in quibus adsunt Constitutiones Synodales in contrarium: Undè dum habemus præservativam claram, legemque rotundam, & literalem, non est ulteriùs quærendum, neque subtiliter criticanda eadem Synodus, insistendumque in occasione, & motivo illius editionis ad *Textus literales in leg. Non distinguemus ff. de* 33 *Recept. arbitr. & in Clem. ultim. de Rescript.* cum aliis apud *Surdum consil 271. sub num. 28. & Mar. Antonin. var. resolut. lib. 3. resolut. 18. num. 3.*

IN EADEM CAUSA.

Causa hæc non meretur tantam dotem, quanta ei attributitur ex adverso; Breviter enim sufficeret observare, quod pro affirmativa resolutione nostri dubii, in quo quæritur, an sit servanda Constitutio Synodalis, præscribens, ut Functiones in illa expressæ, non à Capellanis Confraternitatum, sed à Parochis fiant, non insistimus inductionibus, & argumentis, minusque authoritati alicujus simplicis Collectoris, sed adducimus rotundas, & litterales resolutiones hujus Sacræ Congregationis per viam legis emanatas, & à Summo Pontifice specialiter confirmatas *in Urbis, & Orbis 10. Decembr. 1703.* in cujus dubio octo cubitalibus literis dispositum illud idem, quod determinatur in nostra Synodo respectu celebrationis Missæ Feriæ 5. in Cœna Domini. Idem 34 autem prorsùs est prætendere, ut in hac parte nostra Synodus non servetur, ac non esse servandam resolutionem

dicti

dicti dubii octavi: In aliis verò Dubiis demandatum quidem fuit, ut quamplures ex Functionibus Ecclesiasticis, sive illæ merè Parochiales sint, sive non, fieri possint à Capellanis, sed in præscriptum non fuit indefinitè, & pro omni casu, & loco, sed restrictivè, ad illas Diœceses, in quibus non adessent Synodales Constitutiones in contrarium ibi: *Et ita salvis &c.; Constitutionibus Synodalibus &c. declaravit, & decrevit*.

Dum igitur in nostra Diœcesi innegabiles sunt hujusmodi Constitutiones Synodales, præcipientes, ut eædem Functiones à Parochis, non à Capellanis fiant, res videtur nimis plana, & expedita, non solùm ad sen- 35 sum, sed ad literam dictarum magistralium resolutionum: Implicat enim, quod illis non revocatis, aboleatur hodie nostra Synodus, cum rescripto non esse servandam, quodque reservativa in illis contenta remaneat in suo robore.

Urgetque ulteriùs in hac parte dilemma, quòd aut Functiones, de quibus loquitur Synodus, determinatæ sunt in dictis generalibus resolutionibus, aut non; Inter duo hæc non datur medium: Si non sunt in illis determinatæ, Confratres stare debent determinationi illarum factæ in Synodo, nec habent, de quo conqueri possint: Aut verò dd. solemnes Functiones expressæ in nostra Synodo in eisdem generalibus resolutionibus per viam regulæ comprehensæ sunt, & in nostra Diœcesi attenta dicta præservativa, & salutari clausula *salvis Constitutionibus Synodalibus*, dicuntur literaliter exceptuatæ, & consequenter non cum regula, sed cum exceptuatione, & limitatione procedendum hodiè est, ut cumulatis con- 36 cordantibus, probat *Barbos. de Claus. claus.* 139. *nu.* 17. ibi: *Clausula, salvo, inducit exceptionem eorum, quæ sunt concessa, & de regula*, & firmavit *Rota in decis.* 432. *num.* 8. *part.* 19. *recent.*

Quia verò diximus supra, & punctualibus authoritatibus comprobavimus, quòd Constitutiones Synodales dicantur Jus particulare Diœcesis inviolabiliter observandum, quod legi quamvis duræ parendum sit, quodque postquam editæ sunt, non de ejusdem motivis, sed secundùm ipsas judicandum est. Respondatur eaadverso id verum esse in Constitutione clara, & absolutè disponente ex firma voluntate Legislatoris; Verùm res- 37 ponsio retorquetur ad hominem, quia omnes hæ conditiones non possunt evidentiori modo concurrere in præsenti; Constitutio enim Synodalis literalis est, & voluntas Legislatoris explicata per illa verba, *mandamus imposterum omnia, & singula prædicta omninò servari*, non potest esse magis rotunda, & efficax, sive consideretur verbum illud *mandamus*, sive aliud *omnia* ex adductis supra.

Hæc sufficerent absque necessitate immorandi in inspectione; An nostra Synodus emanaverit ex falsa causa, vel motivo, & an ex hac parte probari debeat, probeturque illius usus; Quia hæc Sac. Congregatio in dd. generalibus Resolutionibus non habuit respectum ad motiva, seu causas, ex quibus moti fuerunt Episcopi ad faciendas Constitutiones Synodales, sed ad illarum meram, & simplicem dispositionem, atque claram determinationem: Unde si hæc Sac. Congregatio in hac parte nullam adhibuit distinctionem, nullumque habuit 38 respectum ad causam, seu motivum illarum editionis, talis distinctio, & subtilis criticatio nec etiam exadverso fieri debet, ad notata communiter per Repetentes in *Clement. ultima de Rescriptis*.

Præterea hæc Sac. Congregatio respectu illorum Locorum, in quibus adest observantia, opposita dd. generalibus Resolutionibus, illam pariter expressè præservavit mediantibus illis verbis *Salvis tamen consuetudini-* 39 *bus immemorabilibus, vel saltem centenariis*; Et propterea non sunt exadverso confundendi termini usus, seu observantiæ contrariæ, cum particulari lege, seu Synodo eisdem generalibus Resolutionibus opposita, distinctè, & separatim in eisdem præservatæ.

Et tamen ut insubsistentia contrariæ prætensionis un- 40 dique palpetur manibus respectu dicti prætensi non usus.

Respondemus, quod ille probandus est exadverso, & quidem concludenter; Nobis enim sufficit ostendere, Synodales Constitutiones fuisse promulgatas, & in Volumen redactas ad hoc, ut dicantur esse in viridi observantia, ea ratione, quia allegans pro se Synodum, promulgatam, & in volumen redactam, dicitur habere intentionem fundatam in illius clara dispositione; Exci- 41 piens verò de illius non usu, illam non negat, sed per necessarium antecedens supponit, & fatetur, & propterea concludenter probare tenetur suam intentionem, & fundamentū consistens in non usu, ut latè probavimus supra.

Agnoscitur exadverso vis harum animadversionum, & ad probandum d. non usum, insistitur in dispositione contrariorum Testium, nec non in instantia exadverso 42 intentata coram A. C. Cerro super manutentione in exercitio functionum, de quibus agitur.

Verùm neutra reflexio refragatur; Respectu enim ass. manutentionis dicimus, quòd dum ultrò admittitur exadverso, quod etiam ex hac parte coram eodem A. C. Cerro pendeat instantia super manutentione, ex illa excluditur potiùs, quàm comprobetur non usus, & inob- 43 servantia nostræ Synodi, per ea, quæ firmavit *Rota in dec.* 199. *num.* 4 *coram Emer. junior.*

Quo verò ad contrarios Testes, præmissa regula, quòd illorum dicta quoad fieri potest concilianda sunt, & ad concordiam cum nostris Testibus reducenda, juxta Tex- 44 tum in *cap. Cum tu de Testibus*, & animadversa per *Rotam in dec.* 334. *num.* 18. *coram Priol.*

Dicimus, illos deponere, atque intelligendos esse de licentia, & permissione Religiosorum, ac pro illis temporibus, & casibus, quibus illorum Parochus impeditus ex justa causa accedere non potuit ad explendas functiones in Ecclesia Confratrum, à quibus terminis, & circumstantiis nihil potest inferri ad alium casum, quo illius successores possint, & velint illas facere, eo quia non est in facultate, vel illorum arbitrio, successoribus præjudicare, ut firmavit egregiè *Rota in dec.* 22. *num.* 12. 45 *par.* 7. *rec.* & *dec.* 10. *nu.* 2. & 3. *coram Cerro*, & *coram Royas dec.* 197. *num.* 7. ibi: *In omnem casum dd. Fratres non potuerunt præjudicare successoribus, aut Monasterio.*

Quæ interpretatio mirabiliter confirmatur à nostris Testibus, quorum unus per annos 19. fuit Cappellanus Confratrum, uniformiter asserentibus, functiones, de 46 quibus agimus, semper factas, fuisse à Parochis, quando non fuerunt impediti, quo casu factæ fuerunt à Cappellanis, ut videre est in Summario.

In omnem verò casum diximus, & iterum repetimus, quod in concursu, semper præferendi sunt nostri Testes, quia stant pro lege clara, & indubitata, cum qua con- 47 cordant, quia deponunt verisimiliora, & quia sunt magis informati, ut latè probavimus supra.

Non valentes eaadverso Scribentes declinare vim harum responsionum, se restringunt ad duas reflexiones, unam in facto, & aliam in Jure. In facto supponentes, quod nostri Testes non loquantur de functionibus contro- 48 versis. In Jure verò, quia asserunt, non adducere inobservantiam ad infringendam directè vim Synodi, sed cumulativè asserta erroneitate, quo casu prætendunt inducere vim observantiæ interpretativæ, quæ ex aliquibus tantùm actibus inducitur.

Sed neutra subsistit; Non prima, quia Petrus Orpheus qui fuit Capellanus Confratrum per annos 19. loquitur de omnibus principalibus functionibus ibi: *Attesto, che in 19. anni, ne' quali Io sono stato Cappellano tutte le principali Funzioni ecclesiastiche, che si fanno in detta Chiesa &c. sono sempre state fatte da qualche Padre del Convento di S. Agostino &c.* Non credimus autem, posse in dubium eaadverso revocari, quod controversæ functiones sint de illarum numero, quæ appellantur principales; Ultra quod 49 si loquitur de omnibus functionibus, nullam excludit *l. Julianus ff. de Legat.* 3. *Gratian. decis. March. decis* 24. *num.* 5. & *Rot. in Calaguritana Decimarum* 13. *Januarii* 1698. §. *Tantumque coram Molines.*

Prout etiam de omnibus functionibus loquuntur alii nostri Testes ibi: *Avemo veduto &c. il Curato per tempo di S. Agostino &c. abbia fatta qualsisia funzione, solita farsi dentro l'anno nella detta nostra Chiesa*: Dictio enim *qualsisia* omnia includit, nihilque excludit *Gloss. in cap. Quicum-* 50 *que de Sentent. excomm. in* 6. *Paris. de Confident. quæst.* 27. *à num.* 24. & *Rot. decis* 606 *num.* 13. *par.* 18. *rec.*

Minus relevat secunda reflexio, quia nostra Synodus est clara, & litteralis, ut recognosci potest in Summ. In dispositione autem clara non admittitur interpretatio, sed prompta executio, ut dicunt Doctores, quos refert, & 51 sequitur *Card. de Luca de Canonic. disc.* 2. *num.* 7. solidè adver-

vertens, propositionem hanc esse nimis planam, nullamque admittere dubietatem, *quia interpretatio cadit in ambiguis, & omninò dubiis, secus autem in claris*.

Ejusdem prorsus insubsistentiæ est aires prætextus erroneitatis nostræ Synodi, cum supposito, quod non sit novi Juris inductiva, sed onicè emanaverit in executionem Decretorum hujus Sacræ Congregationis, & conseqoenter quod subjiciatur omnibus limitationibus, 52 & correctionibus eorumdem emanatorum in *dicta Urbis, & Orbis* 10. *Decembris* 1703.

Objectum anim tollitur ex sola, & simplici lectura eorumdem Decretorum, in quibus, ut sæpè, sed nunquam satis diximua, & oppotuuè repetimus, hæc Sacra Congregatio limitavit, correxit, & declaravit, antiquas resolutiones in illis Diœcesibus, in quibus non adessent in contrarium Constitutiones Synodales, & 53 propterea poni possunt ad partes ea omnia, quæ respiciunt hujusmodi limitatinnem, & correctionem, utpotè extranea à circumstantiis nostri casus, in quibus habemus legem particularem ab hac Sacra Congregatione præservatam, cum qua procedendum est, & regulanda resolutio nostri dubii ex supra animadversis.

Ultra quod Nos non insistimus in qualitate functionum, de quibus loquitur nostra Synodus, minusque adest necessitas immorandi inspectione, an illæ sint, vel non sint merè Parochiales, ad terminos dd. generalium Resolutionum, sed nobis sufficit ostendere, quod illæ sint functiones solemnes, quodque uti taler fieri debent, 54 eaplerique à Parocho, tanquam à digniori Ministro, non ratione Jurisdictionis loci, vel dependentiæ, *sed quia solemnes benedictiones ad solemnes pertinent Sacerdotes*, juxta aurea verba *Guiberti Tornacensis*, sequuti à *Cardinalis Bona Rerum Liturgicarum lib. 4. cap. 16. sub num. 3.* ut in terminis terminantibus egregiè distinguendo jura Parochialia à Functionibus Parochialibus, & explicando præcisè, atque glossando decreta generalia hujus Sac. Congregationis notat *Monacellus in Formular. tom. 2. fol. 14* ubi postquam innumeras ciraverar classicorum Doctorum authoritates, & punctualissimas Sacrarum Congregationum resolutiones, rationesque, & congruentias nimis efficaces, & stringentes, concludit. *Hæc est veritas authoritate D. Caroli, Synodorum, Doctorum, & Decretorum omnium Congregationum meritò comprobata, ac firmata, ne Ordo Ecclesiasticæ Hierarchiæ confundatur, Sacri Ritus corrumpantur, Clerus efficiatur mercenarius &c.*

Convicti exadverso scribentes à punctuali authoritate hujus Doctoris, loco respondendi solidis rationibus per eum adductis, atque declarandi resolutiones ab ipso citatas, asserunt, *attendendam non esse eo quia non sine animositatis nota, etiam ipsa generalia Decreta pervertere* 55 *conatur*: Ultra quod autem verba hæc antiquorum modestiam non imitantur, ut in simili dicebat *Rota in dec. 191. sub num. 53 par. prima rec.* sequuta *à Card. de Albic. in Discept. 2 quæst. 6. num. 8. impress. apud Card. de Luca de Jurisdict.* Respondemus, nos non prætendere, quod Confratres acquiescere debeant simplici authoritati ejusdem Doctoris, quamvis de facultate legali benemeriti, 56 & in Canonicis materiis apprimè versati, sed supplicamus recognoscere convincentes rationes per ipsum adductas, & punctualissimas authoritates, ab eodem allegatas, ultrò fatentes cum *Omenio Epigramm 37.*

Nec te dicentis moveat reverentia, sed quid
Dixerit attendas, qua ratione probet.

Demum nulla vis fieri potest in distantia Ecclesiæ Confratrum à nostra Parochia, plus justo in voce exadverso exagerata, propter quàm de facili, & sæpè posset dari casus, quod Parochus, vel non possit, vel nolit peragere functiones, de quibus disputamus; Hoc anim non subsistit, & hujusmodi accidenti potest facili negotio occurri, demandando, ut functiones, impedito Parocho, fiant quidem à Cappellano Confratrum, sed de licentia, & permissione ejusdem Parochi, ot alias practi- 57 catum fuisse referunt Testes in nostro Summario & hoc omnia in pace composita erunt, quia ex una parte Confratres in substantia obtinent totum id, quod prætendunt, & ex alia nullum irrogatur præjudicium nostræ Parochiali Ecclesiæ, vel ex legitimo impedimento, vel ex voluntario facto Parochorum.

IN EADEM CAUSA.

PRoposita fuit hæc Causa sub dubio, *An Constitutio Synodalis cl. mem. Card. Ulderici Carpinei in cap. 6. de Offic. Paroch sit attendenda in casu, de quo agitur*, quod fuit resolutum *negativè*, adversus quam resolutionem, prævia benigna reassumptione Scripturarum tunc exhibitarum pro necessaria facti notitia, supplicamus iterum audiri, & speramus fieri voti compotes, quia nullatenus subsistunt ea, cum quibus exadverso processum fuit in d. præterita propositione, & ex alia parte in his circumstantiis 58 ex laudabili stylo adversus unicam resolutionem solent suprema Tribunalia benignas præbere aures supplicantibus, juxta verba *Sac. Rotæ in principio Decisionis Calagurritana Decimarum de Aguilar. 13. Januarii 1698. coram Molines*.

Non subsistunt autem ea, cum quibus exadverso processum fuit, quia revocari non potest in dubium, quod Constitutiones Synodales particulare constituant Jus, Inviolabiliter observandum in illa Civitate, & Diœ- 59 cesi, pro quibus emanarunt, ut uno ore observant Doctores, quos referunt, & sequuntur *Massobr. de Synod. cap 4. dubit. 41. Rot. coram Emerix. Jun decis. 740 num. 2. & 9. & decis. 1334. num. 3. & in Pampilonen. Parochialis 6. Martii 1702 §. Et utique coram R.P.D Ansaldo*, & alibi 60 quotidie: Et propterea affirmativæ resolutioni supradicti Dubii in nova Causæ repropositione *nulla subesse poterit difficultas, nisi vertatur in dubium, an legibus parendum sit*, ut in simillimo caso, per hæc verba, observavit *Lodigerius in dubiis Matrimonialibus dub.* 1. n. 1.

Respondetur exadverso, nostram Synodum *in cap. 6. de Offic. Paroch.* de quo disputamus, non esse attendendam ex duplici motivo: Primò, quia non docemus de illius observantia; Secundò verò quia dispositio ejusdem Synodi non sit absoluta, & independens, novique Ju- 61 ris inductiva, sed emanaverit ex falso supposito, relativè ad resolutiones hujus Sac. Congreg. præcipiendo solùm, ut per istam disposita observentur, & propterea hodie regulari debeat ad terminos novissimarum resolutionum hujus Sac. Cong.

Verùm neutra responsio videtur subsistere: Non prima, quia non usus ejusdem Synodi concludenter probandus est à Confratribus, ea ratione, quia eo ipso, quod Synodales Constitutiones promulgatæ sunt, & in 62 volumen redactæ reperiuntur, nisi contrarium concludentissimè probetur, præsumuntur in usu, atque in viridi observantia, ut, antiquioribus cumulatis, notant egregiè *Sperellus decis. 15. n. 18. & seqq & n. 27. Romaguer. ad Const. Synodal. Gerunden lib. 1. tit. 1. cap. 4. num. 3. & seqq. Card. de Luc. de Donat. disc. 26. n. 6. & Rot. dec. 293. in fin. p. 4. to. 2. rec. & cor. Dunoz. Jan. dec. 855. n. 13. & cor. Mantic. dec. 115. n. 2.* ibi. *Extat Synodalis Constitutio, quæ quidem præsumitur usu recepta, nisi contrarium probetur*.

Viva autem ratio hujus conclusionis illa est, quod allegans pro se Synodum, promulgatam, & in volumen redactam, dicitur habere fundatam intentionem in illius clara dispositione; Excipiens verò de illius non usu, non solùm illam non negat, sed imò per necessa- 63 rium antecedens supponit, & propterea concludenter probare tenetur talem non usum, in quo fundamentum propriæ intentionis consistit, quam in nostris terminis, adducunt *Declan. cons. 534. sub num. 9. Natt. cons. 340. num. undecimo, & Sperell. decis. decimaquinta sub num.* 20. Et generaliter, quod excipiens dicatur Actor in sua exceptione, quodque proinde illam concludenter teneatur probare, uti suæ intentionis fundamentum, advertunt *Card. de Luc. de Emphyt. disc. 36. num. decimooctavo & Rot.* 64 *dec. 251. n. 4. cor. Mant. & dec. 25. n. 4. p. 7. recent.* Quodque habens pro se regulam, allegant &c. *Rocc. selectar. interpr. cap. 191. n. 66.*

Tantum verò abest, quod talis non usus concludenter exadverso probetur, quin potiùs ex hac parte ad omnem abundantiorem cauthelam doceamus de opposito, ex rotunda depositione unius ex Cappellanis Confratrum, qui per spatium annorum 19. in tali munere eidem Inservivit. Sive enim attendatur qualitas Sacerdota- 65 lis ejusdem, sive exercitium Cappellani per adeò longum tempus annorum 19. plusquam sufficiens ad reddendum eumdem plenè informatum, concludentissimam

facit probarionem, etiamsi esset unicus, ut de Teste Sacerdote advertunt *Capyc. Latr. decis. 12. num. quarto & Rota apud Torr. de Pact. futur. success. decis. 207. num. decimoquinto, & coram Priol. decis. 384. num. quarto, & in par. decima rec. decis. 171. n. 17.* Et de Teste benè informato *Castren. in l. Quicumque in fine C. de Serv. fugitiv. Menoch. de Arbitr. cas. 99. à n. 12. & Rot. dec. 312. n. 4. & 5. cor. Cels. & dec. 522. n. 8. cor. Emer. jun.*

Cui adduntur juratæ attestationes aliorum trium Sacerdotum Eugubii, datæ in Summario, Necnon duorum aliorum Sacerdotum Terræ Pergulæ. Et demum depositiones duorum Testium Villæ Pautanæ concordantium in hac veritate, quod scilicet, *le Constituzioni Sinodali della fel. mem. di Ulderico Card Carpegna &c. sono tanto* 66 *in questa Città, quanto nella Diocesi in viridi observantia:* Quodque, *nelle Chiese Secolari non Parochiali, li Cappellani non fanno funzioni publiche Parochiali, o non Parochiali &c.* Quæ verba uti generalia comprehendunt omnia in nostra Synodo disposita, & consequenter etiam ea, quæ leguntur *in cap. 6. de Offic. Paroch. ad Text. in l. Julianus ff. de legat. 3.* & animadversa per *Menoch. cons. 156. n. 23. M. Ant. var. res. lib. 1. res. 70. n. 38. & Pereyr. de Empt. & vendit. cap. 9. n. 5.*

Itaut ex his omnibus, præcipuè simul unitis, ut 67 his terminis faciendum esse advertit *Menoch. cons. 856. num. octavo & nono*, & monet *Rot. coram Zaratt. decis. 39. num. 9.* intra evidentiæ fines constituta dicatur observantia nostræ Synodi.

Ad declinandam vim, & efficaciam hujus solidæ probationis, dicitur exadverso, actus, de quibus loquuntur nostri Testes, attendendos non esse, ad probandam 68 observantiam, eo quia aliqui ex illis loquuntur de Confraternitatibus, dependentibus à Parochis; Alii verò actus concernentes Confratres *potuerunt quandoque fieri à DD. Adversariis tanquam invitatis per nostram Societatem ad solemnitatem decorandam*, ad d. effectum allegando *Rotam in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. cor. Molines.*

Sed responsio non videtur tollere difficultatem; Primò quia actus, de quibus loquuntur nostri Testes, non sunt restricti ad unam, vel aliam solemnitatem, sed 69 respiciunt indefinitè omnes festivitates totius anni, in quibus proindè non præsumitur spontaneitas, & invitatio, sed potiùs necessitas ex adductis per *Poss. de Manut. observ. 53. num. vigesima, Rota coram Bich. dec. 522. num. 19. & coram Merlin. decis. 593. num. 7. & seqq.* Ubi *num. 9.* quod attenta personarum, & actuum multiplicitare imperceptibile videtur, ut iidem actus continuari ex humanitate processerint, & *in Olomucen. Jurisdictionis 19 Januarii 1693. §. Quoad ultimum cor. Muto.*

Secundò, quia Nos habemus legem claram, & indubitatam, semperque loquentem, & proindè sequentes actus omni Jure attribui debent eidem claræ, & literali Legi, non autem detorqueri valent ad pias medita-70 tiones, voluntariasque invitationes, juxta animadversa per *Aretin. cons. 5. in princ. Gratian. discept. foren. 224. n. 81.* & firmata per *Rot. dec. 1360. num. 16. cor. Cerr. & dec. 1167. n. 7. & 8. cor. Emer. jun.*

Tertiò, quia nostri Testes deponunt verisimiliora, & ut concordantes cum Constitutionibus Synodalibus, seu Juris dispositione, præferendi sunt Testibus contrariis, 71 ut in præcisis terminis egregiè firmavit *Rota in decis. 2089. num. vigesimo coram Cocc. jun.* Ibi. *Et in concursu magis standum est Testibus dictarum Ecclesiarum &c. Tum quia deponunt verisimiliora, quia deponunt, fuisse servatum id, quod est de Jure*, & generaliter *in Bituntina Servitutis 15. Februarii 1704. §. Quæ Testium cor. Caffarello.*

Quartò demum, quia in omnem casum probationes hinc indè adductæ eliderentur ad invicem, semperque remaneret pro hac parte clara, & cubitalis Lex, à qua Confratres constituti dicuntur in mala fide, & consequenter nullum allegare valent non usum, seu contrariā con-72 suetudinem, ut in nostris terminis egregiè firmavit *Rot. in dec. 283. n. 12. p. 12. rec. & in Calaguritana Decimarū de Inestrillas 18. Apr. 1698. §. Neq; his cor. Olmo* ibi. *Cum ex præexistentia Synodalis Constitutionis contrarium statuentes positi fuerint mala fide, propter quam nec præsumptionē, minusq; aliquam consuetudinem potuerunt inducere* per *Text. in cap. fin. de Præscript. & firmant Cyriac. &c. & in Tarracinen. Insignium 11. Decemb. 1702. §. Et quatenus cor. Muto.*

Animadversiones hæ, ex seipsis claræ, transeunt in evidentiam, observando, quod non prætenditur exadverso non usus initiativus, idest, quod nostra Synodus nunquam fuerit observata, & recepta, sed ionititur non usui destructivo, seu abrogativo ejusdem, & quidem post annos 70. ab illius editione. Quo casu longè concludentiores requiruntur probationes, quæ in casu nostro nullatenùs concurrunt, ut egregiè discurrendo notat *Capyc. Latr. decis. 50. num. tertio*, & melius *Card. de Luc. de Servit. discurs. primo num. nono*, ubi illam 73 adducit convincentem rationem, quia primo casu allegans non usum se opponit principio legis, non sic autem in secundo, in quo agitur de tollenda lege, in se perfecta, usuque recepta.

Ejusdem irrelevantiæ est alia animadversio independentiæ Ecclesiæ Confratrum à nostra Parochia. Hujusmodi enim independentia non verificatur in facto, ex latè deductis supra; Nec relevaret in Jure, *quia* (sunt verba *Monacelli*, in specie respondentis hujusmodi objecto *in tom. 2. sui Formular. fol. decimoquinto*) *ratio motiva prohibitionis &c. non provenit ratione loci, nec ratione dependen-* 74 *tiæ, seu Jurisdictionis, quam habet, vel non habet Parochus in Oratoriis, seu Ecclesiis, in quibus Confraternitates reperiuntur erectæ, sed ratione incapacitatis &c. ratione Officii, & functionis solemnis, explendæ per certum, & digniorem Ministrum, ab Ecclesia in suis Ritualibus designatum, quod inferior usurpare non debet, & tandem illis prohibentur, quia concernunt quodammodo Curam Animarū &c.* Referens deinde hoc idem non perfunctoriè, sed pluries, articulo discusso, resolutum per Sac. Congr.

Minus subsistit secunda prætensio, quod nostra Synodus emanaverit ex falso supposito, quodque propterea 75 illo cessante, non amplius vigere debeat.

Hujusmodi enim suppositum est prorsus ideale; Quia verba nostræ Synodus non possunt esse, neque clariora, neque magis cubitabilia ibi. *Nulla functio Parochialis fiat in iis Ecclesiis, quæ non sunt verè Parochia-* 76 *les, & præcipuè ex Decreto Sacr. Rituum Cong. prohibentur Candelarum, Cinerum, & Palmarum benedictiones &c. Mandamus imposterum omnia, & singula prædicta omninò servari sub pœnis &c.*

Observando vim, & efficaciam d. dictionis *præcipuè*, quæ continet casum ampliativum, non autem excludit, sed potiùs comprobat positivam antecedentem dispositio-77 nem, ut firmavit *Rota in Romana Matrimonii 4. Februarii 1697. §. Nec attendenda coram Ursino* ibi. *Etenim positia d. Glossæ non restringit thema quæstionis &c. sed ampliativè tantùm de illis loquitur per ea verba, nam multæ propter verecundiā annuunt potius quam loquūtur, maximè præsentibus Parētibus &c. Ideoq; à casu ampliativo nō excluditur positivus.*

Absque ulla difficultate, ex quo neque etiam exadverso prætenditur, quod Author nostræ Synodi fecerit unionem, seu compilationem aliquam diversarum resolutionum hujus Sac. Congregationis, atque collatione, seu combinatione facta, secutus fuerit illarum majorem partem, juxta enumerationem illam, exhibitam in contrario Summario & transcriptam in elaboratissimis Consultationibus, de mandato hujus Sacr. Con-78 gregationis editis, sed de unico tantùm miserabili decreto mentionem fecit ibi, *& præcipuè ex decreto Sac. Rituum Congregationis*. Cùm autem decretum hoc admittatur 79 etiam exadverso, uti registratum à *Barbosa de Potest. Paroch. par. 3. cap. 11. num. 51.* & quidem paulò ante compilationem nostræ Synodi, dum ista edita fuit anno 1638. & *Barbosa* impressit eumdem Tractatum de Parochis anno 1631. ut restatur *in par. secunda cap. 18. nu. 20.* Ex hoc datur clarè intelligi, quod quando etiam, adversus rei evidentiam, dicere velimus, quod Cardinalis Uldericus Carpineus motus fuerit ad disponendum ab hoc decreto, adhuc semper verum est, quod illud 80 tunc temporis aderat, estque verum, & reale, non aut falsum, aut suppositum, illudque, originaliter in Secretaria recognitum, novissimè transcripsit *Monacell. in Formular. tom. 2. fol. 15.* ubi adamussim concordat cum *Barbosa*, si una, vel alia syllaba, ad rem non faciens excipiatur.

Neque hic intrat Inspectio, an hodie servanda sit nostra Synodus, eo quia illius Author motus fuit ad disponendū ex d. decreto, quod observari amplius non debet ex novissimis contrariis resolutionibus hujus Sac. Congregationis,

gionis, Quia dd. generales resolutiones hujus Sac. Congregationis, non solùm eidem decreto non opponuntur, sed ab illo interpretationem desumere debent, ut in ter- 81 minis advertit, & solidè probat idem *Monacell. ubi proximè num. 58.* Generales verò regulæ, quas pannos calidos vocat *Card. de Luc. de Legat. disc. 61. num. 9.* exadverso in hac parte inculcatæ, veræ sunt in dictis Doctorum, qui si se fundent in aliquo supposito, quod deindè mutetur, attendendi non sunt; Non autem procedunt in actibus illius, qui facultatem habet condendi Leges, quia istæ non habent vim à motivo illas edendi, sed à potestate, & voluntate Legislatoris, quæ in nostro casu notoriæ sunt, neque exadverso impugnantur; Quando autem lex constituta est, quamvis dura, ser- 82 vanda est, juxtà rotundum *Text. in leg. Prospexit ff. Qui, & à quibus*, quia secundùm aureum dictum *D. Augustini in lib. de Vera Religione cap. 3. relat. in can. 3. dist. 4.* cum Leges institutæ, & firmatæ sunt, non licet de 83 ipsis, ipsarumque motivis judicare, sed secundùm ipsas judicandum est, & D. Augustinum sequuntur *Add. ad decis. 67 num. 84 p. 9. rec. & Rota cor. Merlin. dec. 561. n. 61, & in p. 18 rec. dec. 378. n. 19.*

Prout etiam nil relevant verba illa; *Unde ne Parochiales Ecclesiæ debito fraudentur honore, mandamus imposterum omnia, & singula prædicta omninò servari*, præ- 84 tendendo ex hoc inferre, quod nostra Synodus loquatur de functionibus merè Parochialibus, quales hodiè ex dd. generalibus decretis hujus Sac. Congr. prætenduntur non esse aliquæ ex illis, de quibus disputamus.

Proceditur enim exadverso cum manifesto æquivoco, confundendo Jura merè Parochialia, cum functionibus Parochialibus, quando prætenditur, Parochiales Ecclesias tunc solum fraudari debito honore, quando in illis non peraguntur dumtaxat functiones, quæ sunt de Juribus merè Parochialibus, secus verò quando agitur de aliis functionibus, quæ merè Parochiales non sunt; Et ratio est, quia dantur quamplures functiones, quæ licèt non sint de Juribus merè Parochialibus, peragi nihilominus privativè debent à Parochis, ad hoc, ut illi debito non fraudentur honore, & Ecclesia Parochialis suo non privetur obsequio, ut ex. gr. sunt celebratio Missæ solemnis in Feria V. in Cœna Domini, necnon Benedictiones Mulierum post partum, Fontis Baptismalis, & similes, quæ in dd. Decretis generalibus eodem tempore declarantur esse de Juribus non merè Parochialibus, & deciditur, illas spectare ad Parochos ibi 85 *6. An benedictiones, & distributiones Candelarum &c. sint de Juribus merè Parochialibus: Ad 6. negativè, sed Benedictiones Mulierum, & Fontis Baptismalis fieri debere à Parochis*, & ibi, *8. An Celebratio Missæ solemnis Feria V. in Cœna Domini sit de dd. Juribus Parochialis: Ad 8. negativè, prout jacet, sed spectare ad Parochum*; Et egregiè *Monacell. Formul. tom. 3. fol 14. n. 54.*

Concordat pariter in hac parte nostra Synodus cum resolutione Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium 86. *in Eugubina 5. Junii 1699.* in qua ad relationem Card. Tanaræ, dubio, *An Cappellano Confraternitatis competeret facultas benedicendi Candelas, Cineres, Olivas &c.* respondit, *Inhærendo Decretis, aliàs desuper edi-* 87 *tis, censuit respondendum negativè*, quam conciliando novissimas generales resolutiones hujus Sacræ Congr. cùm antiquis decretis, refert, & sequitur *Monacell. in Formul. tom. 2. fol. decimoquarto num. 54. & seqq.* ubi quod *hæc est veritas authoritate D. Caroli; Synodorum, Doctorum, & Decretorum omnium Congregationum meritò comprobata, ac firmata, ne ordo Ecclesiasticæ Hierarchiæ confundatur, Sacri Ritus corrumpantur, Clerus efficiatur mercenarius &c.* Applicaturque celebre dictum Guiberti Tornacensis, *quod solemnes benedictiones ad solemnes pertinent Sacerdotes*, quod sequitur *Card. Bon. in Tract. Rer. liturgic. lib 4. cap. 16. sub n. 3.*

Quæ omnia videntur ponere Causam in tuto, & nihilominus addimus aliud, separatum quidem motivum, sed æquè validum ad obtinendum favorabile responsum, fundatum in illis claris verbis, quibus sigillantur eædem magistrales resolutiones hujus Sacræ Congregationis in Urbis, & Orbis. *Et ita, salvis tamen conventionibus, & pactis, in erectione Confraternitatum forsan factis, concordiis inter Partes initis, & à S. Sede approbatis, indultis, Constitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, & consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis, declaravit, & decrevit.*

Supplicantes advertere, quod hujusmodi formula præservatio non potest dici, quod concernat ea, quæ determinata sunt mediantibus dictis generalibus decretis, quia ista, tam ex rescripto hujus Sac. Congregationis, quàm ex oraculo, & approbatione Sanctissimi D. N. maximam, & necessariam dicuntur facere authoritatem, ut considerando vim, & efficaciam resolutionum hujus Sac. Congregationis notant *Fagnan. in cap. Quoniam num. tertio de Constitut. Rot. dec. 7. num. tertio post Amonell. de Jurib. Clericor. & in Hispalen. Juris votandi 4. Februarii 1697. §. Distinguentes in fine coram Eminentissimo Ponzate*. Et considerando approbationem Summi Pontificis advertit *Card. de Luc. de Benefic. disc. 89. sub num. 2. & Rota in Mindonien. prætensæ observationis Constitutionis prima Martii 1706. §. Verum obram R. P. D. Ansaldo*. Sed per necesse dicendum est, quod præservent illas Constitutiones Synodales, illasque conventiones, & pacta, in quibus disponitur aliquid diversum ab iis, quæ resoluta fuerunt in dd. Decretis, ut in terminis punctualibus, explicando d. præservativam tradit *Monacell. in Formular. tom. 2. fol. 13. num. 50. in fin.* Et proptereà quando etiam ea, quæ prohibentur in nostra Synodo, nulli resolutioni hujus Sac. Congreg. essent innixa, imò ex diametro opposita essent dd. novissimis decretis, adhuc inviolabiliter servari deberet virtute hujus insignis præservativæ, per ea, quæ egregiè observant, *Oldrad. cons. trigesimo in fine, & Honded. cons 86. num. vigesimoseptimo, & seqq. lib. 2.* & firmavit *Rot. cor. Seraph. dec. 756. num. 2. & coram Buratt. dec 375. n. 8. ibique Adden. n. 13. & cor. Priol. dec. 453. n. 14.*

Die 10. Maii 1708. proposita Causa in Congreg. Rituum per Card. Capraram sub sequenti dubio. *An Constitutio Synodalis cl. me. Ulderici Card. Carpinei in cap. 6. de Offic. Paroch sit attendenda.*

Responsum fuit *Negativè in casu, de quo agitur*. Adversus quam die 16. Junii ejusdem anni concessa fuit nova audientia, sed deinde persistitum fuit in decisis.

DISCEPTATIO VIII.

Nullius prætensi Matrimonii

Suppressis Nominibus

ARGUMENTUM.

Mandatum Procuræ ad contrahendum Matrimonium ex quibus convincatur falsum, & consequenter Matrimonium, illius vigore contractum, quando dicatur nullum. Materia Sacramenti Matrimonii sunt ipsimet Contrahentes. In discordia Parochi, & Testium, qui fuerunt præsentes Matrimonio, quibus major fides præstanda sit.

PRo faciliori resolutione primi dubii, sequentibus verbis concepti. *An constet de legitimo Mandato Procuræ in casu &c.*

Primum, quod in præsenti non agitur de alicujus con- 1 temptibilis, summæ credito, deque vilissimæ vestis pretio, sed de vita, libertate que hominis, atque de contractu, perpetuam importante servitutem, qualis est Matri- 2 monium, juxta doctrinam *Divi Thomæ in Supplem. 3. p. q. 47. art 6. in corpore*, quam sequuntur inter *cons. Matrim. divers. Jacob Leonis cons. 49. n. 25 Rub Alex cons. 73. num. 22. tom 1. & inter cons. Matrimon divers. Jurisconsultorum German Reisacher cons. 48. num. 1. & Nicol. Rucher. cons. 9. sub num. 8. & cons. 34. num. 32. Nevizzan. in Sylva Nuptial. fol. 251. num. 18. Pantzschmann. quæst. practicar. part. 1. quæst. 9. n. 44 Sperell. decis. 138. n. 11. vers. Confirmatur, & Rota dec. 411. n. 1. cor. Royas, & dec 427. eodem n. 2. p. 14. & in Melevitana prætensorum Sponsalium 4. Maii 1682. §. Quoad primum, & §. sequenti cor. Paulutio.*

Ex quo uno ore inferunt Canonistæ omnes, quod ad probandum Matrimonium probationes debent esse luce 3 meridiana clariores, juxta præcisa verba *Pantzschmanni* ubi proximè, cùm aliis supra allegatis, & concordant *Vvames cons. 532. n. 3. Card. de Luc de Matrim. disc. 16. n. 7. & 8. Add. ad Pamphil. dec. 139. n. 13. & Rota dec. 761. n. 2.*

coram Cerro, & *decis.* 654. *num. primo coram Buratt.* & 86. *num. quarto*, & *quinto* & *decis.* 248. *num. quinto*, & *decis.* 317. *num. decimotertio par.* 12. *recent.* & *in Theatina Matrimonii* 15. *Junii* 1696. *§.* 1. *coram Pio*, & egregiè Adden. ad *Dec cons.* 163. *lit.* 4. ibi. *Hinc meritò irridenda imò execranda illorum superstitio præpostera, qui ex qua probatione non judicarent esse legitimam venditionem Equæ, vel Levidensæ, tamen judicarent matrimonium, non solùm inæquale, sed funestam, perpetuamque personæ alienationem, & servitutem &c.*

Fortiùs quandò, ut in præsenti, verificatur, ab uno ex Conjugibus negatus, ad illius contractum fuisse de-4 ventum, uti ampliandò observant *Adden. ad Pamphil. dicta decis.* 539. *num.* 13 *vers. Probatio*, & *Rota cor. Buratto decis.* 634. *num.* 1. *vers. Et per Catherinam negatur fuisse contractum*, & *in Toletana Matrimonii* 26. *Aprilis* 1596. *§. Primò post principium cor. Justo.* Ea ratione, quia Actore concludenter non probante suam intentionem, & fundamentum propriæ instantiæ, Reus absolvitur, quam omissis generalibus, & in nostris præcisis terminis exornant, & sequuntur *Zas. consil. tertio num.* 5 *vigesimoquarto Alexand. cons. decimoquinto num. primo*, & *cons.* 154. *num. sexto lib. quinto Cardin. Anton. Quetta inter cons. Matrim. divers. cons. decimotertio num. primo*, ubi quod hoc tritum est in utroque Jure, *Anton. Francisc. de Doctorib. inter eadem Cons. cons.* 68. *num. trigesimooctavo. Est in* 3. *Sentent. distinct.* 27. *§. septimo in fine*, & *Rota in Agrigentina prætensæ Illegitimitatis* 15. *Decembris* 1589. *§ Quibus coram Orano*, & *in Faventina Matrimonii* 5. *Julii* 1660. *§. Nec obstitit cor. Card. Taya.*

Præmitto secundò cum *Noguerolla allegat. vigesimasexta num.* 139 aliisque ab eo longa manu cumula-6 tis, quod in Scripturis suspectis duo considerantur falsitatis gradus, unus nimirum eas falsas declarando, alter verò nullam eis adhibendo fidem: Ad quem effectum in Civilibus prædicta suspicio falsitatis, duabus innixa conjecturis, habetur pro falsitate, ut notat celeberrimus Criminalista *Farinacc. cons. crim.* 108. *num.* 114. & 115. *tom. secundo*, ubi solidè advertitur, quod quando contra publicum Instrumentum adducuntur duæ falsitatis præsumptiones, sat est, ob adimendam eidem Instrumento omnem fidem, quando autem plures, quàm duæ præsumptiones concurrunt, tunc 7 sufficiunt etiam ad condamnandum criminaliter, & *Farinacium* sequuntur *Castald. consult.* 137. *num. secundo*, & *tertio*, *Rocca selectar. Interpret. cap.* 46. *num. decimoseptimo*, obi quod hæc conclusio nullum habet contradictorem, illamque perpetuò sequuta fuit Sacra Rota 8 ut videre est *in decis.* 380. *num. decimoquarto coram Celso*, & *decis* 105 *num. vigesimoprimo* & *seqq. coram Priolo*, & *decis* 452 *num. quarto par. tertia* & *decis.* 555. *num.* 5. *part.* 13 & *decis.* 206. *num.* 3. & 5. *part.* 15. ubi quod ad probandum in Civilibus falsitatem Instrumenti sufficit probatio per verisimilia, nec requiritur demonstratio 9 per impossibile, & *decis.* 358 *num. primo par. decimanona recent* & *in Romana*, *seu Collen. hæreditatis* 14. *Junii* 1680 *§. Maximè verò*, & 20. *Januarii* 1681. *§. Et denique coram Vicecomite.*

Quibus præmissis, videamus, quot, & qualis naturæ concurrant in nostro casu non solum præsumptiones, & conjecturæ, falsitatem mandati Procuræ, de quo 10 disputamus, ad oculum demonstrantes, sed probationes concludentes, & concludentissime, eandem falsitatem intra fines evidentiæ ponentes.

In duas dividuntur classes eædem præsumptiones, & conjecturæ, Aliæ siquidem sunt intrinsecæ, & apparent ex sola lectura Mandati Procuræ; Aliæ verò sunt quidem extrinsecæ, sed non minus efficaces.

Quoad intrinsecas, nimia consideratione digna est illa, quod unaquæque subscriptio Testium facta appa-11 ret atramento prorsus diverso, circa quod concordant Periti in Summario. Et tamen admisit in articulis V. quod eædem subscriptiones contemporaneè factæ fuerunt in eodem loco, in quo proindè nimis inverisimile videtur, quod quilibet Testis, Notariorum, seu Scholarium ad instar, suum proprium in sacculo attu-12 lerit Atramentarium: Et proinde summæ relevantiæ ad arguendam falsitatem reputari solet hujusmodi conjectura, ex animadversis per *Farinac. cons.* 108. *sub num.* 58. *versic. Varietas atramenti in subscriptione lib. secundo Noguerol. allegat. vigesimasexta num.* 132. *Raynald. Oper. crimin. tom. secundo cap. decimooctavo in rubric. num. trigesimoquarto*, & *Rota decis.* 105. *num. quinto cor. Priol.* & *decis.* 180. *num. decimotertio part. decimatertia recent.* & *in Avenionen. Successionis* 23. *Junii* 1709. *§. Singula cor. Card. Falconerio.*

Prout etiam nimis urgere videtur vitiosa illa reduplicatio diei 24. Novembris 1706. ibi. *In nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen anno verò* 1706. *die verò* 24. *Neapoli Dico* 24. *Mensis Novembris*, quæ ad evidentiam ostendit (sunt verba peritissimi Notarii, 13 & concordat pariter alter Notarius æquè peritus, *che la procura fatta dal Notaro avesse cominciato dalla parola* Pateat, *e lasciata in bianco la giornata, per mettersi doppo, quando fosse stata necessaria*. Ibique optimam illam adducit congruentiam, & convincentem rationem, quod facta fuerit, ad implendum vacuum, *che essendo fatto, o scritto un verso, o mezzo potevasi pigliare altro foglio di carta, e non fare apparire l'errore*, ut quotidiè practicari videmus in longè inferioris notæ contractibus, in quibus, quando accidit error aliquis, vel defectus initio Scripturæ, corrigitur statim mediante novi folii subrogatione, quod adeò obvium, manifestumque est, ut ad id comprobandum rationes, & authoritates adducere, debilitas intellectus soleat communiter reputari.

Nec non diversitas, seu angustia caracteris circa finem mandati Procuræ, ex quo deficiebat spatium sufficiens, quæ angustia, seu restrictio in facto recognita, & descripta fuit à Peritis his verbis. *E questo maggiormente si scorge, perche questi quattro ultimi versi, e mezzi sono scritti di carattere più stretto, perche avendo voluto il Notaro seguitare la Procura con l'istesso carattere di sopra, averebbe occupata la firma della Constituente, che per non occupare detta firma, seu sottoscrizzione della Constituente continuò a scrivere detta Procura con carattere più stretto*, In Jure verò talem conjecturam in nostris præcisis terminis 14 egregiè considerant, & punctualiter observant *Mandel. Alb. cons.* 99. *n.* 10. ibi. *Plurimum illa suspicio videtur urgere, quod quinque, aut sex posteriores lineæ; præcedentes subscriptionem Notarii scriptæ fuerunt angustissimo quodammodo, & diversissimo stylo, seu ordine ab aliis lineis, quia deficiebat spatium cartæ*, *Cephal. cons* 287. *nu* 27. & 28. *Farin. cons. crim.* 108. *sub num.* 1 & *num* 105 *vers. Distantia inæqualis literarum, tom.* 2. & *quæst.* 153. *num* 178. *Soccin. junior cons.* 41. *num.* 7. *vers. Tertio suadetur lib.* 1. ibi. *Quæ omnia non essent, si dicta clausula, & prædicta omnia fuissent posita tempore conditi Testamenti, habuissent enim suas lineas, & spatium convenientia, ex quibus facilè potest argui falsitas. Gen. de Scriptur. privat. lib. primo quæst. sexta num. vigesimoseptimo*, & *seqq.* ibi. *Undecima conjectura principalis, falsitatem redolens, in Scriptura privata deducitur, quando, deficiente spatio in carta, carmina restricta reperiuntur, cum à principio potuissent latiori spatio scribi. Rot. dec.* 180 *n* 13 *p.* 13. *rec.* ibi; *Quia verò spatium hujusmodi non erat capax dictæ productionis, carmina fuerunt restricta, & adnotata extra ordinem aliarum literarum, quòd summoperè suspicionem auget*, & *in Romana Mutui* 15. *Martii* 1683. *quæ est dec.* 652 *p* 19. *rec. cor Rondin.* & *in Romana Cambiorum* 17 *Febr.* 1696. *§. Si verò*, & *§. seq. cor. Manuel.* ibi. *In hac suprema parte fuerunt adnotatæ merces, earumque pretium cum verbis, & lineis, modò ad angustiam; modò ad distantiam loci productis, vel contractis, unde vehemens depromitur argumentum falsitatis.*

Et omissio loci, in quo factum prætenditur idem assertum Mandatum, dum in illo deest solita clausula 15 *Actum &c.* ut adversus similem actum, gestum in Civitate Neapolis, egregiè advertit *Farin. cons.* 209. *per tot. lib.* 2. & signanter *num. decimoseptimo* ibi. *Una enim visibilis falsitatis præsumptio est, quòd in donatione non exprimitur locus loci, quam quidem expressionem esse de forma, & substantia Instrumenti, & sine ea Instrumentum corruere, & vires non habere, communiter testatur Gratianus &c.*

Quas coronat irreconciliabilis contradictio, quæ oculis corporeis legitur in fine ejusdem Mandati Procuræ inter Notarium de L. & Notarium P. Primos enim rotundè asserit. *Mandatum procurationis fuisse subscriptum in mei præsentia propria manu retroscriptæ Illustrissimæ Dominæ M. mihi benè cognitæ, atque robo-*

roboratam à retrescriptis , & subscriptis Testibus respecti- 16 *vè* . Secundus verò eadem elaritate affirmat nedum , *supradictum Mandatum procurationis , subscriptionem , & signum esse supradicti Notarii Andreæ de L. istumque esse talem , qualem se facit* , sed ulteriùs prosequendo affirmat , *quæ subscriptio supradicti Notarii , & subscriptorum Testium fuit in mei præsentia facta* .

Cùmque , tam asserta subscriptio Mulieris , quàm Testium subscriptiones , unico contextu factæ eadverso prætendantur in contrariis articulis , exhibitis in Summario , necessariò sequitur , quòd Notarius P. fuerit etiam præsens prætensæ subscriptioni Mulieris, seu rogitui Mandati procuræ , facto per Notarium de L. quod nec Pars adversa affirmat , nec idem Notarius P. asserit , nec unquam asserere somniavit , 17 quàm contradictionem in eadem Scriptura ad demonstrandam illius falsitatem considerant *Menoch. consil.* 199. *num. decimosexto* , *Borell. cons. vigesimotertio num. quinto* , *& Genua de Scriptur. privat. lib. primo quæst.* 6. *dub* 6.*num.* 1.

Nec dicatur , quòd contradictio hæc non possit annumerari inter visibilia vitia prætensi mandati Procuræ : Objecto enim punctualiter occurrit *Raynald. com* 2. *Observat. crimin in rubric. cap.* 18. *num.* 37. ubi quòd con- 18 trarium asserens non videtur benè loqui , illam considerans in hac parte differentiam , quòd aliqua vitia visibilia dicuntur cerni oculis corporeis , alia verò oculis mentis , & concordat Criminalistarum Princeps *Farinacc. cons.* 109. *num. tertio* , *& decimo* , *lib.* 2. ubi pro regula ponit indubitatam conclusionem , quòd . *Præsumptiones patentes , & visibiles non solùm dicuntur illæ ,* 19 *quæ ex vitiata Scriptura , utpute ex cancellatione , abrasione , diversitate manus , & atramenti , & similibus oriuntur , sed etiam omnes aliæ , quæ ex lectura Scripturæ , de cujus falsitate agitur , colliguntur* . Numero sequenti notabiliter advertens , quòd hoc , nedum proce- 20 dit ad tollendam fidem Scripturæ , sed etiam ad criminaliter puniendum , benè *Sabell. tom.* 3.*in Addition.noviss. cap.* 12. *num.* 63. ubi quòd in his casibus probatio per oculos intellectus apprimè attendenda est , ea ratione , quia experti Judices quærunt talem certitudinem , quæ proportionatur rei , de qua disputatur .

Quibus intrinsecis , & visibilibus defectibus jungitur 21 cumulus aliarum inverisimilitudinum , quibus assertum Mandatum procuræ confectum,seu veriùs confictum apparet .

Quod nimirùm Mulier non cognoscens literaturam , 22 concipere fecerit idem Mandatum lingua latina , sibi prorsus ignota .

Quòd volens facere actum clandestinum , propriisque 23 Parentibus cælandum,usa fuerit prodigioso numero octo Personarum , sibi nullatenus confidentium , nempè sex Testium, Notarii , & Procuratoris , quas nunquam viderat , vel fuerat alloquuta .

Quod Testes , in illo subscripti , contra solitam , & laudabilem praxim, comprobatam à Peritis in Summario, asserantè *conosco detta Sig M.* Quando enim faciens 24 Mandatum procuræ notus est Notario illud authenticanti,nullo modo solent Testes asserere,sibi notum esse Mãdantem,ut notoriũ est,& testantur Periti in dicto Summ.

Quòd assertus Procurator,nedum se subscripsarit eidem prætenso Mandato procuræ,sed illud expressè acceptave- 25 rit, idq;non sine superfluitatis nota, & falsitatis præsumptione,ut prosequuntur iidem Notarii Periti in Summ.

26 Quòd corpus Mandati procuræ per Epistolam scriptum fuerit à Notario,idque absque ulla necessitate .

Quod idem Notarius non sine inutili reduplicatione , 27 pluries in illo asseruerit,idem Mandatum procuræ , nedum subscriptum fuisse in sui præsentia à Muliere , sed ulteriùs roboratum, & subscriptum à dictis Testibus .

Quòd assertum Mandatum procuræ abundat cautelis, 28 & clausulis , nedum insolitis , sed neque etiam reperibilibus in Formulariis Notariorum , quod illius suspicionem auget ex firmatis per *Rot. in decis.* 283. *num. decimo* , *& undecimo part. quinta recen.* & meliùs in *Romana Pecuniaria* 2. *Junii* 1686. *§. Tertiò valdè urget coram Ursino* , ibi . *Partes plus æquo sollicitæ fuerint sibi prospicere per clausulas , & cautelas insolitas &c.*, & benè *Genua de Scriptur. privat. lib. primo quæst. sexta dubit.* 7. *num. decimoquarto* , ibi . *Actus enim insoliti sine dubio suspicionem arguunt , & generaliter qui recedit à solito , suspectus est* .

Quòdque demum (sunt verba contrariorum articulorum . *Fu ligato detto Mandato di procura ad un Sasso,e così ligato, dalla fenestra &c. di detto Sig. F. fu tirato dentro la* 29 *Finestra della Stanza &c.di detta Sig. M. &c. fu sottoscritto dalla medesima sopra del muro della Finestra &c. a vista de' Testimonj &c. doppo esser stato sottoscritto &c. da essa medesima fu tirato in dietro nella Finestra della Stanza dirimpetto , dove stavano essi Testimonj* .

Curiosa hæc inventio transmissionis , subscriptionis , & restitutionis asserti Mandati procuræ per illius trajectionem , mediante filo alligati lapidi , ex se sola apta videtur ad illi adimendam omnem fidem : Sunt enim hæc adeò inverisimilia , & impropria , atque difficilia in praxi , nedum inexpertæ Puellæ , sed ipsismet Venatoribus , & Jaculatoribus , ut superfluum videatur in illius confutatione ulterius tempus terrere: Præcipuè postquam Pars adversa illorũ insubsistentiã plusquam tacitè admittens abstinuit ab inductione , & examine Testium ad probandum eundem improprium æquè , ac 30 inverisimilem modum subscriptionis , & transmissionis Mandati procuræ , egregiè *Corn.* 223. *column. secunda lib. tertio* , *Curt. Jun. cons.* 64. *num. tertio* , *Cravet. consil.* 134 *num. trigesimo , & trigesimoquinto* , *Menoch. de Præsumpt lib.* 5.*præsumpt* 20.*num* 23.*& Gen. de Scripṭ. priv.lib.*1.*quæst.*6.*dubit.*7.*n* 42.

Si autem communiter admittunt Doctores omnes supra adducti , quibus addo *Zilett. consil.* 121.*num. trigesi-* 31 *mo , & quinto libro primo* , *Cravett cons.*134 *num.trigesimonono* , *Cephal cons.*287.*num* 40 *Farinac cons.crim.*108. *num* 10 *lib* 2. *& Nicolium in Floscul verb.Falsitas num* 10. quod ad tollendam fidem Scripturæ duæ solùm conjectu- 32 ræ sufficiant : Imo quod una etiam superabundet ex punctualiter firmatis per *Rotam in decis prima num vigesimotertio coram Ubago* : Quantò magis eundem effectum operari debent omnes animadversiones, & conjecturæ , supra expensæ, quæ nun sunt sigillatim criticandæ sed simul junctæ ponderandæ ad effectum, de quo agitur , ut in punctualibus terminis faciendum esse mo- 33 nent *Honded. cons* 46.*num.*26 *libro primo* , *Tranched. consult.*105.*num.*53.*& consult.* 106 *num.*33 & firmavit *Rota in decis.*3.*num.*4. *& seqq part.nona & decis.*262.*num vigesimosecundo part.*51 *recent.& in Anconitana Donationis* 27. *Januarii* 1648 *§ Quare ex prædictis coram Corrad. & in Romana Pecuniaria* 21. *Junii* 1686. *§. Tum magis coram Ursino* : Itaut cum omni sermonis proprietate concludere in hac parte possimus verbis illis *Farinacii consil.* 108.*num secundo tom.secundo* . *Hæc omnia , si lapides loqui scirent , undique falsitatem hujus donationis exclama-* 34 *rent , ideò negari non potest , quin etiam cogant animum Judicis ad non aliter credendum* .

Transeuntes modò à præsumptionibus, & conjecturis ad probationes, & demonstrationes falsitatis Mandati procuræ , de qua disputamus , quatuor ex illis Personis , quæ major pars fuerunt asserti mandati Procuræ , illam intra fines evidentiæ constituere videntur , ingenuè recensentes modum, & circumstantias, cum quibus decepti fuerunt à Viro , ejusque Consanguineis ad illud scribendum , seque eidem subscribendum, & legalizandum, nempè Notarios A. de Testis D. A. Alter Testis D. S & alter Testis T. T. Ex simplici etenim,& sola lectura ejusdem Summarii,& depositionis eorundem Notarii,& Testium cum solitis, & necessariis solemnitatibus examinatorum 35 ictu oculi remanet manifestè deprehensa falsitas, & confictio ejusdem asserti Mandati Procuræ,quod operatur , ut nulla prorsùs fides eidem mandato attribuenda sit, uti manifesta falsitate laboranti,ut in terminis punctualibus falsitatis alterius mandati Procuræ, innumeris cumulatis concordantibus , probat *Gob. consult.*31.*num. primo , & seqq.* ibi . *Eo unico fundamento , quia assertum mandatum in personam dicti B. Brancanæ ex Testibus in ejus rogita descriptis , concorditer deponentibus , se ipsos non interfuisse illius stipulationi , de manifesta falsitate redargueretur, ad tradita per Innocentium &c.*

Nec dicatur , quod ultra dictos tres Testes, & Notarium de falsitate dicti mandati procuræ deponentes , tres alii adsint Testes,qui suũ dictũ nullatenus retractarunt ; 36 Omissis enim illis solidis reflexionibus,à quibus mori libè dici possunt ad persistendũ in eorũdepositionibus,dum

vel funt arcta consanguinitate, vel magna amicitia juncti Viro vel actuali famulatu eidem inservientes, ex adductis in Summario.

Strictè respondemus, quod si subornatio unius dumtaxat Testis in odium procurantis subornationem omnibus aliis fidem tollit, per ea, quæ egregiè advertit *Gratian. discept. forens.* 192. *num.* 3. & 7. & firmavit *Rota in decis.* 89. *num.* 7. & 8. *coram Priol.* & *decis.* 514. *n.* 11. *part.* 18. *rec.* quas sequutus fui in *Institutionib. criminal. lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 96. quibus addo *Rota in Melitea prætensorum Sponsalium* 15. *Maii* 1661. §. *Inducti coram Paulutio*; Quantò magis idem dicendum est, dum non unus, sed quatuor ex subscriptis in prætenso mandato procuræ, se fatentur à Viro deceptos? egregiè *Rota in Avenionen. decis.* 33. *num.* 1. & 2. ubi refert, & sequitur illud Virgilii: *Crimine ab uno disce omnes*, *Guazzin. ad defens. Reorum defens.* 28. *cap.* 13. *num.* 17. ubi quod in his terminis applicatur illud *Divi Jacobi Apostoli. Qui in uno delinquit, factus est omnium reus*, & *Rota decis.* 58. *n.* 10 *coram Ansaldo*, & *dec.* 269. *n.* 7 *p.* 16. *recent.*

Fortiùs quia dicta eorumdem Testium superlativè comprobata remanent vel ab eorumdem absentia à Civitate Neapolis die 24. Novembris 1706. quo mandatum procuræ confectum asseritur; Vel ab aliis circumstantiis latiùs in Summ. comprobatis inter quas speciali animadversione videtur, quod iidem Testes nunquam viderunt, vel cognoverunt Mulierem, & tamen inducti fuerunt ad asserendum oppositum: Quando enim dicta Testium ab aliis adminiculantur circumstantiis, eo majorem fidem merentur, per ea, quæ, aliis adductis, firmavit *Rota in decis.* 220. *num.* 53. *coram Ottbobon.* & *decis.* 384. *n.* 21. *coram Priol.* & *decis.* 139. *num.* 2. *part.* 9. & *decis.* 55. *num.* 2. *part.* 11. & *decis.* 459. *num.* 22. & *seqq. par.* 19. *recen.* & *in Viennen. prætensorum Sponsalium* 25. *Januarii* 1705. §. *Evidenter coram Kaunitz.*

Et ex his abundè satisfactum remanet secundo dubio mediante illius negativa resolutione.

Cæterum, ultra falsitatem mandanti procuræ, alter concurrit insanabilis defectus Personæ legitimæ coram proprio Parocho: Testes enim, exadverso inducti ad probandum prætensum Matrimonium concorditer asseruntt, illud fuisse contractum à F. uti asserto Procuratore Mulieris, specificantes illam circumstantiam, quòd eo tempore erat indutus habitu, ut vulgò dicitur *alla Francese*. E converso autem Parochus, formiter, & cum interrogatoriis Partis Adversæ examinatus, qui optimè cognoscebat eundem C. constanter asseruit; coram ipso nullatenus adfuisse eundem C. sed alium hominem sibi ignotum, indutumque habitu Civico, seu ut dicitur *alla Spagnola*.

Quæ omnia comprobantur ex innegabili facto ipsiusmet C. qui Sacristam Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Refugio Neapolis Parochum Contrahentium credebat esse, & uti talem iracundis verbis alloqutus fuit eidem dicendo. *Conosco Io benissimo V. S., ch'è Parocho dell'Arcivescovato.*

Si igitur C. qui figuram fecit Procuratoris in prætenso Matrimonio, de quo agimus, præsens non fuit coram proprio Parocho Contrahentium, illud est insanabiliter nullum ex defectu materiæ, seu unius ex Ministris ejusdem Magni Sacramenti, quales reputantur personæ illud contrahentes ex adductis per *Colon. controvers. prima de Matrimon cap.* 1. *num.* 18. *Tanner in Theolog. Scholastic. tom.* 4. *disput.* 8 *de Matrim. dub.* 8. *quæst.* 3. *Carden. in Theolog. Moral. quæst.* 2. *dissert.* 20 *cap.* 7. *num* 75. & *seqq. Jo: de Ponc. in Curs. Theolog. tit. de Matrimon. tit.* 5. *concl. prima*, *Themund. decis. Lusitan.* 4. *num.* 7 *par.* 1. *Pont. de Matrimon. lib. primo cap. nono per tot. P. Gavard. in Theolog. ex antiqu. tomo* 6. *quæst.* 2. *de Matrimon artic.* 5. § *Primo num quarto*, & *Rota in Viterbien. Matrimonii* 19. *Januarii* 1629. *in principio coram Pirovano.*

Nec dicatur, quòd adversùs dictum Parochi urgeant tres Testes exadverso inducti: In discordia siquidem Parochi, & Testium omnis adhibenda est fides eidem Parocho, ea ratione, quia testatur de re, ad suum officium spectante, ex adductis per *Gratian. discept. forens. cap.* 481. *num.* 8. *Panimoll. decis.* 36. *num.* 23. *Rot. decis.* 896. *num.* 1. *coram Dunozett. jun.* & *decis.* 444 *num.* 1. *coram Cavaler.* ubi quod conclusio est vera, etiam si agatur de Matrimonii fœdere, & *decis.* 761. *num.* 13. *coram Cerro*, & *in Romana Matrimonii* 10. *Maii* 1641. §. 1. *coram Pirovano*, & *in Cajetana Matrimonii* 28 *Junii* 1683. §. *In præsenti coram Card. Matthæjo*, & *in Perusina Matrimonii* 18. *Martii* 1689. §. *In præsenti cor. Card. Caccia*, ubi quod totum Matrimonialium Causarum momentum in fide Parochorum positum est, & *in Piacen. seu Lucerien. Matrimonii* 13. *Martii* 1690. *Nec obstare coram Cardinal. Caprara.*

Indeque *Engel. in Jus Canonicum lib.* 4 *tit.* 3. *num.* 34. *de Clandest. desponsat.* Parochum vocat excellentem Testem, *Piasecc. in Praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 4 *art.* 4. *num.* 58. Testem Magnæ authoritatis, *Herinx in Theolog. Scholastic.* & *Moral. tractat* 4. *de Sponsalib.* & *Matrimon. q.* 2. *num* 23. Publicum, & necessarium Testem, *le Masson. in Theolog. Moral. per Tabul. part.* 1. *de Sacrament Matrimon. fol. mihi* 176. Testem Principalem, *Zoes in Jus Canonicum lib.* 4. *de Clandest. desponsal. num* 15. Testem qualificatum *Fagnan. in cap. Quod nobis num.* 54. *de Clandestin. desponsat.* Testem authorizabilem *Pont. de Matrimon. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 8. & *Bass eodem tract. cap.* 3. *num.* 21. Testem authoritativum *Segar. in Director. Judic. Ecclesiastic part.* 2. *cap.* 15. *num.* 55. & *seqq.* Testem Ecclesiæ, *Card Pallavicin. nell'Istor. del Concil. lib.* 22. *cap.* 8. *num.* 16. *Testimonio stabile, il quale serbasse li Registri de succeduti maritaggi*, & *Rota in Neapolitana Matrimonii* 21. *Aprilis* 1681. §. *Nec refert coram Albergato.*

Certiùs, quia ex una parte Parochi dictum corroboratur ab aliis circumstantiis latè expensis in fine; Ex alia verò nimis debilitatur fides dictorum Testium ab illorum familiaritate, consanguinitate, & famulatu respectu Viri tempore prætensi matrimonii, ut considerando Testis familiaritatem notant communiter *Repetentes in leg.* 3. *ff. de Testibus*, *Noguerol. allegat.* 26. *num.* 21. & *Rota decis.* 277. *num.* 4. *coram Merlin* & *decis.* 83. *num.* 25. *coram Zarat.* Et considerando consanguinitatem ejusdem Testis *Gabriel de Testib. conclus.* 15 *num.* 1. & *seqq.* & *Rota coram Celso decis.* 166 *num* 6 Et considerando consanguinitatem ejusdem Testis *Gabriel de Testib. conclus.* 15. *num.* 1. & *seqq.* & *Rota coram Celso decis.* 166. *num.* 6. Et reprobando dicta aliorum Testium deponentium in alia Causa Neapolitana egregiè *Rota in Neapolitana Matrimonii* 2. *Aprilis* 1683. §. *In personis coram Guanardo* ibi. *Quia primi quatuor sunt Francisci Consanguinei, & affines.* Attenta præcipuè magna disparitate inter Collitigantes, ut ampliando observat *Rota in Colonien. Illegitimitatis* §. *primo coram Verospio* ibi. *Reliqui verò repellantur ex Consanguinitate cum Hermando &c. Præsertim quia magnam constat inter eosdem Conjuges disparitatem intercessisse &c. Hinc enim Testes Mulieris Consanguinei incrementum, atque honorem Conjunctæ, & Agnatæ diligentes, tanquam suspecti ad ferendum ipsius favore Testimonium censentur inhabiles, ut notat Glossa &c.* Et demùm considerando famulatum tempore actus, de quo restatur famulus, egregiè *Joannes Recher dissert. Jur. lib* 2 *dissert* 9 *n* 4 *Rot. cor. Cerr. dec.* 33. *num.* 23. & *cor. Zarat. dec* 83. *num. decimoquarto.*

Quibus non adversatur regula *Textus in cap. final. de sent.* & *re judicat.* quod in dubio inclinandum sit pro Matrimonio, ultra quod enim ex supra animadversis patet Nos esse in casu claro, non autem dubio, dum Vir suam non probat intentionem.

Respondemus, quod inter multas limitationes ejusdem regulæ, de quibus latè *Mascard. de Probation. conclus.* 1025. *per tot.* tres mirabiliter præsenti casui applicantur.

Prima, quia regula procedit, quando Matrimonium est plenè probatum, non autem quando probationes ejusdem sint dubiæ, atque insubsistentes, ut in præsenti verificatur, ea ratione, quia dubietas non est modus supplendi in facto probationes, egregiè *Zas. cons.* 3. *sub num* 72. ibi. *Respondemus negando in primis, quod simus in dubio, imo in claro, in quo Actor suam intentionem non probavit, nec obstat, quod Causa Matrimonii sit favorabilis, non propterea debemus injustitiam alteri facere. Dec. cons.* 83. *in fine*, ibi. *Non obstat, quod in dubio sit judicandum pro Matrimonio, quia hic non sumus in dubio, sed in claro, in quo patet, quod Actor legitimè non probavit intentionem suam, licèt Causa Matrimonii sit favorabilis, tamen favorabilibus Causis ita debitores sumus, ne aliis injustitia fiat. Angel. de Castr. inter consil. Matrim.* di-

divers. cons. 34. num. 4. & 5. ibi. *Et licèt Matrimonium sit favorabile favor Matrimonii non est talis, & tantus, ut pro eo judicandum sit, si non sit probatum, quia pro eo non est judicandum, etiamsi sit plenè probatum, cùm sit de majoribus Causis. Alex. de Nev. inter eadem cons. 35. num. 30.* ibi. *Nec obstat, quod in Causa Matrimonii in dubio judicandum est pro Matrimonio &c. quia illud est verum ubi Matrimonium est probatum plenè &c. Secus ubi Matrimonium non est plenè probatum Jacob Leonis cons. 49. num. 1.* ibi. *Licèt enim Matrimonium sit res favorabilis &c. tamen est diligenter animadvertendum, nè sub hujus favoris prætextu defendatur, & Matrimonium introducatur, ubi non est, quia invitæ nuptiæ solent difficiles, exitus parere, & ego sæpiùs expertus sum, & vidi de facto Mascard. de Probation. conclus. 1025. num. 4.* ibi. *Secundo loco procedit eadem conclusio, ubi Matrimonium esse probatum plenè &c Secus ubi Matrimonium esset tantum semiplenè probatum &c.*, & omnium meliùs *Joann. Ficard. inter cons. Matrim. divers. Jurisconsult. German. cons. 38. num. 19.* ibi. *Sanè si rectè rem perpendimus, favor Matrimonii non in eo consistit, ut protinus pro Matrimonio pronuncietur, & inviti reluctantes, & impares sæpè conjungantur, ubi aliàs legitimus consensus, & contractus ipsius Matrimonii non est clarè, & sufficienter probatus, nam ex tali violenta conjunctione devastatio potiùs Matrimoniorum, quod ipsa docet experientia, quàm conjugalis concordia, & dilectio consequitur.*

Secunda limitatio fundatur in clandestinitate asserti

58 Matrimonii, invito Parocho attentati, quod operatur ut in dubio semper inclinandum sit contra clandestina Matrimonia per *Text. in cap. 1. de Clandestin. desponsat.*, qui ita summatur. *Pro clandestino Matrimonio non præsumitur*, & notant *Vuames cons. 333. num. 4.* ibi. *Nulla tamen in dubio, & ambiguo debet esse inclinatio, vel Judicis, vel præsumptionis pro Matrimonio, quod dicitur clandestinè contractum Honor. var. Axel. de Sety in Compend. Jur. Canon lib. 4 tit 4. num 2.* ibi. *Pro Clandestino Matrimonio non præsumitur Mascard de Probat. conclus. 1028 n. 21.* ubi quod hujusmodi Matrimonia sunt summoperè odiosa, *Havemann de Jur. Connub tom 2 in Append. ad cons. 49. fol. mihi 260.* ibi. *Et si favor Matrimonii magnus sit, quod intelligendum de Matrimonio in facie Ecclesiæ contracto &c. nec favor ad clandestina fertur, quæ mul-*

59 *tis nominibus sunt odiosa Tambur. Oper. moral. lib. 8 tit. de Matrim. tract 6 cap. 263 num. 8.* ibi. *Licèt Matrimonium esset dubium, & in dubio soleat præsumi in favorem validitatis matrimonii, tamen quia in hoc Parochus fuit invitus, & non præcessere denunciationes, unde matrimonium secundum Jura fuit clandestinum, illi non est favendum*, & *Card de Lug de Just. & Jur. tom. 2. disp. 22. num. 23.* ibi. *Quia licèt Causa matrimonii secundum se favorabilis sit, sed tamen matrimonium clandestinum, quale erat illud sine denunciationibus præmissis, & Parocho invito præsente, non est favorabile; sed odiosum, nec in eo locum habent, quæ in favorem Matrimonii sunt.*

Tertia demum limitatio innititur improprio modo, quo contractum prætenditur assertum Matrimonium egregiè *Marchant. in Tribun Sacram. quæst. tom. 3. de Sacr. matrimon. cas. 3 in fine fol. mihi 34.* ibi. *Nec valet quod aliqui dicunt, in dubiis in favorem matrimonii judican-*

60 *dum; Hic enim in favorem matrimonii verò judicatur, ne præsumant dolis, erroribus, aut ignorantiis illud profanare, maximè cùm in hoc casu nulla fuerit necessitas, angustia, aut Causa rationabilis sic matrimonium celebrandi Oliver. de Matrim. nullit. p. 1. fol. mihi 46.* ibi. *Conclude pronunciandum contra dolosum Matrimonium, non solum in foro interiori, sed etiam exteriori, vel Ecclesiæ, & Rot. dec 634. n. 1. & n 6 cor. Burate. & in d. cap. Matrim. 26. Febr. 1706. § sublato coram Card. Priolo*, ibi: *Bonafides inducere ex aliqua probabili ratione &c. non autem ex dolo, & machinatione Partium, quæ illis nunquam prodesse debeat.*

Non omisso, quod sumus in terminis Matrimonii, nullatenus consumati, quodque prætenditur contractum inter Personas disparis qualitatis, & Conditionis ex adductis in Summario, quæ animadversiones ope-

61 rantur pariter, ut quando essemus in casu dubio, adhuc contra Matrimonium inclinandum esse ex supra adductis; Multo igitur magis ex quo sumus in casu claro, dum non solum Vir Actor suam non probat, & quidem concludenter, ut tenetur intentionem, sed ex abundanti, ex hac parte evidenter excluditur fundamentum ejusdem intentionis, seu realitas asserti Mandati procuræ, ex huc usque animadversis.

IN EADEM CAUSA.

Vir in hac Causa est Actor, & proindè concludentissimè suam intentionem probare debet, aliàs ipso in hac probatione deficiente, absolvenda est Mulier 62 Rea, juxtà commune axioma, de quo, omissis generalibus, in nostris punctualibus terminis benè *Zar. cons. 3. num 24. Alexan. cons. 15. num primo cons. 154. num 6. lib. 5. Est. in 3. sentent. distinct. 27. §. 7. in fine*, & *Rot. in Favent. Matrimonii coram Card. Taya.*

Videamus igitur, an exadverso concludenter probetur assertum mandatum procuræ, cujus vigore prætenditur, fuisse contractum Matrimonium. Tantùm abest, quod hujusmodi limpida, & concludens probatio exadverso afferatur, quin potiùs ex hac parte concludentissimè de- 63 monstremus oppositum, non solùm ex vehementibus præsumptionibus, & efficacibus conjecturis, sed mediante formali depositione trium Testium, in illa subscriptorum.

Nec dicatur, quod cùm simus in delicto falsitatis, illud non præsumptionibus, & conjecturis, sed conclu- 64 dentissimè probandum sit.

Hoc enim procedit (sunt verba *Rotæ in decis. 144. num. 2. & 3. coram Priolo*) *ad effectum declarationis, quod Instrumentum sit falsum, & consequenter ad effectum pœnæ*, circa quod non insistimus: *Secùs autem ad movendum animum Judicis, ut abstineat ab illius executione: Tunc enim sufficit suspicio, elicita ex conjecturis, & præsumptionibus, resultan. ex vitio non visibili, & extrinsecis ab ip-* 65 *so Instrumento*, & concordant adducti ab eadem *Rota in Romana Cambiorum 17. Februarii 1690. §. Nulla coram Manuel.* ibi. *Potissimè quia versamur in judicio civili, ad præcisum effectum denegandi executionem Apocæ, non verò ad effectum irrogandi pœnam falsitatis, quo casu sufficit sola suspicio, elicita ex præsumptionibus, etiam aliundè desumptis, quàm ex vitio visibili ipsius Scripturæ, ut pluribus cumulatis distinguendo tradunt &c.*

Quantò igitur magis procedit in nostris terminis, in quibus hujusmodi vitia visibilia nullatenus desunt, ex quo oculis corporeis subscriptiones Testium apparent fa- 66 ctæ diverso atramento; Reduplicata legitur dies 24. Novembris absque ulla necessitate ibi. *In nomine D. Jesu Christi Amen, Anno verò 1706. die verò 24. Neapolis, dico 24. Mensis Novembris*. Prima pars subscriptionis multorum Testium legitur facta uno caractere, secunda verò, seu verba illa, *e conosco la Signora M.* alterius caracteris: Non exprimitur in illa locus, ubi procuræ mandatum factum asseritur: Et demùm, *li ultimi quattro versi, e mezzo sono scritti di carattere più stretto*, ut dicunt Periti illam adducentes bonam rationem talis vitiosæ restrictionis, quia si Notarius voluisset continuare idem caracter, *averebbe occupata la firma della Costi-* 67 *tuente*, quod manifestam falsitatem comprobat, egregiè *Madell. Alb. cons 99. num. 10.* ibi. *Plurimùm illa suspicio videatur urgere, quod quinque, aut sex posteriores lineæ, præcedentes subscriptionem Notarii, scriptæ fuerunt angustissimo quodammodo, & diversissimo stylo, seu ordine ab aliis lineis, quia deficiebat spatium cartæ, Soccin. jun. cons 31. num. 7 lib 1. Gen. de Script privat lib. 1. quæst 6. nu. 27. & seq. Rot. decis. 180. n. 13. p. 13 & decis. 652 n. 6 par. 19. recent. & in Romana Cambiorum 17. Februarii 1696 §. Si verò, & §. seq coram Manuel.* ibi. *In hac suprema parte fuerunt adnotatæ merces, earumque pretium cum verbis, & lineis, modò ad angustiam, modò ad distantiam loci productis, vel contractis, unde vehemens depromitur argumentum falsitatis.*

Minus replicetur, quod aliqui ex istis defectibus annumerari non possint inter eadem vitia visibilia, cùm non consistant in abrasione, & cancellatione verbo- 68 rum mandati procuræ, *quia* (sunt verba *Farinacii cons. crim. 109. num. tertio, & decimo lib. 2.*) *præsumptiones patentes, & visibiles non solùm dicuntur illæ, quæ ex vitiosa Scriptura, ut puta ex cancellatione, abrasione, diversitate manus, & atramenti, & similibus oriuntur, sed etiam omnes aliæ, quæ ex lectura, Scripturæ, de cujus falsitate agitur, colliguntur*, quem sequuntur adducti per

Sa-

Sabell. tom. 3. in Addition novis. cap. 12. num. 63. & Raynal. tom 2. observ crimin. in supplem. cap. 18. n. 37.

Ab his considerationibus convicti exadverso Scribentes ad minuendam fidem nostris Testibus, eorum depositiones retractantibus, seque asserentibus deceptos ad 69 se subscribendum asserto mandato procuræ, non dubitarunt integrum infamare Regnum illud, quod pium, & nobile appellat *Rota in dec. 277. n. 4. in fin. p. 3. recent.* & in quo nati, & educati fuerunt, asserentes, in illo de facili reperiri falsos Testes, per tres integras paginas 70 talem gratuitam assertionem comprobare conantes cum tan cido *cons. Gram. 14. n. 11. & 12.*

Pro congrua autem responsione sat esse videtur registrare hic verba *Rotæ in dicta decis. 277. nu. 4. par. 3. rec.* quæ non possunt esse magis clara, magisque stringen-71 tia ad excludendam talem insubsistentem assertionem, adductam ab iis, qui in eodem Regno natales habuerunt, ibi. *Et dicebant DD., quod Grammaticus proprio ligone se percusit, quia si adesset illa prava consuetudo in Regno Neapolitano, neque ipsimet Grammatico, tanquam Viro Neapolitano, esset credendum, quia, & ipse præsumeretur subornatus ab habente interesse in Causa &c. ar-72 guendo à consuetis Regionis &c.* quam sequuta fuit eadem *Rot. decis. 38. num. 27. & seqq. coram Arguell.* ibi. *Demque minùs placuit replicatio, quod in Regno Neapolitano sit valdè facilis ista Testium subornatio, uti dicebant Informantes en traditis à Gramat. vot. 14. &c. Quia Rota, meliùs, & veriùs informata, ab hac sinistra opinione postmodùm recessit, pluries, & dictam Grammatici sæpiùs reprobavit, at in Neapolitana &c. ubi respondet Grammatici, & decis. Peniæ, & quoad Grammaticum subdit, quod non creditur Doctori, attestanti de aliqua consuetudine &c. & multominus attestanti de prava, & damnabili &c. invehit contra Grammaticum, quod neque ipse meretur fidem, quia tanquam Neapolitanus suspicandus esset subornatus ad id scribendum, si vera esset illa prava consuetudo subornandi in Regno Neapolis, adeò pio, Religioso, & Nobili &c. quodque Votum Grammatici fuit potius per jocum allegatum, quàm per Rotam approbatum &c.*

Quibus nullatenùs citatis eandem impropriam assertionem benè rejicit *Pignatell. consult. 43. in fine tom 9.* ubi postquam per modum objecti allegaverat exadverso ad-73 ductus, concludit. *At iniquè, id enim ab Adversariis nostris extractum est ex variis calumniis existunt etiam injuriæ sæpè calumnia quædam, & nimis callida, & malitiosa juris interpretatione, quare tu mi Judex æquitatis judicium cum eris, cave, ne in ista tam frigida, tanquam jejuna calumnia delitescas,* & quem, respondendo eidem 74 gratuitæ assertioni, assequutus fui *in Instit. crimin. lib. 3. tit. 5. n. 19.* e latè *in tom 4 par. 2. disc. 13.*

Nulla habita ratione illius supplicis Libelli, cujus 75 verba registrantur in contrariis Scripturis.

Ultra quod enim novum est in jure, quod similes supplices Libelli manuscripti, atque ad arbitrium unius, vel alterius Supplicantis compositi, allegentur, tanquàm 76 punctuales doctrinæ, & classicorum Doctorum authoritates, ut in fortioribus terminis Scripturarum Advocatorum advertit *Card. de Luc. de Credit. disc. 158. num. 3.* & firmavit *Rota in decis. 99. in fine par. 10. rec. & in Surrentina Manutentionis 4. Maii 1695. §. Disceptationes coram Card. Scotto.*

Dicimus in eodem Libello in verbis, colore brevitatis exadverso omissis, præsumptionem subornationis exadverso exagetatæ attribui concursui Exterorum, in 77 eodem Regno moram facientium, non autem veris Civibus, ut pro certò Nobis supposuit unus, qui eundem supplicem Libellum per exteosum vidit, & consideravit.

Poteratque ad hunc affectum omitti Decisio *Rotæ in Lycien manutentionis 14. Maii 1706. coram Card. Caprara.* Quia potest esse, quod solitum adducendi Peritias 78 uti factas anno 1705. ab illis Peritis, qui quatuor annis antea mortui erant, vigeat in dicta particulari Provincia, à qua proindè permissum non est arguere ad undecim alias Provincias, ex quibus componitur totum 79 Regnum Neapolitanum: Præcipuè quia in aliis etiam Regionibus similia audiuntur, & longè pejora, ut de actu gesto in Urbe anno 1692. & in Libris computorum adnotato, tanquam facto anno 1688. videre est *in Romana, seu Sarzanen. Redditionis rationis 14. Aprilis 1698. §. Ratio resolutionis ante finem, & 18. Novembris ejusdem anni §. Talis coram Card. Priolo;* Et de actu à negotiorum gestore scripto in Civitate Cordubensi, uti 80 completo die 9. Julii 1683. quando revera non adhùc negocium Banci erat in rerum natura, ut apertum postea, *eadem Rota in Corduben. Pecuniaria 13. Januarii anni 1698. §. Posita ergo coram Ursino.* Et de Testamento rogato anno 1555. in quo fiebat mentio Pontificatus Pauli V. creati anno 1605. *Raynald. Observat. crim. tom. 2. cap. 18. num. 130. fol. mihi 151.*

Omissis proindè istis generalibus, strictè dicimus, quòd dictam falsitatem mandati Procuræ, probatam, median- 81 te formali examine trium Testium, & Notarii cum contrariis Interrogatoriis, evacuatis coram ipsomet Judice, ab hac Sacra Congregatione deputato, comprobamus ulteriùs ex vehementibus præsumptionibus, & conjecturis, aliisque defectibus inter quos mirabiliter emicat modus ille, quo prætenditur confectum, seu subscriptum in fe- 82 nestra, transmissumque unitum lapidi, filo alligatum, cùm tamen nullum aspiciatur in illo vel minimum fili vestigium.

Non attenta replicatione, quòd non omnes Testes, in mandato Procuræ subscripti, falsitatem fateantur, 83 ex quo reperiantur tres examinati in Urbe, qui stant pro illius legalitate, quo casu prætenditur, ut fides ejusdem mandati Procuræ nullatenus vacillet, non obstante contraria depositione Notarii, & aliorum Testium.

Primò, quia Testes in Urbe exadverso examinati 84 fuerunt circa actum prætensi Matrimonii, *seu super modo, quo contractum fuit Matrimonium*, juxtà precisa verba productionis exadverso factæ, & datæ in Summario. Non verò circa realitatem asserti Mandati Procuræ, circa quam Actor dedit quidem articulos, sed ab illorum examine deindè abstinuit, Ultra quod iidem Testes nec syllabam dicunt circa modum, quo confectum prætenditur dictum mandatum Procuræ.

Secundò, quia si uno ore admittuntur Doctores, 85 quòd à subordinatione unius Testis maximum resultet argumentum, quod omnes alii subornati præsumantur ex adductis per *Gratian. discept. 192. num. 3. & 7. Ansald. de Commer. & mercat. disc. 35 num. octavo, Rota dec. 89. num. octavo coram Priol & dec 514. num. 11. part. 14. recent. & in Meliten prætensorum Sponsalium 15. Maii 1682. §. Inducti coram Paulutio.*

Quantò magis hujusmodi præsumptio locum habe- 86 bit in nostro casu, dùm non unus, sed tres Testes, & Notarius sunt contestes in probanda subornatione, at- 87 que in uniformi assertione, se fuisse deceptos, ut ampliando observant adducti per *Rot. Avenionen. decis. 33. num. 1. & 2.* ubi refert, & sequitur illud Virgilii, *Crimine ab uno, disce omnes, Guazzin. ad defens. reor. 28. c. 13. num. 17. & Rot. dec. 58. num. 10. coram Ansald. & decis. 269. n. 7. p. 16. rec.*

Absque ulla difficultate, attento quòd dicti tres Testes examinati in Urbe, vel sunt familiares, vel actuales famuli Actoris, vel illius Consanguinei, quod operatur, ut nulla fides eisdem danda sit, ut de Testibus familiaribus observant *Nogueroll. alleg. 26. n. 21. Rot. decis. 277. num. 4. coram Merlin. & dec. 83. num. 15. coram Zaratt.*, & de Testibus in actuali servitio existentibus, *Joann. Recher. dissert. Jur. lib. 2. dissert. 9. num 4. Rot. coram Cerr. decis. 33. num. 23. & coram Zaratt. decis 83. num. 14.* Et de Testibus consanguineis *Gabr de Testib. conclus. 15. num. primo, & Rot. coram Celso decis. 166. & num. 6. & in Neapolitana Matrimonii 2. Aprilis 1683. §. In Personis coram Guaxardo.*

Neque applicatur responsio, quod cùm simus in Causa Matrimonii, illius favore admittuntur etiam Testes, aliàs inhabiles, quive in aliis materiis non admitterentur: Quia hoc procedit respectu ipsius contractus Matrimonii, de quo in secundo dubio, ea ratione, quia in illo ex necessitate debet intervenire Parochus, qui uti Testis qualificatus, omnique exceptione major, supplet aliorum Testium defectus *Castropal. Oper. moral. tom. 5. disp. 2. de Matrim. punct. 10. §. 13. num. 3.* ibi. *Esto enim Testes admittendi non essent ad Matrimonium ob eorum vitium, & defectum; Quia tamen admittuntur simul cum Parocho, ex ejus præsentia eorum vitium suppletur Ventrigl. in Prax. par. 1. annot. 3. de Testib. in caus. Matrim. §. 2. sub num. 9.* ibi,

ibi. *Defectus horum Testium suppletur per præsentiam Parochi*, *Amic. in Curs. Theolog. to.9. disp. 7. de conf. clan dest. num.* 103. ibi. *Hunc tamen defectum supplet Ecclesia per Parochum, qui est omni exceptione major, & cum duobus Testibus, licèt infamibus, poterit in Judicio sufficientem probationem facere*, & *Rot. decis.* 179 *n.* 11. *cor Peutinger.* ibi. *Ac Petri Testes corroborantur &c. ab extrajudiciali depositione Parochi &c.* & *in dec* 490. *num* 13. *par.* 18. *rec.* ibi. *Et ulteriùs adest Sacerdos à Parocho deputatus, cujus dictum, & auctoritas supplet, & reintegrat aliorum Testium personas, & depositiones, utaus plenè probent.*

Non autem locum habet respectu Mandati Procuræ, quod uti actus merè civilis, nullatenus exigens Parochi præsentiam, ad sui perfectam probationem requirit Testes habiles, & idoneos, nullaque suspicione carentes, aliàs sola suspicio operatur, ut eis nulla danda sit fides ex supra animadversis. 89

Quod est adeò verum, ut elevatio ejusdem contractus ad dignitatem Sacramenti nullatenus tollat eandem qualitatem contractus, dum in illo Theologi, & Canonistæ utramque considerant qualitatem, Contractus nimirum, & Sacramenti, ut videre est apud *Azor. Instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap* 2. *litt B Maldonat. in Summul. cas. conscien. quæst.* 12. *art.* 1. *ante finem. Carrer de Sponsal, & Matrim. lib.* 3. *cap.* 1. *in princ. Pasqualig. de Privil. Constitut. in mortis art q.* 153. *n.* 6. *Espars in Curs. Theolog. q.* 110. *de Matrim. n.* 7. *fol. mihi* 527. *Romaguer ad Const Synod. Gerunden. lib* 4. *de Sponsal. & Matrim. tit.* 1. *cap.* 1. *n.* 1. & *Rot dec.* 431. *n.* 1. & 2. *coram Rojas.* 90

Agnoscitur exadverso debilitas contrariarum probationum ad substinendum prætensum Mandatum Procuræ, & proinde ad illi addendum robur recurritur ad Epistulas, quæ gratis asseruntur à Muliere scriptæ Viro, dateque fuerunt in contrario Summario. 91

Cæterùm sola earundem lectura congruè deservire potest pro illarum confutatione; Sunt enim tali concinnitate scriptæ, talibusque phrasibus exornatæ, coherenter ad principia legalia, insinuando modum contrahendi Matrimonium, mediante Mandato Procuræ, ut vix credibile sit, quod procedere potuerint à calamo Mulieris quæ Literas nunquam didicerat, dum talis contrahendi modus multis etiam Jurisperitis incognitus est, & forsan etiam *Baptistæ de Gozzadinis*, quæ anno 1339. in Archigymnasio Bononiæ publicè legebat, teste *Dolph. in Chronolog. Famil. Nobil. Bonon num.* 1236. Nec non æqualiter doctæ *Milanciæ Uxori Jo. Andreæ*, qui in *cap. Qui prior de Reg. Jur in* 6. asserit, sæpè illam in Juris articulis enodandis consuluisse, referente *Tiraquell ad Leg. Connub. leg.* 11. *gloss.* 1 *par* 11. *n.* 27. 92

Et quod magis est, fereque videtur incredibile, supponitur in eisdem Epistolis tractatus omnia perficiendi *con la maggior secretezza si può, stimando bene sposare per Procura, acciò non si sappia niente in Casa.* Et tamen in eodem Mandato Procuræ, in quo duo exuberabant Testes, adhibentur octo personæ, omnes eidem Mulieri penitus incognitæ, & ejusdem Epistolæ asseruntur ab ea proprio nomine subscriptæ, Viroque, tanquam ejus Sponso directæ, inaudita improprietate, & adversus solitum semper scribendi hujusmodi Epistolas sine proprio nomine, de quo *Rot cor. Buratt. dec.* 192. *n.* 9. quam sequutus fui in *Inst. Crimin. lib.* 12. *tit.* 5 *n* 20. 93

Augeturque inverisimilitudo ex illo improprio loquendi modo contento in Epistola, quæ asseritur scripta Matri Viri, fuitque data in contrario Summario ubi supponitur, quod Vir lentè festinabat in perficiendo ass. Matrimonium ob timorem, *che ha di V. S. dell' obedienza, che li porta, che veramente mi ave edificata, benche così deve fare*: Dum enim in eadem Epistola non adest verbum, quod non sit directum ad contrahendum Matrimonium, insciis, invitisque Parentibus Mulieris videtur nimis improprium, ut hæc laudibus extollat in alio, ea, quæ ipsa actualiter moliebatur, se ipsam condemnando in eo, in quo alium laudabat, ut dicebat *D. Paulus ad Roman* 2. 1. 94

Cresciteque inverisimilitudo, quià quamvis tam Vir, quàm Fœmina moraliter peccent, invitis Parentibus, clandestinè Matrimonium contrahentes, ut notant adducti per *Sanch. de Matrim. lib.* 3 *disp.* 5. *num.* 5. & *seqq. Anton. à Spirit. Sanct. in Direct. Confessar. tom.* 2 *fol.* 192. *num.* 994. & *seqq. Fulp. resol. moral.* 107. *num.* 7. & *Romaguer. ad Constit. Synod. Gerund. lib.* 4. *tit.* 1. *cap. quinto num. septimo* ibi. *Contrahentes, eis non præmissis, & Parochi Matrimonio assentiente, graviter, & mortaliter peccant*, & *Rota in Perusina Matrimonii* 15. *Martii* 1688. §. *Quæ instantanea coram Hervavult* ibi. *Absque denunciationibus, quæ sine gravi peccato omitti non poterant*; Major nihilominùs culpa semper se tenet ex parte Mulierum, ex quo virginalis pudoris non est sibi eligere maritum, ut dicitur in *Can. Honorantur* 32. *q.* 2. Et notant *Medran. de Conf. connub. cap.* 3. *n.* 7. & *Rot. dec.* 314 *n.* 11. *coram Ludovis.* 95 96

Celebranturque in hac parte ab eruditis Viris responsiones *Clariclea* apud *Heliodorum*, quæ interrogata de nuptiis, nimis modestè respondit. *Magis decebat meum Fratrem Theagenem pro me loqui, quam mecum Viri verba facere*, & *Cydippa* apud *Aristenætum*, quam legentem pomo inscripta hæc verba. *Per Dianam Acontio nubam sermonem verecundata projecit, dimidiamque reliquit vocem ultimam, in qua nuptiarum mentio habebatur, quas etiam aliis loquentibus erubescunt honestæ Virgines*, ut observant *Lat. Cipr. cap.* 2. §. 2. & *seqq cap.* 4 *eodem* §. *de Jure connub. lib* 1. *Gamol. Synopt. Arnis cap.* 3. *sect.* 1. *num. sexto pariter de Jur. connub.* & *Brauver eodem tract. lib.* 1. *cap.* 20. *tit Quib. verb. contrah. sponsal. n.* 14. 97

Non obscurè admittitur in contraria Scriptura, quòd Mandatum Procuræ, de quo disputamus, non fuerit scriptum coram Testibus, in illo subscriptis, sed extensum in folio albo, Deus scit, à quo confecto, seu veriùs conficto: Sed respondetur, omnes juris regulas militare contra Mulierem, ex quo opus esset probare, quòd illa solita esset folia in albo subscribere, quodq; ignoraret quid in illo extendi debebat, allegando tanquam punctualia verba *Ansaldi de Commerc & mercat. disc* 35. *n.* 7 & 8. 98

Pro congrua autem responsione sufficeret observare, quod idem eruditissimus, æquè, & doctissimus Author, tanquam Advocatus, scripsit in illa Causa, in qua succubuit, ut videre est in *dec.* 652 *par.* 19. *rec.* In quibus terminis observandum non est quid Advocati scribant, sed quid Judices, & Tribunalia resolvunt, ut dicebat *Franch. dec.* 260 *n* 5. *in fin* quem sequuntur *Pignat. consult.* 8. *n.* 19. *to.* 8. *Card. de Luca de Success. disc.* 16. *num.* 15. & *Rota in Lauden. Census* 21 *Junii* 1666. *in fine coram Tala*, & *in Romana, seu Savonen. Successionis super Reservatis* 17. *Martii* 1706. §. *Dicendum coram eodem Ansaldo* 99

Et nihilominus addimus, quòd Nos sumus in terminis, toto cœlo diversis ab illis, in quibus *idem Ansaldus* scripsit, quia in isto casu non revocabatur in dubium vera subscriptio Marchionis Aloysii Rei in folio albo, sed dubitabatur de sola repletione, facta ab aliquo artificioso Scriptore: Nos autem sumus in terminis, in quibus nedum concludenter non constat de subscriptione Mulieris, sed evidentia adsunt indicia, & concludentes probationes falsitatis ejusdem subscriptionis ex allegatis. 100

Atque in eisdem prorsus terminis loquitur *dec. Seraph.* 973 *n.* 1. ut illam explicando punctualiter notat *Rota in dec* 751. *n.* 4. & *seqq. cor Emer. jun.* 101

Nec replicetur, quòd non sit præstanda fides Testibus, qui se retractarunt, dum deponunt in Causa Matrimonii, quæ est favorabilis, allegando pro punctuali *decis. in Cajetana Matrimonii* 28 *Junii* 1683. *cor. Matthejo*, & aliam decisionem *in Romana Matrimonii* 4. *Febr.* 1697. *coram Ursino.* 102

Quia ut sæpè diximus, & opportunè repetimus favor Matrimonii nullatenus considerari potest respectu mandati Procuræ, qui est actus merè civilis, & respicit Matrimonium, uti contractum, non tanquam Sacramentum, quod supponit quidem mandatum Procuræ, tanquam illius necessarium antecedens, sed ab illo est prorsus separatum, cùm possit à Procuratore non contrahi, vel nulliter contrahi. 103

Nec contrarium probant dd. Decisiones: *In Cajetana* enim non agebatur de fœdere Matrimonii, sed ad solum effectum alimentorum, & Successionis, ut ex illius lectura, & ex confirmatoria *sub die* 10. *Junii* 1687, *coram Roadineo*. In quibus terminis leviores admittuntur probationes, nec proceditur cum rigore probationum, ut in eadem Decis. se declarat Sacra Rota *in* § *Concurrentibus*, ibi. *Hinc dubitandum non est de existentia, & validitate controversi matrimonii, præsertim cùm quæstio non sit de ipso fœdere matrimonii, sed de eo agatur incidenter ad effectum successionis, & legitimitatis Prolis, quo casu* 104

levio.

leviores probationes sufficiunt juxtà receptam distinctionem &c. quam itidem Sacra Rota comprobat, adductis innumeris concordantibus.

In secunda verò *Romana* agebatur de Attestatione posteriori, nimium inverisimili, seréque impossibili: Unde nil mirum, si Sacra Rota potiùs fidem dedit priori Attestationi, quàm secundæ, cum illo addito, quòd hæc emanaverat postquam Causa fuerat jam resoluta ab 105 hac Sacra Congregatione, & sic præsumebatur affectata, ibi: *Quia hæc secunda depositio, tanquam prodita die 19. Julii 1696. postquam edita jam erat prima resolutio Sacræ Congregationis Concilii super validitate Matrimonii, censetur affectatè facta &c.*

Eadem inapplicabilitate laborat *Decisio Narnien.* impressa *in par. 18. Recent. in 451. nu. 4. & 5.* ad conciliandam præsentiam Dominici Testis in mandato Procuræ subscripto, ac si esset Neapoli die 24. Novembris 1706 cum tamen moram faceret in Civitate Cavæ, ut in nostro Summario. Quamvis enim admittamus, quod possit 106 quis una, eademque die de mane reperiri in Civitate Cavæ, & mutatis Equis de sero in Civitate Neapolis, vis in eo residet, quòd nos concludentissimè probamus in eodem Summario quod non discessit summo mane, sed nimis tardè, & sic impossibile est, quod potuerit de sero reperiri in Civitate Neapolis.

Omnium verò debilior est color ille, qui prætenditur dari contrariis probationibus ex furtivo ingressu Mulieris in Monasterium Sanctæ Claræ, atque ex obstinata illius permanentia in eodem Monasterio: Dum concludentissimè docemus in Summario, quod eadem Mulier post pauca momenta talis permanentiæ, statim in se re107 versa, Patrem ad se vocare fecit, eique excessum fatendo, ab eoque veniam petendo, se obtulit incontinenti reversuram ad propriam Domum, quod ex ejusdem Patris sano consilio sequutum non fuit, eo quia *avendo fatto sproposito in entrare, così era peggiore la leggerezza di uscirsene all' istante.*

Nemo autem non videt cum quanta impropriet ate ad colorandum dictum ingressum reperti fuerint Testes, qui 108 asseruerint ipsi dixisse; *Io adesso vado a fare in quel modo che semo restati apuntati questa mattina.*

Præsumuntur hæc dicta à Nobili Puella, exeunte à proprio Palatio, nedum associata ab Ephebis, Nobilibus Familiaribus, & Famulis, sed ab ipsamet Matre; Quomodo igitur vera esse possint, difficile erit ostende109 re, & difficilius persuadere in Urbe, in qua etiam Pueri nasum Rinocerontis habent.

Neque minorem involvit repugnantiam id quod asseruit N. N. postquam: *Si era posto in un'angolo del Parlatorio, animava detta Signora Donna Margarita, che parlava con le Moniche, indicandoli con la mano, che avesse tentato l' ingresso;* Si Testis iste fuisset de numero illorum Birbonum, qui solent mendicare in Parlatoriis Monialium, quosve nemo ex adstantibus solet fixè aspicere, potuisset fingere, quod petebat eleemosynam, eodemque tempore: *Con la mano indicare, che avesse tentato l' ingresso;* Sed id attribuere personæ Civili, ad similitudinem statuæ se collocanti in Parlatorio, in quo Mo110 niales loquuntur cum personis Nobilibus, videtur nimis improprium, fereque incredibile, ultra quod si Mulier rotundis literis paucis momentis antea eis dixerat: *Adesso vado a fare in quel modo, che semo restati appuntati*, quam quæso habebat necessitatem *di animarla?* Prout etiamsi idem Testis missus fuerat ad explorandum ingressum, ad quid se conferre in Parlatorio, nonne poterat illum foris stans perfectissimè scire, observando Matrem, redeuntem sine filia. Sunt hæc adeo obvia, adeoque naturalia, ut mirum certe videatur, quod exadverso læta fronte asserantur, & uti credibilia exagerentur, & mirabilius, quod in Secretaria illorum Attestationes exhibitæ fuerint.

Et quia plus justo exagetarur exadverso huiusmodi ingressus, in illius conflictu dignentur EE. PP. præ oculis habere constantissimam voluntatem Mulieris assertis Nuptiis adversam, patefactam in ipso instanti divulgationis ejusdem facti, necnon æquè constantissimam perseverantiam per quinquennium in eadem voluntate, & quod magis est docendo Vitam Religiosis non dissimi111 lem, cum frequenti Sacramentorum usu; Oporteret igitur asserere, tot Sacrilegia commisisse, quot Sacramenta hoc medio tempore recepit, totque perjuria patrasse, quot juramenta emisit adversus contrarias prætensiones; Si autem omnia hæc, neque etiam præsumi possunt adversus quemcumque scelestum hominem uti enormia delicta, quantò minus adversus innocentem Puellam?

Et proinde remanent sine fundamento omnes contrariæ exagerationes, corruente exagerata destinatione ingrediendi Monasteria, nec non deficiente prætensa obstinata voluntate Mulieris permanendi in eodem Mo112 sterio, quibus illæ innituntur, ad firmata per *Rot. in decis. 584. num. 12. coram Dunozett. Jun. & decis. 274. nu. 11 par. 17. rec. & in Firmana Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. Sed quatenus, coram Rever. Molines.*

Atq; in rei veritate videtur vim facere cuicumque intellectui consideratio illa, quod si vera essent ea, quæ exadverso gratis ubique exagerantur de correspondentia in amore, deque reciproco affectu, iste statim evanuis113 set eo tempore, quo contracto Matrimonio vires acquirere debuisset, ex quo nullatenus verificabantur ea, propter quæ amoris calor frigescere incipit, de quibus *Grammatic. cons. 26 num. 10. vers. Et è contra, & Rota in Romana: seu Perusina Filiationis 13. Martii 1690. ante finem coram Cardinali Caprara;* Imo adversus omnia principia, omnesque congruentias oporteret præsumere absque ulla Causa instantaneam voluntatis Mulieris mu114 tationem, ut, omissis generalibus, in nostris terminis observant *Corn. cons. 91. col. 3. lib. 3.* ibi: *Præsumitur, quod perseverabat in eadem voluntate, Quetta inter cons. Matrim. divers. German. cons. 13. num. 9.* ibi: *Præsumitur perseverantia in priori voluntate, & Rot. in Perusina Matrimonii 15. Martii 1688. §. Quæ instantanea mutatio aliqua non interjecta mora figurata, nec aliquo præcedenti signo expressa de Jure præsumi nequit*, confirmata *10. Maii ejusdem anni coram Hervavult.*

Pro quorum omnium faciliori admissione dignentur EE. PP. ponderare, quod omnes dictas exceptiones adversus Procuræ mandatum, aliasque præsumptiones ejusdem falsitatis non probamus ex uno, vel altero miserabili homuncione, adversus cujus dictum militent vagæ, & generales præsumptiones, exadverso exageratæ, sed ex concordi depositione trium qualificatorum Testium, & Notarii, qui cum dicta depositione ex hac vita discessit, necnon mediantibus pluribus Attestationibus Personarum, omni fide dignarum, nullumque à remotissimis habentium in Causa, vel minimum interesse: In quibus terminis vim facit intellectui assertio, quòd omnes unanimiter conspirare voluerint in Viri per115 niciem, atque in destructionem illius veritatis, quam quærimus, ut considerando multiplicitatem personarum, illarumque diversam qualitatem observat *Rot. in decis. 135. num. 7. coram Merlin. & decis. 408 n. 10. coram Priol. & decis. 1251. num 7. coram Emerix Jun & decis. 11. num. 13. par. 18. recent. & in Romana, seu Albanen. Bonorum 29. Aprilis 1686. §. Et sane, coram Rondinino*: Et in 116 terminis actus, nullatenùs utilis illis, quibus falsitatis nota impingitur, *Roland. con. 38. num 38. & seq. libr. 1. Conciol. alleg Crim. verb. Falsum res. 6. num. 2. & 3. Rot. decis 17. num 10. apud Merlin. de Pignor. & decis. 211. num. 31. par. 19. Recent. & in. Forosempronien. Testamenti 11. Decembris 1697. §. Et alterum, coram Ansaldo*, ubi quod majus argumentum exclusivum falsitatis excogitari non potest, quàm non lucrum illius, qui prætenditur illam 117 commisisse.

Et ex his superflua remanere videtur discussio secundi dubii, dum, deficiente mandato Procuræ, seu consensu unius ex Contrahentibus, vanum est discurrere de validitate Matrimonii.

Et tamen, ultra falsitatem mandati Procuræ, alter concurrit insanabilis defectus Personæ legitimæ ad contrahendum Matrimonium Mulieris dum illud prætenditur contractum a N. N. uti Procuratore, induto ha118 bitu, ut dicitur *alla Francese* ut dicunt contrarii Testes: Parochus autē, qui eundē N. N. probe cognoscebat formiter examinatus, constanter asseruit, non eumdem dicto habitu *alla Francese* indutum, sed alium hominem, sibi ignotum, vestitumque habitu *alla Spagnuola*; coram ipso comparuisse, & Procuratoris figuram fecisse, Et proindè dicitur deficere materia Sacramenti, quales reputantur Contrahentes, ex adductis per *Rotam in Vi-*

terbien. Matrimonii 19. *Januarii* 1629. *in principio coram Pirovano*.

Neque dubium est, quod in hac parte discordantibus Testibus à Paroco, hujus dictum præferendum sit dicto Testium, ea ratione, quia Parochus dicitur Testis qualificatus, authoritabilis, magnæque authoritatis, atque in illius fide totum Matrimonialium Causarum momentum positum est, juxta præcisa verba *Rot. in Perusina Matrimonii* 28. *Martii* 1689. §. *In præsenti coram Car. Caccia* cum aliis allegatis à *Gratian. discept.* 841. *num.* 8. *Panimoll. decis.* 36. *num.* 23. & *Rot. decis.* 896. *num.* 1. *cor. Dunez. junior.* & *decis.* 761. *num.* 13. *coram Cerr.* ibi. *Maximè in concursu Parochi, cui, licèt singulari, Rota solet in hac materia plenam fidem adhibere, ex quo testatur de facto proprio nomine sui Officii*, & *in Romana Matrimonii* 20. *Maii* 1641. §. *coram Pirovano* ibi, *Cui libro, & Scripturæ solet plena fides adhiberi, quamvis agatur principaliter de fœdere matrimonii* & *in Romana matrimonii* 19. *Januarii* 1684. §. 1. *coram Ursino* ibi, *Tum ex attestatione Parochi, cui tanquam de re ad ejus Officium spectant plena fides est adhibenda, juxta aliàs decisa per Rotam &c.*

319

Parùmque refert, quod Parochi in his circumstantiis videant, vel non videant Mandatum Procuræ, dummodò tamen videant Contrahentes, atque percipiant illorum voluntatem contrahendi Matrimonium: Neque verum est, quod *hæc Sacra Congregatio in Romana Matrimonii* 7. *Martii* 1700. rejecerit quidem opinionem illorum, qui dicebant sufficere præsentiam physicam Parochi, tamen circa intelligentiam ejusdem Parochi nihil resolvisse mediantibus illis verbis; *Reprobata opinione, quod sufficiat præsentia Parochi purè physica, seu materialis, providebitur in casibus particularibus*.

320

Quia Parochi intelligentia constantissimè admissa fuit in dicta Causa ab hac Sacra Congregatione, & literaliter demandata, mediante dicto Rescripto, ea viva ratione, quod impossibile sit, Parochum non intelligentem posse esse Testem contracti Matrimonii, qualis esse debet ex rotunda dispositione *Sacri Conc. Trid. sess.* 24. *de Reform. Matr. cap.* 1. in quo eo ipso, quod injuncta fuit Parochi præsentia, demandata inseparabiliter fuit illius intelligentia, Textus non potest esse magis punctualis, magisque literalis *in leg. Coram ff. de Verb. signif.* ibi. *Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat; Scire autem, non etiam velle is debet, nam & invito eo rectè fit, quod jussum est*, quem, cumulatis concordantibus, sequitur *Rot. in dec.* 375. *n.* 7. & *seqq. p.* 11. *rec.*

321

322

Quæ dicta sunt ad materiæ ornatum, quia in nostris terminis nulla adest controversia circa Parochi perfectam intelligentiam, sed vis in eo residet, quod ipse, *il quale conosceva dalla sua infanzia*, assertum Procuratorem ad contrahendum Matrimonium deputatum non vidit eundem in actu prætensi Matrimonii, sed *altra persona, vestita di Città da me non conosciuta*. Et quod magis est, dictum ejusdem Parochi corroboratur ex facto ejusdem assertis Procuratoris existimantis, Sacristam S. Mariæ de Refugio fuisse Parochum illum, coram quo Matrimonium celebrare tentavit.

323

In hac igitur discrepant a contrariorum Testium ex una parte, nec non veri Parochi ex alia, cujus dictum comprobatur ex facto asserti Procuratoris, difficile erit ostendere, quod major danda sit fides dictis Testibus affectatis, famulis, & consanguineis Viri, quàm eidem Parocho, Testi Ecclesiæ qualificatissimo, nullumque habenti in hac causa interesse ex allegatis supra.

324

325 Fitque deinde transitus in contraria Scriptura ad duo, ut ibi dicitur Juris principio, quæ contra Virum mirificè retorquentur.

Primum consistere prætenditur in publica voce, & fama, quæ cùm in Authorem recognoscat eundem Virum, mirum est, quod adducatur ad probandum prætensum Matrimonium; Si enim ipsius solemnis Attestatio nullatenus in hac Causa admitteretur, magnum videtur absurdum prætendere, ut admittantur illi, qui ab ipso audiverunt *cap. Licèt ex quodam de Testib.* ibi *Cùm satis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur Authores*, quem sequitur *Rot. in dec.* 8. *n.* 23. *cor. Arg.* & *in dec.* 535. *n.* 11. & 32. *p.* 14. *rec.* & *in Lauden. Pensionis* 4. *Julii* 1696. §. *Neque potuit cor. Card. Caprara*.

326

Secundum fundatur in prætenso reciproco amore, per multum tempus nutrito, ut gratis exadverso asseritur, circa quod nullum habemus probationis vestigium, si excipimus prætensas Epistolas, non recognitas, inauditis improprietatibus refertas, abundèq; confutatas in nostris Scripturis, & quod magis est ab ipsa facti evidentia, nempè ab innegabilibus operationibus Mulieris, ex quo *non è al Mondo la più autentica approvazione, che quella de' fatti, linguagio esente da suspizione di menzogna*, ut dicebat *Card. Pallav. nell' Hist. del Conc. lib.* 3. *cap.* 9. *in fine*.

327

Quorum omnium subsistentiam plusquam admittunt exadverso scribentes, se restringentes ad illas generalitates, quod *si aliquod remaneret dubium, in dubio pronunciandum est pro validitate Matrimonii ad Text. in cap. fin. de Sent. & re judicat. cum semper probatio pro substinendo Matrimonio dicatur favorabilis &c.*

328

Sed pari insubsistentia, quia dicta regula triplicem patitur limitationem, præsenti casui mirabiliter adaptatam.

329

Primò, ut locum habeat, quando consensus plenè, & concludenter probatus est; Secus autem quando illius probationes sunt dubiæ, egregiè *Dec. cons.* 83. *in fine* ibi; *Non obstat, quod in dubio sit judicandum pro Matrimonio; Quia hic non sumus in dubio, sed in claro, in quo patet, quod Actor legitimè non probavit intentionem suam, & licèt causa Matrimonii sit favorabilis, tamen favorabilibus causis ita debitores sumus, ne aliis injustitia fiat*, & meliùs *Jo. Ficardi inter cons. Matrim. divers. Jurisconsult. German. cons.* 38. *num. decimonono* ibi; *Sanè si rectè non perpendimus, favor Matrimonii non in eo consistit, ut protinus pro Matrimonio pronuncietur, & inviti, reluctantes, & impares, sæpè conjungantur, ubi aliàs legitimus consensus, & contractus ipsius Matrimonii non est clarè, & sufficienter probatus, nam ex tali violenta conjunctione devastatio potiùs Matrimoniorum, quod ipsa docet experientia, quàm conjugalis concordia, & dilectio consequitur*.

330

Secundò non procedit eadem regula in Matrimoniis, absque necessariis denunciationibus contractis, benè *Tambur. Oper. Moral. lib.* 8. *tit. de Matrim. tract.* 6. *cap.* 263. *num.* 8. ibi: *Licèt Matrimonium esset dubium, & in dubio soleat præsumi in favorem validitatis Matrimonii, tamen quia in hoc Parochus fuit invitus, & non præcessere denunciationes, unde Matrimonium secundùm Jura fuit clandestinum, illi non est favendum*, & *Cardin. de Lug. de Just. & Jur. tom. secundo disp.* 22. *num.* 23. ibi *Quia licèt causa Matrimonii secundùm se favorabilis sit, sed tamen Matrimonium clandestinum, quale erat illud sine denunciationibus præmissis, & Parocho invito præsente, non est favorabile, sed odiosum, nec in eo locum habent, quæ in favorem Matrimonii sunt*.

331

Tertia demum limitatio desumitur à dolosis actibus, quibus contractum prætenditur ass. Matrimonium, ut notat *Oliver. de Matrim. nullit. part.* 1. *fol. mihi* 46. ibi *Concludo pronunciandum contra dolosum Matrimonium, non solùm in foro interiori, sed etiam exteriori, vel Ecclesiæ, Marchant. in Tribunal Sacrament. tom.* 3. *de Sacram. matrim. cas.* 3. *in fine fol. mihi* 34. ibi *Nec valet, quod aliqui dicunt in dubiis in favorem matrimonii judicandum, hic enim in favorem matrimonii verè judicatum, ne præsumant dolis, erroribus, aut ignorantiis illud profanare*, *Rot. dec.* 634. *num. primo & sexto coram Buratt.* & *in Neapolitana matrimonii* 26. *Februarii* 1706. §. *Sublato coram Cardinal. Priolo* ibi; *Bona fides inducitur ex aliquo probabili errore &c. non autem à dolo, & machinatione Partium, quæ illis nunquam prodesse debent*.

332

Ultro demum admittimus, *favorabilius esse, aliquos contra hominum Statuta dimittere copulatos, quàm conjunctos legitimè, contra Statuta Domini, separare*, juxta verba, quibus terminatur contraria Scriptura, sed fatalis responsio in eo residet, quod hujusmodi legitima conjunctio in nostris terminis non probatur, nec probabilis est, imò evidentissimè exclusa remanet *ex supra adversis*: Unde applicatur id, quod adversus simile objectum scripsit *Oliver.* exadverso citatus *de Matrimonii nullitate part. prima fol. mihi* 46. ibi: *Deus non conjungit, quos animorum, & voluntatum vinculum Sacramentaliter non adstringit, neque ligat, unde non dicitur homo, vel Ecclesia separari illos &c. quia privatio præsupponit habitum;*

333

tum; Nec non id, quod potiùs facetè, & lepidè quam 134 legaliter, & seriò dicebat Episcopus ille apud *Sperell. decis.* 139. *num.* 18. quod scilicet in circumstantiis Matrimonii dolosi, malisque artibus procurati, non Deus, sed Diabolus Uxoratos conjungere dicitur. Concludendo 135 cum *Card. Pallav. in Hist. Conc. Trid. lib.* 22. *cap.* 4. *num.* 12. quod in his terminis non annullatur Matrimonium, ut est Sacramentum, sed modus dolosus operatur, ut contractus non sit, neque Matrimonium, neque Sacramentum.

IN EADEM CAUSA.

STrictè ad secundum dubium, relativè nos habendo ad latè deducta supra circa primum, pro illius negativa resolutione, dignentur ponderare, quòd Parochus, cum Partis Interrogatoriis, servatis servandis, examinatus, & contrarii Testes, non sunt concordes circa personam Procuratoris, in prætenso Matrimonio: Testes enim dicunt, quòd ille fuit F. G. Parochus 136 verò, quòd non, quamvis ipsum probè cognosceret, *il quale lo conosco dalla sua infanzia*, optimas adducens rationes talis cognitionis, quia scilicet fuit suus Parochianus, quia ipsum sæpissimè fuit alloquutus, quia in ejus Domo exploraverat voluntatem duarum ejus Sororum, quia una cum in ipso in eodem Curru sæpè iter confecit, quia dictus assertus Procurator sæpissimè accessit ad Spirituales discursus, ab eo factos, occasione Missionis Anno 1705.

In hac igitur discrepantia Parochi, & Testium non circa accidentalia Matrimonii, sed circa ejus materiam, quales sunt Contrahentes, ex adductis per *Rotam in Viterbien. Matrimonii* 19. *Januarii* 1629. §. *Primo coram* 137 *Pirovano*, ibi. *Inde intrant materia, forma, & Ministri, qui sunt ipsi Contrahentes, ex quibus Matrimonium suum esse recipit. D Thomas &c.* Etiam cum sensu veritatis exclamavit, *Card. de Luc. de Matrim. discurs. decimosexto num. decimo prorsus erroneum esse, ut in ista contrarietate potiùs duobus vilibus famulis ipsius Partis inducentis deferendum esset, quàm Parocho, in Sacerdotali, & Parochiali Dignitate constituto*, cùm concordan. *apud Rotam in Perusina Matrimonii* 28. *Martii* 1689. §. *In præsenti coram Cardin. Caccia*, ibi. *Ex fide Parochi, in qua totum residet Causæ momentum*, & *in Romana Matrimonii* 19. *Januarii* 1684 §. *Primo coram Ursino*, ibi. *Tum ex Attestatione Parochi, cui tanquam de re, ad ejus Officium spectante, plena fides erat adhibenda*.

138 Fortiùs quia Parochi depositio corroboratur ex pluribus.

Primò, quia in loco, ubi prætenditur, Matrimonium fuisse contractum, hoc est in parvo Cubiculo ejusdem Parochi, quatuor aderant lumina, unum ipsius Parochi, alia verò tria habebant in manibus duo Testes contrarii, & prætensus Procurator, juxta eorundem verba, ibi. *Io Testimonio dal medemo lume del Chierico accesi una Candeletta di Cera, un'altra consimi-* 139 *le ne accese il Signor G. A. mio fratello & un'altra il Signor D. F. C. Procuratore sudetto*. Ecce igitur, quòd in tanta luminum multiplicitate in parvo Cubiculo, undique illuminato, facillimum erat etiam minutias considerare, multò magis vultum hominis, jam cogniti, perfectè cognoscere.

Secundò, quia idem ass. Procurator non terga vertit, neque mutus permansit, sed cum eodem Parocho de facie ad faciem bis fuit alloquutus, dicendo *Io sono F. C Procuratore &c.* juxta verba contrarii per Testis, & propterea vix potest major adduci proba-140 tio, majusque afferri argumentum verisimilis cognitionis Personæ colloquentis, quàm reducere ad mentem proprium nomen, & cognomen, non semel, & transitoriè, sed bis, & paribus pedibus permanendo propè aliquem, ipsum alloquendo de facie ad faciem, ut Consideranti manifestum est.

141 Tertiò, quia Parochus specificat habitum, quo indutus erat ille, qui figuram fecit Procuratoris, nempè *alla Spagnola*, & tamen C. à contrariis Testibus asseritur inductus *alla Francese*.

Quartò, quia C. habuit pro verò Parocho in contractu dicti Matrimonii, Sacristam Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Refugio, coram quo asseruit, fecisse figuram Procuratoris, quemve quadam die accersivit, eidem increpatoriè dicendo *Io conosco benissimo V. S.*, 142 *che è Parocho dell'Arcivescovato &c. con molte altre parole alterate*, de quibus in Summario, ubi registratur formale examen dicti Sacristæ, & aliorum Sacerdotum, qui tali interrogationi præsentes fuerunt.

Quintò, quia volens idem C. suum errorem corrigere, veritatem hanc apertiùs comprobavit, adeundo paulo post M. G. eique dicendo: *Signor Parocho mi cono-* 143 *scete? & Io li risposi al certo, che vi conosco, voi sete il Signor F. C., e Lui ripigliando, disse, come! Avete detto, che non mi conoscete? quando fui con la procura avanti di V. S. con F. U. al che Io replicai, non vi conobbi, perche non vi fostivo, onde Lui si mutò di colore, e datosi in collera, e dimostrava*.

Ex quibus remanet manifestum, quòd Parochi depositio, ultra magnam illam veritatis præsumptionem, quam habet, ratione Officii; Ultra qualitatem Sacer- 144 dotalem, quæ operatur, ut illius dictum æquivaleat duorum Testium depositioni, *Rota dec.* 84. *num.* 11. & 12. *apud Zuff. de Legitimat. Process. & dec.* 552. *num.* 13. & *decis* 815. *num.* 36. *part.* 18. *recent.* Ultra verisimilitudinem nimis naturalem in cognoscendo eum, qui fuerat suus Parochianus, quive cum ipso de facie ad faciem loquebatur, proprium nomen bis repetendo, mirabiliter comprobatur ab hoc innegabili facto ipsius ass. Procuratoris.

Itaut omnia insimul ponderando, fateri opus est, eundem Parochum, nullum habentem in hac Causa, vel minimum interesse, præferendum esse Testibus contrariis, vel actualibus famulis, vel arcta consanguineitate junctis cum Viro ex adductis supra, ubi punctualibus Authoritatibus probavimus, nostro casui non ap- 145 plicari regulam generalem, quòd favore Matrimonii admittantur etiam Testes inhabiles, & qui in aliis actibus repellerentur, quia id procedit, quando concordant cum Parocho, *ex cujus præsentia eorum vitium suppletur* juxta præcisa verba dd. punctualissimarum authoritatum; Et proinde dum in casu nostro defectuosi Testes non concordant cum Parocho, illorum defectus augentur potiùs, quàm suppleantur à Parocho, discordante, vel saltem iidem defectus remanent in suo esse, quod operatur, ut nulla fides eis danda sit.

Nec dicatur, quòd Parochus Regnicola sit, quòdque 146 illi expediebat negare cognitionem Procuratoris ad effugiendam pœnam contra Assistentes Matrimoniis, sine Denunciationibus contractis.

Quia qualitas Regnicolæ communis est etiam Testibus contrariis, cum illa tamen differentia, quòd ipsi deponunt pro Domino, & Consanguineo, pro quo fa- 147 ciliùs est, quod non fatentur illam veritatem, quam aperit Parochus qualificatus Sacerdos, solum Deum præ oculis habens in sua depositione.

Alter verò prætextus excusationis Parochi, non potest esse magis frivolus, quia si voluntariè præsentiam Matrimonio præstitisset, non minorem merebatur pœ- 148 nam idem Parochus, asserendo, cognovisse unum, quàm utrumque Contrahentem, ea ratione, qua unus, & idem erat actus Matrimonii, cui illi prohibitum erat voluntariè assistere Denunciationibus non præmissis, tum vigore juris communis *in cap. Cùm Inhibitio de Clandestina desponsat.*, quàm *Sac. Concilii Tridentini in sess. vigesimaquarta de refor. Matrimon. cap.* 1. Et tamen ingenuè fassus fuit, in ipsomet actu contrahendi Matrimonium, quòd cognoscebat Virum ibi. *Soggiungendo le disse le seguenti parole: Io son D. F. U. alle quali il Parocho rispose, Io già la conosco, alche rispose D. F. U. voglio, e piglio per mia Moglie &c.*

Dixi, *si voluntariè &c.* quia ad effugiendas dd. pœ- 149 nas, sat est, quod Parochi voluntariè clandestinis Matrimonii non assistant, ex adductis à *Coninck de Sacram. tom.* 2. *disp.* 27. *num.* 51. & *Romaguer. ad Constit. Synod. Gerund tom.* 4. *tit.* 1. *cap.* 5. *a.* 7.

Videant igitur EE. PP. cum quanta ingenuitate, qualique candore processit in hac Causa idem Parochus, 150 fatendo ingenuè, quod cognoscebat Virum, & æquali ingenuitate negando præsentiam, ipsumq; asserti Procuratoris interroganti candidè respondendo, *non vi conobbi, perche non vi fostivo*.

Ejus-

Ejusdem levitatis est alter prætextus, quod si non cognovit eundem, id processit ex eo, quia erat alteratus à rei novitate, juxta id, quod legitur *Job 17. 7. Caligavit ab indignatione oculus meus*; Quia si in eodem calore novitatis, & ipsissima indignatione probè cognovit Virum, cum quo tantam non habebat familiaritatem, rotundis litteris asserendo *lo già lo conosco*, eodem prorsus modo cognovisset C. quem *conosceva dalla sua infanzia*: Non enim potest assignari congrua disparitatis ratio, quare in eadem numero mentis alteratione, animique indignatione, unum cognoverit, & alium non, dum æqualiter cùm eo fuerunt alloquuti, & ambo, nedum ante ipsum steterunt, sed ante faciem ei restiterunt.

Minùs replicetur, quod factum hoc non sit verisimi-152 le, eo quia Vis defecisset in salutasi, post tot labores, tantasque operationes, ad contrahendum assertum matrimonium unicè directas.

Quia hujusmodi inverisimilitudo, & quotquot præsumptiones exadverso possunt excogitari, cedere debent limpidæ veritati, concludentissimè comprobatæ ex formali depositione Parochi, & Testium contrario-153 rum, necnon ex innegabili facto asserti Procuratoris, per ea, quæ notat *Gaill. Observ. pract. cap. 144. num. 6. lib. 1.* & firmavit *Rot. decis. 112. num. 3. coram Priolo, & in Romana fructuum Census 26. Januarii 1705. §. Addito coram Ansaldo*. Et viva ratio ea est, quia præsumptiones, & verisimilitudines, se habent ad instar umbræ, quæ, adveniente sole probationum, scr. scr. factarum, statim evanescit.

Quod si præsumptionibus, & verisimilitudinibus volimus in hac parte procedere, quænam quæso major inverisimilitudo, nedum de facto dari, sed de possibili potest excogitari, quàm illorum verborum, quæ pro-154 nuntus in ore Mulieris, eo tempore, quo Currum ascendebat, associata à Matre, Aulicis, & famulis, *Adesso vado a fare in quel modo, che siamo restati appuntati*, & illorum aliorum, *stera posto in un'angolo del Parlatorio, animava d. Sig. M. che parlava con le Monache, indicandoli con la mano, che avesse tentato l'ingresso*. Et nihilominus horum verborum relator, illorumque exequutor, non est aliquis Indignus, sed ipsemet ass. Procurator, ut videre est in nostro Summ.

In quarum maximarum improprietatum conflictu longè verisimilius est, quod audito à Viro ingressu Mulieris in Monasterium, ne verificaretur illud *Post hæc occasio calva*, in absentia, in cujus facie cantabat mandatum Procuræ, invenerit aliquem ex illorum nume-155 ro, qui recensentur in *Decisione Lycien. Manutentionis 14. Maii 1706 §. His tamen vers. Nec quidquam certi coram Card. Caprara*, exadverso allegata, qui figuram fecerit ejusdem C. credens, quod cùm omnia fierent de nocte, nunquam in lucem venire possent. Interpretatio absque dubio innixa est verisimilitudini, sed hæc non est de illarum numero, quæ vim faciunt intellectui, ad hoc, ut sint credibiles, quales sunt illæ, quæ exadverso exagerantur, ut vidimus supra.

Observando hic, quod, Divina permittente Providentia, ad hoc, ut veritas triumphet, aliquando videmus, solertissimos homines deficere in illis cautelis, circa quas quilibet mediocris ingenii viri abundare solent, indeque uno ore asserunt Doctores, improprium operandi modum, nedum probari ex pactis, cautelis, & operationibus insolitis, atque exquisitis, sed etiam 156 ex eo, quod nimis remissè, & negligenter aliqua res facta ostendatur, ut videre est *apud Rot in decis. 283. nu. 10. & 11. part. 5. rec.* ibi: *Et hanc conjecturam &c. considerant Doctores, tamsi Partes plus æquo sollicitas, cautiùs sibi voluisse prospicere, appareat &c. quàm etiamsi nimis remissè, & segniùs rem agentes ostenderint, & in Romana Pecuniaria 2. Junii 1686. §. Tertiò valdè urget, coram Ursino*, ibi: *Tam si Partes plus æquo sollicitæ fuerant sibi prospicere per clausulas, & cautelas insolitas, quàm si nimis remittunt, & segniùs rem agant, quàm decet.*

Terminamus demum Replicationem cum illa animadversione, quod in omnem casum ex irreconciliabili contradictione inter Parochum, & Testes, interventus C. remanet saltem dubius; Cùmque illi, uti Persona contrahens matrimonium, se habeat tanquam materia Sacramenti, hæc remanet dubia, & incerta, & proinde nimis improprium est prætendere, quod Sacramentum confici potuerit ex materia dubia, & non certa, ut communiter observant Theologi, & Canoni-157 stæ, cùm majori otio de facili cumulandi, satisque videtur in præsenti punctualis *Decisio 308. nu. 3. & seqq. cor. Dunoz. Sen.* ibi: *Sequitur propter hanc ineptitudinem materiæ non subsistere Matrimonium*, & loquitur in specie de ineptitudine materiæ, se tenente ex parte Personarum contrahentium. Necnon cum verbis illis *Brouver. de Jur. Connub. lib. 1. tit. de Sponf. dol. contract. cap. 19.* 158 *num. 1. & 2. fol. mihi 176.* ibi: *Sanctissima Matrimonii Societas amore, & benevolentia coire debet, non arte, & dolo, & cap. 20. num. 15. fol. 186.* ibi: *Cogitare quemlibet oportet, non esse operosam gloriam fallere credentem Puellam, cujus simplicitas potiùs digna favore fuit &c. ne cui sua calliditas prosit, & alteri sua simplicitas obsit.*

Die 18. Julii 1711. propositis in Congregatione Concilii duobus sequentibus dubiis.

I. *An constet de legitimo Mandato Procuræ* in casu &c. quatenus affirmativè.

II. *An constet de legitimo Matrimonio?*

Ad utrumque responsum fuit *Affirmativè*.

DISCEPTATIO IX.

Nullius, seu Aquilana Jurisdictionis

INTER

Episcopum Aquilanum

ET

Archipresbyterum S. Blasii de Amiterno

ARGUMENTUM.

Jurisdictio Archipresbyteri S. Blasii de Amiterno, ad quæ se extendat, tam in Civitate Aquilæ, quàm in Oppidis Amiterni, & Pizzoli.

IN *Tomo secundo par. 2. discept* 20. Scribens pro Hominibus Terræ Pizzoli Aquilanæ Diœcesis, in qua Archipresbyter S Blasii de Amiterno prætendebat vigore suæ Ordinariæ Jurisdictionis nominare pro tempore quadragesimali Concionatorem obtinui rejectionem dictæ prætensionis à Congregatione Concilii *diebus 17. Julii 1695. & 2. Junii 1696.* ea ratione, quia ejus Jurisdictio in d. Terra universalis, sed restricta ad paucos casus particulares, ut videre est *in d. discept. 20. num. 68.*

Tunc temporis Episcopus non fuit in causa, sed Lis agitata fuit inter Communitatem dicti Loci, & Archipresbyterum S. Blasii de Amiterno, qui prætextu suæ Ordinariæ Jurisdictionis in angustiis ponendo modernum Episcopum, illum multifariam vexando in Tribunali Sacræ Rotæ, iste occasione sui accessus ad Concilium Romanum à S. D. N. petiit, & obtinuit avocationem Causæ à d. Tribunali Sac. Rotæ, & remissionem ad d. Congregationem Concilii, *in qua die 4. Maii 1726.* propositis sequentibus viginti sex dubiis illa resoluta fuerunt, ut infra.

I. *An Archipresbyter S. Blasii olim S. Vittorini de Amiterno Civitatis Aquilæ unà cum suis dependentiis habeat Territorium separatum cum qualitate Nullius, & Jurisdictionem quasi Episcopalem, & quatenus negativè.*

II. *An, & qua jurisdictio competat Reverendissimo Episcopo Aquilano, quoad omnia in Ecclesiis, Locis, & Personis ad dictum Archipresbyteratum spectantibus, & existentibus tam intra, quàm extra Civitatem Aquilæ.*

III. *An dictus Archipresbyter possit impedire, quia dictus Reverendissimus Episcopus valeat in dictis Ecclesiis publicare, & affigere Edicta, signanter circa vitam, & honestatem Clericorum, disciplinam Ecclesiasticam, & Cultum Divinum.*

IV. *An dictus Archipresbyter possit visitare Ecclesias Terræ Pizzuli, & S. Vittorini, & quatenus affirmativè, an competat tale jus privativè, vel cumulativè cum dicto Episcopo, & an possit recipere Procurationes ex pecunia loco victualium, & secum ducere plusquam unam personam, & an ista debeat esse de consensu Episcopi Aquilani, cui post Visitationem idem Archipresbyter rationem reddere debeat,*

beat, juxta disposita in Sac. Congreg. Trid. sess. 24. de reform. cap. 3.

V. Et an liceat dicto Archipresbytero tempore dictæ Visitationis in dictis Ecclesiis Terræ Pizzuli, & S. Victorini elevare, & retinere Baldachinum absente Episcopo, atque per Ecclesias, vias, & Plateas eorundem locorum benedicere Populum.

VI. An idem Archipresbyter possit retinere in dicta Ecclesia S. Blasii Civitatis Aquilæ Sedem Cameralem permanentem elevatam super duos gradus, vel cum suppendaneo tantùm, & quatenus negativè, an illi liceat tantùm in festivitate S. Blasii, absque tamen gradibus.

VII. An liceat dicto Archipresbytero elevare, & apponere Arma gentilitia suæ domus super januas dd. Ecclesiarum intra, & extra Civitatem existentium, necnon in Ecclesia Monialium S. Catharinæ Martyris ejusdem Civitatis.

VIII. An dictus Archipresbyter possit instituere Clericos Aquilanos in Beneficiis de Jurepatronatu in dictis Ecclesiis existentibus; & quatenùs affirmativè, an possit absque prævio examine, & approbatione Episcopi Aquilani contra dispositionem Sac. Conc. Trident. sess. 7. cap. 13. de reform. & sess. 25. cap 9. versic. ad hæc de ref.

IX. An jus conservandi Beneficia simplicia, sive residentialia, & Canonicatus in dd. Ecclesiis existentia, spectet ad dictum Episcopum vel ad dictum Archipresbyterum.

X. An jus erigendi, & instituendi nova Beneficia ex fundatione, vel dotatione Patronorum in dd. Ecclesiis competat Episcopo Aquilano, vel dicto Archipresbytero, juxta sancita in Sac. Concil. Trident. sess. 11. de reform. cap. 14.

XI. An dictus Archipresbyter possit concedere licentias, sive oretenus, sive in scriptis concernentes allocutiones, & clausuram dd. Monialium S. Catharinæ Martyris.

XII. An dictus Archipresbyter possit cognoscere Causas civiles, criminales, & mixtas in prima instantia in dictis Locis, & quatenus affirmativè; an hujusmodi cognitio sit privativa, vel cumulativa cum dicto Episcopo Aquilano.

XIII. Et an valeat cognoscere Causas Immunitatis tam localis, quàm personalis, & pro hujusmodi effectu ferre Censuras, & quatenus negativè, an procedere valeat ad declarationem Censurarum à Jure inflictarum, & absolvere ab eisdem Censuris in casibus Episcopo permissis.

XIV. An idem Archipresbyter retinere, & constituere valeat pro exercitio prætensæ Jurisdictionis intra Civitatem Aquilæ Vicarium, & quatenus affirmativè, an iste intitulare se possit Vicarium Generalem.

XV. An insuper retinere valeat intra dictam Civitatem Familiam armatam, & Carceres, sive potius in casibus permissis, uti debeat Familia, & Carceribus Episcopalibus.

XVI. An idem Archipresbyter possit ferre interdicta, vel excommunicationes contra suos Parochianos non adimplentes Præceptum Paschale, vel potiùs hoc spectet ad Episcopum.

XVII. An Jus cognoscendi Causas Matrimoniales dictorum Locorum spectet ad dictum Episcopum, sive ad d. Archipresbyterum.

XVIII. An liceat dicto Archipresbytero dare attestationes status liberi pro Matrimoniis per suos Parochianos extra Diœcesim Aquilanam contrahendis.

XIX. An idem Archipresbyter possit remittere Denunciationes Matrimoniorum per suos Parochianos contrahendorum in casibus Ordinario loci permissis.

XX. An idem Archipresbyter absque licentia, & approbatione Episcopi possit concedere facultatem exponendi ad publicam adorationem Venerabile Sacramentum in dictis Ecclesiis intra, & extra dictam Civitatem existentibus.

XXI. An liceat dicto Archipresbytero ferre Rocchettum cum Mozzetta nigra, & Mantelletta per vias Civitatis Aquilæ occasione quarundam functionum absque licentia Episcopi.

XXII. An Clerici, sive Civitatis, sive Diœcesis Aquilanæ possidentes quodcumque Beneficium non residentiale cujuscumque redditus in dictis Ecclesiis, sint immediatè subjecti dicto Archipresbytero, tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, etiam si delicta fuerint patrata in Civitate sive in quacumque parte Diœcesis Aquilanæ.

XXIII. An liceat dicto Archipresbytero dare assensum, & interponere decreta pro alienatione bonorum dd. Ecclesiarum vigore Cap. Terrulas, & an idem competat ejus Vicario substituto.

XXIV. An idem Archipræsbyter possit dare licentiam, & benedictionem Concionatoribus, tam Quadragesimalibus, quàm extra dictum tempus, qui in dictis Ecclesiis prædicare debent.

XXV. An dictus Archipresbyter possit apponere manus cum prætenso liceat: in Monitoriis pro rebus deperditis relaxatis à Curia Episcopali, & publicandis in dd. Ecclesiis.

XXVI. An dicto Archipresbytero in suis titulis, & subscriptionibus competat titulus Ordinarii, & Nullius in casu &c.

Ad primum responsum fuit Negative, & amplius.

Ad secundum: Competere jurisdictionem ordinariam, & quoad ejus exercitium respondebitur in sequentibus dubiis.

Ad tertium: Negative.

Ad quartum: Affirmative, sed cumulative cum Episcopo, & servata forma Concil. sess. 24. cap. 3. de Reformat.

Ad quintum: Negative, & amplius.

Ad sextum Negative, quoad primam partem, & affirmative quoad secundam, in actu tamen assistentiæ celebrationi Missæ.

Ad septimum: Ad mentem.

Ad octavum: Affirmative, quoad primam partem, dummodo Beneficia fuerint ante Concilium fundata, & quoad secundam negative.

Ad nonum: Negative, quoad primam partem, & affirmative quoad secundam & amplius.

Ad decimum: Videntur particulariter.

Ad undecimum: Negativè, & amplius.

Ad duodecimum: Affirmativè cum privativa, & amplius.

Ad tertiumdecimum: Negative, quoad Causas immunitatis localis, & in reliquis affirmative, & amplius.

Ad quartumdecimum: Affirmative, quoad primam partem, & negative, quoad secundam, & amplius.

Ad quintumdecimum: Negative ad primam partem, & affirmative, quoad secundam. Ita tamen, ut Archipresbyter teneatur uti Familia armata, & Carceribus Episcopalibus, & Episcopus teneatur brachium, & Carceres præstare.

Ad decimumsextum: Posse Archipræsbyterum procedere ad formam Textus in cap. Omnis utriusque de Pœnit. & remiss.

Ad decimumseptimum: Spectare ad Episcopum, donec ab Archipresbytero doceatur de immemorabili.

Ad decimumoctavum: Ut ad proximum.

Ad decimumnonum: Negative, & amplius.

Ad vigesimum: Negative.

Ad vigesimumprimum: Negative, etiam de licentia Episcopi, & amplius.

Ad vigesimumsecundum: Videatur particulariter.

Ad vigesimumtertium: Negative, & amplius.

Ad vigesimumquartum: Negative, & amplius.

Ad vigesimumquintum: Negative, & amplius.

Ad vigesimumsextum: Negativè, & amplius.

DISCE-

DISCEPTATIO X.

Veneta Nullitatis Matrimonii

PRO

Jacobo Ferracina

CUM

Catharina Jacoba Bellotta

ARGUMENTUM.

Matrimonium, celebratum coram Sacerdote, habente facultatem assistendi pro determinata Muliere, nullum est, quando celebratur cum alia Muliere, in eadem facultate non comprehensa. Error Personæ, quando operetur nullitatem Matrimonii.

EX duplici fonte promanat clara nullitas Matrimonii, de quo agitur ex eo scilicet, quod contractum fuit coram Sacerdote Dominico Biasutti, ad id legitimam non habente facultatem à propriu Parocho: Et ex eo, quod adfuit error substantialis Personæ Catharinæ Jacobæ Bellottæ assertæ Uxoris.

Quoad primum, præmisso tamquam indubitato, quod Matrimonium coram non legitimo Parocho, vel ab ipso specialem facultatem non habente, contractum, sit ipso Jure nullum, juxta Decr. Sacri Conc. Tridentini *in sess.24. de Reformation. Matrimon. cap.1.* Hujusmodi substantialis defectus ictu oculi comprobatur ex fide Parochi, asserentis facultatem dedisse eidem Biasutto assistendi Matrimonio contrahendo *tra la Sig. Catarina figlia del q. Aloysio Bellato* cum qua concordat relatio Reverendiss. Patriarchæ per extensum data in Summ. ibi: *Uxorem duxit Catharinam Bellatam filiam Aloysii præmortui*, qui ulteriùs erat Civis Venetus juxta depositionem nostrorum Testium; Et tamen idem Sacerdos præsens fuit Matrimonio contractu inter aliam Catharinam, qualis est illa, quæ se Uxorem asserit Joannis Ferracinæ, nempè *Catharinam Jacobam filiam D. Aloysii q. Matthiæ Bellotti* qui Aloysius de præsenti adhuc vivit, aliis inserviendo tanquam Cubicularius. Quam veritatem comprobavit eadem Catharina in ingenua confessione, quæ legitur in Summ. & quam mille Testibus prævalere pluries firmavit Rot. & signanter in præcisis terminis Matrimonii *in Faventina Matrimonii 7. Junii 1658. §. Sed enim cor. Card. Taja, & in Neapolitana Matrimonii 29. Aprilis 1683. §. Hinc opus cor. Guazardo, & in Leodien. Matrimonii 29. Aprilis 1699. §. Materia cor. Card. Priolo.*

Hac siquidem substantiali diversitate concurrente inter illam Catharinam, cum qua Ferracine Matrimonium contraxit, & aliam, quæ individuata fuit in licentia Parochi; Matrimonium ipso Jure remansit nullum, uti contractum cor. Persona privata, ut in individualibus terminis nostri casus egregie probant *Tondut. quæst. Beneficial. cap.154. num.1. & sequen. & num 27. Card. de Luc. de Matrim. disc.3. per tot.* & signanter *num. 11. & seqq. & ad Concil. disc.26. num.13. & seqq. & Pignatell. consult.78. per tot. tom.5.* & resoluit hæc Sacra Congregatio *in Bononien. Matrimonii 9. Februarii 1669. ut videre est in Lib.26. Decretorum fol.168.* Quæ in hac Materia pro casu legis habenda est, ex adductis per *Fagnan. in cap. Quoniam num.12. de Constitutionib. Pasqualig. quæst. Moral. Cent.1. cap.61. num.4. & Rot. dec. 7. num.3. post Antonell. de Jurib. Clericor. & in Calaguritana Pontificalium 16. Novembris 1696. §. In præsenti cor. Ursino.*

Ratio est, quia similes Parochorum subdelegationes sunt stricti Juris, & proindè ad limites verborum intelligendæ sunt, neque extendi valent de Persona ad Personam, etiam de Partium consensu, juxta *Textus litterales in capit. Significante de Rescript. & cap. P. & G. de Offic. delegat.* & observant *Fagnan. in capit. Quoniam num.11. & seqq. eodem titul. & Carleval. de Judic. tom.1. disputat.2. num 1162.* & in nostris terminis observant Authores supra adducti, & signanter *Tondut. num.5. Vers. supposito, & Card. de Luc. num.12.* ibi: *De plano resultabat nullitas, ob expressum decretum irritans, in Conciliari decreto contentum, dum iste Presbyter, coram quo Matrimonium contractum fuerat, ita remanebat Vir merè privatus, utpotè non Parochus unius Contrahentium, minusque habens proprii Parochi, vel Ordinarii licentiam, quæ concessa pro una Persona, Jurisdictionem, seu facultatem non tribuebat pro altera;* Et pro indubitato admissum fuit *in dicta Bononien.* Teste *eodem de Luca.*

Neque obstat, quod Parochus eadem facilitate licentiam concessisset, si verè expressum ei fuisset proprium nomen, & cognomen Catharinæ Jacobæ Bellotæ; In hac siquidem parte non attenditur id, quod poterat, vel non poterat fieri; Sed id quod de facto concessum, & practicatum fuit, juxta punctualem *Gloss. in cap. significante verb. Nos de Remen. versic. Nunquid si Titius de Rescript.* & in terminis eidem objecto respondendo observant *Card. de Luc. de Matrim. discurs. 3. num.19. & Pignatell. cons. 78. num.3. tom 5.* Et meritò, quia in his casibus, nunquam admittitur adimplementum per æquipollens, seu per verisimilitudines, ut probant *Boss. de Matrimon. capit.1. num 29. de Institut. de Dispensat. Matrimon. lib. 2. capit.6. num. 376 Sanchez de Matrimon. lib.3. disputat. 17. num. 4. & sequen. Barbos de Paroch. cap. 21. num.61. & Rot. decis. 637. per tot. par. 1. diversi. & decis. 308. pariter num. 1. & per tot. coram Ducozett. Senior.*

Non minùs clara est altera nullitas ob errorem Personæ ejusdem Catharinæ Jacobæ, filiæ Aloysii viventis, & famuli, seu Cubicularii cum qua Ferracina Matrimonium contraxit, firmiter tamen credens, se contrahere cum Catharina Bellata, filia Aloysii præmortui, & Civis Veneti, specialiter ponderando diversitatem personæ Patris, & cognominis, ex quibus excluditur identitas Personæ filiæ, ut in terminis diversitatis nominis Patris firmavit *Rot. in Avenionen. Successionis 5. Junii 1676. §. Nec probationis coram Bourlemont;* Et in terminis diversitatis cognominis *in decis. 98. num. 4. & decis. 407. num 3. in fine par. 16. recentior.* ubi agebatur de minori variatione, nempè Gabrielis Pauli, & Gabrielis de Pol, licèt attenta diphtongo *au* Linguæ Gallicæ, & præ oculis habendo qualitatem Civitatis Avenionen. cujus erant Cives Collitigantes, commodè posset Pol verificari de Paul; Et generaliter *Chartar. nel Prodom. Gentiliz. lib. 5. cap. 2. sub §. Da tutto ciò.*

Dicto autem errore admisso, nulli dubium est, quod matrimonium taliter contractum non possit subsistere, sive ex defectu materiæ, hoc est certæ Personæ contrahentis, ex adductis per *Jor. de Matrim. par. 7. quæstion. 12. num. 5.* ibi: *Ultra defectum consensus, error Personæ impedit, & dirimit matrimonium ex defectu causæ essentialis ipsius matrimonii, nempè materiæ, quæ est persona ipsorum amborum Contrahentium*, sive ex defectu consensus, cui nihil magis contrarium est, quàm error, ex animadversis per *Fagnan. in capit. Ad nostram num. 4. & 5. de Conjug. Servor. Barbos. in can. unico num. 4. 29. quæstion. 1. Sanchez de Matrimonio libr. 7. disputat. decima octava num. 12. Brunell. de Sponsalib. conclus. 32. num. 2. Veracrux in Specul. Conjug. quæstion. 5. artic. 29. concl. 2. & Pont. de Matrimonio libr. 4. capit. 20. num. 7.* Qui error probatus dicitur statim ac constat, Ferracinam contraxisse cum alia, seque aliter se habere quàm credebat, ut concordantibus cumulatis, firmavit *Rot. in decis. 227. num. 17. par. 19. rec.*

Quibus non adversatur temporis lapsus à die contracti Matrimonii, cum continuatione actuum, maritali affectu exercitorum; Sive enim attendatur impedimentum erroris, sive defectus præsentiæ legitimi Parochi; Semper opus erat ad illius validitatem, quod illud denuo contraheretur coram legitimo Parocho, & Testibus, omni errore Personæ remoto, nec ratificatum, vel convalidatum dici potest per quoscumque alios actus, & operationes contrahentium,

ut bene observat *Fagnan. in cap. Ad nostram num.* 20. *de Conjug. Servor.* & firmavit *Rota in dec.*406. *num.*10. *p.*18. *recent.*

Demum præsens Instantia nullatenus intempestiva videtur, cum supposito, quod ex parte Catharinæ Bellotæ adhuc non sit completum Testium examen, ut dicitur in Relatione Reverendissimi Patriarchæ. Primò, quia tribus mensibus post hanc Relationem, quæ exarata fuit die 7 Augusti anni proximè præteriti 1700. eadem Catharina hanc facti veritatem, & subsistentiam agnoscendo ingenuè fassa fuit nolle illam amplius

16 impugnare, ibi: *Che perciò rinunzia liberamente, e volontariamente ad'ogni pretesa sopra detto Matrimonio, nato con detto fallace, e spurio supposto:* & consequenter recessisse dicitur à voluntate antecedenter patefacta Reverendissimo Patriarchæ pro continuatione examinis Testium. Secundò, quia cùm nullitas nostri Matrimonii fundetur in duabus authenticis Scripturis, in fida nimirùm Baptismatis, & partita Matrimonii; illa absq; ullo Testium examine, vel adminiculo, in claris posita dicitur ex sola earundem lectura.

Die Sabathi 18. Junii 1701. Proposita Causa in Congregatione Concilii sub dubio:

An constet de validitate Matrimonii?

Sacra Congregatio rescripsit: *Ad Patriarcham, prout de Jure.*

In hujus Causæ propositione sequens curiosus evenit casus; Tempore, quo sub oculis habui Scripturas, ex quibus componi debebat Summarium de more adnotando ea, quæ mihi ad rem facere videbantur in margine Relationis Reverendissimi Patriarchæ Venetiarum,

17 ubi asserebat, Causam adhuc pendere indecisam in ejus Curia, sequentia adnotavi: *Si Causa, à Ferracina introducta coram Patriarcha, adhuc pendet indecisa, via poterit sperari, quod Sacra Congregatio manus apponat*, candidè patefacta, tam Principali, qui erat in Curia, quàm Causæ Patrono; In impressione nostri Summarii Sollicitator Causæ curtæ intelligentiæ, eandem apostillam, memoriæ meæ causa à me adnotata, imprimere fecit in margine nostri Summarii, ac si illa deservire posset pro Causæ victoria, & cum tali Apostilla fuerunt distributæ Scripturæ impressæ omnibus Cardinalibus Congregationis.

Ia accessu autem ad informandum, inter alios, Cardinalem Panciaticum Præfectum, qui verè mirabili attentione, & æquali labore à prima usque ad ultimam syllabam, legebat omnes Scripturas, distri-

18 butas in eadem Congregatione Concilii, ut, tacito illius nomine, de eodem loquens, id adnotavi in *Tom.* 2. *part.* 2. *disceptat. prima num.* 195. eo tempore, quo cum maiore calore exagerabam necessitatem resolvendi Causam matrimonialem, celerem requirentem expeditionem, magna serietate, & æquali benignitate mihi dixit: *Volo in hac parte procedere cum vestra opinione, & illam sequi*; Credebam proinde, propter talem exhibitionem, velle inclinare pro Causæ resolutione, sed in fine Informationis mihi ostendit dictam apostillam, quam ego prævenitvd

19 non sine risu, & bile legeram, juxta lepidum dictum *Horatii Flacci*, sequutum in simili casu *à Cardinal. de Luca de Jurisdiction. in addition. ad dis.*64. *num.* 32. nihilque respondi, & hoc modo Informatio in voce cum reciproco risu, & compassione Principalium terminata fuit.

Ex hoc autem edoceri debent Causarum Patroni ad recognoscendas à se ipsis Scripturas illas, ex quibus componi debet Summarium, quia illorum Juvenes non semper talis sunt intelligentiæ, ut separare valeant Zizaniam à Tritico, cum irreparabili Principalium præjudicio; Aliquando enim registrant in Summario aliquas Scripturas, quæ (ultra tædium Judicum) ad nihil aliud deserviunt, quàm ad fa-

20 ciendas hydropicas bursas Impressorum, juxta phrasim *Joannis de Blanas in §. Actionum Instit. de Action. in materia peculatus in fine*; Aliquando verò omittunt exhibere in Summario multas Scripturas, quæ mirabiliter ad Causam faciunt; Itaut quando opportuno tempore id recognoscitur, opus est multiplicare Memorialia, & Summaria additionalia, cum illis incommodis, & expensis, quæ dolorosa experientia Principalibus notoriæ sunt; Cum illo addito, quod Deus scit, an recognoscantur à Judicibus, qui eorum Votum jam composuerant; Non enim forsan de facili inducuntur ad illud ex integro mutandum ex una, vel altera facti circumstantia, de novo superventa, quod non eveniret, si illam vidissent in principio studii Causæ, & ante laboriosam exarationem Voti; Experto, & in forensibus Judiciis ab anno 1678. non leviter exercitato, credite.

DISCEPTATIO XI.

Neritonen. Reassumptionis Habitus.

PRO

Clerico Felice de Actis

CUM

Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Neritonen.

ARGUMENTUM.

Clericus renuncians Privilegio clericali, quando possit Habitum reassumere, contradicente Episcopo.

EO sub supposito, quod in necem Sacerdotis Petri de Simeone sequuta anno 1684. conspirasset etiam Clericus Felix de Actis, tunc ætate minor, damnatus fuit per Judicem Neritonen. ad pœnam Carceris per septennium, ut ex Sententia, in qua idem Judex reservavit sibi facultatem minorandi, commutandi, & remittendi dictam pœnam.

Cùm autem in Carceribus Nerit pœnitentiam peragerct dictus Felix, obtinuit ab eodem Episcopo pœnæ prædictæ diminutionem in duobus annis, & quoniam exinde prava valetudine premebatur, transportatus fuit ad Carceres Castri Hydrunti, quos cùm deterioris

2 conditionis experiretur, horum commutationem iterum impetravit, & transmissus fuit ad Regios Carceres Castri Civitatis Lycii, in quibus pœnale complevit quinquennium.

Postulavit, terminato tempore, relaxationem à dictis Carceribus, sed frustrà, nam Curia Episcopalis dimissionem Habitus Clericalis requisivit, & injunxit; Hinc ad se emancipandum à tam mala mansione, & habitum dimisit, protestandu tamen priùs actum præ-

3 dictum gerere ad solum finem exeundi à carceribus, ut justificatur in Summario.

Statim, ac libertati fuit restitutus, habitum meticulosè dimissum reassumpsit, & nè hac de re molestias reciperet, monitorium ab A. C. reportavit, quo Curiæ Episcopali præsentato, hæc institit coram Auditore Sanctissimi pro avocatione causæ ab A. C. & obtinuit

4 remissionem ad hanc Sac. Congreg. cujus Oraculum exposcimus favorabile in dubio, quod registratur in fine.

Quandoquidem dimissio habitus facta fuit per vim, & merum procurata, dum adhuc in Carceribus Regii Castri Lycien. dictus Clericus de Actis detineretur; Hæc enim dimissio ita extorta, suum nequit sortiri effectum ex regula, quod omnia in vinculis gesta vi, & metu

5 exarata fuisse præsumitur, *leg. Qui in Carcerem ff. Quod met. caus. Farinac. de Carcer. & Carc. qu.* 35. *num* 29. *Rota decis.*490. *num.*1. *& seq. par.*4. *rec. Guid. Pap. decis.*253. *per tot. Dec. cons.*691. *Menoch. de Arbitr. cas.*136. *num.*30. *& Rota dec* 26. *n.*5. *& seq. par.*6. *rec.*

Neque metus excluditur, si actus gestus sit in Cancellaria, sive in Banco Juris, extra Carceres, quia metus semper durare dicitur, extante causa metus,

6 *Menoch. de Præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*126. *num.* 26. & comprobatur ex protestatione ante dimissionem habitus per eundem Clericum emissa, de qua in Summ.

Posita igitur nullitate hujus actus, non desunt motiva pro ostendenda injustitia d. dimissionis per Episcopum injunctæ: Siquidem hæc dimissio in Sententia non fuit injuncta, sed in actu expletæ pœnæ, & tempore, quo debebat d. Clericus de Actis à Carceribus liberè relaxari; adeo-

7 adeoque hac alia pœna mulctari nequibat pro eodem delicto; Regulare enim est, quod pro eodem Crimine plures pœnæ subiri non debent *leg. Licit §. fin. & l. Et ita §. fin. ff. Naut. Caup. & stabul.* & propterea hæc no- 8 vissima pœna perinde habenda venit, ac si non fuisset imposita, juxta *Text. in l. Non dubium Cod. de Leg.* ibi: *Legislatori, quòd fieri non vult tantum prohibuisse sufficiat &c. ut ea, quæ fieri prohibentur si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur.*

Augetur nullitas d. pœnæ superadditæ, ex quo hæc fuit indicta sub supposito, quod non esset quinquennium expiratum, & quod posset delictum duplici pœna puniri; Corruit autem hujusmodi suppositum ex facto, nam 9 completum erat quinquennium, non refragatur secundùm, quia geminata pœna puniendum crimen non est, & proinde locum sibi vindicat *Text.* dispositio *in l. Mancipia, Cod. de servit. fugit.* nimirùm quod quando unum supponitur, & super eo disponitur, dispositio, locum non habet, nisi verificetur præsuppositum.

Sed admissa etiam validitate dimissionis habitus, quæ ex prædictis exclusa omninò remanet, adhuc locus esset reassumptioni, ut in fortioribus resoluit *Sacra Congreg.* 10 *Concilii in una Lazarien. 17. Junii 1630.* relata *per Barbos. in Collectan. Bullar. verb Habitus*, & repetita *per eumdem in tractatu de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. § 2. de Privil. Cleric. num. 27.* Ubi quod est locus reassumptioni, non obstante Irregularitate superveniente; & prohibitione Ordinarii, atque pluries etiam resoluit hæc Sacra Con- 11 greg. præcipuè in una *Cusentina 16. Septembris 1630. & in una Aquilana Jurispatronatus anno 1698. 20. Septembris, & in una Mazzaratensi 16. Decembris 1642.* ut refert *Pamimoll. decis. 14. num. 36.*

Eoque magis cum in nostra hypothesi non agatur de delicto per Clericum confesso, sive de crimine per Sac. Canones considerato, & propter quod amittitur utrumque privilegium, nec est locus reassumptioni, ut sunt Bigamia, Assassinium, falsificatio Litterarum Aposto- 12 licarum, & alia de quibus *Squill. de privil. Cleric. cap. 6. & cap. seq. Navar. in suo Manual. cap. 27. Antonell. de Jurib. & Onerib. Clericorum cap. 3.* & proprerea locus est reassumptioni habitus, qui nec minus dimissus in casu nostro dici valet ex supra relatis.

Quibus addimus *Monacell. in Formul. fol. 123. num. 35.* 13 ubi refert, & sequitur duas individualissimas resolutiones *Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium*, unam in *Aquipendii 18. Aprilis 1692.* Ponente Cardinali de Abdua: Aliam verò in *Aversana 13. Junii ejusdem anni*, Ponente Cardinali Millino, in quibus eadem *Sac. Congregat.* in re maturè perpensa declaravit, Clericum, metu Carcerum renunciationem privilegiis Clericalibus, etiam contradicente Episcopo, qui renunciationem procuravit, habitum reassumere posse; Idque procedere etiamsi carceratio esset justa; Idemque in terminis 14 tacitæ renunciationis per habitus dimissionem resoluit pariter *Congregatio Concilii in Nullius 4. Augusti 1654.* teste *Pignatell. consultat. 426. per tot. tom. 1.* & determinavit etiam *hæc Sacra Congregatio in Cusatina 16. Septembris 1630.* referente *Pammoll. decis. 6. in fine.*

Hujusmodi enim punctuales resolutiones habentur loco legis, & tamquam tales clausis oculis sequen- 15 dæ sunt, sive consideretur authoritas ejusdem Sac. Congregationis, de qua latè *Fagnan. in capit. Quoniam num. 12. de Constitut. Raynaud. in Heteroclit. Pietat. sect. 1. punct. 12. num. 12. fol. 124. & Rota in decis. 7. num. 3. apud Antonell. de Jurib. Clericorum, & in Calaguritana Pontificalium 16. Novembris 1696. §. in præsenti coram Ursino*: Sive procedatur cum 16 communi axiomate, quod punctualis authoritas cujusvis classici Doctoris reputatur casus legis, ut notat *Becc. cons. 23. nu. 6. Surd. decis. 29. num. 36. Rocc. disput. Jur. cap. 191. num. 26. Card. de Luc. de Usur. discurs. 22. nu. 2. & 3. & Rota decis. 360. nu. 3. part. 18. rec. & in Melphiten. Cappellaniæ 4. Junii 1698. §. Authoritates cor. Muto.*

Multò autem magis ex quo eædem resolutiones solidis innituntur fundamentis, quia scilicet Clericalia privilegia concessa sunt Ordini Clericali, sive Personis 17 Ecclesiasticis propter Ordinem, & consequenter Clericus nequit eidem renunciare, *cap. Si diligenti de Foro compet. cap. Contingit de Sentent. Excommunic. Abbas*

cons. 33. sub num. 3. lib. 2. & Rot. decis. 180. nu. 17. apud Zacchiam de oblig. Cameral.

Et quia in Clericis imprimitur character indelebilis, ac proindè non attenta quacumque renunciatione sem- 18 per, & quandocumque potest idem Clericus habitum reassumere; ut benè advertunt *Ricc. decis. 168. per tot. part. 2.* ubi refert, ita fuisse decisum *Viv. decis. 512. Merend. cons. 91. num. 3.* & sequitur *Sperell. decis. 26. num. 18. & 19. & Card. de Luc. in annot. ad Conc. discurs. 24. num. 35. & seqq.*

Fortiùs in nostro casu, accedente duplici circumstantia; Prima quia ad assertam renunciationem Clericatus devenit Clericus post emissam solemnem protestationem in contrarium, & eo solo fine ad illam coactè deve- 19 niebat, ne marcesceret in carceribus, quos ad rem vocat *Farinac.* Sepulturam vivorum, & bonorum consumptionem, & *Farinacium* sequitur *Prat. respons. crim. 32. num. 18. & sequent. Cassiodor.* verò *lib. 1. variar. Epist. 40.* illos appellat Cellam gemituum, tristitiæ domum, Plutonis Hospitium, & locum perpetua nocte cæcatum; In istis enim terminis expressæ protestationis non opus habemus recurrere ad propositiones communiter receptas; quod omnia gesta in Carceribus, sive in Aulis proximis, præsumantur gesta per vim, & metum, & uti talia nul- 20 latenus obligent ad illarum exequutionem, de quibus sunt *Text. in leg. Qui in Carcerem, ff. Quod metus causa, & in leg. Si quis Sempronium ff. de Hæred. institut.* quos sequuntur *Dec. cons. 691. sub num. 1. Guid. Pap. decis. 253. per tot. Menoch. de Arbitr. cas. 136. num. 3. & de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 126. num. 26. & Card. de Luc. de Alienat. disc. 41. num. 15. & de Benefic. disc. 78. sub num. 9. & Rot. decis. 272. num. 3. coram Carillo, & decis. 1226. num. 17. coram Emerix Junior.* Dum habemus probationem claram, & manifestam ejusdem metus, & coacti 21 animi ejusdem Clerici resultantem à dicta protestatione data in Summario, & in debilioribus terminis notat egregiè *Pignatell. consultat. 31. num. 14. tom. 7.* & meliùs *Rota decis. 138. num. 19. & sequat. coram, Cerro & decis. 163. num. 50. coram eodem.* Protestationes enim non solum aperiunt animum, & Intentionem Protestantis, sed 22 consensum nunquam liberum ipsum protestantem adhibuisse indicant *cap. Cùm M. Ferrariensis 9. §. Verum, ubi Glossa verb. Sine præjudicio. de Constitution. cap. Perlatum 1. de His, quæ vi metusque caus. Viv. decis. 251. num. 6. & seqq.* Atque per easdem protestationes semper intacta, 23 & reservata ipsi Protestanti sua Jura dicuntur, ut omni tempore possit de nullitate dicere *leg. Si debitor 4. §. 1. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. solvat. Rota apud Garz. de Benef. par. 1. cap. 2. n. 49. & cor. Cavaler. decis. 329. n. 3. & 4.*

Secunda verò, quia dura necessitas deveniendi ad dictam renunciationem Clericatus, ei supervenit Clerico post integrum tempus, seu quinquennium Carcerationis, in Sententia condamnatoria præscriptum quidem usque ad annos septem, sed à subsequenti gratia Episcopi reductum ad quinque, sicque inapplicabiles prorsus sunt termini minorationis pœnæ intuitu ejusdem renunciationis, sed potiùs evidenter constat de nova pœna eidem superaddita contra omnia Juris principia, secundùm quæ 24 habemus, neminem duplici pœna puniendum esse, ut de Jure Divino videre est in *Deuter. 2. 51. & in Apocal. 18. 7.* De Jure Canonico *in cap. sicut dignus de Homicid.* & de Jure Civili *in leg. Licèt §. final. & leg. & Ita, ff. Naut. Caupon. & Stabul.* Cum concordantib. apud de *Angel. de Delict. lib. 1. in exord. num. 15.* quos sequutus fui in *Instit. Criminalibus lib. 1. tit. 1. num. 13.*

Quibus non refragatur Informatio Episcopi, tum quia illa considerari in hac parte debet, uel Scriptura Contradictoris, qualis est idem Episcopus, non verò uti Relatio Or- 25 dinarii, requisita in aliqua Controversia inter suos Subditos, in qua ille nullam faciat figuram; Nullum proindè in dicta Relatione fieri potest fundamentum: *Quia non statim, qui accusatur Reus est, sed qui convincitur criminosus*: ut dicit *text. in Canon. Suscitantibus 15. quæst. 8.* & concordant alii adducti à de *Angelis de Habit. Cler. cap. 3. nu. 2. post tract. de Delict.*

Non omittentes observare potuisse, imò debuisse eumdem Neapolitanum Episcopum parcere existimationi, & famæ integri Regni Nobilis, Pii, & Religiosi, quale illud canonizavit Sacra Rota in *decis. 277. num. 4. part. 3. recent. & dec. 38. n. 27. & sequent. coram Arguell.* abstinendo

ab exageratione illorum excessuum in Clericis, qui non fuor quarto modo proprii Ecclesiasticis Regni Neapolitani, sed communes omnibus Mundi denominationibus, Provinciis, & Civitatibus, nec etiam excepta ipsamet Urbe, in qua paucis ab hinc annis ex pio, & spirituali motivo reductionis ad bonam frugem cujusdam scandalosæ Mulieris, evenit alter verè detestabilis, omnique pœna dignus casus, omninò similis illi, quem dictus Episcopus sequutum refert in Terra Sancti Marziani Diœcesis Tarentinæ, absque eo quod infamatus proinde fuerit reliquus Ecclesiasticorum Cœtus, indignusque reputatus gaudendi privilegiis Clericali Ordini concessis. Utinam enim quotidiana experientia non comprobaret verum esse, *quod vitia erunt donec homines* quodque non una, vel alia Provincia, seu Regnum, 17 sed *Mundus totus in maligno positus est*, ut legitur *in Epistola quinta Beati Joannis Apostoli*, merito proindè *Divus Augustinus Epistola 159. ad Marcellinum* relatus *in Canone Circumcelliones 23. quæst.* 1. consilium dedit Christiano Judici his verbis: *Sic succensere iniquitati meminteris, ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.*

Die Martis 7. Julii 1705. proposita Causa in Congregatione Immunitatis per Card. Vallemanom, tunc temporis ejusdem Congregationis Secretarium, sub dubio: *An sit locus reassumptioni Habitus clericalis?* Responsum fuit *Negativè.*

DISCEPTATIO XII.

Cæsenaten. Unionis

PRO

Congregatione Oratorii S. Philippi Cæsenæ

CUM

Parochianis Parochiæ S. Severi ejusdem Civitatis

ARGUMENTUM.

Parochiæ suppressio, quando fit ex speciali Papæ authoritate, nullam aliam requirit causam, præter illam, expressam in ejusdem Papæ Gratia. Parochiani an sint citandi in eodem casu, & an requiratur Capituli consensus, sive antecedens, sive subsequens eandem suppressionem?

PRævia speciali facultate per Summum Pontificem concessa, Episcopus Cæsenæ suppressit Parochialitatem Ecclesiæ Sancti Severi, eamque transtulit in viciniorem Ecclesiam Sancti Joannis Evangelistæ, cujus Rector jam cœpit Possessionem Parochiæ sibi oni- 1 tæ, ibique Parochialia munia pluries explevit. Aut igitur hæc Parochialitatis suppressio, & respectivè Unio debet sustineri tanquam facta ex justis Causis, & satis solemniter; Aut si ullum patiatur solemnitatis defectum, adhuc meretur validari hujus Sacræ Congregationis assensu, quem Patres Sancti Philippi Nerii Cæsenæ sibi pollicentur, & precantur.

Et quidem introspecta negotii substantia, & attenta methodo præscripta prædictæ Unionis executione, & implemento, non est ambigendum de validitate, & justitia suppressionis, & respectivè Unionis jam factæ; Ad eam quippe explendam Episcopus Cæsenaten. non devenit fretus, vel Authoritate sua ordinaria, vel delegata generaliter ex dispositione Sacri Concilii Tridentini, sed suffultus speciali facultate sibi commissa ex Oraculo Summi Pontificis; Proinde vel ad suppressionem, & Unionem absque ulla causa, & absque ulla solemnitate potuit progredi uti Commissarius Papæ, cujus Suprema Potestas, nec Legibus subjicitur, ne- 2 que Juris formalitatibus alligatur, ut ad rem monent *Petr. de Peruf. de Union. Eccles. cap. 4. num 2. Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. de Union. num. 61. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 8. num. 325. Adden. ad decis 576. nu. 87. & seqq part. 4. Tom. 2. recent.* cum aliis apud *Turricell. de Union. Benefic. cap. 6. num. 7. & cap. 9. num. 57. & seqq. Rota coram Pan. decis. 572. num. 8.* Aut sicuti pro Justitia Gratiæ non debuit esse sollicitus, nisi de verificatione causæ specialiter expositæ Summo Pontifici, qui sibi narrata tantùm jussit verificari, ibi: *Veris existentibus narratis*, optimè *Rota in Augustana Canonicatus 26. Junii 1715. §. Totum coram Crispo*, ibi: *Sufficit enim solummodò probare id, quod in Literis Summus Pontifex justificari decrevit, & expressè adjecit, aliisque verificatis, quælibet alia exceptio, tanquam extranea, executionem retardare non valet*; Ita etiam debuit adhibere tantùm solemnitates, necessarias pro verificatione causæ expressæ, non autem solemnitates ad ipsius causæ expressæ verificationem impertinentes, quia sic commoniter intelligitur clausula: *Servatis servandis*, adjecta in Rescripto relato in Summario.

Quatenus ergo Episcopus Cæsenaten. ad Unionem processit absque verificatione illius necessitatis, seu utilitatis, quæ regulariter desiderari solet in Unionibus, Authoritate ordinaria faciendis, aut propter tenuitatem redditŭum illius Ecclesiæ, cui fit Unio, aut propter incommoditatem Parochialis Ecclesiæ, quæ supprimitur, redarguendus non est, quasi non justè se gesserit, nam prædictæ, aliæque similes causæ debent concurrere in casu, quo Episcopus ad Unionem procedit, uti Ordinarius, & qua talis nequit abscedere à Dispositione, aut Sacrorum Canonum, aut Sacri Con- 3 cilii Tridentini, ut supponunt *Turricell. de Union. Benefic. cap. 2. num. 7. Rota decis. 135. num. 3. part. 19. recent. in Nucerina Paganorum Beneficii 6. Julii 1712. §. Nec ad impediendum coram Crispo.*

Sed quatenus Episcopus Cæsenatensis ad Unionem processit, uti Commissarius Papæ, qui Parochialitatem supprimi posse in Ecclesia Sancti Severi, & respectivè in Ecclesiam Sancti Joannis Evangelistæ transferri posse rescripsit, ex ea tantùm causa, nimirùm, ut Congregatio Sancti Philippi jam propter annexi oneris Parochialis gravitatem derelicta, & inculta, reciperet incrementum, mediante cooptatione aliorum Presbyterorum, & ii impositorum exempti à gravi onere exercendi Officium Parochi in Ecclesia Sancti Severi, liberius ibidem, & absque ulla mentis distractione possent eorum pium Institutum observare, Sacramenta ministrare, Sacrasque Conciones habere pro Animarum Salute; Profectò laudandus est Episcopus, qui sollicitus fuit solummodo de verificatione hujus causæ, Summo Pontifici expositæ, & ab eodem approbatæ; Non enim poterat pro insufficienti habere causam, quam Summus Pontifex pro sufficienti se habuisse monstraverat, sed obtecta solius causæ expressæ verificatione, ad suppressionem Parochialitatis, & respectivè Unionem progredi tenebatur cæca fide, quam exigit Summi Pontificis Su- 4 prema voluntas, & Potestas, cui nemo Inferiorum potest contraire *cap. Constitutas de Relig. Dom. cap. finali de Confirmat. util. vel inutil. Moscon. de Majestat. Militan. Eccles. lib. 1. cap. 15. post princip. Petr. de Perus. de Union. Eccles. cap. 4. num. 3. Joann. Hugo de Offic quatuor Prælat. part 1. cap. de Summ. Pontific. Oraculo num. 2. Frances de Eccles. Cathedr. cap 6. à nu. 2. & cap. 8. nu. 324. & 326.* & conferunt tradita per *Rotam decis. 721. num. 6. usque ad finem coram Coccin.*

Eoque certiùs, quia si sola causa obtinendi, ut Patres Oratorii: *Liberius, quietius, & fructuosius in suis Exercitiis, & Spiritualibus Functionibus vacare valeant*, habita fuit pro sufficienti ad effectum supprimendi Parochialitatem, antiquitùs existentem in Ecclesia Sancti Petri in Valle Civitatis Fani, & in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Vallicella de Urbe, ut testatur *Pater Marcianus in Hystor.* relata in Summario, & patet ex Bulla 5 Gregorii XV. quæ data fuit ad partes, ne his Suppressionum exemplis præeuntibus, rectè etiam in Civitate Cæsenæ fieri potuisset Soppressio Parochialitatis ex ea- 6 dem causa, quam duo alii Summi Pontifices approbarunt in casibus, omninò similibus ex Juribus allegatis in specie per *Solorzan. de Jur. Indiar. Tom 2. lib 2. cap 24. nu. 71. & seqq Rota in Volaterrana Beneficii 17. Junii 1709. §. Quamobrem coram Ansaldo*; Cùmque in casu, de quo loquimur, non solùm concurreret causa prospiciendi quietiori Sacrarum Functionum exercitio, sed alia etiam valdè urgentior causa vitandi eversionem Congregat. profectò hujus causæ relevantia præcognita, nihil ulterius ab Episco-

Episcopo inquirendum erat, nisi an munus Parochiale esset compatibile cum pio Instituto, quod observare profitentur Patres Oratorii, & an ii possent tanti Officii onere gravari citra periculum, ne eorum Congregatio penitus deficeret, quia in his tantùm residet Suppressionis, & Unionis causa exposita Summo Pontifici.

Dum ergo Episcopus non aliam Suppressionis causam cognoscere tenebatur, nisi illam, expressam Summo Pontifici, utique illius verificationem satis solemniter absolvit, quatenus super Statu Congregationis Cæsenæ, & super qualitate Presbyterorum ipsam Congregationem constituentium curavit induci quatuor Testes 7 relatos in Summario, eosque subjecit Interrogatoriis, & formali Examini, in quo consistit commissæ probationis solemnitas, ut sunt *Textus* expressi *in cap. In omni Negotio de Test. & in leg. Ubi numerus ff. eodem tit. Murg. de Benefic. quæst. 4. sect. 3. nu. 133. circa med. & Rota decis. 613. nu. 6. coram Emerix junior.* Cùmque à quatuor Testibus Sacerdotibus, omnique exceptione majoribus, Episcopus audiverit, Congregationem Cæsenæ redactam esse ad exiguum numerum quinque tantùm Presbyterorum, qui vel ob ætatis gravitatem, vel ob oculorum caliginem, aliasque corporis Infirmitates apti non sunt, & renuunt exercere Officium Parochi, adeout malint Cæsenam deserere, quàm tanto oneri se subjicere; Itidemque ex Testium depositionibus agnoverit, Congregationem adeo destitutam jacere, eo quia jam à pluribus annis nullus in ea cooptari petiit, imò aliquis requisitus admitti recusavit, reformidans Officii Parochialis pondus incompatibile cum pio Instituto Sancti Philippi, ut colligitur ex depositionibus dd. Testium, & latiùs constat ex Relatione ab Episcopo transmissa.

Plane his ita solemniter verificatis, ritè se gessit Episcopus, quatenus pro Suppressione Parochialitatis in Ecclesia Sancti Severi, & respectivè pro ejus Translatione ad Ecclesiam Sancti Joannis Evangelistæ, solemnem pronunciavit Sententiam, ac insuper jussit publica Instrumenta celebrari. Nec refert, quod Commissio 8 præseferat clausulam: *Servatis servandis*, ea quippè respicit substantialia tantùm, non autem accidentalia, ut inquit *Menoch cons. 180. nu. 13. & concordat Vespignan. in Vot. 10. impress. post Rembald. nu. 14.* neque injungit onus adhibendi plures Solemnitates, quia non facit Executorem mixtum, quotiescumque eadem clausula: *Servatis* 9 *servandis*, ut in casu, de quo agitur, disjuncta apparet à clausula: *Vocatis vocandis, Fagnan. in cap. Qui Presbyterum nu. 93. de Pœnit. & Remiss.* Equidem non aliter intelligi potest, quia nihil profuisset Gratia Summi Pontificis, si aliæ causæ, præter unam, ibidem expressam, debuissent verificari, nilque profuisset Summi Pontificis authoritas, si pro Unione, ejus nomine explenda, debuissent adhiberi solemnia, servari solita in Unionibus ab Episcopo faciendis ejus Authoritate ordinaria; Imò frustranea redderetur distinctio, communiter tradita à Doctoribus, qui licèt admittant, Uniones factas Jure ordinario ab Episcopis non substineri propter solemnitatum defectum, unanimiter tamen consentiunt, Uniones, factas Jure per summum Pontificem delegato posse subsistere, etiam absque ullo solemnitatum interventu, quia 10 solemnitatum defectum supplet Summi Pontificis authoritas, & potestas, ad tradita per *Abbat. cons. 41. num. 3. Soccin. cons. 15. n. 15. vers. Insuper lib. 1. Card. Petra in Comment. ad Constitut. Apostol. Tom. 1. sect. 3. num. 8 Rota coram Seraphin decis. 338. num. 3. vers. Quia Authoritas Papæ adhibetur, ut suppleat omnes solemnitates.*

Quapropter etsi ad actum Suppressionis, & Unionis, de qua loquimur, requisiti non fuerint Parochiani Sancti Severi, ac neglectus fuerit consensus Capituli Cæsenatensis, nihil profectò de iis curandum est, tanquam impertinentibus ad verificationem solius incompatibilitatis, vigentis inter onus Parochiale, & pium Institutum Oratorii Sancti Philippi; Ea quippe incompatibilitas veluti in Facto consistens, ac per Testes omni exceptione 11 majores exuberanter comprobata, non poterat mutari per assensum, seu dissensum, vel Parochianorum, vel Capituli, quia *Facti causæ infectæ nulla Constitutione fieri possunt*, ut ait *Textus in leg. In Bello 12. §. Si quis captatur vers. Facti autem ff. de Captiv. & Postlimin. revers.*

Præterea si Parochiani non debent citari ad validitatem unionis, quæ fiat ab Episcopo, procedente Jure suo, & authoritate ordinaria, ac impunè possunt con- 12 temni, veluti non habentes ullum interesse, ut notant *Garz. de Benefic. parte 12. cap 2. de Union. n. 219.* ibi: *Nec etiam Plebs debet vocari, Rebuf. Tractat. var. in Regul. de Union. gloss 11. num. 11.* ibi; *Plebs etiam ad Unionem non debet vocari, licèt videatur quodammodò sua interesse, sed Episcopus proteget Plebem, quia Plebs interdum laborat contra sua propria commoda &c. Antonin. Maceraten. var. resolut. 26. num. 11. lib. 1. Spad. consil. 274. num. 5. tom. 3. Tondut. quæst. Benef. cap. 37. num. 5. Ventrigl. in Prax. part. 2. tit. de Union. Benef. annotat. 8. §. 2. num. 20. Pax Jordan. var. Lucubrat. tom. 2. lib. 10. titul. 32. nu. 94. Monacel. in Formul. tom. 1. tit. 2. Formul. 7. num 3.* Quonam Jure prætenditur, Parochianos citari debuisse ad validitatem unionis, factæ ab Episcopo, specialiter delegato, & repræsentante Summum Pontificem ejus namque Majestas ab Inferiorum voluntate non pendet, eorumque assensus non expectat, ut præter supracitatos, pro- 13 bant *Paleot. de Sacr. Consist. consultat. part. 1. quæst. 3. in respons. ad tert. argum. Lara de Anniv. & Capellan. lib. 5. cap. 14. num. 37.*

At quoniam post decretam suppressionem, ac respectivè Unionem, de qua est sermo, statim Rector Ecclesiæ Sancti Joannis Evangelistæ: *Nemine contradicente visitavit Domos Parochiæ, olim Sancti Severi, sibi recenter unitæ, statum Animarum confecit, Sacramenta etiam Sancti Viatici vocatus administravit, Pueros ejusdem ad Fidei Rudimenta addiscenda in Ecclesia Sancti Joannis convenientes instruxit*; ut fidem facit Episcopus in sua Relatione, ac ulterius in novissimo Paschate Sanctæ Resurrectionis omnes Parochiani ultrò in Pastorem agnoverunt Parochum Sancti Joannis Evangelistæ, ac ejus Ecclesia satisfecerunt præcepto Paschali; Ex his sublata remanet prætensa nullitas, deprompta ex contemptu Parochianorum, quorum consensus sive præcesserit, sive subsecutus fuerit, utique exuberanter profuit ad firmitatem Unionis, quia consensus, non requisitus pro forma actus, quandocumque superveniat, 14 semper parit eumdem effectum juxta doctrinam *Bald. in cap. Si alicujus num. 5. de Elect.* quem refert, & sequitur *Tondut. quæst. Benef. cap. 37. num. 2. & Piton. de Controv. Patr. allegat. 70. num. 11. tom. 2.*

Exindeque emicat firmissima ratio, ob quam impunè possit despici hodierna contradictio paucorum, qui Unionem factam, & executioni demandatam impugnant, & irritam esse jactitant; Quia è conspectu plurium Seniorum, & Saniorum, qui Unionem factam laudant, eamque utillimam esse proclamant, & cupiunt substineri, nihil sanè deferendum est paucis Pseudozelantibus, qui falsò supposuerunt à pluribus impugnari Unionem, communi plausu consumatam, ut socios veritatis inscios sibi adjungerent, & aucto Contradicentium numero, augerent pondus querelis, promotis contra Episcopum, & contra Oratorii Sacerdotes, quibus sunt infensi, ut ait Episcopus in dicta Relatione plurium Attestationibus justificata; Nemo quippè non scit, plurium sententiam prævalere paucorum 15 opinioni *cap. Prudentiam versic. Illa quippe de Offic. delegat. Clementin. 1. §. Quod autem de Sent. Excommun.* Imò si paucorum opinio despici solet etiamsi ratione aliqua appareat adjuvata, ut testatur *Cardin. De Luca de Regular. disc. 59. num. 8.* Libentius quidem contemni debet paucorum contradictio, quæ comitem non habet ullam, aut boni, aut æqui rationem, sed odio tantùm 16 parta, hostili animo confovetur, argumento *Text. in leg. Quisquis 6. §. Præterea Cod. de Postul.* & faciunt deducta per *Gail. observ. 88. num 9. vers. Quia non solum lib. 1.*

Exclusa necessitate adhibendi consensum Parochianorum, pari facilitate excluditur necessitas requirendi consensum Capituli, si iterum repetatur distinctio, superiùs firmata inter Uniones, quæ ab Episcopo fiant Jure ordinario, & alias, quæ fiant Jure specialiter per Summum Pontificem delegato, quia consensus Capituli, de Jure requisitus in primo casu, absolutè potest 17 negligi in secundo, ut pluribus allegatis notant *Fagnan. in cap. Ad audientiam il primo num 53. de Eccles. ædific.* ibi: *At quando Episcopus procedit tanquam Delegatus Apostolicæ Sedis, non requiritur Capituli consensus, ut conclu-*

dit

dit Egid. Bellam. Dec. &c. Navar. cons.10. num 1. de Offic. Deleg. in nov. Zerol. in Prax. Episc. part 2. verbo Unio §. 9. Ricc. Dec Cur. Archiepisc. Neapol. 198. sub num. 16. part. 4. & in Prax. part. 1. resolut. 388. num 6. ibi: *Limita tertiò, ut multò magis non requiratur consensus Capituli in Unione, facienda per Papam, seu ex ejus commissione & Corrad. in Praxi Benef. lib. 2. cap. 15. num. 69.*

Et in puncto Unionis, faciendæ vigore Commissionis, in qua legatur expressa clausula, *vocatis vocandis*, 18 quæ facit Executorem mixtum optimè *Carol. Ant. de Luc. in Addit. ad Ventrigl. in Prax. part. 2. annotat. 8 §. 2. num. 2.* ibi: *Authoritas enim Apostolica supplet quascumque alias solemnitates, & in specie consensus Capituli non requiritur, quamvis adesset clausula, vocatis vocandis,* & comprobat *Card. De Luca de Benefic. disc. 45. num. 9.* ibi: *Authoritas enim Apostolica supplet quascumque alias solemnitates, & in specie illam consensus Capituli non requisitam, quamvis adesset clausula vocatis vocandis, & disc. 47. num. 12.*

Quibus profectò adversari nequeunt Doctores, si qui sint, volentes requiri consensum Capituli, etiamsi Episcopus ad Unionem procedat authoritate delegata, quia intelliguntur voluisse loqui de Episcopo, proce- 19 dente Authoritate delegata generaliter ex dispositione *Concilii Tridentini sess. 21. de Reform. cap. 5.* ut distinguendo tradunt *Ugolin. de Offic. Episc. cap. 12. §. 1. sub numero 2. & Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. de Union. num. 158. Zerol. in Praxi part. 2. verb. Unio §. 9. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. tit. de Union. benef. cap. 16. §. 2. nu. 49. circa med. his verbis: Quia tunc non unit, ut Ordinarius, sed ut Pontificis Delegatus; Quare, si Pontifex potest absque consensu Capituli unire, ita, & ipse &c Cardin. De Luca de Benefic. disc. 45. num. 12.* ibi: *Ideoque ubi etiam Visitator, qui fecit Unionem, dici posset Delegatus Apostolicus, adhuc dum non erat specialis, sed generalis, in proposita nullius momenti erat, & Carol. Antan. de Luca ad Ventrigl. part 2. annot. 8. de Unione Benefic. num. 3.* ibi: *Delegatus Apostolicus debet esse specialis, non generalis.*

Si autem Capituli consensus poterat negligi, uti requisitus ad meram solemnitatem in Unionibus, explendis ab Episcopo procedente tanquam Ordinario, 20 seu generaliter delegato, ut supponunt authoritates omnes, proximè allegatæ, & apertiùs tradunt Doctores, relati per *Rubeum singul. Rot. Roman. tom. 2. pag 303. claus. 111.* ibi: *Et licèt eo casu requiratur consensus Capituli, tamen hic non requiritur, uti Personæ habentis interesse, sed solùm uti solemnitas:* Potiori Jure poterat contemni ipsius Capituli consensus, etiamsi de Jure fuisset necessarius pro ejus interesse, tam quia Capitulum non habebat Jus conferendi Parochialem Sancti Severi, nec ibidem fruebatur ullo Jure Patronatus, ideoque non erat 21 de iis interesse habentibus, quorum favorem tantummodò respicit clausula, *vocatis vocandis*, ut animadvertit *Rot. decis 319. num. 5. part. 7. recent.* Tum quia Capitulum in hac causa non aliud habet interesse; eique nihil deperit, an Populus, vel uni, vel duobus Parochis divisim subjiciatur; Ac demum quia Capitulum dissentiens potuisset ad assentiendum compelli, cùm ageretur de exequenda Unione ex una tantùm causa, quam Summus Pontifex pro justa, & sufficienti appro- 22 baverat, eamque tanquam injustam non poterat Capitulum improbare, ex traditis per *Azor. Instit. moral. part 2. lib. 6. cap. 28. de Union. sive conjunction. Eccles. quæst. 12. Barbos. de Offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 66. num. 21. in fin. Martin. Andr. dec. 59. num. 4. Francesc. de Eccles. Cathed. cap. 6. num. 28. & num. 407. & Antonell. de Regim. Eccles. lib. 3. de Benefic. Eccles. cap. 8. num. 52.*

Atque ex iis patet etiam immeritò redargui Episcopum, quòd ipse ad Unionis Decretum, & executionem processerit præcipitanter, dum omnia consumavit spatio quinque dierum dumtaxat. Posito enim, quod idem Episcopus, uti specialiter Delegatus Papæ, posset non audire Plebem, seu Parochianos, neque teneretur exquirere consensum Capituli, sed solùm deberet justificare statum Congregationis Sancti Philippi Nerii, ejusque Instituti incompatibilitatem cum exercitio Officii Parochialis, quoniam hæc tantùm incompatibilitas enarrata fuerat Summo Pontifici, tanquam causa sufficiens ad effectum obtinendi suppressionem, & respectivè unionem Parochialitatis; Porrò quotiescumque eadem causa per quatuor Testes, omni exceptione majores, ac formiter examinatos, comperta fuerat uti vera, & undique subsistens, diutius cunctandum non erat, sed illicò poterat suppressio, & unio Parochialitatis fieri, ac ex- 23 pleri, juxta Oraculum Papæ per *Text. in cap. Si quando de Rescript. & in cap. Si Capitulo, ubi Glos. verb. Exequat. de Conces. præbend. in 6.* cum concord. penes *Rot. dec. 58. nu. 5. coram Ottobon. & decis. 9. num. 8. coram Benincas.* Præsertim quia à Jure præscriptum non reperitur certum tempus, quod impendi debeat pro Unione facienda, & absolvenda; Ac fortiùs quia præcipitantia, vel in Judice, vel in Executore semper excluditur, quotiescumque omnia præcedentia ad actum apparent adimpleta, & 24 actus ipse maturitatem, ac diligentiam, ab Agente adhibitam, ostendit, ut probant *Gratian. discept. for. cap. 153. n. 7.* ibi: *Et facit, quod dicitur de Sententia, quæ non vitiatur ob brevitatem temporis, quando Judex in tempore brevi potest esse instructus de negotio, Rota dec. 176 num. 5.* ibi: *Cessat etiam allegata præcipitantia ex brevitate temporis, quia ad istum effectum attenditur solùm, an Judex consideratu qualitate causæ, & brevitate temporis, verisimiliter potuerit esse instructus coram Ludovis.*

Compertam igitur est, æquè justam, ac validam esse suppressionem, & respectivè Unionem, de qua loquimur tanquam demandatam à Summo Pontifice, cujus suprema potestas supplet cujusvis solemnitatis defectum, & tanquam factam ab Episcopo, qui pro verificatione unius causæ Summo Pontifici, cujus subsistentia erat notoria narratæ, examinavit Testes formiter, 25 servavit servanda, & implevit solemnia plura, quàm fuissent necessaria pro subsistentia Unionis, faciendæ jure specialiter delegato, ex supra animadversis.

Verùm enim verò etiamsi in executione Rescripti Pontificii ulla irrepsisset nullitas, eo quia Episcopus, licèt à Papa specialiter Delegatus, debuisset plurium consensum exquirere, & plures Solemnitates adhibe- 26 re; Adhuc tamen Suppressio, & Unio nequit adeò infirma, & insubsistens reputari, ut nequeat novi Rescripti munimine roborari, aut saltem non possit nova Suppressio, & nova Unio respectivè decerni.

Suppressio Parochialitatis in Ecclesia Sancti Severi jam facta noscitur, instantibus Patribus Sancti Philippi Nerii, ejusque Unio jam consummata apparet, accedente speciali consensu Rectoris Sancti Joannis Evangelistæ, qui novæ Parochiæ, ejusque Bonorum possessionem pacificè adeptus, Parochianos omnes absque contradictione ulla visitavit, & ab omnibus exceptus fuit tanquam Pastor gratus, & optimus, Teste Episcopo in ejus Relatione; Quapropter nulli dubium, quin eadem Suppressio, & Unio, etiamsi aliquo nullitatis vitio esset infecta, quod absolutè negamus, debeat ultro confirmari, vel ex recepto Juris Axiomate, quod 27 facta multa subsisterent, quæ ab initio fieri non potuissent, *Cap. Ad Apostolicum 16. post med. versic. quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem, de Regular. Monet. de Commut. ult. volunt. cap 8. num. 418. Monach. decis. Bonon. 19. num. 22. & 23. Salgad. de Supplic. ad Sanct. part. 1. cap. 10. num. 52.* Præsertim, si defectus, seu nullitates versentur circa accidentalia tantùm, ut am- 28 pliant *Escobar. de Ratiocin. cap. 6. num. 36. & Bellet. Disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Cleric. test. §. 4. num. 7.* Vel quia ex irritatione actus, plaudente Populo, ac Senioribus laudantibus, capieti, & absoluti posset imminui optima opinio de doctrina, & prudentia Episcopi, & plura possent oriri scandala, quibus occurrendum esse multis exemplis, & argumentis probatur in *cap. 1. & 5.* 29 *de Novi operis nunc. & cap 3. de Jurepatron. & cap. Quia circa de Consanguin. & Affin. & cap. 1. de Offic. deleg. in 6. Glos. ultim. in cap. Si quis ordinatus 90. distinct.* ubi inquit, quod aliàs Excommunicandus excommunicari non debet, si scandalum timeatur, junctis aliis, quæ 30 latissimè adducit *Abbas*, & notanter ejus *Addit. in cap. Consideravimus in fin. de Elect. Felin. in cap. 2. de Præscript. Tiraquel. de Pœn. temper. caus. 46. per tot. Mandos. in Tract. de Signat. Grat. tit. Dispensat. versic. Ad evitandum pag. 88.*

Demumque potiori Jure, quia præstò sunt justæ causæ ad Suppressionem, & respectivè Unionem decernendam impellentes, versaque vice nec una potest assignari

signari

gnari causa, quæ sit apta retrahere à concessione Gratiæ, jam consummatæ; Et quidem pro Suppressione decernenda satis moveret retio obtinendi, ut Patres Oratorii: *Liberiùs, quietius, & fructuosiùs in suis Exercitiis, & Spiritualibus functionibus vacare valeant*: cùm ex hec solùm causa f. m. Gregorius XV. voluerit Parochialitatem supprimi in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Vallicella de Urbe. Si autem hæc sola causa sufficeret pro nova Suppressione obtinenda, dubio procul superabundans reputabitur, dum comitem habet aliam urgentiorem causam vitandi, ne in Civitate Cæsenæ deficiat Sacerdotum Congregerio, quæ jam valdè imminuta penitùs dasiceret ob gravitatem officii Parochialis, quod est incompatibile cum pio Instituto Sancti Philippi Neri, omnesque eos Filios, & Asseclas conturbat, terret, ac divartit à sacris Functionibus, & spiritualibus Exercitiis, quibus eadem Congregatio jugiter incumbere consuevit pro salute Animarum, ut fidem faciunt Testes, dati in Summario, & Conservatores Populi Cæsenæ in eodem Summerio. Portò Civitati Cæsenæ valdè expedit ibidem adeò piam Congregationem conservari, ut ejus ope quotidie magis Populus ad spiritualia Exercitia, & Opera pietatis instruatur, & animetur; Et sicuti ad publicam utilitatem plurimum conferre communiter censetur ejusdem Congregetionis introductio in Locis copiosis, ac insignibus; Ita etiam hæc publicæ utilitatis ratio exuberare debet, ut eadem Congregatio in Civitate Cæsenæ jam introducta servetur, & augeatur, remoto per Suppressionem Parochialitatis onere, quo gravata non crevit, sed subivit discrimen imminentis extinctionis; Ubi namque concurrit ratio publicæ utilitatis, tunc etiam sine urgentia necessitatis potest fieri Suppressio, ut advertunt *Mandos. ad Reg.* 22. *Cancell. quæst.* 1. *num.* 3. *& seqq. Monet. de Commut. ultim. volunt. cap* 11. *num.* 82. *&* 85. *Castropal. Oper. Moral. part.* 2. *tract.* 13. *disput.* 6. *puncto* 11. *num.* 19. *Frances de Eccles. Cathedr. d. cap.* 8. *num* 51. *& seqq. & Murg. de Benef. quæst.* 4. *nu.* 142. *&* 143.

Versaque vice à Contradictoribus nulla considerari potest præjudicii ratio, quæ resultet ex Parochialitatis Suppressione, quia Ecclesia Sancti Severi, quantumvis ab onere exgravetur, non debet destitui, neque profanis usibus committi, adhuc sacra erit, & patebit aperta Christifidelibus ad eam confluentibus, & cupientibus refici divino verbo, & sanctis Sacramentis, quæ liberiùs, ac quietiùs ibidem poterunt ministrari, ut testatur Episcopus in dicta Relatione. Si verò iidem Contradictores velint non solùm Tempore Paschali, sed aliis etiam festivis diebus novam Parochialem Sancti Joannis Evangelistæ frequentare, ad eam possunt se commodiùs conferre, quia Ecclesia prædicta pluribus ex novis Perochianis vicinior est, quàm fuerit Ecclesia Sancti Severi, ut patet ex Mappa; Et sicuti omnibus sive novis, sive antiquis Parochianis Ecclesia Sancti Joannis non est angusta, quia magnificè extructa est, & antiquitùs gerebat figuram Cathedralis; Ita etiam ejus Rector nequit recusari, velut insufficiens ad Secramenta ministranda omnibus Parochianis, quia Unionem novæ Parochiæ acceptavit cum onere retinendi Sacerdotem Cappellanum, qui sibi sit Socius, & Adjutor in explendo numero Pastorali; Tantumque onus libenter subivit, quia vidit sibi restitui, & assignari tot Bona, totque Redditus, quot erant proprii Ecclesiæ Sancti Severi, & ad ejus antiquum Rectorem pertinebant; Etenim Patres Oratorii non lucra terrena, non corporis commoditatem quærunt, sed animi quietem, qua obtenta possint sui Instituti functiones expedire, ideoque dimisso Parochialitatis onere, dimiserunt quoque Emolumenta omnia tam certa, quàm incerta, quæ pertinent ad Parochum, eique pro laborum præmio sunt destinata.

Cessente itaque præjudicio Parochianorum, imò eorum, ac totius Civitatis utilitate concurrente, profectò justa adest, & urget causa, vel approbandi Unionem factam, vel rescribendi pro Unione iterum facienda; Atque in hisce circumstantiis, si Parochiani licèt omnes contradicerent, possent tamen omnes contemni, tanquam laborantes contra proprium eorum commodum, ut præ ceteris animadvertunt *Rebuff. Tract. var. in reg. de Union. gloss.* 11. *num.* 12. *& Tondut. Quæst. Benefic. cap.* 37. *num.* 5. Multò magis in casu nostro possunt despici paucorum clamores, quos suffocat plurimorum plaudentium vox major, & longè præstantior, per *Text. in leg. Nominationum* 46. *Cod. de Decurion.* ibi: *Ne paucorum absentia debilitet, quod à majori parte Ordinis salubriter fuerit constitutum*, cum aliis apud *Gratian. discept* 721. *n.* 16. *&* 17. *& Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 31. *num.* 136.

Pariterque nulla haberi retio potest de dissensu sex tantùm Capitularium; Nam duæ Dignitates, ac decem Canonici unanimi sensu Unionem factam laudibus extollunt, eamque proclamant dignam, quæ observetur pro meliori profectu nostræ Congregationis, & pro publica totius Civitatis utilitate effusis precibus commendata etiam à Conservatoribus Populi Cæsenatensis, Noti autem Juris est, majoris partis votum adeò prævalere minori, ut proeo, in quem consentit major pars alicujus Universitatis, tota Universitas dicatur convenire, per *Text. in cap. Quia propter, & in cap. in Genesi de Election. Angel. in Opusc. de Patron. Suffrag. n.* 26. *& seqq. & Rot. decis.* 171. *num.* 1. *part.* 19. *rec.*

Ex quibus cùm evidenter pateat, omnia verificari, quæ forent necessaria ad essentiam, & firmitatem Suppressionis, ac Unionis, quatenus adhuc facta non esset, summo jure speramus posse approbari Suppressionem, ac Unionem jam factam ab Episcopo tanquam speciali Delegato Summi Pontificis, qui authoritate sua approbavit causam, supplevitque omnium Solemnitatum defectum.

Die 31. Julii 1713. propositis in Congregatione Concilii duobus sequentibus dubiis.

I. *An suppressio Parochialitatis, & Curæ Animarum S. Severi, ejusque respectiva unio ad aliam Parochialem Ecclesiam S. Joannis Evangelistæ sustineatur in casu &c.* Et quatenus negativè.

II. *An sit locus novæ suppressioni Parochialitatis S. Severi, ejusque respectivè unioni ad aliam Ecclesiam S. Joannis Evangelistæ in casu &c.*

Ad primum responsam fuit *Affirmativè*,

Ad secundum *Provisum in primo*.

DISCEPTATIO XIII.

Imolen. Præcepti

INTER

Præsidentes Montis Pietatis Lugi

ET

Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Imolen.

ARGUMENTUM.

Pretium residuale Pignorum, quæ post certum tempus venduntur, non comparentibus congruo tempore illorum Dominis, non potest converti in eleemosynas, sed deponi debet in eodem Monte ad commodum Dominorum eorundem Pignorum.

ANte discussionem Dubiorum hujus Causæ in fine registrandorum præmittimus, quòd illa proponuntur in Sacra Congregatione, absque ullo legitimo mandaro Procuræ Congregationis Montis & Consilii Terræ Lugi, non audito, neque intimato Legato Ferrariæ, inter quem, & Episcopos Imolenses, pro tempore circa privativum gubernium, & directionem ejusdem Montis multæ agitatæ fuerunt, & hodie etiam vigent quamplures prætensiones, relatæ in Foliis distributis in Congregetionibus dierum 14. Novembris 1693. 5. Junii 1694. 10. Maii, & 7. Junii 1698. Proindeque illorum disputatio permittenda non videtur in præsenti Congregatione, sed injungendum, ut exadverso Comparens doceat de legitimo mandato Procuræ, utque audiatur Legatus Ferrariæ, prout practicatum in specie fuit ab hac Sacra Congregatione d. die 5. Junii 1694.

Non attenta subscriptione duorum de Magistratu cuidam Epistolæ exadverso Comparenti conscriptæ; Megistratus enim nostræ Terræ, qui quolibet bimestre mutatur, talem non habet facultatem, sed id spectat ad publi-

publicum Consilium, quod utique tali Instantiæ nunquam adhæsit, nec etiam de præsenti adhæret, ut justificamus in Summario.

Ne autem his alioquin validissimis exceptionibus videamur de nostris Juribus diffidere, pugnamque detrectare, deveniendo ad dubiorum examen, dicimus nos nullatenus impugnare ea, quæ concernunt observationem dispositorum *in Cap.* 19. 50. *&* 28. nostri Montis, in illis tamen terminis, & circumstantiis, in quibus loquuntur, hoc est respectu illarum Eleemosynarum, quæ proveniunt ex eo, quod superest, satisfactis expensis pignorationis ex legitimis usuris juxta ea, quæ observavi *in Instit. crim. lib.* 1. *tit.* 7. *à nu.* 94. Atque ex eo, quod superest ex pretio pignorum venditorum, tam in nostro Monte, quàm in Hæbræorum Teloniis, ob negligentiam Dominorum in illorum exactione; Non autem habent locum disposita in dictis Capitibus in illis Eleemosynis, quæ fiunt ex aliis speciebus bonorum nostri Montis, & signanter ex fructibus bonorum stabilium circa nimis moderatam illam summam Scut. 13. quæ scientibus, videntibus, & patientibus, tam Legatis Ferrariæ, quàm Episcopis Imolensibus pro tempore à multis annis pacificè distributa fuit bis in anno, in Feria nimirum quarta majoris Hebdomadæ, & in Vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, quod solitum distribuendi videtur in futurum permittendum, absque ulla innovatione ad *Text. in l. Minimè ff. de Legibus*, & animadversa per *Gonzal. in cap. Cùm Consuetudinibus de Consuet. Rocc. Select. Interpret. cap.* 75. *num.* 40. *Capon. discept. For. cap.* 85. *num.* 1. *& seqq. Rota decis.* 59. *nu.* 53. *apud Antonell. de Jurib. Cleric.*

Attenta præcipuè duplici circumstantia, prima quod hujusmodi solitum potest dici introductum ad alliciendum eosdem Officiales ad præstandam gratuitam quidem, sed nimis incommodam quotidianam assistentiam, & interessentiam in nostro Monte, de qua loquuntur novæ Constitutiones *Cap.* 2. ibi: *Che il Presidente &c. sia obligato invigilare, e sopra intendere a tutti gl' Interessi del Monte, come se fussero propri, con lasciarsi vedere ogni giorno nel Monte &c. gravando in ciò la Conscienza di esso Presidente*: Secunda verò, quia in distributione hujus speciei Eleemosynæ in nihilo defecerunt iidem Præsidentes Assistentes pro tempore, qui taliter suum Officium in hac parte adimpleverunt, ut meruerint etiam illorum operationes laudari, & approbari, tam à Legatis Ferrariæ, quàm ab Episcopis Imolensibus, nostrum Montem visitantibus, ut patet ex ultima Visitatione, peracta à Cardinali Astallio die 18. Septembris 1704. & ex Epistolis Cardin. del Verme datis in Summario.

Quod autem dicta tria Capitula Montis non comprehendant Eleemosynas, quæ factæ fuerunt in præteritum, & in futurum fieri debent à Præsidentibus Assistentibus pro tempore, ex fructibus Bonorum stabilium nostri Montis, patet ex illorum simplici lectura, *In cap. it. enim* 19. dicitur: *Distribuzione del sopradetto Avanzo dell' Elemosine de Pegni*: *In Cap.* 50. asseritur: *Li denari de' pegni venduti, che sopravanzeranno in Capitale &c.* Et demum *in Cap.* 28. legitur: *Li quali denari di sopravanzo, avuti dagli Ebrei &c. sia lecito al Monte dispensarle per amor di Dio*: Ex quibus verbis remanet manifestum, eadem Capitula specificè, & individualissimè loqui de redditibus, provenientibus ab aliis speciebus Bonorum à quibus ad nostras nullatenus valet inferri vulgaris Juribus, de quibus *in decis.* 28. *nu.* 38 *& decis.* 464. *nu.* 55. *cor. Priolo*, *& dec.* 745. *num.* 15. *cor. Emerix jun.*

Quodque hujusmodi species Redditunm non ampliùs reperiantur, nec connumerentur inter alios Redditus nostri Montis, remanet manifestum ex sola lectura nostri Summarii, in quo id literaliter fatetur Ratiocinator nostri Montis, cui testanti de re, ad suum officium spectante, omnis adhibenda est fides, ex adductis in punctualibus terminis per *Merlin. decis.* 882. *sub num.* 51. & generaliter *coram Buratt. decis.* 921. *num.* 1. *& coram Priolo decis.* 241. *eodem numero*, *& coram Bich. decis.* 73. *num.* 2.

Et ex his promanat negativa resolutio secundi Dubii: Quia præceptum pœnale, emanatum contra modernum Præsidentem Assistentem pro convocatione Congregationis Montis ad effectum regulandi distributionem Eleemosynarum, est indefinitum, & nullatenus specificat species illorum Bonorum, ex quibus fiunt Eleemosynæ, proindè ex huc usque animadversis in nostro casu nullatenus est exequendum.

Nescimus autem videre necessitatem disputandi observantiam alterius *Cap.* 24. nostri Montis circa locum, ubi convocari debeat Congregatio, & circa Personas, quæ in illa solent intervenire, dum in illis casibus, in quibus convocari debet, & pro illis rebus, de quibus Constitutiones loquuntur, nemo unquam impugnavit, neque impugnat, quin servari ad unguem debeat idem *Cap.* 24.

Cæterum, cùm ex antiquis Statutis habeatur, quod Adjuncti, quos hodie Congregationem appellant, à Præsidentibus requiri non debeant in quibuscumque negotiis Montis, sed dumtaxat in arduis, exemplificando in Additionibus, faciendis ad Capitula antiqua; In illorum mutatione; Necnon in Venditione alicujus rei notabilis, sive mobilis, sive immobilis; In his utique casibus, & circumstantiis ultrò concedimus, convocandam esse Congregationem, & cum ipsius Voto talia esse peragenda, nullatenus autem in aliis.

Remanet *Cap.* 25. novarum Ordinationum, cujus respectu cùm nullum adsit præceptum Vicarii Generalis pro illius observantia generali, quæque ad terminos *Cap.* 44. antiquorum Statutorum nulisteous impugnatur, nec etiam videtur permittenda illius disputatio. Disponunt enim antiqua Statuta exhibita in Summario, quod revisio Computorum omnium Officialium nostri Montis fiat à Conservatoribus, sive Præsidentibus; Quibus non adversantur novæ Constitutiones *in dicto capit.* 25. indefinitè injungentes Factori rurali *di render buon conto in fine del mese di Giugno ogni anno*; Quia dum non determinatur Personas, quibus reddere tenetur dictum Computum, intelligitur de illis, specificatis in Statutis antiquis, declarando hoc modo dictas novas Constitutiones ab antiquis Statutis, juxta regulam, de qua *Mastard. de General. Stat. Interpret. concl.* 2. *num.* 516. *Rota decis.* 56. *num.* 3. *par* 8. *& decis.* 3. *nu.* 19. *par.* 19. *recent.*

Illa autem verba, quæ sequuntur in dictis novis Constitutionibus, per separatam orationem, incipientem post punctum, & virgulam: *Quali Conti doveranno esser revisti, & approvati dalla Congregatione del Monte*: Declarata fuerunt ab observantia, juxta quam habemus in facto ab earumdem novarum Constitutionum editione, & sic ab annis 56. citra, Computa Factorum per extensum revisa semper fuisse à solis Præsidentibus, exhibito dumtaxat eorumdem Computorum Restrictu in dicta Congregatione, nunquam reclamantibus Personis, in illa per adeò longum temporis spatium intervenientibus, quæ pacifica observantia, præcipuè proxima editioni dictarum oovarum Constitutionum, & pacificè, ut supra observata, ad nostrum effectum magni facienda est, & inviolabiliter continuanda, ut considerando observantiam, proximam actui, de quo disputatur, notant adducti per *Rot. in dec.* 325. *num.* 1. *coram Ludovis. & decis.* 220. *num.* 22. *parte* 12. *& dec.* 254. *num.* 13. *& decis.* 674. *num.* 22. *par.* 19. *recent.* Et in nostris præcisis terminis advertit *Card. de Luca de Success. disc.* 9. *num.* 13. Et præ oculis habendo longævum, & pacificum modum exequendi Statutariam aliquam dispositionem *Rot. dec.* 674. *nu.* 20. *par.* 19. *rec.* cum ibi cumulatis.

In universum denique pro omnium præmissorum faciliori admissione supplicamus observare, quod præsens Controvarsia non habet pro fine bonum Regimen Montis, cujus respectu nostrorum Præsidentium operationes laudari meruerunt in Visitationibus peractis tam à Legatis Ferrariensibus, quàm ab Episcopis Imolen. pro tempore. Sed unicus finis videtur esse excludere Laicos officiales Fundatores ejusdem Montis, & quidem ex illorum propriis substantiis, & laboribus, sub clypeo Congregationis, in qua vigore novarum Constitutionum *cap.* 19. *in fin.* intervenire debent duo Parochi S. Jacobi, & Sanctæ Mariæ, præsentis Controversiæ Promotores, necnon Priores S. Dominici, S. Francisci, & Sancti Hilarii; Cum addito nimis grave, ferèque insupportabili ex eisdem Constitutionibus *cap.* 24. quod etiam si iidem essent impediti legitimè, vel Congreg. nollent intervenire, major pars sæcularium Administratorum nullatenus posset de re-

de rebus Montis disponere, ibi: *La Congregazione si doverà fare &c. Non volendo però, che si possa fare, se non vi saranno almeno li due Terzi delle Persone sopra nominate; Dichiarando però, che non s'intendano mai li due Terzi, se non vi saranno almeno due Priori de' sudetti tre Conventi, ed almeno uno de' sopradetti due Patriat, e ciò si fa perche li Secolari, che v'intervengono, facendo da se stessi il sudetto numero, non possino congregarsi, e fare risoluzioni senza la participazione de' sudetti Religiosi*: Quæ dispositio, nedum repugnare videtur omnibus principiis, juxta quæ habemus, quod absque ulla Personarum acceptatione factum à majori parte aliarum Congregationis uti factum ab omnibus, executioni demandandum est, juxta *Textum in leg. Nulli*, ibique *Gloss. verb. Duæ partes, & leg. Planè ff. Quod cujusque universitatis nomine, & leg. Suum hæredem ff. de Pactis* cum aliis apud *de Angel. in Opusc. de Patronor. suffrag. nu. 18.* Verùm etiam illam interpretando ad sensum Contradictorum prorsus destrueret fundamentalia Statuta nostri Montis in omni ferè illorum Paragrapho, & signanter *in §. 56.* in fine, unicè respicientia sæcularium favorem, ibi: *E considerato, che sono denari de' Poveri, e Secolari, e nella Città sono sempre simili Persone, che hanno necessità, e questa Opera è fatta per Loro, vogliamo, che si distribuiscano solo in Elemosine di simili Persone Secolari, e non a Persone Religiose, nè loro Luoghi &c.* [14]

Respectu verò aliarum eleemosynarum, quarum plures occurrunt species in dicto Monte, non nisi distinctim procedendo determinari potest præsens Controversia; Aut enim loquimur de eleemosynis, faciendis ex legitimis usuris Pignorum, & harum respectu ab hac Sacra Congregatione die 20. Decembris 1704. rescriptum fuit, illas permitti posse; Aut verò loquimur de aliis, & pari modo affirmativè rescribendum videtur, quoad eleemosynas ex reliquatibus pretii pignorum faciendas; Quid verò *in Cap* 19. 20. & 28. novatum Montis Ordinationum, de quibus in primo dubio, istius generis eleemosynarum dispensatio Judicio totius Congregationis committitur. Dicimus de istis, quod à pluribus annis propter deficientiam aliarum ex redditibus [15] Bonorum stabilium in miserrima summa scutorum 26. annuatim distribuuntur, illasque à solis Præsidibus juxta solitum elargiri debere, congruum est, ut probavimus supra.

Attento, quod ex parte Præsidentium minimè probetur, hodiernas eleemosynas fieri ex redditibus Bonorum stabilium; Ultraquamquod enim hoc satis justificavimus cum juratis Attestationibus datis in Summario, [16] quæ tanquam ab Officialibus procedantes circa ea, quæ proprium ministerium concernunt, plenam faciunt probationem, ex punctualiter animadversia per *Rotam in decis. 882. sub num. 21. coram Merlin.* & generaliter *coram Buratto decis 921. num 1. & coram Rich. dec. 73. num 2. & coram Priolo decis. 241. num. 1.* Utique ipsa præsens Controversia de per se mirificè eandem probationem concludit, reflectendo, quod nimis improprium esset ex adverso Judicem s dite pro consequenda participatione circa aliarum eleemosynarum distributionem, à nobis, ut præmissum est, non impugnatam, nisi tertia earundem eleemosynarum species extaret, à solis Præsidentibus regulata, quod argumentum quatenus non admittatur, sed ad sensum Partis credere magis placeat ex redditibus Bonorum stabilium eleemosynas verè non practicari, supervacaneum prorsus est super isto prætenso non ente non minus disputare, quàm rescribere ad [17] *Text. in leg. Ejus, qui in Provincia ff. Si cert. petat.* cum aliis apud *Ansald. decis 68. num 4.*

Cæterum admisso, prout inficiari non potest, eleemosynarum usu ex redditibus Montis, non relevat, quod istæ fieri debeant à Congregatione, sicut de aliis sancitum est à recentioribus Ordinationibus; Cùm enim Ordinationes antedictæ specificam, individualem, & taxativam mentionem faciant de certis, & determinatis eleemosynis, de illis videlicet ab usuris, & reliqua- [18] tibus pignorum facien. non sunt ulteriùs extendendæ in præjudicium Præsidentium, quod enim lex non dicit, nec nos dicere debemus, ait *Surd. decis. 122. num. 13.* & concordant *Gonzal ad Reg. 8. Cancellar. gloss. 5. n. 24. & Rota decis. 697. num. 7. par. 1. rec.*

Præsertim quia magnum inter unum, & alterum casum intercedit discrimen, nam usurarum, & residuorum distributio Congregationi commissa per dictas Ordinationes circa id versatur, quod ad Montem præcisè non pertinet; Unde ex hoc ampliari non debet earundem Ordinationum dispositio, ut procedat etiam in casu, quo redditus ipsi bonorum Montis distribuuntur, su- [19] per quibus cùm amplissimum arbitrium iisdem Præsidentibus tributum sit à Statutis antiquis, independenter à Congregatione, ut probavimus supra, consequens est, ut in istorum dispensatione Præsidentes ipsi majori potiri debeant prærogativa, & sic quod ex diversis cum tanta rationis disparitate incongrua detur illatio.

Nec obstat, quòd imò peculiaris vigeat ratio, ut eleemosynæ ex fructibus Bonorum faciendæ, Congregationis Judicio sint subjiciendæ; Licèt enim in *Cap.* 26. novarum Ordinationum præscribatur, quod residuales Stabilium redditus post onerum, Legatorum, & Mercedis Factoris solutionem ad Capitale Montis reinvestiantur, non inde tamen hujusmodi dispositio tanta videtur amaritudine accipienda, ut antiquorum, & fundamentalium Statutorum destructionem importet, sicut illam sanè importaret, admittendo, quod Præsidentes, qui in arduioribus tantùm Congregationem evocare tenentur ab illa in minimis quoque dependere deberent, prout minimum est moderatissimam summam scutor. 26. annuatim in piissimam, & religiosissimam eleemosynarum causam erogare; Legum enim quantum fieri po- [20] test, curanda venit conciliatio, nequaquam autem inducenda correctio, *leg Si quando Cod. de Inoff. Testam. Roman. cons. 104. num. 1. Mar Ant. var. resol. lib. 1. resolut. 18. num. 12. & Rota decis. 997. num. 7. coram Dunozz. jun.* quod pariter fuit de mente dictarum novarum Ordinationum, quæ nullatenus revocant antiqua Statuta, ut perperam ex adverso supponitur; Imò illa expressè confirmant in earum Exordio, ibi: *Confirmandosi inoltre ogni, e qualunque Decreto, ed Ordinazioni, fatte da altro Superiore di d. Monte &c.*

Ulteriùs omni animadversione dignum est, quod Mons plura possidet Bona, neque Legatis, neq; aliis oneribus, à Testatoribus gravata, cùm acquisita fuerint ex propriis ipsius Montis pecuniis, etiam post editas recentiores Ordinationes, ut justificamus in Summario.

Et proinde cùm respectu istorum Bonorum antedicti *Cap.* 26. ratio non applicetur, minùs applicari potest il- [21] lius dispositio *Surd. cons 67. num. 19. Rota dec. 203. nu. 6 par. 17. & dec. 165. n. 12. par. 19. rec.*

Minùs officit, quod eleemosynæ, cujuscumque sint generis, congruentiùs ab Ecclesiasticis, quàm à Laicis distribuantur; In hoc siquidem Consuetudines po- [22] tissimùm sunt attendendæ ad *Text. in leg Minimè ff. de Legib.* & animadversa *per Gonzal. in cap. Cùm consuetudinis de Consuetud. & Rota decis. 19. num. 23. apud Anton. de Jur. Cleric.* Imò in casu nostro Ecclesiastici, quantò magis fieri potest, arcendi sunt ab eleemosynarum administratione, ne occasionem propter hoc sumant, easdem eleemosynas sibi ipsis, vel eorum Locis applicandi, contra expressam formam antiquorum Statutorum §. 56. ibi: *E considerando, che sono denari de' Poveri, e Secolari, e nella Città sono sempre simili Persone, che hanno necessità, e questa Opera è fatta per loro, vogliamo, che si distribuischino solo in elemosine di simili Persone, e non a Persone Religiose, nè loro Luoghi &c.* Ipsisque Ecclesiasticis proinde earum eleemosynarum dumtaxat permittenda venit dispensatio, super quibus eis specificè tributa est Jurisdictio à novis Ordinationibus, ut sic quanto minùs possibile est menti Fundatorum nostri Montis, ut par est, contraveniatur.

At omnis tollitur difficultas reflectendo, quod etiam eleemosynæ ex redditibus Stabilium verè à solis Præsidentibus non distribuuntur, sed quod & Ecclesiastici earundem eleemosynarum fiunt participes, cum hac sola distinctione, quod Præsidens Assistens de aliqua cæteris majori quantitate disponere solet, summam tamen scutorum sex qualibet vice non excedentem, ut probavimus in Summario. Quare hoc stante, grave nimis [23] redditur, ut qui per totum anni cursum quotidie maximo cum labore, & sine ullo salario Monti assistit super tam exigua, tenuique prærogativa vexetur ab illis personis, quæ Regimini ejusdem Montis nullam præstant

assi-

assistentiam, & à quibus insuper retro elapsis temporibus eadem æquissima prærogativa fuit semper admissa per acceptationem sibi traditæ partis eleemosynarum, ex probatis in Summario.

Stantibus præmissis ex levitate materiæ satis manifestè liquet mordicam Controversiam non eò tendere, ut Mons benè regatur, cùm melius à Præsidentibus gubernari non possit ex Testimoniis Eminentissimorum Legatorum, & Episcoporum relatis in Summario. Verùm potius, ut omni destituatur assistentia, prout non abs re citò continget nisi à sapientissimo, discretoque Judicio consueta rationabilis eleemosynarum praxis servari mandetur; Cuique siquidem notum est in omnibus ferè locis Piis eorum Gubernatores aliquo in præmium laboris honore potiri, vel dispensationis dotium, 24 vel distributionis eleemosynarum, vel simili, cùm sentiens incommodum, commodum quoque, aliquod sentire conveniant *leg. Secundùm naturam ff. de Regul. Jur.* cum aliis apud *Rotam decis.* 239. *num.* 13. *part.* 18. *recent.* à qua universali consuetudine, cæteris etiam præcisis fundamentis Præsidentes exceptuari non merentur.

Ab eleemosynis ad Computa Factoris descendentes, de quibus loquitur *Cap.* 25. novarum Ordinationum jam probavimus, quomodo Statutum hujusmodi congruè interpretatum fuerit ab observantia, ut magis compa- 25 teretur cum fundamantali Montis lege in ordine *la* 44. de qua in Summario; Unde super hoc brevitatis gratia ad loca citata benignè recurrere supplicamus, & ex ibi deductis recensitam observantiam approbare.

Absque eo, quod officiat, consuetudinam non probari à Nobis expositam exhibendi simplicem rationum restrictum in Congregatione ad effectum habendi solidationem post jam dispunctim revisas ipsas rationes à Præsidentibus, quoniam ultra fides ad hoc justificandum adductas in Summario. Id insuper juxta Partis desiderium manifestatur ex partitis Congregationis Montis, ex quarum tenore abundè convincitur, quod in Congregatione sola petitur solidatio nedum post dispunctas rationes, verùm & post repositum reliquatum in Capsa, 26 fuitque hic idem stylus absolutè admissus à Vicario Imolen. tum in Relatione ad hanc Sacram Congregationem, quàm in Epistola ad Præsidentem Assistentem; Quo circa indebitè nimis impugnatur ex adverso, quod ab eorum Superiore non inficiatur, neque inficiari ullo modo potest, esto nulla in proposito exhiberetur justificationis species.

Ipsa etenim natura rei nostrum ad hominem convincit assumptum, impossibile siquidem fuit, quod amplissimæ administrationis rationes dispunctim, & per par- 27 ritas examinari potuerint in Congregatione spatio medietatis diei ad summum explenda, unde cùm ex adverso alius allegari nequeat ipsius revisionis modus, concludendum venit pernecessè, Rationes à Præsidentibus fuisse revisas, stante præsertim eorum circa istud Jurisdictione, de qua *Capit.* 44. antiquorum Statutorum.

Firmato igitur solito circa modum Factoris, computa dispungendi, vanum est asserere Præsidentes hodie 28 frui Juribus non debere, quibus antiqui Præsidentas ex dispositione fundamentalium Statutorum fruebantur, & ex quo numero sint minores, & ex quo per modernas Ordinationes superaddita fuerit eadem Congregatio.

Primum namque non subsistit in Jure, cùm certum 29 sit nedum Collegium cum iisdem prærogativis in unica etiam Persona conservari, ad *Textum in leg. Sicut municipium ff. Quod cujusque Universitatis nom.* & animadversa per *Fagnan. in cap. Postulasti de Jurepatronatu.* Verùm etiam subrogatum Collegium ea omnia retinere, quæ ad antiquum spectabant, *Rota cor. Coccin. decis.* 1339. *num.* 10.

Secundum verò corruit in facto, quia Congregatio aderat etiam tempore antiqui Statuti, & repræsenta- 30 batur per illos quatuor, quorum Consilium Præsidentes exquirere tenebantur in arduioribus, qui quatuor hodie etiam inter Congregatos connumerantur, ut ex *Cap.* 19. recentiorum Ordinationum.

Et hinc promanat, quod cùm Congregatio minimè subrogata sit in locum antiquorum Præsidentium, sed quod hodierni Præsidentes iidem sint, quales fuerunt antiquitùs, promanat inquam, quod Præsidentes suas proprias, & peculiares retineant Jurisdictiones independenter à Congregatione, ut per totam ferè antiquorum Statutorum seriem signanter in *cap.* 2. 6. & 44. de quibus in Summario.

Resolutio proinde hujus dubii in ea parte, quæ respicit observantiam *Cap* 24. novarum Ordinationum, 31 capi non potest, nisi eo sub temperamento, quod Congregatio quidem semper convocetur, quoties opus fuerit, sed dummodo de iis pertractandum sit, quæ ad ipsam pertinent Congregationem, neutiquam autem, ut ea proponantur, in quibus ipsi soli Præsidentes Jurisdictionem exercent.

Die 20. Decembris 1704. Proposita Causa in Congregatione Concilii sub dubiis

I. *An ordines dati per Vicarium Generalem Imolen. super observantia Capitulorum Sacri Montis Pietatis Terræ Lugi, sint servandi? Et quatenus affirmativè.*

II. *An præceptum pœnale ad effectum recognoscendi & regulandi distributiones eleemosynarum, sit exequendum?*

Ad utrumque responsum fuit: *Affirmativè, quoad eleemosynas, faciendas ex usuris.*

Verificatum fuit in hac Causa vulgatum illud adagium inter duos Litigantes, tertius gaudet: Cùm enim Collitigantes non revocarent in dubium converti posse in eleemosynas residuum pretii Pignorum, non comparentibus tempore congruo illorum Dominis, sed sola controversia inter ipsos relucceretur ad hoc, ut decidi deberet, quis eorum agere deberet dictas eleemosynas. Sacra Congregatio solita maturitate post affirmativam resolutionem dictorum dubiorum ex officio respondit: dictum residuale pretium deponendum esse ad commodum Dominorum Pignorum; quo Rescripto mediante, ambo Collitigantes remanserunt vacui manibus, & Tertiis, sive Dominis Pignorum reservatum fuit illorum residuale pretium ea viva ratione, quia absque illorum consensu nullo titulo ab eis auferri poterat, & in eleemosynas converti, quia ista facienda est de Bonis propriis, non de alienis.

DISCEPTATIO XIV.

Neapolitana Jurium Funeralium.

PRO

Hebdomadariis Ecclesiæ Collegiatæ S. Joannis Majoris Neapolis

CUM

Canonicis ejusdem Collegiatæ.

ARGUMENTUM.

Occasione associationis Funeris, quando debeantur emolumenta duplicia, vel simplicia; Et quomodo illa dividi debeant inter Canonicos, & Hebdomadarios Ecclesiæ S. Joannis Majoris Neapolis. Quibus Exequiis teneantur intervenire, tam Canonici, quàm Beneficiati.

QUæritur in primo dubio: *An Decretum Curiæ Archiepiscopalis sit confirmandum, vel revocandum, seu reformandum.* Idem verò Decretum est sequentis tenoris: 1

Mandamus, de emolumentis, provenientibus ab Exequiis, appellatis, doppie, seu pompose, *quando integrè exiguntur, emolumenta prædicta* del doppio *intra, & extra Civitatem Neapolis, juxta taxam Synodalem, dicti RR. Canonici, sive eorum Canonicus Cellerarius* 2 *solvere habeat, & debeat dictis Hebdomadariis quantitates conventas, & contentas in Instrumento conventionis &c. anni* 1708. *fol.* 4.

Quando verò ex dictis Exequiis dette doppie, *seu* pom-

pompose *non exiguntur integra emolumenta, juxtà d. Taxam Synodalem, de illis quantitatibus, quæ dimidiatè exiguntur, teneantur dd. RR. Canonici, seu Canonicus Cellerarius solvere Hebdomadariis prædictis ratam proportionatam, & respectivè ad quantitates exactas, & dd. Hebdomadariis ex conventione assignatas in Instrumento prædicto.*

Et proinde dd. Canonici reddant computa omnium quantitatum exactarum, & perventarum ex emolumentis exequiarum dette doppia, *seu* pompose, *tam integrè, quam dimidiatim à die motæ litis ad finem.*

Nec non in futurum quando integrum non exigitur d. jus &c. dei doppio *concordetur &c. tam à R. Canonico Cellerario, quàm à Cellerario Hebdomadariorum ad evitanda dissidia, & Jurgia &c.*

Videtur autem idem Decretum reformandum, & respectivè ravocandum, ut infra.

Reformandum in ea parte, in qua mandat, Canonicos non teneri, ad integram solutionem emolumentorum funeralium *doppie*, seu *pompose*, eo quia favore Hebdomadariorum militat in hac parte literale Instrumentum conventionis, solemniter initæ inter Hebdomadarios Canonicos, datum in Summario in quo ultro admiserunt dd. Canonici, *che in alcune specie di dd. esequie ordinarie*, vulgo *chiamate* doppie, *seu* pompose &c. dd. Hebdomadarii *hanno avuto, & hanno il jus d'intervenirvi anch'essi, e perciò lucrare grana sette, e mezzo per ciascheduna delli carlini dieci di d. jus, che si esigge intra mœnia Civitatis, e delli carlini undeci extra mœnia*. Hujusmodi enim Instrumentum inter Partes, quæ illud fuerunt stipulatæ, habetur pro veritate, & dicitur probatio probata à DD. quos citant, & sequuntur *Farinac. de Inquis. q. 156. n. 156. Prat respons. crim. 26. num. 4. & Rot. decis. 347. n. 11. p. 11. rec. & in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Tetigimus coram Ansaldo*, Et propterea paratam meretur exequutionem, tam pro concedenda Hebdomadariis manutentione exigendi dd. emolumenta, in qua reperiuntur, te stibus ipsismet Canonicis, per ea, quæ notant *Decian. consil. 10. num. 77. & seqq. lib. 3. Fusar. cons. 106. num. 3. & 5. & Rot. decis. 112. num. 20. coram Bich. & dec. 279. num. 2. p. 5. rec.* Quàm pro canonizzatione ejusdem boni juris in petitorio, juxtà *Textum in L. Generaliter vers. Nimis enim cod. de Non num. pecun.* & firmata per *Rot dec. 105. in fine cor. Ottbob. & dec. 231. n. 9. cor. Priola*.

Fortiùs, quia Canonici super observantia ejusdem Conventionis, omniumque in d. Instrumento contentorum, nedum expedierunt coram A. C. Monitorium super illius observantia sed quod magis est sententiam ab eodem A. C. obtinuerunt pro exequutione omnium contentorum in dicto Instrumento & propterea eo minus contenta in eodem Instrumento valent impugnare, vel illud in una parte acceptare, in alia verò impugnare adversus dispositionem *Text. in leg. Pomponius scribit ff. de Negot. gest.* ibique *Gloss. verb. semel probatum*, & animadversa per Baldum *consil. decimo per tot. lib. secundo, & Rot. decis. 13. num. septimo coram Mant. & decis. 138. num. tertio part. decimaoctava recent. & in Roman. Pecuniaria 22. Junii 1718. §. Absq. eo coram Lancetta*.

Nec dicatur, quòd de præsenti eadem emolumenta non exigantur integraliter eodem modo, quo exigebantur tempore, quo stipulatum fuit d. Instrumentum.

Respondemus enim, quod contraria assertio non est adeò subsistens in facto, adeoque clara, ut retardare valeat Hebdomadariis manutentionem, in qua incontrovertibiliter reperiuntur, ex regula, quod exceptio turbida manutentionem apta non est retardare, de qua *Post de Manut. observ. 68. num. tertio & Rot. dec. 422. n. 5. & 15. part. 1. & decis. 551. num. 7. part. 4. tom. 3. rec. & dec. 551. num. 16 coram Priolo*.

Quibus addimus, quòd, cùm eadem emolumenta pendeant ab universo jure Parochiali, de sui natura certo, & indubitato, talisque qualitatis, ut ad illius titulum ordinati fuerint ad Sac. Ordines multis ex Hebdomadariis, ut refert Archiepiscopus in Relatione, data in Summario. Inde sequitur, quod nulli subjaceat diminutioni, vel reductioni, aliàs possent illi, qui ad d. titulum fuerunt in sacris ordinati, posita illorum diminutione, vel reductione cogi ad mendicandum, quod non videtur permittendum, adversus ea, quæ determinata fuit in *Conc. Trid. sess. 21. de Reform. c. 2.* ut notant adducti ibidem per *Barb. n. 3. & seqq.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo neque etiam exadverso controvertitur, quòd multæ exequiæ *doppie*, seu *pompose* explentur cum interventu Cleri Sæcularis, & regularis; Et propterea etiam hodie exequutioni demandari debent pacta, inter Collitigantes conventa, circa dd. exequias duplices, seu pomposas, non attenta accidentali diminutione in aliqua parva summa, diversa ab illa antiquæ Taxæ Synodalis, quæ non solet attendi, juxtà ea, quæ in simili discurrunt *Spad. cons. 159. num. 4. tom. 3. & Card. de Luc. de Regalib. disc. 49. n. 19.*

Subsistentia harum reflexionum agnita etiam fuit à Curia Archiepiscopali, à qua demandatum fuit, ut in his circumstantiis revidenda sint Computa omnium quantitatum, in præteritum exactarum, ad hoc, ut possit recognosci illa vera quantitas, quæ spectat ad Hebdomarios, evitando hoc modo fraudes, quæ fieri possent in futurum in præjudicium eorundem Hebdomadariorum, & injungendo, quod in illis casibus, in quibus hæredes prætendunt integraliter non solvere Exequias duplices, seu pomposas, omnia tractentur, & concordentur, non solum cum consensu, & interventu Cellerarii Canonicorum, sed etiam Cellerarii Hebdomadariorum.

Cæterum, quatenus inclinari velit in sensum confirmandi Decretum Curiæ Archiepiscopalis eo modo, quo jacet, in omnem pessimum casum iisdem emolumentis diminutis, minuendum pariter esset eorum servitium Ecclesiæ, & assistentia choro, ad *Text. in can Ecclesiasticis 22. q. 2. & in cap. Cùm secundum de Præbend. in 6.* & animadversa per *Laram de Anniversar. & Cappellan. c. 15. n. 1. & seqq lib. 1.*

Aliàs enim admitteretur inter Contrahentes magna inæqualitas, quia cum integro servitio Ecclesiæ & in nihilo diminuta assistentia Chori, daretur Hebdomadariis dimidiatum præmium, seu recompensatio, quod omnibus juribus opponitur, ut videre est apud *Menoch. cons. 34. num. 11. Card. de Luc. de Regalib. discurs. 134. num. 5. & Rot. dec. 295. n. 12. coram Buratt. & dec. 2. n. 11. par. 19. recent.*

Quæritur in secundo dubio: *An verba illa Conventionis, in Instrumento apposita*, spectare Hebdomadariis in Exequiis duplicibus extra mœnia Civitatis Carolenos decem cum dimidio, loco Carolenorum undecim, & granorum quatuor, *intelligantur, ut Canonicis permissum sit retinere reliquos granos novem, aut potius illa restituere teneantur*, Illud autem videtur resolvendum cum rescripto, *Canonicos teneri restituere dd. granos novem, in præteritum exactos, & in futurum illos debere dare Hebdomadariis*.

Quia indubitatum est in facto, quod tam tempore, quo Hebdomadarii erant Confratres, quàm de præsenti, semper unusquisque ex eisdem in exequiis duplicibus extra Mænia Civitatis, exegit granos novem cum dimidio, quod ad hominem comprobatur, tam ex antiquis Visitationibus annorum 1580. & 1645. quàm ex confessione Sacerdotum nostræ Ecclesiæ, in quorum locum successerunt Canonici Adversarii, ut videre est in Summario. Idemque comprobatur ex Relatione Archiepiscopi, Sac. Rituum Congregationi directa, & data in eodem Summario, Grani autem novem cum dimidio alterius, multiplicati per duodecim, quot sunt nostri Hebdomadarii constituunt summam carolenorum undecim, & granos quatuor, ut patet Calculanti. Et propterea manibus palpatur error, qui irrepsit in eodem Instrumento, in quo iidem grani novem cum dimidio, multiplicati per duodecim Hebdomadarios, calculati fuerunt in carolenia decem cum dimidio. Idem proinde manifestissimus error calculi, sicuti nemini præjudicavit, ita omnidò corrigendus est, & ad veritatem reducendus, ex essentialissimo defectu consensus, *Textus* sunt literales in *l. Non idcircò C. de Jur. & fact. ignorant. & in leg. Nihil consensus ff. de Regul. Jur.* ubi ad rem notat *Dec.* quod an hæc regularis propositio, nullam admittit limitationem, & concordant *Surd. cons. 202. num. 10. & Rot coram Ludovis. decis. 179. num. quinto, & coram Ansald. decis. 56. num. 2.* ibi: *Error calculi semper emendari debet in Judiciis, & quibuscumque aliis contractibus, vel quasi contractibus, ad*

Tentum &c. in part. undecima recent. dec. 94. num. 3. & in p 17. dec. 11. num. 1.

Non attenta d. litera Instrumenti, cùm enim evidenter constet de falso præsupposito, cum quo idem Instrumentum stipulatum fuit, eodem supposito corruente, 21 corruit ipsamet assertio, & ex illa nulla orta fuit obligatio, ut, adductis concordantibus, observat *Card. de Luc de Dot. discurs. 156. n. 29.* ibi: *Quodque actus, gestus ex falso præsupposits corruat, & non obliget, Buratt. &c.* & firmavit *Rot. dec. 94. num. 26. part. 11. & decis. 25. n. 3. cor. Ottbobono, & dec. 164. num. 1. coram Cerr.*. Atque error in his circumstantiis evidenter dicitur probatus eo ipso, quod ex sola calculatione constat, rem aliter se habere 22 juxta theoricam *Bald. in leg. Sed, & si me putem num. 2. ff. de Condiction. in debit.* quam sequitur *Bursatt. consil. 339. num. 24. Palm. nepos alleg. 57 num. 9 & in. Banden. collectat. legal. 27. num. 75. lib. 1. & Rot. dec. 72. n. 41. coram Ansalds.*

Contrarium autem prætendendo verificaretur magnum illud inconveniens, quod Canonici locupleta- 23 rentur cum aliena jactura, quod non videtur permittendum, adversus dispositionem *Tent. in leg. Nam hoc Cod. de Condict. indeb.* cum aliis apud *Mant. decis. Lucen. 23. num. 23. Mar. Antoain. variar. resolut. lib. primo resolut. 23. num. 3. & Rot. decis. 524. num. quarts part. a. recent.*

Neque iste unicus est error, qui irrepsit in eodem Instrumento, dum multi alii probantur in facto, ex quibus propterea faciliùs succurrendum est Hebdoma- 24 dariis, ab eisdem erroribus multa præjudicia sentientibus.

Deveniendo ad tertium dubium, in quo quæritur: *An in Exequiis, quæ fieri permittuntur ab Eminentissimo Archiepiscopo tempore nocturno, cum interventu Beneficiatorum, vel cum Cruce, sine tali interventu, debeatur Hebdomadariis portio, nedum simplex sed etiam duplex, itaut Canonici teneantur restituere emolumenta,* 25 *hucusque exacta illius ante discussionem:* Pro illius congrua resolutione præmittendum est, quod tam ex dispositis in *Ritual. Roman. tit. de Exequiis vers. His itaque, & sequentibus*, quàm vigore *Synodorum Provincialium nostræ Civitatis anni 1576. fol. 82.* Nec non *anni 1694. fol. 137.* prohibitum est ante solis ortum, & post illius occasum Defunctorum Cadavera, cujuscunque sint conditionis, & status ad sepeliendum ducere, sive in Curribus, sive in Sedibus gestatoriis, vel quovis alio insueto modo, quod determinatum pariter fuit *in Statuto Cleri Urbis cap. 5. §. 20.*

Verum tamen est, quod ab hac regula solet aliquando recedi, semper tamen mediante licentia Archiepi- 26 scopi, præcipuè in funeribus Personarum qualificatarum, vel magnatitiæ qualitatis: In qua Archiepiscopi licentia, præservantur semper omnia Jura Parochialia, dum illa qualificari solet cùm sequenti, vel simili clausula, *Salvis tamen omnibus Juribus Parochialibus.*

Hujusmodi solemnitas Exequiarum, licèt frequens sit in omnibus Parochialibus Ecclesiis Civitatis Neapolitanæ, frequentissima est in nostra Parochiali Ec- 27 clesia S. Joannis Majoris, quam singularem in toto Catholico Orbe appellat *Card. de Luc. de Paroch. discurs. vigesimo octavo num. primo*, ubi, quod ante annum 1656. quo Neapolitana Civitas summoperè à Peste afflicta fuit sub illius Parochia quoad Jus Funerandi numerabantur tercentum mille circiter Animæ.

Hoc præmisso, videtur respondendum huic dubio affirmativè, quia hoc genus Exequiarum non potest ullo modo regulari ad instar simplicium, sed verè, 28 & propriè juxta regulas, & determinationem Exequiarum duplicatarum, seu pomposarum; Quod est adeò verum, ut à Canonicis in illarum concordatione, quæ fieri solet cum hæredibus defuncti, semper concordatio excedit summam majorem illa, quæ solvi solet pro Exequiis duplicibus, seu pomposis, ut ex adverso non controvertitur estque notorium in nostra Civitate.

Cùmque hujusmodi summæ, quæ concordantur in circumstantiis nostri dubii inter Canonicos, & hæredes defuncti, verè, & propriè contineantur sub Juribus Parochialibus, quæ præservantur in licentiis Hebdomadarii Archiepiscopi, & de quibus participare debent in necessariam venit consequentiam, quod eadem participatio non debeat regulari ad instar Exequiarum simplicium, sed habita proportione ad 29 summam, cum hæredibus concordatam.

Non attenta reflexione, quod eidem petitioni dicatur renunciatum per illa verba Instrumenti conventionis. *Cedono, e renunciano ogni altra loro pretensione, che per il passato avessero potuto avere, e pretendere per qualsisia causa.* Hujusmodi enim verba intelligenda sunt de aliis antiquis prætensionibus, & Juribus, Hebdomadariis competentibus circa *le lontananze, orare*, & similia, non autem comprehendere possunt emolumenta illa, quæ dicuntur, & sunt Parochialia, quæ- 30 ve in specie exceptuantur, & præservantur in Licentiis, quæ concedi solent à Curia Archiepiscopali, juxta ea, quæ notant communiter *Repetentes in l. prima §. Sed excipiuntur ff. de Feriis*, cum aliis concordantibus apud *Comitol decis. 165. num. 54. & coram Cels. decis. 327. num. quiats.* Aliàs illud sequeretur absurdum, quod inducta ad augumentum, & conservationem an- 31 tiquorum Jurium, operarentur illorum diminutionem, contra *Textum in l. Nulla Juris, ff. de Legibus, & in l. Quod favore Cod. eod.* cum concordantibus apud *Surd. dec 195. num. 5. & coram Priolo decis. 403. num. 5. & coram Emer jun. dec. 1203. n. 8.*

Absque ulla prorsùs difficultate ex quo eadem omninò ratio militat, tam respectu Exequiarum duplicium, seu pomposarum, quàm respectu illarum, quæ fiunt de nocte, cum permissione, & licentia Curiæ Archiepiscopalis, quæ cum omni sermonis proprietate 32 dici possunt pomposiores; Et propterea in utroque casu eadem applicari debet lex, seu conventio; ad *Tentum in l. Illud ff. ad leg. Aquil.* & animadversa per *Fulgos. cons. 15. num. 2. Ugolin. de Potest. Episcop. tit. 13. §. 27. num. primo, Perea. de Lara de Cappellan. lib. 11. cap. 5. num. 24. & Rot. decis. 348. num 13 part. 17. recent.* ubi, quod id procedit, non per viam extensionis, sed comprehensionis, & *cor. Carili dec. 51. n. 15.*

In quarto dubio quæritur. *An sub pacto, quod priùs deducatur Jus Parochiale ab Exequiis Capitularibus, occurrentibus intra Districtum Collegiatæ, nec aliarum Parochia-* 33 *lium filialium, comprehendantur etiam alia Jura, vulgo nuncupata* dello scendere, *Bara, Portatura, Fossa, Campana, Lontananza, Entratura, Officio, seu orare, Cera, ed altro.*

Et quatenus affirmativè; An etiam deducenda veniant aliqua ex prædictis Juribus, quatenus defunctus alterius Parochiæ sepeliendus veniat in Ecclesia Collegiata S. Jo: Majoris.

Pro cujus resolutione supponendum in facto est, quod post novissimam erectionem nostræ Ecclesiæ in Collegiatam insignem, antiquis speciebus exequiarum, 34 addita fuit alia species, quæ nuncupatur *Capitularum*, ea eo quia fieri solet cum interventu totius Capituli, totiusque Cleri nostræ Ecclesiæ, hoc est illius Primicerii, Canonicorum, & Hebdomadariorum, quæ novissima species Exequiarum, vocatarum, Capitularium, est prorsus arbitraria, tam circa emolumenta, quàm circa voluntatem hæredum Defunctorum, ad differentiam antiquarum Exequiarum, tam simplicium, quàm pomposarum, quæ fieri omninò debebant ab antiquis Primiceriis, Hebdomadariis, & Confratribus, & hodie coactivè pariter fiunt à Presbyteris substitutis, sub certa mercede, à Synodo taxata.

Hujusmodi Capitulares Exequiæ, ut nimis frequentes, tam intra fines nostræ Collegiatæ, ejusque undecim Parochialium filialium, quàm extra eos, & per to- 35 tam Civitatem occurrentes, fuerunt proindè diversimodè consideratæ videlicet, quod, quando sunt intra, id est, quando sunt illorum Cadaverum, qui fuerunt Parochiani ejusdem Collegiatæ, vel undecim filialium; Tunc quia intrant dicta Jura coactiva Parochialia (sive sepeliatur Cadaver in Ecclesiis intra, sive extra dictos fines) fuit propter statutum inter ipsasmet Partes cum 36 eodem Instrumento *cap. 7.* quod ante repartitionem summæ concordatæ deduceretur: *Il puro, e solito, Jus Parochiale, anche del Doppio, spettante a detto Primicerio, Canonici, & Eddomadarii, e ciò se farà intra limites della detta Collegiata, e sue Parochiali suffraganee:* Ac proinde in aliis Exequiis, extra fines prædictos, non intrat dicta deductio, licèt sepeliatur Cadaver in Ecclesiis intra fines, aut in ipsamet Collegiata.

Quia

Quia vero prætendunt Canonici, ultra dictum purum, & solitum Jus Parochiale, deducere ulterius alia prætensa Jura *dello Scendere*, *Bara*, *Portatura*, *Fossa*, *Campana*, *Entratura*, *di Coltra*, *Officio*, *Cera &c.* & hoc modo ad nihilum ferè redigere portionem, Hebdomadariis debitam, supplicamus respondere, hujusmodi deductioni nullatenus locum esse, eo 37 quia nihil aliud præservatum fuit Canonicis, præter *il puro, e solito Jus Parochiale*, quod per Constitutiones Synodales, datas in Summario pro Exequiis simplicibus taxatum fuit in carolenis 18. intra, & in carolenis 21. cùm granis tribus, & denariis duobus, extra Mænia Civitatis; In duplicibus verò in carolenis 26. intra, ac 30. cum granis tribus, & denariis duobus extra Mænia.

Et propterea nullatenus comprehendit dicta alia Jura, in nostro dubio expressa, uti non Parochialia præcisè, & restrictivè, sed accidentalia, incerta, & communia, etiam aliis Ecclesiis non Parochialibus, in qui- 38 bus quis sepulturam eligat, qualia sunt illa *della Fossa*, *Campana*, *Entratura*, *di Coltra*, *Officio*, *Cera*, *& similia*, quæ uti etiam separata, & distincta à verò, & proprio Jure Parochiali, specificantur in Synodo Diœcesana anno 1694. *fol.246 & seqq.*

Posita autem hujusmodi clara distinctione dictorum Jurium, & clariori restrictione favore Canonicorum ad purum, & solitum, Jus Parochiale, talis clara con- 39 ventio præcisè, & punctualiter servanda est, nec licet ab illa recedere, juxta *Text. in leg.1. ff. de Pactis* cum concordantibus *apud Surd. cons.20. num.12. & Rot. dec. 549. num.1. coram Cavaler. & dec.326. num.11. coram Celso.*

Nec prætendi potest, eadem Jura contineri appellatione Jurium Parochialium, dum illa, uti prorsùs distincta, & separata leguntur in dicta Synodo Diœcesa- 40 na anno 1694. quæ uti particularis lex punctualiter servanda est, per ea, quæ notant *Ferret. cons 368. sub num. 56. Massobr. de Synod. cap.4. dub.41. & Rot. coram Zarat. decis.74. num.21. & in Colonien. Jurisdict. 17. Junii 1679. §. Quod facilius cor. Albergato.*

Minus dicatur, quod eadem emolumenta, consistentia in carolenis quatuordecim, adjudicata fuerint per 41 Sac. Rotam pro augumento Juris Parochialis in *decis.* 448. *par.13. rec.*

Respondemus enim, aliud esse, quod illis comprehendantur sub Juribus, annexis, connexis, & dependentibus à Jure Parochiali, de quibus loquitur ibidem Rota; 42 Aliud verò, longeque diversum, quod comprehendantur inter pura, & solita Jura Parochialia, quod nullo modo affirmari potest, ex supra animadversis.

Ad hominem comprobantur hæc illis verbis: *Il puro, e solito Jus Parochiale, anche del Doppio spettante a detto Primicerio*, quæ addita fuerunt in eodem Instrumento conventionis; Licèt enim Exequiæ duplices contineantur sub denominatione Jurium Parochialium, largo modo acceptorum, id nullo modo applicari potest in præsenti, quia considerata fuit à Contrahentibus vis, & efficacia, necnon proprietas illorum verborum, *puro, e solito Jus Parochiale*, ad illa comprehendenda addita fuerunt à dd. Contrahentibus illa amplistiva verba, *anche del Doppio*, quæ digito ostendunt, quod in dicta conventione, ex Partium voluntate non fuerunt comprehensa ea omnia, quæ sub generali denomi- 43 natione Jurium Parochialium venire poterant, sed ea, quæ purè, & propriè talia erant; Partium autem voluntatem præferendam esse quibuscumque interpretationibus, & versionibus verborum, notant *Soccin. Jun. cons.106. sub n.20. Surd. decis.37. n.32. & Rot. coram Priolo decis.253. num. 10. & coram Ansaldo decis.93. nu.16.*

Affirmativè resolvendum videtur quintum dub. sequentibus verbis conceptum: *An Exequiæ agnatorum in primo gradu conjunctorum cum Canonicis, & Hebdomadariis, sint capitulariter, & gratis peragendæ, eo modo,* 44 *quo practicatur cum ipsis Canonicis, & Hebdomadariis defunctis; Et an Canonici teneantur interesse Officio, Missæ, & absolutioni Hebdomadariorum, eo modo, quo Hebdomadarii interveniunt Exequiis Canonicorum.*

Quia antequam Hebdomadarii fuissent aggregati numero Capitularium, solebant Canonici vigore eorum Conclusionis Capitularis, gratis intervenire Exequiis

prop
iidem
gnatis C.
quare code.
Agnati Hebdum.
bligatione, quam ip
in cap. Cùm in Officiis de Testam. ibi: *... tenemur ... illi, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse*, *Gloss. in l. 28. verb. Obligaverunt ff. de Petitione hæreditatis* ibi: *Omnis creatura movetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefacit, & talis obligatio ex instinctu Naturæ procedit*, cum concordantibus *apud Rotam in Bononien. Legati 16. Aprilis 1714. in principio coram Card. Strotto.*

Nec credimus eadversò insistendam in eo, quod Canonici aliquando emolumenta præstaverint Hebdomadariis pro Exequiis unius, vel alterius ex eorum Conjunctis; Hoc enim si aliquando practicatum fuit ex largi- 46 tate alicujus ex Canonicis, circa quod suum locum veritati relinquimus, impedire non debet continuationem generalis soliti, universaliter in præteritum practicati cum omnibus Conjunctis Canonicorum.

Ex eadem pariter ratione correspectivitatis, & gratitudinis tenentur Canonici interesse Missæ, Officio, & Absolutioni Hebdomadariorum, eodem prorsùs modo, quo Hebdomadarii interveniunt exequiis Missæ, Officio, & Absolutioni Canonicorum attento literali pacto dicti Instrumenti conventionis *cap. 11.* ibi: *Che tutti essi Primicerio, Canonici, & Eddomadarj siano scambievolmente, seu unitamente tenuti all'Essequie di ciascheduno defonto Primicerio, & Eddomadario*; Nomine enim dictarum Exequiarum, non solum venit associatio Cadaveris ad Ecclesiam, sed etiam omnia ea, quæ in his 47 casibus fieri solent, & Christiana pietate peraguntur ad terminos dispositorum in Rituali Romano sub *tit. de Exequiis §. 2. & pluribus sequen.*

Quatenus vero Canonici huic Instantiæ se opponant, quæ æqualiter respicit favorem tam Canonicorum, quàm Hebdomadariorum, ut patet Consideranti, eo quia serius, aut citius omnes Canonici, omnesque Hebdomadarii universæ carnis viam ingredi debent, neque etiam Hebdomadarii in futurum explere debent ea, quæ in præteritum nimia civilitate, & æquali assiduitate practicarunt. Quod si Canonici conqueren- 48 tur, adducere poterunt ad proprium favorem ea, quæ Senator ille respondit suo Principi, teste *Divo Hieronymo*, relato in *Can. Esto distinct. 95. Cur ego te habeam, ut Principem, cum tu me non habeas, ut Senatorem.*

Affirmativè pariter videtur respondendum 6. dub. in quo quæritur: *An Hebdomadarii exigere debeant aliquod* 49 *emolumentum in functione tertiæ Dominicæ cujuslibet mensis.*

Assistit enim in hac parte Hebdomadariis clara dispositio sæpè dicti Instrumenti conventionis *cap.7.* ibi: *Che da tutti gli Emolumenti, Lucro, ed altro, provenienti dalle dette Processioni, essequie, ed altre funzioni Capitolari, se ne debba dedurre* ante omnia *il solito Jus Parochiale &c. E poi di tutto quello resterà, darne altri carlini 3. per ciascheduno ducato alli dd. Eddomadarj*: Cùm enim in tertia Dominica cujuslibet mensis expleatur in nostra Ecclesia solamnis illa Capitularis functio expositionis Sanctissimi Sacramenti, cum celebratione Missæ cantatæ, & solemni Processione, pro quibus à Gubernatoribus 50 Capellæ Sanctissimi Sacramenti in nostra Ecclesia existentis, recipiunt Canonici certam summam, comprehensam in illa, quam recipiunt quolibet anno scut. 71. 60. Dignum, & justum est, quod ex tali summa Hebdomadariis solvatur rata portio ad rationem trium carolenorum pro quolibet ducato; Idque à die captæ possessionis eorum Hebdomadariæ, & per totum tempus servitii præstiti.

In hac etiam parte repetentes, quod quatenus Canonici velint pro seipsis dumtaxat retinere totam dictam summam scut. 71. 60. nullatenus cogi possunt Hebdomadarii idem servitium præstare, nemo enim tenetur 51 propriis stipendiis militare, & gratis inservire *Cap. Cùm in Officiis de Præscript. & cap. Si Episcopus de Officio Ordinarii in 6.* cum concordantibus *apud Antonell. de Jurib. & onerib. Cleric. par.6. cap. ult. nu.13.*

Sequitur septimum dobium: *An Canonici constituere teneantur Massam reddituum, distinctam pro celebratione Missæ Conventualis, caacns singulis diebus à Primicerio, Canonicis, & Hebdomadariis; Et an dictam vel aliam Missam applicare teneantur pro Populo, vel Benefactoribus*, quod duas hebet partes circa primam, illa videtur resolvenda effirmativè ad hoc, ut sempet adsit fundus pro celebratione dictæ Missæ Conventualis; Idque in eaecutionem paritet dicti Instrumenti conventionis, *cap. quinto*, ibi: *Si stabilisce da esso Primicerio, e Canonici un'annua somma delle loro proprie cuntrate per la Messa comune della Messa Conventuale tra esso* 50 *Primicerio, Canonici, & Eddomadarj, acciò, chi di essi celebrerà, se li paghi la carità di grani dodici, e mezzo per ciascheduna Messa cantanda, da applicarsi secondo l'iatenzione di esso Capitolo*; Pro executione siquidem ejusdem claræ conventionis omnia Jura clamant ea eductis per *Bald. in cons. 327. num 4. lib. 1. Prat. discept. 12. num. 8. lib. 1. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 10. n. 53. & Rocc. selectar. interpret. Jur cap. 78. n. 6.*

Non minus clara videtur affirmativa periter resolutio secundæ pertis ejusdem dubii circa applicationem ejusdem Missæ Conventualis, circa quam ed evitandam prolixiiatem, me remitto ad ee, quæ probavi in 51 *Instit. Crim. lib. 1. tit. 10 §. e. à num* 138. quibus addo alias posteriores rasolutiones Sac. Cong. Concilii in *Squillac. Applicationis Missæ 17. Martii 1714. ad quartum dubium*, & in *Camerinen. Applicationis Missæ Conventualis 19. Junii ejusdem anni, & in Comen. Missæ Parochialis, & Conventualis 11. Maii 1720. ad primum dubium.*

Ea viva ratione, quam adducunt omnes Doctores, de hac meteria trectantes, quod Canonici Ecclesierum, sive Cathedralium, sive Collegiaterum per- 54 cipiunt fructus suorum Canonicatuum sub onere inserviendi propriæ Ecclesiæ in celebratiune Divinorum Officiorum, quorum præcipua pars est applicatio Missæ Conventualis.

Idque procedit, non attenta etiam immemorabili consuetudine in contrarium, aut tenuitate reddituum, juxta 55 punctuales resolutiones dictæ Sacræ Cong. Concilii, à me citatas in dicto *lib. 1. Institut. Crim. tit. 10. §. a. n. 146. vers. Non attenta.*

Quibus jungitur municipale, seu perticulare Jus nostræ 56 Civitatis, de quo in Synodo Pruvincieli anni 1696. *cap. a. de Celebr. Missar. n. 15. fol. 4.* & in Synodo Diœcesana anni 1694. *cap. 4 de Divinis Officiis n. 7 fol. 124.*

Neque à tali obligatione eximi possunt Canonici mediante applicatione dictæ Missæ Conventualis pro illis Testatoribus, qui pie Legata favore nostræ Ecclesiæ reliquerunt; Id enim nulla tenus permittitur, minusque Missa, pro dd. Testatoribus applicanda, suffragetur pro iile elia distincta, & generali obligationa applicandi Missam Conventualem pro omnibus Benefactoribus in genere, ut, articulo funditus discusso, resoluit *Sac. Congreg. Conc. in Callien. 19. Junii 1706.* quæ est in terminis longè fortioribus, eo quia in illa 57 Canonici, ed se eximendum ab onere applicationis Missæ Conventualis, se exhibebant promptos ad dictum effectum erigendi duas Ceppellanias pro totidem Cappellenis, quotidie obligandis ad Missæ applicationem, quam instantiam eadem Sac. Congreg. rotundè rejecit, ut videre est in *Lib. quinquagesimo sexto Decret. fol. 215.* & observevi *Ego in dictis Instit. crim. lib. 1. tit. 10. §. 2. num. 140.*

Octavum dubium: *An Hebdomadarii participare debeant* 58 *de Legato Missarum, & Anniversariorum Jo: Baptistæ Gagliardi*, videtur resolvendum affirmetivè.

Iste siquidem pius Testator, qui obiit anno 1616. mandevit in Codicillis, ot post suæ Uxoris obitum, Cep- 59 pella, quam erexerat in nostra Ecclesie, & in qua sepulturam contraaeret, transire deberet in Canonicos, tunc temporis Hebdomaderios, cum sequenti onere *di farvi fare le Celebrazioni, solite farsi, da celebrarsi dalli RR. Confratri*, quorum locum sub nomine Hebdomadariorum occupant Hebdomadarii, quæ celebrationes latiùs eaprimuntur, & specificantur in Summario.

Licèt eutem Emolumenta hujusmodi integrè spectare debuissent Hebdomaderiis vigore dictæ claræ dispositionis ejusdem pii Benefectoris, nihilominus Canonici celebratunt in prætetitum tres Missas, cum uno Anniversario, & à Ven. Domo Incurebilium, Hærede Gagliardi, soluti fuerunt annui ducati 32. ex quibus 60 Cenonici pro se retinuerunt ducatos 26. relinquendo Hebdomadariis solos ducatos sex, Idque non sine manifesta inæqualitate, ac læsiune, ut patet considetanti.

Et propterea iidem Canonici, non solùm teneotur restituere summam, in præteritum exactam cum dictu excessu, sed ulteriùs in futurum de eisdem emolumentis participare debent Hebdomadarii ad rationem oneris dictæ celebtationis Missarum, & Anniversariorum, per ipsos respectivè celebrandorum non 61 autem per Canonicos, juxta literalem dispositionem ejusdem pii Benefactoris ibi: *Di farci fare le solite celebrazioni, solite farsi, da celebrarsi dalli Reverendi Confratri, cioè sei Anniversarii l'anno, e una Messa la settimana &c. Di più un'altro Anniversario, e 3. altre Messe la settimana, che in tutto sono 7. Anniversarii, e 4. Messe la settimana &c.*

Cùm enim sit indubitatum in facto, quod non Cenonici, sed Hebdomaderii subrogati fuerint, & hodie locum occupent dd. Confretrum, utique ad illos, non au- 62 tem ad Canonicos, spectant dicta emulumenta, cum oneribus Anniversariorum, & Missarum, eisdem annexerum.

Non ettanta prætensa consuetudine, & esserta possessiune Canonicorum. Cùm enim illa hodie evidenter curruat ex sola lectura, & recognitione Codicil- 63 lorum d. pii Benefactoris, uullum fundamentum fieri potest in d. contrarie prætensa consuetudine, juxta aoream doctrinam *S. Augustini de Unic. Baptismat. lib. 2.* ibi: *Nemo consuetudinem rationi, & veritati proponant, quia consuetudinem ratio, & veritas semper excludit*, & concurdat *Divus Gregorius in epistola ad Giulimundum Episcopum Aversanum* ibi: *Quævis consuetudo, quantumvis vulgata, veritati omnino est postponenda, & & usus, qui veritati est contrarius, est abolendus*, cùm aliis concordantibus, secutis à *Rota dec. 313. num. 16. p. 15. recent. & in Terraconen. Præcedentiæ 28. Junii 1697. §. non obstat cor. Card. Caprara.*

In omnem verò casum, attenta amplitudine facultatum hujus particularis Congregetionis procedendi absque strepitu, & figura Judicii, sed sola veritate inspecte, semper succurrendum esset Hebdomadariis, quibus nullum præjudicium irrogare potuit erroneus consensus, & voluntariæ operationes Hebdomaderiorum antecef- 64 sorum, juxta *Text. in l. Non debet ff. de Reg. Jur. & in leg. Debitorem Cod. de Pactis* cum concordantibus apud *Rom. cons. 241. sub num 5 & Honded cons. 103 num 30. lib. 2* & firmate per *Rot. dec. 42. n. 5. p. 3. & dec 232. n. 18. p 7. & dec. 467 n. 2 p 19 rec.*

In 9. Dubio quæritur. *An duo ex Hebdomadariis teneantur sint ulla distributione, & emolumento, interesse Choro, & regere cantum tempore, quo Canonici satisfaciunt oneri Anniversariorum, tam ante, quàm post Instrumentum Conventionis, eis reiectorum*, quod videtur resolvendum negativè. Licèt enim in sæpedicto Instrumento conventionis Cap. 15. Id statuatur pro Anniversario, usque tunc nostræ Ecclesiæ relictis; Eainde tamen nullatenus inferri potest, quod idem quoque practicandum sit pro eliis Anniversariis, postea relictis, vel in futurum relinquendis; Dignum enim, & justum est, ut quilibet Operarius suam conse- 65 quetur mercedem, & qui Altari servit, de eodem Altari vivere debet, juxta *Text. in Can. 12. quæst. 2. & in Can. Pontifices 16. quæst. sexta* ubi *Gloss. verb. Stipendium* cum aliis concordantibus apud *Rot. decis. 124. num. 17. cor Carill. & dec. 65. n. 6. cor. Cels. & dec. 76. num. 21. par. 8. & dec. 389. n. 6. p. 18. rec.*

Neque congrue in hac parte allegari potest diversitatis ratio, quare Canonici, eisdem functionibus interessentes, sua habere debeant congrua emolumenta, & de istis participare non debeant ad proportionatam rationem Hebdomadarii, eisdem functionibus, non so- 66 lum interessentibus in Choro, sed cantum regentibus tempore, quo Canonici eidem oneri satisfaciunt.

Respectu Dubii 10. *An, sicuti vigore Instrumenti conventionis Hebdomadarii celebrant solemniter Missas Conventuales, in quatuor anni Festivitatibus, ita pariter Jus habeant in dd. diebus primas, & secundas Vesperas celebrare*; Nulla videtur adesse difficultas pro illius affir-

affirmativa resolutione, eo quia primæ, & secundæ vesperæ dicuntur partes ejusdem solemnitatis, & juxtà literalem dispositionem *Cæremonial. Episcoporum lib. 2. cap. 1.* 67 Ille, qui celebrat Missam solemnem, debet etiam celebrare primas, & secundas Vesperas, ea ratione, quia omnes Sacræ functiones initium sumunt à primis, & terminant in secundis Vesperis, juxta illud *Levit. 23. 32. A Vesperè ad Vesperam celebrabitis Sabbatha vestra*, Et notant adducti à *Castald de Sacr. Cæremon. lib. 2. sect. 5. cap 8. n. 1. & à Bauldrio in Manual. Sacrar. Cæremon. lib. 2. cap. 1. de Vesp solemnib n. 1. fol mihi 336.*

Undecimum Dubium, sequentibus verbis conceptum. *An possint Hebdomadarii celebrare solemniter cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi Missas non Conventuales, ab eis celebrandas cum cantu vigore Legati, relicti à Benefactoribus*, videtur resolvendum affirmativè, quia tam Canonicis, quàm Hebdomadariis liberum esse debet acceptare Legata cum onere celebrationis Missarum, non solùm lectatum, sed etiam cum cantu, quando id præscribitur à piis Benefactoribus In quibus terminis difficile erit ostendere, 68 quare iidem Hebdomadarii easdem Missas cantare non debeant, cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, ex quo, non solùm id nullo modo reperitur prohibitum, sed potiùs nimis commendabile videtur, ad augendam majestatem, & decorem Sacrarum functionum ex animadversis per *Pasqualig. de Sacrific. novæ Leg q. 823 n. 91.*

Quibus attentis in Cathedralibus, & Collegiatis, in quibus sufficiens Ministrorum numerus reperitur, et- 69 iam in diebus festiatis id practicari debet, ut observat *Gavant. In Manual. verb. Missa Conventualis p. 2. tit. 2. sub n. 5. vers Ea verò.*

Et fortiùs, quia concurrit in hac parte longæva observantia, dum in præteritum Hebdomadarii semper Missas celebrarunt cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, quæ observantia concludenter probatur in facto ex depositione multorum Testium, de quibus in nostro Summario. In jure verò illam magnifaciunt Doctores, asserentes, non solum tollere omnem omninò difficultatem, sed interpretationem, datam ad observantia, præ- 70 ferendam esse cuicumque contrariæ interpretationi, etiam si contrarius intellectus de Jure esset verior, magisque accommodatus verborum sensui, ut videre est in *decis. 96. num. octavo coram Arguell* ibi: *Magis est observantia, quàm verbis ostendere, & coram Burat. dec. 944. num. sexto*, ibi: *Unde etiam si verba Concordiæ haberent veriorem sensum in contrarium, ipsa observantia nihilominus attendi debet, & coram Ubago decis. 89 num. 13. & 14. & p. 18. rec dec. 218. num 20. & in par. 19. decis 9. num. 20. & dec. 99 n. 8 & 9.*

Non attento, quod in dicto Instrumento Conventionis cap. 3. permittatur Hebdomadariis assistentia Ministrorum in Missis, celebrandis in tertiis diebus Paschatis, & Pentecostes, ac Decollationis S. Joannis Baptistæ, & Sanctorum Innocentium ibi: *Sia lecito &c. con l' assistenza di due altri Eddomadarii da Diaconi, e Suddiacono nella Messa solenne, e Divini Uffizj delle Terze Feste di Pasqua di Resurrezzione &c.* Cùm enim id non fuerit conventum cum dictionibus taxativis, minusque contrarium expressè prohibitum fuit, & quod magis est, post talem conventionem publicè, & palam practicatum fuerit contrarium, scilicet in aliis Missis non Conventualibus, neque cum ipsis Canonicis celebrandis, sed à nostris dumtaxat Hebdomadariis celebrandis, vigore legati piorum disponentium, aut Anniversarii eorum prædecessorum, semper cum dicta assistentia Diaconali, & Subdiacona- 71 li adimpletis, videntibus, scientibus, & non se opponentibus Canonicis nullatenus hodie potest prætendi immutatio dicti soliti, dum attentavi, efficacia d. pacificæ observantiæ, tum etiam ex eo, quia in omnem casum Canonici dicerentur approbasse eandem libertatem, & facultatem celebrandi Missam cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, ex adductis à *Menoch. de Præsumptionib. lib. sexto præsumpt. 99. num. 15. & seq. Genua de Script. privat. lib. 3. tit. de epistolis n. 518.* & firmavit *Rot. dec 473. n 2. p 2. rec.*

Certiùs, quia demonstrativa dictorum dierum Paschatis, Pentecostes &c. apposita fuit ad specificandos illos dies, in quibus in Choro reperirentur etiam una cum Hebdomadariis, ipsimet Primicerius, & 72 & Canonici, juxta verba illa Instrumenti Conventionis cap. 3. *Ancorche in giorni Domenicali, o convenissero tutti essi Primicerio, e Canonici, con dd. Eddomadarii al Coro sudetto*, Et propterea eadem conventio nullatenus detorqueri valet ad illos dies, in quibus Primicerii, & Canonici nullatenus reperiantur in Choro.

Quibus addimus, quod cum Hebdomadariis liberum sit acceptare legata pia cum illis conditionibus, quæ juxta Ecclesiasticos Ritus in omnibus aliis Ecclesiis permittuntur; Ita etiam permissum eisdem esse debet Legata pia acceptare cum obligatione canendi Missas cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, præciso Canonicorum præjudicio, & nullatenus impedito Ecclesiæ servitio, 73 ut in longè durioribus terminis respondit *Sac. Congreg. Concilii in Januen. pii Operis 16. Novembris 1715.* quando resolvit non posse Canonicos prohibere Beneficiatis recitationem Officii Sanctæ Crucis in Cappella Ecclesiæ Cathedralis, dummodò illud recitaretur, post expleta Divina in Choro Ecclesiæ; ut videre est *In tom 3. p. 2 discept. 13. per totum.*

In qua parte fateor ingenuè meam imbecillitatem nescio percipere, ubinam fundetur contraria prætensio, & quisnam sit finis contrariæ criticationis, dum ex una parte nihil omninò deperit Canonicis, si Missa celebretur cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi; Ex alia verò eodem tempore, quo punctualiter adimpletur 74 voluntas piorum Benefactorum augetur divinus cultus, additurque decor, & Majestas Ecclesiasticis functionibus, qui semper procurandus est ad *Text. incap En parte de Consituu.* ibi: *Nolentes igitur Divini Numinis diminui cultum, sed potius augmentari, & in cap. Quia per ambitiosam de Rescriptis in 6.* ibi: *Minuitur cultus Divinus, quem desideramus augeri* cum aliis apud *Rot. in Romana Ornatus 6 Junii 1708. § Verum cor. Oman.*

Ita ut, quando etiam nulla in hac parte adduceretur congruitas, nullaque verificaretur majestas Sacrarum functionum, majusque decus Divino cultui, adhuc semper inclinandum esset pro tali permissione, *Textus* 75 *in leg. 2. §. Item Varus ff. de Aqua pluvia. arcenda* ibi: *Qui factus mihi quidem prodesse potest, ipsi nihil nociturus est, hæc æquitas suggerit, etiam si Jure stricto deficiamur*, cum concordantibus, citaris à *Magonio dec. Florent. 239. num tertio Monacell. in formul. tom. primo tit. 6. formul 19. num nono & Rot dec. 31. num. 8. & 59. p. 57 & dec. 69. n 39 p. 18 rec.*

Remanet ultimum dubium; *An sit locus purgationi attentatorum*, quod videtur negativè resolvendum, dum prætensa attentata occasione celebrationis Missarum cantatarum, cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi nullam habent subsistentiam ex probatis in dubio antecedenti, in quo duo videntur solidis Juris principiis inni- 76 xa; Primum quod omni Jure permissum est Hebdomadariis cantare Missam cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi: Secundum verò quod in possessione cantandi easdem Missas cum d. assistentia Diaconi, & Subdiaconi à multis annis reperiuntur iidem Hebdomadarii.

Ex quibus propterea in omnem casum applicaretur alia regulà, quod continuans non attentat, de qua *Rot.* 77 *apud Post. de Manut. dec. 698. num. 1. & plurib seqq. & coram Ansald. dec. 75. n 21.*

Longè majoris insubsistentiæ est aliud Caput prætensorum attentatorum, in eo fundatum, quod non attento 78 Monitorio, à Canonicis coram A. C. expedito, Exequiis Capitularibus non omnes Hebdomadarii, sed aliqui dumtaxat ex eis intervenerint.

Quidquid enim sit facto de probatione negativæ circa d. interventum Hebdomadarum, hoc unum est indubitatum, quod cùm ad dd. exequias eidem Hebdomadarii non sint obligati sigillatim, sed per viam Collegii, superabun- 79 dat, quod tres tantum Hebdomadarii eisdem exequiis intervenerint: Est enim propositio textualis, quod Collegiũ à tribus tantum Personis constituitur, ut videre est in *leg. Neratius 85. ff. de Verb oblig* & notant *de Ang. de Delict. p. 1. c. 33. n. 6 Pasqual. de Sacrif. Missæ q 883. n. 6.* & firmavit *Rot cor. Caval. dec 594 n 3. & dec. 694 n. 6.*

Idque quotidie practicari videmus in omnibus similibus ecclesiasticis functionibus, in quibus quando omnes de Capitulo illis intervenire tenentur, si aliqui suam obligationem non adimplent, contra absentes, & non interveniente ecclesiasticis functionibus non proceditur per viam attentatorum, sed locus fit

punctaturæ, seu privationi distributionum pro illa rata, [80] quæ correspondet diebus illis, in quibus quis propriam obligationem interessendi non adimplevit, juxta ea, quæ notant *Antonell. de Jurib. Clericor. par.6.lib 2.cap. ult. num.112.& seqq. & Rot. dec.424.num 2.cor. Millin. & dec. 354.num.2.p.4.rec.*

In omnem verò casum, cùm simus in terminis attentatorum, quæ involvunt delictum, ex adductis per *Felin. cap. Super his num. 37. de Accusat. & Rot. decis. 260. num. 4. cor. Peutinger. & dec. 98.n.3.coram Danoz. senior & decis. 508. num. 5. & decis. 378. num. 2. coram Emerix. jun.* [82] Hujusmodi reflexiones saltem deserviunt ad excludendum dolum, & manifestum spretum Judicis, juxta *Text. in l. Igitur vers. Et generaliter*, ibi: *Justis rationibus ductus ff. de Liberal.caus. & in l. Clam possidere*, ibi: *Aut aliqua ratione, bona fide &c. ff. de Acquirend. poss.* cum concordantibus apud *Farinac. quæst.90. inspect.5.num.2.& plurib. seqq.* sine dolo autem nunquam dicuntur commis-[83]sa attentata, juxta ea, quæ notans adducti à *Lancellott. de Attentat. in Præfat part.1.num 223.* & concordat *Rot. dec.4.num.4.& dec.644.eodem num.cor.Buratt.& dec.46. n. 5.coram Benincas.*

Die 11. Aprilis 1726. propositis in Congr. particulari trium Prælatorum dd. duodecim dubiis, de quibus supra.

Ad 1. responsum fuit. *Esse confirmandum in omnibus Decretum Curiæ Archiepiscopalis.*

Ad 2. *Satis provisum in primo.*

Ad 3. *Servetur Concordia in Exequiis, tam nocturnis, quàm diurnis, itaut duplicetur emolumentum, quando duplicatur solutio Juris del doppio.*

Ad 4. *Affirmativè ad utramque partem.*

Ad 5. *Affirmativè in omnibus, præter quàm quoad Exequias Agnatorum Hebdomadariorum.*

Ad 6. *Negativè ex hactenus deductis.*

Ad 7. *Satis provisum in Instrumenta Conventionis cap. quinto.*

Ad 8. *Satis provisum in Instrumento Conventionis, & signanter cap. 16.*

Ad 9. *Affirmativè quoad Anniversaria, relicta ante Instrumentum Conventionis.*

Ad 10. *Affirmativè, quoad utrasque vesperas festis S. Jo. Baptistæ. In reliquis, quoad secundas vesperas tantùm.*

Ad 11. *Affirmativè.*

Ad 12. *Satis provisum.*

DISCEPTATIO XV.

Nullius Irregularitatis

Suppressis Nominibus

ARGUMENTUM.

Gratia dispensationis ab irregularitate ob homicidium voluntarium, ad sui defensionem patratum, quibus concurrentibus sperari possit ab Apostolica Sede. Præcipuè quando homicidium non fuit per insidias, neque dolosum, & Orator per multum temporis spatium laudabilem vitam duxit.

NOmine Oratoris humillimæ EE. VV. repetuntur preces, ab hac Sacra Congregatione non admissæ die 13. Junii 1722. pro obtinenda Dispensatione ab Irregularitate, propter homicidium, ab annis vi-[1]ginti quatuor commissum in Personam N. N. & sperat illas hodiè esse exaudiendas.

Ad quem effectum dignentur EE. PP. in facto observare, quod ex Relatione Episcopi in Secretaria existente, huic Sacræ Congregationi transmissa usque ab [2] anno 1720. habemus, Oratorem ante annos viginti quatuor, solitum fuisse accedere ad Domum nobilis Matronæ, causa illam invisendi, & alloquendi, quod non obstante ægreferentia ejus Mariti, idem Orator continuabat eo tamen tempore, quo in eadem Domo non reperiebatur idem Maritus.

Cùmque eadem Uxor Ruri moraretur, ipsemet Orator de more eam salutaturus, ejus Domum intravis, relinquendo tamen fidam Custodiam ante illius Jannam, ad hoc, ut illum admoneret de accessu ejusdem Mariti quatenus ad Domum rediret, prout feliciter evenerat duabus aliis vicibus, donec tandem quadam die, qua Uxor reperiebatur Ruri, Custos, somno indulgens, non potuit nunciare Mariti accessum, à quo dubitans Orator, mortem sibi imminere, attentis antecedentibus minis ejusdem Mariti, nec non illius solito similia perpetrandi, dum paulò ante aliud commiserat homicidium, cùm nullus alius promptus suppeteret modus mortem evadendi, subito timore correptus Orator, Sclopum, plumbeis globulis onustum, quem gratia venationis apud se habebat, in eundem Maritum explosit, qui ex hujus-[3]modi explosione decessit, prout omnia hæc resultant ex d. Relatione Episcopi. Rixa siquidem, & metus instansis periculi sunt pessimi Consultores teste experientia, & id observante *Mag. dec. Lucens. 66.n.1.& 3.* ubi, quod ratio Doctis, necessitas Barbaris, mos gentibus Feris natura præscripsit, ut semper omnem vim perpulsemus.

Refertur ulteriùs in eadem Relatione, quod super hujusmodi homicidio, nullus confectus fuis Processus, nec à Curia Ecclesiastica, nec à Curia Sæculari, ex quo evulgata fuerat publica vox, & communis fama, [4] eundem Maritum in proximo Flumine fuisse submersum, in cujus Ripis post duos dies ejus Cadaver repertum fuit; Licèt deinde post aliquod tempus murmur contra Oratorem exortus fueris, quo attento ipse, ad consulendum suæ indemnisati, à tota Ditione sui Supremi Domini se absentavis, & per duodecim continuos annos extra dictum Statum moram traxit, & ab aliis duodecim circiter annis in Patriam rediis.

Quales autem fuerint à dicto tempore, & de præsenti sint illius operationes, & constans laudabilis vitæ tenor in dicta Civitate ejus Patria, tam circa ea, quæ respiciunt divinum Cultum, quàm Proximi ædificationem, [5] non possumus meliùs exprimere, quàm enixis precibus supplicando, ut EE. PP. dignentur præ oculis habere authentica Documenta, exhibita in Secretaria.

In illo enim, signato *lit. A.* adducimus Attestationem Reverendissimi Episcopi, in qua hæc haber. *Quotidiè orationi mentali incumbit, frequens ad suscipienda Sacramenta, devotus piis Congregationibus, ac Missioni-[6]bus intervenit, charitativè Infirmos in Xenodochiis visitat, liberalis erga Pauperes, illos largis eleemosynis recreat, ea demum Vestium modestia utitur, ut videatur, aut propriæ (& quidem primariæ nobilitatis) oblitus, aut ejus non meminisse, nisi, ut despiciat.*

In alio, signato *lit. B.* P. B. M. N. Inquisitor Generalis ejus Patriæ, asserit; *Oratorem, dudum clericali Militiæ adscriptum, duodecim ab hinc annis Nobis satis no-[7]tum, ita, morum probitate, ac christianæ pietatis disciplina se gerere, ut, nedum Ordini Ecclesiastico, verùm etiam universo Populo in exemplum, & admirationem sit.*

In alio, signato *lit. C.* P. D. F. N. Abbas illius Parochialis Ecclesiæ, cujus Orator est Parochianus, testatur, habere intimam cognitionem Oratoris, *il quale [8] con la sua vita, e costumi esemplari si è reso l'edificazione di tutta questa Città &c. Assiduo alle Visite, sì delle Chiese, come delli Ospedali, ove con fervente carità serve amorevolmente, e soccorre l'Infermi: Frequenta con Cristiana pietà una, o due volte la settimana li Santissimi Sagramenti: Concorre ogni anno alle Sagre Missioni, e con li santi Esercizj spirituali di S. Ignazio esercita lo spirito suo per due volte l'anno nelle più pie, e Cristiane virtù, per le quali opere sante viene universalmente da tutti riputato un Cavaliere pio, e divoto.* Asserens, id perfectissimè scire, non solùm ex publica voce, & cõmuni fama totius Populi, sed etiam, quia idem Orator vivit sub Parochia propriæ Ecclesiæ, eundemq; Testem plusquam ab octo annis citrà diligẽter observasse, Oratorem *condurre questo santo, e costante tenore di vita.*

In alio, signato *lit. D.* PP. C. ejusdem Civitatis, attenta distincta cognitione Oratoris, testantur, ipsum *frequentare spesse volte questo nostro Convento, fa una vita molto esempla-[9]plare, divota, e spirituale, come è ben noto, anche alla maggior parte di questa Città, che resta sommamente edificata dal suo modo di vivere, tutto dedito a qualunque esercizio di pietà, e di divozione.*

In alio, signato *lit. E.* R. P. A. F. N. Societatis Jesu, Director Congreg. Equitum ejusdem Civitatis, assesit, *con tutta verità, che detto Cavaliere è di un singolar esempio, e di una particolar edificazione tutta la Città, e particolarmente da nove, e dieci anni in quà è in un cõtinuo esercizio di Opere pie,*

ple, concorrendo di continuo a Congregazioni, Oratorj, Missioni, ed Ospedali, e tutto quello practicando, che può far conoscere un Uomo, non pure attento alle cose di Dio, ma tutto inteso alla perfezione christiana: Terminans suam Attestationem sequentibus verbis. *Tale è il sentimento di quanti lo conoscono, e si può dire di tutta la Città.*

In alio, signato *lit. F.* P.G.N. Definitor PP. cum juramento testatur, *il Signore N. da molti anni ha practicato, e prattica una condotta assai essemplare, con edificazione di tutta la Città: Frequenta le Chiese, le Congregazioni della Penitenza, e Sagramenti. Visita di continuo li Ospedali, per sollevare con elemosina, ed essortazioni le afflizioni de poveri Infermi. Seguita da per tutto, anco in lontani Paesi, li Missionarj, per profittarsi delle Sante Missioni; Ed in ogni altro è universalmente predicato per un vero Ritratto della christiana perfezione, con un continuo essercizio di pietà, e di ogni altra virtù.*

In alio demum, signato *lit. G.* omnia prædicta confirmantur à R. P. R. N. Societatis Jesu, Directore Congregationis Pœnitentiæ, & Capite Missionum totius Diœcesis, *Per l' intima cognizione, che ho di detto Signore, che per dieci anni in circa particolarmente si compiace conferire di tanto in tanto meco cose di Spirito, posso attestare, ed attesto con tutta verità, che egli è un Cavaliere di tutta pietà, e di somma publica edificazione a tutta questa Città, col disprezzo di rispetti umani, vestendo Abito di Chierico assai positivo, e dimesso, caminando per le strade con somma modestia, fuggendo le Conversazioni, e Ridotti degl' altri suoi Pari, parlando cose di Dio con gl' altri Cavalieri, procurando, anche con edificazia delle sue parole, far bene negl' altri; Sono cose notorie. Così pure è nota a tutti la frequenza de Sagramenti ogni Festa, e più spesso ancora, come gl' è permesse dal suo Direttore; Simile pure frequenza alle Congregazioni de Cavalieri, e della Penitenza a visitare gl' Infermi nel publico Spedale, servirli, soccorrendoli, e caritatevolmente essortarli a penitenza, rassegnazione &c. Attesto pure, come egli è molto liberale con Poveri, e come a Suoi, ed altri Contadini insegna le cose della Dottrina Christiana, essortandoli a pratiche di divozioni. In particolare poi attesto il fervore della sua Penitenza, e nella sudetta Congregazione, e nelle sagre Missioni, nelle quali ha seguitato sempre me, che ho dovuto mettergli freno, proibendogli &c. Quando si sono da me dati gli Essercizj spirituali per otto giorni, vi è sempre intervenuto; E non potendosi dar questi, è sempre intervenuto a due, e talvolta a tre tridui di simili Essercizj, che successivamente si sono da Noi dati; Questo essercizio di pietà, e perfezione Christiana, è in esso Lui con tenore continuato di nove anni almeno, nel corso de quali è sempre andato crescendo &c.*

Licèt autem omnia hæc sufficientia videantur pro Gratia obtinenda, ad quem effectum præ oculis haberi solet vitæ immutatio, cum ædificatione Populi, juxta animadversa per *Fagnan. in cap. Henricus nu. 37. de Cleric. pugnant. in Duello, Mandos. in Prax. Signatur. Grat. Titul. Absolut. & rehabilitat. ab Homicid. versic. Circa absolutionem, Corrad. in Prax. Dispensat. lib. 5. cap. 1. nu. 4. & Card. de Luc. ad Concil. disc. 12. num. 12.*

Præcipuè si considerentur unitim cum nobilitate Personæ; Cum temporis magna diuturnitate post commissum homicidium, quod in nostris terminis est annorum 24. & propterea excedit tertiam partem operativæ vitæ hominis; Cum constantissimo laudabilis vitæ tenore, per duodecim annos jugiter practicatæ; Et cum illa circumstantia, omni consideratione ad nostrum effectum digna, quod, non solùm formatus non fuit Processus circa dictum homicidium, sed nec etiam contra Oratorem porrecta fuit aliqua querela; Quæ circumstantia eodem tempore, quo excludit publicitatem ejusdem homicidii, aperit viam faciliori Gratiæ dispensationis, ex infra observandis, & ex iis, quæ notant præfati *Mandos. & Corrad.* locis supracitatis, quibus addimus *Fagnan. in citato cap. Henricus num. 35. de Cleric. pugnant. in Duell.* ibi: *Sanctissimus remittit Supplicationem ad Sac. Congregationem Concilii, quæ præcipuè considerare solet, an homicidium fuerit commissum per industriam, seu præmeditatè, & per insidias, an verò calore iracundiæ, & in pura rixa &c. An tantum temporis excesserit à die perpetrati homicidii, ut illius memoria sit obliterata in Loco &c. An Orator esset bonæ conditionis, & famæ, & an post delictum semper laudabiliter vixerit &c. Pac. Jordan. var. lucubrat. tom. 2. lib. 9. tit. 1. de Dispensat. nu. 9. Card. de Luc. in Annot. ad Concil. disc. 12. num. 2.* ibi: *Præsertim diuturnitatis temporis, & majoris, vel minoris scandali in Populis, & Antonell. de Jurib. Cleric. lib. 1. part. 4. cap. 43. num. 1. & 2.* ubi, inter justas causas dispensationis, enumerantur qualitas Personæ, ætas, tempus commissi homicidii, utilitas Ecclesiæ, pietas, & majus bonum, quod ex promotione Oratoris ad Sacros Ordines verisimiliter speratur.

Nihilominus ad facilitandam eandem Gratiam Dispensationis subdimus, quod, quamvis non simus in terminis homicidii, commissi cum moderamine inculpatæ tutelæ, in quibus nulla incurritur irregularitas, juxta ea, quæ notant communiter *Repetent in Clement. Si furiosus de Homicid. & in leg. Ut vim ff. de Justit. & Jur. Basilic. decis. 16. num. 20. Panimoll. decis. 22. per tot. & adnotat. 8. pariter per tot. Barbos. de Potestat. Episc. par. 3. alleg. 51. num. 4. Pignatell. consul 80. num. 1. & seqq. tom. 2. Card. Capisucc. contr. 22. per totam, & Noguer. quæstion. singular. quæst. 44. de Irregularitat. num. 2.*

Sumus tamen in circumstantiis homicidii, innegabiliter commissi ad propriam defensionem, & absque animi præmeditatione antecedenti, itaut licèt possit dici aliquo modo voluntarium, non verificatur tamen illa qualitas voluntarii, quæ considerata fuit *in Concil. Trid. sess. 14. de Reformat. cap. 7.* quæve difficilem reddit Gratiam Dispensationis ab irregularitate, quàm DD. sequuti à *Monacell. in Formular. tom. 3. in Prælud. num. 173.* asserunt verificari in triplici casu, hoc est in homicidio, commisso per Assassinium, vel per Improbitatem, vel ad Vindictam, & concordat *Antonell. de Jurib. Clericor. lib. 2. part 4. cap. 45. num. 19. & seq. & Capon. discept. 258. num. 23.* ubi ad rem egregiè explicat, quando homicidium dicatur commissum per insidias, & per industriam, quod priùs explicaverat *Peguer. decis. 54. num. 6. & seq.*

Imò ex Relatione Episcopi, remanet manifestum, quod homicidium, de quo agimus, commissum fuerit ad propriam defensionem, eo quia Orator reperiebatur in talibus angustiis, ut, omni alio desperato medio, nulla aderat via mortem effugiendi, quàm occidendo Mulieris Maritum. Neque proindè in dictis æquè duris, ac amaris circumstantiis expectare debebat offensiones, & vulnera, sed omni jure ad salvandam propriam vitam præveniendo, poterat eundem Maritum occidere, juxta catervam DD. quos citant, & sequuntur *Ricc. collect. 930. num 1. versic. Amplia 4. & Panimol decis. 48. num. 32.*

Quodque fuerit pariter commissum absque animi præmeditatione, sine insidiis, & procul ab omni antecedenti machinatione est plusquam evidens, & ex facti circumstantiis palpatur manibus, quia nullam aliam operationem facere volebat Orator, quàm de more visitare, & alloqui Uxorem Occisi, cum illa præcautione relinquendi fidum Custodem in Janua Domus, ad hoc, ut accedente Marito posset statim aufugere, qua cautela mediante, non semel aliis vicibus feliciter practicatum fuerat.

Quibus nunc adversantur tres reflexiones; quæ ad impediendam Dispensationem solent in his terminis præ oculis haberi; Prima, quod sumus in circumstantiis homicidii voluntarii, in quibus ex clara dispositione *Concil. Trid. Sess. 14. de Reformat. cap. 7.* nunquam vel nimis raro concedi solet dispensatio; Secunda quod Orator dabat operam rei illicitæ; Et tertia, quod sumus in terminis Promovendi; non autem Sacris Ordinibus insigniti.

Non obstat prima, ante cujus discussionem opportunè repeto, quod innegabile est in nostris terminis, homicidium sequutum fuisse ob necessariam defensionem propriæ vitæ Oratoris, licèt servata non fuerint omnia requisita inculpatæ tutelæ, ut refert Episcopus in Relatione, quo casu non desunt DD. asserentes, posset ipsummet Episcopum dispensare, sequentes *Navarr. in Manual. cap. 27. sub num. 30.* ut videre est apud *Antonell. in Prax. lib. 2. cap. 8. num. 10. Piasecc. in Prax Episcopal. part. prima cap. 1. num. 57 & Ricc. collectan. 930. in fine* ibi: *Quod si causa defensionis evitabilis quis modum excesserit, non per hoc erit homicida voluntarius, & propterea in eunecadere terminos Concilii Tridentini sess. 24. cap. 6. &c.*

Omissa

Omissa tamen hujusmodi inspectione, & restringendo sermonem pro gratia Dispensationis, à Summo Pontifice misericorditer obtinendæ, mediante benigno Rescripto hujus Sacræ Congregationis.

Respondemus, *Sac. Concilium Trident. in d. sess. 24. de Reform. cap. 7.* ubi mandat, voluntarium Homicidam omni Ordine, ac Beneficio, & Officio Ecclesiastico perpetuò carere, loqui de homicidio, commisso per industriam, per insidias, & ex proposito, juxta illa clara verba: *Cùm etiam, qui per industriam occiderit Proximum suum, & per insidias, ab Altari avelli debeat, nullo tempore ad Sacros Ordines promoveri possit.* Propterea dispositio ejusdem Sacrosancti Concilii nullo modo extendi potest ad nostrum casum, in quo nullum ex dd. præsuppositis verificatur, neque scilicet antecedens propositum, neque insidiæ, neque industria, neque ulla præcedens machinatio, ut in specie, attentè ponderando eandem Conciliarem dispositionem, & asserentes, magnam difficultatem dispensandi super Irregularitate, contracta propter voluntarium homicidium, restringi, limitari, & non egredi terminos illius homicidii voluntarii, quod committitur per insidias, per industriam, & ex antecedenti proposito, egregiè advertunt *Gibballin. de Irregularit. cap. 4. fol. 112. num. 2.* ibi: *Atque hoc homicidium nominatur ex proposito à Conc. Tridentino sess. 14. cap. 7. de Reform. per industriam, per insidias &c. & num. 3. versic. Restat.* ibi: *Quod mihi liquere videtur ex Trident. citat. sess. 14. ubi ait &c. Secundò distinguitur hoc homicidium ab illo, quod commissum est per insidias, per industriam, voluntate, & proposito, & num. 4. in fin.* ibi: *Verùm jam monui, Concilium indispensabile dicere illud tantùm homicidium, quod fit ex proposito, voluntate, & animo occidendi, per industriam, insidias &c. Van. Expen. Jur. Ecclesiast. tom. primo part. 2. tit. 10. cap. 8. num. 25.* ibi: *Homicidium voluntarium, de quo hic loquitur Synodus, plerique intelligunt homicidium per industriam, per insidias, & ex proposito patratum Garz. de Benefic. part. 7. cap. 11. num. 44.* ibi: *Concilium requirit homicidium per industriam, per insidias, & ex proposito, Zip. cons. unico de Homicid.* ibi: *Voluntarium quidem non esse ad sensum cap. 7. ubi & industriæ, & insidiæ &c. inculcantur &c.* & ibi: *Voluntarium autem hic non esse ex deliberatione diutina, aut proposito, sed ex hypothesi necessariæ tutelæ, Leand. Oper. moral. tom. 5. tract. 2. de Irregular. quæst. 10. vers. Notabilius fol. 122.* ibi: *Opus esse ad homicidium de per se, & directè voluntarium, cujus irregularitas soli Papæ est reservata, quod fiat deliberato animo, inito consilio, & ex proposito occidendi, sic colligitur ex Concil. Trident. sess. 14. Cap. 7. de Reform. & quæst. 12. vers. Sed ibi; Quia hac voluntate etiam supposita, adhuc verificatur quod tale homicidium non fuerit commissum per insidias, per industriam, & inita consilia, quod ad homicidium voluntarium, ut diximus, requiritur, Bonacin. Oper. moral. tom. primo tit. de Irregular. disp. 7. quæst. 4. punct. ultimo num. 9.* ibi: *Ratio, est quia in Tridentino &c. nomine homicidii voluntarii non videtur intelligi homicidium, volitum causa defensionis, cùm hujusmodi homicidium factum non fuerit ex proposito, & absoluta voluntate occidendi, Gallemart. ad Concil. sess. 14. de Reform. cap. 7. num. 4.* ibi: *Concilium requirit homicidium per industriam, per insidias, & ex proposito, Vival. in Candelabr. aur. part. 2. tit. de Dispens. Episc. num. 320. fol. 247.* ibi: *Homicidium voluntarium in Jure non dicitur, nisi directè sit volitum, & de industria, Flor. de Men. qu. 24. num. 18. Valen. Zuel Cons. 128. num. 34. lib. 2. Capon. discept. 120. nu. 25. vers. Verùm* ibi: *Non videtur improbabilis opinio aliquorum, asserentium in Jure Canonico, ac in terminis Concilii Tridentini, illud solum appellari homicidium sit factum animo deliberato, Campanil. in Diversor. Jur. Canonic. rubr. 11. cap. 23. sub num. 144. vers. De homicidio,* ibi: *Attendenda est dispositio citati cap. 7. Concil. sess. 14. de Reform. quod quidem caput circa duo versatur, & primo circa homicidium indispensabile; Secundò circa dispensabile; Illud esse, ait, si voluntarium, per insidias, & industrias fuerit in quo non debere dispensari statuit, nisi à Summo Pontifice, & tanta concurrente difficultate, ut quasi impossibile videatur &c. Itaque exemplificare convenit istam secundam speciem, in qua potest, quin etiam solet dispensari &c. Concilium enim requirit homicidium per industriam, per insidias, & ex proposito, Barbos. de Potest. Episcop. allegat. 39. sub num. 47.* ibi: *Nam homicidium voluntarium, de quo similiter agit Concilium sess. 14. cap. 7. illud est, quod illicitè, per insidias, & ex proposito fit: Concilium enim in dicto loco iterum, & multoties repetit hujusmodi particulas, per industriam, per insidias, & ex proposito &c. & ad Concil. sess. 14. cap. 7. de Reformat. num. 2. & 3.* ibi: *Loqui de homicidio ex proposito, & per insidias, & volito simpliciter, tenet &c. & requirere homicidium per industriam, & per insidias, & ex proposito referunt decisum &c. Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapolit. 17. num. 7. part. 4.* ibi: *Concilium enim requirit homicidium per industrias, per insidias, & ex proposito, Filliucc. Oper. Moral. tom. primo tract. 20. cap. 1. num. 1.* ibi: *Secundò ex homicidio, quod dicitur ex proposito, sive per industriam, sive per insidias, sive animo occidendi &c. Tridentin. sess. 14. cap. 7. de Reform. &c. Dian. in Oper. coordinat. tom. 3. tract. 3. resol. 45. num. 2.* ibi: *Dico igitur, ad irregularitatem homicidii voluntarii, super qua non possit dispensare Episcopus, requiri, quod illud homicidium deliberato animo, & inito consilio fiat, nam si ex rixa, repentè orta &c. homicidium perpetratur, casuale puto esse, & non voluntarium, & resol. 46. num. 2.* ibi: *Et colligitur ex Trident. sess. 14. cap. 7. de Reform.* ibi: *Homicidium voluntarium definit esse, quod fit ex proposito, & ex industria, & resol. 48. num. 1.* ibi: *Dico igitur, quod sub nomine homicidii, de quo agitur in Concilio Tridentino &c. intelligitur de homicidio illicito &c. quod fit per insidias, & ex proposito; Concilium enim in dicto loco iterum, ac multoties repetit hujusmodi particulas per industriam, per insidias, ex proposito &c. ad insinuandum, quod hujusmodi homicidium, de quo loquitur, & cujus irregularitas dicitur ibidem, quod sit Summo Pontifici reservata, debet esse illicitum &c. & Turrian. de Censur. lib. 9. disput. 63. dub. 1. per tot.* ubi asserit, differentiam hanc perpetuò menti tenendam esse, & meritò; *Magnam enim esse differentiam, an homicidium sit voluntarium per industriam, seu data opera &c. seu vim vi repellendo, vel ad defensam &c.* ad nostrum præcisum effectum facilioris dispensationis, per hæc numero verba, observat *Corrad. in Prax. Dispensat. lib. 5. cap. 1. num. 4.* & concordat *Mandos. in Prax. signanter Grat. titul. Absolutio, & Reabil. de Homicid. vers. Circa.*

Videmus hoc quotidie practicari in homicidio, sequuto in rixa, quod nunquam punitur pœna ordinaria, licèt dicatur, & sit voluntarium, ad differentiam homicidii dolosi, sequuti per insidias, per industriam, & ex proposito, ex adductis à *Farinac. quæst. 26. num. 47. & seqq. & Conciol. Resol. Criminal. verb. Homicidium resol. 25.* Ea ratione, quia in hoc secundo casu, licèt tale homicidium dicatur voluntarium, dicitur tale voluntate concomitante, non autem antecedente homicidium.

Sicuti igitur ex circumstantia illa homicidii, commissi in rixa, licèt illud dicatur voluntarium, minuitur pœna, eò quia dicta voluntas non antecedit, sed concomitatur factum criminosum, ita in nostro casu, attenta eadem voluntate concomitante solùm, non autem antecedente homicidium, eadem circumstantia facilitare debet Gratiam dispensationis, ut, adducta hac paritate, egregiè discurrunt *Diana in Oper. coordin. Tom. 5. Tract. 5. de Irregul. dub. 127. num. 4. & Barbos. ad Concil. sess. 24. de Ref. cap. 6. num. 32.*

Et in hoc consistit vis illa distinctionis, quam facit *Sac. Concilium in Sess. 14. de Reformat. cap. 7.* respectu difficilioris Gratiæ dispensationis, præcipiendo, perpetuò removendum esse ab omni Officio, & Beneficio eum, qui aliquem occiderit per industriam, per insidias, & ex machinatione antecedenti; Quia scilicet in dicto casu verificatur vera, & perfecta qualitas voluntarii, directè, & consultò tendens in malitiam homicidii, ut egregiè observat *Covar. in Clem. Si furiosus part. 2. num. 1. vers. Tertiò, & vers. Quintò de homicid.* & meliùs *Navar. cons. 36. eodem titulo de Homicid.* ibi: *Occidens hominem, non ex proposito sed pro defensione, excedendo tamen moderamen inculpatæ tutelæ, fit quidem irregularis, sed non ea irregularitate, quæ descendit ex homicidio voluntario indispensabili &c. Barbos. ad Conc. sess. 24. de Reformat. cap. 6. num. 32. & Capon. discept. 120. art. 2. num. 26.* ubi quod aliud est, quod similia faciens sit irregularis, quod admittitur; Aliud verò longè diversum, quod eadem irregularitas sit indispensabilis, ad terminos dispositorum *Sac. Conc. Trident. sess. 14. de Reformat. cap. 7.*

Quæ

Quæ omnia eo faciliùs admittenda videntur in nostris terminis, attenta illa facti innegabili circumstantia evidentis periculi vitæ, in quo reperiebatur Orator, in quibus terminis, poterat prævenire verisimilem offensam, quam paratus erat facere Occisus, qui 33 paulò ante aliud fecerat homicidium, nec tenebatur expectare offensionem, juxta ea; quæ notant *Barbos. in Clem. Si furiosus num. 22. de Homicid. Gallemart. ad Concil. sess. 14. de Reform. cap 7 in Remission. lit. E. Jason. in leg. Ut vim num. 9. ff. de Justit & Jur. Clar. in Prax. §. Homicidium vers. Sed quomodo probetur, Mascard. de Probationib. conclus. 1129. nu. 9.* præter allegatos supra §. 17.

Quibus non adversatur consideratio illa, quod Sclopus, quem habebat Orator, quemve explosit contra Maritum, onustus erat pilis ferreis, magis aptis ad occidendum, quàm sint pilæ plumbeæ; Id enim in facto non regit, juxta authenticum Documentum, signatum *lit. H.* Imò neque etiam est verisimile; Notorium enim est, quod pilæ plumbeæ dumtaxat sunt illæ, cum quibus onerari solent minores Sclopi, eo quia aliæ cujuscumque sint materiæ (auro excepto) uti magis leves, nullatenus aptæ sunt, & proinde in nullo usu ad d. effectum communiter habentur, respectu parvorum Scloporum, quidquid sit in ordine ad majora Tormenta bellica, testibus omnibus illis, qui dictos globulos ven- 34 dunt, inter quos unus, qui ab annis 50. talem facit professionem, respondit, neque unquam fecisse, neque audivisse ab antiquioribus fieri globulos ferreos pro usu parvorum Scloporum; Quæ omnia adeo nota, adeoque in praxi notoria sunt, ut nulla omnino probatione indigeant. Ex eo autem, quod erat onustus magnis, non parvis plumbis globulis, nihil pariter contra Oratorem inferri potest ad præsumendum animum occidendi, eo quia eodem modo, juxta Principis Ordinationes dicto tempore in eadem Civitate onerati debebant parvi Sclopi, & ita communiter servabatur ab omnibus, ut probatur ex d. authentico Documento, signato *lit. H.* Estque notorium in eadem Civitate, & Ditione ejusdem Principis.

Minus obstat secunda reflexio, quod Orator dabat operam rei illicitæ; Ad incurrendam siquidem in istis circumstantiis irregularitatem, necnon ad reddendam difficiliorem Gratiam dispensationis, non sufficit dare operam rei illicitæ, sed necesse est, quod actus illicitus, non ex uno, vel alio accidenti, sed ex propria 35 natura conducere valeat ad homicidium, ex adductis à *Fagnan. in Cap. Si confiteris num. 43. de Accusation. & in cap. Ad audientiam num. 61. de Homicid.* ibi: *Homicidium tunc demum imputatur danti operam rei illicitæ, quando actus ille est ordinatus de sui natura ad homicidium subsequutum, Pignatell. consultat. 71. num. 12. tom. 9.* ibi: *Licèt Rixans daret operam rei illicitæ, non tamen de per se esset aliquo pacto inductiva homicidii &c. Pasqualig. quæst. moral. judic. 19. num. 5.* ibi: *Licèt Occidens daret operam rei illicitæ, non tamen quæ de per se esset aliquo pacto inductiva homicidii &c. Imò aderat voluntas directa non occidendi, & non faciendi quod homicidium inferri posset, Matthæuc. in Official. Cur. Ecclesiast. cap. 35. num. 39.* ibi: *Non sufficit dare operam rei illicitæ, sed necesse est, quod actus illicitus, sit aptus sua propria natura ad homicidium, & Monacell. in Formular. tom 2. tit. 5 formul. 3. num. 34.* Quæ connexio actus illiciti, seu accessus ad Domum Occisi ex propria natura ad subsequutum homicidium nullatenus in nostro casu verificatur.

Ex hoc videmus, quod non est irregularis ille, qui est causa occisionis Uxoris, si eo tempore, quo acce- 36 dit ad Domum Mulieris conjugatæ superveniat Maritus, & occidat eandem Uxorem, ut probat *Monacell. ubi proximè num. 31.* & concordant *Salmaticens. in Curs. moral. tom. 2. tract. 10. cap. 8. punct. 3. num. 36. Filliucc. Oper. moral. tom. primo tract. 20. de Censur. cap. 3. num. 80. & Matthæuc. in Official. Cur. Ecclesiast. cap. 35. num 38.* Idemque resolvit *hæc Sacra Congregatio in Palentina 22. Aprilis 1679.* de qua *in Lib. 30. Decretor. fol. 295. & in Potentina 18. Martii 1684.* de qua *in Lib. 34. Decretor. fol. 64. & in Nullius Provinciæ Compostellana 2. Octobris 1723.*

Absque ulla prorsus difficultate, attento quod, ex supra animadversis, constans in facto est; quod Orator omnem adhibuit diligentiam, ne aliquod malum sequeretur ex ipsius accessu ad Domum Occisi, mediante destinatione domesticæ Personæ ad ipsum certiorandum: Dans enim operam rei illicitæ, adhibita omni diligentia, ne malus sequatur effectus, eo magis excusatur, propter homicidium, postea sequutum; Quia in istis circum- 37 stantiis tale homicidium non dicitur perfectè voluntarium, ex adductis *à Bonacin. Oper. moral. tom. primo titul. de Irregularit. disput. 7. quæst 4. punct. 7. proposit. 2. nu. 9.* ibi: *Neque est voluntarium in causa per hoc, quod voluntariè dedit operam rei illicitæ periculosæ, nam periculum tollitur, & non purgatur per sufficientem diligentiam, quæ facit, ut homicidium non dicatur voluntarium, Pignatell. consult. 71. num. 12. tom. 9.* ibi: *Licèt Rixans daret operam rei illicitæ &c. aderat voluntas directa non occidendi, & non faciendi, quod homicidium inferri posset, Berton. de Negligent. part. 1. art. 15. sub num. 8.* ibi; *Dantem operam rei illicitæ, si adhibuerit omnem diligentiam evitaret irregularitatem, quia tunc homicidium nullo modo est voluntarium, Sayr. de Censur. lib. 5. cap. 17. num. 10. Thesaur. de Pœn. Eccles. part. 2. cap. 1. verb. Adulterium num. 2. Tamburrin. Oper. Moral. tit. de Irregular. lib. 10. tract. 4. cap. 17. num. 1. & 2. Majol. de Irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 15. Gibbalin eod. tract. cap. 4. consectation. 3. per tot. & Suarez de Censur. tom. 5 disput. 45. sect. 6. num. 7.* ibi: *Sic enim resolvendum censeo casum illum de Adultero, nam si temerè accessit ad Uxorem alterius, exponens illam periculo mortis, irregularis manet, quia moraliter est causa talis homicidii. Secus verò erit si cum sufficienti cautela morali id fecit, quia tunc effectus nullo modo est voluntarius.*

Et habemus in hac parte magistralem resolutionem hujus Sac. Congregationis in *Nullius 9. Januarii 1587.* quam refert, & sequitur *Fagnan. in cap. Ad audientiam* 38 *num. 72. in fin. de Homicid.* quando resolvit, Mandantem expressè homicidium in Personam unius, si id sequatur in Persona alterius, esse quidem eundem Mandantem irregularem, eo quia prorsùs illicitum, & punibile est tale mandatum, sed non illa irregularitate, quæ contrahitur per homicidium voluntarium illius qualitatis, cujus respectu solus Papa dispensare potest, *Ex-* 39 *plosa opinione illa perinqua, minimè licere Papæ dispensare in Irregularitate, procedente ex homicidio voluntario,* sunt verba *Campanil. in Diversor. Jur. Canon. rubric. 11. cap. 33. num. 127. vers. postremò.*

Et circa eandem Papæ amplissimam potestatem dispensandi in quacumque irregularitate, proveniente ex homicidio voluntario, etiam publico, & in judicium deducto, reprobantes, & respectivè declarantes Authores, contrarium substinentes, ut scilicèt illorum dicta referantur ad magnam difficultatem, quæ in his terminis practicari solet, non autem ad defectum potesta- 40 tis in Summo Pontifice, egregiè notant *Fagnan. in dicto cap. Henricus num. 30. de Cleric. pugnant. in Duell.* ibi: *Et ad Jura, quæ volunt, vel videntur velle, ut cum Homicida voluntario non dispensetur, respondent, referenda esse ad difficultatem, eo quòd Papa haud facilè dispenset, si tamen vult, potest, quia videtur hoc ei permissum à Lege Divina, Dian. in Oper. coordinat. tom. 7. tract. 1. de dub. Regular. resol. 292. num. 3. & resol. 293. num. 1. Corrad. in Prax. dispensat. lib. 5. cap. 1. num 55. in Addition.* ibi: *Et quoad homicidium voluntarium super eo pluries vidimus dispensari &c. Sicut & Paulus, qui prius fuerat Vir sanguinis, & Christianorum sævissimus Macellator, & meruit dispensativè inter Apostolos præhonorari, Sylvester in Summ. verb. Homicidium §. 3. qu. 8. Cherubin. in Compend. Bullar. ad Constit. 65. Pii IV. schol. 2. & Felix Potestas in Examin. Confessar. tom 1. part. 5. num. 4475.*

Ultrò autem admittimus, nimis laudabilem esse raritatem hanc dispensationum ab irregularitate contracta propter homicidium voluntarium, quæ demandata fuit *in Concil. Tridents. dicta sess. 14. de Reform. cap. 7.* quæve 41 notoria est, ut observavi *in Instit. crim. lib. 2. tit. 5. num. 360.* Sed subdimus, illam verificari in homicidio voluntario doloso, per Industriam, & per insidias; Non autem quando hæ qualitates copulativè non verificantur, juxtà terminos nostri casus, ut observat ejusdem Sacrosancti Concilii egregius Defensor *Card. Pallavi-* 42 *cin. in Histor. ejusdem lib. 12. cap. 13. num. 12.* his verbis: *Chiunque si persuada, che rimanga di fatto questa agevolezza, venga in Roma, e cerchi dispensazione d'irregolarità per omicidio volontario insidioso, che certo mutarà opinione.*

nione. Supplicantes observare verba illa: *Omicidio volontario insidioso*, cujus termini sicuti longè distant à nostro casu, in quo neque per umbram verificatæ fuerunt 43 aliquæ, vel minimæ insidiæ, ita videntur excludere applicationem dispositionis Conciliaris *in dicta sess. 14. cap. 7.* & aperire viam gratiosæ Dispensationi.

Neque demum obstare videtur tertia reflexio, quod 44 simus in terminis Promovendi, non autem constituti in Sac. Ordinibus.

Admittimus enim regulam, quod in casu Promovendi procedi soleat cum majori difficultate; Sed subdimus, quod ab hac regula solet Sacrosanctus iste Consessus recedere, & Gratiam dispensationis concedere, quando effluxum est considerabile temporis spatium à die patrati homicidii; Vel quando Occisor vera pœnitentia signa dederit, illaque per subsequentia bona opera per considerabile temporis spatium continuavit; Vel quando Ecclesiæ utilitas, vel Populi ædificatio sperari potest ex ejus promotione ad Sacros Ordines; Præcipuè si homicidium non fuerit deductum ad Forum contentiosum, 45 ut in terminis simplicis Clerici, honestæ quidem, sed non nobilis conditionis, resoluit hæc Sac. Congregatio in *Nuscana Irregularitatis* 12. *Aprilis* 1710. de qua in *tom. 1. mear. Disceptat. Eccles. part. 2. discept. 5. per tot.* & signanter *num. 25.*

Et in terminis longè darioribus Hieronymi della Marra, Filii Ducis *della Gaardia*, qui neque etiam initiatus erat prima Tonsura, habemus axemplum similis Gratiæ, concessæ à san. mem. Alexandro VII. die 6. Augusti 1658. licèt ageretur de homicidiis plurium Crassatorum Viarum, inter quos reperiebantur unus Sacerdos, tres Clerici, & tredecim Personæ sæculares, patratis per magnas industrias, cum majori præmeditatione, & non sine maxima machinatione. Aliud pariter recentissimum habemus exemplum nobilis Oratoris Bononiensis, qui post annos 20. circiter à die patrati homicidii, per industriam, & cum magna præme- 46 ditatione, similem obtinuit Gratiam à san. mem. Innocentio XIII. de mense Julii 1723. ut observavi *in Sast. crim.* tertiæ Venetæ impressionis *anni* 1724. *lib. 2. tit. 5. num. 361.*

Omnes autem dictæ facti circumstantiæ, quæ separatim sumptæ viam faciliorem Gratiæ Dispensationis aperuerunt in dictis casibus, unitim verificatur in præsenti: Quia respectu temporis, considerabilis in nostro casu verificatur lapsus annorum 24. Circa veræ pœnitentiæ signa, ista nedum dedit Orator post homicidium, sed in illis constanti animo perseveravit, & continuat teste Reverendissimo Episcopo, ibi: *Moribus adeò exemplaribus vivit, ut toti Civitati sit in speculum, & admirationem. Etenim non solùm ab omni mundana conversatione, & Concursibus, utcumque indifferentibus, nobili, ac prudenti fuga se abstinuit, verùm etiam Sanctissima Sacramenta, Congregationes, ac Oratoria apud PP. Societatis Jesu frequentat, Missionibus, quæ in Diœcesi quot annis fiunt à prædictis Religiosis, ut plurimum intervenit, eleemosynas liberaliter largitur, seseque in aliis pietatis* 47 *Operibus exercet.* Necnon respectu utilitatis, quæ resultare potest ex illius promotione ad Sacros Ordines; Et demum respectu publicæ ædificationis totius Civitatis dignentur EE. PP. illa recognoscere ex authenticis Documentis, expensis supra, quibus addimus fidele Testimonium ejusdem Reverendissimi Episcopi in ejus Relatione, ibi: *Tum ob longum temporis spatium, fluxum à die commissi delicti, quod ipsius memoriam penè abolevit, tum ob ejus recentem vitæ tenorem, cessurum, ut juvat sperare in totius Populi, & præcipuè hujus Cleri sæcularis maximam ædificationem.* Respectu demum defectus querelæ, nullatenus deductæ apud Curiam Sæcularem, vel Ecclesiasticam, ille est pariter in facto innegabilis; Itaut nihil omninò, neque minimus apex, vel miserabile jota reperiatur in Actis, neque in Cancellariis utriusque Curiæ, vel à remotissimis concernens dictum homicidium.

Quibus jungitur alia facti circumstantia, nimis pariter ad nostrum effectum considerabilis, quod Uxor Occisi, quæ unicè erat conscia facti, à multis annis ex hac vita migravit. Et propterea non sine legali fundamento dum magna probabilitate dicere possumus, Nos esse 48 in terminis homicidii occulti, circa quod cum longè majori facilitate dispensationes solent, & possunt etiam ad ipsis Ordinariis concedi, ex dispositis *in Sac. Concil. Trident. dicta sess. 14. de Reform. cap. 7.* Quodque difficultas dispensandi in homicidio voluntario cesset in illo casu, in quo idem homicidium non sit publicum, & in Ju- 49 dicium deductum, observant *Monacell. in Formular. tom. 4. fol. 66. sub num. 321. vers. Hodie irregularitas, Barbos. in sess. 24. dicto cap. 6. num. 26.* ibi: *Sed occultum ad hoc, ut possit Episcopus dispensare virtute hujus Decreti, illud esse, quod non est notorium apud omnes, etiamsi possit probari per aliquos Testes, sufficit enim non esse divulgatum, & quod possit aliqua tergiversatione celari, ita tenent magis communiter Doctores &c.* inter quos concordant *Capon. discept. 120. num. 28.* ibi: *Communem esse in præsenti opinionem, occultum in præsenti dici, quod non est publicum, etiamsi ab aliquibus sciatur, si potest tergiversatione celari, Sorb. in Compend. Privileg. Mendicant. resolut. 1. de Mater. absolut. fol. 48. Comit. Responsor. moral. lib. 6. quæst. 44. num. 2. Fagundez ad Præcept. Eccles. part. 2. lib. 8. cap. 8. num. 33. Vulp. in Prax. Jud. for. Eccles. cap. 44. nu. 10. Piasecc. in Prax. part. 1. cap. 1. num. 56. Azor. Instit. moral part. 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 9. Ugolin. de Offic. & Potest. Episcop. cap. 57. num. 5. Duard. in Bull. Cœnæ lib. 3. §. 2. quæst. 11. num. 4. Tolet. in Instruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 87. num. 5. & seqq. Bonacin. Oper. moral. tom. 1. tit. de Censur. disputat. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 21. vers. Quarto, & Gavant. in Manual. Episc. verb. Absolutio num. 11.*

Nimis pariter ad nostrum effectum conducere videtur Apostolicæ Sedis benignitas, quæ etiam in casibus Irregularitatis, voluntariè incursæ à Promovendis, solet commendabili pietate dispensare cum iis, qui Regu- 50 larem professionem emittere cupiunt, ut notant *Covar. in Clem. Si furiosus de Homicid. part. 2. §. 3. nu. 3. Anaclet. ad titul. Decretal. de Homicid. §. 6. num. 216. & Pirhing. eod. titul. lib. 5. titul. sect. 5. §. 3. nu. 125.* estque continua experientia notorium.

Ea ratione quia laudabilis vitæ tenor, quam constanter tenuit, & tenet Orator ab annis duodecim, cum illa Proximi ædificatione, & Bonorum admiratione, concludentissimè probatis supra, si non adæquat perfectionem illam Christianæ vitæ, quæ practicatur inter reli- 51 giosas Familias, videtur saltem volontatem inclinare ad relaxandum rigorem illum, qui meritò practicatur in aliis casibus, in quibus prædicta omnia non verificantur.

Cum illo addito, quod sumus in actibus æquè seriis, reiteratis, & publicè, & palam exercitis per considerabile tempus annorum duodecim à qualificato Oratore, non in una, vel alia remota parte Civitatis, vel in aliquo Angulo, seu Cubiculo proprii Palatii, sed in publicis Oratoriis, in Hospitalibus, omnium oculis expositis, & in piis Confraternitatibus, à nobilibus Personis nimis frequentatis, qui actus tali, tantaque frequentia, & publicitate gesti, majorem proindè merentur considerationem, non solùm ad præsumendam continuationem tenoris ejusdem laudabilis vitæ, sed etiam 52 ad probandum illorum augumentum in futurum, juxta nobilem animadversionem *Senec. de Clement. cap. 8.* ibi: *Multa contra te lux est, omnium in istam conversi sunt oculi*, & faciunt animadversa per *De Rub. in discurs. ad Studios.* impresso *in part. 4. tom. 2. recent. à num. 334.*

Non omittimus demum EE. PP. enixè rogare, ut circa facti circumstantias, supra expositas, omnem præstare dignentur fidem qualificato Oratori, in ejus jurata Attestatione, signata *lit. H.* commendabili candore omnia aperienti, eodem præciso modo, quo evenerunt. Cùm enim agatur de actu, cui, excepta Conjuge Occisi, quæ ex hac vita migravit, nemo præsens fuit, non potest veritas alio modo haberi, quàm mediante jurata Attestatione illius, qui omnia perfectè scit, quive pars magna fuit omnium illorum, quæ in dictis angustiis acciderunt, & qui non præsumitur mentiri velle, circa rem, propriam æternam salutem concernentem, sive attendatur insignis nobilitas ejus Familiæ, sive ejus personales qualitates, sive demum laudabilis Christianæ vitæ tenor, de quo tot qualificati Testes, supra enu- 53 merati, testimonium perhibent, juxtà animadversa per DD. quos refert, & sequitur *Rot. decis. 401. num. 9. coram Emerix Jun. & decis. 83. num. 26. coram Ansald. & in Romana Hæreditatis 1. Februarii 1715. §. Hæc testamentaria*

taria coram Reverendissimo Crispo. Et in nostris præcisis terminis, quod respectu circumstantiarum homicidii, ad effectum obtinendi dispensationes, attendi soleat Oratoris jurata Assertio, observant adducti per *Noguer. quæst. singul. disputat. 3. quæst. 32. de Irregularit. §. 5. num. 6.* ibi: *Dicunt Authores, standum esse judicio prudentis Viri, vel ipsius Homicidæ, si alioquin capax sit ad judicandum*.

Die 30. Septembris 1724. proposita Causa in Congregatione Concilii, rescriptum fuit: *Pro Gratia pro nunc ad reliquos minores Ordines* eo quia Orator erat insignitus primis duobus minoribus Ordinibus. Quæ deinde ampliata fuit ad omnes Sacros Ordines à Sanctiss. D. N. Benedicto XIII.

DISCEPTATIO XVI.

Cremonen.

PRO

Confraternitate Montis, & Orationis Oppidi Casalis Majoris Cræmonen. Diœcesis

CUM

Archipresbytero S. Leonardi ejusdem Oppidi

ARGUMENTUM.

Confraternitas legitimè erecta, & ser. ser. alicui Archiconfraternitati aggregata, an possit facere functiones proprii Instituti, competentes Archiconfraternitati aggreganti, absque licentia Ordinarii Loci. Et an sufficiat illam petere, itant etiamsi non sit obtenta, habeatur pro concessa. Vis, & efficacia communicationis Privilegiorum, circa facultatem recipiendi Ordines extra tempora, latè discutitur, & affertur resolutio Congregationis particularis diei 16. Maii 1725.

INter alias Ecclesias, existentes in Oppido Casalis majoris Cremonen. Diœcesis, extat Ecclesia Parochialis S. Leonardi, intra cujus limites adest æquè insignis, ac pia Confraternitas sub denominatione, *Mortis, & Orationis*, habens proprium, ac distinctum Oratorium, multis decorata Privilegiis, ac prærogativis, & signanter omnibus illis, quibus gaudet Archiconfraternitas Mortis, & Orationis Urbis, cui à primis annis illius erectionis, servatis omnibus servandis, aggregata fuit, ut ex fide Aggregationis, data in Summario.

Ad Divinum Cultum augendum, inter alia pietatis Opera à Confratribus exerceri solita in eorum Oratorio, semper in præteritum solemniter celebrata fuit festivitas Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, recurrentis die 8. Septembris, cum Missa cantata, Vesperis solemnibus, & solemniori Processione, deferendo miraculosum ejusdem B. Virginis simulacrum; Necnon expositio publica Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ in festivitatibus Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, in Octava Commemorationis omnium Defunctorum, & in quatuor Dominicis Quadragesimæ idque vigore proprii Instituti, approbati à *Pio IV. in ejus Constit. 22. §. 1. in Bullar. nov. tom. 2.*

Pro majori autem hujusmodi sacrarum Functionum honorificentia consueverunt iidem Confratres, non sine eorum incommodo invitare Parochum, seu Præpositum pro tempore dictæ Ecclesiæ S. Leonardi, qui ad illam accessit, dictisque functionibus assistentiam præstitit; Ipso verò impedito, Confratres easdem functiones explere curarunt, mediante proprio Cappellano.

Per longum temporis spatium præmissa omnia summa pace, & cum Bonorum ædificatione semper in præteritum ad praxim redacta fuerunt; Verum tamen est, quod, præter omnem expectationem, illarum continuationi ultimo loco se opposuit modernus Præpositus dictæ Ecclesiæ S. Leonardi, in auditam excitando prætensionem, quod scilicet ipse tamquam absolutus Dominus nostræ Confraternitatis, nostrique Oratorii pro supradictis Functionibus mercedem consequi deberet; Posse ulteriùs, & debere easdem sacras Functiones, etiam nostris Confratribus invitis, per se, vel per alium, ab ipso substituendum, explere; Et demum posse etiam prohibere nostræ Confraternitatis Cappellano, ne in dd. Sacris Functionibus se ingereret.

Quapropter ad illius duritiem emolliendam, omnem Confratres adhibuerunt conatum, etiam per interpositionem communium Amicorum, ad hoc ut idem Præpositus à dd. prætensionibus, ulterioribusque vexationibus desisteret; Inutiliter tamen, dum surdas præbendo aures dictis communium Amicorum Officiis, comparuit usque de anno 1704. in Episcopali Curia Cremonen. ibique criminaliter exposuit, à nostris Confratribus suam turbatam fuisse Parochialem Jurisdictionem, vimque eidem illatam, ne in Oratorio canere faceret Missam; Expoliata fuisse Altaria; extincta Luminaria; Aliaque similia, in facto prorsùs insubsistentia, maximaque facilitate obtinuit à dicta Curia transmissionem Notarii ad effectum compilandi Processum, quo terminato, minimè tamen auditis Confratribus, extorsit ulteriùs ab eadem Episcopali Curia Interdictum nostri Oratorii, pluraque alia, nimis læsiva decoris, ac pietatis Confratrum explevit.

Adversùs hæc præjudicia recursum habuerunt Confratres ad hanc Sacram Congregationem, quæ de more scripsit Episcopo Cremonen. pro Informatione, illaque superventa, suspenso Interdicto, in Congregatione habita *die 23. Januarii* 1706. proposita fuerunt undecim dubia, partim favore Confratrum, partim verò favore Præpositi resoluta.

Novæ deindè pro parte ejusdem Præpositi excitatæ fuerunt prætensiones, impediendi nimirum Cappellano nostri Oratorii alias functiones, non comprehensas in dubiis, ut supra discussis, & pro quarum exercitio non solùm militabat Institutum nostræ Confraternitatis à Pio IV. ut supra approbatum, sed ulteriùs antiquissima consuetudo, & plusquam centenaria observantia; Et propterea novus habitus fuit recursus ad tunc temporis hujus Sac. Congregationis Pro Secretarium pro capienda aliqua provisione, quæ sub die 30. Aprilis 1706. solita prudentia in Partium contradictorio ab eodem capta fuit, juxta modum infra explicandum.

Ab inde citra usque ad annum 1714. omnia pacificè pertransierunt, dum Confratres, licèt nullo obligationis vinculo adstricti, ad evitandas nihilominùs ulteriores altercationes, pro bono Pacis, prudens existimarunt consilium, quotannis perurbaniter invitare eumdem Præpositum, qui ad Oratorium accessit, solemnemque Missam per seipsum celebravit.

Cùmque d. anno 1714. idem Præpositus, ut supra invitatus, asserens se impeditum, illas noluisset per seipsum explere; Confratres autem intenderent uti ministerio proprii Cappellani juxta terminos d. provisionis, ibi: *Et quatenùs ipse Præpositus invitatus hora destinata non adsit, per eorum Cappellanum*, restaurata per Præpositum antiqua prætensione substituendi alium Sacerdotem, sibi benevisum, solita, verèque mirabili facilitate extorsit à Vicario foraneo dicti Oppidi Casalis Majoris Inhibitionem, ne nostri Confratres dictum festum celebrarent, nisi mediante Sacerdote, per ipsum deputando, quod causam præbuit, ut de anno 1714. & anno immediatè sequenti 1715. omissa fuerit celebratio Festi, à nostro Instituto præscripti; Idque non sine magno totius Populi scandalo, neque sine considerabili, nostrorum Fratrum mærore, qui defraudati remanserunt solita devotione ab antiquissimo tempore ab ipsis erga Deiparam semper Virginem præstita.

Ad occurrendum proinde in futurum simili inconvenienti, recursum habuerunt iidem Confratres ad hunc Sacrosanctum Consessum, humiliter instantes pro decisione Controversiarum, quæ dicto anno 1706. indecisæ remanserant, concordatisque, ad istem effectum duobus dubiis; Primò nimirùm; *An Confratres Orationis, & Mortis Casalis Majoris, celebrantes Festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis in eorum Oratorio, teneantur invitare Præpositum S. Leonardi ad illud celebrandum*, & quatenùs *affirmativè*. Secundò; *an dictus Præpositus teneatur per seipsum in Festo Missam Solemnem celebrare, & quatenus impeditus teneatur deputare Cappellanum*

dicti

dicti Oratorii, vel potiùs valeat deputare alium Sacerdotem, sibi benevisum: Illa fuerunt proposita sub die 31. Julii 1717. & petente Præposito dilationem, Sacra Congregatio distulit quidem resolutionem, sed rescripsit: *Interim per modum provisionis, & sine præjudicio Jurium Partium, Confratres invitent Præpositum ad celebrationem festi, eoque veniente, vel impedito, eligant Sacerdotem, sibi benevisum*.

Quamvis autem deindè, juxta formam hujusmodi Rescripti, sequenti anno 1717. prædictum Festum solemnizatum fuerit, ex quo Præpositus à nostris Confratribus invitatus, ad Oratorium accessit, anno nihilominùs 1718. idem Præpositus continuando Rubricam antiquæ voluntatis vexandi Confratres, multas alias 11 novas excitavit prætensiones, signanter circa verbum illud *sibi*, de quo in citato Rescripto hujus Sacræ Congregationis, concernente electionem Sacerdotis, obligati ad supplendas vices Præpositi impediti, quod scilicet illud non deberet referri ad Confratres, juxta grammaticalem sensum, sed ad ipsum Præpositum.

Quia verò sub clypeo hujusmodi prætextus, solemnis celebratio nostræ Festivitatis remanebat suspensa, juxta desiderium ejusdem Præpositi, coacti fuerunt Confratres recurrere ad D. Secretarium, cui optimè nota erat mens hujus Sac. Congregationis, quamve proindè explicavit sequentibus verbis: *Declaravit electionem Sacerdotis pro celebratione Festi Nativitatis in casum renitentiæ*, 12 *& impedimenti dicti Præpositi, juxta dictum Rescriptum diei 31. Julii 1717. faciendam esse de Sacerdote, ipsis Confratribus beneviso*, decernendo insuper, functiones ordinarias, & juxta Institutum Confraternitatis fieri solitas, expleri posse per Cappellanum, nulla etiam expetita licentia ab Ordinario, & à Præposito.

Quamvis autem mediantibus hujusmodi repetitis provisionalibus Decretis, omnia fuissent tali claritate dilucidata, ut Præpositus desistere tandem deberet ab ulterioribus vexationibus erga nostram verè piam Confraternitatem, aliam nihilominùs excogitavit viam, qua mediante, antiquis prætensionibus, concernentibus celebrationem Missæ, aliam exorbitantiorem adjunxit prætensionem circa Processionem, ex Instituto nostræ Confraternitatis fieri solitam in Festo Nativitatis B. Mariæ Virginis, mordicus insistendo in hoc, quod invitato ipso Præposito, atque renuente intervenire eidem Processioni, Confratres non valerent illam explere absque ejus licentia, minusque in ea uti proprio Cappellano, sed alium tenerentur adhibere Sacerdotem, designandum ab ipso Præposito; Et rursùs aliam adjunxit prætensionem, quod in Congregationibus, per nostros Confratres fieri solitis, eidem competerent duo suffragia; Recognoscentes autem nostri Confratres, quod omnia peragebantur à Præposito, ad ipsos perenniter, & perpetuò vexandos, imploratunt iterum auxilium hujus Sac. Congregationis, requisitaque de 13 more, & perventa nova Informatione Episcopi Cremonen. subscripta fuerunt tria dubia; Primum, *An Præposito Sancti Leonardi invitato, & renuente, aut impedito intervenire Processioni occasione Festi Nativitatis B. Mariæ Virginis, adhuc Confratres Mortis Oppidi Casalis Majoris illam facere possint absque licentia d. Præpositi in* 14 *casu &c.* Secundum, *An dd. Confratres facere possint eamdem Processionem cum interventu Cappellani, aut alterius Sacerdotis, per ipsos, non autem per Præpositum no-* 15 *minan.* Tertium, *An Præposito S. Leonardi, & insimul Confratri dictæ Confraternitatis competerent duo Suffragia, vel unum dumtaxat in Congregationibus ejusdem Confraternitatis*: Super quibus dubiis propositis in Congre- 16 gatione habita *die 5. Junii 1723. quoad primum* emanavit resolutio: *Affirmativè intra ambitum Oratorii, extra verò negativè, nisi accedat licentia Episcopi: Ad secundum Affirmativè: Ad tertium Negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem.*

Acquievit Præpositus dd. resolutionibus circa primam, & tertiam ex prænotatis dubiis, reclamavit tamen, ac petiit, & obtinuit licentiam de redeundo ad hanc Sacram Congregationem adversùs secundum, & quia hoc medio tempore pro parte Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis Cremonen. aliæ fuerunt (instigante eodem Parocho) datæ vexationes, pluresque aliæ excitatæ prætensiones contra nostram Confraternitatem, prætendendo, quod ista non possit exponere in suo Oratorio Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum statutis anni temporibus, aliasque functiones explere, ad formam proprii Instituti, sine particulari licentia; Hinc 17 pro imponendo tandem aliquando finem hujusmodi antiquatæ Controversiæ, quæ Hydræ ad instar in dies resurgit, Confratres, nihil aliud prætendentes, quàm exercere pietatis Opera, proprio Instituto annexa, debitumque præstare cultum erga Deiparam Sanctissimam Virginem Mariam, erogando de proprio in hujusmodi piis Operibus plures pecuniarum summas, implorarunt iterùm hujus Sacrosancti Senatus patrocinium pro decisione istarum etiam novarum Controversiarum, requisitaque de more etiam super istis nova Informatione Episcopi Cremonen. illaque tandem superventa fuerunt subscripta dubia in fine registranda, super quibus omnibus favorabilem resolutionem Confratres obtinere confidunt.

Pro eo etenim, quod respicit omnium dubiorum resolutionem, præmittimus in facto, quòd nostrum Oratorium, licèt situm reperiatur intra limites Parochiæ S. Leonardi, nullam tamen habet immediatam connexionem, seu dependentiam ab Ecclesia Parochiali, & consequenter, sola excepta subjectione Territoriali, ortam habente à materiali situatione, & præterea, quæ concernunt Parochiale Jus, de quo nulla adest controversia, nullum omninò Jus Parochus super eo potest sibi adscribere, juxta theoricam *Abbat. in cap. Ad audien-* 18 *tiam il primo num. 8. de Eccles. ædificand.* quam sequuntur *Calderin. cons. 6. num. primo de Relig. Domib. Cardin. de Luca de Paroch. disc. 31. n. 5. & 6. & Rota coram Ubaldo decis. 85. per totam to. 3. & in recen. dec. 552. nu. 11. par. 5.*

Idque est adeò verum, ut simplex situatio nec etiam tribuat Parocho super hujusmodi Oratoriis titulum coloratum ad effectum præscribendi functiones non Paro- 19 chiales; juxta latè firmata per *Rot. in Brixien. Aggregationis super Remissoria 22. Junii 1712. §. Quadragenarii coram Lancetta*.

Quæ omnia eo magis procedunt in nostro casu, attenta resolutione hujus Sacræ Congregationis inter easdem Partes contendentes *die 9. Junii 1706.* emanata super quinto ex dubiis dicta die resolutis; Cùm enim tunc temporis Parochus prætenderet, Confratribus invitis, celebrare in nostro Oratorio Festum Nativitatis B. Mariæ Virginis, dicta die 9 Junii 1706. quinto loco proposito sequenti dubio: *An liceat dicto Præposito idem Festum Natalitium celebrare in dicto Oratorio, invitis Confratribus*, illud resolutum fuit *Negativè*; Quod ad hominem prætensam dependentiam, omneque dominium respectu Parochi in dicto Oratorio excludit; Quia, suppositis per modum falsæ hypothesis, illius prætenso dominio, & Oratorii dependentia idem Parochus, etiam invitis Confratribus, prædictum Festum, aliaque Officia inibi peragere potuisset, juxta firmata per *Rotam in Aretina Jurium Parochialium 17. Februarii 1702. §. Qua-* 20 *tenus coram Ansaldo, & in Mediolanen. Jurium Parochialium 23. Aprilis 1708. §. Constabilito ex his coram Card. Scotto.*

Deveniendo modò ad primum dubium, in quo quæritur *An sit standum, vel recedendum à decisis secundo loco die 5. Junii 1723.* quando dubio, *An Confratres facere possint eamdem Processionem cum interventu Cappellani, aut alterius Sacerdotis per ipsos, non autem per Præpositum nominandi*, responsum fuit *Affirmativè*; Videtur standum in decisis, eo, quia impedito, seu nolente Parocho nostris functionibus intervenire, non est in ejus 21 arbitrio alium Sacerdotem sibi benevisum in sui locum subrogare, sed permissum est Confratribus uti proprio Cappellano, juxta plures antiquas, & modernas resolutiones, quas referunt, & sequuntur *Pignatell. consult. 13. num. 24. tom. 8. & Monacell. in formul. tomo primo tit. 6. form 21. num 31.* Quod semper fuisse in præteritum practicatum in nostris terminis, probant in facto plures Testes in Summario. In Jure verò talem observantiam in punctualibus terminis nostri casus magni faciunt Do- 22 ctores illi, quos refert, & sequitur *Rota in Savonen Aggregationis super Reservatis 15. Junii 1699. §. Hæc autem facultas, & §. Quæ quidem observantia cor. Pio & 18. Januar. 1700. §. Tum etiam ex conformi observantia cor. Olmo.*

Et

Et quod magis est, hoc idem intet easdem Partes hodie contendentes, practicandum esse mondavit hæc Sacra Congregatio dd. diebus 23. Januarii 1706. & 31. [23] Julii 1717. quando declaravit, *Electionem Sacerdotis pro celebratione festi Nativitatis in casu renitentiæ, & impedimenti dicti Præpositi, faciendam esse de Sacerdote, ipsis Confratribus beneviso.*

Cùm enim eadem sit in utroque casu ratio, tam scilicet respectu celebrationis dictæ Festivitatis, quàm in [24] ordine ad Processionem, eadem in utroque applicatut Juris dispositio, *leg. Illud ff. ad leg. Aquil. Alexand. cons. 75. num. 3. & 4. lib. 5. Fulgos. consil 77. num. 0. & 3. Argel. de Legit. Contrad. quæst. 10. num. 115. & Rota dec. 348. num. 13. par. 17. rec.*

Quæritur in secundo Dubio, *An Confraternitas Orationis, & Mortis Casalis Majoris, aggregata Archiconfraternitati Urbis possit sine licentia Episcopi in suo Oratorio exponere Eucharistiam infra annum, & præcipuè Quadraginta Horarum in Octava Defunctorum, aliasque Functiones peragere, juxta proprium Institutum*, Quod videtur resolvandum *Affirmativè*, prout ita Juris esse censuit, & licèt provisionaliter decrevit anno 1718. D. Secretarius hujus Sacræ Congregationis. Cùm enim nostra Confratenitas erecta fuerit cum consensu, & authoritate Episcopi, necnon, præviis omnibus Solemnitatibus, legitimè aggregata reperiatur Archiconfraternitati Moritis, & Orationis Urbis; Et quod magis est, functiones omnes specificatæ in nostro dubio, à tempore [25] erectionis usque ad præsens semper factæ fuerint, nulla requisita Episcopi licentia, & in executionem nostri Instituti, specificè approbati *à Pio IV. in ejus Constitutione* 22. *§. 2. in Bullar. nov. tom.* 2. quæ ita summatut: *Approbatio Archiconfraternitatis Orationis, & Moriis, nuper in Urbe institutæ ad Orationem quadraginta Horarum singulis Mensibus publicè peragendam*, & clarius in §. ibi: *Ipsi Confratres in principio cujuslibet Orationis singulo mense in penultima ejus Dominica, vel alio die fieri solita, Corpus Domini cum decenti pompa deferant*, & notat *Piazza nelle Opere pie di Roma tract. 5. cap. 26. fol. 459. §. E stato*, ubi quod Oratio Quadraginta horarum in Urbe ortum habuit ob Archiconfraternitate nostri Instituti, ibi: *Questa caritatevole Archiconfraternità è stata la prima, che usasse di fare Orazione continua delle Quarant' hore*; Quodque à dicto Pio IV. illius denominationi *della Morte*, addita fuit alia *dell' Orazione*, ibi: *Osservando, che questo nome della Morte, di cui si chiama questa Compagnia, riusciva orrido, ed odioso, avendo inteso, che aveva ancora per Instituto di fare ogni Mese l'Orazione continua delle 40. Ore, volle, che s'intitolasse la Confraternita dell'Orazione, altrimenti della Morte.* Circa quod concordat etiam *Phanucc. nell' Opere pie di Roma lib. 2. cap. 29. in medio.*

In istis proinde circumstantiis omnis necessaria licentia præsumitur concessa in ipsomet actu erectionis, [26] neque quolibet anno requiritur ad facienda ea, quæ in executionem Instituti ab Episcopo approbati fieri debent, ad tradita per *Lambertin. de Jurepatr. par. 1. lib. 1. quæst. 2. art. 7. num. 3. cum pluribus seqq. & lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 8. num. 1. & 2. Card. de Luc. de Regular. disc. 30. num. 6. Rot. coram Gregor. decis. 57. num. 7. & seqq. in recent. dec. 120. num. 9. & in Majoricen. Beneficii* 28. *Novembris* 1704. *§. Minimè coram Muto*, confirmata 11. *Maji* 1705. *§. Quod autem coram eodem*, impressa *apud Jacob. de Comit. decis. Florent. 33. §. 1. num. 3. & 4. & §. 2. num. 4.*

Observando ulterius, quòd nostri Confratres easdem functiones semper in præteritum fecerunt publicè, & palam, & in conspectu universi Populi Terræ Casalis Majoris, itaut, istis omnibus attentis, vanum prorsùs sit dubitare, quod de illis perfectam scientiam non habuerint, tam Episcopi antecessores, quàm modernus Episcopus Cremonensis, sub cujus Diœcesi extat Oppidum Casalis Majoris; Et propterea in istis facti circumstantiis, eo magis crescit vis dictæ urgentissimæ præsumptionis, quod eadem licentia semel pro [27] semper concessa fuerit in ipso actu erectionis nostræ Confraternitatis, juxta animadversa per *Card. de Luc. de Regular. disc. 3. num 6. & disc. 37. num. 10. & D. Piton. discept. Eccles. 38. num. 8.* & firmata per *Rotam dec. 982. num. 7. coram Dunoz. jun.*

Fortius quia agitur de functionibus, ex supra animadversis inseparabiliter annexis, & connexis cum nostro Instituto, quod cùm fuerit specificè approbatum per Episcopum Cremonen. in erectione nostræ Confraternitatis, idem consensus pro erectione dicitur comprehendere etiam omnes functiones, de quibus disputamus, quia ille, qui concedit antecedens, dicitur, etiam concedere omne necessarium consequens, & omne id, [28] quod cum antecedenti necessariò annexum est, *ad Text. in Leg. 1. ff. Si usufr. pet. & in leg. Reflexionis ff. Commun. Præd.* cum concordantibus apud *Rotam decis. 82. num. 9. coram Ansald. & decis. 61. num. 4. coram Nunot. & dec. 36. num. 1. coram Emerix jun.*

Videntur hæc superabundare pro affirmativa resolutione hujus secundi Dubii, & tamen subdimus aliud æquè solidum, ac distinctum legale fundamentum, præd. affirmativam resolutionem mirabiliter comprobans, in eoque residens, quod nostra Confraternitas, ut in facti expositione supra opportunè prænotavimus, servatis omnibus servandis, solemniter aggregata reperitur Ven. Archiconfraternitati Mortis, & Orationis Urbis; Cùmque ista faciat omnes functiones, de quibus in præcitato nostro Dubio, absque ulla licentia Vicarii Urbis, ut in illa notorium est, in necessariam promanat consequentiam, quod easdem functiones eodem prorsùs modo, & sine licentia Ordinarii Cremonen. explere possit nostra Confraternitas, ipsi aggregata, vigore ejusdem Aggregationis, quæ illam respectu sacrarum Functionum pro- [29] prio Instituto convenientium, in omnibus, & per omnia æqualiter privilegiatam reddit Archiconfraternitati Aggreganti, ad tradita per *Oldrad. consil 300. nu. 5. Rota coram Crescent. decis. 9. eodem num. de Privil. & coram Cels. decis. 70. num. 11. & in par. 10. recent. dec. 337. nu. 4. & in par. 11. dec. 348. num. 6.*

Atque generalibus omissis, in punctualissimis terminis Aggregationis alterius Confraternitatis Mortis Oppidi Finatii, factæ ab eadem Archiconfraternitate Mortis Urbis, habemur individualissimam Decisionem *Sac.* [30] *Rotæ in Savonen. Aggregationis* 27. *Junii* 1698. *§. Quo verò coram Pio*, ibi: *Inde sequitur virtute hujus communicationis, omnia enarrata Privilegia aggregatæ Confraternitati concessa fuisse, iisdemque frui posse, quemadmodum fruitur Archiconfraternitas Urbis, Oldrad. &c. & §. Prout etiam* ibi: *Pius IV. impartitus fuit Archiconfraternitatis Urbis &c. & propterea utrumque prodesse debet Confraternitati Finarii, prout regulariter operatur communicatio Privilegiorum ex superius firmatis*; Quæ punctualis Decisio fuit confirmata *die* 9. *Junii* 1699. *§. Quo verò coram eodem*, ibi: *Virtute hujus communicationis omnia enarrata Privilegia aggregatæ Confraternitati concessa fuisse, iisdemque frui posse, quemadmodum fruitur Archiconfraternitas Urbis*, & super Remissoria *die* 15. *Januarii* 1700. *§. Justitia enim coram Olmo*, ibi: *Archiconfraternitas Orationis, & Mortis Urbis quemadmodum in aggregatione Confraternitati Finarii eidem communicavit omnia, & singula Privilegia sibi competentia, ita eadem facultas etiam memoratæ Confraternitati competere debet ex vi prædictæ communicationis Privilegiorum, quæ operatur, ac si ea ab initio fuissent principaliter eidem Confraternitati concessa.*

Posito ex his bono Jure nostrorum Confratrum circa Expositionem Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, & præcipuè Quadraginta Horarum, necnon circa alias Functiones proprii Instituti, quas valeant explere absqua ulla Episcopi licentia, superfluum remanet examen tertii, & quarti ex nostris dubiis; Nam quoties licentia Ordinarii, vel obtenta præsumitur in actu erectionis publicè, & palam gesto, juxta authoritates supra citatas, quibus addimus alias, secutas *à Lambertino de Jurepatr.* [31] *lib. 1. par. 1. quæst. 2. art. 7. sub nu 7.* Vel comprehensa dicitur in generali approbatione nostri Instituti; Inde sequitur, quod illa non requiratur ampliùs in actu reiterabili, annuatim recurrente, & fieri solito, juxta latè ani- [32] madversa per *Tiraquell. in Leg. Boves §. Hoc termino limit. 2. num. 1. & limit. 4. num. 2. & 3. limit. 5. nu. 1.* & firmata per *Rotam coram Emerix jun. decis. 1312. n. 9.* Et considerando qualitatem Processionis, faciendæ, ut in casu præsenti ad unguem verificatur, vigore Instituti nostræ [33] Confraternitatis, quod sufficiat simpliciter invitare Canonicos, resolvit hæc Sacra Congregatio *in Regien.*

5. Augusti 1719. *ad quintum Dubium*, ut videre est apud *D. Fargn. de Jurepatronatus tom.* 3. *fol.* 415.

Quibus accedit alia facti circumstaotia, nimis ad nostrum effectum considerabilis, quòd Oppidum Casalis Majoris, lo quo situm est nostrum Oratorium, per triginta, & ultra milliaria distat à Civitate Cremonæ, in qua residet Episcopus Cremonensis, & propterea si juxtà Præpositi prætensionem, licentiam ejusdem Episcopi necessaria esset, toties quoties aliqua functio in executionem nostri Instituti à Coofratribus facienda es- 34 set, nemo non vider inconvenientia, quæ exindè resultare possent, ulrra incommoda nostrorum Confratrum, & considerabiles expensas, annexas itineri illius Personæ, quæ accedere deberet ad petendam ab Episcnpo licentiam; Cum illn addito, quòd vel occasione Sanctæ Visitationis, vel ex alio legitimo impedimento posset dari casus, quòd Episcopus in sua Civitate non resideret; In quibus terminis oporteret, vel nmirtere, vel differre functiones, certis diebus, & temporibus affixis nostræ Confrateroitati in executionem proprii Instituti.

Remanet ultimum Dubium; *An petita, & non obtenta dicta licentia, habeatur pro concessa*, pro cujus favorabili sesolutione in omne pessimum casum, opportunè repetimus, quod cùm sermo sit de functionibus fieri solitis ex proprio Instituto nostræ Confraternitatis, non debet esse repositum in arbitrio Episcopi illas differre, nno 35 sine Populi scandalo, & nostrorum Confratrum mœrore, & Divini cultus diminutione, quòd permittendum non est, juxta *Textus in Cap. En parte* 1a. *de Constit. & cap. Per ambitiosns de Rescript.* cum concordan. apud *Rotam decis.* 847 *nu.* 7. *coram Seraph. & decis.* 686. *nu.* 5. *coram Cerro, & decis.* 258 *nu.* 23. *&* 24. *part.* 7. *recent.*

Et favore Confraternitatis Mnrtis, & Orationis Finarii contra Episcopum Savnnen. firmavit *Rota in Savo-* 36 *nen. Aggregationis* 27. *Junis* 1698. *§. Nec obstat coram Pio*, ibi: *Animadversum namque fuit, quòd jam en parte Confraternitatis Finarii requisitus fuit Episcopas &c. Quamobrem cùm ipse denegaverit illam concedere, licuit præfatæ succumbenti ab indebita denegatione appellare, & bene potest Judex compellere ad concessionem &c. Vel illius consensum per Sententiam supplere*, ut dixit *Rota in Romana Oratorii &c.*

Po quorum facilliori admissione supplicamus observase, quòd sumus in terminis verè piæ Archiconfraternitatis, cujus pietatis Opera non sunt restricta intra Ci- 37 vitates, vel Oppida, sed illorum Confratres (sunt verba *Abb. Piazz. nell'Opere Pie di Rom. tract.* 5. *cap.* 26. *§. In altre*) *vanna fuori per molto spazio al caldo, al gelo, alla pioggia, ed a venti per le Vigne, e Campi, occorrendo talvolta ne maggiori caldi di averne molti per giorno, seppellendoli con molta carità, e divozione*; Et propterea etiamsi aliqua remaneret in hac parte dubietas, quòd 38 non credimus, in hac semper inclinandum esset favore nostræ Confrateroitaris, ut in terminis alterius Confraternitatis Finarii nostri Instituti, firmavir *Rota in Savonen. Aggregationis* 9. *Januarii* 1699. *§. Quantum autem coram Pio*, ubi ad dictum effectum considerat incommoda ex nostro Instituto incumbentia Confratribus, ibi: *Pinguibus Privilegiis fuit decorata in compensationem suscepti muneris bumandi Corporn Peregrinorum, & Pauperum, quæ aliàs ferarum voracitati consami, vel, Cœlo saltem aperta, putrescere cogerentur &c. Quod æquidem Opus potius debet ab omnibus cunfoveri, tamquam ultimum, ac munimam pietatis officium*, & 15. *Januarii* 1700. *§. Hic autem coram Olmo*, ibi: *In remunerationem pii Operis, ab ipsa Confraternitate exerciti, bumandi nempè Cadavera, quæ secus in Campis ferarum esca, & cibas remanerent, qua fit, ut illud tamquàm tributum pra alliciendis Confratribus ad tanti operis continuationem, sit potius amplectandam, quàm restringendum &c.* quod considerat etiam *Fanucc. nell' Opere pie di Rom. cap.* 39. *per tot.* & signanter *vers. E quello, che fa più stupire.*

In horum autem conflictu attendendæ non videntur duæ relationes Episcnpi Cremonen. sub diebus 12. & 23. Decembris 1723. Snla enim illarum lectura ostendit, illas esse potius Scripturas favore Præpositi cnmpositas, unicèque directas ad tollenda de medio, & annihilanda Privilegia, & prærogativas, nostræ Confraternitati communicatas per Archiconfraternitatem Mortis, & Orationis Urbis, mediaoti solemni Aggregatione; In istis autem terminis partialitatis, & iosubsistentiæ contentorum in Relationibus, non est no- 39 vum, quòd Sacræ Congregationes non soleant illas attendere, ut observavit *Rota in Placentina Jurispatronatus prima Decembris* 1704. *§. fin. versic. Neutiquam, attenta Relatione Ordinarii Placentini, coram Omanna, & in Sagonen. Plebaniæ* 10. *Decembris* 1706. *§. Quin attendenda sit Informatio per Episcopum, facta in Sacra Congregatione coram eodem, & in Colonien. Matrimonii* 19. *Januarii* 1711. *§.* 2. *coram Card. Falconerio*, & practicavit *Sac. Congregatio Episcoporum die* 24. *Julii* 1715. *in Novarien. Ponente Cardinali Grimaldo*, nullam præstando fidem simili Relationi Episcopi Novariæ, ut videre est in *Tom.* 1. *par.* 2. *discept* 7. *num.* 36. *&* 41.

Nec subsistit motivum, illud in ipsis Relationibus principaliter adductum, quod talis communicatio Privilegiorum restringenda sit ad solas Indulgentias; Id enim opponitur omnibus principiis, & regularibus propositionibus, juxta quas ab omnibus *Doctoribus* admittitur, quòd Privilegia omnia, omnesque prærogativæ, Archiconfraternitati aggreganti competentes, transeunt in Confraternitates aggregatas, ut omissis generalibus, circa quæ facili negotio componi possent Volumina, in punctualibus terminis alterius Aggregationis, concessæ ab Archicoofraternitate Mortis, & Orationis Urbis, Confraternitati Mortis Oppidi Finarii, habemus quinque magistrales Sacræ Rotæ Decisiones 40 in præcitata *Savonen. Aggregationis* 27. *Junii* 1698. *&* 9. *Januarii* 1699. *&* 15. *Junii ejusdem anni coram Pio &* 15. *Januarii* 1700. *super Negotio principali, & eisdem die, & Anno super Remissoria cor. Olmo*, quas sequitur *Ansald. in Addit. ad decis.* 31. *num.* 24 *versic. Et quoad effectus Aggregationis*, quo circa cum habeamus Articulum individualissimè, & solemniter decisum, supervacaneum est, ulteriora verba facere super hoc puncto.

IN EADEM CAUSA.

Est mera vanitas insistere in asserta Matricitate Ecclesiæ S. Leonardi, & in subjectione alterius Ecclesiæ nostræ Confraternitatis, ac si illa esset filialis dictæ Ecclesiæ S. Leonardi.

Ultra quod enim hujusmodi prætensio ab hac Sac. Congregatione individualiter rejecta fuit, acriter contradicente Parocho die 23. Januarii 1706 quando *quar-* 41 *ta, & quinto* loco disputatis sequentibus dubiis, *An dicti Confratres teneantur, & possint cogi per Præpositum S. Leonardi ad celebrandum in dicto Oratorio quotannis Festum B. M. Virginis, quod recurrit die* 8 *Septembris*, & *An liceat d. Præposito idem Festum Natalitium celebrare in dicto Oratorio, invitis Confratribus. Ad quartam* respondit, *Posse bortari, sed non cogi*, & ad 5. mundè rescripsit *Negativè.*

Si Parochus fuisset Dominus nostræ Ecclesiæ, vel illa esset filialis respectu Ecclesiæ S Leonardi, juxta contrariam prætensionem, utique potuissent Confratres cogi ad celebrandam dictam Festivitatem, vel in omnem casum ipsis invitis, celebrari poterat à Parocho in Ecclesia, quam asserebat, sibi esse subjectam, & filialem.

Cumque adversus dictas resolutiones non fuerit eadverso obtenta nova audientia, non est permissum hodie aliquid contra illas asserere, sed præsupponendæ sunt, & dicuntur habere vim reijudicatæ, ut in terminis re- 42 solutionum hujus Sacræ Congregationis firmavit *Rot. in Tarentina Canonicatus* 8. *Decembris* 1716. *§. Unde coram Foscaro.*

Solidè respondendo dicimus, quod ea omnia, quæ latè adducuntur exadverso in particulari Scriptura circa assertam Matricitatem nullam omnino subsistentiam habent; Non solum quia exadverso ingenue asseritur, talem Matricitatem neque esse propriè, neque etiam minus propriè talem, sed impropriis- 43 simè, & consequenter ad nullum effectum cum Tertii præjudicio attenditur, ex adductis à *Card. de Luc. de Decim. disc.* 12. *à num.* 12. Sed etiam quia sumus in terminis Functionum non Parochialium, in quibus circumstantiis nulla Ecclesia quamvis Matrix, & Parochialis prætendere potest aliquod Jus circa illas functiones, quæ fieri soleot in alia Ecclesia, licèt

hæc

hæc sita sit intra limites dictæ Parochiæ, nisi specialiter, & expressè probet, hanc subjectionem, seu servitutem, sibi ex aliquo privilegio, aut speciali 44 Jure debitam esse, ad *Text. in cap. Dilectus de Cappell. Monach.* ubi *Repetentes* communiter, & signanter *Abbas num. 3. & 11 & in cap. Ad audientiam il primo num. 8. de Eccles. ædificand.* ubi *Fagnan. num. 9. & 10. Calder. cons. 6. sub num. 1. de Relig. domib. & Rota cor. Coccin. decis. 2089. num. 25. & decis. 85. num. 1. & 2. part. 3. cor. Ubaldo, & cor. Emerix jun. decis. 1192. num 2.*

Et in terminis functionum non Parochialium eadem *Rot. in Civitatis Plebis Jurium Parochialium super manutentione 3. Julii 1705. §. Quo verò coram Molin.* ibi: 45 *Quo verò ad alios actus, nempe faciendi Exequias, & Sacrum celebrandi, ac celebratione Missæ in Festivitate S. Georgii, cùm illi nullo modo sint Parochiales, utique planum est expleri posse per Cappellanos Ecclesiæ prædictæ, & nullo modo competere Parocho ex traditis per Card. de Luc de Parochis disc. 31. num. 5. Rot. cor. Coccin. decis. 2089. num. 18. & coram Emerix jun. decis. 1192. num. 2.* ibi: *Absque eo Parochus prætendere valeat exercitium dictorum actuum sub prætextu quod Ecclesia S. Mariæ sit dependens, vel subdita illius Ecclesiæ Parochiali; Quoniam hujusmodi subjectionem, seu dependentiam Parochus non obtinet de Jure, sed ex eo solùm, quod dicta Ecclesia sit posita intra fines suæ Parochiæ, nec aliunde illam probat, unde nihil aliud prætendere potest, nisi Jura Parochialia, ut benè, & magistraliter respondit Rota.*

Præterea idem contrarium assumptum neque etiam aptum esset probare intentum Partis, quando etiam per modum simplicis discursus, & falsæ hypothesis admitterent, quia asserta impropria Matricitas in omnem pessimum casum arctare quidem posset Confratres ad invitandum Præpositum, ad hoc, ut ipsi permitterent, ut per se ipsum celebraret Festum, sed nunquam importare posset facultatem eligendi Sacerdotem, sibi benè visum, prout non semel, sed bis, & tertio resoluit hæc Sac. Congregatio in decursu hujus anti- 46 quæ Controversiæ, ex adductis in Summ. & consonant resolutiones, tam Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium de quibus testatur *Pignatell. consult. 13. num. 24. tom. 8.* quàm illæ hujus Sac. Congregationis quas refert *Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 21. num. 31.*

Supplicantes advertare, quod Invitationes in præteritum factæ, & celebrationes per Præpositum expletæ, probant dumtaxat simplicem congruentiam ratione situationis nostri Oratorii intra fines Parochiæ, & quod Parocho volente, quando invitatur à nostris Confratribus, valeat functiones peragere; Sed ipso nolente, aut non valente per se ipsum illas explere, non potest pro illis uti Substituto ad ejus placitum, sed debet permittere, ut Confratres utantur proprio Cappellano; ex supra allegatis, & quidem non obstante quod aliquando Præpositus contrariam practicaverit, annuentibus Confratribus, quia exinde non potest idem Præpositus prætendere, inductam 47 fuisse aliquam obligationem coactivam Confratrum ad ita imposterum practicandum, vel sibi dici quæsitum aliquod Jus præeminentiale, ut in individuo pro consimili Congregatione Mortis respondit *Rot. in Brixien. Aggregationis super Manutentione 21. Junii 1712 §. Tantoque magis*, & in altera contemporaneè edita *super bono Jure §. Frustra tandem coram Lancetta.*

Omnique admiratione dignum est quod Præpositus mordicus impugnet resolutionem, captam anno 1713. super hoc puncto deputationis Sacerdotis, sibi benè visi pro functione Processionis, quando in ordine ad 48 celebrationem Festi, & Missæ cantatæ summa pace acquievit decretis provisionalibus, & repetitis rescriptis hujus Sac. Congregationis, ut patet ex hodierno Summario, quibus mediantibus fuit determinatum, hoc Jus competere Confratribus, quatenus Præpositus nolit per se ipsum dictas Functiones explere, cùm eadem omninò vigeat ratio respectu unius, ac alterius Functionis, & eò magis, quia Functio Processionis fuit Confratribus permissa intra ambitum proprii Oratorii, ac interdicta extra ipsum, nisi accedat licentia Episcopi, juxta contemporaneam resolutionem anni 1713. super primo Dubio.

Ursaya Discept. Tom. VI.

Deveniendo modo ad *nova Dubia*, duo præmittimus, quæ innegabilia sunt.

In facto, quod de legitima, & canonica erectione nostræ Confraternitatis, servatis omnibus servandis, authoritate ordinaria erectæ, necnon de illius legitima Aggregatione Archiconfraternitati Mortis, 49 & Orationis Urbis, servatis pariter omnibus servandis, obtentæ ab Odoardo Cardinali Farnesio, necnon Alexandro Guidiccione Episcopo Lucano, Diomede Varesio Sac. Consistorialis Aulæ Advocato, Antonio Vaccario, Jo. Francisco Ugolino, & Attilio Nicolao, respectivè Protectore, Gubernatore, & Custodibus, seu Administratoribus d. Archiconfraternitatis Urbis, dubitari non potest, non solùm ex adductis in Summario, sed etiam ex illius solemni Aggregatione, renovata post editam Constitutionem Clementis VIII. quam exhibemus in Summario, juncta Attestatione Secretarii ejusdem Archiconfraternitatis. In illa autem inter alia, asseritur, ad talem Aggregationem deventum fuisse attento consensu, & literis Testimonialibus tunc temporis Ordinarii Cramonen. ibi: *His nostris Literis solo Dei amore, & pietatis, ac Religionis Christianæ augendæ zelo ducti, Confraternitatem præfatam, authoritate ordinaria, canonicè erectam, attentis Episco- 50 pi, seu Ordinarii Loci consensu, ac literis Testimonialibus, quibus ejus Institutum pietas, ac Religio commendatur nostræ Archiconfraternitati, juxta facultatem Apostolicam, Nobis concessam, adjungimus, & aggregamus, atque illi, ejusque Confratribus nostræ Archiconfraternitati Literis Pontificiis nominatim, expressè, & præcisè concessis, largimur, & communicamus,*

Secundum verò in Jure, quod scilicet ea, quæ concernunt proprium Institutum, piæ Laicorum Confraternitates, postquam legitimè, & servatis omnibus servandis cum authoritate Ordinarii erectæ sunt, 51 ad faciendum ea, quæ ex proprio Instituto eis conveniunt, nulla alia indigent particulari licentia, sed eis suffragatur illa generalis, quam obtinuerunt in illius fundatione, & legitima erectione, ex adductis supra.

Videmus hoc quotidie practicari in Urbe in illis Expositionibus Augustissimi Sacramenti Eucharistiæ, quæ fit, non solùm ab Archiconfraternitate Mortis, & Orationis, cui aggregata est nostra Confra- 52 ternitas, sed etiam ab omnibus aliis, signanter ab illa Sanctissimi Sacramenti, & quinque Plagarum in Ecclesia S. Laurentii in Damaso, ab alia in Ecclesia S. Mariæ de Suffragio, ab alia Agonizantium, ab alia in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum, & similium.

Ea autem, quæ Romæ fiunt, & ad praxim reducuntur ab Archiconfraternitatibus, servari debere, & practicari posse ab omnibus Confraternitatibus Orbis, ipsis aggregatis, per viam legis generalis, prævio oraculo Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, sub die 13. Augusti 1593. demandavit Clemens VIII. testibus *Capon. disceptr. 276. num. 25.* ibi: *Sac. Congregatio Episcoporum, an- 53 nuente Clemente VIII. die 13. Augusti 1593. decrevit, quod id, quod Romæ servatur in talibus Confraternitatibus, ubique Terrarum servetur Campanil. in divers. Juris Canonici. rubric. 12. cap. 13. num. 123. Barbos. allegat. 78. num. 24. & Ricciull. variar. Lucubrat. tit. de Confraternitat. libro 4. capit. 16. per totum.*

Et rationem adducit *Episcopus Bassus in novissimo Tractat. de Sodalitiis part 2. num 4. vers. Quinimmò*, quia scilicet Orbis Confraternitates per Aggregationem obtentam ab Archiconfraternitatibus Urbis, dicuntur re- 54 cipere observantiam, Statuta, & consuetudines Archiconfraternitatum aggregantium, ubi sequitur resolutionem hujus Sac. Congregationis *in Potentina Aggregationis 29. Maji 1683. quæ est in Lib. 33. Decret. fol. 148.* in qua Sac. Congregatio nihil aliud necessarium existi- 55 mavit ad hoc, ut Confraternitates aggregatæ possent uti Statutis, & consuetudinibus Archiconfraternitatis

Quibus positis non sine magna improprietate, nostra dubia vocantur exadverso æquivoca, & humillimæ 73 Confratrum petitiones gratis ubique qualificantur pro captiosis.

Circa ultimum dubium in omnem casum, cùm ex prædictis, vel non sit necessaria particularis licentia, vel sufficiat semel illam petere, ex quo agitur de functionibus præscriptis in Instituto nostræ Confraternitatis, illius denegatio, diceretur injusta, & proindè 74 haberi deberet pro concessa *Felin. in cap. Cùm Venerabilis 33. de Exceptionibus* ibi: *Si Episcopus injustè recuset consentire, cogi potest coram Superiore, ut compellatur*, *Card. de Luca in Miscellan. Eccles. disc.2. nu.45.* ibi: *Vel quandoque suppleri solet, ubi nempè minùs indebitè talis consensus denegetur*, *& Rota coram Mantica dec.238. num. 9.* ibi: *Vel illius consensus supplere si non habeat justam causam contradicendi*, *& in Senogallien. Fundationis Monasterii 16. Maii 1710. §. Neque coram Molines*, ibi: *In quolibet actu dependente à consensu alterius, semper de Jure intelligitur præservata authoritas Superioris, qui injustam denegationem consensus suppleat*, *D. Piton. de controv. Patron. alleg.73. num. 24. versic. Neque considerari* ibi: *Aut dissentiet sine causa, & Ordinarius consensum habebit pro præstito.*

Et in punctualissimis terminis nostri casus egreglè *Rota in Savonen. Aggregationis 27. Junii 1698. §. Nec obstat coram Pio*, cujus præcisa verba registravimus supra.

Die 13. Aprilis 1726. propositis in Cong. Concilii sequentibus quatuor dubiis.

I. *An sit standum, vel recedendum à decisis sub die 5. Junii 1723. quoad secundum dubium.*

II. *An Confraternitas Orationis, & Mortis Oppidi Casalis Majoris, aggregata Archiconfraternitati Urbis, possit sine licentia Episcopi in suo Oratorio exponere Eucharistiam infra annum, & præcipuè 40. Horarum in Octava Defunctorum, aliasque functiones peragere, juxta assertum Institutum in casu &c.* Et quatenus negativè.

III. *An sufficiat semel dictam licentiam petere, tam pro expositione infra annum, quàm 40 Horarum, aliisque functionibus, juxta d. ass. Institutum, seu potiùs illa requiratur toties, quoties.*

IV. *An petita, & non obtenta d. licentia, habeatur pro concessa in casu &c.*

Ad primum responsum fuit *in decisis*.

Ad secundum: *Negativè quoad primam partem; Et quoad secundam explicentur Functiones*.

Ad tertium: *Servetur solitum*.

Ad quartum: *Negativè, & amplius in omnibus*.

Occasione communicationis Privilegiorum antiquarum Religionum, quam à Summis Pontificibus ferè omnes novæ Religiosæ Familiæ, vel in eorum fundatione, vel temporis progressu obtinuerunt die 16. Maii 1725. disputatum fuit dubium, An illa persisterent in suo robore post Concilium Tridentinum, quod à Congreg. particulari d. die resolutum fuit affirmativè, sequens doctissimum æquè, ac eruditissimum Votum composuit Em. & Rev. D. Card. Marinus.

V O T O

DEL CARDINAL MARINI

Nella Congregazione particolare deputata da N. S.

SOPRA LE ORDINAZIONI DE' REGOLARI

E X T R A T E M P O R A.

Essendo stato più volte, a diversi Ordini Regolari, prima, e dopo del Concilio di Trento, *espliçitamente* concesso il Privilegio dell'*extra tempora*, Come adducendo (oltre molti DD.) le precise Bolle, che lo concedono, prova diffusamente il *Tamburin. de jur. Abb. disp. 2. quæst.13. n. 3. & sequ.* E vien mostrato parimente qui sotto al *§. Perche quanto*,

Ed avendo sempre preteso ancora gl'altri Ordini, che individualmente non l'hanno avuto, di poterne, ciò non ostante, godere, in virtù di quella scambievole communicazione di Privilegj, che (rispetto ancora alli *Concedendi*) han da varj Pontefici, in diversi tempi ottenuta, come apparisce dalle Bolle communicative, raccolte tutte distintamente dal *Chassaing, tom.1. par.2. tr. 1. c.3. prop.1. 2. & 3.*

La risoluzione del presente dubbio, che vien proposto, cioè: *Se il Privilegio dell'*extra tempora, (*ò sia stato concesso, ò legittimamente communicato,*) duri *ancor ora, ne' Regolari, in maniera, che per poter essi, con sicurezza, fuor de soliti tempi, ordinarsi, non abbian bisogno di nuovo Indulto*, dipende dall'esame delli punti seguenti, cioè

Primo se sia questo un Privilegio, che, da chi non l'ha avuto *esplicito*, abbia potuto acquistarsi per la sola *generale communicazione de' Privilegj*, tanto avanti, quanto doppo il Concilio di Trento, ottenuta.

Secondo, se il detto Concilio, ò li susseguenti Pontefici Pio IV. Sisto V. ed Innocenzo XII. l'abbiano rivocato.

Terzo, se in vigore di qualche nuovo Privilegio specifico, che sia stato dato, ò confermato in tal materia, *doppo il Concilio*, a qualche Ordine Regolare, possano gli altri, (in virtù della precedente, ò di qualche altra susseguente *generale communicazione*) goderne, ancorche gl'*antecedenti* lor Privilegj fossero stati, dal Concilio, revocati.

Quarto, se li Vescovi (doppo il Concilio, e le Bolle de Papi posteriori,) abbiano potuto *con sicurezza* seguitar, come prima, ad ordinare *extra tempora*.

RISPETTO AL PRIMO PUNTO, non può mettersi in dubbio, che le generali communicazioni, che sian state fatte con le consuete espressioni di *tutti, e singoli Privilegj*, degl'altri Ordini, non si estendino ancor'a quello dell'*extra tempora*.

Perche sotto un tal generico termine *di tutti, e singoli Privilegj*, essendo *regolarmente* compreso ogn'uno d'essi in particolare, non può eccettuarsene alcuno, se in lui non concorrano le seguenti circostanze *limitative*, che sono quell'uniche, che vengono considerate dalli DD. e Tribunali, come capaci d'indur presonzione, che il Concedente, in quei termini, non abbia voluto concederlo, cioè

L'essere Privilegio *di difficile concessione, e non solito*: Come in questi termini vien dalla Rota escluso *nella decis.8. part.8. Rec. num.7.*

L'essere *in materia pregiudiziale*: come lo rigettano *Il Pignatel. tom 10. consult.2. nu 33. & seqn. ed Il Monacel. Form. leg. tom.4. part.8. num 484.*

Il non essere *additabile agl'altri Instituti, e luoghi di chi deve parteciparlo*: Come l'impugnano l'Eminentissimo Petra *ad Const.4. Anastasii, e Giovanni della Crux de Stat. Relig lib.2.cap.4.dub.1. & 3 & cap.8.dub 1.*

Ed il non esser in *uso*, ò l'essere, per sè medesimo, *assurdo*: Come in questi termini ne proibiscono la communicazione più Bolle, e in specie *la 17. di Gregorio XIV. la 131. di Urbano VIII. la 14. di Clemente X. & altre*.

Ma niuna di tali circostanze *limitative* concorre nel Privilegio dell'*extra tempora*.

Perche, quanto alla prima, non può dirsi, che *non sia solito*, mentre è stato tante volte, a diversi ordini, specificamente concesso, come (frà l'altre Bolle, che prima del Concilio, lo portano) apparisce da quella di *Alessandro VI.* per li PP. di S. Girolamo, addotta dal *Casarub. in Comp. Privil. mendic. fol.452. num.11.* E dalla 106. dello stesso Papa, per li Monaci Benedittini, *nel Bollar. Casin. tom.1.* E dalla 9. di *Pio IV.* per li Cavalieri di Malta: E (doppo del medesimo Concilio,) da quella di *Clemente VIII. 23. Novembre 1596.* per li PP. di S. Gio: di Portogallo; Dalla *77. di Gregorio XIII. Pium, & utile* per li Gesuiti; E dall'*86. Cum interna* dello stesso *Gregorio*, per li Eremiti Camaldolesi.

E molto meno può riputarsi *di difficile concessione*: Perche, non solo è stato tante volte, come sopra, concesso alle Religioni, ma, per *Segretaria* ancora *de' Brevi*, si concede ogni giorno, a qualsivoglia quasi persona, che lo richieda.

E' certo ancora, che non pregiudica all'autorità, ne all'interesse di alcuno, Non potendo allegarsi à chi sia nocivo; A differenza de Privilegj *di ordinarsi à quocumque, e di non servar gl'interdetti, in certi giorni determinati*,

nati, de quali, unicameote, parlano *il Monacello*, & *il Pignatello* ne sudetti luoghi, in contrario, allegati, affermando, che per il pregiudizio che portano alla superiorità, e Preeminenza de gl'Ordinarj, non devono riputarsi, nelle *generali concessioni, e communicazioni*, compresi.

Che sia *adattabile, e profittevole a tutte egualmente le Religioni*, è parimente chiaro per il bisogno, che può aver ciascheduna di più Sacerdoti per supplire agli oneri delle Messe. Qual bisogno di Sacerdoti, è la principale, appunto, ragione considerata dalla Bolla *Speculatores* d'Innocenzo XII. per doversi fare le ordinazioni *extra tempora*.

E finalmeote non è *fuor d'uso*, ne *assurdo*; Poiche, quanto *all'uso*, è stato egli non solo pratticato da molti, e molti Vescovi, come mostrerassi qui sotto, ma per 50. ancora, e più aoni, dal vero Esemplare, e Vescovo ora, de' medesimi Vescovi *BENEDETTO XIII.* che val per tutti;

E quanto all'essere *cosa assurda*; non solo noo può considerarsi in tal Privilegio niente di mostruoso, ma anzi al contrario, ogni ragiooe di congruenza richiede, che debba lasciarsi alli Superiori delle Religioni, (che meglio degli altri necessariamente conoscono li suoi Religiosi, e le cooveoienze de' lor Conveoti,) l'esame di quelle congruenze, ò necessità, che ne' casi, e soggetti particolari concorrono, per doversi, fuor de' tempi consueti, ordinare.

E però cessando tali limitazioni, che sono l'uniche; e concorrendo ancora, che il tempo prescritto alle ordinazioni non è cosa sostanziale delle medesime, come per la *Glos. in cap. ordinationes il 1. dist.73.* osserva l'*Ugolin. de Offic. Episc. cap. 26. §. 25. num. 1.* e seguitano li *Barbos. in collect. ad Conc. Trident. Sess.23. de Reform. cap.8. num.8.* & il *Fagn. de Temp. Ordin. cap. de eo, num. 20.* Cessa ancora quel presonto diffetto di volontà, che quando entrassero le dette limitazioni, ò il preciso tempo fosse un punto sostanziale, militarebbe contro il doversi intendere, a tutti indistintamente estesa la detta generale commuoicazione.

Ma poi toglie, in questo, ogni ulteriore discorso il riflesso, che la communicazione de' Privilegj concessa alli detti Ordini, (attese le clausole sommamente pregnanti, che si trovano llese io molte Bolle communicative de' medesimi Privilegj) deve dirsi, per quello dell' *extra tempora*, non puramente *generica*, ma precisameote *individuale, e specifica*, leggendosi (tra le altre) nella 16. in ordine di *Gregorio XIV.* le seguenti parole *Etiamsi fuerint talia, quæ specialem, & individuam requirerent mentionem, seu in præsentibus de verbo ad verbum insertionem, seu particularem concessionem, &c.* E più sotto: *Æquè pariformiter, & absque ulla penitùs differentia perinde, ac si in illis, & eorum singulis principaliter, specialiter, & expressè, ac nominatim, & non ad instar, concessa fuissent.*

E nella 60. di *Paolo V.* dicendosi: *Eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis, & insertis habentes*, E più sotto: *Omnia præterea Privilegia specialis quoque nota digna, & individua, etiam per modum extensionis, vel communicationis cum particula exclusiva.*

E nella 131. di *Urbano VIII.* similmente leggendosi: *Quamvis illa sint speciali nota digna, difficilisque concessionis, & quæ in generali concessione non veniunt, non solum per communicationem, & extensionem, & ad instar, vel speciatim, & nominatim, pariformiter, & æquè principaliter in omnibus; & per omnia, absque ulla prorsus differentia, perinde, ac si illa specialiter, expressè, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & individuæ, & particularis, & specialis concessionis, etiam motu proprio, concessa forent.*

Queste clausole sono dalli DD. precisamente considerate, come inducenti la communicazione *specifica*, come se in realtà fossero trascritte, ne Privilegj *Communicanti*, e le stesse parole di quelli *Communicati*, ed hanno forza di nova concessione, come fermano il *Butrio cons.2. in princ.* a più diffusameote il *Pignattel. tom.10. consult 1. num.27. & sequ. Il Mocd. decis.1. de rescript.* e in *Rota nella decis.407. num.7. part.3. Recent.* e *nella decis. 607. nu.2. coram Pirovano*; E che ne' precisi nostri ancora termini dell'*extra tempora*, la sudetta Bolla di Paolo V. porti l'accenata communicazione insegnano il *Barbos. ove sopra sess.23. cap.8. al nu.4. Dinna res. moral. p. 3. tract. 2. resol.31. Marchin. de Sacr. Ord. tract.1. part. 7. cap. 7. n.1. Monet. de com. alt. vol. c. 10. nu. 184. Anaclet. ad lib. 1. decret. tit. 11. §. 2. dal n.40. e segu.* e molti altri, presso *il detto Barbos. ove sopra.*

QUANTO AL SECONDO PUNTO, che il Concilio di Trento non abbia abrogato un tal Privilegio, resta parimente chiarissimo;

Perche il *cap.8. sess.23. de reform.* che suole in contrario allegarsi, dicendo solo genericamente, che nella Chiesa, *Statutis à Jure temporibus*, si facciano le publiche Ordinazioni, senza esprimere, che si facciano ne dalli Regolari, ne dalli privilegiati dalla Sede Apostolica,

Entra io questo caso, a favore delli stessi Privilegiati, la conclusione, che le leggi generiche non tolgono quei Privilegj particolari, che su l'istessa materia, di cui esse leggi parlano, sono stati concessi *Oldrad. cons. 266. Gabriel. de leg. concl. 1. num.3. Felin. cap.1. de rescr. num.10. Germon. de indult. Card. §. Per quæ sublatis num. 69. & 73. Garzia de benef. part. 3. cap.2. num.259.*

E non sono compresi nelle Geoerali disposizioni, se non venga fatta di essi special menzione, *cap. cum ordinem in 6. & cap. Abb. 40. ubi Gloss. vers. per litteras de rescrip. cap. studuisti de offic. legat. l. si non speciali 9. Cod. de Testam. Bald. cons 88. in princ. lib.2. Gonzal. ad reg. 8. Canc. gloss. 9. §. 2. num.6. Rota coram Peuting. decis. 354. num. 10.*

Ed in specie poi noo vi sono compresi li Privilegj, e persone de' Regolari, per esser parimente degni di special menzione, come per l'*autorità della S. Congregazione*, ferma il detto *Barbos ove sopra al num 32.*

Oltre che poi, il Privilegio dell'*extra tempora*, essendo Privilegio Apostolico, sarebbe sempre stato necessario, che al medesimo fosse stato, nel sudetto capitolo, derogato, non avendo il Concilio tolti quei Privilegj Apostolici che non ha espressi, come per la *Glos. nella Clementina UT II, de stat. & qualit.* osserva il *Fagnan. nel cap. quia propter §. Illud autem num. 7.* E lo stesso non solo fermano *Aldret. in alleg. pro regul. exempt. part. 1. cap. 8. num 7. & 29. Suarez de leg. lib. 8. cap. 18. num. 17. & cap 17. nu. 6. e in Rota nella Leodien. Canonic. 12. Maji 1596. coram Blanchetto*; Ma è stato precisameote così deciso dalla Sagra Congregazione del Concilio, in due diversi, uno de quali è riferito dal detto *Germonio al num. 68. ove sopra*, e l'altro *da Eman. Rodrig. quæst. Can. & Reg. tom 1. quæst 8. art.6. §. Tertio infertur.*

Onde non avendo il detto Concilio, ne nominati li Regolari, (che ben sapeva, che richiedevano, special menzione,) ne derogato alli detti lor Privilegi, (che non poteva ignorare, che non avessero) quando al contrario agli altri privilegi, che non ha voluto, che giovino, ò ha egli *esplicitamente* con chiare parole, ò *implicitamente* con termini incompatibili, derogato, come si vede, che ha fatto, non solo *nel cap. 12. sess.24.* & in molti altri luoghi, ma ancora nello stesso *cap.8.* di cui si parla, in quella parte ove proibisce le *Ordinazioni à quocumque*, (Qual discretiva fatta nel luogo stesso, mostra chiarissima, per le note regole, la diversità della volontà, come in proposito dello stesso Concilio, osserva diffusamente il detto *Germonio ove. sopra al nu.69.*) Deve perciò necessariamente intendersi, che il detto Privilegio dell'*extra tempora* sia rimasto nel suo vigore; Come per tal ragione, communemente insegnano li *Salmanticensi tom.2. tract. de Sacr. Ord. cap.4. nu 83. Castropal. observ. moral. 4. de Sacr. Ord tract. 27. disp. unica punct. 33. num. 33. Anaclet. ad lib. 1. decret. tit. 11. §. 2. à num. 47. Pelizar in manual regul. tom 2 tract 8. cap 2. sess. 3. nu. 173. Dinna oper. moral part. 3. tract. 2. resol. 31. Passerin de statu homin. tom. 3. quæst 189. art. 10. insp. 10. fol. 840 Emanuel. Rodrig. tom. 3 quæst 23. art 5. Monet de commut. ult. vol. cap. 10. num. 184. Homobon. de exam. Eccl. tract. 2. cap. 1. quæst. 13. Portell. verb. Ordin. Sacr. num 4 Villalob. part. 1. tractat. 21. diff. 13. num. 6. Hier. Rodrig. res. 106. num. 7. Jo: de Cruce lib. 1. cap. 8. Tambur. tom. 2. dist. 2. quæst. 13. num. 8. & quæst. 17. num. 1. Csped. de Exempt. dub. 82. Leand. oper. moral. tom. 2. tract. 6. de Ord. disp. 7. quæst. 23.*

Ne

Ne puol opporsi, che in detto *cap. 8. sess. 23.* non manchi quella deroga almen'*implicita*, che si pretende che nasca dal venir ivi prescritta una prattica, totalmente contraria, ed incompatibile con li Privilegj de' Regolari, come si dice esser quella, di non doversi dare gli Ordini Sacri fuor de' soliti tempi, quando il Privilegio di essi Regolari, consiste all' opposto, in poterli essi avere *extra tempora*.

Perche chi così discorre in superficie contempla la generalità del decreto Conciliare, senza passar più oltre a penetrarne la mente „Come ben'osserva lo stesso *Emanuel Rodrig. tom. 1. quæst. 8. art. 6. §. Sed contra*; mentre nella sostanza, non solo non vi è alcuna contrarietà, ne incompatibilità nella lettera del detto *cap. 8.* col privilegio dell'*extra tempora*, ma deve anzi dirsi, che abbia avuta, il Concilio precisa intenzione di preservarlo.

Che non sia contrario, ne incompatibile, è manifesto; Perche in primo luogo, essendo precisa natura delle cose tra se contrarie, il doversi riferire alli *stessi* soggetti in maniera, che sopra l'*identità* de' medesimi, non possa cadere dubietà (mentre in diverse persone, ancor le cose contradittorie, non che le contrarie, possono star assieme); Una tal univoca relazione alle stesse persone, non si trova nel caso nostro, in cui li Privilegj Apostolici di potersi ordinare *extra tempora*, sono unicamente, & individualmente diretti alli Regolari; Ed al contrario il Decreto del Concilio dicendo solamente in genere, che *Ordinationes publicè celebrentur*, senza spiegarsi di chi egli parli, non solo non è diretto alli medesimi Regolari, ma anzi si sa, (per le dottrine qui sopra addotte,) che non avendoli nominati, non ha voluto comprenderli; E però manca intieramente la pretesa contrarietà.

Secondo; Perche potendosi intendere le dette parole Conciliari *Ordinationes statutis temporibus publicè celebrentur*, non in senso di proibizione *esclusiva* degli altri tempi, ma in senso di precetto, che le stesse *publiche ordinazioni* debbano *Haversi*, e *Tenersi* in quei tempi determinati, contro l'abuso, che spesso accade, che si lascino di *Tenere*; Devono sempre tal parole, (quando gl'Indulti Apostolici non possino in altro modo salvarsi) in quest' ultimo senso venir intese, disponendo espressamente lo stesso Concilio nella *Sess. 25. cap. 21. de Reformat.* che tutti li suoi Decreti, sopra la disciplina, e riforma, emanati, debbano intendersi sempre in maniera, che resti l'autorità Apostolica preservata, ivi. *Quæ de morum reformatione, atque Ecclesiastica disciplina &c. in hoc Sacro Concilio statuta sunt, declarat ita decreta fuisse, ut in iis salva semper authoritas Sedis Apostolicæ, & sit, & esse intelligatur.*

Tanto più, che li Canoni, quando han voluto *unicamente* prohibire le Ordinazioni fuor de' soliti giorni, avendo spiegata questa lor intenzione con la particola limitativa. *Nisi*, come si legge nel Canone *Ordinationes dist. 75. cap. 7.* ivi. *Nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent*; E nel *cap. de eo 3. de temp. Ordin.* ivi. *Nisi in quatuor temporibus*, E qui al contrario il Concilio non avendo parlato con alcuna particola *esclusiva*, o *limitativa*, ma solamente, in termini *positivi* prescritto, che vengano a suoi tempi debiti, celebrate.

Una tal discretiva, (che deve sempre, di sua natura, qualche cosa di diverso operare), come in questa stessa materia degl'Ordini, osserva il *Fagn. nel* detto *cap. de eo, de temp. Ordin. alli num. 36. & 37.* è più che capace ancor essa di confermare l'intelligenza sudetta, che il detto Decreto Conciliare non sia già stato fatto per quell'unico fine, che hanno avuto li Canoni, d'impedire, che niuna persona, che non abbia Privilegio Apostolico, venga ordinata fuor de' soliti tempi; ma bensì solamente di assicurare, che le solite publiche ordinazioni, che ne' suoi giorni determinati, si *Tengono* nelle Chiese, non si trascurino di *Tenere*, in modo, che chi voglia ordinarsi, abbia allora tutto il comodo di poterlo fare, come in fatti in questo medesimo senso di doversi le dette Ordinazioni *publicamente Tenere*, vengono intese dallo stesso *Fagnano, ove sopra, alli numeri 22. 28. 32. e 33.* le dette parole Conciliari *Statutis à jure temporibus in Ecclesia publicè celebrentur*; a differenza delle *private*, di qualche persone particolari, che (com'egli aggiunge al detto *num. 32.*) fanno nelle Sagristie, o Capelle, ogni volta, che l'occorrenza lo porti.

E però, siccome in quest'ultima intelligenza, rimane intieramente esclusa ogni contrarietà, (essenda cose compatibili assieme, che si *Tenghino* nelle Chiese, a' suoi soliti tempi, le *Generali pubbliche Ordinazioni*, e che possa ancora, fuor de' medesimi tempi, qualche *particolare* privilegiato privatamente ordinarsi:) Non può mai dirsi il detto Decreto Conciliare contrario alli Privilegj de' Regolari; E quando per qualche altra pretesa contrarietà potesse dubitarsi, che fosse tale, dovrebbe sempre (per il sudetto motivo di salvare l'Apostolica autorità), interpretarsi, che non lo fosse.

Ma per verità, tanto è lontano il Concilio) dall'esser contrario al Privilegio dell' *extra tempora*, che anzi (comunque voglia spiegarsi) ha avuta sempre precisa intenzione, nel *cap. 8.* di preservarlo.

Perche, ancora in supposto, ch'egli non avesse avuto per fine, di far *Tenere* (come s'è detto), e' suoi tempi determinati *le pubbliche Ordinazioni*, ma d'impedire precisamente, che non si facciano in altri giorni.

Tanto, essendo certo che in detto Decreto (supposto esclusivo de' tempi insoliti) ha voluto lo stesso Concilio unicamente *riferirsi* al prescritto dal jus Canonico, Come ciò apertamente convincono le sue stesse parole. *Statutis à JURE temporibus celebrentur*, E come insegnano il *Gonzalez de temp. Ordin. cap. 3. in fine*. *Et il Fagn. nel cap. De eo, eodem tit. num 7.*

Questo medesimo porta, che dovendo, per le note regole, *il Referente* venir sempre inteso, secondo i precisi termini *del Relato*, e contenere le stesse qualità, ed aversi in esso per repetite le stesse dichiarazioni, Come insegnano communemente il *Soccin. Sen. cons. 166. n. 4. lib 2. Aret. in l. Titio §. fin. 2. notab. de verb. oblig. Paris. cons. 2. num. 53 lib. 2.* Ed al nostro stesso proposito, il detto *Rodrigo ove sopra*; E particolarmente trattandosi di disposizione Conciliare, che *recipit passivam interpretationem à jure*, Come per la *Glossa, Baldo, & altri DD. nella l. sciendum ff. qui satisd. cogantur*, ferma il *Fagnan. nel cap. Licèt de foro compet. §. & eo, num. 25.* Debbano perciò ancora in dette parole Conciliari, proibitive de' tempi insoliti, intendersi necessariamente comprese tutte quelle eccettuazioni di persone, e preserve, che nelli Canoni son dichiarate, ed espresse.

Onde portandosi nel Canone *Subdiaconus*, il primo, *de temp. Ordin.* che niuno possa trasgredire i tempi determinati, *se non Chi abbia Privilegio Apostolico*, Come spiega la *Glossa* in verbo *Romana*, ivi. *Quæ Romana Ecclesia, in signum Privilegii, sibi tantum servavit, nullus alius SINE SUA SPECIALI LICENTIA attentare debet*, Che è lo stesso, cha preservare i Privilegiati dall'obbligo di doversi ordinare ne' tempi; Deve anco dirsi per consegnenza, che quando ha detto il Concilio, che *Ordinationes Statutis à JURE temporibus celebrentur* non abbia voluto parlare rispetto all'istessi privilegiati, che, *de jure* del detto Canone, non sono astretti a quei tempi fissi, ma rispetto a quell'altre sole persone], che, ne men dalli Canoni, han'alcun Privilegio

E la medesima intelligēza d'una simil preserva, vien cōfermata del *c. 20. sess. 25. de Reg. & Mon.* Mentre avendo *ivi* il Concilio dichiarato, che, a riserva di dover esser alcuni Regolari, in certi prescritti termini, visitati, (il che non era uniforme alli lor Privilegj), Nell'altre poi cose tutte, debbano essi lor Privilegj (di qualunque genera siano) intendersi preservati, ivi. *IN CÆTERIS omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt salva sint, & illæsa.*

Da ciò ne nasce, che il nostro dell'*extra tempora*, non vedendosi (rispetto alli Regolari), ne in detto *cap. 20.* nè altrove, mai rivocato, ed essendo poi certamente de' principali tra quelli, che *eorum personas, & jura concernunt*: Debba anco dirsi per conseguenza, che seguiti ancor'ora a competergli, come uno *de ILLIS CÆTERIS*, che nel detto *capitolo 20.* si leggono preservati.

Ma vien poi tolto so questo punto, ogni dobbio, dal riflesso, che se lo stesso *cap. 8. sess. 23.* non contenesse alcuna preserva, ma dovesse perciò intendersi comprensivo,

sivo, assolutamente, d'ogni persona benche munita di Privilegio Apostolico, ne seguirebbe l'assurdo, che quando a qualche Religioso particolare, prima di quella sessiona, fosse stata *per Segretaria de' Brevi*, concessa la facoltà di farsi ordinare *extra tempora*; ma non l'avesse ancora eseguita, dovesse anco questa intendersi rivocata; Mentre contravenendo agualmente al Decreto Conciliare; di doversi ordinare a' suoi tempi determinati, Chi s'ordina fuor de' soliti tempi, in vigore di quell'Indulto, che hanno i privilegiati di Privilegio perpetuo, come sono li Corpi delle Religioni, che Chi non serva li detti tempi, in virtù del Privilegio particolare del Breve; Non vi è alcuna maggior ragione, per credere, che le parole generiche *Ordinationes Statutus à Jure temporibus celebrentur*, debbano aversi per più contrarie al primo, che al secondo di dett'Indulti, trattandosi in ambedue egualmente, di Privilegj concessi dal Papa, ed essendo ambedue diretti allo stesso fine, di poter non servare li tempi, dalli Canoni, stabiliti.

Ne può sussistere in fatto la risposta, che alcuni danno, cioè, che quando ancora il detto Privilegio dell'*extra tempora*, potesse credersi, per le presate ragioni, *nel cap. 8. sess.* 23. preservato, sia poi stato, senza alcun dubbio, nella posteriore *sess.* 25. *cap.* 22. *de Regul. & Mon.* con positiva deroga rivocato, mentre *ivi* parlandosi generalmente *di tutti, e singoli decreti, ne' superiori capitoli, contenuti*, vien aggiunta precisamente la clausula. *Non obstantibus omnium, & singulorum Privilegiis*:

E che oltra ciò, una tal deroga, apparisca ancora più certa nella Bolla 94. di Pio IV. che essendo, (come si pretende) confermatoria stello desso Concilio; debba però considerarsi, ed intendersi, come un'istessa cosa con lui.

Perche, quanto alla prima pretesa derogazione del detto *cap.* 22. *sess.* 25. manifestamente si vede dalla subjetta materia de Monasterj, e Case ancora di Monache, (delle quali ivi precisamente si parla), che quelle parole *in superioribus decretis*, si riferiscono, unicamente, alli decreti fatti ne' capitoli antecedenti della *stessa Sessione*, e particolarmente alli 19. 20. e 21.; ove appunto si fa menzione delle Case de' Regolari, e non agli altri delle *antecedenti Sessioni*.

Ed in fatti, non solo così vien inteso il detto *cap.* 22. dalli sopraallegati *Garzia de benefic. cap. 2. num. 277. Eman. Rodrig. tit. 1. quæst. 8. art. 6. Navar. Manual. cap. 27. n. 190. & cons. 7. de privileg. Passerin. de stat. homin. ubi supra n. 22. in fin. ed altri.*

Ma precisamente ancora, (il che toglie in questo ogni dubbio), dalla Bolla *d'Innocenzo XIII.* per li Regni di Spagna, confermata ultimamente dalla Santità di N. S. felicemente Regnante, dicendosi ivi al *num.* 23. in proposito del sudetto *cap.* 22. le seguenti parole. *Referri etiam &c. ad alia quæ in superioribus capitulis ejusdem sessionis constituta sunt*.

E circa poi la detta Bolla 94. di *Pio IV.* non regge in fatto, ch'ella confermi il Concilio, vedendosi questo già confermato nell'antecedente 73. Onde tutto ciò, cha in essa 94. si contiene di deroga, verrà bensì esaminato quì appresso, a che possa estendersi in linea di revocazione *posteriore*, fatta da quel Papa fuor del detto Concilio; ma non può mai riputarsi come una deroga in esso Concilio compresa, in modo, che possa dirsi, che la disposizione Conciliare, anco rispetto al detto *cap.* 8. *sess.* 23. abbia derogato alli Privilegj dell'*extra tempora*,

Ed in fatti, queste ragioni sono state stimate dalli Papi susseguenti al Concilio, di tanto peso, che hanno essi stessi dichiarato, ed interpretato, che simili Privilegj Apostolici, non siano punto contrarj alli Decreti Conciliari, Ed hanno ancora raspettivamente voluto, che come tali, restino preservati.

Perche *Sisto V.* nella sua constituzione 91. preserva espressamente al §. 2. li detti Indulti *dell'extra tempora*, mentre impone la sospensione a chi ordini, in tal maniera, senza Privilegio Apostolico, ivi. *Si Antistes aliquis &c. CONTINUATIS DIEBUS ad plures Sacros Ordines &c. SINE DISPENSATIONE, AUT INDULTO APOSTOLICO Clericali caractere, non legitimè insignierit &c. Eo ipso suspensus &c.*

E che una tal preserva fatta da *Sisto* del Privilegio sudetto, non sia contraria, ma anzi del tutto uniforme a ciò, che è stato dalli Sacri Canoni, dal Concilio di Trento, e dalli Papi Posteriori, in tal materia ordinato, lo dichiara poi precisamente *Clemente VIII. nel §.* 2. della sua Bolla *Romanum Pontificem* la 40. mentre ivi dice *In dictis litteris*, (cioè di Sisto) *nihil ferè quoad ea, quæ in ordinum collatione servanda sunt, disponi ultra id, quod in Sacris Canonibus, & in Concilii Tridentini Decretis, ac aliorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus dispositum fuit, sed diversas pœnas &c.*

Nè può cader dubbio, che per la detta parola *ferè*, abbia forse *Clemente* voluto escludere il Privilegio dall'*extra tempora*, come privo di quell'uniformità con le dette Sanzioni Pontifizie, Conciliari, e Canonicha, della quale, (rispetto a tutte *cumulativamente*), egli parla.

Perche essendo un tal Indulto, non solo coherente (come s'è visto) alli Canoni, Bolle, e Concilio, ma chiuso ancora precisamente *in corpo* del jus Canonico, più volte dalle Constituzioni Apostoliche, individualmente concesso, è impossibile, che quel Papa, che aveva *Omnia jura in Scrinio pectoris*, l'abbia creduduto (ciò non ostante) contrario a *tutte tre insieme* le dette disposizioni, da se, *unitamente*, considerate, e come tale, abbia inteso d'eccettuarlo.

Ma il fatto poi stesso ad'evidenza dimostra, che (segnatamente ancora *al Concilio*), l'ha avuto per uniforme, & ha voluto, che resti intatto.

Percheavendo egli, nella susseguente lettera della medesima sua *Clementina*, abrogate, come troppo eccessive, le pene imposte dalla detta Bolla *Sistina*, e ridotta la medesima alli termini, *insieme*, de' Sacri *Canoni*, *Concilio di Trento*, *e Bolla di Pio II.*

Ed avendo *Pio II.* nella sua Constituzione *Cum ex sacrorum Ordinum* la VII. *in ordine*, statuito, che debbano bensì farsi a' suoi tempi soliti (a non in altri) le Ordinazioni, ma salve però sempre *le dispensazioni Canoniche, e licenze legitime*, imponendo la sospensione a chi contravenga, ivi. *Omnes, & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, sive extra tempora à jure statuta, sive &c. se fecerint promoveri &c. suspensi sint &c.*

E' stato in questo caso lo stesso, il volersi dal detto *Clemente*, ridurre la Bolla di *Sisto* alli detti termini di quella di Pio II. *Del Concilio, e de' Canoni*, che il dichiarare, che quell'espressa preserva, che han fatta di un tal Privilegio *lo stesso Pio II.*, *e li detti Canoni*, Dal Concilio ancora, egualmente, sia stata fatta, percha in altra maniera, averebbe esso *Clemente*, ridotta la Bolla *Sistina* alli termini di due disposizioni tra se *repugnanti*, ed *incompatibili*, cioè quella del *Concilio*, che non avesse voluto, che ne pur chi gode Privilegio Apostolicho, potesse ordinarsi *extra tempora*, ed a quella di *Pio*, e de' medemi *Canoni*, cha han preservato espliciamente, negl'ordinandi, un tal Privilegio.

E perche poi una simil preserva, come fatta prima del Concilio dal detto *Pio*, riguarda certamente, e principalmente quei Privilegj, che allora si trovavano già concessi: E de' medemi precedenti ha nello stesso modo necessariamente parlato il detto Canone *Subdiaconos*, tanto, ancor esso, anteriore al detto Concilio.

In questi termini, l'aver *Clemente* nella detta preserva dell'Indulto dell'*extra tempora*, parificato il *Concilio*, alli detti *Canoni*, e *Bolla* di *Pio II.* manifestamente dichiara, cha quelli dal Concilio preservati, sono ancora gl'*antecedenti* alla disposizione Conciliare, e non li soli *posteriormente* emanati.

Nè alla volontà, e dichiarazione di detti Papi, ha contradetto alcun'altro Pontefica.

Perche rispetto a quelli tre, che vengono opposti, cioè lo stesso *Sisto V. Pio IV.* ed'*Innocenzo XII.* Già si è visto, che *Sisto*, non solo non è contrario alli Privilegj dell'*extra tempora*, ma anzi precisamente gl'ha preservati.

Innocenzo XII. nella Bolla *Speculatore*, non ha, ne tolti gl' *antecedentemente* concessi, nè nominati, per ombra, li Regolari; ma parlando unicamente de' *Concedendi da se medesimo*, altro non ha voluto, se non che debbano in virtù di questi, ordinarsi

quelle

quelle sole persone, che al servizio delle Chiese sian necessarie.

Pio IV. poi nella sua 94. *In Principis Apostolorum* (in cui vien fondato il maggior objetto), avendo avuto puramente per fine, di promover l'esecuzione de' Decreti Conciliari: Come si legge nel §. 2. ivi. *Nos quibus cordi est, tam Sancta, & Ecclesiæ Dei saluberrima decreta, suos, ut par est, effectus consequi, & ab omnibus observari:*

Ed avendo a quest'effetto medesimo dichiarato, che tutti li Privilegj, *Dispensazioni, Grazie, Indulti, &c.* in ciò, che siano al *Concilio* contrarj, debbano intendersi ridotti alli termini dello stesso Concilio, ivi. *In his, in quibus, Decretis Concilii contrariantur, ad ipsius Concilii terminos, atque limites redacta sint, & esse censeantur.*

Non può, ne deve una tal disposizione, che è sol diretta a levar gl'ostacoli, intendersi estesa alle cose, che non sono, al Concilio, contrarie, ne trapassare i confini di ciò, che esso Concilio ha inteso di statuire, come è stato, in punto, deciso dalla *Sacra Congregazione dello stesso Concilio*, riferita dal detto *Germonio* ove sopra, *al num.* 69. & osservato dal *Garzia al num.* 261. nel luogo sopracitato.

Onde essendosi da noi già mostrato, che il Concilio nelli *detti cap.* 8. *sess.* 23. *e cap.* 22. *sess.* 25. non ha mai inteso di stabilir cosa alcuna contraria alli Regolari privilegiati, mentre *ivi* non li ha nominati, (come averebbe, in tal caso, dovuto fare), *anzi*, che non solo non ha avuto per contrario alla sua mente il lor privilegio dell'*extra tempora*, mà (riferendosi alli Canoni, che lo preservano), ha avuta necessariamente, ancor esso, positiva intenzione di preservarlo.

Non può mai dirsi, che *Pio IV.* l'abbia voluto egli stesso (ciò non ostante) abrogare; Perche altrimente, non solo averebbe nella sua Constituzione *eseguente*, passati i limiti del Concilio *eseguito*, derogando esso a quei Privilegj, alli quali, non ha voluto il Concilio derogare, (quando alli soli termini dello stesso Concilio, si è precisamente spiegato, di voler ridurre li medesimi Privilegj); Ma averebbe anzi ancora positivamente contravenuto alla volontà espressa d'esso Concilio, che col riferirsi alli Canoni, ha in conseguenza approvata la preserva del nostro Indulto, in essi Canoni stabilita, come adducendo *l'Aldrete in alleg. pro Regul. exempt. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 25. ed il detto *Eman. Rodrig.* ove sopra *tom.* 1. *quæst.* 8. *art.* 6. osserva in punto il detto *Garzia*, parimente ove sopra *al num.* 305. *in fine*; E concordano uniformemente *Felin. in cap. Nonnulli, num.* 6. *de rescript.*, *Covaruvias Rubric. de Testament. part.* 2. *num.* 20. *Ant. Gabr. de Clausf. conclus.* 5. *Mandos. Regul. Cancell.* 11. *quæst.* 9. *& Regul.* 9. *quæst.* 19. *num.* 13. *Sarmien lib.* 3. *select. cap.* 14. *num.* 20. *Azeved. in l.* 1. *tit.* 14. *lib.* 4. *recopil. num.* 33. *Cassad. dec.* 10. *n.* 2. *super regulis. Gonzal glos.* 36. *quæst.* 3. E con questo stesso averebbe ancora violata la disposizione del jus Canonico, senza derogare specialmente al medesimo, (come è sempre necessario di fare, quando si voglia stabilire il contrario di ciò, che è chiuso *in Corpore juris*, come osservano, a questo stesso proposito, *Enriquez tom. primo lib.* 7. *cap.* 29. *num. nono lit. T. & cap.* 31. *num. quinto lit. quinta*, & il detto *Eman. Rodrig.* ove sopra *al §. Quarto infertur*).

Ne puol'opporsi, che se la detta Bolla di *Pio*, circa li Privilegj de' Regolari, non avesse derogato niente di più, di quel, che ha derogato il Concilio, (come vogliono il detto *Rodrigo*, e molti altri delli sudetti) sarebbe stata superflua; E che perciò una simil intelligenza, sia meritamente impugnata dal *Miranda*, *Matteucci*, *Lezana*, *Bordonio*, *Mennola*, ed altri gravi Autori, che fermano, che in molti casi, ne' quali il Concilio non ha derogato, sia stata supplita tal deroga, dalla detta Constituzione di *Pio*.

Perche, se volesse in ciò caminarsi col sentimento del detto *Rodrigo*, e seguaci, potrebbe, alli contrarii rispondersi, che essendo precisa, e necessaria natura delle Constituzioni *eseguenti*, a *confermatorie* lo stabilire, e volere le medesime, appunto, cose, che sono state stabilite, e volute in quelle, che han *da eseguirsi*, (mentre da ogni accrescimento, ò diminuzione verrebbero alterare, e non eseguite,) deve bastare alla detta Bolla di *Pio IV.* per non esser superflua, che ella corrobori (come fa con l'autorità Pontificia) quelle stesse disposizioni, che nel Concilio son contenute, senz'altro aggiungervi, come osservano individualmente dopo il detto *Felin. de jur. jur. num.* 57. li detti *Aldrete*, *Garzia*, *e Rodrigo*, nelli stessi luoghi sopr'allegati.

E potrebbe anco addursi, che al senso de' medesimi, ed altri Autori, era necessaria una nuova deroga Pontificia alli Privilegj già derogati, per toglier le pretensioni, che alcuni avevano, che le deroghe del Concilio non comprendessero ne i Privilegj *di motù proprio* concessi, ne alcune cose, e persone più riguardevoli, per non essersi di loro fatta special menzione; come porta diffusamente il prefato *Garzia al detto num.* 305. & asfermano il *Batrio cons.* 2. *il Sarnan. in progm. regul. cancell. quæst.* 6. *num.* 6. *la Rota decis.* 161. *num.* 1. *part.* 1. *divers. il Navarr. in cap. Si Quando, de rescript. except. prima & cons.* 7. *de privil. num.* 20.

Ma perche la contrarietà di detti opposti DD. è *unitamente* sul ponto; Se acciò possa dirsi, che la detta Bolla di *Pio IV.* abbia annullati li Privilegj de' Regolari, come al Concilio contrarj, sia ò nò, necessaria la Deroga *esplicita*, che abbia fatta esso Concilio, alli medesimi Privilegj;

Mentre per altro, rispetto a quella *implicita*, che deriva dall'essere la disposizione Conciliare, *certamente incompatibile* con gl'Indulti, (per ciò ch'ella abbia voluto diametralmente l'opposto, di quel, che assi contenghino (; Tutti gli Autori ancor più contrarj, unitamente consentono, che questa, al sudetto effetto, sia onninamente indispensabile che concorra, come in termini d'una tal chiara *incompatibilità* parlano il *Bordonio oper. var. cons.* 33. *num.* 32. ove allega *il cap.* 1. *de const. in* 6. *Il Donato prax. regul. tom.* 1. *tract.* 11. *quæst.* 15. *num.* 5. *il Navar. de priv. cons.* 7. *num.* 7. & 15 *il Lezana tom.* 2. *cap.* 1. *de jur. & privil num.* 53. *in fine*, *& tom.* 3. *sum. verb. clausula num.* 26. *il Barbos. de Claus. claus.* 122. *num.* 5. *il Quaranta verbo Conc. num.* 1.

E più distintamente *il Pagnan.* nel detto *cap. Quia propter §. illud autem de elect.* Ove al *num.* 7. inclinando a credere, che *Pio IV.* abbia derogato al Privilegio, di cui egli parla, bencho non v'abbia derogato il Concilio, attribuisce ciò solo a quell' irreconciliabile opposizione, che corre tra il *cap.* 4. *sess.* 12. dello stesso Concilio, (che nega la voce nelli capitoli a qualsivoglia persona, benche Regolare, che non sia *in Sacris*), & il detto Privilegio del caso suo, che al contrario permette il voto a qualunque Regolare, d'ogni Convento, benche *Converso*: Quali disposizioni negando una, ed affermando l'altra, delli *stessi* soggetti, le *stesse* cose, ed essendo per ciò, più anzi *Contradittorie*, che *Contrarie*, rendono (come egli crede) senza bisogno d'alcuna *deroga esplicita*, manifesta, che non ha potuto il Concilio volerle assieme.

Non è, in questi termini, necessario di dover entrare, nelle nostre circostanze, a decidere la questione sudetta, se la *deroga esplicita*, sia, ò nò, indispensabile;

Perche, essendosi qui sopra mostrato, che il detto *cap.* 8. non solo non è contrario al Privilegio dell'*extra tempora*, ma che anzi, a tenore de' Canoni, ha avuto precisa intenzione, che resti fermo: Manca per conseguenza al medesimo Privilegio nel caso nostro, non solo la detta *deroga esplicita*, che almeno essa, (secondo il sentimento commune di tutti DD. ancor più contrarj, niuno escluso), è onninamente necessaria, acciò possa dirsi, che la detta Bolla *di Pio IV.* l'abbia anullato.

A differenza del Privilegio di *ordinarsi à quocumque*, che è stato, prima del Breve di *Clemente VIII.* e poi nuovamente dal Concilio Romano, abrogato; Ed a differenza ancora di quegl'altri Indulti, quali non apparendo con tal certezza, che il detto Concilio di Trento, (relativamente alli Canoni) abbia voluti (come il presente) lasciar intatti: Ne essendo certo, che non contenghino la detta deroga, almeno *implicita*; Non può per conseguenza pretendersi, che il solo esempio del nostro caso, basti a qualificarli come ancor essi rimasti illesi. Ma questo stesso, con un'esame, a parte, deve esser riconosciuto, e lasciato fra tanto, alla disposizion della legge.

Ne può suffragare la pretensione, che venendo ordinato

nato nel *§. enixè*, della detta Bolla d' *Innocenzo XIII. per li Regni di Spagna*, che per impedire l' effecuzione delle cose dal Concilio stabilite, non s'attenda più alcun Indulto, *prima* d'esso Concilio emanato, ma li soli *posteriormente* ottenuti; Debba ora aversi per cosa *decisa*, che il detto antico Privilegio de' Regolari, di potersi ordinare *extra tempora*, sia stato da *Pio IV.* abrogato.

Perche ricorre la chiara risposta quì sopra addotta, che il detto Concilio, nel Decreto generico da sè fatto, sopra le Ordinazioni, non avendo compresi li Regolari Privilegiati, anzi avendoli (relativamente al prescritto de' Sagri Canoni) preservati; non ha potuto volere, che non ostante il lor Privilegio, debbano ancor essi, ne' soliti giorni, ordinarsi: Onde *Pio IV.* avendo annullati quei soli Indulti *antecedenti* al Concilio, che s'oppongono all'esecuzione delle cose, da esso Concilio statuite, sta bene assieme, che *Innocenzo XIII.* inerendo allo stesso *Pio*, non abbia voluto, che contro le dette cose, dal Concilio determinate, s'attendino che li soli Privilegj *posteriori*, E che, ciò non ostante, abbia lasciato quello dell'*extra tempora*, (come non repugnante al detto Concilio) nel suo antico vigore.

Tanto più, che se la Bolla di *Pio IV.* confermata dalla sudetta *d'Innocenzo* avesse rivocato, contro la mente del Concilio, un tal Privilegio di potersi, fuor de' soliti tempi, ordinare, seguirebbe anco in essa l'assurdo sopra considerato circa il potersi dire, che fossero stati egualmente rivocati quelli *extra tempora*, cha avesse lo stesso *Pio*, per *Segretaria de' Brevi*, poco prima, concessi, e non fossero stati ancora eseguiti, percbe le parole rivocatorie di detta sua Bolla, abbracciano egualmente gl'Indulti concessi alle communità Religiose, che quelli ancora da lui emanati per le persone particolari, anco laiche, ivi, *ac etiam laicis &c. per Romanos Pontifices, ac nos concessa;* E parlano non solo di Privilegj, ma nominatamente ancora, di *dispense*, e di *facoltà*.

E queste riflessioni son tanto al caso, che tutti li DD. sopr'allegati al *§. Onde non avendo*, fermano unitamente, che nè il Concilio, nè *Pio IV.* nè altri Papi posteriori, han mai rivocati li Privilegj dell'*extra tempora*, ò siano essi stati *esplicitamente*, ò per *communicazione* concessi, come può precisamente vedersi ne' luoghi, che son *ivi* enunziati.

Non possono stare al paragone di queste nostre, quell' altre autorità, che vengono in contrario citate.

Perche hanno, tutte respettivamente, le seguenti eccezzioni:

Il Miranda, (che è l' antesignano delli contrarj), fonda unicamente il suo detto *in Manual. Regul. tom. primo quæst. 38. art. 4.* sopra la rivocazione, che pretende essere stata fatta dal Concilio del detto *extra tempora* nella sudetta *sess. 25. cap. 22.* E parimente nella detta Bolla di *Sisto*, quali, si è sopra mostrato, che non lo tolgono.

Il Donato, *Bordonio*, *Navarro*, *Meanola*, ed altri, ne' luoghi sopracennati, fan tutto il lor fondamento, (come s'è visto) nella Bolla di *Pio IV.* col falso supposto, che gl'Indulti de' Regolari siano al Concilio contrarij.

Gl'altri seguenti, cioè

Il Pierino, al lib. primo decret. tit. undecimo sect. prima §. 9. num. 80.

Il Barbos. de jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 33. & cap. 8. sess. 25. n. 5. de reform.

Il Ventrigl. in praxi Rer. Eccles. part. prima annot. 44. num. duodecimo.

Il Ricc. dec. Cur. Archiepisc. Neap. dec. 94. num. 6.

Il Mattencc. in Offic. Cur. Regul. cap. 13. num. 3.

Et il Lezzana oper. moral. tom. secundo verbo Ordin. Sacr. num. 19.

Tutti questi, ò ripetono ciò, che ha detto il *Miranda*, ò citando lui solamente, non adducono alcun motivo.

Il Monacello tom. primo tit. sexto form. 20. num. 30. si riferisce (anch'egli senz' addurre ragione), ad alcuni de' sudetti Dottori, ed alla Sagra Congregazione del Concilio nella Causa *Senen.*, quale però, (come si dirà qui sotto al § *Ne sono a ciò contrarie*), non esclude il detto *extra tempora*.

L'Eminentissimo Petra tom. primo pag. 332. e tom. quarto pag. 314. non parla *dell'extra tempora*, ma dell' Ordinazione *à quocumque*.

L' Suarez de leg. lib. 8. cap. 17. num. 8. parla del Privilegio particolare, che hanno li Gesuiti in vigor della Bolla di *Gregorio XIII.* e dice, che essendo stato in essa proibito di potersi questo communicare, non possono gli altri, per la generale communicazione, parteciparlo, ma non dice, (che doppo il Concilio, e la Bolla di *Pio IV.*) non possano più godere, per via della stessa generale communicazione, di quell' altre diverse concessioni, che ad'altri Ordini particolari sian state fatte.

Il Vasquez 3. part. disp. 246 cap. 5. num. 50. parla, ancor esso, della sola communicazione, pretesa in virtù di detta Bolla di *Gregorio XIII.*

Il Frances var. resolut. cap. 32. num. 73. non esclude, che li Regolari non abbiano il detto Privilegio, ma dice, che in vigor della Bolla *de' Gesuiti*, non lo godono se non quelli, che hanno *esplicita* la communicazione de' Privilegj con loro.

Il de Luca in Annot. ad Concil. discur. 1. num. 14. dice, che non è necessario far menzione espressa del Concilio di Trento, per derogarvi, ma non esclude, che alli Privilegj, che si pretendono, al Concilio contrarj, non vi voglia deroga speciale.

Ed il Fagnan. nel detto cap. Quia propter, de elect. parla (come s'è visto), di quei Privilegj, che son del tutto *incompatibili* col Concilio.

RISPETTO AL TERZO PUNTO, cioè, se in supposto, che fossero stati gl' antecedenti Privilegj dell'*extra tempora*, dal Concilio, rivocati, possano (ciò non ostante) li Regolari godere di tal facoltà, in vigore di qualche simile Indulto, che, dopo il detto Concilio, sia stato reintegrato a tutti loro generalmente, ò a qualch'Ordine particolare, in maniera, cha per la generale communicazione, resti agl'altri communicato.

Non può questo adeguatamente risolversi, se nelle Classi seguenti non si distingua quella diversa sorte di Privilegj, che sono stati a' diversi Ordini, dopo il Concilio, concessi, che sono

Primo. Quelli ne' quali si comunica a qualch'Ordine particolare, tutto ciò, che generalmente godono gli altri, senza nominarsi alcuno in specie di detti altri, con clausule però pregnanti, & ample derogazioni, come di questi, dopo il Concilio, se ne vedono molti, nel Bollario, concessi.

Secondo. Quelli, che concedono parimente a qualche Religione, tutti li Privilegj dell'altre, fanno di più in specie menzione di quelli de' *Gesuiti*, senza dir *quali*, con clausole similmente amplissime, ed espresse derogazioni alle Constituzioni Apostoliche.

Terzo. Quelli, che portano individuale, ed esplicito l'*extra tempora*, ma, ò per la subietta materia, ò per le clausole inserte, non sono communicabili a tutti gli Ordini.

E quarto finalmente. Quelli, che concedendolo, ò reintegrandolo, ancor essi, a tutti, ò a qualche Ordine particolare in termini *espliciti*, non sono poi accompagnati da veruna circostanza, che ne proibisca la communicazione.

Caminando ora dunque con la distinzione sudetta, non saprei veramente, come potesse con fondamento affermarsi, che le communicazioni della detta prima Classe, cioè quelle date dalli Papi posteriori al Concilio, a qualche Religione particolare, di tutti generalmente li Privilegj dell'altre, senza nominare in individuo, ne alcun Privilegio, nè alcuna Religione, che lo possieda, avessero reintegrati quegl' Indulti *antecedenti* dell' *extra tempora*, che fossero stati (secondo il nostro presente supposto) dal Concilio, e da *Pio IV.* abrogati.

Perche nell'ipotesi di una tale rivocazione, essendo già certo, che li medesimi *antecedenti* resterebbero esclusi da quelle nuove concessioni, a communicazioni, che furon fatte da *Gregorio XIV.* alli PP. di S. Bernardo di Spagna, da *Gregorio XV.* a quelli delle Scuole Pie, e da *Clemente VIII.* alli Monaci Benedettini, e Premostratensi; Mentre questi Papi, nelle lor Bolle, escludono litteralmente gl'Indulti, *dal Concilio, rivocati*.

Sarebbe poi troppo difficile a credere, che gl' altri

Ben-

Pontefici, (contro il fatto delli sudetti quì sopra espressi), avessero voluto comprendere, nelle lor simili generali communicazioni, le presate facoltà *precedenti*, che non essendo più, allora, (come qui si suppone) *In rerum natura*, sarebberò perciò divenute positivamente incapaci di potersi communicare, come osserva l'*Eminentiss. Petra alla cost. 4. d'Anastas. ove sopra*.

Ma siccome, dall'altra banda, queste stesse communicazioni generiche, dopo il Concilio emanate, non si riferiscono solamente alli Privilegj *antecedentemente Concessi*, ma includono ancora precisamente (come s'è visto sopra) li *Concedendi*, ne' quali non può cader l'eccezzione detta rivocazione.

E' certo altresì, che se il sudetto dell'*extra tempora* sia stato *posteriormente*, a qualche Religione concesso, senza alcuna circostanza, che li impedisca di potersi communicare, dovrà necessariamente intendersi, che, in virtù delle presate communicazioni (benche a tal nuova concessione *antecedenti*) resti, all'altre ancora, communicato.

DA QUELL'ALTRE poi concessioni della detta *SECONDA Classe* dopo *Gregorio XIII.* emanate, che danno, ancor esse, a qualch' Ordine Regolare tutti, in genere, l Privilegj degl'altri, ma fanno, di più, espressa menzione di quelli *de' Gesuiti*, senza però individuare, di *quali di questi*, parlino, come di tal natura sono le facoltà attribuite da *Gregorio XIV.* alli PP. *Ministri degl'Infermi*, e da *Urbano VIII.* alli *Trinitarj Scalzi*, non può cavarsi, nè meno, alcun sicuro argomento (che il Privilegio dell' *extra tempora* sia, perciò, stato reintegrato), e molto meno, che sia stato reso ad altri communicabile.

Perche sebbene *Gregorio* XIII. lo aveva già sin d'allora, in termini *espliciti*, alli *Gesuiti* concesso, e perciò sarebbe potuto venir, ancor esso, sotto il nome generico *di Privilegj de' Gesuiti*; Pure, contenendo egli in se l'espressa proibizione di poter essere ad' altri communicato, non è *Primieramente* molto facile a credersi, che *Gregorio XIV. & Urbano VIII.* (contro la precisa mente del detto lor' antecessore, e senza derogare alla di lui proibizione) abbiano voluto, nella detta generica loro espressione *de' Privilegj de' Gesuiti*, comprenderlo.

E poi, quando ancora avessero inteso d'includerlo, non potrebbe mai una tal inclusione operare, se non al più, che dovesse egli rimanere communicato alli PP. *Ministri degl'Infermi*, *e Trinitarj*, alli quali le dette Bolle delli stessi *Gregorio*, *& Urbano* sono dirette, ma non già mai a tutti gl'Ordini Religiosi.

Perche, quantunque sia vero in genere, che *Gregorio XIII.* non abbia avuta autorità d'impedire, che li Papi suoi successori non concedino l'*extra tempora*, come (per eluder la forza di questa stessa proibizione), considerano il detto *Eman. Rodrig. tom. 1. quæst. 54 art. 7. §. ad arca. Il Miranda tom. 2. quæst. 46. art. 5.* ed altri Autori soprallegati.

Ad ogni modo, leggendosi nella detta communicazione, che fu fatta dal detto *Urbano*, la clausola. *In omnibus*, *& per omnia*, *sine ulla prorsus differentia*. E da una tal onnimoda prescritta uniformità derivandone, che, se il Privilegio dell'*extra tempora* fra stato in essa compreso, debba esservi stato ancora munito di quella stessa clausola esclusiva dell' altrui participazione, che in detta Bolla di *Gregorio XIII.* si legge; E' manifesto, che (attesa la rinovazione di tal restrittiva fatta dalle dette parole. *Sine ulla differentia &c.*) non ha voluto lo stesso *Urbano*, che possa a tutte le altre Religioni communicarsi, e perciò è inutile il ricercare ciò, che egli, e *Gregorio* avessero avuto autorità di fare contro la detta probizione, quando dal *fatto medesimo* consta, che di una simile autorità, che li competeva, non han voluto (nel presente caso) valersi.

E benche non manchi parimente chi affermi, che la proibizione di *Gregorio XIII.* considerata ancora in se stessa, non possa riputarsi di alcun vigore, per li due seguenti motivi, cioè.

Primo, perche leggendosi ella nell'ultima parte d' essa Bolla Gregoriana, non per via di *condizione*, ma per semplice *aggiunta di volontà*, e questa doppo tutte le deroghe, che vale a dire, dopo la grazia intieramente perfetta; Non abbia potuto per mancanza di quell'istessa derogazione alle Bolle antecedenti contrarie, (che sarebbe stato necessario, che doppo di lei seguitasse), impedir l'effetto di quella communicazione di tutti li Privilegj *concedendi ancora in futuro*, che li anteriori Pontefici (con clausole amplissime, deroganti a tutto ciò, che, *in avvenire*, potesse esser statuito contro la medesima communicazione), han voluto accordare a molti Ordini Regolari, e per mancanza ancora della medesima deroga, non si sia potuto pregiudicare al *jus* di detta communicazione *aquistato* dalli presati Ordini, come in questi termini, di doversi togliere 'l *jus quesito del terzo*, esser indispensabile, che si deroghi alle Costituzioni Apostoliche, (ancorche fosse questo *quesito per Privilegio*) ferma precisamente *la Rota coram Cæsar. de Grass. decis. tertia num. primo*, *& seq. de rescript. & decis.* 1082. *num. 2. & seq. coram Seraph.*

E secondo, perche le clausole di quelle Bolle, che son contrarie all'altre Pontifizie Costituzioni, dovendo intendersi *strettamente*, in questi termini, la proibizione di communicarsi la grazia individua di detta Bolla di Gregorio, che, *collettivamente* con l'*extra tempora*, comprende ancora la facoltà dell'*Ordinazioni* (non servati *gl'interstizj*) *à quocumque*, ed altre ampliazioni contrarie espressamente al Concilio, non debba, nè possa estendersi al caso molto diverso di doversi intendere ancora proibito il solo *extra tempora*, di cui la Bolla (*separatamente preso*) non ha parlato; Non valendo l'argomento dal senso *collettivo*, *al disgiuntivo*, per esservi molte grazie che richieste *assieme*, si negano, e non si negherebbero *separate*, e non potendo includersi sotto la regola del caso *semplice* di tutta la grazia *presa assieme*, il caso *misto* del *solo extra tempora*, e particolarmente quando la proibizione di un tale *misto*, sarebbe contraria a più antecedenti, e susseguenti Apostoliche Costituzioni, che (come si è visto sopra, e si vedrà maggiormente quì sotto) concedono *esplicito* lo stesso *extra tempora*, come insegna il *Vermigliolo cons.* 338. *num. vigesimoquarto*, *e la Rota nella decis.* 130. *num. secundo post secund. lib. consil. Farinac.* E perciò, rispetto a quest'ultimo, preso *da per se solo*, debba considerarsi la detta proibizione, come appunto se non fosse, in detta Bolla emanata.

Con tutto ciò, la più commune opinione essendo contraria alla communicabilità di detto Indulto Gregoriano, e venendo escluso egli in specie dal presato *Eminentiss. Petra* alla *constitazione 4. di Anastasio* sopracitata, non par che possano le sudette ragioni, (qualunque siano,) con sicurezza abbracciarsi.

RISPETTO agl'altri Privilegj della *TERZA Classe*, dopo il Concilio, e *Pio IV.* emanati, che contengono ancor essi esplicito l'*extra tempora*, e non hanno in se alcuna clausola proibitiva della communicazione, ma si vedono solamente concessi a qualche Ordine particolare, *per speciali ragioni*, *agl'altri non addattabili*, come son quelli della Bolla *cum interna*, emanata dallo stesso *Gregorio XIII.* a favore degl'Eremiti Camaldolesi, per esentarli dal dover venire alla Città, contro il ritiro prescrittoli dal loro Instituto; E parimente dell' altra Bolla *cum sicut*, diretta da *Urbano VIII.* alli Minoriti delle Missioni dell'Indie, per quell'urgenze istantanee, (che colà spesso accadono), di doversi provedere diversi luoghi, di Sacerdoti; Non può certamente mai credersi, che abbia voluto alcun Papa communicare ancor questi a quegl'Ordini, alli quali non si adattino le dette particolari ragioni, per le quali son stati, unicamente, concessi, essendo (come sopra si è visto) inconcussa regola, che quei Privilegi, che riguardano cose non adattabili agl'altri, non possono riputarsi, nelle generali communicazioni, compresi.

MA AL CONTRARIO poi, se si parli di quella QUARTA *specie* d'Indulti, che parimente, dopo il Concilio, *e Pio IV.* son stati, in questa stessa materia, concessi a qualch' Ordine particolare, ma hanno in se unite tutte le favorevoli circostanze *d'esser espliciti*; Di non contenere *alcuna proibizione di potersi communicare*, e di non esser stati rinovati, ò concessi *per motivi*, *ad altri*

non

non adattabili, come in questa linea son quelli espressi nella Bolla 40. e respettivamente 28. di *Clemente*, & *Urbano Ottavi*, che ambedue rinovano la sudetta Constituzione di *Pio II.* che generalmente, e precisamente preservava li Privilegj Apostolici di potersi fuor de' soliti tempi, ordinare: E come parimente son quelli, che si contengono nella Bolla 9. di *Pio IV.* emanata a favore de' Cavalieri di Malta: Ed in quell'altra di *Clemente VIII.* riferita dal *Portello in dub. regul. vers. Ordines Sacr. num.* 9. per li PP. di San Gio: di Portogallo; Non può mettersi in dubio, che in conseguenza di questi, non sia stata aquistata la facoltà di ordinarsi *extra tempora*, da tutte indistintamente le Religioni, che hanno avuta in diversi tempi, tanto avanti, quanto dopo il Concilio, la communicazione generica di tutti i Privilegj *passati*, *e futuri*, degli altri Ordini; Perche il detto Concilio, e *Pio IV.* non avendo certamente mai rivocate simili generali communicazioni di Privilegj, non han potuto impedire, che, comprendendo queste gl' Indulti ancor *susseguenti*, non abbian transfusi in tutti li Regolari, alli quali sono stata concesse, quei Privilegj sudetti *posteriori*, che non potendo pretendersi rivocati, come *gl'antecedenti*, non hanno, in se stessi, alcuna proibizione, di una tale communicazione.

Senza che possa dirsi, che la detta Bolla 9. di *Pio IV.* per il Cavaliere di Malta, essendo *antecedente* al Concilio, sia stata rivocata dalla detta *susseguente IN Principis Apostolorum* del medesimo *Pio*.

Perche avendo io appresso *S. Pio V.* nella sua Bolla 77. confermati precisamente tutti li Privilegj da *Pio IV.* concessi alli detti Cavaliari di Malta, anzi avendo voluto aver espresso tutto il tenore della detta Bolla 9. del medesimo *Pio IV.* che porta *esplicito l' extra tempora*, deve essa *nona*, in tal guisa reintegrata, considerarsi, come se fosse *posteriormente* al Concilio, ed all'altra sudetta 94. dello stesso *Pio*, emanata.

E molto meno puol impugnarsi dell'altro accennato Privilegio concesso da *Clemente VIII.* alli PP. di S. Gio: di Portogallo: Perche quantunque il *Pierino*, ed il *Pellizaria*, abbian voluto metterlo in quaiche dubbio; pure non appoggiandosi questi ad alcun fondato motivo, ma dicendo solamente il *Pierino*, doversi sempre aver per sospetti li Privilegj allegati dagl' *Oltramontani*, deve prevaler certamente al *vago*, ed incerto detto di tali Autori, l'incontrastabile prova, che fa in contrario l'attestazione irrefragabile del detto *Portella*, che nel luogo sopracitato, dice d'averlo visto: E molto poi più la testimonianza, maggiore d' ogni eccezzione, che ne fa l'*Eminentiss. Pereyra*, che non solo ne afferma la verità, e l'esistenza, ma ancora la prattica, e come Personaggio Nazionale così distinto, merita, per tutti i versi, ogni fede; Tanto più, che alla sola attestazione del detto *Portella*, come a prova più che sofficiente dell'esistenza di tal Privilegio, deferiscono pienamente il *Barbosa ove sopra al num. 7. & Rodrigo ove sopra al num. 7. & il Diana tom. 2. in coordinat. tract. 5. resol 94. n. 8. vers. Nota quarto*.

Ne per escludere l'esistenza, ed efficacia di simili Privilegj, tanto *antecedenti*, quanto *susseguenti* al Concilio, può suffragare quella pretesa osservanza interpretativa, che vuol dedursi dalli seguenti tre fatti, cioè dall'aver qualche Vescovo fatta difficoltà d' ordinare *in tal modo* li Regolari, dall' avere essi medesimi Regolari molte volte a tal'affetto spediti Brevi particolari; E dall'esser stati Concessi da *Gregorio XIII.* alli detti Gesuiti, e da *Urbano VIII.* alli Minoriti dell' Indie, due speciali Indulti, di potersi, fuor de' soliti tempi, ordinare; Quali cose tutte non sarabbero, (come si dice) seguite, se li generali Privilegj di detti Ordini, fossero rimasti nel lor vigore.

Perche, quanto al primo punto, la detta repugnanza d'alcuni Vescovi più timorosi, essendo stata, in ogni tempo, contradetta dalla contraria pratica di tanti altri Prelati, di quella Dottrina, e Santità di vita di cui sono, e respettivamente son stati l' *Eminentissimo Cardinal Sanvitale* Arcivescovo *d'Urbino*, (che così prātticò quando era Nunzio in Firenze), l'*Eminentiss. Cardinal Fieschi*, e Monsignor *Vincenzo Gentile* Arcivescovi di *Genova*, Monsignor *Roncovieri* Vescovo di *Borgo di San Donino*, Monsignor *Pialardi* Vescovo di *Mantova*, Monsignor *Missiroli* Vescovo di *Bertinoro*, Monsignor *Cocconati* Vescovo di *Casale*, Monsignor *Mazzara* Vescovo di *Bobio*: E sopra poi tutti gl'altri, (che sarebbe qui longo di enumerare), il già *EMINENTISSIMO CARDINAL ORSINI* assunto ora dallo Spirito Santo, per le sue eroiche virtù, alla suprema Catthedra della Chiesa.

Non può in questi termini, dalla detta difficoltà di alcuni Prelati più timidi, volersi dedurre quell' osservanza interpretativa, che per potere far stato, deve essere (per le note regole) sempre a se stessa uniforme, e non ora *bianca*, (secondo la frase de' DD.) ed or *nera*.

Anzi se, ciò non ostante, volesse attendersi quel che è stato *osservato*, non potrebbe, ne meno, mai farsi alcun fondamento, sulla difficoltà di detti Vescovi repugnanti, in paragone della contraria *osservanza*, de' favorevoli.

Perche, oltre la somma preponderanza, che fa, dalla parte di questi ultimi, il detto esempio prātticato, per 50. anni continui, dalla Santità di N. S. felicemente Regnante, che (come procedente allora dal più *dotto, accurato, e Santo*, di tutti i Vescovi) ha, tutto il merito, da fa solo d'esser atteso, come osserva in punto il P. *Alberto Cocchi nella sua dissertazione impressa in Lucca l' anno 1717.* Entra poi ancora l'efficace riflesso, che la prattica di quei Prelati, che hanno ordinati li Regolari *extra tempora*, fa con tutta ragione gran prova per la durazione di quest'Indulto, mentre una simile facilità d'ordinarli *in tal modo*, ad'altro non puol ascriversi, che all'aver essi creduto, che il medesimo Privilegio non sia mai cessato; Ma la difficoltà al contrario, che gli altri hanno avuta, potendo facilmente imputarsi a quel troppo scrupoloso timore, d'incorrere nelle pene, che in alcuni Vescovi del suo tempo, fu dal *Clemente VIII.* già riprovato, dicendo egli nel §. 2. della detta sua Bolla *Romanum Pontificem*, la 40 *Nonnullos ex Prælatis, & Episcopis in conferendis hujusmodi Ordinibus NIMIS SCRUPULOSE procedere*, non può in questi termini, una tal equivoca loro difficoltà, dare alcun credito alla cessazione di detti Indulti, ma è solamente capace di far conoscere, che *illic trepidaverunt, ubi non erat timor*.

Dall'esser poi stati talvolta presi dalli Religiosi particolari, qualche Brevi in Segretaria, non può cavarsene prova certa, che essi abbiano conosciuto d' essergli cessati li Privilegj, (perche posta la detta repugnanza da lor trovata in alcuni de'loro Vescovi) non son essi liberi, ma precisamente necessitati a pigliare quest' altra strada, per non aver, altrimente, a rimanere senz' ordini.

E quanto alli detti nuovi Indulti di *Gregorio, e di Urbano*, non furon questi nè men concessi per alcun dubio, che questi Pontefici avessero sopra la rilevanza de' generali Privilegj de'Regolari, ma bensì per motivo di toglier loro gl'incomodi delle frequenti repulse, che, dalli detti scrupolosi Vescovi, ricevevano, come del contrasto di detti Vescovi, ed a un tal fine, in detti Papi, di riparare a simili incomodi, letteralmente apparisce nel §. 2. 14. di detta Bolla Gregoriana, ivi. *Nonnulli tamen Antistes post Conc. Trid. decreta &c. temporum determinatorum &c. requisita habenda esse CONTENDUNT &c. Nos HIS INCOMMODIS OCCURRERE VOLENTES &c. Episcopis interdicimus, ne ab hujusmodi promovendis, quidquam prædictorum requirant &c. ac etiam extra tempora &c. illis Ordines conferendi facultatem tribuimus*.

Benche ancora senza di ciò, sarebbero stati necessarj simili nuovi Indulti: Perche (come in essi può leggersi) non si tratta della sola concessione dei Privilegio dell'*extra tempora*, ma d'altri ancora, dal Concilio, e dalle Apostoliche certamente annullati.

E per tutte queste, appunto, ragioni, che competa alli Regolari il Privilegio di poter essere, fuor dei soliti tempi ordinati, in virtù delle Bolle *posteriormente* al Concilio, & alla Bolla di *Pio IV. emanate*, concordemente insegnano li sopracitati *Moneta, Homobona, Portello, Villalobo, Diana, ambi li Rodrighi, Marchino*, ed altri, ne'luoghi addotti dal *Barbos. in Collect. Cancil. dict. sess. 23. de reform. cap. 8. num. 4.* ove cita ancora se stesso *nell'allegat. 17. de offic. & potest Episc. n. 6.*

PASSANDO finalmente alla quarta *inspezione*, rimane

ne ora questa, di *risoluzione* assai facile: Mentre essendo per tanti, e sì forti motivi addotti, non solo assai più probabile, ma anzi ancora moralmante *evidente*, che l'Indulto dell'*extra tempora* seguiti, come prima, a competere a tutti quelli Ordini Regolari, che hanno tra sè *scambievole* la communicazione de' Privilegj: Non può mettersi in dubbio, che tutti qual Vescovi, che ne'casi particolari, abbiano riconosciuta la *sufficienza*, e l'*adattabilità* de'medesimi a chi chiedeva, (in virtù di quelli,) ordinarsi, non abbiano potuto (appogiati all'*evidenza* di tante autorità, e ragioni) menarla buona.

Anzi cha, sarebbe bastato, perche potessero sicuramente ciò fare, che non fosse stata *certa*, ma solo *dubbia* la rivocazione del medesimo Indulto;

Perche essendo il Privilegio, una privata legge, fatta a favore di qualche persona particolare: Entra in questo caso la regola, che quando la legge è *certa*; è la rivocazione *dubbia*, deve il possesso, in cui essa legge si trova, operare, cha senza una egual *certezza* della di lei cessazione, abbia sempre a riputarsi per *obligante*, come per la Dottrina di S. *Tommasa part.* 2. *quaest.* 96. *art* 6. *ad secundum, e quaest.* 97. *art.* 2. *in corp.* ferma, *il Layman cap.* 20. *tom.* 4. *de leg. num.* 5. *Sanchez de Matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 37. *Busemb. medul. Theolog. moral, lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 3. *Medin. tom.* 2. *quaest.* 96. *art.* 9. *ad fin. prop.* 3.

Ed in precisi termini del Privilegio, che pendendo controversia, sopra la di lui *rivocazione*, ò *comprensione*, debba, sfatanto, il Privilegiato, mantenersi nello stato conforme al suo Privilegio, insegna in più luoghi il *Card. de Luca*, cioè, *nel disc.* 173. *num.* 15. *e* 174. *num* 9. *de Regal. e nel disc.* 2. *num.* 23. *de Praeminent. e nel disc.* 22. *nu.* 6. *de Pensionibus*.

E che in dubio, non si presuma rivocato, fermano *la Glossa in sum. ad fin. vers. item in dubio* 25. *quaest.* 2. *Feder. de Senis conf.* 133. *prope fin. vers. item in dubio; Calderin. cosul.* 11. *circa fin. vers. item posito; Rota coram Cantuc. decis.* 139. *num.* 5. *e* 6. ove ancora si dice, che per toglierli il possesso, deve della *rivocazione*, espressamente constare per prova esatta; E (al preciso proposito de' Privilegi derogabili dal Concilio, e da *Pio IV.*) lo stesso ferma *il Germon.* ove sopra, *de Indult. Cardin. num.* 5.

E ciò ancora precisamente confermano, tutte le regole di ragione, mentre nelle materie ancora *morali*, deve attendersi *in dubbio*, il possesso, di chi lo gode, coma (in termini del digiuno,) che *in dubbio* debba, (secondo i diversi giorni, considerarsi se sia in possesso la *libertà*, ò la *legge*, fermano il *Sanchez de Matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 36. *e* 40. *Layman Theol. mor. tract.* 1. *cap* 5. *§.* 4. *num* 36. *Busemb. Medul. Theol moral.* ove sopra *num.* 5. & altri.

E tanto più questa regola, deve avar luogo ne'Privilegi de'Regolari, quantoche la Bolla di *Alessandra IV.* amanata l'anno 1301. a favore de' *PP. Benedettini*, di cui partecipano tutti gl'altri Ordini Religiosi, vuole, che ogni dubbio, cha cada sopra li loro Indulti, debba io favore del possesso di detti Padri, esser interpretato, ivi: *Declarantes, quidquid dubii in dictis privilegiis pro tempore emerserit, in favorem dictae Congregationis debeat interpretari*.

Ne sono a ciò contraria, quelle risoluzioni dalla Sagra Congregaziona del Concilio, per le quali, fu ingionto all'Arcivescovo di Siena, & al Vescovo d'Assisi, cha a lei (per direzzione) ricorsero, che fin che si adduchino i Privilegj, *debbano intanto astenersi dall'ordinare*:

Percha non essendo certa la detta Congregazione, della sufficienza, a rilevanza de'particolari Privilegj, concorrenti ne'casi di quei Prelati *dubbitanti*, & a lei *ricorrenti*; anzi dallo stesso lor dubbio, dovendo ella credere, che oe men essi li avessero esaminati, a ne fosser certi;

In questo caso, rispetto a lui, & alli detti Prelati, non stavano in possesso i *Privilegj Certi* contro la *Dubbia Rivocazione*, come lo stavano nel caso degl'altri suddetti Vescovi, che li avevano esattamente riconosciuti, e trovati in forza, ma stava in possesso *la Legge Canonica Certa*, proibente le Ordinazioni *extra tempora*, contro li *Privilegj particolari*, non ancor esaminati, ne *Certi*.

Onde per la regola sopra fermata, che deva sempre mantenersi il possesso, di chi lo gode, ha dovuto essa Congregazione rescrivere, *Che si adduchino i Privilegj, & intanto li dubbitanti si astenghino*. E per la stessa ragione, da cui la medesima Congregazione si è mossa, non può ella avar avuta intenzione, che venga astesa la detta interinale proibizione, a quegl'altri ancora Prelati, che (visti li privilegj de'casi particolari,) abbiano potuto giudicare prudentemente, non dover prevalere alla *Certezza* delli medesimi, quel mero *Dubbio* della loro rivocazione, che, senza legitimo fondamento, è stato (come si è visto sopra) eccitato.

VENENDO ora dunque, doppo tali premesse, alla precisa risoluzione della controversia presenta; Resta già questa, dalle medesime (senza bisogno d'altro esame) decisa; Perche risultando

Dal Primo delli quattro sudetti punti, fin qui discorsi, che i Privilegj dell'*extra tempora*, concessi, avanti il Concilio, a più Ordini Regolari, han potuto dagl'altri, per via di communicazione, acquistarsi;

E dal Secondo che non sono questi mai stati, nè dal Concilio, ne da altri Pontefici rivocati;

E dal Terzo, che parimente quegl'altri, che sono stati, dopo il detto Concilio, in forma communicabile, nuovamente concessi, *durano* ancor'ora nel lor vigore;

E finalmente *dal quarto*, cha, attesa la *Certa* lor *concessione*, tanto antecedente, quanto susseguente al Concilio: E la non mai seguita *rivocazione*, ha potuto con sicurezza ogni Vescovo, ordinare li Regolari *extra tempora*;

L'unica risoluzione, che fondatamente può prendersi, è di fermare questa infallibili conclusioni, col qui seguente rescritto: *Privilegia à Summis Pontificibus tam ante, quàm post Tridentinum, sive expressè, sive via communicationis, Regularibus concessa suscipiendi Ordines Sacros extra tempora, persistere in suo robore, nec iis fuisse umquam derogatum, ac proinde tutò posse Regulares ordinari extra tempora, absque novo Indulto Apostolico*.

E così, appunto, rescrisse la detta Congregazione particolare il dì 16. *Maggio* 1725.

SUl punto di terminarsi la Stampa di questo Voto, è gionto da Portogallo, per opera, e favore del Eminentissimo Signor Cardinal *Pereyra*, il quì sotto registrato Breve di *Clemente VIII.* in questa forma autentica, che dallo stesso apparisce; Ed è quel medesimo, di cui si dice qui sopra al *§. E molto meno*, che ne fu attestata, dall'*Eminenza Sua*, l'esistenza, e sopra di cui, tanto *ivi*, quanto al *§. Ma al Contrario*, è stato fatto il maggior fondamento per provar, che l'Indulto dell'*extra tempora*, sia stato, doppo il Concilio di Trento, in forma communicabile, rinovato.

E perche un tal Breve par fatto a posta per comprovare, a confermare con l'autorità Pontificia tutte quelle asserzioni, che in ognuno de' quattro ponti esaminati, nel detto Voto, son state fatte,

Mentre quanto alla prima *d'esser il Privilegio Communicabile*, si dice *ivi alla lettera A*, che la Religione di S. Gio: Evangelista lo gode per la

communicatione generica, che ha de'Privilegj de' PP. di S. Girolamo. E rispetto alla seconda *di non esser stato, ne dal Concilio di Trento, ne dalli Pontefici susseguenti, mai rivocato*; viene *ivi* asserito *alla lettera B*, che, per preciso Decreto della S. Congregazione del Concilio, sia stata esclusa una tale rivocazione; Ne poteva esser stato da *Pio IV.* ò altro Papa, abrogato, mentre porta, come sopra, lo stesso Breve, che ancor all'ora essi Padri, per via di communicazione, l'avevano. E quanto alla terza *della rinovazione di esso fatta, doppo il detto Concilio*; apparisce questa literalmente da tutto il tenore del presente Indulto, e dalla di lui *Data*, tanto posteriore allo stesso Concilio; E rispetto alla quarta *dell'aver potuto li Vescovi, con tutta sicurezza, menarlo buono*; si vede *ivi alla lettera C*, esser stata data facoltà alli medesimi di poter ordinare, fuor de' soliti giorni.

Perciò si è stimato opportuno di registrare quì sotto (per superlativa confermazione di tutte le cose asserite, e dei Rescritto emanato) lo stesso Breve, che è appunto ne' termini, che quì seguono.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRopensa nostra, In Congregationem Sancti Joannis Evangelistæ in Regnis Portugaliiæ, sub habitu, & regula Congregationis Sancti Georgii in Alga Venetiarum institutam, charitas facit, ut privilegia, & gratias ipsi Congregationi, sive per specialem concessionem, *sive per communicationem*, vel extensionem, aut alias quomodolibet concessas eidem Congregationi, *Nominatim confirmemus*, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Sanè cum, sicut accepimus, Congregatio ipsa, *Ex Communicatione* (A) *Privilegiorum, & indultorum, ab Apostolica Sede, Ordini Sancti Hieronymi concessorum*, ab eadem Apostolica Sede sibi facta, inter alia, *Privilegio*, per felicis recordationis Alexandrum Papam VI. Prædecessorem nostrum, dicto Ordini Sancti Hieronymi, ut scilicet illius Religiosi ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines promoveri *extra tempora* à jure statuta, & à quocumque maluissent catholico Antistite possent, concesso, *frui, & gaudere noscatur*; Et ex *sententia* Venerabilium fratrum nostrorum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, *super interpretationem Concilii Tridentini deputatorum, decretum fuerit* (B) *Privilegium prædictum minimè, Concilii Tridentini decretis, fuisse revocatum*, cupiatque propterea Congregatio prædicta Sancti Joannis Evangelistæ (quæ clausuram, sicuti Ordines Mendicantium servat) privilegium hujusmodi sibi *Nominatim Confirmari*, & ideo nobis per dilectum filium Petrum à Sancto Joanne, Canonicum, & Procuratorem Generalem ipsius Congregationis, in Sacra Theologia Doctorem, humiliter supplicari fecerit, ut in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos igitur Congregationem ipsam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac ejus singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat, consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon litterarum *Alexandri* Prædecessoris, necnon *Communicationis* Privilegiorum dictæ Congregationis *Concessæ*, tenores, præsentibus, pro expressis habentes: hujusmodi supplicationibus inclinati, Congregationi prædictæ, Ut juxta prædictarum *Alexandri* prædecessoris literarum seriem, ejus Canonici ad quatuor minores, quatuor festivis, vel feriatis, etiam continuis, vel interpolatis, & ad omnes etiam Sacros, & Presbyt. Ordines, aliquibus tribus Dominicis, aut aliis festivis pariter continuis, vel interpolatis diebus, *extra tempora à jure statuta*, & non servatis interstitiis à Concilio Tridentino designatis, & anni circulo minimè expectato, dummodo tamen ad hoc, alias ab ipsis locorum Ordinariis idonei reperti fuerint, à quocumque maluerint Catholico Antistite, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, & in propria Diœcesi residente, vel in aliena, de Diœcesani Loci licentia, Pontificalia exercente, promoveri, & promoti, in illis, etiam in altaris ministerio ministrare, liberè, & licitè valeant, authoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus, & indulgemus, & Religiosis Ordines prædictos suscipiendi, *quam cuicumque Antistiti prædictis, illos conferendi* (C) *licentiam, & facultatem impartimur*, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. *Datum* Romæ, apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die xxiii. Novembris MDLXXXXVI. Pontificatus nostri anno quinto.

Loco ✠ Sigilli.

M. Vestrius Barbianus.

Cumprasse na forma declarada neste Breve. Em Lisboa a vinte Septembro de seiscentos & sete.

Arcebispo de Lisboa.

A — Papa asserit PP. S. Jo: jam posse, eo tũc, ordinari extra tempora, ex Cõmunicatione Privilegiorũ Ordinis S. Hieronymi.

B — Item dicit S. Congregationem Concilii decrevisse dictum Privilegium non fuisse, à Tridentino, revocatum.

C — Concedit cuicumque Antistiti posse conferre dictis Partibus Ordines extra tempora.

DISCEPTATIO XVII.

Casertana Servitii Chori.

PRO

Canonicis Coadjutoribus Cathedralis.

ARGUMENTUM.

Canonici Coadjutores quando possint in proprium locum subrogare alios Canonicos Coadjutores in servitio propriæ Ecclesiæ.

IN Cathedrali Ecclesia Casertana, attentis aeris intemperie, situsque montuositate, difficilem ibidem reddentibus Canonicorum continuam habitationem, ab immemorabili tempore consuetum est, permissumq; Canonicis se invicem indefinitè substituere, & subrogare in servitio præstando Choro, aliisque Ecclesiasticis functionibus, pro illis diebus, & temporibus, quibus adstricti proprio nomine non sunt eidem servitio, quam facultatem modernus Episcopus ad duos tantùm dies, in qualibet hebdomada, mediante Synodali Constitutione, restrinxit, ut ex Relatione ejusdem per extensum data in Summario, in qua asserit, quod ex his, aliisque de causis: *Capitulum annis proximè transactis facilè admisit Canonicos Coadjutores ad hujusmodi substituendi facultatem*, [1]

Excreto verò, auctoque eorundem Coadjutorum numero, ab Eminentiis Vestris petitur declarari, an id ulteriùs permittendum sit. [2]

Videntur autem modernorum Coadjutorum Canonicorum preces in hac parte exaudiendæ, tum quia Coadjutor subrogatus dicitur in locum Coadjuti, subrogatus autem in omnibus, & per omnia sortitur naturam illius, in cujus locum subrogatur, ut omissis generalibus, in nostris terminis, concordantibus cumulatis, notat *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 99.* [3]

Tum

Tum etiam, quia attenta moderna Formula concedendi gratias Coadjutoriarum, cum futura successione, ubi non agitur de præjudicio ipsius Coadjuti, vel alterius Canonici, Coadjutori competunt omnes, & singulæ prærogativæ præeminentiæ, honores, & Privilegia, quæ ipsemet Coadjutus haberet, & frueretur, si præsens esset, *Ventrigl. in Pran. part. 2. tit. de Coadjutore annotat. 13. §. unico num. 25. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num 100. Barbos. de Jure Ecclesiast. lib. 3. tit. de Coadjutore cap. 10. num 91.* & resoluit Congr. Rituum *in Pistorien. 15. Martii* 1608. quam refert, & sequitur *Rot. in decis. 466. per tot. coram Emerix jun. & decis. 259. num. 11. part. 9 recen. & decis. 249. num. 20. part. 18. & decis. 99. num. 2. & seqq. part. 19.* ubi quod licèt Coadjutor cum futura successione dicatur Canonicus fictus, adhuc ei competunt omnes honores, & prærogativæ veris Canonicis competentes.

Indeque in proximis terminis inferunt Doctores, quod talis Coadjutor gaudere potest mensibus, concessis Coadjuto causa recreationis, illosque ad instar ejusdem Coadjuti liberè consumere, ut norant *Garz. de Benef. par. 2. cap. 5. n. 79. Gonzal ad Regul. 8. Cancel. gloss. 5. §. 9. num 23. & seqq. & Barbos. de Jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 10. de Coadjutore num. 85.* Quodque eidem Coadjutori teneatur cæteri Canonici inservire, & ministrare, prout tenentur inservire Coadjuto, ut resoluit Congr. Rituum *in Casalen. 10. Januarii* 1609. testibus *Barbos. ubi proximè num. 94. Ventrigl. in pran. part. 2. tit. de Coadjutore annotat. 13. §. unico num. 33. & Rota decis. 99. num. 4. part. 19. recen.* & demum, quod possit optare Præbendam pinguiorem, quam optare posset Coadjutus juxta magistralem *dec. ultimam cor. Bichio.*

Eo autem magis speramus annuendum esse nostris precibus, attenta triplici circumstantia.

Prima, quod in substantia per talem subrogationem, seu Ministrorum multiplicationem, divinus Cultus augetur, potiùs quam diminuitur, ut in nostris terminis testatur Episcopus, & generaliter observant *Signorol. consil. 148. num. 3. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæst. 6. nu. 27. & Rota decis. 66. num. 8. coram Emerix jun. & decis. 148. num. 23. & seqq part. 19. recen.* Ea autem, quæ tendunt ad divini Cultus augmentum de facili concedi solent, ex adductis per *Rot. in decis. 483. num 6. coram Ludovis.* Semperque procurari debent ex adductis *in Tom. 2. par. 2. discept. 23. num. 4.*

Secunda, quia id non practicatur pro Coadjutorum libito, & mero beneplacito, sed ex justa causa ab Episcopo in citata Relatione approbata. Quæ si sufficiens reputatur ad excusandos Canonicos ab ipsa Residentia, ad terminos *Text. in cap. unico de Cleric. non residen. in 6.* & animadversa per *Antonell. de Jurib. Clericor. lib. 2. par. 6. cap. ult. num. 126. & seqq.* Multò magis sufficiens reputabitur ad admissionem subrogationis alterius Ministri Ecclesiastici ejusdem ordinis, ad *Text. in cap. Cum licet de Regul. Jur. in 6. & in Authen. multo magis, C. de Sacrosanct. Eccles.*

Tertia demum, quia per eundem Episcopum talis subrogatio in Synodalibus Constitutionibus providè restricta fuit ad summum ad duos dumtaxat dies cujuslibet hebdomadæ. Proindeque agitur de modica absentia, dequa nimis rationabili, & omni æquitate prædita subrogatione, faciliter admittenda, ad *Text in capit. final. de Transactionib. & in leg. Placuit, C. de Judic.*

Quibus non adversatur Resolutio hujus Sac. Congregationis in alia *in Casertana 26. Februarii 1650. Lib. 19. Decretor. fol. 28. à tergo;* in qua Coadjutori Archidiaconi denegata fuit facultas subrogandi unum ex Canonicis; Quia talis resolutio in suis terminis justa, & cum omni fundamento capta, nullatenus trahi potest ad nostros, in quibus instamus pro gratia subrogationis unius Canonici loco alterius, seu unius ejusdem prorsùs Ordinis; Hoc autem non verificabatur in d. casu, in quo vices Archidiaconi suppleri prætendebantur ab uno ex Canonicis, & sic à Ministro diversi Ordinis, quod permittendum non esse resoluit Congregat. Rituum, teste *Gavant. in Manual. Episc. Verb. Canonici Munera, & præsertim in Choro in Addition. num. 18.* Meritò proindè responsum fuit, id non licere; Quod practicari quotidiè videmus in Basilicis Urbis, in quibus Beneficiati non admittuntur ad supplendas vices Canonicorum, licèt inter ipsos Canonicos, & Beneficiatos respectivè, præsertim ad breve tempus, practicetur. Quando autem diversæ militant circumstantiæ resolutio in uno casu emanata, ad alium applicari non potest, ut in specie observat *Rot. in dec. 274. num. 11. par. 17. & dec. 102. nu. 55. & seqq. par. 19. rec.*

Die 28. Junii 1704. proposito sequenti dubio in Congregatione Concilii; *An Oratorum precibus sit annuendum?* Responsum fuit *Negativè*, cum addito, ut Causa amplius non proponeretur; Cohærenter ad ea, quæ eadem Congregatio resolverat in una *Nanmen. anni* 1650.

DISCEPTATIO XVII.

Ordinis Minorum Observantium S. Francisci

PRO

P. Joanne à S. Marco M. O.

ARGUMENTUM.

In Confraternitatibus Apostolicis, quando pro illarum exequutione, loco punctualis, & præcisi adimplementi, admitti possit adimplementum per æquipollens. Præmia conferenda sunt iis, qui in Ecclesia Dei strenuè laborarunt.

NOn possumus clarius hujus Causæ factum exponere, quàm mediante supplici Libello, per Oratorem Sanctissimo D. N. porrecto, & ab eodem huic Sacræ Congregationi benignè remisso, tenoris, qui sequitur.

Beatissimo Padre. *Fra Gio: di S. Marco, Religioso Professo dell' Ordine de' Minori Osservanti della Provincia di Calabria, prostrato alli benignissimi Piedi della S. V. umilmente l'espone, come presentemente trovasi nell' età di settant' anni in circa, e nella sua gioventù ha servito la Religione, e per la via letteraria, avendo predicato con spiritual profitto dell' Anime, molti Corsi Quaresimali, letto, e spiegato Sagri Canoni, e Filosofia, e, con il previo Concorso, fu instituito Lettore Generale nello studio di Calvello, e colle Cariche, lodevolmente essercitate, e fra l'altre quella di Segretario Generale in cotesta Corte di Roma per quattro anni continui, con buon servizio della Religione, e sodisfazione de' Ministri della S. Sede, dalla qual Carica fu applicato dal Ministro Generale in quella dell' Archivistato Generale, e vi fu anche confermato coll' autorità della Sac. Congregazione de' Vescovi, e Regolari; Ed in oltre il Superiore Generale lo spedì Commissario Visitatore nella Provincia di Bosna, nella quale delegazione bisognò, che caminasse per li Regni di Dalmazia, Croazia, Bosna, ed Ungaria inferiore, nel qual camino, oltre gl'altri disagi, fu più d'una volta in pericolo di morire ucciso per mano degli Schismatici; E finalmente avendo dato buon conto di se, e ristaurata l'osservanza regolare ne' Conventi della Provincia commessale; si restituì in Roma a proseguir l'impiego dell' Archivistato Generale: Ma parendo al Ministro Generale di quel tempo Fra Matteo di S. Stefano, di dar quiete al Supplicante; supplicò la S. Sede, che si degnasse di concedere al medesimo tutte le prerogative, gradi, e preemenenze, quali godono quelli, che sono stati Provinciali, come se in realtà avesse essercitata tal Carica, con esprimere, che se li dovevano in ricompensa delle ben impiegate fatiche, e ne ottene benignamente la Grazia, come apparisce da Registri della Religione, del qual Posto è stato esso Supplicante in pacifico possesso da venticinque anni, ed avendo ora la S. V. colla sua Costituzione abolite le Grazie personali, stimasi dalli Superiori dell' Ordine, che venghi anche abolito il Privilegio, concesso al detto Supplicante, il quale all' incontro stima non esservi compreso, mentre il suo Privilegio non è pura Grazia personale, ma ricompensa delle sue reali, e notorie relevanti fatiche, come dichiara la medesima S. Sede, e con tal intuito concesso induit naturam contractus, quale anche per legge naturale, e Divina,*

deve sostenersi sempre che non si abusa: Nè per la detta Constituzione appare, che venghi abolito detto Privilegio, poiche la medesima annulla, e cassa le pure Grazie personali, non già quelle, concesse in ricompensa delle fatiche, e tale anche appare la pia mente della S. V. mentre non pone clausula irritante, anche per li Privilegj, concessi intuitu realium laborum, *come averebbe spiegato, quando anche questi avesse voluto abolire; Però se n'è fatto ricorso alla S. Congregazione de' Vescovi, e Regolari, e questa si è degnata rescrivere,* Recurrat ad Sanctissimum, *in essecuzione di che esso Supplicante si umilia alli Santi Piedi della S. V., e colla faccia a terra riverentemente supplica la sua paterna carità a fin che si degni spiegare la sua santa mente, se il Privilegio, concesso ad esso Supplicante, resti anche annullato coll'abolizione generale, fatta dalla S. V. per le Grazie personali; O' pure rimetterne la discussione alla medesima S. Congregazione, nelli di cui Registri trovansi notate le fatiche del povero Supplicante, quale col rassegnamento, dovuto alli santi voleri della S. V. attende la Grazia, ut Deus &c.*

Quia verò EE. PP. circa illius subsistentiam de more audite voluerunt P. Procuratorem Generalem Ordinis, iste suam in Secretaria exhibuit Relationem, sequentis tenoris. 3

EE. & RR. Patres. Nuper à Constitutione Universalis Ecclesiæ &c. *revocantur omnia, & quæcumque Indulta, seu Privilegia personalia, quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, hactenus quoquo modo, contra, & præter regularia Ordinis prædicti Statuta, & Apostolicas Constitutiones concessa; Certum est verò, Privilegium Oratoris ad hæc spectare, cùm suis laboribus, & meritis (alioquin verè expositis,) nec Ordinis Statuta, nec Apostolicæ Constitutiones concedant prærogativas, & Privilegia, sed alias inferiores; Quapropter extra difficultatem est, hujusmodi Privilegium contra, & præter regularia Ordinis Statuta, & Apostolicas Constitutiones concessum esse, & proindè contineri inter abrogata à prædicta Constitutione; Ita censerem, nisi aliter judicaveris summa prudentia EE. VV. quarum Purpuras &c. Matthæus Parete Procurator Generalis Ordinis.* 4

Ex qua remanet manifestum, Oratoris preces in omnibus suis partibus subsistere, tam circa magnos labores, quos pro nostra Religione laudabiliter substinuit in Muneribus specificatis in dicto supplici Libello, quàm circa pacificam possessionem per annos viginti quinque illarum prærogativarum, quæ intuitu eorundem laborum, & sic titulo oneroso, ei concessa fuerunt. 5

Quia verò dictus Pater Procurator Generalis in eadem Relatione asseruit, dictas prærogativas, quamvis intuitu ejus laborum concessas, fuisse revocatas in novissima Constitutione Sanctissimi D. N. emanata die 16. Novembris 1724. quæ incipit *Universalis Ecclesiæ*, eo quia eædem prærogativæ dicantur contra, vel saltem præter Regularia Ordinis Statuta, & Apostolicas Constitutiones, juxta verba illa dictæ Constitutionis; *Omnia, & quæcumque Indulta, seu Privilegia personalia &c. quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujuscumque instantiam, & supplicationem &c. hactenus quoquo modo contra, & præter Regularia Ordinis prædicti Statuta, & Apostolicas Constitutiones concessa, perpetuò revocamus, annullamus &c.* 6

Hinc pro ejusdem objecti dilucidatione, & remotione supplicamus observare, quòd tribus modis in præteritum, & ante dictam novissimam Constitutionem Sanctissimi D. N. feliciter Regnantis, nostræ Religionis graduati Religiosi potiri, & gaudere soliti erant Privilegiis, Immunitatibus, & prærogativis, præscriptis in nostris Constitutionibus, & Statutis. 7

Primus consistebat in punctuali, & præciso exercitio illorum Munerum, & Officiorum, quibus laudabiliter exercitis, pro determinato tempore, in eisdem Constitutionibus, & Statutis præscripto, determinatæ sunt speciales prærogativæ, competentes tamen post completum, & consumatum illud tempus, quod in eisdem præscribitur. 8

Secundus, accedente Summi Pontificis Beneplacito, quod solitum erat expediri prævio hujus Sacræ Congregationis Voto, verificabatur in exercitio eorundem Munerum, & Officiorum, non præcisè, & punctualiter pro toto tempore, in Constitutionibus præscripto, sed pro aliqua ipsius parte præcisè, & punctualiter; Pro 9 reliqua verò parte ejusdem temporis per æquipollentiam, hoc est mediante exercitio Officiorum, & Munerum, vel æqualium, vel etiam majorum laborum, ac essent illa Munera, quæ determinantur in nostris Constitutionibus, & Statutis.

Tertius demum erat ille, qui multiplicatis intercessionibus ad praxim reducebatur, largiendo per merum Privilegium aliquibus Religiosis illas prærogativas, & Indulta, pro quibus, neque verè, propriè, & præcisè, 10 neque per æquipollentiam concurrebant ea, quæ præscripta sunt in nostris Constitutionibus, & Statutis pro legitima acquisitione eorundem Privilegiorum.

Hoc posito, ex lectura ejusdem Sanctissimæ Constitutionis Sanctissimi D. N. patet, illam loqui, & verificari de dicto tertio modo concedendi easdem prærogativas, juxta verba illa, opportunè repetenda, *quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujuscumque instantiam, & supplicationem &c. concessa.* 11

Cùmque respectu Oratoris hoc non verificetur, sed illius prærogativæ, non ad proprias preces, sed ad supplicationem tunc temporis Superioris Generalis, habuerint pro fundamento Munera illa, quæ non solùm per æquipollentiam, sed superlativè æquabant, imò superabant illa, præscripta in nostris Constitutionibus, & Statutis, 12 specificata supra, & à P. Procuratore Generali, (ita veritate impellente) canonizata, ibi; *Cùm suis laboribus, & meritis, alioquin verè expositis.*

Ex hac reflexione sequitur, quod Privilegia, Oratori concessa, non dicantur comprehensa in dicta novissima Constitutione, dum illorum respectu ex una parte non verificatur, neque applicatur ratio illa intercessionum, seu supplicationum Personarum extranearum ad 13 *Text. in leg. Si ita ff. de Manumiss. Testam.* cum aliis apud *Surd. cons. 67. num. 19. Barbos. axiomat. 197 num. 5. & Rot. decis. 205. num. 6. part. 17. & decis. 165. num. 12. part. 19. Recent.* Ex alia verò parte applicatur conclusio, uno ore à Doctoribus admissa, & quotidiè à magnis Tribunalibus canonizata, quod ad implementum per æquipollens 14 in omnibus materiis admittitur, & attenditur, ex adductis ab *Adden. ad decis. 542. num 84. & seqq. part. 4. tom. 3. Recent. & Card. de Luc. de Regalib. disc. 13. num. 4.* & firmatis per *Rot. in decis. 40. num. 56. cor Duran. & decis. 309. num. 8. coram Seraphin. & decis 450. num. 4. coram Rembold. & decis. 116. num. 1. coram Millin. & decis. 196. num. 14. coram Bichio, & decis. 367. num. 1. part. 4. divers. & decis. 492. num. 1. part. 14. recent.*

Et in præcisis terminis, quod obligatus aliquid adimplere vigore Apostolicarum Constitutionum, dicatur suæ obligationi satisfacere per æquipollentiam, adimplendo 15 mediantibus aliis mediis, & modis id, quod in illis præscribitur, adductis innumeris concordantibus firmavit *Rota dec 886. num. 11. & seqq. cor. Manzaned. & dec. 586. num. 188. par. 14. rec.*

Quod autem in nostris terminis plusquam per æquipollens adimpleverit Orator ea, quæ præscribuntur in nostris Constitutionibus pro acquirendis illis prærogativis, in quarum possessione reperitur ab annis 25. manifestè patet ex eo, quod in illis *cap 8 pag. 202. nu. 4.* expressè parificatur exercitium Provincialatus per biennium 16 cum exercitio Secretarii Generalis in Curia per triennium, juxta illa verba, relata per *Lantusc. in Theatro Regularium verb. subrogatio nu. 2.* ibi; *Provinciæ Patres propriè, & rigorosè sunt, qui fuerunt Provinciales; Qui biennio fuerunt Provinciales Vicarii; Procuratores, & Commissarii Romanæ Curiæ; Definitores Generales; Guardiani Hierusalem; Secretarii Generales Ordinis; qui per triennium servierunt Superioribus Generalibus.*

Et tamen in facto constans est, quod dictus Orator idē Officium Secretarii Generalis exercuit per annos quatuor, juxta animadversa supra approbata in Relatione P. Procuratoris Generalis, Et proindè, si solum exercitium dicti Muneris per triennium dumtaxat, sufficiens esset ad justificandas dictas Prærogativas, multò magis sufficiens erit idem exercitium per annos quatuor, unitum cum Munere Archivistæ Generalis nostræ Religionis, exercito per alios annos quatuor; Et cum alio æquè laborioso, 17 ac periculis pleno Munere Commissarii Visitatoris Provinciæ Bosnæ, pedester ad illam accedendo, & circuendo, cùm illis incommodis, vitæque periculis, quæ faciliùs concipi possunt, quàm hic necesse sit explicare.

Con-

Confirmantur hæc ex aliis tribus Constitutionibus aliorum Summorum Pontificum, quæ confirmantur, & 18 ampliantur in dicta Constitutione Sanctissimi Domini Nostri, & Indicantur in ejus §. *primo*.

In illa enim Gregorii XV. promulgata dia 3. Februa-19 rii 1623. impressa *in Bullario Romano Tom. 4. Constitut. 81. inter alias ejusdem Summi Pontificis*, quæ incipit *Pastoralis*, sermo est de Paternitatibus, & Præcedentiis ex mero privilegio concessis ibi: *Omnes, & singulas Paternitates, & Præcedentias, quibusvis dicti Ordinis Fratribus ex Privilegio, tam per Sedem Apostolicam, quàm dicti Ordinis Superiores &c. revocamus, cassamus, & abrogamus.*

Alia Urbani VIII. emanata die 23 Junii 1639. quæ 20 incipit *Inter cæteras*, & *est in Bullario novo Tom. 5. inter alias ejusdem Summi Pontificis in* 249. loquitur in eisdem terminis, ut videre est in illius § *primo* ibi: *In ordine Fratrum Minorum S. Francisci introductus fuerit abusus, ut passim à Superioribus Patres Privilegiati efficiantur.*

Secunda ejusdem Summi Pontificis, emanata die 1. 21 Junii 1640. quæ incipit *Militantis Ecclesiæ*, & est impressa in *eodem Bullar. novo To 5. in ordine in* 260. est confirmatoria antecedentis, & in eisdem quoque terminis loquitur in §. *primo;* Latè deinde se diffundendo circa alias prærogativas, quæ non cadunt sub præsenti inspectione.

Sicuti pariter in eisdem terminis loquitur tertia Constitutio ejusdem Summi Pontificis, quæ incipit *Admonemur*, citata ubi supra, & impressa *in eodem Tom. 5. Bullarii in ordine in* 250. Nec non alia Clementis X. quæ incipit *Sacrosancti Apostolatus* impressa à *Lantusc. in Thea-*22 *tr. Regular. verb. Abrogatio Indultorum fol* 324. ibi: *Introductus fuerit abusus, ut passim Fratribus Indulta Voti perpetui, aliaque Privilegia Personalia concedantur.*

Ex quibus cum omni fundamento speret Orator annuendum esse ejus humillimis precibus, attento quod ex hucusque animadversis remanet manifestum, illius prærogativas non fuisse ei concessas ex mero privilegio, minusque ad preces, vel ex intercessione Potentium, sed ex causa verè onerosa, & attentis magnis laboribus, quibus non semel, nec sine vitæ periculis se subjecit pro conservanda, & restituenda pace in Provinciis nostræ Religionis, ita præcipientibus, & strictè ei demandan-23 tibus Superioribus generalibus, egregiè *Fagnan. in cap. Consultationibus nu 63. de Cleric. ægrotant.*

Itaut longè utilius, longeque expediens ei fuisset, absque ullo vitæ periculo, inter delicias Civitatum Italiæ in figura Secretarii, & Archivistæ generalis Ordinis 24 sua Munera explere, quàm per incognita Regna, & barbaras Nationes Religioni inservire, non sine magnis vitæ periculis, sive in itineribus, sive in vigiliis multis, sive à Latronibus, sive demum à falsis Fratribus, seu Schismaticis.

Pro quorum faciliori admissione dignentur EE. PP. 25 tria sub eorum misericordibus oculis habere.

Primum, quod Officium Secretarii Generalis nostræ Religionis, per quatuor integros annos ab Oratore laudabiliter exercitum, nimis affine est Officio Provincia-26 lis, ex probatis supra. Et propterea non sine legali fundamento ei concessæ fuerunt Prærogativæ illæ, quæ propriè conveniunt Provincialatus Muneri, & Officio.

Secundum, quod idem Orator, qui ab annis viginti quinque est in possessione dictarum Prærogativarum, reperitur hodie constitutus in ultima senectute, ultimoque senio, nostræque Religioni per annos circiter 60. punctualiter inservivit in omnibus illis Officiis, & Muneribus, quæ injuncta ei fuerunt à nostris Superioribus Generalibus; In quibus terminis omni commiseratione dignus videtur, ut in terminis debilioribus similium Indul-27 torum; per merum Privilegium concessorum PP. Reformatis Sancti Francisci, resolvit *hæc Sacra Congregatio 18. Julii* 1720. & approbavit Clemens XI. ut videre est *in Bullario Clementin. fol.* 538. & 539. ibi: *Ita tamen, & Regulares præfati Ordinis, qui usque ad præsentem diem jam dicta Indulta, & Privilegia legitimè consequuti fuerint, in eorumque extiterint pacifica possessione, iis uti, & frui possint, in statu tantùm, in quo reperiuntur.*

Tertium, quod ad alliciendos Religiosos ad inserviendum propriis Religionibus, præcipue in Muneribus illis, & Officiis, quibus annexa sunt pericula, & incommoda, facilis solet esse Apostolica Sedes in admittendis per æquipollentiam requisitis illis, quæ præscribuntur in singulorum Ordinum Constitutionibus, ut, præscindendo ab aliis Religionibus, in quibus non desunt multa exempla, respectu nostræ practicavit Clemens X. in Brevi, 28 expedito die 31. Maji 1673. favore Expræfectorum Missionum Linguæ Arabicæ, cum sequenti proœmio: *Æquitatis, & justitiæ ratio exigit, ut illis, qui in Ecclesia Dei strenuè laborarunt, præmia non desint, quibus, & ipsorum honorificentiæ consulatur, & alii ad ejusmodi labores alacriter subeundos, stimulentur*: Quo, paucis mutatis, usus pariter fuit Clemens XI. in alio simili Brevi, die 21. Januarii 1704. favore Missionariorum Æthiopiæ, & in quo sine mysterio primus locus tribuitur justitiæ, ad ostendendam Gratiarum solidum, atque legale fundamentum, ibi: *Justitiæ, & æquitatis ratio postulat, ut Operarii, in Vinea Domini strenuè, utiliterque laborantes, præmiis, & honoribus decorentur, quibus, & ipsi ad constanter in suis laboribus persistendum, & alii ad ejusmodi labores alacriter subeundos, stimulentur*, & notat *Fagnan. in cap. Consultationibus num. 63. de Cleric. ægrotante* ibi: *Officium, de quo agitur, fuit concessum Officiali in remunerationem laborum, quos diù sustinuerat, ac jugiter sustinere non desistit pro Sede Apostolica &c. Sed ita est, quod concessio in remunerationem non dicitur mera liberalitas &c: sed potiùs est debitum justitiæ*, & concordant *Oldrad. cons.* 29 *226. num. 7. Ancharan. cons. 295. eodem num. Tiraquell. in leg. Si unquam nu. 13. Cod de Revoc. donat. & Rot. dec. 334. nu. 1. vers. Quod tanto magis par. 4. divers.* loquens in debilioribus terminis benemerentiæ Paternæ, & fraternæ, non autem ob propria merita, & servitia, juxta circumstantias nostri casus.

Die 8. Februarii 1726. proposita Instantia per Cardinalem Petram in Congregatione Episcoporum, & Regularium, Gratia fuit denegata, cum Rescripto *Le-* 30 *ctum*, quo rescribendi modo uti solent Sac. Congregationes, quando admittere nolunt Oratorum preces.

DISCEPTATIO XIX.

Neapolitana Processionum

PRO

Promotore Fiscali Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ

CUM

Marco Mercadante

ARGUMENTUM.

Ad Processiones tenentur accedere exempti omnes, tam Clerici sæculares, quàm regulares, non attentis quibuscumque Privilegiis; Ad quem effectum cogi possunt etiam mediantibus Censuris.

FActum hujus Causæ desumitur ex sequentibus tribus dubiis, quorum

I. *An Curia Archiepiscopalis potuerit cogere Rectorem, seu Sacristam Ecclesiæ S. Angeli ad Nidum, ad interveniendum Processioni in casu &c.*

II. *An potuerit hoc facere per Censuras, & quatenus affirmativè.*

III. *An Censuræ latæ, fuerint attentatæ, seu potiùs sustineantur, itaut Rector prædictus incurrerit in irregularitatem ob celebrationem &c. in casu &c.*

Dubium videtur resolvendum *affirmativè*, quia licèt 1 Rever. Marcus Mercadante, Rector Hospitalis Sancti Angeli ad Nidum in Civitate Neapolis, se prætendat exemptum à Jurisdictione Eminentissimi Archiepiscopi, hæc tamen exemptio non suffragatur eidem quoad accessum ad publicas Processiones, ex literali functione *Sac. Concil. Tridentini sess. 25. cap. 13. de Regular.* ubi datur Episcopi facultas compellendi quoscumque Clericos, etiam sæculares, quomodolibet exemptos, ut ad publicas Processiones accedant, ibi: *Exempti autem omnes, tam* 2 *Clerici Sæculares, quàm Regulares quicumque, etiam Monachi, ad publicas Processiones vocati, accedere compellantur*, & est communis omnium Doctorum Sententia, de qua, antiquioribus cumulatis, *Barbos. ad Conc. dicta sess. 25. cap. 13. nu. 18. Novar. in Summ. Bullar. part. prima*

comment.103. num.3. Kocbier. de Jurisdiction. in Exempt. part.2. quæst.75. num 109. Cesped. de Exempt. Regular. dub.207. num.1. & seq. & Rota cor. Emerix jan. decis.140. num.1. & alibi passim, cùm sit propositio, ab omnibus Doctoribus, uniformi calamo admissa.

Atque habemus in hac parte generale Decretum, per viam legis emanatum à particulari Congregatione trium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Præfectorum Sacrarum Congregationum Rituum, Concilii, & Episcoporum, illarumque Secretariorum, aliorumque Romanæ Curiæ Insignium Prælatorum, à san. mem. Urbano VIII. deputata, quæ die 27. Julii 1628. uniformibus votis resoluit, omnes, quomodocumque, & qualitercumque Exemptos, teneri, & obligatos esse accedere ad publicas Processiones, à quibus non esse exemptos, nisi Religiosos, in strictiori clausura viventes, & Clericos Sæculares, qui clarum, & literale Apostolicum habent Privilegium, non quandocumque obtentum, sed solùm illa privilegia suffragari, quæ sunt posteriora Concilio Tridentino, & in quibus specialis, & præcisa contineatur exemptio ab obligatione accedendi ad publicas Processiones, ut refert *Pignatel. consul.121. n.2. tom.1. juxta Roman. Impress.* ibi:

Die 27. Julii 1628. & 21. Augusti, ac 19. Septembris ejusdem Anni, habita fuit Congregatio particularis de ordine Sanctissimi Domini Nostri Urbani VIII. in Palatio Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Millini, cui interfuerunt idem Illustrissimus Millinus, necnon Illustrissimus Ubaldinus, & Ginettus, & alii, ac RR. PP. DD. Paulutius, & Benignus Secretarius Congregationis Rituum, & alii &c. Negotioque maturè discusso, unanimiter censuerunt, posse Episcopos, pœnis sibi benè visis, compellere quoscumque Regulares recusantes, etiam Monachos, & quomodolibet exemptos, ad infrascriptas Processiones accedere, atque illis interesse, exceptis dumtaxat in strictiori clausura viventibus, & Monasteriis, ultra mediam milliare, à Civitate distantibus, nempe in die festo Sanctissimi Corporis Christi, in Litaniis majoribus, in Rogationibus, ac in quibuscumque aliis publicis, & consuetis, vel pro bono, causa, aut honore publico, ab Episcopis indictis Processionibus; Non obstantibus quibuscumque Privilegiis, Consuetudinibus, vel Præscriptionibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis tantùm Apostolicis, Sacro Concilio Tridentino posterioribus, contrarium desuper disponentibus, minimè sublatis.

Quod deinde milliès à Sacris Congregationibus semper demandatum fuit, juxta antiquas, medias, & modernas Resolutiones, citatas, & sequutas à *Pignatell. cons.45. per tot. tom.3. juxta Romanam Impressionem, & à Ventrigl. in Prax. part.1. tit. de Process. annot.12. §. unico num.11.* ibique *Carol. Ant. de Luca num.3.*

Hujusmodi autem punctualissimæ Resolutiones, per viam legis emanatæ, & præcipuè illa dictæ Congregationis particularis, à Summo Pontifice specialiter approbata, tanquam Papalis Lex, adamussim, & præcisè servanda est, ex animadversis per *Fagnan. in Cap. Quoniam num.8. de Constitut. Pasqualig. quæst. moral. censur.1. cap.61. num.4.* & firmatis per *Rot. decis.7. num.3. post Antonell. de Jur. Cleric. & cor. Ansaldo decis.72. nu.4. & in Romana Matrimonii 3. Julii 1719. §. Hinc descendendo cor. R. P. D. Corio.*

Idque summa ratione statutum fuit à dicta Congregatione particulari, & à san. mem. Urbano VIII. specificè approbatum; Tum quia, ut ad rem egregiè observat *Card. de Luca de Jurisd. discur.100. num.7.* accessus ad publicas Processiones non importat aliquam servitutem, vel onus Ecclesiarum exemptarum, sed potius honorificentiam, & prærogativam earundem Ecclesiarum, dum illarum Clerici sub proprio Vexillo ad illas accedunt; ibi: *Ea quoque ponderatione accedente, quod dici non poterat, agi de vera servitute, præjudiciali, & onerosa, dum potius iste interventus redolet in ipsis Ecclesiis inferioribus honorificentiam, vel prærogativam, dum sub proprio Vexillo earum Clerici interveniunt.*

Supplicantes observare, quod Author iste loquitur in specie favore nostræ Curiæ Archiepiscopalis contra Priorem Sancti Joannis ad Mare, Ordinis Hierosolymitani; Prout etiam favore ejusdem nostræ Curiæ Archiepiscopalis, Partibus acerrimè informantibus, idem resoluit hæc *Sacra Congregatio in Neapolitana Processionis 3. Augusti 1709.* contra Clerum Sancti Jacobi Nationis Hispaniarum; Non obstante enim amplitudine notoriorum Privilegiorum, eidem Nationali Ecclesiæ à quatuor Summis Pontificibus, etiam in limine fundationis, amplissimè concessorum, obligavit eundem Clerum ad accedendum Processionibus generalibus, à Curia Archiepiscopali præscribendis, ut videre est in *Tom 3. Discept. Ecclesiast. par.2. discept.4. per totam;* Et in qua *num.69.* transcribunt dubia, in eadem Causa disputata in hac Sacra Congregatione dicta die 3. Augusti 1709. quæ sunt sequentia; *Primum: An Clerus Ecclesiæ S. Jacobi Nationis Hispaniarum Neapolis, teneatur accedere ad Processionem Sanctiss. Corporis Christi in casu &c. Secundum: An suspensio lata à Curia Archiepiscopali Neapolitana contra Cappellanos, & Clericos dictæ Ecclesiæ sustineatur;* Quæ fuerunt resoluta cum Rescripto: *Ad utrumque affirmativè*, subsequuta illorum punctuali executione.

Tum etiam, quia rogare Deum, ut fit in publicis Processionibus, pro aliquo publico bono, vel publica necessitate, etiam Exemptis convenit, ut observat egregiè *Abb. in Cap. Nimis prava num.5. de Excessib. Prælat.* ibi: *Non puto tamen, quod propter exemptionem, postmodum eis concessam, relevetur ab illo onere veniendi ad Processionem &c. nam &c. rogare Deum pro salute Populi omnibus Clericis imminere debet, tam exemptis, quàm non exemptis*, quem in eodem *Cap. Nimis prava* sequuntur *Soccin. num.12. vers. Et quamquam, & Fagnan. n.7. vers. Quin etiam putat Abbas &c.*

Absque ulla prorsùs difficultate, attenta propositione, ab omnibus Doctoribus admissa, & à magnis, & Collegialibus Tribunalibus quotidie canonizata, quod pro exemptione ab accessu ad generales Processiones, non solùm non sufficit quodcumque Privilegium, obtentum etiam post Concilium Tridentinum, sed indispensabiliter requiritur, quod idem Privilegium specialiter expressè, & præcisè eximat Privilegiatos ab accessu ad Processiones generales, juxta dictam punctualissimam resolutionem Congregationis particularis, cujus verba registrata fuerunt supra, in cujus sequelam idem probant *Fagnan. in d. cap. Nimis prava num.8. de Excess. Prælat. Ricc. in Prax. par.1. resol.329. num.4. Cesped. de Jurisd. in exempt. dub.274. nu.1. Tambur. de Jur. Abb. to.1. disp.24. quæst.8. n.7. à Spiritu Sancto in Direct. Regul. tit. de Oblig. Religiosorum tract.3. disp.6. sect.11. § 7. n.1558. & seqq. Barbos. de Potest. Episc. part.3. alleg.78. num.22. Pignatell. cons.30. num.1. tom.4. juxta Romanam impress. Novar. in Summ. Bullar. part.1. comment.103. num.18. Card. de Luca de Jurisd. discurs.100. num.3. & in Adnot. ad Concil. discurs.38. num.3.*

Cum quibus milliès processerunt, & quotidie procedunt omnes Sacræ Congregationes, teste *Pignatell. consul.45. to.3. juxta Rom. Impress.* & signanter in *Nullius 27. Jun. 1627.* ibi: *Privilegiis tantùm Apostolicis, S. Conc. Trid. posterioribus, minimè sublatis;* Et in alia *Nullius 29. Apr. 1629.* ibi: *Teneri accedere ad Processionem S. Marci, & ad alias publicas Processiones, nisi exhibeant Privilegia Apostol. posteriora publicationi S. Conc. Trid.* & in *Tarentina 3. Maii 1642.* ibi: *Nisi docuerint de Apostolicis Privilegiis, contrarium disponentibus, quæ sint Concilio Tridentino posteriora:* & in *Mediolanen. 3. Augusti 1658.* ibi: *Aut nisi exhibeant Privilegia Apostolica, posteriora publicationi Sac. Conc. Tridentini.*

Dum igitur exadversò non exhibetur hujusmodi speciale, & præcisum Privilegium, posteriùs Sacro Concilio Tridentino literaliter, atque præcisè eximens Cappellanos Ecclesiæ, & Hospitalis Sancti Angeli ad Nidum à dicta obligatione accedendi ad publicas Processiones, res videtur carere omni prorsus difficultate, quia in claris, & in materia, punctualissimè decisa à Sacris Congregationibus, cum Papæ approbatione, non datur locus argumentandi; Non attentis Regulis generalibus, & regularibus propositionibus, exadversò exornatis, quia istæ frigescunt, & nullatenus attenduntur in concursu authoritatum, punctualiter tractantium articulum, in nostris terminis controversum, ex animadversis per *Card. de Luca de Legat. disc.61. num.4.* & firmatis per *Rot. dec.66. n.3. cor. Put. lib.3. & in par.6. rec. dec.438. n.10. & in par.10. dec.233. n.19. & in p.15. dec.53. n.3. & dec.66. n.4.*

Mi-

Minùs relevat alter contrarius prætextus, in eo consistens, quod prædictæ authoritates loquantur de Ex- 20 emptis, per viam simplicis Privilegii, non autem in terminis Privilegii, concessi in limine fundationis, & ex causa onerosa, quale prætenditur illud, concessum Ecclesiæ S. Angeli, fundatæ à Card. Raynaldo Brancatio, cum impensa floren. 5. mill. auri.

Ultra quod enim multæ ex prædictis punctualissimis authoritatibus, supra citatis, loquuntur de Ecclesiis Equitum Religionis Hierosolimytanæ, cujus Privilegia dicuntur obtenta ex causa plusquàm onerosa, medi- 21 ante scilicet pretio nobilissimi sanguinis innumerabilium generosorum Militum, non autem mediante subministratione densi Luti, juxta phrasim *Habacuc. 2. 6.*, ut videre est in Privilegiis, per multos Summos Pontifices eidem Hierosolym. Religioni concessis, sæpiùsque confirmatis, & signanter in *Const. 13. §. 5. san. mem. Urbani VIII. & in Const. 31. §. 4. san. mem. Innoc. X.* in quibus indicantur magna merita eorundem Equitum, nedum erga Apost. Sedem, sed etiam respectu Cathol. Fidei.

Strictè, & cathegoricè respondemus, quòd ad nostrum effectum d. contrarius prætextus Privilegii, conces- 22 si in limine fundationis non regit in facto, in quo illud non exhibetur, utl cantans pro exemptione ab obligatione accedendi ad publicas Processiones, ut esset omninò necessarium, ex authoritatibus supra citatis.

Et quod magis est, neque etiam relevaret in Jure, quia ad dictum effectum exemptionis ab accessu ad Processiones, similia generalia Privilegia nullatenùs attenduntur, 23 juxta punctualem Resolutionem hujus Sac. Congregat. in *Nullius diei 25. Martii 1602.* quam refert, & sequitur *Barbos. ad Conc. sess. 25. de Regularib. cap. 13. nu. 38. & in Summ. Apostol. decis. collectan. 607. num. 2.* ibi: *Clerici Sæculares alicujus Ecclesiæ, in fundatione illius exempti à Jurisdictione Ordinarii, intra cujus Diœcesim existunt, possunt ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas Processiones, ex hoc Decreto, cap. 22. in eadem sessione, ut per Sell. dicto cap. 110. num. 5., ubi ait sic fuisse resolutum* 24 *&c.* & concordant *Pat. Jordan. variar. lucubrat. tom. 2. lib. 11. tit. 2. de Process. num. 39.* ibi: *Subamplia præterea, locum habere in Clericis Sæcularibus alicujus Ecclesiæ, quæ in sui fundatione fuisset exempta à Jurisdictione Ordinarii &c. Possunt enim ab eodem Ordinario cogi ad publicas Processiones accedere ex Decreto Concilii Tridentini &c. decisum attestatur 21. Maii 1602. &c. Campanil. in divers. Jur. Canon. rubric. 12. cap. 13. num. 217. Pilajn decis. 12. de Regul. num. 42. Marant. lib 3. respons. 79. num. tertio, Pignatell. consultat. 45. num. 14. tom. 3. juxta Romanam Im-* 25 *pressionem, referens ita decisum ab hac Sacra Congregatione in alia Causa Neapolitana die 27. Februarii 1561.* Et de aliis pariter Causis Neapolitanis testes sunt *Genuen. in Praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ juxta Impressionem anni 1602. cap. 63. in fine*, ibi: *Sciendum est enim, Sacram Congregationem nuper rescripsisse Curiæ Neapolitanæ, omnes Exemptos teneri accedere ad Processiones,* 26 *juxta dictum cap. 13. etiam si haberent Privilegium in limine fundationis in contrarium, Barbos. de Potest. Episcopi part. 3. allegat. 78. num. 25. vers. & in Curia Neapolitana observatum dicit Marcus Antonius Genuensis, Ricci. in Prax. tom. 1. resol. 119. juxta Venetam Impressionem §. Accedit*, ibi: *Et ita fuisse observatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana*; Et de nostra pariter Curia loquitur dicta punctualissima resolutio hujus Sac. Congreg. in *Nea-* 27 *politana Processionis 3. Augusti 1709.* de qua latiùs infra, & in qua meritò neglectus fuit idem prætextus Privilegiorum, concessorum in limine fundationis.

Respondemus secundò, quod quatenus per impossibilem hypothesim hujusmodi clarum, & literale Privilegium, in fundatione concessum, exhiberetur, & ostenderetur obtentum ante Concilium, fuisset eidem specia- 28 liter, præcisè, & expressè derogatum ab eodem Concilio in *sess. 25. de Regul cap. 21.* seqq. verbia: *Hæc omnia, & singula, in superioribus Decretis contenta, observari S. Synodus præcipit in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis &c. Non obstantibus eorum omnium, & singulorum Privilegiis, sub quibuscumq; formulis verborum conceptis &c. etiam in fundatione obtentis, necnon Constitutionibus, & Regulis, etiam juratis, ac etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus etiam immemorabilibus.*

Insistere autem in actibus revocatis esse pessimi Juris optimum signum, observat *Gob. consul. 51. n. 119.* & fir- 29 mavit *Rot. dec. 6. n. 15. cor. Dunoz. jun. & dec. 1620. n. 4. cor. Coccin.* ibi: *Ridiculum esse allegare ea, quæ fuerunt rejecta; & in Romana, seu Fanen. Successionis 8. Februarii 1706. §. Quod dictum cor. Ansaldo.*

Circa quam revocationem omnium Privilegiorum exemptionis, etiam in limine fundationis concessorum, habemus magistralem resolutionem hujus Sac. Congreg. *in Reatina 26. Aprilis 1602.* contra Rectorem Ecclesiæ 30 S. Birgittæ, registratam in *Lib. 10. Decret. fol. 10.* ibi: *Congregatio Concilii respondit, Privilegia exemptionis, etiam in fundationis limine obtenta, non esse impedimento, quo minus Regulares ad observanda ea, quæ in dictis Capitulis continentur, propterea, quod ejusmodi Privilegiis, & exemptionibus, etiam in fundationis limine concessis, idem Conc. d. cap. 21. ejusdem sessonis disertis verbis derogavit*; Et contra Archidiaconum Virdunen. idem reso- 31 luerat paulò ante hæc Sac. Congregatio, nempe die 28. Februarii ejusdem anni 1602. ut videre est in eodem *lib. 10. Decret. fol. 16. à tergo.*

Habemus pariter dictam individualissimam resolutionem hujus S. Congregationis in *citata Neapolitana Processionis 3. Augusti 1709.* quæ est in casu longè fortiori, quia non solùm in illa verificabatur fundatio, facta à 32 Personis merè Sæcularibus, nempe à Petro de Toleto, Marchione Villafranchæ, tunc temporis Pro-Rege Neapolitano, & à multis Sæcularibus Personis Nationis Hispanæ, in eadem Civitate moram facientibus, & ex parte etiam ex pecuniis Regii Ærarii, ibi: *Ex Regii Ærarii, ipsiusque Petri Marchionis, necnon stipendiariorum Militum d. Nationis Proventibus, atque Subsidiis fundata &c.* Quæ fundatio non erat restricta ad capitale scut. 5000. juxta casum fundationis, demandatæ à Card. Brancaccio, sed consistebat in annuo, nimisq; considerabili redditu duc. 14000. ibi: *Illorumq; fructus, redditus, proventus, benedicente Domino, ita uberes essent, ut redditum annuum 14000. ducatorum monetæ illarum partium constituerent.*

Sed concurrebat ulteriùs amplissima exemptio ab omni, & quacumque specie Jurisdictionis, & Superiorita- 33 tis, à san. mem. Clem. VII. concessa cum verbis adeo ampla, adeoq; effrænatis, ut ampliora, & effrænatiora, neque etiam de mero possibili dari possent.

Cum alia triplici essentialissima circumstantia, Prima, quod, non solùm Personæ, dicto Hospitali inservientes, amplissimè exemptæ fuerant ab omni, & quacumque Jurisdictione, Superioritate, Correctione, Vi- 34 sitatione &c. Archiepiscopi Neapolitani, Sanctæq; Sedi immediatè subjectæ fuerunt; Sed ulteriùs pro illorum privativo Judice in omnibus, & quibuscumque Causis deputatus fuerat Reverendiss. Nuncius Neapolitanus pro tempore.

Secunda verò, quod amplissimum privilegium, & effrænatissima exemptio, in limine fundationis à san. me. Clem. VII. concessa, deinde ad preces glor. mem. Phi- 35 lippi II. Hispaniarum Regis cum amplissimis clausulis, & derogatoriis omnium in contrarium facientibus, specificè, & literaliter confirmatæ fuerunt post Concilium per duos Summos Pontifices, à sanctæ nimirum memoriæ Gregorio XIII. die 15. Martii 1583. quando Hospitale, illiq; Inservientes subjecti fuerunt protectioni, & tutelæ Hispaniarum Regis pro tempore, & à san. mem. Sixto V. die 29. Junii 1585.

Tertia demum, quod idem Clerus S. Jacobi reperitur pariter decoratus illo alio insigni Privilegio, à san. me. Clem. VII. & Paulo III. concesso, ne possit unquam ex- 36 communicari ab Archiepiscopis Neapolitanis pro tempore.

Et tamen, his omnibus non obstantibus, quia Privilegio, concesso in limine fundationis à sa. me. Clem. VII. & Paulo III. confirmato, derogatum fuerat per sequentem dispositionem Sac. Conc. Trid. Et quia posteriora Privilegia Greg. XIII. & Sixti V. non faciebant specialem mentionem obligationis accedendi ad Processiones generales, non attentis doctissimis Juris Allegationibus duorum insignium Romanæ Curiæ Advocatorum, quo- 37 rum unus meritissimè Prælati locum hodie obtinet, Partibus acerrimè informantibus, intrepidè hæc Sacra Congregatio d. die 3. Augusti 1709. respondit, dictum Clerum S. Jacobi teneri accedere ad dictas Processiones gene-

generales, & substineri Suspensionem, à Curia Archiepiscopali contra ipsum latam, ob non interventum uni e a dd. Processionibus.

Idque habitum fuit pro adeo indubitato, adeoque evidenti, ut licèt ageretur de Suspensione insignis numeri viginti quatuor Sacerdotum, componentium 38 dictum Clerum, qui omnes instanter, & instantissimè petebant absolutionem, saltem cum re incidentia usque ad Causæ exitum, pro qua Gratia in antecedenti Congregatione aliæ pariter porrectæ fuerunt serenissimæ preces, adhuc illam obtinere non valuerunt, ut refertur in Scriptura facti, pro eodem Clero distributa dicta die 3. Augusti 1709. *In his* ibi. *Supplicatum fuit in præterita Congregatione pro ipsorum reintegratione, saltem cum re incidentia usque ad exitum Causæ, quæ* 39 *obtineri non potuit, & EE. PP. demandarunt, quod transmitterentur Acta, & proponeretur Causa omnino in prima, firma remanente Suspensione.*

Quibus non obstant authoritates, generaliter lo-40 quentes, in contrariis Scripturis citatæ, signanter *Sac. Rota in Legionen. Parochialis 2. Julii 1706. §. Nec relevat coram Kaunitz.*

Ultra cathegoricas etenim responsiones, supra adductas, & ultra quod insubsistentiam ejusdem *decis. Legionen. Parochialis* non possumus meliùs, atque clariùs demonstrare, quam supplicando EE PP. recurrere *ad doctissimam allegat. 5. de Controv. Patron D. Pitonii*, in qua pro veritate requisitus, suo more solidè demonstrat debilitatem, & insubsistentiam fundamen-41 torum ejusdem *Decisionis Legionen.* & signanter à *num. 8.* ibi. *Hæc omnia fateor meum torserunt ingenium, ut inclinarem pro opinione, in decisionibus Legionen. resoluta; Sed maturiùs reflectendo ad veritatem, iis non obstantibus, contrarium resolvo, Moveor &c.* Eandemque insub-42 sistentiam dictarum *decisionum Legionen.* mirabili pariter claritate, & æquali soliditate comprobavit pariter Illustrissimus, & Reverendissimus Secretarius, in eadem Causa pro veritate pariter de suo sensu requisitus, ut videre est in *eadem allegat. 5 n 2 vers quia verò*,

Supplicamus observare, quod eadem *Decision. Legionen.*, aliæque authoritates, exadverso allegatæ, 43 loquuatur de fundatione, facta post Conc. juxta illa verba *dictæ allegat quintæ num. decimo quarto. Resolutio autem Sac. Congreg. quod Concilium non abrogaverit legem fundationis contrariam cùm &c. loquatur generaliter, vel intelligenda venit de fundatione peracta post dispositionem Concilii, non autem ante &c.*

Et propterea nullatenus applicantur nostro casui, in quo asserta generalis exemptio Ecclesiæ S. Angeli ad Nidum, obtenta anno 1426. per annor. 116. præcessit 44 convocationem Sacrosancti Concilii Tridentini anni 1542. illiusque terminationem, sequutam anno 1563.

Minusque refragantur duæ resolutiones hujus Sacræ 45 Congreg. *in Neapolitana Processionum 16. Novembris 1675 & 18. Julii 1685.*

Omissa enim inspectione, an favore Cleri S. Antonii Viennensis, pro qua emanavit prima dicta die 16. Novembris 1675. Privilegium exemptionis fuisset concessum ante, vel post Concilium, quod non constat. Hoc unum certum est, quod respectu illius verificabatur cir-46 cumstantia illa, nimis considerabilis, consuetudinis nimirum accedendi, non ad omnes generales Processiones, sed solùm ad duas, hoc est SS. Corporis Christi, & S. Januarii, Protectoris Civitatis, ut legitur in Folio, dicta die distributo, his verbis: *Exhibetur Processus Remissorialis, fabricatus de mandato Sac. Cong. Rituum, in quo plures testes &c. Presbyteros S. Antonii Viennensis non consuevisse accedere, nisi ad Processiones SS. Corporis Christi, & S. Januarii Patroni Civitatis*: Et propterea nullatenus applicari potest nostro casui, in quo evidenter constat de generali aemptione, concessa ante Coneillum; Prout etiam in nostro casu concludenter constat de consuetudine contraria accedendi ad omnes Processiones generales, non autem ad unam, vel aliam ex documentis exhibitis in nostro Summ.

Secunda verò sub die 8. Julii 1685. non loquitur de Processionibus generalibus, qualis est illa pro electione 47 Summi Pontificis, seu pro alia publica, & urgenti causa, sed de Processione, ob causam privatam, hoc est pro electione novi Archiepiscopi, & de illius indictione, demandata à solo Vicario Capitulari, ibi: *Processionum à Vicario Capitulari indictarum pro electione novi Pastoris*; Et propterea detorqueri non potest ad terminos nostri casus, in quo sermo est de Processione, indicta ab ipsomet 48 Archiepiscopo, pro bono publico, & pro causa itidem publica, non unam, vel aliam Diœcesim, sed totum Catholicum Orbem tangente, qualis est Summi Pontificis electio ad differentiam Processionis, indictæ pro causa, respiciente ipsummet Episcopum, ut in terminis respondit hæc Sacra Congregatio in *Anagnina Processionis 9. Decembris 1661.*, quando resoluit, non potuisse Episcopum Anagninum cogere Patres Reformatos S. Francisci ad interveniendum Processioni, occasione sui ingressus, licèt illam in Edicto qualificasset *per publica, generale, e generalissima*, cum plenaria Indulgentia, ex specia-49 li Papæ authoritate publicata, favore omnium in illa interveniemtium, ut videre est in *lib 23. Decret fol. 92* quamve referunt, & sequuntur *Lantusc. in Theatro Regul. verb. Processio n. 4. & Panimol. dec. 84. annot. 1. n. 48.*

In omnem verò casum, cum dicta punctualissima resolutio hujus Sac. Congr. in citata *Neapolitana Processionum 3. Augusti 1709.* posterior sit, & in illa individua-50 lissimè verificetur circumstantia Privilegii, titulo oneroso concessi in limine fundationis, factæ à Personis merè sæcularibus; Semper præferenda esset dictis antiquis generalibus resolutionibus, juxta regulam *Text. in l. Pacta novissima C. de Pactis*, quam in terminis resolutionum Sacrarum Congregationum sequuntur, & exornant *Sylvestra Tract var. opusc. 3. de Declarat. Cardin. num undecimo, Pignat. consult. 107. in fine tom. 1. Donat. Rerum regul. tom. 1. tract. octavo de Interpret. Privil. quæst. quarta à n. 16. & Piton. discept. Eccles. 43. la 2. num. 11.* ibi. *Remanse-51 runt hodie reintegrata, & renovata ex ultima resolutione, quæ sola spectanda, & observanda venit.*

In quorum omnium comprobationem duæ reflexiones mirabiliter urgere videntur.

Prima, quia cùm ab obligatione accedendi ad Processiones generales, faciendas à Clero sæculari, neque etiam exempti sint Regulares (exceptis dumtaxat iis, qui 52 specialissimum in hac parte privilegium, concessum post Concilium, habent) etiamsi iidem Regulares in eorum fundatione maximam, amplissimam, & notoriam habeant aemptionem à Jurisdictione Ordinariorum; Videtur nimis improprium, & æqualiter monstruosum, ut ab obligatione ad illas accedendi debeant esse exempti Sacerdotes sæculares, non solùm longè majorem habentes affinitatem cum reliquo Cœtu Cleri sæcularis, ac habeant omnes Regulares Familiæ, sed nullam omninò habentes specialem exemptionem accedendi ad dictas Processiones, & insistentes dumtaxat in Privilegiis generalibus, & generalissimis, antè Concilium concessis, & per illius subsequentem claram dispositionem literaliter re-53 vocatis, ex supra animadversis, quibus addo citatos à *Pignatell. consult. 45. num 9. tom 3.* ubi quod longè majorem habent Episcopi Jurisdictionem in locum, & Personas exemptas, ac habeant in alias Personas extraneas.

Secunda verò, quod si pro exemptione ab obligatione accedendi ad dictas Processiones, neque etiam suffragatur immemorabilis consuetudo illis non interveniendi, 54 ex literali dispositione dicti *Sacri Conc. Trident sess. 25. de Regul. cap. 13.* & innumerabilium resolutionum omnium Sacrarum Congregationum inter quas punctualissima est illa Sac. Congreg. Particularis anni 1628. quæ per extensum registrata fuit supra da quibus latissimè *Pignatell. consult. 45. per tot. to. 3.* Licèt habens pro se immemorabilem consuetudinem allegare possit ad sui favorem Apostolicum Privilegium, etiam in ipsa fundatione concessum, omnemque alium majorem, & meliorem titulo de Mundo, juxta communem loquendi modum, in his 55 terminis usurpatum à Doctoribus, sequutis à *Sperell dec. 37. num. decimo sexta, Card. de Luca de Canon. discurs. 11. num. 6. & Rota decis. 22. num. 4. part. 8. & decis. 320. num. 2. part. 16. & decis. 671. num. 16. par. 18. rec.* Imò licèt habens pro se immemorabilem possit allegare totum id, quod Reges, Imperator, & Papa possunt per viam Gratiæ, vel Justitiæ concedere, juxtà phrasim *Sac. Rot. in Tranen. Præminentiarum 16. Novemb. 1717. §. Immemorabilis cor. Ansal.* Multò minùs ad dictum effectum attendi debent, vel suf-56 fragari possunt Adversario regulæ generales, & regulares propositiones in materia exemptionis, in qua ab uno casu non est permissum ad alium arguere, minusque

Illam

illam extendere, juxta animadversa per *Bonden. Collect. legal. 15. n. 127. & Ansald. in addit. ad decis. 30. num. 48.* & firmata per *Rot. decis. 340. n. 16. p. 15. rec.*

Quia verò à paucis diebus citrà fuerunt Nobis communicatæ aliquæ Scripturæ, concernentes prætensam Jurisdictionem Rectoris in suos Cappellanos, aliosque Inservientes ejus Ecclesiæ; Omissa pro nunc inspectione illarum legalitatis, dicimus, quod, vel ex istis prætenditur exadverso probari aliqua Jurisdictionis species in dictos Inservientes, & circa istam non insisti- 57 mus; Quia semper verum est, quod, tali Jurisdictione non obstante, tenetur, tàm Rector quàm ejus Cappellani, ad dictas generales Processiones accedere, eo modo, quo Superiores omnes Regulares cujuscumque Conventus, longè majorem Jurisdictionem habentes in suos Subditos, ad illas tenentur accedere, ex supra allegatis.

Aut verò prætendit Rector, ex talibus actibus se constituere in linea, & figura Prælati inferioris, cum qualitate Nullius, & Territorio separato, & ex hoc motivo se eximere à dicto onere, & obligatio- 58 ne accedendi ad Processiones generales, juxtà animadversa per *Leon. in Thesaur. For. Eccles. cap. octavo sub num. decimo octavo, Barbos. ad Concil. sess. 25. de Regular. cap. 13. num. 25., & Ventrigl. in Prax. part. prima Annot. in §. unico num. nono.* Et talis prætensio non 59 potest esse magis insubsistens, quia quicumque actus Jurisdictionales, ex Privilegio, consuetudine, vel quocumque alio particulari titulo, Superiori alicujus Ecclesiæ competentes, non sunt apti ipsum ponere in linea, & qualitate Prælati Nullius, sed ad dictum effectum unum de duobus indispensabiliter requiritur, vel scilicet rotundum, clarum, & literale Apostolicum Privilegium, vel immemorabilis consuetudo, per tres conformes Sententias cannonizata, ex latè animadversis per *Rotam in decis. 511. part. decimanona recent.* & in aliis quatuor Decisionibus, quæ in hac materia magistrales sunt, & cum quibus quotidiè proce- 60 dere solet, nempè *Brixinen. Jurisdictionis 5. Julii 1688. coram claræ memoriæ Cardinali Caprara, & Dertbusen. Jurisdictionis 5. Martii 1692. coram Molines, & in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 1. Junii 1708. cor. Ansal. & in Mileten. Jurisdictionis 27. Januarii, & 1. Julii 1716. coram Eminentiss. Falconerio.*

In qua parte habemus resolutionem hujus Sacræ Congregationis in *Anglonen. Jurisdictionis 7. Novembris* 61 *1714.* quando non obstantibus exageratis per exadverso Scribentes, respondit, non constare de dicta qualitate Nullius, neque de Jurisdictione quasi Episcopali, licèt eodem tempore fuisset responsum pro competentia longè majorum actuum Jurisdictionalium respectu Causarum Civilium, Criminalium, & Mixtarum favore Eminentissimi Abbatis Terræ Carbonis, tanquam 62 Prælati inferioris, ut videre est in *Tomo primo Disceptationum Ecclesiast. p. 1. Discept. 9 per totam, & in Tomo 2. p. 1. discept. 5. pariter per totam, & in Tomo 5. pariter par. 1. discept. 14. per totam.*

Et quidem cum omni legali fundamento, quia Prælati inferiores in tres classes à Doctoribus considerari solent; Prima est illorum, qui plenam, & omnimodam 63 habent Jurisdictionem spiritualem, & quasi Episcopalem, privativè quoad Episcopos, mediante formali, vera, & propria Territorii separatione, & isti, exceptis iis, quæ sunt ordinis Episcopalis, in nihilo differre videntur ab Episcopis, ut sunt Abbas Nonantulanus, & Abbas Montis Cassini, juxtà decisa per *Rota in Nonantulana Jurisdictionis 22. Junii 1693. coram Cardinali Caprara, & in Capuana, seu Montis Cassini 10. Martii 1679. coram Bourlemont, & 17. Junii 1686. coram Cardinali Matthæio, & 6. Aprilis 1693. coram Ursino.*

Secunda species est illorum Prælatorum, qui habent quidem Jurisdictionem in Clerum, & Populum, seu Inservientes propriæ Ecclesiæ, absque ulla tamen Territorii distinctione, seu separatione; Et isti nullo modo veniunt appellatione Ordinariorum, minusque competunt 64 eis, quæ Episcopis conveniunt, sed Jurisdictionem exercere dicuntur Jure singulari, & vigore particularium Privilegiorum, juxtà firmata per *Rotam in Toletana Jurisdictionis 17. Junii §. Et quamvis cor. Molines, & in Burgen. Juris instituendi 23. Junii 1690. coram eodem, & in Gerunden. Jurisdictionis 13. Junii 1695. coram eodem.*

Tertia demùm species est illorum Abbatum, & Superiorum Regularium, in suis respectivè Monasteriis, & Conventibus, qui nullam aliam habent Jurisdictionem, nisi intra fines dictorum Monasteriorum, & Conventuum, extra quorum ambitum illa non extenditur, prout has inferiorum Prælatorum species di- 65 stinguendo, observant *Fagnan. cap. Accedentibus à num. 20. de Excessibus Prælator. Lotter. de Benef. lib. primo quæst. 25. num. sexto, & seqq. Pignatell. consult. 202. num. 58. tom. quarto, Card. de Luca de Jurisdict. disc. 1. n. 7. & seqq. Rot. in Brixinen. Jurisd. 5. Julii 1688. §. Nec urgent authoritates coram Card. Caprara.*

Ea igitur, quæ asserunt Doctores de exemptione Prælatorum Nullius Diœcesis ab obligatione interveniendi publicis Processionibus, vera sunt, & proce- 66 dunt respectu primæ speciei dictorum Prælatorum inferiorum, non autem applicantur secundæ, & tertiæ illorum speciei, quia isti, neque verè sunt, neque propriè denominari possunt Prælati Nullius Diœcesis, minusque habere dicuntur Territorium separatum, vel quasi Episcopalem Jurisdictionem; ut, præter super allegatos, Partibus accerrimè informantibus, resoluit hæc Sacra Congregatio in dicta *Anglonen. Jurisdictionis*, in qua rescripsit, Eminentissimum Abbatem Terræ Carbonis non habere Episcopalem Jurisdictionem in eadem Terra, minusque istam constituere Territorium 67 separatum, licèt illius favore canonizaverit eodem tempore, nedum amplam Jurisdictionem in Causis Civilibus, Criminalibus, & Mixtis, sed etiam Jus conferendi Beneficia, non solùm simplicia, sed etiam curata, ut videre est in *tomo 2. discept. Ecclesiast. discept. 5. à num. 208. usque ad finem.*

Omniumque præmissorum illam assignat convincentem rationem *Sacra Rota in decis. 511. num. tertio, par. decima nona recent.* quia verba exemptionum quo magis 68 ampla sunt, eò minus qualitatem Prælati inferioris importare possunt, ex quo exemptio, quamvis ampla, & amplissima, liberat quidem à subjectione, & Jurisdictione, non autem tollit situationem Locorum exemptorum in Diœcesi, & à Diœcesi, in qua sita sunt, & concordant alii, adducti *in decis. 55. num. tertio, & quarto apud Tamburr. de Jur. Abbatiss. & decis. 330. num. 5. & dec. 340. num. 4. part. 5. & decis. 394. num. 8. par. 11. & decis. 340. num. 16. p. 15. rec.*

Quæ omnia videntur ad nostrum effectum superabundare; Et tamen, etiam si aliquod remaneret dubium, quod non credimus, istud diceretur penitus sublatum à favore divini cultus, quem important generales Pro- 69 cessiones, & unitæ preces utriusque Cleri Sæcularis, & Regularis; Rogare enim Deum pro salute Populi omnibus Clericis imminere debet, tam exemptis, quàm non exemptis ut observavimus supra, & concordant *Fagn. in cap. Nimis prava n. 7. de Excessib. Prælat.* ibi. *Rogare Deum pro salute Populi incumbit, tam exemptis, quàm non exemptis. Pignatell. consult. 56 num. 12. tom. 3. & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 40. n. 6. & 7.*

Non obstante replicatione, quod Adversarii possunt pariter rogare Deum, faciendo distinctam Processionem, eodem modo, quo illam facere tenentur 70 Rectores Ecclesiarum Sæcularium, existentium extra Civitatem, vel Regulares, habitantes in Conventibus, ab illa distantibus.

Responsio enim in prompta est, observando, id verum esse de Ecclesiis à Civitatibus distantibus, juxta terminos, in quibus loquuntur authoritates, exadverso citatæ, qui non est casus noster, quia Ad- 71 versarii moram faciunt in Civitate Neapolis, suntque pars illius Cleri Sæcularis; Et propterea videtur nimis insubsistens contraria prætensio, ut Processioni generali, quam ex publica causa facit Eminentissimus Archiepiscopus, cum interventu etiam totius Cleri Regularis, ab illius Jurisdictione notoriè exempti, intervenire non debeat pars ejus Cleri Sæcularis, ut consideranti patet.

Transeunt hæc in evidentiam ex observantia subsequuta, interventus nimirum Cappellanorum Ecclesiæ Adversarii ad Processiones generales, concludenter 72 comprobata ex depositione plurium informatorum Testium, de quibus in nostro Summario, quæ operatur, ut eo faciliùs cogi debeant Cappellani Adversarii ad

ser-

servandum solitum, practicatum ab illorum Antecessoribus, juxta firmata per *Rotam in Aretina Jurium Parochialium 15. Januarii 1703. §. Cæterùm cor. b. m. Ansaldo.*

Non attentis depositionibus aliorum contrariorum Testium. Responsionibus etenim adversus eosdem Testes, adductis in Scriptura Facti, Addimus in jure, quod cùm nostri Testes concordent cum dispo-73 sitis *in Concilio Tridentino dictu sess 25. de Regul. cap.* 23. Illorum depositio præferenda est Testibus contrariis, et concordantibus adductis, in punctualissimis terminis nostri casus, hoc est Testium, deponentium de solito interveniendi Processionibus, in executionem Conc. Trid. judictis, firmavit *Rot. decis. 741. in fine cor. Emerix jun.* ibi. *Qui cum deponant juxta dispositionem S. Concilii Tridentini &c. veniunt præferendi &c.*

Minus merentur exagerari assertæ protestationes, in uno, vel altero accessu emissæ Cappellanis, quando in-74 tervenerunt Processionibus, à Curia Archiepiscopi intimatis; Cùm enim ad illas accesserint vigore Edicti convocatorii, innixi elatæ dispositioni *dicti Sacr. Conc. Trid. sess. 25. de Reg. cap.* 13. In istis terminis similes protestationes nullatenus attenduntur, & perinde habentur, ac si non emanassent, juxta theoricam *Amaiæ in leg. 1. n. 43. C. de His qui sponte publica munera subeunt lib.* 10. ibi. 75 *Secus autem erit in actibus coactis, ubi cogeris, vel à lege, vel ab homine, tunc enim nihil prodest protestatio*, quam sequuntur *Grat. discep. 33. n. 13. & discept 455. n. 28 Surd. dec. 62. n. 35. & Rot. dec. 178. n. 2. p. 12. & dec. 475 n. 20 part. 13. recent.*

Cum quibus in longè durioribus terminis protestatio-76 nis, quolibet anno solemniter repetitæ, processit *hæc Sac. Cong.* favore nostræ Curiæ Archiepiscopalis in alia *Neapolitana Processionum 3. Augusti 1709.* contra Clerum nationalis Ecclesiæ S. Jacobi Hispanorum ejusdem Civitatis Neapolis, ut videre est *in tom. 2. Discept. Eccles. p. 2. discept. 4. n. 26 & duobus seqq.*

Pro affirmativa resolutione secundi Dubii, in quo quæritur: An Eminentissimus Archiepiscopus potuerit cogere sub Censuris Adversarium ad interveniendum Processioni, de qua disputamus, sat est supplica-77 re EE. PP ut dignentur percurrere *consult. 45. per tot. Pignatell. tom. tertio juxta Romanam impressionem*; Ibi enim, ultra nubem Authorum, quos ad id probandum allegat, loquentes in terminis durioribus Regularium, qui longè majorem habent exemptionem ab Ordinariorum Jurisdictione, ac habeat Clerus Sæcularis, quamvis amplissimè exemptus; A *num.* 11 citat, & sequitur multas antiquas, medias, & modernas resolutio-78 nes Sacrarum Congregationum, in quibus resolutum fuit; Exemptos omnes cogi posse, etiam per Censuras Ecclesiasticas Processionibus intervenire.

Inter, quas punctuales sunt illa *in Ferrarien. 2. Maii* 1600. ibi. *Ad quas compelli possunt etiam per Censuras, & in Albanen. 23. Septembris* 1617. ibi. *Sacra &c. auditis Partibus, respondit, Monachos S. Hieronymi, ut proponitur ab Ordinario vocatos, teneri, ac potuisse* 79 *compelli, etiam pœnis, & Censuris Ecclesiasticis ad Rogationum, D. Marci, aliasque publicas Processiones accedere*, de qua *in lib. undecimo Decret fol.* 202., *& in Limina 16. Aprilis* 1633. ibi. *Sacra censuris, in illis casibus, in quibus Episcopis commissa est executio dispositionis, Regulares comprehendentis, posse eosdem Regulares, si inobedientes extiterint, etiam per Censuras ad illius observationem compellere*, de qua *in lib. 14. Decret. fol. 729., & in Aversana 12. Februarii* 1641. ibi. *Teneri accedere ad Processionem, de qua agitur; & ad eam compelli etiam per Censuras, & in Spoletana 25. Septembris* 1649. ibi. *Observarique etiam sub Censuris, omnino compelli, & in Mediolanen. 3. Augusti* 1658. ibi. *Et quatenus accedere noluerint, compellendos per Censuras.*

Necnon superabundat relativè pariter se habere ad sæpè, sed nunquam satis citatam resolutionem hujus Sacr. Congreg. in dicta alia *Neapolitana Proces-*80 *sionum 3. Augusti* 1709., quæ pariter est in terminis, non solum punctualissimis, sed longè durioribus, quia numerosus Clerus Sancti Jacobi Nationis Hispaniarum, non unum, sed quatuor habebat literalia Privilegia; amplissimè illum eximentia ab omni, & quacumque Jurisdictione, & superioritate Archiepiscopi Neapolitani, quorum duo erant posteriora Concilio Tridentino, & quod magis est, habebat ulterius aliud Privilegium, ut pro quocumque delicto, vel excessu, non posset excommunicari ab eodem Archiepiscopo; Et tamen *dicta die 3. Augusti* 1709. affirmativè resolu-81 tum fuit sequens Dubium. *An suspensio à Divinis, lata à Curia Archiepiscopali Neapolitana, contra Cappellanos, & Clericos dictæ Ecclesiæ, sustineatur &c.*

Non attenta opinione aliquorum Moralistarum, in contrarium citatorum, non solum, quia illi uti defendentes propriam Causam in nulla prorsus consideratione habendi sunt, juxta ea, quæ observat *Pignatell. consul. 45* 82 *num. 41. tom. 3.* & firmavit *Rota in Surrentina Manutentionis 4. Maii 1695. §. Secundo cor. Emin. Scotto*; Sed etiam quia cum habeamus in hac parte inconcussam, & sæpissimè canonizatam sententiam ab omnibus Sacris Congregationibus, in conflictu dd resolutionum non atten-83 duntur authoritates privatorum Doctorum, ex supra allegatis quibus addo *Raynaldum in Heteroclit. Piet. tom. 16 sect. 1. punt. 14. de Matrim. num 12. & Rot. dec 7. num. 3. post Antonel. de Jur. Cler. & in Calagurritana Pontificalium 16. Novembris 1697. §. In præsenti cor. Ursino.*

Ex quibus infertur pariter favorabilis resolutio tertii dubii, hoc est pro affirmativo responso circa validitatem, & subsistentiam Censurarum, necnon pro incursu in irregularitatem, attento illarum scandaloso spretu; Adversarius enim, non attenta eadem Suspensione, *continuava a celebrare secondo il solito la santa Messa, e la mattina della Domenica delle Palme 9. del corrente mese di Aprile nel mentre io stavo avvanti detta Chiesa Parocchiale &c. viddi con miei proprj occhi il detto Don Marco fare la fonzione della benedizzione con la solita Processione, vestito con le Vesti Sacerdotali, che Io ciò vedendo me ne scandalizzai, sapendo che stava sospeso, e doppo qualche tempo curioso volsi entra-*84 *re in detta Chiesa per vedere se celebrava, quale viddi celebrare, ed il giorno poi susseguente di Lunedì parimente con miei occhi lo viddi celebrare, e poi in appresso mi è stato detto, che ha seguitato a celebrare, non ostante la Sospensione sudetta &c.* sunt verba Testis Sacerdotis, dati in nostro Summario. Cum quo ibidem concordant quatuor alii Testes, pariter de visu deponentes; Regulare autem est in hac materia, quod Suspensus, Missam celebrando, vel alias sacras functiones solemniter exercendo, fit irregularis, *juxta Text. in cap. Is qui, & in cap. Cum æterni §. Si quis de Sentent. & de judic in 6.* ibi. *Sciturus, quod si, suspensione durante, damnabiliter ingesserit se divinis, irregularitatis laqueo se involvet, secundùm Canonicas sanctiones*, quos sequuntur *Pelta Potestas in Exam. Confessar. part quinta Tom. primo cap. secundo num 4480. vers. Ex violatione, Monacell in Formul. in Prælud. Tom. 3. num. 171. vers. Item ministrando Sperell. 115. num. 50.* 85 *& 51. & Nogueira quæst. singul. disput. 3. de Censuris quæst. 48. §. secundo, num decimo*, & in puncto nostri casus *Pignatell. consult. 45. num 40. vers. Quod si hoc casu tom. 3. juxta Impressionem Romanam.*

Non attento prætextu exemptionis Adversarii, vel rancidi Monitorii, coram A. C. à multis annis expedi-86 ti, sed nunquam in Actis reproducti.

Primò enim prætextu assertæ exemptionis solidè occurrit *Pignatell. dicta consult. 45. num. 40. & 41. in certio*, cum caterva Doctorum, ibidem citatorum, 87 quod in his terminis quando exemptio disputabilis est, & adest dubium, an comprehendat casum Controversiæ, quod in nostris terminis ex hucusque animadversis est innegabile, suspensio timenda semper est, & punctualiter servanda, neque impunè sperni potest, cum Populi magno scandalo; eo quia hoc casu applicatur celebre dictum *Divi Gregorii Magni homilia 26. in Evangel.* ibi. *Nec Pastoris sui judicium temerè reprehendat, ne, & si injustè ligatus sit, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa, non erat, fiat.*

Quæ omnia approbarunt EE. PP. ex Secretaria Conclavis, die 5. Aprilis 1724., quando ad noti-88 tiam Eminentissimi Archiepiscopi deduxerunt recursum, contra Adversarium habitum, injungendo eidem. *Che ordini al suo Vicario di usare minor convenienza di quella, che ha forse dimostrata sin ora contro un'eccesso così scandaloso, ed in oltre gl'ingionga di procedere severamente secondo le disposizioni Canoniche ad ulte-*

riori

vieri passi contro il Reo di un attentato di tanto rilievo, e di esempio così perniciose.

Secundus verò prætextus dicti rancidi Monitorii, expedisi quidem à multis annis retrò, sed nunquam in Actis reproducti, ut testatur Dominus Florellus, qui 89 ad eandem veritatem indagandam omnem fieri fecit diligentiam, in nulla pariter consideratione habendus est, Tum quia pro Litis contestatione, & pendentia, non sufficit expeditio, neque intimatio Monitorii, sed omninò requiritur illius reproductio, & exhibitio in Actis, congruo tempore facta, aliàs perindè habetur, ac si expeditum, & intimatum non fuisset juxta theoricam *Bart in l. Hæc autem §. Defendi n. 2. ff. Quibus ex causis in possessionem eat*, quam sequuntur *Rola ad. cons. 67. n. 65. lib. 2. Salust Tyber. in Prax. lib. 1. cap. 47. n. 5. & 6. Ridolphin pariter in Prax. part. 1. num. 38. & Rot. decis. 644. num. 10. apud* 90 *Post. de Manutent. & coram Burat. decis. 652. n. 2. & decis. 686. n. 6. coram Dunoz jun.* ibi. *Quia talis Relatio esto, quod probaret executionem asserti Monitorii, non tamen relevaret, tùm sola executio Monitorii, non sufficiat, nisi illud reproducatur in Actis juxta theoricam &c.*

91 Quæ omnia intra evidentia fines posuit Clerus Adversarius, interveniendo Processionibus, à nostra Curia postea intimatis, nulla habitatione expeditionis, & intimationis ejusdem Monitorii, per quem interventum dicitur renunciasse eidem Monitorio, omnique alteri actui, ejus favorem concernenti, *ad Text. in cap. Veniens Rescript. & in cap. Pro illorum de Præbend. & in cap. Accedentibus de Privil.*

Tum etiam, quia in materia, concernente executionem Sacri Concilii Tridentini, præcipuè circa ea, quæ injuncta fuerunt Episcopis, tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis, A. C. nullam habet authoritatem 92 ligandi manus eorundem Episcoporum, mediantibus suis Monitoriis, sed, istis nullatenus attentis, procedendum semper est ad exequutionem conciliaris dispositionis, juxta *oraculum Sancti Pii Quinti*, de quo in ejus *Constitut.* 553. §. 16. ibi. *Similiter nihil fine speciali nostra Commissione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Episcopos, aut alios Ordinarios impedire possit, ne ad exequutionem Decretorum Sacri Concilii Tridentini, correctionemque morum, liberè procedant*, quod sequuntur adducti *per Fagnan. in cap. de Priore num. 34. & 35. de Appellat.* & cum illo quotidiè procedere solet hæc 93 Sacra Congregatio, ut signanter practicavit *in Ferentina Visitationis Sacrorum Liminum 24. Aprilis 1700.* quando injunxit Episcopo, ut in Causa procederet, non attenta Inhibitione A. C. &, aliis omissis, idem practicavit in terminis nostræ Civitatis *in una Neapolitana 6. Septembris 1687.* de qua *in lib. 37. Decret. fol. 511.* ubi, quod ad hoc ut dicta Monitoria A. C in concernentibus dispositionem Sacri Concilii Tridentini vigorem habeant, expediri debent prævia speciali Commissione, manu Papæ signata.

Et in ipsissimis terminis nostri casus, Monitorii nimirum ab A. C. expediti ab Exemptis, renuentibus accedere ad Processiones generales, habemus casum, punctualissimè decisum *ab hac Sacra Congregatione in* 94 *Spoletana 23. Junii 1629.* de qua *in Libro 14. Decret. fol. 351.* ibi. *Sacra &c. respondit, Episcopum procedere posse ad executionem Decreti ejusdem Sacri Concilii cap. 13. sess. 25. de Regul. & declarationis hujus Sacræ Congregationis; Inhibitionibus A. C. non obstantibus.*

Plusquam tacitè admissa fuerunt hæc in præteritis contrariis Scripturis, in quibus propterea totus conatus restrictus exadversò fuit ad nullitatem ejusdem Suspensionis, ex quo illa lata fuit, non ab Eminentissimo Ar- 95 chiepiscopo, sed ab ejus Domino Vicario Generali, qui talem non habebat facultatem; *Cui motivo nulla datur, nec dari potest responsio, itaut, si cætera deficerent, hoc solum superabundaret pro responso negativo ad secundum, & tertium dubium*, sunt æquè ampullosa, ac jactantiæ plena verba præteritæ contrariæ Replicationis.

Quantùm autem insubsistens sit talis reflexio palpatur manibus, quia, vel loquimur de authoritate ordinaria, & admittimus quod istam contra Adversarium 96 non habet, neque Eminentissimus Archiepiscopus, neque illius Dominus Vicarius, attentis dd. Privilegiis exemptionis eidem Adversario concessis; Aut verò loquimur de authoritate, Episcopis concessa à *Conc. Trid. in sess. 25. de Regul. cap. 13.* & hæc uti competens eisdem Episcopis, non tanquam Personis particularibus, vel habita ratione ad qualitatem Personæ, sed uti Ordinariis, non solùm exerceri potest ab ipsismet Episcopis, 97 sed etiam mediante Persona eorum Vicariorum, qui unum, & idem Tribunal cum ipsis faciunt, ex citatis à *Panimoll. decis. 1. annot. 5. num. 23 & seqq.* ibi. *Vicarius sit una, & ipsamet Persona cum ipso Episcopo &c. & facit cum ipso unum, & idem Tribunal, immò absolutum est in Jure sub nomine Episcopi, contineri etiam ejus Vicarium, nisi expressè excludatur &c. Præterea dici Ordinarium, & comprehendi in decretis, facientibus mentionem de Ordinariis &c. Sanchez de Matrim. lib. 3. disput. 29. num. 58. Metill. de Præced. Vicar. cap. quarto, num. quinto Sbrozz. de Offic. Vicar. quæst. 43. num. 29. Marescott. var. res. cap. 69. nu. 27. & Rota in Colonien Coadjutoriæ 4. Julii 1698. in fine coram claræ memoriæ Cardinali de la Tremoille*, ibi. *Vicarii Generalis factum dicitur factum Archiepiscopi, cùm una, & eadem Persona reputentur.*

Quod in hac met Causa clarè confirmarunt EE. PP. in Conclavi existentes, quando approbantes ea, quæ usque tunc idem Dominus Vicarius fecerat contra Adversarium, injunxerunt Emin. Archiepiscopo, *che ordini al predetto suo Vicario di usar minor convenienza di quella, che ha forse dimostrata fin ora, contro un ec-* 98 *cesso, così scandaloso, ed in oltre gli ingionga di procedere severamente secondo le disposizioni Canoniche a gl'ulteriori passi contro il Reo di un attentato di tanto rilievo, e di esempio così pernicioso.* Supplicantes observare, quod ex dictis verbis clarè patet, EE. PP. habuisse pro indubitato, quod in hac Causa potuerit procedere Dominus Vicarius Generalis, non obstante regula, quod Delegatus non possit delegare, quia illa vera est in Delegato ad unam, vel aliam causam in particulari, non autem in Delegato ad universitatem Causarum omnium Exemptorum, juxta terminos nostri casus.

Cæterum, ne in hac etiam parte deficiat authoritas, taliter punctualis, ut illi applicetur qualitas illa *delle Vacche rosse*, juxta lepidum dictum *Cardinal. de* 99 *Luca de Jurepatronat. discurs. quarto num. septimo*, hæc in casu nostro non desideratur, & est sæpè, sed nunquam satis citata resolutio hujus Sacræ Congregationis *in dicta Neapolitana Processionis 3. Augusti 1709. ad secundum dubium*, in cujus duriori casu Clerus Nationis Hispanæ habebat amplissimum Privilegium, ut pro quocumque excessu excommunicari non posset, neque etiam ab ipsomet Archiepiscopo; Et tamen ex eodem numero motivo non interventus Processioni, ab Eminentissimo Archiepiscopo indictæ, suspensus fuit, non ab eodemmet Eminentissimo Archiepiscopo, sed ab ejus 100 Domino Vicario Generali, eademque Suspensio approbata fuit ab hac Sacra Congregatione cum Rescripto affirmativo sequenti dubio. *An suspensio, lata à Curia Archiepiscopali Neapolitana contra Cappellanos, & Clericos dictæ Ecclesiæ substineatur.*

In conflictu igitur hujus casus Legis, qualis reputatur dicta punctualis resolutio hujus Sac. Cong. ex citatis su- 101 pra quibus addimus alios, sequutos à *Rota in Perusina Præeminentiarum 2. Decembris 1711. §. Porrò coram Ansald.* cessare debent omnes generales discursus, omnesque piæ meditationes, quæ in hac parte exadverso fiunt, vel per Regulas generales, vel citando antiquas, & antiquatas authoritates aliquorum Moralistarum, quæ millies à Sacris Congregationibus rejectæ fuerunt, & omninò procedendum videtur cum innumeris Oraculis earundem Sacrarum Congregationum, supra citatis.

In contrario Memoriale cum Summario Additionali, 102 pro exemptione ab accessu ad Processiones generales, repetitur titulus fundationis, factæ à Card. Brancaccio, cum amplissima exemptione, ex causa onerosa concessa, impugnatur observantia præterita, ex hac parte concludenter probata, & exageratur Immediata subjectio Hospitalis S. Sedi. Et demum insistitur in Protestationibus, aliquando emissis ab illis Sacerdotibus, & Cappellanis, qui vigore Edicti nostræ Curiæ Archiepiscopalis, Processionibus, ab illa indictis, accesserunt.

Cùmque omnes hi prætextus in nihilo debilitent soli- 103 da fundamenta, in nostro Restrictu deducta, cum omni legali fũdamẽto, speramus nostras preces esse exaudiẽdas.

Non

Non obstat ampla exemptio, concessa in limine fundationis, quia pro exemptione ab obligatione accedendi ad publicas Processiones, exemptio generalis, & 104 generalissima, etiam in limine fundationis, titulo oneroso concessa, apta non est liberare exemptos ab onere accedendi ad publicas Processiones, juxta punctuales authoritates, allegatas supra, sed ad d. effectum requiritur speciale, & literale privilegium, præcisè, & expressè eximens exemptos ab onere, & obligatione accedendi ad publicas Processiones, & quidem obtentum post Concilium juxta innumeras resolutiones omnium Sac. Congregationum quarum verba registrata fuerunt supra.

Non benè impugnatur exadverso observantia interveniendi publicis Processionibus, dum illa non solum concludenter probata fuit in nostro Summ. sed comprobatur etiam ex contrario Summ. Additionali, in quo contrarii Testes asserunt, quod dd. generalibus Proces-105 sionibus interfuerunt semper quatuor, vel sex Cappellani, missi à Rectore, itaut de d. interventu Cappellanorum dubitari non liceat, dum probatur etiam à Testibus, exadverso adductis, ex firmatis per *Rot. in dec. 44. nu.9. coram Ansald. ad 107. nu.23. par.10. & dec.120. num.8. & seqq. par.17. recent.*

Licèt autem non sine magna impropietate, & affectatione asserant iidem contrarii Testes, id sequutum 106 fuisse *con la protesta per sua divozione* (hoc est Rectoris Hospitalis) e *non in forma di Clero*. Hujusmodi piæ meditationes nullam merentur reflexionem, tum quia protestatio, quando est contraria facto, ut in præsenti, nullatenus attenditur, ex adductis *in decis.* 138. *num.* 35 *par.17. Rec.* Tum quia actus, qui fiunt in exequutionem Edicti indictionis Processionum, non attenta protestatione, referri debent ad eamdem causam Edicti præcedentis, non autem ad prætextum devotionis, quæ non præsumitur, attenta dicta uniformitate mittendi semper quatuor, vel sex Sacerdotes, non pro uno, vel alio anno, sed semper continuato, ex ani-107 madversis per *Rotam in Urgellen. Servitutum* 15. *Martii* 1697. §. *Tertiò quoque coram Ursino* ibi: *Cùm toties continuata gratia, & voluntas non præsumatur, & in Romana Alimentorum* 23. *Junii* 1698. §. *Plura coram eodem* ibi: *Spatio quindecim circiter annorum, quæ suapte natura toties continuatam gratiam non præsumit in actibus involventibus præjudicium, & incommodum facientis.* Attento præcipuè favore Cultus Divini, quem important generales Processiones; *quia* (sunt verba dictæ decisionis 108 *Urgellen. coram Ursino* §. *Et quidem*) *consuetudo favore Cultus Divini, & causæ piæ, est obligatoria in futurum, quamvis habuerit causam voluntariam, quia ex actuum multiplicitate, & continuata possessione favore piæ Causæ præsumitur actum fuisse gestum animo se se in futurum obligandi*, & latè *Lagunez de Fructib. par.1. cap.33. §. Unico à num.19.*

Et quod magis est in uno ex dd. Actibus se declaravit Rector protestationem emittere *per tutto il tempo del suo Rettorato &c. ed in tutte le Processioni generali del Santissimo* 109 *Corpo di Christo mandare, e fare intervenire alcuni Cappellani di detto Luogo Pio per mera divozione*; Si enim, ut prætenditur hodie, non tenebatur Rector mittere dd. Cappellanos, ad quid talem protestationem emittere initio sui Rectoratus *per tutto il tempo del medesimo suo Rettorato?* Unde talis, & tanta devotio mittendi suos Cappellanos *volontariamente*, eo tempore, quo jussio Archiepiscopi urgebat ad illos transmittendos ex necessitate vigore literalis dispositionis *Sac. Concilii Tridentini in sess.25. de Regul. cap 13.*

Atque adeo indubitatum extat accessum hujusmodi ad Processiones evenisse non ex mera devotione, & facultate, sed ex debito justitiæ, ut nostra Curia Archie-110 piscopalis sæpiùs processerit ad censuras, & interdictum respectivè contra Ecclesiam, & Ministros S. Angeli ad Nidum; Anno namque 1672. cum Clerus, & Presbyteri, mox dictæ Ecclesiæ, non intervenissent Processioni generali, habitæ per tunc Cardinalem Caracciolum Archiepiscopum ad divinam opem implorandam contra Turcas pro Regno Poloniæ, fuit eadem Ecclesia Interdicto supposita, quod deinde fuit ex gratia relaxatum Anno 1715. idem Sacerdos Mercadante, qui cum aliis de Clero Civitatis numero triginta intervenire neglexit Processioni, sub generali Edicto demandatæ ab hodierno Eminentissimo Archiepiscopo pro implorando Divino auxilio contra Turcas, declaratus fuit suspensus à Divinis, & incursus in pœnam suspensionis, in eodem Edicto contentæ; Itaut supra evidentiam appa-111 reat, Rectorem, & Clerum S. Angeli ad Nidum semper jure coactivo, & ex mera obligatione intervenisse Processionibus generalibus, juxta occurrentiam temporum indictis, & quando ex negligentia, vel malitia intervenire recusarunt, fuisse una cum aliis inobedientibus censurarum pœna mulctatos.

Ejusdem insubsistentiæ est exagerata subjectio Rectoris, ejusque Hospitalis Apostolicæ Sedi, necnon exemptio à contributione pro Seminario, quia in nostris terminis hujusmodi generalia, & vaga argumenta, ut sæ-112 pè, sed nunquam satis, diximus, non attenduntur, sed ad hoc, ut non teneantur accedere ad Processiones generales, sive Clerici Sæculares, sive Regulares, etiam Monachi, ostendere debent clarum, rotundum, & literale privilegium, non solùm obtentum post Concilium, sed præcisè, & clarè eximens exemptos ab obligatione accedendi ad dd. publicas Processiones, juxta resolutionem Congregationis Particularis, à fa. me. Urbano VIII. approbata, per extensum registrata supra.

Frustra contorquetur exadverso scribens ad evitandam vim, & efficaciam punctualissimæ resolutionis hu-113 jus Sac. Congregationis *in Neapolitana Processionis 3. Augusti* 1709. quæ præsentem casum individualissimè decidere videtur, supponendo gratis ubique, quod in illa ageretur de privilegio exemptionis, non autem de fundatione ex titulo oneroso. Contrarium enim demonstravimus supra quod scilicet in dicto casu agebatur de fundatione, facta à Personis merè laicis, & de ampliori exemptione, concessa in limine fundationis; Quibus 114 concurrentibus in illius conflictu non merentur aliquam reflexionem generales resolutiones in contrarium citatæ ex rationibus adductis supra.

Quibus, respectu Cleri S. Antonii Viennansis, pro qua emanavit die 16. Novembris 1675. resolutio, ex-115 adverso citata, addimus aliam responsionem in facto, quod eadem Ecclesia posita est non solùm extra Civitatem Neapolis, sed distat ultra medium milliare ab illius Portis; Et propterea pro exemptione ab accessu ad Processiones poterat forsan ad illius favorem militare limitatio illa, quæ legitur in dicto Decreto generali Congregationis particularis anni 1628. ab Urbano VIII. approbato, ibi: *Exceptis dumtaxat in strictiori Clausura viventibus, & Monasteriis, ultra medium milliare à Civitate distantibus.*

Authores, citati supra non unam, sed multas refe-116 runt resolutiones hujus, & aliarum Sac. Congregationum in quibus resolutum fuit privilegia exemptionis, in limine fundationis concessa, non esse impedimento, quo minus exempti teneantur servare ea, quæ statuta fuerunt *in Concilio Trident. sess.25. cap 13. de Regul.*

Quamvis autem illas citatas à *Barbos. in Collect. Apost. decis. collect. 607. nu.2. & ad Concil. sess.25. cap.13. de re-*117 *gul. num.38.* emanatas anno 1602. exadverso Scribens asserat, illas invenire non potuisse in Regestis hujus Sac. Congregationis, nos indicamus ei Librum, & folium in quibus reperiuntur, ad hoc, ut possit illas ad sui libitum recognoscere, nempe *lib.10. fol.10.* quæ est *in una Reatina, & eod. lib.10. fol.26. à tergo*, quæ est *in una Verdunen.*

Verum est, quod Resolutionibus Sac. Congregationum non est præstanda fides, quando illæ non exhiben-118 tur munitæ subscriptionibus, & sigillis Eminentissimi Præfecti, & Illustrissimi Secretarii, juxta ea, quæ leguntur *in Instit. Crim. lib 1. tit.10. §. 4. num.152.* sed æquè verum est, quod ibidem sequendo punctualem authoritatem *Card. de Luc. in Relatione Rom. Cur. forens. disc.16. num 2.* limitatur eadem conclusio, ut non procedat in Urbe, ob facilitatem illas recognoscendi, & confrontandi cum authenticis Regestis, in Secretaria existentibus, quæ juxta laudabilem praxim omnium commoditati publicè exposita sunt in Secretaria omnium Sac. Congregationum.

In Congregatione habita die 18. Novembris 1724. ad declinandam Jurisdictionem Eminentissimi Archiepiscopi

copi Neapolitani, obligantis Adversarium ad accedendum 119 ad publicam Processionem, de more indictam occasione, qua universalis Ecclesia per obitum fs. mem. Innocentii XIII. suo Pastore viduata remanserat, insistebatur exadverso in amplissima exemptione, in limine fundationis concessa Rectori, & Clero S. Mariæ ad Nidum, qua attenta, prætendebatur, eumdem Eminentissimum Archiepiscopum nullam habuisse, nec habere Jurisdictionem contra Adversarium pro ipso cogendo ad accedendum ad dictam Processionem, contra quem in omnem casum nulliter processum fuisse à Vicario Generali ad Censurarum promulgationem, absque speciali commissione ejusdem Archiepiscopi.

Fuit autem à Nobis probatum, & ab hac Sacra Congregatione admissum, quod in materia Processionum generalium nulla, quamvis ampla, & amplissima suffragatur exemptio, nisi in casu, in quo talis 120 exemptio, non solùm sit posterior Sacro Conc. Trid. sed ulteriùs specialiter, & expresè respiciat accessum ad Processiones, juxta plura oracula hujus Sac. Congr. inter quæ citavimus unum *in Reatina* 26. *Aprilis* 1602. sequutum *à Barbosa in Summ. Apostolic. decis Collect.* 607. *num.2. à Pignatell. consult* 45. *num* 14. *tom.* 3. *& à Pat. Jordan. var. lucubr tom.2. lib.11. tit.2 de Procession. num.* 39. Quod de more recognovimus, & confrontavimus *in Lib.* 10. *Decretorum hujus Sac. Congregationis*, illiusque verba deinde registravimus supra § 30.

Oppressi à punctualitate hujus individualis resolutionis Contrarii Defensores, ad illam extremitatem 221 deveneront in eorum Scripturis, ut *in §.* 2. *contrariæ Replicationis*, quam ex gratia legendam esse, petierunt serena fronte hæc scripserint.

Dixi in meo Memoriali Reassumatur, quod resolutio 222 *anni 1602. citata per Barbosam, & Pignatellum, non fuit reperta in Regestris Sac. Congregationis, & hoc ipsum repetere cogor, quia nec in Lib* 10. *nec in Foliis exadverso indicatis reperitur, neque Reatina, neque Virdunen. prout exadverso figuratur &c.*

Non possumus autem, neque clariùs, neque bre- 223 viùs ostendere realitatem, & existentiam ejusdem resolutionis *Reatinæ*, necnon evidentiùs excludere dictam somniatam figurationem, quàm mediante sequenti authentica Scriptura originaliter relicta in manibus Eminentissimi D. mei Card. Præfecti. *Reatina 26 Aprilis 1602. Congregatio Concilii respondit, Privilegia exemptionis, exemptionesque, etiam in fundationis limine obtentas, non esse impedimento, quominus Regulares ad observanda ea teneantur, quæ in dictis Capitulis continen-* 224 *tur, propterea quod ejusmodi Privilegiis, & exemptionibus, etiam in fundationis limine concessis, idem Concilium decreto d. cap. 22. ejusdem sessionis disertis verbis derogavit. Ita reperitur in Regesto autographo ejusdem Sac. Congreg. Concil. lib 10. Decret fol.* 30. *In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die 7. Martii 1725. P. Archiepisc. Theodosiæ Sec. Loco ✠ Sigilli.* Respectu verò resolutionis *Virdunen* illa repetitur registrata *in eod. lib. 10. Decr fol 26. à ter lin* 28.

Hoc autem posito, de se ruunt omnia ea, quæ exadverso inculcantur circa assertam nullitatem nostrarum Censurarum, ex quo illæ latæ fuerint, non ab Eminentissimo Archiepiscopo meo, tanquam S. Sedis Dele- 225 gato, sed ab ejus D. Vicario, qui non poterat se ingerere in iis, quæ à Sac. Conc. Trid. specialiter commissa sunt Episcopis, juxta latè animadversa per *Faga. in cap. Quoniam n.* 4. *& seqq. de Offic. Jud. de leg.*

Cathegoricè enim respondemus, quod, extra omnem controversiam est, quod, deficiente Apostolico Privilegio, posteriore Concilio Tridentino, præcisè 226 exemptivo ab obligatione accedendi ad Processiones, Episcopi mediante eorum ordinaria authoritate, & nativa jurisdictione obligare possunt omnes, tam de Clero Sæculari, quàm Regulari ad accedendum ad publicas Processiones; Cùmque Adversarius nullum in hac parte ostendat Apostolicum Privilegium, Conc. Trid. posterius, ipsum individualiter eximens à dicta obligatione accedendi ad Processionem, licèt quoad alia exemptus ab illa sit, respectu dd. Processionum, remanet subjectus ordinariæ jurisdictioni ejusdem Eminentissimi Archiepiscopi, & consequenter contra ipsum procedere omni Jure poterat illius Vicarius Generalis, cum ipso unum, & idem Tribunal faciens, *ex citatis à Panimoll. decis.* 2. *adnot.* 5. *à num decimotertio, & Rot. in Colonien Coadjutoriæ* 4. *Julii* 1688. *in fin coram Card. de la Tremoill.* ibi. *Vicarii Generalis factum dicitur factum* 127 *Archiepiscopi, cum una, & eadem persona censentur*, egregiè *Monacell. in Formul. tom.* 1. *tit.* 1. *formul.* 1. *a.* 43. *&* 44. Non enim implicat, quod quis ex certo respectu sit ab Ordinario exemptus, & alia considaratione sit eidem subjectus, juxta *Textum* æquè elegantem, ac literalem *in cap. Cùm Cappella de Privil.* qui ita inmmatur. *Exemptus ratione certæ rei, vel certi loci, non censetur exemptus respectu alterius rei, vel loci, hoc dicit, & est Tex-* 128 *tus notabilis, & multum allegabilis*, Ibique communiter *Repetentes*, & signanter *Gonzal. num.* 4. ibi. *Quod etiam contingit in quocunque Exempto, qui conveniri potest coram Ordinario ratione Officii, seu publicæ functionis*, *Fagnan. n.* 12. ibi. *Secundum privilegii formam tantùm quis privilegiatus censetur &c & cùm sit contra jus commune ad consequentiam non sunt trahenda &c. & Barb. n.* 1. ubi convincentem hanc adducit rationem, quia circa ea, quæ non comprehendit privilegium exemptionis, *non est privilegiatus, & sic potest excommunicari.*

Responsio hæc ad hominem comprobatur ex illa, quæ asserunt DD. circa illos Regulares, qui Animarum Cu- 129 ram exercent in eorum Ecclesiis exemptis; Quidquid enim sit in aliis materiis, eandem Curam Animarum non respicientibus, est indubitatum, quòd in concernentibus d. Curam, subjecti sunt ordinariæ jurisdictioni Episcoporum, quorum proindè Vicarii ex eorum ordinaria authoritate, & nativa jurisdictione contra eosdem procedere possunt, & quotidiè procedunt juxta animadversa per *Monac. in Form. leg. to* 1. *tit.* 6. *for.* 20 *a.* 14. ubi alios 130 decem, & novem similes casus latè explicat, & punctualibus authoritatibus comprobat; *Num* 29. asserens. *In prædictis casibus adhuc vestigia jurisdictionis nativæ Episcoporum remanent contra Regulares, qui ex amplia Sedis Apostolicæ liberalitate in cæteris exemptione gaudent.*

Canonizata ulteriùs, Partibus acerrimè informantibus, fuit ab hac Sacra Congregatione eadem juridica propositio in alia *Neapolitana Processionis* 3. *Augusti* 1709. Cùm enim contra Clerum Sancti Jacobi Nationis Hispanorum, non solùm amplissimè in fundatione 131 exemptum ab omni Jurisdictione Archiepiscopi Neapolitani, sed cum illo addito, ut ab illo neque etiam posset excommunicari, idque mediantibus Literis Apostolicis Clementis VII specificè confirmatis à Gregorio XIII. & Sixto V. processisset in eadem Causa Vicarius Generalis Neapolitanus absque ulla speciali facultate, seu particulari Commissione, eidem concessa ab Eminentiss. Archiepiscopo, sed ex ejus ordinaria facultate, ibi. *Hic ordinaria authoritate, qua fungimur, seu alia &c. declaratur pro nunc, infrascriptos Cappellanos ordinarios de Clero, & Clericos Cleri Ecclesiæ Sancti Jacobi &c. incidisse, & incurrisse in pœnam suspensionis a Divinis expressam,* 132 *& declaratam in Edicto Eminentissimi D. Card. Pignatelli &c. ex quo &c. non accesserunt, neque interfuerunt ad publicas, & generales Processiones Sanctissimi Sacramenti &c. Septimius Pauliitius Vicarius Generalis*. Dicta die 3. Augusti 1709. disputato coram hac Sacra Congregatione Partibus acerrimè informantibus, sequenti dubio, his verbis concepto. *An suspensio à Divinis, lata à Curia Archiepiscopali Neapolitana contra Cappellanos, & Clericos sustineatur in casu &c.* responsum fuit, *affirmativè*. Et propterea circa hunc præcisum punctum cum omni sermo- 133 nis proprietate dicere possumus cum *Fagn. in cap Quoniam n.* 12. *de Constitut. & Rot. decis.* 72. *num.* 4. *coram Ansaldo*, quòd habemus præcisam, & individualem Legem, quales dicuntur punctuales resolutiones hujus Sacræ Congregationis, quæ ad instar rerum judicatarum, faciunt de albo nigrum, & quadrant rotunda, ut in specie firmavit *Rota in Tarentina Canonicatus* 18. *Decemb.* 1716. *§. Unde restricta, coram Fosearo*, ibi. *Nedum quia nostrum Tribunal solet reverenter excipere resolutiones, & decreta Sacræ Congregationis &c. sed etiam quia ex dicta declaratione exorta dicitur res judicata, quam nunquam licet in Controversiam revocare &c.*

Quæ videntur ad nostrum effectum superabundare, & nihilominus addimus in facto, quod specialis Commissio Eminentissimi Archiepiscopi in personam sui dignissimi Vicarii b. m. Honuphrii Montesori, qui tunc tempo- 134 ris ab annis 26 reperiebatur decoratus Episcopali Digni-

tate Civitatis Castellanetæ, nullatenus desideratur, ut clarè fatetur idem Emin. Cardinalis Archiepiscopus in Epistola scripta R. D. Lambertino, hujus Sac. Congr. meritissimo Secretario, verèque digno, ut in eminentioribus Sedis Apostolicæ muneribus occupetur ibi. *Mi avanzo à pregare V. S. Illustrissima a compiacersi di assicurarla, che alla mia partenza per il passato Conclave lasciai con la viva voce delegate al medemo* (hoc est Vicario Generali) *senza riserva, tutte le facoltà, che potevo darli, e ben potevo farlo senz'alcuna esitazione, perche era un Prelato di molta dottrina, ed esperienza, e stato Vescovo per lo spazio di venti sei anni*; Cui attestationi omnis in hac

135 parte adhibenda est fides, sive considerentur illius avitæ, & personales insignes qualitates ad *Text. in Can. Nobilissimus 97. distinct.* ibi. *Nos ejus gravitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones*, cum aliis apud *Rot. dec. 378. num. 13. cor. Cels. & decis. 83. num. 26. coram Ansald. & in Leodien. Dismembrationis 25. Junii 1715. §. Quod verò coram Lancetta*; Sive præoculis habeatur illius amplissima Dignitas, ut illam considerando observant adducti in *dec. 19. num. 1. coram Coccin.* ubi ampliat conclusionem quando, ut in præsenti veri-

136 ficatur, testatur de facto proprio, *& in Romana Hæreditatis 15. Februarii 1715. §. Hæc testamentaria cor. Crispo*; Et præoculis habendo utramque qualitatem, Dignitatis nimirum, & generis nobilitatem, eadem *Rota in decis. 228. num. 7. coram Buratt.* ibi. *Cui DD. dixerunt esse plurimi deferendum, nedum propter amplissimam Cardinalitiam Dignitatem &c. sed etiam propter eximiam ejus generis, & Personæ nobilitatem, cum esset ex Magnatibus, & Principibus Galliæ.*

Fortiùs, quia ad dictum effectum accessit ulteriùs specialissima illa Commissio EE. PP. in Conclavi tunc

137 existentium, & expressè injungentium Eminentissimo D. Archiepiscopo, *Che ordini al suo Vicario di usare minor convenienza di quella, che ha forsi dimostrata sin'ora contro un'Ecclesiastico così scandaloso, ed in oltre gl'ingionga di procedere severamente secondo le disposizioni canoniche ad ulteriori passi contro il Reo di un'attentato di tanto rilievo, e di esempio così pernicioso.* Cujus punctualem executionem non omisit idem Eminentissimus Archiepiscopus percutare, ut ipsemet testatur. Quibus stantibus, & præcipuè simul unitis, vanum prorsus remanere videtur in controversiam adducere dictam specialem, & specialissimam facultatem existentem apud Vicarium Generalem Neapolitanum, quando illa nullatenus erat necessaria, attento quod Adversarius circa obligationem accedendi ad Processiones generales, uti specialiter non privilegiatus, neque exemptus post Concilium Tridentinum, remansit semper subditus, & subjectus nativæ Jurisdictioni, & ordinariæ authoritati Eminentissimi Archiepiscopi, juxtà dictam punctua-

138 lissimam resolutionem hujus Sacræ Congregationis *in alia Neapolitana 9. Augusti 1709.* quæ nullam admittit criticationem ex supra animadversis, & suo more egregiè discurrendo observat *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 28. num. 7. vers. Cùm enim*, ubi sequentem nimis stringentem adducit paritatem; *Ad instar habentis naturaliter membra valida, sed ex accidentali vinculo impedita, quia*

139 *vinculis dissolutis, operari dicitur Jure suo primævo, & nativo, non autem ex novo, & dativo, à dissolutione resultante &c. & disc. 104. n. 5.* ibi. *Laudabile siquidem est, ut Regularibus conserventur Privilegia &c. sed in suis casibus, in quibus eadem Apostolica Sedes illa vigere voluit, non autem in iis, in quibus moderata est, cum in istis reverti dicantur ad priorem statum, & antiquam subjectionem, tanquam per remotionem obstaculi*, referens ita decisum à *Sacra Cong. Immunitatis anni 1653. & 1674.* favore Archiepiscop. Messanen. contra Sacram Religionem Hierosolymitanam, longè magis privilegiatam à multis Summi Pontificibus, ac sic Sacrista, seu Rector Ecclesiæ, & Hospitalis S. Angeli ad Nidum.

Die 18. Novembris 1724. propositis in Congr. Concilii tribus dubiis, in principio registratis.

Ad 1. & 2. responsum fuit Affirmativè. Ad 3. *Dilata.* Reproposita verò in Congregatione habita die 24. Martii 1725. *Ad 1. & 2. responsum fuit in decisis. Ad 3. autem Censuras non esse attentatas.*

IN EADEM CAUSA.

Paragrahus II.

ARGUMENTUM.

Exempti omnes, etiam ex Causa onerosa tenentur accedere ad publicas Processiones, non attento Privilegio generalis exemptionis, concessæ in limine fundationis. Princeps, condendo Legem, non ligatur contractu, cum Tertio stipulato.

ORiginale dubium hujus Causæ, non semel, sed bis affirmativè resolutum ab hac Sac. Congre- 1 gatione, diebus scilicet 24. Martii, & 18. Novembris 1724. hoc est: *An Curia Archiepiscopalis potuerit cogere Rectorem, seu Sacristam Ecclesiæ Sancti Angeli ad Nidum ad interveniendum Processioni.*

Ad probandum, quod idem Rector ad id tenebatur, non obstante sua exemptione.

Adduximus *Textum in cap. Nimis prava de Excess. Prælat.* ibi. *Cum eis* (idest Episcopis) *processionaliter veniant ex levi causa mandantes, Excommunicatio- 2 nis sententiam fulminant*, ubi *Repetentes* communiter ad rem observant, quod si Episcopi ex gravi, & publica causa obligent Exemptos ad accedendum Processionibus, teneantur ipsum, processionaliter incedentem, comitari, & signanter, *Abb. num. tertio*, ibi. *Et nota, quod dicit ex levi causa, secus ergo secundùm Doctores, si ex magna causa fieret Processio &c. Nam, quod omnibus imminet, ab omnibus debet explicari &c. Unde dico, quod omnes Religiosi, ut quietius intendant Divinis, non debeat ex levi causa compelli, ut veniant ad Processionem; Secus autem, si ex magna causa, ut dixi. Ancaran. num. quarto, Marian. Soccin. num. septimo Hostien. num. 4. vers. Ex levi causa. Joann. Andr. eodem num. Pirhing. §. tertio num. vigesimoquinto*, ibi. *Ex le- 3 vi causa &c. ex quo infertur à contrario sensu, quòd Fratres Prædicatores, & Minores, non obstante privilegio exemptionis, teneantur comitari Episcopum in Processionibus ex gravi, & magna causa institutis, & Fagnan. num. 5.* ibi. *Cùm Textus dicat, ex levi causa hoc eis mandari non posse; Ergo à contrario sensu est ex magna causa &c. Nam quod omnibus imminet, ab omnibus debet explicari Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 24. quæst. 8. n. 2. & Ricc. decis. 90 num primo, parte prima*, ibi. *Et si Regulares non subsint Ordinariis Locorum, cap. 1. de Cappell. Monach. Tamen, quoad Processiones, benè subsunt Episcopis, cap. Nimis prava de Excessib. Prælat. Quod intelligo de Processionibus publicis.*

Adduximus literalem dispositionem *Sac. Generalis 4 Concilii Lateranensis anni 1516.* de quo *in Constitut. 22. §. quinto S. M. Leonis X.* ibi, *Ac ab eisdem Prælatis ad Processiones solemnes, pro tempore faciendas, requisiti &c. accedere* quam sequuntur *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 40. n. 1. Tract. de Patron. Reg. Indiar. cap. 59. n. 2.*

Adduximus verba alterius Sacrosancti Generalis Concilii, à quo plura Catholica Ecclesia consequuta est commoda, quàm ab omnibus aliis generalibus Conci- 5 liis, simul unitis, experientia teste, & id observantibus *Card. Pallavicin. in illius Hist. lib. 1. cap. 2. n. 4. & Cabassut. in Notit. Concil. in Not. ad Concil. Trident fol. 471.* quæ sunt sequentia *in sess. 25. cap. 13. de Regul. Exempti omnes, tam Clerici sæculares, quàm Regulares quicumque, etiam Monachi, ad publicas Processiones vocati, accedere compellantur.* In quibus specialiter notanda sunt verba illa. *Accedere compellantur*, quod verbum *Compellere* non inducit novam, sed præsupponit præcedentem obligationem, ut notat *Calvin in Lexic. Jur. verbo Compellere* his verbis, *Compellere, idest cogere, sive Jure, & Legibus, sive Vi, & Armis.*

Adduximus Const. 41. §. 26. S. Pii V. in Bullar. nov. tom. 2. ibi. *Ad Processiones accedere compellere, &c. De illis tantum Processionibus intelligi volumus &c quæ pro bono Pacis 6 Ecclesiæ, vel pro Victoria contra Infideles indicantur &c.*

Adduximus individualem resolutionem Congregationis particularis sub diebus 27. Julii 21. Augusti, 7 & 19. Septembris 1628. à S. M. Urbano VIII. in forma specifica confirmatam, per extensum impressam à *Pignatell. consult. 121. num. 2. tom. primo juxta Romanam impressionem*, in qua adversus omnia exemptiva privi-

vilegia ab interveutu Processionibus publicis, sequens legitur derogatio. *Non obstantibus quibuscumque privilegiis, consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis tantùm Apostolicis, Sacro Concilio Tridentino posterioribus, contrarium desuper disponentibus minimè sublatis.*

In quorum sequelam, & exequutionem ita nemine peuitus, penitusque excepto, tenet omnes Doctores, tractoutes de Sac. Processionibus, jn nostris præteritis Scriptis longa manu citati, ut scilicet ab obligatione accedendi ad illas generales Processiones, quæ in- 8 dicuntur ex gravi, & publica causa, uullum omninò generale, generalibus, & generalissimum exemptionis privilegium suffragetur, nisi istud concessum fuerit post Concilium Tridentinum, & non per verba generalia, sed præcisè, specificè, & individualiter liberet Exemptos ab onere accedendi ad publicas generales Processinnes.

Responsum fuit exadverso, quòd hujusmodi Textuales, & Conciliarea dispositiones, resolutio d. particularis Congregationis, & communissima Doctorum sententia, intelligendæ essent de privilegiis, concessis post fundationem, non autem de illis, quæ ex causa 9 onerosa concessa fuerunt in limine fundationis, ex illo specioso prætextu, quia, asserendo contrarium, retraherentur Fideles à similibus piis Operibus faciendis *ex dec. 114. à n. 04. p. 9. rec.*

Replicavimus, quod idem Sacrosanctum *Conc. Trid.* 10 *in cap. 22. de Regul. sess. 25.* derogavit expresse etiam privilegiis, ex quocumque titulo in limine fundationis concessis, juxtà illa clara verba *Hæc omnia, & singula, in superioribus Decretis contenta, observari S. Synodus præcipit &c. non obstantibus eorum omnium, & singulorum privilegiis, sub quibuscumque formulis verborum conceptis, etiam in fundatione obtentis, necnon Constitutionibus, & Regulis, etiam juratis, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus;* In cujus sequelam, omissis generalibus, in nostris præcisis terminis Processionum, ultra innumeros Doctores, sequen- 11 tes eandem Conciliarem dispositionem, citatos à *Barb. ad Concil. sess. 25. de Regul. cap. 13. n. 38. & in Summ. Apostol. decis. collect. 607.* alioique adductos in nostro Restrictu, distributo *die 18. Novembris 1724. §. 55.*

Allegavimus duas punctualissimas resolutiones hu- 12 jus Sac. Congregationis, primam *in Reatina 26. Aprilis 1600.*, & secundam *in Virdunen. 08. Februarii ejusdem anni 1600.* Quibus addidimus tertiam *in Neapolitana Processionis 3. Augusti 1709.* In quibus hæc Sac. Congregatio admisit, quòd idem Concilium derogaverat etiam Privilegiis, in fundatione concessis, ex 13 latè animadversis *in meis discept. Eccles. tom. secundo, part. secunda, discept. quarta*, quæ est in præcisis terminis similis prætensionis, excitatæ à privilegiatissimo Clero Nationalis Ecclesiæ S. Jacobi Hispanorum in eadem Civitate Neapolis.

Cùmque serena fronte exadverso exclamatum fuisset, dd. antiquas resolutiones *in Reatina, & Virdunen.* à Nobis figurari, & non reperiri in Regestis Sac. Congregationis, inaudita intrepiditate citando in Testem talis somniatæ nostræ inventionis Reverendissimum D. meum Secretarium, coacti fuimus istius solemnem Attestationem adducere, cùm individuatione Tomi, foliorum, & linearum, in quibus illæ registratæ reperiuntur in dd. Regestis Sac. Congregationis, Adversarium 14 solemnissimè convincendo mediante dicta literali Attestatione *Testis, ab ipso jure laudati, recepti, probati, cui non sit quod objici possit*, juxtà verba in simili usurpata à *Card. Baron. tom. 11. Annal. fol. mihi* 862.

Redacti proindè DD. contrarii Scribentes ad extremas angustias, in ultima propositione hujus Causæ, habita die 1. Decembris proximè præteriti 1725. In qua nulla capta fuit resolutio, omissis dd. aliis motivis, & objectis, se restrinxerunt ad hoc, quòd, cùm simus in terminis fundationis, factæ ex bonis Laicorum, & exemptionis, concessæ titulo oneroso, in limine fundationis, ex istis facti circumstantiis, nunquam dici poterat, quòd Sac. Concilium derogasset eidem qualificatæ exemptioni, ad quod probandum nulla allegata fuit authoritas, loquens in specie de accessu ad publicas, & generales Processiones, sed exageratæ fuerunt generales regulæ, & regulares propositiones, loquentes de Exemptione circa alias materias, concernentes interesse bursale Laicorum, vel particularia Jura 15 illorum hæredum; Quas generales regulas, & regulares propositiones *Card. de Luc. de Legat. disc. 61. num. septimo* æquiparat applicationi pannorum calidorum ad sananda vulnera.

Non omisimus dicere, & repetere, iterumque opportunè constanter respondemus, quòd in conflictu dictæ *Textualis* dispositionis *in cap. Nimis prava de Ex-* 16 *cessib. Prælator.* Dictorum duorum generalium Conciliorum Lateranensis, & Trid. *constit. 41. S. Pii V. §. 06.* obligantium Exemptos omnes ad accedendum publicis Processionibus; Individualis resolutionis dictæ Congregationis particularis anni 1628. à Summo Pontifice Urbano VIII. in forma specifica confirmatæ, & non aliam admittentis exemptionem ab interventu in Processionibus, præter clarum, & rotundum privilegium, obtentum post Concilium. Æquè punctualium resolutionum hujus Sacræ Congregationis in dictis *Virdunen. 28. Februarii 1600. Reatina 26 Aprilis ejusdem anni, & Neapolitana 3. Augusti 1709.* in quibus cano- 17 nizzata fuit derogatio omnium privilegiorum, etiam ex causa onerosa in fundatione concessorum. Et demùm authoritatis classicorum Authorum, idem attestantium, & in specie loquentium de nostra Civitate Neapolitana, non obstante quocumque amplissima exemptione in fundatione, ex quocumque titulo concessa, semper fuisse obligatos Exemptos omnes ad accedendum publicis Processionibus, inter quas *Pignatell.* 18 *consult. 45. num. 14. tom. 3. juxta Romanam impressionem;* ibi. *In una Neapolitana die 07 Februarii 1591. &c. Barbos. de Potest. Episc. par. 3. allegat. 78. num vigesimo quinto* ibi. *Et in Curia Neapolitana observatum dicit Marcus Antonius Genuensis, Ricc. in Prax. tom. 1. resol. 119. §. Accedit juxta Venetam impressionem*, ibi. *Et ita fuisse observatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana &c. Genuens. in Prax. Cur. Archiepiscop. Neapol. juxta impressionem anni 1602. cap. 63. in fin.* ibi. *Sciendum est enim, Sacr. Congregationem nuper rescripsisse Curiæ Neapolitanæ, omnes Exemptos teneri accedere ad Processiones juxta d. cap. decimotertio. Etiamsi haberent privilegium in limine fundationis in contrarium.*

Nulla omninò ratio habenda erat dd. generalitatum, exadverso allegatarum, & Authorum, loquentium in terminis generalis exemptionis, in conflictu dd. punctualium authoritatum, & DD. qui in circumstantiis nostri casus habentur pro casu legis, ut firmavit *Rot. dec.* 19 *2121. num. 18 coram Coccin. & decis. 43 n. 13. coram Ansaldo, & decis. 103. num 15. part. 5. & decis. 21. num 9. par. 19. rec.* ibi. *Cùm hucusque nemo alius allegetur Doctor, qui contradicat, eorum decisio dicitur casus legis, & in Gerunden. Beneficii 8. Martii 1697. §. Secus autem cor. Muto*, ibi. *Quas sanè authoritates, cùm in individuo determinent casum præsentis Controversiæ, pro lege habendas esse, inquit Rota &c. in Melphicten. Cappellaniæ 4. Julii 1698. §. Authoritates coram Eodem*, ibi.. *Tanquam punctuales in his terminis, non habentes Contradictorem, pro lege habentur.*

Hodie autem, potiùs ad materiæ ornatum, quàm ad 20 Causæ necessitatem, dicimus, quod dictus contrarius prætextus fundationis Hospitalis ex Bonis laicis, non regit in facto, & non relevat in Jure.

Non regit in facto, quia nullibi exadverso conclu- 21 denter docetur, quod Hospitale, de quo disputamus, fundatum fuerit ex Bonis laicalibus, imò ex Juribus, in contrario Summario exhibitis, evidentissimè patet oppositum.

In Brevi etenim sa. mem. Martini V. approbantis dictam fundationem, dato in contrario præterito *Summ. diei 1. Decembris 1725. num. primo* sequentia legun- 22 tur. *Tu Hospitale Pauperum S. Andreæ in Platea Nidi &c. in suis Ædificiis, & aliis necessariis Officinis, penitus dirutum, & collapsum, seu desolatum de bonis, tibi à Deo collatis &c. de novo construi, & reædificari, & pro Ministris, & Servitoribus ejusdem Hospitalis opportunis, sufficienter dotare intendis.*

Quod hujusmodi verba, *Bonis tibi à Deo collatis, & Bonis Nobis à Deo concessis*, quibus usus fuit Cardinalis Fundator, ut videbimus infra non debeant interpreta-

ri pro Bonis laicalibus, sed prædicentur specificè de Bonis ecclesiasticis, quando (ut in nostris terminis verificatur) Fundator est Persona ecclesiastica, & habet Bona, tam laicalia, quàm ecclesiastica, non probamus generalitatibus, & inductionibus, sed mediante punctualissima decisione illius Tribunalibus, quod juxta sensum, & verba *D. Pitonii allegat. 56. num 40. de Controv. Patron. regulat totam Curiam Romanam, & inferiora Subsellia illi obsecundari, & famulari solent*; & Ego addo *Rip. resp. 3. num. 11. de Caus. possess. & propriet.* ubi, quod Rotæ decisiones, tanquam legum dogmata, & Sacri Canones servantur, quod asserit etiam *Card. de* 23 *Albic. in addit. ad Pamphil dec. 43 n. 9. & 10. & eadem Sac.* 24 *Rota in Romana Primogenituræ de Corsinis 10. Maii 1710. §. Confirmatur coram Reverendissimo Aldrovando*, ibi. *Ille sensus Tribunalis nostri authoritatibus, exadverso adductis, prævalere debet, quia facit opinionem communem, etiam apud Exteros; & in Perusina Pensionis 11. Maii 1716. §. Nec controversia coram Herrer.* ibi. *Rotæ opinionem, nedum sententiæ unius, verùm omnium Doctorum prævalere, notum est, & firmant &c.*

Sacra siquidem *Rota in Parmen. Beneficii 1. Maii 1700. §. Quæ eò faciliùs coram Card. Scotto*, sequentibus rotundis verbis firmavit quod fundans aliquod pium Opus, cum declaratione, quod id facit ex bonis, sibi à Deo collatis, quando ille est Persona ecclesiastica, dicatur, id facere ex bonis ecclesiasticis, non autem Laicis, quæ habebat in suo patrimonio. *Quæ eò faciliùs procedere videbantur in proposito, dum prædictus Canonicus in illius Fundatione professus fuit, hujusmodi Beneficium fundare ex bonis, sibi à Deo datis, quæ verba denotare videntur, illud fundasse cum redditibus Canonicatus, quem possidebat, ut in terminis similium verborum observat* Vivian. de Jurepatron. lib. 1. cap. 3. n. 19. *Nam licèt omnia bona Nobis proveniant à Deo, quod omnibus commune est, nihilominus in præsenti, cùm simus in Fundatore ecclesiastico, quique Redditus ecclesiasticos possidebat, & Juspatronatus post defectam lineam masculorum de Benedictis, perpetuò acquiri voluit Personis ecclesiasticis, verisimilius visum fuit de illis bonis intellexisse, quæ per medium Ecclesiæ Nobis provenire dicantur, prout* 25 *sunt Redditus ecclesiastici, qui patrimonium Christi appellantur cap. Cùm ex eo de Elect. in 6. Felin. in cap. Constitutus de rescript. Redoan. de Spol. q. 9. n. 6.*

Quæ omnia transeunt in evidentiam ex proœmio illius actus, quo mediante Card. Brancaccius fundavit 26 Hospitale; In illo enim nominando priùs suam eximiam Dignitatem, & bona, illius intuitu acquisita, asseruit, nedum dissonum, sed impium esse, si Largitori dd. Bonorum non rependeret aliquod recognitionis signum, digito proinde ostendendo, devenisse ad eandem fundationem ex bonis, titulo ejus Dignitatis acqoisitis.

Ecce illius verba, *Dum intuitu nostræ considerationis extenditur, ac pervigili, & devota mentis intentione pensamus, quo Nos Largitor bonorum Deus titulo dignitatis extulerit, quanta humilitati nostræ bona magnificentiæ suæ largitate contulerit, dissonum reputamus, & impium, si non ei, qui bonorum nostrorum non indiget, aliqua de dictis bonis, Nobis ab ipso concessis, quodam recognitionis insigne rependamus*. Cùm enim qua- 27 lis fuerit disponentis intentio optimè ex proœmio demonstrent *Riminald. jun. cons. 676. num. 44. Cornazzan. decis. Lucens. quarta num. primo, & Rot. decis. 51. num. vigesimosecundo, & decis. 372. num. undecimo coram Priol. & in Salamantina Beneficii 20. Novembris 1684. §. Assistit pariter coram Ursino.*

Pausandum hic aliquantulum. Ego, usurpando phrasim *D. Hieronym. epist. 13. adversus Vigilantium*, fateor 28 ingenuè meam imbecillitatem, nescio percipere, quænam *dissonantia*, & quæ *impietas* reperiatur in hoc, quod Persona ecclesiastica, habens bona patrimonialia laica, non fundet Hospitalia, vel in alia pia Opera eadem bona patrimonialia non eroget; Sed illis christianè utatur in vita, & post mortem eadem patrimo- 29 nialia Bona relinquat suis Consanguineis, juxta consilium *D. Augustin. in serm. 52. de Vit. Clerical.* approbatum *in can. Quicunque 17. quæst. 4.* Quod tuta conscientia facere posse omnes Personas ecclesiasticas de Bonis patrimonialibus, quotidiana docet experientia, cohærenter 30 ad dispositionem Sac. Canonum, & plurium generalium Conciliorum, quæ refert, & sequitur *Gonzal. in cap. 1. num. 3. de Pecul. Clericor.* ubi, inter alia, refert *can. 48. Concil. Agatens.* ita cantantem. *Episcopi de rebus propriis, vel acceptis, seu quidquid de proprio habent, hæredibus suis, si voluerint, relinquant.*

E converso autem nemo non videt cum quanta pietate, & cum quali consonantia Cardinalis Fundator, ex Christi Patrimonio, qualia appellantur Bona ecclesia- 31 stica *in cap. Cùm ex eo de Election. in 6.* quem Deus titulo amplissimæ Dignitatis extulerat, eique largitate suæ munificientiæ multa Bona contulerat, in gratitudinis, & recognitionis signum, juxta phrasim, ab ipso usurpatam aliquam eorum partem Pauperibus distribuat, reædificando Hospitale pro Pauperibus infirmis, quibus ipsamet Natura dictat succurrendum esse, etiam non petentibus, neque auxilium implorantibus, 32 ut observant *Thom. de Infirm. par. prima cap. 28. à num. primo Scannarol. de Visitat. Carcerat. lib. tertio §. quarto num nono, & Sabell verb Infirmitas num. 4.* & applicatur celebre illud dictum *Sancti Gregorii Nisseni in Oration. de Paupert amanda* nempe. *Cùm omnes Pauperis fovendi adjuvandiq; sint, illi qui ægrotant, præcipuè sunt amplectendi.*

Non omittentes hic pro faciliori præmissorum admissione observare, quod in substantia Card. Raynaldus Brancaccius non fuit ille, qui non solùm fundavit materialiter Hospitale S. Angeli ad Nidum, sed ulteriùs assignaverit omnes redditus, necessarios, tam pro manutentione Infirmorum, quàm pro Salario Ministrorum; Quia antequam ille natus esset, idem Hospitale multo tempore ante reperiebatur fundatum in Civitate Neapolis, sub titulo Hospitalis Pauperum S. Andreæ, nihil- 33 que aliud fecit, quàm illius materiale Ædificium, & necessarias Officinas, quæ propter Mundi calamitates dirutæ erant, de novo construere, & reædificari facere, subministrando salaria pro Ministris, & Servitoribus ejusdem Hospitalis, ut legitur in Breve Martini V. ibi. *Quod Tu Hospitale Pauperum S. Andreæ in Platea Nidi &c. propter mortalitatem, & Guerras, & alias calamitates, quæ Civitatem Neapolitanam diutiùs afflixerunt in suis Ædificiis, & aliis necessariis Officiais penitus diratum, & collapsum, seu devolutum, de Bonis tibi à Deo collatis, cum Oratorio, & Altari in honore, & sub vocabulo S. Michaelis Archangeli, & ejusdem S. Andreæ, ac aliis necessariis hujusmodi in illo diversa fiant Opera pietatis, de novo construi, & reædificari, & pro Ministris, & Servitoribus eidem Hospitali oportunis sufficienter dotare intendis.*

Ex hoc autem, nedum sequitur, quod privilegilegia exemptionis, exadverso exagerata, non dicantur concessa in limine fundationis Hospitalis, quia istud jam reperiebatur fundatum, & consequenter cessant in radice omnes contrarii discursus circa privilegia, in fundatione concessa; Sed ulteriùs remanet manifestum, quod redditus illi, ad d. verè pium Opus spe- 34 ctantes, quos priùs habebat Hospitale Pauperum S. Andreæ, in Ædificiis, & Muris materialiter dirutum, & propter Mundi calamitates collapsum, remanserint uniti, & incorporati cum illis aliis redditibus, quos Card. Brancaccius ex bonis, sibi à Deo collatis, assignavit pro Ministris, & Servitoribus ejusdem Hospitalis.

Quod autem d. Hospitale ante reædificationem, factam à d. Cardinali, suos haberet redditus, concludenter probamus ex istius rotunda confessione, emissa in actu serio, & proportionato sub die 11. Martii 1427. in quo postquam vigore specialis facultatis, sibi à Summo Pontifice concessæ mandavit pro gubernio Hospitalis eligendos esse duos Nobiles, quorum unus semper esse deberet de Familia Brancaccia, subdidit ibi. *Qui potestatem habeant omnes fructus redditus, & proventus, obventiones, & Legata, ad d. Hospitale, & Cappellam pertinentes, & quæ pertinebant, exigere, petere, & recipere &c.* Observando verbum illud *pertinentes*, quod digito ostendit d. anno 1427. Hospitale, licèt materialiter dirutum, suos habuisse red- 35 ditus, & proventus, distinctos ab illis, quos ei assignavit Cardinalis, ex adductis à *Barbos. appellat. 200. num. 5. & 6.*

Nec dicatur, quod *Sacra Rota* ex novis probationibus à *dicta Decisione Parmen. Beneficii 1. Martii 1700.* re- 36 cessit

cessit *coram eodem Card. Scotto die 28. Januarii 1701. impressa apud D. Piton. discep. Ecclesiast. 25 à n. 40.*

Sola enim lectura dictæ secundæ Decisionis demonstrat, recessum innixum fuisse apertæ, & literali declarationi Fundatoris, quod Opus pium fundaretur ex suis patrimonialibus bonis, consistentibus in Possessionibus, specificatis propria denominatione, ibi. *Fundationem verò ejusdem expletam fuisse de bonis patrimonia-* 37 *libus prædicti Canonici, DD. probari visum fuit ex declaratione, ab eodem facta in Testamento, in quo asseruit, illud antecedenter fundasse de suis Possessionibus* dell' Autoniana, *cui plurimum venit deferendum &c. Declaratio enim ipsius Fundatoris, licèt ex intervallo facta, cùm adhuc eidem fundationi inesse dicatur, attendenda venit &c.* Cæterum à dicta juridica, & communi conclusione nullatenus recessit, ut desumitur ex sola, & simplici lectura dictæ secundæ Decisionis.

Est autem absolutum in Jure, quod juridicæ illæ conclusiones, in aliqua Decisione firmatæ, in suo remaneant robore, licèt deindè Rota ex distincto motivo facti, à tali Decisione recesserit, ut sæpissimè protestata 38 fuit, & signanter in *decis. 23. num. 9. part. 15. recent.* ibi. *Non obstat, quod dictæ decisiones &c fuerint revocatæ; Quia in simili revocatione, juxta varias, & mutabiles facti circumstantias, & figuras contingentes, remansit illæsa Juris conclusio, supra firmata, & decis. 37. num. 4. & 5. part. 15. recent.* ibi. *Nec obstitit DD. n. dictis Decisionibus fuisse postea recessum, & revocatam Sententiam coram R. P. D. Ghislerio &c Quia recessio visa est ex variis facti qualitatibus observatis &c. Cæterùm firmas mansisse, ac manere legitimas, ac juridicas propositiones, & decis. 159. num. septimo eadem part. decimaquinta recent.* ibi. *Cujus decis. 193. conclusiones benè procedunt in præsenti casu, licèt fuerit revocata per decis. 300. part. 5. recent., quod evenit propter rationem oppositam consecutivè, & causativè &c. & dec. 119. num. 13. part. 18.* ibi. *Quibus stantibus, non adversatur decisio &c. quæ est revocatoria, quia in eadem non fuerunt revocatæ conclusiones, in antecedentibus decisionibus firmatæ, sed fuit recessum à decisis, quia solùm fuerunt promissa damna, & interesse, & decis. 80. n. 5. part. 19.* ibi. *A qua licèt recessum, non tamen hæc conclusio fuit revocata.*

Palpatur hoc manibus in nostro casu, dum deindè Sac. Rota in aliis Causis sequuta, & amplexa fuit di- 39 ctam juridicam propositionem, admissam *in prima decis. Parmen.* ut recognosci potest *in decisione Cracovien. Cantoriæ 11. Martii 1715. coram Card. Caprara §. Quoties enim*, ibi. *Rot. in Parmen. Beneficii 1. Martii 1700. §. Neque obstare, vers. Inde propterea*; Nec non in *Hildesinen. Canonicatus 16. Martii 1716 §. Quod autem coram Reverendissimo Crispo*, ibi. *Rota in Parmen. Beneficii prima Martii 1700. §. Neque obstare vers. Inde propterea coram Card. Scotto*; In cujus casu agebatur de fundatione, facta ex bonis, & Eleemosynis, sibi à Deo collatis, juxta præcisa verba Fundatoris; Quæ verba non semel, sed quater repetita fuerunt in nostro casu, ibi. *De bonis, sibi à Deo collatis*, ibi. *De bonis, Nobis ab ipso concessis*, ibi. *De bonis, sibi à Deo collatis*, & paulo infra, ibi. *De bonis, sibi à Deo collatis*.

Ad evitandum siquidem absurdum illud, his verbis qualificatum ab eadem Sac. Rota in *decis. 1620. num. 4.* 40 *coram Coccin. Ridiculum est allegare ea, quæ fuerunt rejecta*, omninò dicendum, eandem Sacram Rotam non habuisse pro revocata conclusionem illam, pluries deinde ab ea sequutam, quod ecclesiastica Persona, habens bona patrimonialia, & ecclesiastica, & fundans pium Opus, cum declaratione, quod id faciat *ex bonis, sibi à Deo collatis*, dicatur illud fundasse ex Bonis ecclesiasticis, non autem ex proprio laicali patrimonio.

Posset hic terminari Scriptura, quia ex huc usque animadversis, vel remanet manifestum, funda- 41 tionem Hospitalis non fuisse factam de Bonis Laicis; Vel ad omne pejus, erit innegabile, quod id nullatenus clarum est, sed nimis dubium, ex quo duo innegabiliter sequuntur.

Primum, quod proindè non possunt exadverso figi pedes super dicta qualitate Bonorum laicalium, & super tale insubsistens suppositum superædificare Juris conclusiones, sine clara, & concludenti probatione facti, respectu illius motivi, seu circumstantiæ, in qua consistit Adversarii intentio, quæ probanda est concludenter, non 42 autem per inductiones, & conjecturas, ad fundandam intentionem Colligitantis nullatenus sufficientes *Add. ad Buratt. dec. 707. n. 10. vers. Nec sufficiunt, Rot. decis. 109. num. 15. part. 15. recent. & in Toletana Decimarum de Capilla 15. Januarii 1677. §. Primum coram Bourlemont*, ibi. *Quæ tamen concludenter probari debuissent &c. Non autem per conjecturas, & præsumptiones, quæ ad fundandam intentionem non sufficiunt.* Itaut, cessante in facto dicto supposito, cessent omnes illæ contrariæ præ- 43 meditationes, & generales conclusiones, super illo ædificatæ, juxta regulam, de qua *Rot. dec. 584. n. 12. coram Danozzet. jun. & dec. 274. n. 11. p. 17. rec. & dec. 20. n. 33. apud Prosper. de Territor. separ.*

Secundum verò, quod in hac dubietate, quando sermo est de fundatione pii Operis, facta à Persona ecclesiastica, habente redditus ecclesiasticos, & bona patrimonialia, fortissima præsumptio militat, quod illud fundatum fuerit ex Bonis ecclesiasticis, non autem de Bonis patri- 44 monialibus ipsius Personæ ecclesiasticæ juxta magistralem *Gloss. in can. primo verb. Sua 12. quæst. 3. & in cap. primo verb. Debent de Pecul. Cleric.* ubi communiter Repetentes, & signanter *Abb. num. primo, Barbos. in can. Sint manifestæ 12. quæst. prima num. 3. Corrad. in Prax. benefic. lib. 4. cap. 2. num. 46. Lotter. de Re benefic. lib. primo quæst. 10. num. 10. & Rot. decis. 273. num. primo part. 3. recent.* ibi. *Ex eo quod fuit fundatum à quodam Scipione, Episcopo Cerviense, qui in dubio præsumebatur, hoc fecisse de Redditibus ecclesiasticis*, cum aliis concordantibus, ibidem citatis; Sicuti enim subvenire Pauperibus, magis convenit Ecclesiasticis, quàm Laicis, 45 ex quo illorum Bona dicuntur patrimonium Christi, & Pauperum, juxta verba *Card. de Luca de Regal. disc. 36. sub num. septimo*; Ita illorum subventio, facta ab eo, qui habet Bona laica, & ecclesiastica, præsumitur semper facta potiùs ex Bonis ecclesiasticis, quàm laicis, ut consideranti manifestum est.

Non subsistit pariter in Jure contrarium assumptum, quod Privilegium exemptionis, titulo oneroso in fundatione concessum, non fuerit revocatum per dictum Sac. Concilium Tridentinum; Quidquid enim esset, si ageretur de expresso Privilegio non accedendi ad 46 Processiones, deque illius revocatione, particulariter facta, qui non sunt termini nostri casus, dum exadverso non docetur, neque de dicto particulari Privilegio, non accedendi ad Processiones, neque de eadem particulari revocatione, specialiter facta; Indubitatum est in Jure, quod quando Princeps, propter publicam utilitatem aliquid per viam universalis legis præcipit, & mandat, in istis circumstantiis nullo ligatur Privilegii vinculo, quocumque titulo concesso, nulloque pacto, sed cum illo Contrahens, absque ulla refusione, vel compensatione pretii, tenetur servare legem, ob publicam utilitatem à Principe promulgatam, juxtà communissimam Doctorum opinionem, de qua

Afflict. decis. 361. num. quarto, ibi. *Clarum est in Jure, quod Princeps potest pro bono publico auferre dominium rerum Privatorum.*

Alexand. cons. 190. sub num. 16. vers. Ad tertium lib. 2. & cons. 256. n. 10. & 20. eod. lib.

Amaya in leg. prima num. decimo quarto, Cod. de Annon. & Tribut. lib. 10.

Aretin. in cap. Novit. num. 25. de Judic.

Azaved. in leg. 7. tit. 11. num. 1. lib. 5.

Bald. in leg. Nuptæ ff. de Senator ibi. *Facta concessione ab Imperatore, & translato dominio rei concessæ, potest ab ipso Imperatore Lex apponi, non ex vi contractus, sed ex vi Legis, quia omnis Legum potestas est in pectore suo*

Bartol. in leg. Antiochensium num. primo ff. de Privileg. Creditor ibi. *Quæro, utrum Civitas possit facere Statutum, per quod auferatur Jus privati &c. Veritas est, quod potest facere, faciendo Legem universalem &c. Sed faciendo Legem privatam contra unum, hoc non potest &c. & in leg. Quicumque sub num. 4. C. de Jur. & fid. Hast. fiscal. lib. 10.*

Beron. cons. 135. nu. quinto, & cons. 146. num. tertio & 36. lib. 3.

Boss. Tract. var. tit. de Princip. num. 201.

Cabed. decis. 75. num. decimotertio, ibi. En causa posse Regem revocare donationes, statuendo, sive legem condendo generalem &c. Et iste est unus modus, quo Princeps potest revocare Privilegia, à se, vel ab Antecessoribus concessa, scilicet per viam legis generalis.

Cancer. Var. resol. p. 3. cap. 3. n 92. & 98.

Capyc. Galeot. respons. fiscal. a 3. num 75. ubi, quod Princeps condendo Legem, ex motivo, & causa publicæ utilitatis, censetur, & potest derogare contractibus, ex causa onerosa concessis.

Castill. Quotidian. controv. lib. 5. cap. 89. n. 93. vers. Vel lege generali condita.

Castrens. cons. 229. sub num. secundo lib. primo, ibi. Princeps Subditis suis non potest auferre ea, quæ sunt de Jure naturali, vel Gentium, ut est dominium directum, nisi, vel Legem condendo, vel Jurisdictionem exercendo, vel subsistente publica utilitate.

Censal. ad Peregrin. de Fideicomm. art. 52. §. Verùm hanc assertionem.

Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 28. n. 85. ibi. Tres sunt casus, in quibus Princeps potest dominium, & Jus quæsitum tollere, videlicet Legem condendo, Jurisdictionem exercendo, & publica utilitate subsistente.

Cyriac. controv. 75. num. 22. ubi, quod Princeps quando procedit per viam Legis generalis, & ex causa publica, revocando privilegium, ex causa onerosa concessum, neque etiam tenetur ad restitutionem, testando de opinione communiori.

Dec. in cap. Quæ in Ecclesiarum num. 93. vers. Hoc intelligitur de Constitut. & cons. 520. num. decimo, versic. Quia ad hoc, ibi. Ad hoc respondetur, quod illud procedit, quando alicui particulari Personæ specialiter Jus suum 47 tollitur; Secus est, si hoc generaliter actum sit per viam Legis, ut in casu isto contingit, quia tunc restauratio non requiritur.

Dian. in Oper. coordinat. tom. 6. tract. primo de Legib. resol. 54. num. 15. ibi. Assero itaque, primam sententiam procedere, quando dominium rei tollitur specialiter particulari Personæ, secus, si tollatur per viam Legis generalis, quia tunc nulla restitutio fieri debet.

Fajard. allegat. Fiscal. prima, num. 82. ibi. Licèt ab hac obligatione eos liberos judicent, si per viam legis præjudicium sequatur.

Felin. in cap. Nonnulli n. 1. & seqq. de rescript.

Gabriel Concl. Jur. tit. de Jur. quæsit. non toll. concl. 2. n. 14.

Gomez ad Regul. Cancell. de Jure quæsito non tollen. qu. 5. verb. Sed his non obstantibus.

Gozzadin cons 5. n. 21. ibi. Civitas faciendo legem generalem, potest auferre Jus Tertii, quando alicui particulari Personæ tollitur dominium rei suæ, secus si per viam Legis generalis, quia tunc nulla restauratio fieri debet.

Guidopap. cons. 65. per totum, & signanter n. 19.

Larrea allegat. fiscal. 3. à num. 8 usque ad fin. ubi respondet omnibus contrariis, & signanter num. 13. ibi. Dicendum est, Principem ex justa causa &c. posse tollere contractum, & Jus, Tertio quæsitum, ex Lege generali, quæ respiciat bonum publicum &c. Quo casu Lex sustinebitur, & contractus reformabitur, & juri Tertio quæsito, poterit detrahere.

Card. de Luc. de Offic. vacab. fol. 58. ibi. Certum est, Principem ad pretii restitutionem non teneri, quoties per viam Legis generalis rem suam Subditis aufert ex causa publicæ utilitatis, & fol. 67. num. 28. & fol. 69. num. 36. ibi. Non processit per viam particularis dispositionis &c. sed per viam Legis universalis &c. quod dubium non est posse Principem derogare Juri, Tertio quæsito, etiam absque refusione pretii.

Matteus lib. 5. tit. 10. leg. 6. gloss. 1. & 2. in fin. & n 20.

Menoch. cons. 701. num. 88. & de Præsumption. lib. 6. cap. 40. num. 23. & 24.

Paris. cons. primo num 46. lib. primo, ibi. Istud non habet locum, quando hoc facit condendo Legem, nam tunc causa præsumitur, & isto casu Princeps non tenetur restituere pretium illi, qui læditur.

Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 5. tit. 2. sub num. 52. ibi. Nisi Princeps per viam Legis generalis ex causa res Subditorum auferret, & vers. Præmissa autem.

Pinell. in leg. 1. C. de Bon. matern. p. 3. num. 61. vers. Infertur decimo sexto.

Roland. cons. 79. num. 44. lib. secundo.

Roman. cons. 310. sub n. 1. ibi. Civitas ipsa, si Legem universalem facit, ita statuere potest, ut Jus Privati auferat, & iste casus non habet dubium.

Rot. decis. 457. num. decimoquarto, & 15. part. 4. divers. ibi; Hæ causæ publicam utilitatem concernunt, ex qua Princeps etiam proprium contractum revocare potest &c. præsertim per viam Legis, quo casu secundùm Doctores ad recompensam non tenetur.

Ruin. cons. 226. n. 21. & cons. 228. n. 4. lib. 1.

Sesse dec. 79. n. 2. & seqq. & n 46.

Surd. cons. 210 n. 65. & cons. 513. n. 10.

Tiraquell. de Pœn. temperand. in Proœm. vers. Sed hæc Princeps.

Venturin. cons. 19. n. 9. vers. Licèt secus, &

Vvam. cons. 1. n. 3. lib. 1. Et resoluit Congr. Conc. teste Garzia de Benef. p. 3. cap. 2. n. 270. ibi. Non obstat, quod Privilegia non censeantur sublata, nisi in specie dicatur, quia fallit in Lege generali.

Quod autem Sacrosanctum Conc. Trid. in hac parte 48 per viam Legis generaliter processerit, evidens fit, repetendo illius clara verba in sess. 25. cap. 13. de Reg. quæ sunt sequentia, Exempti omnes, tam Clerici Sæcalares, quàm Regulares quicumque etiam Monachi; Observando dictiones 49 illas Omnes, & Quicumque neminem excludentes, ex adductis à Barb. diction. 241. n. 1. & seqq & diction. 317. iisdem num. & firmatis per Rot. dec 606. n 13. p. 19. rec. & in Calagaritana Decimarum 13. Januarii 1698. §. Tantùmque coram Molin.

Quæ si procedunt in terminis præcisi Contractus, & specialis Pacti, titulo oneroso cum Principe initi, cujus respectu verificatur celebre illud dictum Baldi in rubric. de Const. Pacta servabo, fuit vox Dei in ore Prætoris, cum aliis apud Rocc. disp. Juris c. 78. n. 6. Necnon Etiamsi Principis Contractus esset juratus, quia in omni juramento semper 50 inest excepta authoritas Legis, non solum Canonicæ, sed etiã Civilis, sunt verba Larr. alleg. 3. n. 12. ubi sequitur Alexand. cons. 38. n. 11. lib. 3. Capyc. dec. 166 per totam, & signanter n. 50. Cæphal. cons. 302. num. 136. & 138 Cravett. cons. 276. in principio, & num. 7 Fulgos. cons. 20 num 7. Gratian. discept. 534. num. 51. Jason in leg final n. 25 ff Qui satisd. cogant. & in leg Gallus §. Et quid si tantùm n. 82. ff de liber & posthum Menoch. cons. 224 n. 34. & Petr. de Potest. Princip. q. 7. princip § Superest à n. 26.

Quanto magis locum habebunt in præsenti casu, in quo

Agitur de generali lege, à Sacro Concilio Triden- 51 tino lata, ob publicam utilitatem, & ad augendum divinum cultum, in quibus terminis omnis benigna, 52 lata interpretatio capienda est, cap. Ex parte de Constitut. ibi. Nolentes igitur divini Numinis diminui cultum, sed potiùs augumentari, & in cap. Quia per ambitiosam de rescript. in 6. ibi. Minuitur cultus divinus, quem desideramus augeri.

Agitur de actu, non importante veram, præjudicialem, & onerosam servitutem, dum potiùs isti interventus redolet in ipsis Ecclesiis inferioribus honorificentiam, vel prærogativam, ex quo sub proprio Vexillo earum Clerici interve- 53 niunt, sunt verba Card. de Luc. de Jurisd. disc 100. n. 7. loquentis in specie favore nostræ Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ contra Priorem Sancti Joannis de Mare, Ordinis Hierosolymitani, cujus privilegia, pretio sanguinis ab eorum Equitibus acquisita, amplissima sunt, ut videre est in Constitut. Gregorii XIV. §. 1. quem doctissimum Authorem Sac. Rot. in decis. 222. num. 2. part. 15. rec. 54 asserit, non fuisse advenam, neque hospitem, sed Civem, & domesticum Juris prudentiæ, & in Callien. 7. Junii 1709. §. Etenim coram Reverendissimo Aldro- 55 vand. illum vocat Juris nostri illustratorem, Bosculus verò respons. 2. num 49 apud Torr. de Primogenit. Ital. to. 2. omniscium, ingeniorum Phœnicem, sui Sæculi prodigium, & Romani Ostri decus.

Agitur de operatione, propria omnibus Clericis, tam 56 scilicet exemptis, quàm non exemptis, juxta theoricam Abb. in cap. Nimis prava num. 5. de Excess. Prælat. ibi. Non puto tamen quod propter exemptionem, postmodum eis concessam, releventur ab illo onere veniendi ad Processionem &c. Nam &c. rogare Deum pro salute Populi, omnibus Clericis imminere debet, tam exemptis, quàm non exemptis, quem sequuntur ibidem Soccin. n. 12. vers. Et quanquam, & Fagn. n. 7. vers. Quin etiam, & Novar. in Summ. Bullar. p. 1. Commen. 103. n. 13.

Non

Non est sermo de omnibus ordinariis Processionibus, sed solùm de generalibus, & ob publicam causam indictis, quæ raræ sunt, & signanter ratissima est illa (cui Adversarius accedere noluit cum universi Populi maximo Civitatis Neapolitanæ scandalo, & cum tali, tantoque fastu, ut licèt ab Eminentissimo Archiepiscopo censuris irreptitus, publicè, & palam in una ex solemnissimis totius anni festivitatibus celebrare voluit) quæ indicta fuerat ad implorandam divinam opem pro electione Summi Pontificis, maximi Superioris, & Supremi Judicis, tam Exemptorum, quàm non Exemptorum, itaut, non solùm de facto, sed neque etiam de possibili dari poterat major necessitas, conjungendi insimul totius Cleri orationes, *ut Deus omnipotens, multiplicatis Intercessoribus, dignaretur preces nostras exaudi-* 57 *re*, sunt verba *Valenzuelæ*, loquentis in specie ad obligandum exemptos, ad interveniendum Processionibus generalibus *in consil. 1. num. 5.* Et de Processione ob ele- 58 ctionem Summi Pontificis, Sede Apostolica vacante, *Marant. respons. 29. num. 13. lib. 3.* ibi: *Quod causa esset universalis pro commodo universali totius Christianæ Reipublicæ, & Ecclesiæ.*

Agnoscitur exadverso vis hujus reflexionis, quæ in rei veritate Adversarios jugulat, & propterea respondent, quod possunt facere propriam distinctam Proces- 59 sionem, & in illa rogare Deum pro publicis necessitatibus, eodem prorsus modo, quo id facit Eminentissimus Archiepiscopus cum Clero, sibi subjecto.

Responsio autem opponitur omnibus legalibus principiis; Aut enim prætendit Adversarius facere Processionem cum solis Presbyteris, & Ministris Hospitalis, sibi subjectis, & talis Processio cum omni sermonis proprietate dici potest ridicula; Quia *Processio dicitur Supplicantium Agmen, quod ad instar Exercitus modestè, ac* 60 *devotè ordinatur*, juxta illius definitionem, traditam *à Macro in Hierolex. verbo Processio in principio*. Illa autem Processio quam prætendit facere Adversarius cum suis Presbyteris, & Ministris Hospitalis, demptis illis, qui sunt necessarii pro servitio Infirmorum, de quibus in contraria Responsione, ibi: *Presbyteri partim sunt occupati, addicti continuæ assistentiæ Hospitalis, & Infirmorum &c.* Necnon demptis Crucifero, Cerofesario aliisque Directoribus Processionis, & Assistentibus illius Capiti, seu Rectori dicitur potius Fragmen, quàm Agmen, & congruentius denominari potest miserabilis Militum Manipulus, quàm Exercitus Supplicantium.

Aut verò prætendit Adversarius facere dictam Processionem cum Populo, & Clero, sibi non subjecto, & subdito Archiepiscopo in Loco, in quo ipse nullam habet Jurisdictionis umbram, hoc est per Vicos, & Plateas Civitatis Neapolis, & hoc ei permissum nullatenus est, quia Particulares Processiones in publicis necessitatibus permittuntur illis dumtaxat Prælatis, qui habent Territorium separatum, & propriam Plebem subditam, cum qua dictas Processiones facere possunt, non ubicumque, sed restrictivè in proprio Ter- 6c ritorio, separato, & distincto à Territorio Ordinarii, ut probant *Campanil. in divers. Jur. Canon rubric. 11. cap 13. num. 117.* ibi: *Neque Exempti, qui sunt Nullius Diœcesis, vel extra Civitatem in Locis, in quibus habent Plebem, quia cum illa Plebe facere debeat Processionem*, quæ repetit *Leo in Praxi for. Eccles. part prima cap. 8. num. 18.* ibi: *Non comprehendit eos, qui sunt Nullius Diœcesis, vel extra Civitatem, in Locis in quibus habent Plebem, quia cum illa Plebe debent facere Processionem*; & congruam adducit rationem *Prosper. de Territor. separat. quæst. 8. num. 5.* sequentibus verbis: *Quia facere Processiones est actus Jurisdictionis &c. Jurisdictio autem in alieno Territorio exerceri non potest, ideoque, nec fieri queunt Processiones*, cum concordantibus, ab ipso citatis.

Non violatur in minimo exemptio, Adversariis concessa, eodem prorsus modo, quo non læditur illa, longè magis ampla, magisque patens, omnium Religiosarum Communitatum, ad illas accedentium, ea viva 6a ratione, cui in æternum nulla dari poterit congrua responsio, quod quævis generalis, generalissima, ampla, amplior, & amplissima exemptio à Jurisdictione, superioritate, & dominio Ordinarii, non extenditur, neque comprehendit accessum ad generales Processiones ex publica causa indictas, ex authoritatibus, supra citatis.

Non ostenditur exadverso præcisus onerosus contra- 63 ctus, nec simplex, nec juramento firmatus, quo mediante specialiter concessa fuerit Adversariis exemptio accedendi ad publicas Processiones.

Non subjicitur demum omnium oculis in magna Civitate Neapolis istud intollerabile inconveniens, quod 64 Adversarii, minora habentes privilegia exemptiva, ac habeant Ordo Hierosolymitanus, & Ecclesia S. Jacobi Nationis Hispanorum, majori gaudeant prærogativa.

Quibus stantibus, ego ad me explicandum in hac parte vellem habere centum illas linguas, & centum ora, necnon ferream illam vocem, de quibus loquitur *Virgilius*, sequutus *in Instit. crimin. lib 4. num. 16 1.* ad exa- 65 gerandum inconveniens illud, quo mediante prætendit Adversarius non intervenire generalibus Processionibus, non adducendo speciale pactum, neque præcisum privilegium, literaliter illum, ejusque Cappellanos, eximens ab obligatione accedendi ad publicas Processiones, ad quem effectum, ut sæpè diximus, & nunquam satis repetimus, & concludenter probavimus, mediantibus exemplis omnium Religiosarum Familiarum, Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, Cleri Sancti Jacobi Nationis Hispanorum Civitatis Neapolitanæ, & aliorum, latissimè, & amplissimè in fundatione exemptorum, non sufficit, neque attenditur, quævis ampla, & amplissima exemptio, sed præcisè requiritur Privilegium, nedum Concilio Tridentino posterius, sed literaliter, & cubitalibus literis eximens exemptos ab onere accedendi ad pu- 66 blicas Processiones, & videndum etiam ad quales sint, & intelligantur exempti per Privilegia talia.

Sed nihil aliud legitur in sæpè citato Privilegio Martini V. quàm exemptio: *Ab omni Jurisdictione, dominio, potestate, & Visitatione Archiepiscopi Neapolitani, & Abbatis sæcularis Ecclesiæ ejusdem S. Andreæ ad* 67 *Nidum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjacere.*

Nos autem probavimus, & hæc Sacra Congregatio admisit *dicta alia Neapolitana Processionis 3. Augusti 1709.* quod longè amplior, magisque præcisa e- 68 xemptio à visitatione, & Jurisdictione Ordinarii Neapolitani, concessa titulo oneroso Petro de Toledo, Proregi Neapolitano in fundatione Hospitalis Nationis Hispaniarum, *ex Regii Ærarii, ipsiusque Petri Marchionis, necnon stipendiariorum Militum dictæ Nationis Proventibus, atque Subsidiis fundati*, (sunt verba Gregorii XIII talem fundationem approbantis) nullatenus importabat similem exemptionem ab accessu ad generales Processiones.

Ecce verba exemptionis Hospitalis, & Ecclesiæ S. Jacobi; *Hospitale hujusmodi, illorumque Cappellanos, Ministros, cæterasque Personas, res, & bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, ab Archiepiscopi Neapolitani pro tempore existentis*, & quorumcumque aliorum Ordinariorum, *ETIAM TANQUAM DICTÆ SEDIS DELEGATORUM, eorumque Vicariorum, & Officialium, Jurisdictione, correctione, visitatione, superioritate, & dominio, authoritate, & tenore similibus* penitus, & omninò eximimus, *& liberamus, illaque, sit exempta, & libera dictæ Sedi immediatè &c. perpetuò subjicimus, nostro Summario dicto num. 2. lit. D.* Cum deputatione Reverendissimi Nuncii Neapolitani pro tempore in unicum Judicem, & privativum Superiorem dicti Hospitalis ibi: *Modernum, & pro tempore existentem dictæ Sedis in Civitate Neapolitana &c. Ecclesiæ prædictæ Judicem, qui, tanquam dictæ Sedis Delegatus, per se ipsum, vel per alium, ab eo subdelegandum, in omnibus, & singulis, ac quibuscumque Causis, controversiis, quæstionibus, & differentiis, civilibus, & criminalibus, spiritualibus, & temporalibus, ecclesiasticis, & profanis, realibus, & personalibus, meris, & mixtis &c. & quibuscumque criminibus, delictis, excessibus, vel inobedientiis, ut super quibuscumque materiis, occasionibus, bonis, rebus, Juribus, actionibus, tam activè, quàm passivè, vel mixtis &c.* ut probavimus in Summario.

Vim, & efficaciam hujus dictionis penitus advertunt

tunt *Archid. in cap. Ordinarii num. fin. de Offic. Ord. in 6.* 69 ibi: Penitus, *idest prorsus, ex toto &c. Aret. in leg. Si Colonus num. 1. ff. de Acquir. possess.* ibi: *Dictio* penitus *&c. significat ista duo, videlicet, quod & ipso jure &c. & quod totaliter, Passer. in d. cap. Ordinarii num. 46. de Offic. Ord. in 6 Natt. cons. 63. num. 16.* ibi: *Dictio* penitus *præcisam habet naturam &c. at idem importat, quod omnino, & cons. 142. eodem num. 16. Jas. cons. 173. num. 1. lib 4.* ibi: *Illa dictio* penitus *importat idem, quod ex toto, vel in totum, Grat. cons. 65. num. 23. lib. 2.* ibi: *Dictio* penitus *significat omnem casum indistinctè, & in totum, & cons. 86. num. 3. lib. 2.* ibi: *Verbum* penitus *&c. importat indistinctè, omni casu, & in totum, Roman. cons. 82. numer. 4. Alexand. cons. 13. numer. 7. lib. 2.* ibi: *Dictio* penitus *importat idem quod omnino, & cons. 72. nu. 2. eodem lib.* ibi: *important illa verba &c.* penitus, *idem, quod omnimodo, Roland. à Vall cons. 72. num. 8. & seq. Ruin. cons. 41. num. 8. lib. 3.* ibi: *Dictio* penitus *idem importat, quod dictio omnino &c.* Penitus *exponitur, idest indistinctè, Paris. cons. 45. num. 5. lib. 4.* ibi: *Verbum enim* penitus *est præcisum, nullam modificationem, seu restrictionem recipiens, & cons. 58. num. 15. lib. 2* ibi: *Dictio illa* penitus *intelligitur ex toto, vel prorsus, vel omnino, Gozzadin. consil. 25. num 9.* ibi: *Pondero illud verbum* penitus, *quod idem significat, quod ex toto, vel prorsus, seu omnino &c. & cons. 71. num. 4.* ibi: Penitus *exponitur ex toto, vel prorsus, seu omnino, Crot. cons. 32. numer. 28.* ibi: *Dictio* penitus *æquivalet huic verbo omnino &c. est verbum præcisum, nullam recipiens modificationem, seu limitationem, Angel. cons. 31. num. 3. Tiraquell. in l. Si unquam verb. Revertatur num. 106. & seq. Cod. de Revoc. Donation.* ibi: *Dictio* penitus *est præcisa, nec recipit limitationem, aut modificationem &c. idem significat quod in totum, vel ex toto, Maref. var. resol. lib. 1. cap. 32. numer. 6.* ibi: *Quod probatur ex illa dictione* penitus, *cujus natura est, ut omne, etiam minimum, excludat, Menoch de Adipisc. possess. remed. 4. numer. 19. & de Recuper. remed 14. numer. 5. Grat. dict. 147. num. 1.* ibi: *Idem importat dictio* penitus, *quod omnino, ex toto, & in totum, & numer. 2.* ibi: *Tanquam præcisa nullam recipit modificationem, aut limitationem &c. non solùm est exclusiva, sed minima rejicit, Barbos. de Dictionib dict 249. numer. 2. & seq.* ibi: *Hæc dictio* penitus *est præcisa, nullam limitationem admittens, & non solùm est exclusiva, sed etiam minima rejicit, idemque importat, ac omnino, ex toto, in totum, prorsus, & in omni casu. Sanch. de Matr. lib. 8. disputat. 21. num. 75. Garz. de Benef. par. 8 cap. 1. num. 5. Gratian. decis Marcb. 51. num. 23. Rot. decis. 447. num. 4. coram Seraph.* ibi: *Ponderanda est etiam dictio* penitus, *quæ idem significat, quod in totum, & ex toto, & exponitur pro omni casu, & in totum, & habet adeo præcisam naturam, ut nullam recipiat modificationem, seu limitationem, & decis. 526. num. 3. & 4. par. 1. diversor. & decis 205. num. 14. p. 7. rec.* ibi: *Juxta importantiam illius dictionis* penitus, *idem significantis, quod ex toto, in totum, & omnino.*

In casu dictæ Fundationis Hospitalis S. Jacobi Nationis Hispanorum concurrebant duæ facti circumstantiæ, 70 nostrum casum mirabiliter distinguentes à generali exemptione, exadverso exagerata.

Prima, quod Inservientes dicto Hospitali Sancti Jacobi non possent excommunicari per quoscumque Judices Ordinarios, & Commissarios, quavis authoritate fungentes.

Quam circumstantiam in nostris punctualibus termi- 71 minis egregiè expendit *Donat. Rer. Regular. tom 1. tract. 50. de Exempt. Religios. quæst. 79. num. 4.* his verbis: *Concilium loquitur de Exemptis, non autem de Privilegiatis, qui non possint censurari, nam duo sunt obstacula, exemptio à Jurisdictione, & Privilegia, ne censurentur, sed quando duo sunt obstacula, derogatio unius non trahitur ad aliud.*

Secunda verò, quod hujusmodi amplissima privilegia, à Paulo III. ante Concilium Tridentinum ei- 72 dem Hospitali concessa, in forma specifica post idem Concilium Tridentinum confirmata, & ampliata fuerunt à duobus aliis Summis Pontificibus Gregorio XIII. & Sixto V.

Et tamen, his omnibus non obstantibus, neque attentis, hæc Sac. Congregatio dicta die 3. Augusti 1709. Partibus acerrimè informantibus, intrepidè respondit, Cappellanos dictæ Ecclesiæ Sancti Jacobi Nationis Hispanorum teneri, & obligatos esse accedere ad Processiones generales, à Curia Archiepiscopali indicendas, 73 effectu punctualiter subsequuto, ut videre est *in tom. 2. part. 2. discept. 4.*

Nec subsistit, quod dictum Hospitale S. Jacobi Nationis Hispanorum non fuerit fundatum ex Bonis laicis, ex quibus prætenditur fundatum Hospitale, de quo disputamus, quodque in propositione dictæ Causæ non fue- 74 rit adducta præcisa illa circumstantia, quod agebatur de Privilegio, ex causa onerosa concesso in limine fundationis, factæ ex Bonis laicis.

Respondemus enim, quod primus contrarius prætextus in facto non subsistit, dum docemur, illud fuisse fundatum ex bonis laicissimis, hoc est *ex Regii Ærarii,* 75 *ipsiusque Petri Marchionis, necnon stipendiariorum, & aliorum Militum dictæ Nationis Proventibus, atque Subsidiis,* sunt verba Gregorii XIII. in confirmatione Privilegiorum Clementis VII. & Pauli III. de qua in Summario.

Quibus clarissimis verbis nullatenus contraponi possunt verba illa Card. Fundatoris, *de bonis, sibi à Deo collatis,* sive consideretur natura, & propria significa- 76 tio eorundem verborum, sive qualitas ecclesiastica Personæ, illa proferentis, de quibus latè supra.

Nulla habita ratione duarum conjecturarum, exadverso exageratarum, quia deficiente substantia proba- 77 tionis alicujus actus, frigescunt conjecturæ, ad illum comprobandum adductæ, *Rot. decis. 438. num. 14. par. 9. recent.*

Et tamen primæ conjecturæ, innixæ magnificatæ facti circumstantiæ, literis majuscolis descriptæ in contrario Restrictu, quod *Hospitale ædificatum fuerit de propriis Bonis ipsius D. Cardinalis;* Quando etiam probaretur emissa ab ipsorum Cardinali, respondet egregiè *D. Piton. discept. Ecclesiast. 6. num. 19.* cum sequenti con- 78 siderabili phrasi, *agnoscendo me non errare,* asserendo, Bona ecclesiastica dici etiam bona propria Personæ ecclesiasticæ pro eo tempore; quo illa possedit ibi: *Hinc nihil juvabat motivum, quod Bona sint in nostro dominio, non autem Beneficia, quæ sunt in dominio, & dispositione Summi Pontificis, quia agnoscebam me non er-* 79 *rare, dicendo, quod Beneficia sunt etiam quædam bona nostra, ut ait Lezzan. in Summa verbo Novitii num. 3. vers. Beneficia.*

Dixi, *quando etiam probaretur emissa à Cardinali,* quod in facto non regit, quia illa est ultronea, & spontanea assertio illius Hæredum, emissa die 6. Julii 1428. & sic post duos annos, menses quatuor, & dies quinque ab approbatione fundationis, facta à Martino V. octavo Kalendas Maji 1426. anni noni ejus Pontificatus. Est enim indubitatum in Jure, quod non est in potestate Hæredum immutare declarationes illas, quæ 80 factæ fuerunt à Testatoribus *Natt. cons 214. numer. 1. Surd. consil 73. num. 34. Menoch. cons 89. num. 37. Monacell. in Formular. tom prim tit 2. formul. 10. num. 12. & Rot. decis. 174. num. 14. coram Priolo.*

Ejusdem levitatis est altera conjectura, quod, cùm Cardinalis reservaverit Jus Personis Laicis pro Gubernio dicti Hospitalis, in istis terminis dicatur potius Jus Laicale, quàm Ecclesiasticum; Cùm enim id fecerit cum expressa permissione duorum Summorum Pontificum Martini V. & Pauli III. ad ejus enixas supplicationes illi permittendum, *ut dicti Hospitalis regimen, illi, vel illis, quos in tua voluntate ultima ad hoc duxeris deputandos, perpetuò committere dignaremur.* Nulla omninò ex hoc facto desumi potest præ- 81 sumptio, quod illud non fuerit fundatum ex Bonis ecclesiasticis, ut distinguendo notant *Corrad. in Prax. benefic. lib. 4. cap. 2. num. 48. vers. Alter verò, & Rot. decis. 273. num. 5. part. 3. recent.* ubi id probat exemplo Bonorum feudalium, de quibus potest Feudatarius liberè disponere, si à Domino disponendi facultatem obtinuerit.

Ultra quod non sine legali fundamento asseri po- 82 test cum præcisis verbis *Sacræ Rotæ in Monasterien. Canonizatus 19. Februarii 1714. §. Admittebatur coram Ansaldo, quod ubi Locus pius, & ecclesiasticus,* prin-

principaliter extitit per Fundatorem consideratus, itaut ejus tantum Juspatronatus relictum fuerit, tunc qualitas laicalis, inhærens Personæ, quæ tali Loco præficitur, & cui tanquam Capiti, ac Ministro illius pii, & ecclesiastici Loci Jus præsentandi relictum fuit, alterari nequit Ecclesiastici Jurispatronatus natura, ipsi Beneficio impressa, statim ac tale jus ipsi ecclesiastico Cætui, seu Loco relictum est, ut distinguendo firmat Rot. in decis. 661. num 5. versic. Etenim est distinguendum par. 19. recent. & in proposito Jurispatronatus, relicti Operariis Ecclesiæ, meris Laicis, quod nihilominùs Ecclesiasticum censendum sit, & cadat sub reservatione, habetur in illa Barchinonen. Beneficii 12. Junii 1688. §. Agitur usque ad fin. coram Cardinali Matthæjo, ac contra Capitaneos Poloniæ, Administratores Bonorum Ecclesiæ, & si simpliciter Laicos, respondit eadem Rot. in illa Cracovien. Cantoriæ 25. Januarii 1700. §. Verum coram R. P. D. Lancetta, & 11. Maji 1701. §. Tum quia, & 6. Junii ejusdem anni §. Respectu cor. cl. mem. Cardinali Caprara.

Non subsistit pariter in facto dictus secundus contrarius prætextus, quia talis circumstantia Privilegii, concessi in limine fundationis Hospitali S. Jacobi Nationis Hispanorum, & ex bonis laicis, non solùm in

83 dicta Causæ propositione adducta fuit ab illius strenuissimis Defensoribus, sed usque ad sydera exagerata, cum allegatione illorum Authorum, qui exadversu citati semper fuerunt in hujus Causæ propositionibus, ut recognosci potest ex Scripturis, in hac Sac. Congregatione tunc exhibitis, & signanter ex illa, quæ incipit *Sub hodierna* ibi.

Hujusque plenariæ, ac omnimodæ exemptionis exactissimam observantiam exigit circumstantia temporis, quo illa indulta fuit, hoc est in ipso fundationis limine, & priusquam actualis sequeretur d. Hospitalis, dictæque Ecclesiæ constructio, nam causa fundationis est causa omnium præcipua, & potior supra alias quoscumque privilegio potitur, Lotter. de Re benef. lib. 2. quæst. 8. num. 25. & seqq. Adden. ad Gregor. dec. 305. num. 5. Rota coram Emer. jun. & decis. 725. num. 4. & 5. par 18. decis. 472. num 60. & plur. seqq. par. 19. rec. Et ex causa fundationis permittuntur conditiones, ac leges, etiam Juri contrariæ, Caldevin. cons. 19. vers. Et etiam tempus de Jurepatron. Ancaran. cons. 79. per tot. Corrad. in Prax. benef. cap. 12. nu. 25.

84 *Lotter. de Re benef lib. 1. quæst. 32. num. 2. & seq. Card. de Luc. de Jurisd. disc. 26. num. 8. disc. 27. num 3. & disc. 41. num. 7 Rot. dec. 552. num 22. par. 16 rec. & dec 1000. num. 4. coram Emer. jun. Et quod ex causa fundationis sancitum fuit, propriè non dicitur Gratia, vel Privilegium, sed potiùs species quædam justitiæ, & contractus innominati inter Superiorem, & Fundatorem, nulli subjacentis revocationi, vel cessationi, Decian. respons. 25. num. 45. lib. 2. Gratian. discept. 802 per tot. & discept 925. nu. 24. & seq. Fragos. de Regim. Christ. Reip. lib. 4. disp 10. §. 2 num. 16. Card. de Luc. de Feud. disc. 4. num 90. & de Jurisd. disc. 26. num. 7. & seqq. & disc. 27. sub num 4. vers. Et alteram, Rot. decis. 2. & 3. coram Crescent. de Privileg. decis. 1275. num 2. coram Seraph. decis 4. sub num. 14. coram Gregor. & decis. 263. num. 16. & seq. par. 15. rec. Silente etiam in his circumstantiis consideratione præjudicii, ex hujusmodi exemptione in Ordinarium redundantis; Quoties enim exemptio non respicit Ecclesiam, jam fundatam, & constructam, sed Ecclesiam, construendam, tunc agitur, non de amittendo Jure quæsito, sed de Jure novo non quærendo, & quod fortasse quæsitum non fuisset, quia alioquin fortasse sine ea lege fundatio sortita non fuisset esse 'um, ut ponderat Barbat. cons 33. vers. Etsi dicatur Episcopus lib. 1. Rec. de Curt. de Jurepatron. in verb. Proco, quod sub num. 26. & seq. cum aliis apud Rot decis. 52. num. 14. post. Kochier. de Jurisd Ordin. in exempt. &c.*

Neque eadem circumstantia erat aliquid incognitum eisdem doctissimis Defensoribus Hospitalis S. Jacobi, dum illam, absque ullo effectu, æquali energia, exagetaverant eodem anno 1709. in alia Sacra Congrega-

85 tione Immunitatis contra nostram Curiam Archiepiscopalem, de qua *in tom. 2. par. 1. discept. 29.* & in qua in nulla prorsus consideratione habitæ fuerunt dd. contrariæ exclamationes, ut respectu Scripturæ D. Lanfredini, incipientis *Respondendum videtur* recognosci potest ex §. *Quæ sanè*, ibi: *Quæ sanè amplissima Privilegia exemptionis statum dictæ Ecclesiæ, & Clero nostro tribuisse censenda sunt, quia illa, veluti en lege, & conditione apposita in ipsa fundatione Ecclesiæ Sancti Jacobi, longè amplior est, benigniusque interpretanda, Joan. à Cost. in cap. Cum venisset num. 2. Fagnan in cap. Nullus num 16. de Paroch. Pasqualig. ad Franc. de Controv. inter Episcopos, & Regular. par. 2. fol. 450. & Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 28. Junii 1700. § 22. & seqq. coram Eminentissimo Cardinali de la Tremoille. Idque summam habere videtur æquitatis rationem, nam istiusmodi exemptio ita concessa fuit, ut nullum ademerit Jus, quod antea Episcopo competiisset, ut hunc casum distinguendo ab alio, in quo ab illius Jurisdictione subtraheretur Ecclesia, & Clerus, qui jam illi antecedenter subjectus fuisset, ratiocinantur mox citatæ authoritates. Efficaciusque hæc ratio urget in nostro casu, in quo Ecclesia hæc dotata ex regio Patrimonio, & locupletata piis Relictis, fundata fortè non fuisset, si hujus plenariæ exemptionis statum in sua origine non acquisivisset, Barbat. cons &c.*

Respectu verò Scripturæ Ferdinandi de Valentibus, incipientis *Respondendum videtur*, patet ex § *Assumptum nostrum* ibi: *Summi namque Pontifices Ecclesiam, & Hospitale S. Jacobi ab Ordinariorum, eorumque Vicariorum, & Officialium Jurisdictione, correctione, visitatione, superioritate, & dominio totaliter exemerunt, & præventiva, plenariaque quadam libertate in ipsa fundatione liberarunt*, & §. *Quæ sanè*, ibi: *Quæ sanè amplissima Privilegia eò certius plenariæ exemptionis statum dictæ Ecclesiæ, & Clero nostro tribuisse censenda sunt, quia illa, veluti en lege, & conditione apposita in ipsa fundatione Ecclesiæ Sancti Jacobi, longe amplior est communibus exemptionibus, ideoque uberius, benigniusque interpretan-* 86 *da, Joann. à Costa in Commentar. Decretal. Gregor. IX. in cap Cùm venisset 12. de Judic. Fagnan. in cap. Nullus num. 16 de Paroch Pasqualig. in observat ad Franch. controv. inter Episcop. & Regular. par. 2 fol. mihi 450. & Rota in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 28. Junii 1700. §. 22. & seqq. coram Eminentissimo Card. de la Tremoille. Idque summam habere videtur æquitatis rationem, nam istiusmodi exemptio ita concessa fuit, ut nullum ademerit Jus, quod antea Episcopo competiisset, ut hunc casum distinguendo ab alio, in quo ab illius Jurisdictione substraheretur Ecclesia, & Clerus, qui jam illi antecedenter subjectus fuisset ratiocinantur mox citatæ authoritates efficaciusque hæc ratio urget in casu nostro in quo Ecclesia hæc dotata ex regio Patrimonio, & locupletata piis relictis fundata fortè non fuisset si hujus plenariæ exemptionis statum in sua origine non acquisivisset, Barbat cons 33. versic. Etsi dicatur Episcopo lib. 1. Rec. de Curt. de Jurepatron. in verb. Proco, quod sub num. 26. & seqq. Rota post Kochier. de jurisdict. Ordin. in exempt. decis. 52. num. 14.*

Propositiu illa, super qua tota machina contrariarum Scripturarum volvitur, & revolvitur, usque ad nauseam in illis repetita, & inculcata, *quod ante Concilium Tridentinum nulla doctrina dixerit, necessarium es-* 87 *se Privilegium speciale quoad Processiones*, iterum repetitur his verbis, *Cùm ista specialitas ante Concilium Tridentinum nunquam fuerit necessaria*, nullam habet facti assistentiam.

Oppositum enim, non solùm probavimus ex communissima Doctorum opinione, quorum præcisa verba ibidem registravimus, quibus addimus *Brunor Chassaing. de Privil. Regul. par. 2. tr. 8. cap. 4. opusc. 7 Versic. Nec obstat fol. 574* ibi: *Quibus apertè constat Tridentinum nihil novi in hoc decreto decernere ad antiquum onus Regularium accedendi ad Processiones &c. confirmare* & prius *fol. 173. versic. Processiones* ibi: *Hujusmodi accessus ad Processiones consuetudine antiqua à Regularibus positus erat, & ante Tridentinum erat in praxi*. Sed ulterius ad hominem de-

88 monstravimus ex repetitis oraculis duorum ex illis, quos *S. Bernard. de Considerat. ad Eugen. lib. 1. cap 9.* vocat *Principem Episcoporum, Hæredem Apostolorum, Primatu Abelem, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, Dignitate Aaronem, Authoritate Moysen, Judicatu Samuelem, Potestate Petrum, & Unctione Christum*, Nempe Gregorii IX. *in cap. Nimis prava de Excessib. Prælator.* & Leonis X. *in Constit. 32. §. 5.* Itaut sub Sole, non solùm de facto dari, sed neque etiam de mero possibili possit excogitari authoritas, vel clarior, vel ponderosior.

Et

Et hæc est ratio, ut vidimus supta, & juvat repetere, quare in Concilio Lateranensi sub Leone X. dicatur, 90 Exemptos *teneri* accedere ad Processiones; In Concilio verò Tridentino accedere *compellantur*, quia compulsio supponit antecedentem, non autem inducit novam obligationem.

Exclament modò Adversarii, & reiterent exclamationes, exagerando, fundationem eorum Hospitalis 91 factam fuisse ex bonis laicalibus, illiusque Privilegia titulo oneroso in limine fundationis acquisivisse.

Quia Nos eisdem admittendo generalitatem eorum Privilegii, seriò, & solidè respondendo dicimus, quod ante tales exclamationes, ostendant Nobis derogatio- 92 nem dicti *cap. Nimis prava de Excess. Prælat.* necnon *Constitut.* 22 *san. mem. Leonis X* Probent concludenter, Hospitale fuisse fundatum ex bonis Laicis, neque illud habuisse proprios, & distinctos redditus, unitos cum illis, ei assignatis à Cardinali Brancaccio, & tunc respondebimus; Quod attenta dispositione Conc. Trident. per viam legis generalis emanata, neque etiam illis suffragaretur contractus specialis, specificus, & onerosus, ex supra animadversis; Neque in hoc casu legis genera- 93 lis requiritur aliqua specialis derogatio Privilegii, sed sufficit sola legis promulgatio *Cabed. dec. 75. n 4. & seqq* ibi: *Nec tunc requiritur specifica derogatio Privilegiorum, quia fit per viam legis*, cum concordantibus ibidem citatis.

Subjungentes esse extra rem, de qua disputamus, anathematizare Concilium Tridentinum, argumentari, & insistere in verbis generalibus exemptionis à Visitatione, & Jurisdictione Ordinarii; Quia omnia ista non potuerunt illis dare, neque de facto dederunt, ullum apicem, ullumque miserabile jota exemptionis ab obligatione accedendi ad publicas Processiones; Sed illos liberarunt dumtaxat ab illis oneribus, & obligationibus, quæ non habebant in Jure specialem determinationem; *Nusquam enim sub generali dispositio-* 94 *ne venit species illa, de qua fuit peculiariter provisum*, sunt verba *Rot. decis. 5083. num 5. cor Emer. jun.* ubi sequitur literales *Textus in cap. 1. de Rescript. & in cap. Studuisti de Offic. Judic. delegat.*

Ea viva ratione, quod cum tali particulari determinatione, & speciali obligatione accedend ad generales Processiones, compatibilis est quæcumque exemptio, in limine fundationis titulo oneroso acquisita, & concessa cum amplis, amplioribus, & amplissimis verbis, 95 ut, omissis generalibus, de quibus egregiè *Rota in decis. 10. num 23 & seqq apud de Prosper. de Territor. separ* & circa quæ cum majori otio componi possent Volumina, in terminis punctualibus obligationis amplissimè, & generalissimè Exemptorum, quod illis non obstantibus teneantur accedere ad generales Processiones, ex publi- 96 ca causa indictas, cumulatis concordantibus, observant *Tambur. de Jur. Abbat. tom 2. quæst 7. num 13. Monacell. in Formul. tom 1 tit 5. formul 1. num. 23. Prass de Patronat. Reg Indiar cap 59 nu. 1* ibi: *Regulares omnes, aliàs non exempti, quoad publicas supplicationes, & Processionis Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis subjecti sunt, Gallemart ad Concil. sess 25. cap 13. de Regul. in declarat.* 97 *num 2.* ibi: *Nullæ immunitates, Religioni Hierosolymitanæ concessæ, obstant, quominus ejus Sacerdotes, inservientes Ecclesiis, vocari debeant ad Processiones, ac, nisi accedant, etiam compelli.*

Hoc posito, permissum mihi in hac parte sit ita discurrere; Imò reflectendo ad veritatem non possum non exclamare, usurpando phrasim *D. Pitonii de Contr. Patron. alleg 66. num. 3.* Deus bone! Religioni Hierosoly- 98 mitanæ, *quæ habet privilegium exemptionis ex causa onerosa*, sunt verba *Rotæ decis. 257. num. 26. coram Ottobon.* ab eadem acquisita, non solùm mediante denso Luto, juxta phrasim *Habacuc 2. 6.* sed mediante pretio sanguinis, quoad accessum ad publicas Processiones nullæ immunitates suffragantur, licèt tales, & tantæ sint, ut non reperiatur Tomus aliquis Bullarii Romani, in quo non legantur plura Privilegia, eidem Religioni à Summis Pontificibus amplissimè concessæ. Et paucis mercenariis Presbyteris Ecclesiæ S. Angeli ad Nidum suffragari debet ad dictum effectum generale Indultum Martini V. Illam præterea exemptionem, à Processionibus Generalibus, quam non important maria magna 99 Privilegiorum Regularium, de quibus *in Bullar. tom. 1. const. 6. & 7. Sixti IV.* & quive *militantem in Terris Ecclesiam fortissimis omni tempore auxerunt præsidiis, propter quæ Summi Pontifices, multiplicia, ac planè insignia eorum merita considerantes, plurimis satis amplis Indultis, & Privilegiis benignè decorarunt*, juxta præcisa verba *Sanctissimi D. N. in ejus Constitut.* quæ incipit *Romanus Pontifex sub Datum 28. Maji 1725.* Prætenditur exadverso, quod important quatuor guttæ Privilegii generalis concessi Rectori *unius Hospitalis, cum 13. Lectis 12. pro Pauperibus, & uno pro Hospitalerio*, sunt verba Card. Fundatoris in contrario Summario. Aut ego ista non intelligo; Aut me explicare non valeo; Aut taliter clarum est bonum Jus Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, ut nihil clarius addi possit.

Mirum in rei veritate est, quod toties repetatur exadverso rancidum Monitorium, expeditum quidem multis retro annis, nunquam tamen in Actis reproductum; Tum quia pro Litis contestatione non sufficit Monitorii expeditio, sed requiritur illius reproductio, congruo tempore in Actis facta, aliàs perinde habetur, ac si expeditum non fuisset, juxta theoricam *Bartol. in* 100 *leg. Hæc autem §. Defendi num. 2. ff. Quibus ex caus. in possess. eat.* quam sequuntur *Salust. Tyber. in Prax. lib. 1. cap 47. num 1. Ridolphin.* pariter in *Prax. part. 1. cap 4. num. 38. & Rot. decis 652. num. 2. coram Buratt. & decis. 686. num. 6. coram Dunozett. jun.* ibi: *Quia talis relatio, esto, quod probaret exequutionem asserti Monitorii, non tamen relevaret, cùm sola exequutio Monitorii contra Partem non sufficiat, nisi illud reproducantur in Actis, juxta theoricam &c.*

Quæ omnia ultrò admisit Clerus adversarius, post d. Monitorium semper interveniendo Processionibus generalibus, à nostra Curia intimatis, nulla habita ratione ejusdem asserti Monitorii, per quos actus dicitur ei- 101 dem renunciasse, *ad Textus in cap. Veniens de Rescript. & in cap. Pro illorum de Præbend. & in cap. Accedentibus de Privileg.*

Tum etiam, quia in materia, concernente exequutionem Sac. Concilii Tridentini, nullam habet A. C. authoritatem ligandi manus eorundem Episcoporum, mediantibus suis Monitoriis, juxta Oraculum *S. Pii V.* 102 *in ejusdem Constit. 113. § 16.* ibi: *Similiter nihil sine speciali nostra commissione decerni, aut faciat, aut mandet, quòd Episcopos, aut alios Ordinarios impedire possit, ac ad exequutionem Decretorum Sac Concilii Tridentini &c. liberè procedat*, quod in omnibus Tribunalibus quotidie ad- 103 mittitur, ut, omissis generalibus, id resoluit *hæc Sac. Congregatio in Neapolitana 6. Septembris 1687. lib 37. Decret fol. 511.* ubi, quòd ad hoc, ut Monitoria A. C. in concernentibus dispositionem S. Concilii Tridentini vigorem habeant, expediri debent prævia speciali Commissione, manu Papæ signata.

Et in ipsissimis terminis nostri casus, Monitorii nimirum, ab A. C. expediti ab Exemptis, renuentibus accedere ad Processiones generales habemus casum, punctualissimè decisum *ab hac Sac. Congregatione in Spoletana 23. Junii 1629.* de qua *in Lib 14 Decret. fol. 211.* ibi: *Sa-* 104 *cra &c. respondit, Episcopum procedere posse ad exequutionem Decreti ejusdem Sacri Concilii cap 13. sess 25. de Regul. & declarationis hujus Sac. Congregationis, Inhibitionibus A. C. non obstantibus.*

Omitti poterat motivum, deductum ab observantia, cum supposito, quod post Concilium Tridentinum Rector adversarius, ejusque Cappellani nunquam interfuerint Processionibus generalibus, à Curia Archiepiscopa- li indictis; Hujusmodi siquidem gratuitum suppositum 105 nullam habet facti assistantiam, ad quod manibus palpandum sat est recognoscere contrarium preteritum Summarium, in quo literis cubitalibus viginti duo Sacerdotes solemnissimè testantur, Rectores pro tempore semper misisse aliquos ex suis Cappellanis ad assistendum generalibus Processionibus.

Licèt autem subdant, *che il Reverendissimo Padre Rettore, e Giudice Ordinario di esso luogo Pio, per sua divozione, e con la Protesta di non pregiudicare alli privilegj di detto pio Luogo, ha mandato sempre quattro Cappellani &c.* & ibi: *Con la presente protesta, come tutto il tempo del* 106 *suo Rettorato s'intende, tanto nella prossima Processione di S. Gennaro, quanto in tutte le seguenti di detto Glorioso Santo, e similmente in tutte le Processioni Generali &c. mandare, e fare intervenire alcuni Cappellani di detto pio Luogo per mera divozione volontariamente &c.*

Hu-

Hujusmodi devotio, tanto tempore continuata, & semper in futurum continuanda cum incommodo dd. 107 Cappellanorum, non præsumitur voluntaria ex adductis *à Possh. de Manut. observ.53. nu.20. & Rota decis.522. num 19. coram Bichio, & decis.397. num 3. par.2 rec. & in Olomucen. Jurisdictionis 19. Januarii 1693. §. Quod ul-* 108 *timum coram Muto*, Et protestationes, uti contrariæ factis, nullatenus attenduntur, *leg. Cum in plures §. Locator ff. Locat. Rot. decis.386. num. 7. coram Emer. jun. & dec.538. num 35. par.17. rec.*

Nec omittimus observare, quod si Adversarii dubitabant de aliquo præjudicio, propter dictum continuatum accessum ad Processiones generales, nonne tutius erat ad dd. Processiones non accedere, potiùs quam easdem 109 insubsistentes, & factis contrarias protestationes emittere? *Rot. dec.55. num.4. par.6. rec. & dec.226. num.22. coram Ottbobon.*

Ultra quod cùm Adversarii accesserint ad dictas Processiones, vigore Edicti convocatorii, contra omnes Exemptos promulgati, & innixi literali dispositioni *Sa-* 110 *cri Concilii Tridentini in sess.25. de Regular. cap.13.* in istis circumstantiis quæcumque Protestationes in nulla habentur consideratione, juxta theoricam *Amaya in leg 1.* 111 *num.43. Cod. de his, qui sponte publ. mun. subeunt lib.10.* ibi; *Secus autem erit in Actibus coactis, ubi cogeris, vel à Lege, vel ab Homine, tunc enim nihil prodest protestatio*, quam generaliter sequuntur *Garzias de Nobilit. gloss. 5. num 6.* ibi: *In actibus meræ voluntatis protestatio conservat Jus, quia poteras facere, vel non facere; Secus est in actibus coactis, ubi cogeris, vel à lege, vel ab homine, quia tunc nihil prodest protestatio; Debes enim conqueri, vel appellare, & judiciale remedium quærere, non protestari, Gratian. discept.33. num 13. & discept.455. num. 28. Surd. decis.62. num.35. & Rot. decis.172. num.2. par. 55. & decis.475. num.20. par 12. rec.* Et in nostris pun-112 ctualibus terminis accessus Exemptorum ad Processiones, egregiè *Pignatell. consult.45. num.31. tom.3.* juxta Romanam impressionem, ibi: *Quoniam, dato initio coactivo, scilicet Concilii Tridentini* (& Nos addimus, & in illius sequelam Edicti Curiæ Archiepiscopalis) *actus, deinde gesti, non sunt simpliciter voluntarii, & facultativi, sed necessarii, Gabr. &c. Præterquam quod generaliter actus in dubio censetur factus ex causa necessaria, potiùs quàm voluntaria, Surdus &c.*

Quibus addimus aliam æquè solidam responsionem, innixam virtuti, & efficaciæ decreti irritantis, quo munita est Constitutio san. mem. Pii IV. confirmantis omnia Decreta Sacri Concilii Tridentini, & quæ operatur, ut nullo modo attendatur quæcumque longissima, & centenaria observantia contra disposita in eodem Concilio Tridentino, eò quia illud tollit omnem antecedentem contrarium usum, & impedit, ne in futurum 113 incipere possit observantia contraria, ut notant adducti per *Rot. decis.25. num.5. coram Ansald. & in Romana Funerum super bono Jure 7. Junii 1750. §. Præter verò coram Rovaux de Gamaches*, & aliis omissis, egregiè *D. Piton.* pro veritate, & conscientia suam fundatam opinionem in quadam gravissima Causa aperiens in ejus *doctissimis Controvers. Patronor. alleg. 5. numero 6.* ibi: *Decretum irritans, quo munitur Concilium Tridentinum, & Constitutio san. mem. Pii IV. adeo irritant omnem contrarium actum, ut non permittant ullo tempore aliquam incboari posse consuetudinem, vel præscriptionem, etiam centenariam &c.* Adversus quam punctualissimam authoritatem libenter responsionem aliquam expectamus.

Ultro admittimus, *quod si Religiosi ex privilegio, eis concesso, habeant, ut non teneantur ire ad Processiones, & si, ab Episcopo vocati, pluries accessissent, non debeant iterato modo accedere &c. Quia precario videntur accessisse, & sic nullum Jus videatur Episcopo ac-* 114 *quisitum*, juxta præcisa verba *Novar.* exadverso citati *in Summ. Bullar. part. prima comment. 503. num. 18.* ubi allegat alios, exadverso adductos. Sed responsio in promptu est, quod scilicet *hoc Privilegium, ut non teneantur ire ad Processiones, adversarii nunquam habuerunt* de præterito, nec habent de præsenti, & nullo modo ad dictum effectum suffragatur generale privilegium exemptionis, ex supra citatis. Et propterea, si in præteritum ad illas semper accesserunt in vim Edicti convocatorii innixi claræ, & rotundæ dispositioni *Concilii Tridentini in Sess.25. de Regula-* 115 *rib. capit. 13.* ad illas pariter in futurum accedere tenentur.

Quibus positis, parcere poterant, imò debebant Adversarii exclamationibus illis, quod si eis non servatur exemptio, & obligentur ad interveniendum generalibus 116 Processionibus, ex illorum defraudatione retraherentur Laici à similibus piis Operibus faciendis.

Ante dictas siquidem exclamationes probare debebant, illis præcisè, & individualiter concessum fuisse Privilegium literaliter exemptivum à Processionibus; 117 Non autem insistere in illis piis meditationibus, & generalitatibus, quæ ad dictum effectum nullatenus attenduntur, ex supra allegatis.

Minusque ad dictum effectum extollere eorum generalem exemptionem; Hæc enim non est aliquid inauditum, neque novum in Orbe ecclesiastico, sed tales exemptiones sunt communes, & communissimæ, non solùm 118 omnibus Religiosis Communitatibus, sed etiam aliis de Clero Sæculari, necnon Sacræ Religioni Hierosolymitanæ, quæ illam pretio nobilissimi sanguinis suorum Equitum comparavit; Et tamen, tali amplissima exemptione non obstante, illaque in sua generalitate illæsa manente, tam dictæ Religiosæ familiæ, quàm Cleri Sæculares, & Sacerdotes, inservientes Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, non recusant accedere ad dictas generales Processiones.

Idque absque ullo inconvenienti, ulloque præjudicio illorum amplissimæ exemptionis, ea ratione, quam, cumulatis concordantibus, his verbis adducit *Rot. in Fir-* 119 *mana Jurisdictionis 10. Maji 1700. § Non enim implicat cor. Molines, quia compatiuntur ista duo, quod aliquis certo respectu sit ab Ordinario exemptus, & alia consideratione sit eidem subjectus.*

Possemus hoc innumeris exemplis comprobare, illa transcribendo ab æque erudito, ac in materiis ecclesia- 120 sticis exercitato, *Monacell. in Formul. legal. tom primo tit. 6 formul.20. à num 9. usque ad num.29.* in quo decem, & novem similia enumerat exempla; Alios verò trigin- 121 ta septem casus enumerat *Tamburin de Jur. Abbat. tom. primo disput.15. quæst.7. à num.4. usque ad num 46.* ubi *num. 20.* in specie exemplificat obligationem Regularium accedendi ad publicas Processiones, asserendo quod in his circumstantiis non dicantur exempti, sed subditi Ordinariis.

Unum tamen pro cunctis allegare sufficiat respectu illorum Religiosorum, qui animarum Curam exercent in Ecclesiis, eorum Monasteriis, vel Conventibus annexis; Isti enim in concernentibus eandem animarum Curam Ordinariis subjecti sunt; Et si in illius administratione deficiant, ab iisdem Ordinariis puniri possunt, idque non Jure delegato, sed proprio, ordinario, & nati- 122 vo, ex latè adductis *à Rot. in decis.10 nu 24. & seqq. apud Prosper. de Terris. separat.* & juxta resolutionem hujus Sacræ Congregationis in *Cæsenaten. Jurisdictionis 23. Septembris 1690.* cum aliis concordantibus sequutis *à Monacell. in formul. tom.2. tit 13. formul prima num.88.*

Regulares enim sic sunt exempti à Jurisdictione Episcopi directiva, & coactiva, ut nisi specialiter, & expressè potestas in illos à Pontifice ei detur, non censeatur ei concessa, sunt verba *Dian. in Oper. coordinat. tom.7. tract.1. de Dub. Regular, resol.39. num 1. in fine.* Quod per eadem nume- 123 ro verba repetit *Chassaing. de Privileg. Regul. par.2. tr.8. cap.4. proposit.7. Versic. Addita fol.575.* ibi: *Regulares sic sunt exempti à Jurisdictione Episcopi directiva, & coactiva, ut nisi specialiter, & expressè potestas in illos à Pontifice ei detur, non censeatur ei concessa.* Non sic autem respectu Cleri Sæcularis, quia iste ex propria, & particulari natura Ordinario subjectus est, & nonnisi ex particulari Privilegio ab illius Jurisdictione exemptus dicitur, & quidem respectu illius actus, pro quo cantat Privilegium, non autem universaliter, & in omnem ca- 124 sum, tempus, & circumstantias *cap. Porrò de Privileg.* ibi: *Totum ex inspectione privilegiorum plenius animadvertere potest, & cap. Recepimus*, ibi: *Inspicienda sunt Ecclesiarum privilegia, & ipsorum tenor diligentius attendendus eodem titulo.*

In ultima Causæ propositione in contrariis voluminosis Scripturis, in quibus non adest paragraphus, in quo

magna

magna generositate non redarguamur de æquivoco, novum excogitatum fuit motivum, longè minoris pianfus, ac sint omnia antecedentia, quod scilicet Presbyteri, inservientes Ecclesiæ, & Hospitali Adversario, uti non Beneficiati, sed simpliciter conductitii, in omnem pessimum casum, non teneantur saltem ex hoc motivo accedere ad Processiones. 125

Motivum autem non potest esse magis frivolum, quia dd. Presbyteri, & Clerici inservientes Ecclesiæ, & Hospitali, dicuntur, & sunt subditi Rectoris, juxta determinationem Cardinalis Brancaccii, approbatam à Martino V. & Paulo III. ibi: *Eligant unum honestum Clericum, qui habeat potestatem, & Jurisdictionem super Presbyteros, & Clericos infrascriptos, ipsosque corrigendi, puniendi, excommunicandi, & omnem jurisdictionem Ecclesiasticam exercendi*; Quæ omnia cum quanta improprietate prædicentur de conductitiis Presbyteris, de se patet. 126

Sed dato etiam, nunquam tamen concesso, quod dd. Presbyteri essent conductitii, & simpliciter inservientes d. Ecclesiæ, adhuc semper tenerentur accedere ad publicas Processiones, ratione Officii, quod in illa obtinent, ut pluries resolutum à Sac. Congreg. testantur *Ricc. Collectan. decis. part. 4. collect. 83. in princ. vers. secunda Clerici Ventrigl. in Prax. part. 1. adnot. 12. §. unic. de Processi. nu. 5. vers. Et ad Clericos, deservientes pro Cappellanis etiam in Ecclesiis exemptis, & num. 7. Salgad. de Reg. protect. tom. 1. part. 2. cap. 9. num. 49. Armendarez in Recopilat. leg. Navar. lib. 1. tit. 14. leg. 24. nu. 5. & tit. 24. §. 31. de Processi. num. 5.* 127

Et de simplicibus Sacerdotibus, inservientibus Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, amplissimè exempla pris *Laurent. de Franch. de Controv. inter Episc. & Regul. fol. 17. vers. ad secundum, Barbos. de Offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 78. num. unic. & in Summ. Apostol. decis. collectan 607. numer. 2. & 3. Ventrigl. in Prax. part. 1. adnot. 12. de Processi. numer. 7. Cened. quæst. canon 26 numer. 17. & Antonell. de Jurisd. Cleric. lib. 2. part. 6. cap. 5. num. 2. & 3.* 128

Ex quibus, vel remanet manifestum, in nostris terminis verificari obligationem Adversariorum, omniumque aliorum Exemptorum ad accedendum ad generales Processiones, ob publicum bonum, & Ecclesiæ utilitatem indictas, vel ad omne pejus, & in omnem pessimum casum, id remanet dubium. In hoc autem dubio omnia Jura clamant, omnesque congruentiæ regulæ exposcunt, ut respondendum sit pro obligatione accedendi ad dd. generales Processiones; Sive attendatur favorabilitas jurisdictionis Ordinariorum; Sive odiositas exemptionum, ut de prima habemus *Textus in capit. Porrò, & cap. Ex ore de Privileg. & in cap. Cui non sacerdotali de Rescript.* cum concordantibus, sequuris à *Lotter. de Re benefic. lib. 2. quæst. 23. num. 24. & à Rot. in Valentina Jurisdictionis 6. Aprilis 1699. §. Quodque curam Molin.* Et de secunda habemus pariter *Text. in capit. Constitutus de Concess. Præbend. & in cap. final. de Translat. Episcop. Kocchier. de Jurisd. in exempt. par. 2. quæst. 4. per tot. & signanter num. 27. ibi: Versatur adium respectu exemptionum, Parisi. de Resign. Benefic. lib. 3. quæst. 21. num. 3. & 7. & Rot. decis. 590. num. 5. coram Pen.* Et considerando, tam favorabilitatem Jurisdictionis Ordinariorum, quàm odiositatem privilegiorum Exemptorum, egregiè *Joann. Andr. in cap. Per exemptionem num. 3. de Privileg.* ibi: *Exemptiones sunt strictè interpretandæ, dummodo aliquid conferant, & est ratio, quia præjudicant ordinariæ Potestati, quæ favorabilis est.* 129 130

Perstringendo omnia, hue usque ponderata, tenentur Adversarii accedere ad generales Processiones, ex publica causa indicendas ab Eminentissimo Archiepiscopo, in executionem *Textus in cap. Nimis prava de Excess. Prælat.* Generalium Conciliorum Lateranensis, & Tridentini *Constit. §. 26. Sancti Pii V.* Particularis Congregationis anni 1628. Replicatorum Oraculorum omnium Sac. Congregationum, & communissimæ Doctorum opinionis. 131

Non obstante generali Privilegio eorum exemptionis ab authoritate Ordinarii, quia sub generalitate verborum quibus conceptum, & concessum legitur, non continetur, neque comprehenditur exemptio accedendi ad publicas Processiones. 132

Neque attenta circumstantia temporis fundationis, quo concessum prætenditur idem privilegium, attenta derogatione, contenta in Concilio Tridentino, pluribus Oraculis hujus Sac. Congregationis roborata. 133

Minusque attento prætexto fundationis ex bonis laicalibus, quia hæc qualitas, in qua Partis intentio consistit, non solùm non probatur concludenter, ut esset omnino necessarium, sed potiùs excluditur ex juribus, ex adverso productis. 134

In omnem verò casum, nullam meretur reflexionem in Jure, quia quodcumque amplum, & amplissimum privilegium, ex titulo oneroso, & onerosissimo concessum, non est aptum ligare manus Principis, quin ex causa publicæ utilitatis per viam legis generalis possit oppositum demandare, etiamsi contractui oneroso, à Principe inito, accederet juramentum, quia authoritas Legis generalis ab illa semper censetur excerpta. 135

Observantia demum, in facto ex adverso admissa, retorquetur ad hominem. Prætextus verò, quod illa ortum habuerit à voluntate, & devotione Rectoris, non potest esse magis frivolus, quia quolibet anno uniformiter practicatus accessus, non præsumitur voluntarius, & attenta dispositione Juris, & efficacia antecedentis Edicti convocatorii, subsequens actus dicitur factus ex necessitate, non autem ex voluntate; Neque attenduntur Protestationes, contrariæ factis. Ultra quod adversus dispositio in Concilio Tridentino, confirmato à fa. me. Pio IV. cum clausula *sublata*, & decreto irritanti, inallegabilis est quæcumque observantia, juxta notoria principia. 136

Si autem omnia ista procederent quando præsens Causa pro prima vice proponeretur coram hoc Sacrosancto Consessu, attenta efficacia, & pondere rationum, huic Parti assistentium, necnon præ oculis habendo punctualitatem doctrinarum, à Nobis allegatarum; Quanto magis attendi merentur pro persistentia in decisis, dum ea omnia, quæ hodie ex adverso inculcantur, & repetuntur, fuit illamet numero, quæ non semel apposita in Statera acris judicii EE. PP. inventa fuerunt minus habentia ad eximendum Adversarios ab onere accedendi ad generales Processiones; *Ecclesiasticæ enim moderationi valdè conveniens est, ut quæ ordinata fuerint, vel decisa, nulla imposterum debeant refragatione turbari*, sunt verba *S. Gregorii Magni lib. 7. Epist. 61. Indict. 2.* cum aliis apud *Fattinell. resp. 73. à num. 7. tom. 3.* 137

In hac Causa quæ nox fuit postea reproposita in eadem Congreg. Concilii, doctissimum de more composuit, & evulgavit Votum Eminentissimus D. Card. Pereyra.

DISCEPTATIO XX.

Pisauren. piorum Relictorum

Ad petitionem N. N.

ARGUMENTUM.

Privilegia R. Fabricæ, quando non habeant locum ex Capite incertitudinis piorum Relictorum.

IN Testamento, cum quo Ascanius Bontempius decessit mense Martio 1626. sequentibus verbis suam expressit ultimam voluntatem:

*In tutti poi gl'altri miei beni stabili, mobili, e semoventi, crediti, denari, e ragioni di qualunque sorte siano, passate, e future, istituisco, e voglio, che sia Erede universale l'anima mia, unitamente con le anime de miei Signori Antenati, e vantaggio, e Suffraggio delle quali voglio, che di tutti li miei beni, averi, e ragioni, come sopra, si eriggbino, fondino, à si stabiliscbino una, ò più Juspatronati, à pure Patrimonj Sagri, ò Benefizj semplici, ò Cappellanie a giudizio, e prudenza, e piena disposizione dell'Essecutore testamentario, con il farsi dal sudetto a suo debito tempo le devute nomine ad essi, e così eretti, come sopra, ed assegnare a ciascuno, da Lui nominato a detti Juspatronati, Patrimonj Sagri, ò Benefizj semplici, ò Cappelle quella quantità di Messe annue, pesi, od obligbi, che parerà più proprio al giudizio, e piena arbitrio di esso mio Essecutore &c. dandoli perciò io adesso per allora tutte le authorità, e facoltà opportune, tanto per eriggere, e fondare, che per nominare, e assegnare come sopra, e per prendere tutti gli arbi-

arbitrj opportuni, tanto nel modo, che nel tempo di dare esecuzione a tutta la mia presente disposizione, con esclusione di chiunque potesse, o pretendesse in qualunque modo avere sopra ciò facoltà, o autorità, ancorche fossero superiori di qualunque sorte; confidando io totalmente nella Persona dell'Esecutore testamentario, che sarò qui sotto per nominare; Anzi adesso per allora dò di più, e concedo piena facoltà al detto mio Esecutore di accrescere, e sminuire, annullare, e cassare tutto ciò, che in tutti li legati pii, da me fatti nel presente testamento, non conoscesse opportuno, ed adattato per la loro convenevole effettuazione, intendendo io adesso per sempre di approvare, ed avere per approvato tutto ciò, che dal medesimo sarà stato fatto, ed operato in qualunque tempo, o modo, tanto quanto fosse stato fatto, ed operato dalla stessa mia Persona, ed in ogni modo migliore &c. clausola &c.

Per ultimo poi dovendo venire alla nominazione, e dichiarazione di esso mio Esecutore testamentario, io intendo, nomino, e voglio, che questo sia il Reverendissimo Signor Preposto Giacomo Vitangeli di questa Città di Pesaro, supplicandolo, e scongiurandolo per le Viscere di Gesù Cristo a voler accettare tale impiego di Esecutore testamentario come sopra, e con tutte le facoltà, autorità, ed ogni altra ragione da me di sopra in qualunque modo descritta, e concessa, volendo così sperare nella bontà, ed amicizia antica, che si è compiaciuto avere con me detto Signor Preposto Vitangeli; ed acciocche dal sudetto impiego, ed incommodo da me addossatogli di pieno Esecutore di questo mio testamento, il sudetto Signor Preposto non abbia di patire pregiudizio in tempo veruno in qualsivoglia modo; io adesso per sempre libero il detto Signor Preposto da ogni obbligo di rendimento di conti a chi che sia, ancorche fossero Superiore di qualunque sorte, in quanto mi è permesso, e posso in ogni modo, e vigore &c. E quando mai fosse, o potesse essere a ciò astretto in suo pregiudizio, e danno de' suoi Eredi, io adesso per sempre di qualunque cosa fosse pregiudicato, mancante, o difettoso detto Signor Preposto in suo pregiudizio, intendo di farli dono, e condenarli pienamente, e lasciare a detto Signor Preposto per ragione di legato, ed in ogni altro miglior modo &c. Contentandomi di più, e dandoli io piena facoltà, che in caso non possa detto Signor Preposto assistere, ed effettuare tutte, e singole mie disposizioni qui fatte, in propria persona, attesi li suoi impieghi, ed occupazioni, che ha, possa pienamente, e liberamente sostituire in sue veci, qualunque Persona a suo arbitrio, e prudenza.

E questa finalmente intendo sia la mia ultima disposizione, e volontà testamentaria, annullando perciò, e cassando qualunque altra mia disposizione, che in qualunque tempo, e modo potessi aver fatta, volendo, dissi, e dichiarando, che questa solamente abbia il pieno effetto per forza, e vigore di Testamento, e quando così non l'avesse, intendo, che l'abbia per modo di Codicillo, donazione, e d'ogni altra forma, e modo migliore immaginabile; e così dico, comando, ordino, voglio, testo, istituisco, nomino, proibisco, dichiaro, e dispongo in ogni miglior modo, e forma &c.

Io Ascanio Bontempi testo, ed affermo quanto sopra mano propria.

Defuncto Testatore, dictus D. Præpositus Exequutor testamentarius post tres dies ab obitu ejusdem, prævia declaratione mentis dicti pii Testatoris, sibi revelatæ post auditam ejus Sacramentalem Confessionem, quod scilicet illa consistebat in constitutione tot Patrimoniorum Sacrorum pro pauperibus Clericis Civitatis Pisauri, qui ex defectu Beneficii Ecclesiastici ascendere non poterant ad Sacrum Presbyteratus Ordinem cum illorum obligatione celebrandi Missam pro suffragio ejus Animæ, ejusque Ascendentium, se obtulit promptum cedere Reverendissimo Episcopo Pisaurensi omnia Jura ipsi per Testatorem concessa circa exequutionem voluntatis dicti pii Testatoris; Cùmque æquè commendabili urbanitate, ac serio recusatione noluerit idem dignissimus Prælatus talem renunciationem acceptare, coactus fuit idem Dominus Exequutor testamentarius manus apponere ad suum munus exequendum, fideliq; Amico, qui omnem fiduciam in eo reposuerat pro exequutione suæ voluntatis correspondendum.

Ad hunc effectum, servatis omnibus servandis, legitimè Inventarium omnium bonorum Defuncti fecit, partem dotis Uxori ejusdem restituit, & cum ea se composuit pro alimentis ei præstandis in Domo Viri intra annum luctus ad effectum habendi dictam Domum omninò liberam, utque devenire statim posset ad venditionem mobilium pro erogando illorum pretium in tot bonis stabilibus, assignandis pro fundo Patrimoniorum Sacrorum ad favorem pauperum Clericorum Civitatis Pisauri.

Impeditus tamen fuit ad perficiendum dictum opus à D. Promotore Fiscali Reverendæ Fabricæ in Statu Urbini, mediante præcepto D. Commissarii Generalis ejusdem Status eidem Exequutori testamentario intimato, ne auderet amovere ab eadem Domo bona mobilia, & multò minùs eadem bona vendere, eo prætextu, quod integra hæreditas dicti pii Testatoris spectabat ad Rev. Fabricam, tam ob incertitudinem hæredis, quàm ob incertitudinem piorum Operum, quàm demum ob incertitudinem illorum pauperum Clericorum, quibus ex Testatoris præcepto assignari debent Patrimonia Sacra cum onere Missarum applicandarum pro anima Testatoris, ejusque Ascendentium.

Circa quam Rev. Fabricæ prætensionem, incertus, an ex parte Ministrorum ejusdem, vel nomine dicti Exequutoris testamentarii, de meo sensu pro veritate requisitus, omnibusque maturè pensatis, crederem, illam esse penitùs, penitùsque insubsistentem.

Non solùm ex eo, quod attenta diligentia Exequutoris testamentarii in declaranda voluntate pii Testatoris, & in manus appositione ad illam exequendam statim post obitum ejusdem Testatoris, quod operatur, ut Rev. Fabrica non possit aliquid prætendere propter dictam præventionem in exequendo pia relicta, juxta magistralem Sacræ Rotæ decisionem *in Sutrina Monasterii 29. Aprilis 1598. coram Orano impress. post prim. volum. Cons. Farinac. decis. 126.* quam sequuntur Adducti à bon. mem. *Fattinell. respons. 66 num. 5. & seqq. tom. 5.* ubi sequentem adducit bonam rationem, quia Rev. Fabrica, quæ successit in locum Ordinariorum in exequutione piorum relictorum, non potest se intromittere, nisi in illis casibus, in quibus Hæredes, vel Exequutores testamentarii negligentes sunt in illis exequendis.

Sed etiam, quia prætensa incertitudo, in qua se fundat Dominus Promotor Fiscalis Reverendæ Fabricæ, est ex omni parte irrelevans, & in facto nullatenus segit.

Incipiendo enim ab incertitudine Hæredis, ibi: *Istituisco, e voglio, che sia Erede universale l'Anima mia unitamente con le Anime de' miei Signori Ascendenti*; hujusmodi prætextus non potest esse magis frivolus, magisque insubsistens, quia uno ore receptum est inter Doctores, & quotidie admissum à magnis, & Collegialibus Tribunalibus, imò ab ipsismet DD. Ministris Rev. Fabricæ, quod Anima Testatoris validè institui possit hæres, ac talis institutio nullatenus notari potest de invaliditudine, ut disputata ad partes quæstione, latè probavi in *Instit. Criminal. lib. 2. tit. 8. à num. 95.* quibus remissivè me habeo ad evitandam inutilem repetitionem eorum, quæ ibidem adduxi, tam solidis rationibus, & punctualibus authoritatibus talem conclusionem probando, quàm respondendo, & respectivè declarando Authoritates, quæ allegari possunt in contrarium, potius ad acuenda ingenia in Scholis, quàm ad offuscandam subsistentiam ejusdem Conclusionis communiter receptæ in Foro, illiusque Canonizationem non semel obtentam à Supremis, atque Collegialibus Tribunalibus.

Non minùs frivolus, ac æqualiter insubsistens est alter prætextus incertitudinis piorum Operum, ad quod demonstrandum præmitto, quod in præcisis terminis similis prætensionis Rev. Fabricæ, & ad exclusionem illius Privilegiorum, communiter receptum est inter Doctores, quod idem est, aliquid esse certum, vel certificari posse, aut ex conjecturis, aut ex declaratione Exequutoris testamentarii, vel alterius Sacerdotis, cui prius Testator suam aperuit voluntatem, ut de prima conclusione videri possunt à me adducti in *Compend. Privileg. Rev. Fabricæ quæst. 30. per tot. à num. 67. & seq. impress. post prim. Tom. mear. Discept. Ecclesiast. par. 2. & in tom. 4. Part. prima disceptat. 2. per totam*, quibus pariter remissivè me habeo ad evitandam inutilem repetitionem.

Hoc unum addens, quod vis, & efficacia punctualissimæ Decisionis Sacræ Rotæ, quæ talem conclusionem solidis rationibus amplexa fuit *in Romana Fideicommissi de Ruspolis 5. Junii 1684. §. Alteram coram Rondinino impress. apud Bertacchin. Vot. decis. 119. à num. 7. usque ad num. 40.* nullatenus debilitatur à sequenti brevi *Decisione* in eadem Causa emanata *die 12. Junii ejusdem anni coram eodem §. Cùm autem*, ubi Sacra Rota declaravit, tali prima decisione non obstante, in suo robore permanere Privilegia ejusdem Rev. Fabricæ duplici ratione.

Prima, quia talis præservativa nihil omnino novi roboris addidit eisdem Privilegiis Reverendæ Fabricæ; itaut si ex communi Doctorum traditione, & Collegialium Tribunalium sensu, ante dictam decisionem *in Romana Fideicommissi de Ruspolis 5. Junii 1684.* Privilegia Reverendæ Fabricæ non intrabant, quia incertitudo pii legati tolli potest ex conjecturis, vel declaratione Exequutoris testamentarii, & post dictam brevem decisionem id verum sit, tanquam uniformi communi placito Doctorum, & Collegialium Tribunalium praxi.

Secunda, quia interpretatio Privilegiorum Reverendæ Fabricæ, quæ Sacra Rota intacta reliquit in dicta secunda brevi decisione, restringitur ad interpretationem potestativam, & facientem Jus, non autem comprehendit interpretationem doctrinalem, quæ in qualibet legali materia semper admittitur, quam distinctionem pro exclusione Privilegiorum Reverendæ Fabricæ, me scribente, ultimo loco admisit Congregatio ejusdem Reverendæ Fabricæ *in Romana 9. Julii 1721.* ut videre est *in tom. 4. mearum Disceptat. Ecclesiastic. part. 1. dicta discept. 2. per totam*, & signanter *num. 18.* & addo *Donat. Rer. Regular. tom. 1. tract. 8. resol. 2. num. 5. & seqq.*

Idque ad evitandum illud verè intolerabile absurdum, ut id, quod omnes affirmant competere cuilibet Doctori, interpretandi scilicet, & glossandi Textus, & omnia municipalia Jura, vigore illius facultatis, quæ ei tribuitur in actu adeptionis laureæ doctoralis, denegetur verè magno Tribunali Sacræ Rotæ, cujus decisiones fugant omnium difficultatum tenebras ex adductis *à de Rubeis in Epist. ad Lector. impressa in princip. part. 7. recent.* cum aliis apud *D. Piton. de controv. Patron. alleg. 56. num. 29. & 40. & Rota in Perusina Pensionis 22. Maii 1716. §. Nec controversa coram Herrera*, ubi quod Rotæ sententia prævalet omnium particularium Doctorum sententiis.

De secunda verò conclusione, hoc est, quod declaratio Exequutoris testamentarii tollat omnem incertitudinem piorum legatorum, videri possunt à me adducta in dicta *Romana 9. Julii 1721. impress. in dicto tom. 4. part. prima discept. 2. per tot.* quæ admisit dicta Congregatio Reverendæ Fabricæ rescribendo, in dicto casu non intrare privilegia Reverendæ Fabricæ, attenta declaratione Exequutoris testamentarii, specificantis illa pia opera, quæ à Testatore præcisè, & litteraliter in testamento specificata nullatenus fuerunt.

Et æquè naturalis, ac stringens ratio hæc est, quia declarationes amissæ ab Exequutoribus testamentariis perinde habentur, ac si emanassent ab ipsismet Testatoribus, quam adducunt *Ancharan. cons. 359. num. 2. in fin.* cum aliis citatis *tom. primo mearum Disceptat. Ecclesiastic. part. prima disceptat. 15. num 84.* quibus addo *Rotam in Spoletana Electionis Juvenis 9. Martii 1714. §. Verùm, coram Reverendissimo Crispo*. Et ad præcisum effectum exclusionis Privilegiorum Reverendæ Fabricæ eadem *Rota in Romana Legati 4. Junii 1717. §. Quoniam coram Ansaldo*, cum aliis allegatis *in tom. 4 mearum Disceptat. Ecclesiastic. par. prim. disceptat. 2. num. 76. & sequen.* quæ admissa fuerunt in eadem Causa à Sacra Congregatione Reverendæ Fabricæ ad exclusionem illius privilegiorum.

Attenta proinde dicta declaratione Domini Præpositi Vitangeli Exequutoris testamentarii, tempore non suspecto, solemniter emissa post tres duntaxat dies ab obitu Testatoris, res videtur nimis clara, & certitudo piorum Operum, consistentium in Constitutione Patrimoniorum Sacrorum pro pauperibus Clericis Civitatis Pisauri, videtur posita intra fines evidentiæ ex supra adductis.

Et tamen addimus, quod illa tali claritate expressa fuit à Testatore, mediantibus illis verbis: *Voglio, che di tutti li miei beni, averi, e ragioni, come sopra, si erighino, fondino, e si stabiliscbino uno, o più Juspatronati, o pure Patrimonj Sagri, o Benefizj semplici, o Cappellanie &c.* ut admirationem caufet contraria prætensio D. Promotoris Fiscalis Rev. Fabricæ.

Non attento, quod una cum declaratione, & expressione dictorum Patrimoniorum Sacrorum, legantur etiam alia pia opera, nempè: *Uno, o più Juspatronati, o Patrimonj Sagri, o Benefizj semplici, a Cappellanie a giudizio, prudenza, e piena disposizione dell'Esecutore testamentario.*

Ultra quod enim omnes hæ species piorum Relictorum æqualiter sunt certæ, & præcisè expressæ, atque specificatæ à Testatore, juxta prædicta clara verba.

Adæquata responsio in promptu est, quod scilicet postquam Exequutor testamentarius, in cujus arbitrio repositum erat illas explicare, & unam præ aliam speciem designare, determinavit illam Patrimoniorum Sacrorum, non ampliùs insistendum est in dicta multiplicitate piorum Operum, sed strictè discurrendum est de Sacris Patrimoniis, ab Exequutore testamentario determinatis, perinde ac si eadem determinatio facta esset ab ipsomet Testatore, ex supra allegatis.

Non possum tamen in hac parte non laudare zelum dicti Domini Exequutoris testamentarii, qui cùm liberas haberet habenas erigendi Beneficia Ecclesiastica, Jurapatronatus, & Cappellanias, ad quæ, & ad quas poterat nominare Personas sibi benevisas, conjunctas, & familiares, nihilominus verè pro desiderio procurandi pauperum Clericorum sublevamen, elegit destinationem Sacrorum Patrimoniorum, circa quæ nullum habet arbitrium, ut Consideranti patet.

Nec replicetur, quod cùm isti pauperes Clerici, non habentes Sacrum Patrimonium, sint incerti, & non specificaverit neque Testator, neque ejus Exequutor Testamentarius quantitatem dicti Patrimonii Sacri, negari non possit hujusmodi duplex incertitudo, & Promovendorum ad Sacros Ordines, & summæ certæ pro illorum Sacris Patrimoniis, & consequenter, quod saltem ex capite hujusmodi duplicis incertitudinis locum habeant privilegia Reverendæ Fabricæ: Cum addito tertiæ incertitudinis illius Civitatis, seu Loci, in quibus nati sint illi Clerici, qui ex defectu Patrimonii Sacri nequeant ad Sacerdotium promoveri.

Ultra quod enim multiplicati isti prætextus incertitudinis nimis magnificati à D. Promotore Fiscali Rev. Fabricæ, in modica consideratione meritò haberi debere à Congregatione ejusdem Rev. Fabricæ notat bo. me. *Vespignanus*, olim illius Oeconomus, & acerrimus Defensor ejus Privilegiorum, in illorum *Compend. fol. 54.* ibi: *Nota, quod de Stylo Sacræ Congregationis hujusmodi vigor incertitudinis omissus fuit*: ut observavi ego *in dicta discept. 2. nu 32. to. 4. par. 1.* in qua id admissum fuit ab eadem Sac. Congregatione *in Romana 9. Julii 1721.*

Strictè respondeo, quod prima incertitudo Clericorum, indigentium Sacris Patrimoniis pro obtinendo Sacerdotio, statim tollitur per nominationem Exequutoris testamentarii, per quam iidem Clerici reducuntur ad certitudinem, ut in specie pro exclusione Privilegiorum Rev. Fabricæ firmavit *Rota in decis. 112. num. 5. coram Cavalerio*, ubi de tribus Pueris eligendis à P. Guardiano Cappuccinorum, cum aliis longa manu citatis *in tom. 4. Discept. Eccles. par. prim. discept. 2. num. 14. & plurib. seqq.* quæ admisit in eadem Causa Congregatio Rev. Fabricæ, licèt ageretur de longè majori incertitudine, quia Testator instituerat hæredes Puellas, quolibet anno monachandas in Urbe, nulla alia facta institutione hæredis, qui deberet illas nominare; & tamen dicta Congregatio R. Fabricæ fuit in sensu, talem incertitudinem Puellarum incertarum tolli per nominationem Exequutorum

eorum testamentariorum, qui in dicto casu nullam habebant effrænatam potestatem, qualem habet in præsenti Exequutor testamentarius pii Testatoris Ascanii Bontempii, juxta verba testamenti, supra registrata.

Æquali claritate cessat alia Incertitudo, innixa deficientiæ specificationis præcisæ quantitatis sacri Patrimonii. Cùm enim d. quantitas in qualibet Diœcesi reguletur à Taxa, vel in Synodis, vel alio modo ab Ordinariis præscripta, vel demùm à solito, & consuetudine Regionum, ex adductis *à Clericat. de Sacr. Ordin. dec. 58. n. 24. à Ventrigl. in Prax. annot. 42. de Ordinand. §. 1. n. 30. cum aliis citatis in tom. 5. mearum discept. Eccles. part. 1. discept. 4. num. 70. & seq.* ex sola pervolutione Synodi Pisauren. vel mediante simplici attestatione Cancellarii Curiæ Episcopalis d. Civitatis, circa solitum, in illa vigentem, haberi poterit concludens, ac præcisa probatio certæ quantitatis ejusdem Patrimonii Sacri, quæ forsan in eadem Civitate erit notoria.

Simili pariter claritate demonstratur mens ejusdem Testatoris, quod pauperes Clerici ex defectu Patrimonii sacri valentes ascendere ad Sacerdotium, esse debent ex Civitate Pisauri, hoc modo excludendo in hac parte alium similem insubsistentem prætextum incertitudinis; Constans enim in facto est, quod idem prius Testator erat Civis Pisaurensis, quales pariter fuerunt omnes illius Consanguinei, & Affines, semper ibidem habitavit, & in illa obiit, nec unquam per longum tempus alibi moram fecit, itaut potuerit affectionem habere erga aliam Civitatem, vel Locum; Bona, ab eo relicta, in eadem Civitate, ac Territorio existunt, prout etiam in illa residet illius Exequutor testamentarius.

Istis proinde circumstantiis attentis, nimis naturale, & æqualiter verisimile videtur, intellexisse de Clericis in illa oriundis, ac in eadem moram facientibus, ut in terminis debilioribus habentis dumtaxat Domicilium in aliquo loco habemus *Text. in Auth. de Eccles. tit. cap.* 6. quod ita summatur. *Ut legatum, Deo relictum, illi Ecclesiæ deputetur, ubi Testator domicilium habet*; Et quæ oculis habendo qualitatem Patriæ Testatoris, erga quam præsumitur illius affectio, post multos Concordantes, firmavit *Rot. dec. 375. & dec. 407. utrobique num. 1. coram Peutinger. & apud Bertacchin. vol. 519. num. 20.*

Quod ulteriùs comprobatur ex eo, quod multa alia legata, tam pia, quàm profana, quæ in Testamento leguntur, omnia respiciunt favorem, & commodum Civium Pisaurensium, & signanter aliud Patrimonii sacri, relicti filiis NN. Sanctini, & in istorum defectu alteri pauperi Clerico Parochiæ Sancti Nicolai dictæ Civitatis Pisauri.

Et demum omnia coronantur declaratione D. Exequutoris testamentarii, quod dd. pauperes Clerici esse debent ex eadem Civitate Pisauri, quæ, ut supra diximus, & punctualibus authoritatibus comprobavimus, omnem incertitudinem, omnemque dubietatem prorsus eliminat, quibus addimus alios in magno numero citatos *à Rocc. Selectar. Interpret. cap. 44. n. 3. & 4.* ubi loquitur ad præcisum effectum excludendi incertitudinem legati pro non applicatione Privilegiorum Rev. Fabricæ, ibi. *Ex satis juridica ratione, quia declaratio Exequutoris testamentarii ab ipsomet Testatore emanasse videtur &c. Præcipuè quando Exequutori in Testamento plena facultas fuit concessa*, & egregiè *Fattinell. respons. 66. n. 13.* ubi in sensu veritatis latè probat, non posse dici incertum, ad hoc, ne intrent privilegia Rev. Fabricæ, quando pium Opus declaratur, & specificatur per Exequutorem testamentarium.

Quibus positis, non videtur insistendum in destinatione illarum Ecclesiarum, in quibus Clerici ordinati cum Patrimoniis Sacris, à Testatore relictis, pro illius Anima, & animabus ejus antenatorum missas celebrare, & applicare debent: Talis enim Ecclesia relicta fuit in arbitrium eorumdem Sacerdotum, quibus præcisè injuncta dumtaxat fuit quantitas, & numerus Missarum, correspondens quantitati dicti sacri Patrimonii regulandæ ab arbitrio sui Exequutoris testamentarii; & propterea nil aliud in hac parte quærendum est, quia, præcisa celebratione missæ in Altari privilegiato, de quo Testator in nostro Casu non cogitavit, neq; disposuit, ubicumq; missa celebretur, semper suæ satisfacit obligationi Sacerdos ille, qui ad illam pro Benefactore applicare tenetur, ut notat *Fraxinell. de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 11.* ibi. *Nam credibile est omninò, Testatorem potius voluisse Missarum fructum sibi, & suis Defunctis applicari, quàm Loci particularis venerationem*, ut firmavit *Rot. dec. 1149. n. 11. cor. Seraphin.* ibi: *Quod comprobatur ex eo, quod in opere principaliter habitus fuit respectus ad remedium animæ suæ, quod remedium non magis ex una, quàm ex altera Ecclesia proveait &c. & Missa eumdem effectum, ubilibet celebretur; operatur*, cum aliis latè adductis *in to. 1. Discept. Eccles. p. 1. discept. 5. num. 12. & n. 20. & seq.*

Pro quorum faciliori admissione omni consideratione dignum videtur, quod sumus in terminis, in quibus maxima facilitate ad praxim reduci potest pia voluntas Benefactoris, idque cum continuis suffragiis ejus animæ, & suorum antenatorum, & cum maxima utilitate multorum pauperum Clericorum ob defectum sacri Patrimonii non valentium ascendere ad Sacerdotium in quibus terminis nullam redoleret pietatem, velle ipsum, ejusque Antenatos ad d. Suffragiis privare, adversus omnia Jura, & claram dispositionem Decretorum Generalium Sacræ Congregationis Concilii à sa. me. Urbano VIII. & sa. me. Innocentio XII specificè confirmatorum, & impressorum apud *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 10. §. 1. n. 29.* ibi. *Piè Disponentium, seu Benefactorum voluntati fides illibata servetur, ac Defunctorum animabus integra præstentur suffragia.*

Inter acerba siquidem mortis discrimina Summa Justiniani clementia guttam hanc consolationis languentibus mortalibus generalissimè infundere voluit, ut supremа morientium elogia ipsismet Imperialibus sanctionibus essent æqualia, utque proinde moriens homo in testamento, tamquam Imperator, leges condere posset, ut generaliter videre est in *§. Disponat Auth. de Nupt.* apud *Bald. decis. 632. num. 150. par. 4. tom. 3. recent.* & in nostris terminis advertit *Simon. de Præt. de Interpret. ultim. volunt. lib. 1. rubr. 1.* a 68,

Nihil propterea magis cordi esse debet illis, quibus ultimarum voluntatum Exequutio commissa est, vel à Jure, vel ab ipsis Testatoribus, quàm ut piæ morientium dispositiones punctualiter Exequutioni demandentur, ut dicitur *in leg. prima, Cod. de sacros. Eccles.* & ad rem observat *Rot. decis. 293. num. octavo coram Royas, & in Sabinen. Electionis Juvenis 9. Martii 1714. § Nihil enim coram Reverendissimo Archiepiscopo Ravennaten.*

Præcipuè quando illæ unicè directæ sunt in suffragium animarum Defunctorum, ut ampliando prædictam Conclusionem, & ulteriùs observando, quod aliàs retractarentur Fideles à piè disponendo, observant adducti per *Ricc. dec. vigesima quarta per totam part. secunda*, & firmavit *Rot. decis. 157 num. octavo, par. decima septima recent.* Cùm quibus in terminis longè durioribus incertitudinis hæredis, & Puellarum, quibus relicta fuerunt subsidia dotalia, me Scribente novissimè processit Sacra Congregatio Rev. Fabricæ in sæpè citata *Romana 9. Julii 1721.* de qua in *tom. quarto part. 2. discept. 2. per totam.*

Et quidem cum omni legali fundamento, quia Capitale annuum Legatorum piorum nunquam applicari potest Rev. Fabricæ, quando pia Legata exequi possunt, quidquid sit de illorum fructibus pro tempore præterito, ut sæpè protestata fuit eadem Congregatio Rev. Fabricæ, & pro generali regula id injunxit ejus Commissarius, ut recognosci potest Instructione impressa apud *Vespignan. in Compend. Privileg. Rev. Fabricæ fol. 149. §. vigesimo quarto*, ibi. *Dichiarando, che se li Legati certi saranno con peso annuo di Messe, Anniversari, ò altri Divini Offizj, per li quali fossero perciò lasciati li Beni Stabili &c. applicarà li Frutti decorsi &c. lasciando star fermo il Capitale de' Legati per l'avvenire &c.* Et fol. 26. ibi. *Quanto alli Legati pii incerti per una volta sola, l'applicarà a benefizio di detta Fabrica, conforme alli suoi privilegj; Ma nell'annui applicarà l' Entrate decorse, e non adempite dall'Erede solamente &c.*

Quod autem in nostris terminis annua perpetua legata, de quibus est quæstio, exequi possint in futurum, quodque circa illa nullum habeat privilegium Rev. Fabrica sibi applicandi Capitalia eorumdem perpetuorum legatorum, est adeò clarum, adeòque evidens, ut nulla alia ad id probandum addi possit probat, ex huc usque animadversis.

Plusquam taciè admitti videntur hæc in Scriptura mihi exhibita concernente Jura, & prætensiones Re- 65 verendæ Fabricæ, in qua propterea insistitur in nullitate Testamenti dicti Ascanii Bontempi; Cæterum ea omnia, quæ ibidem lain calamo adducuntur ad probandas malas artes, & importunas suasiones, cum quibus prætenditur, factum fuisse dictum Testamentum, brevi hoc dilemmate diluuntur.

Aut Testamentum prædictum in suo congrun judicio probabitur nullum (quod non est præsentis inspectionis) 66 & hæreditas Testatoris spectabit ad illius hæredes ab intestato; Aut verò est validum, prout tale apparet ex illius recognitione, dum munitum legitur omnibus solemnitatibus, & tunc omninò exequendum videtur ex supra animadversis; & consequenter in nullo casu hæreditas ejusdem spectare poterit Reverendæ Fabricæ; eò 67 quia illa dicitur esse Exequutrix piarum voluntatum, ut notat olim illius Advocatus *Marant respons.*20. *num.*75. *& 76. part.*1. *& respons* 68. *num.*1. *& seq. par.*3. & concordant alii citati in meo *Compend. Privileg. Reverendæ Fabricæ num.*4. *&* 5. *impress. post primum Tomum mearum Discept. Ecclesiast.*

Ita ex omnibus supradictis, si Causa esset mihi com- 68 missa, constanti animo judicarem, usurpando phrasim *Decii cons.*394. *num.*10.

DISCEPTATIO XXI.

Ordinis Cappuccinorum Provinciæ Romanæ Nullitatis Professionis,

PRO

P. Joanne à Roma Cappuccino.

ARGUMENTUM.

In Religione Cappuccinorum, an, & quando sit nulla Professio, emissa ab eo, qui habituali, & insanabili morbo laboret.

PAter Joannes à Roma, Sacerdos, & Concionator in Religione Cappuccinorum, in sæculo verò Jacobus Baldassinus, ab ejus infantia nephritico morbo taliter afflictus fuit, ut non sine gravi, acerboque dolore guttatim urinam emittere poterat, necnon multo- 1 ties ex eadem causa febri per multos dies vexabatur, quæ verè commiseranda calamitas, chronicusque, & habitualis morbus, notorius erat omnibus ejus Consanguineis, & Vicinis, qui de illo testimonium perhibent, uti vigente ante ingressum in Religionem, inter quos cum juramento de illo deponit Juris-Consultus Franciscus Posterla, ejus Levir in Summario, & cum illo concordat Dominica Baldassina illius germana soror.

Quamvis autem idem habitualis morbus à dicto ejus Leviro commendabili candore manifestatus fuisset Patri 2 Angelo Mariæ de Voltagio, Provinciali Cappuccinorum Provinciæ Romanæ, eo tempore, quo in illa d.P. Joannes admissus fuit.

Prout etiam, quamvis *in cap* 2. *nostrarum Constitut.* literaliter determinetur, ut: *Qui elephantia, morbo caduco, aut alia infirmitate contagiosa, vel incurabili afficitur, non recipiatur, & si quis talis receptus fuerit &c. declaratur, Religionem ad eum retinendum minimè velle esse obligatam*; Ex quibus verbis taliter dicitur adempta facultas Superioribus admittendi ad habitum Relig. Perso- 3 nam, dictis morbis affectam, ut Professio in radice dicatur nulla, ex animadversis per *Portell. de Dub. Regul. tom.*2. *casu* 90. *Novar. in Summ. Bull. comm.*100. *num.*3. *& seq. par.*1. *Panimoll. decis.*29. *num.*3. *Suar. de Relig tom.*4. *lib.*2. *cap.*2. *num.*10. *Capon. discept.*53. *num.*33. *& seqq. Sanch. ad Præcepta Decalog. lib.*5. *cap.*4. *num.*60. *Donat. Rer Regul. tom.*2. *tract.*3. *quæst.*25. *num.*22. *&* 23. *& Rota coram Arguell. dec.*9. *à num* 42. *usq; ad* 46.

Istis considerationibus non attentis, bono fine, & non sine magna spe, Divinæ bonitati innixus dict. Pro- 4 vincialis, cohærenter ad ea, quæ tradit *Divus Thomas* 2. 2. *quæst. final. art.*1. sequutus à *Novar. de Regul. comment.*1. *num.*7. eidem qualificato Testi, ipsum enixè roganti, ut sub oculis haberet dictum incurabilem morbum, antequam ejus Levirum ad Religionem admitteret, clarè: *Rispose, che dovevamo sperare, che colla regola Religiosa, e senza commettere disordini, il detto male gli sarebbe diminuito, o pure guarito affatto, e che io dassi pure il mio consenso senz'altro pensiere; Soggiongendomi di più, che stassi di buon cuore, perche mio Cognato sarebbe senz' altro migliorato.*

Sub tali fiducia, & spe, non solùm admissus fuit ad Religionem, sed in illa solemnem Professionem debito 5 tempore emisit.

Cùmque idem habitualis, & incurabilis morbus temporis progressu, & attenta ciborum qualitate, necnon tenore vitæ Cappuccinorum, tale augmentum susceperit, ut hodie de eodem P. Joanne verificentur ea, quæ his verbis leguntur *Eccles.* 2. 23. *Cuncti dies ejus doloribus,* 6 *& ærumnis pleni sunt, nec per noctem requiescit*, itaut cogatur ferè integro anno vitam in Infirmariis ducere, de quo miserabili statu Testes sunt multi insignes Medicinæ Professores, qui innumera medicamina eidem inutiliter præscripserunt, & absque ullo effectu dederunt, nempe Antonius Petrunius, & Joseph Orlandinus, Dominicus Antisari, & Marcellus Falaschi, & Nicolaus Giberti; Cum quibus concordat ordinarius Medicus Cappuccinorum Civitatis Viterbii, ut de præsenti moram facit. Quibus, uti testantibus de re, ad eorum Pro- 7 fessionem spectante, plena fides adhibenda est, *Fagn. in cap. Licèt num.*141. *de Præbend. Gratian. discept.*19. *num.*18. *Zacch. quæst. medic. legal. lib.*2. *tit.*3. *quæst.*4. *num.* 2. *& Rota decis.*117. *num.*15. *& decis.*312. *num.*6. *part.*15. *recent.*

Hinc humillimus habitus fuit recursus ad Sanctissimum Dominum Nostrum pro declaratione Nullitatis ejusdem Professionis, à quo remissæ fuerunt nostræ pra- 8 ces huic Sacræ Congregationi, quæ de more audire voluit P. Procuratorem Generalem, cujus Relatio per extensum exhibita fuit in Summario.

Quia verò deducta in eadem Relatione ad impediendam dictam declarationem Nullitatis Professionis non subsistunt, neque relevant, speramus Dubio: *An con-* 9 *stet de Nullitate Professionis*: Affirmativè respondendum esse.

Duo siquidem in nostris terminis videntur innegabilis, 10 unum in Facto, & aliud in Jure.

In Facto. Existentia nimirum, & qualitas morbi habitualis, & incurabilis, quo ab infantia laboravit P. 11 Joannes, & à quo de præsenti etiam miserrimè vexatur, juxta authenticas probationes, exhibitas in Summ.

In Jure verò communiter recepta opinio, quod Professio, emissa ab eo, qui habituali, & incurabili morbo laborat, in illa Religione, in qua Constitutiones demandant, ut non recipiantur tali morbo laborantes, illa est nulla in radice, ut omissis Authoribus, loquen- 12 tibus de aliis Religionibus, de quibus latè egi *in tom.*2. *par.*1. *discept.*25. *per totam, & tom.*3. *par.*1. *disceptat.*6. *pariter per totam*, quas Informationis loco recognoscere supplicamus, ad evitandas expensas transcriptionis, & impressionis ob notoriam paupertatem Recurrentis Cappuccini.

In punctualibus terminis Professionis, emissæ in Religione Cappuccinorum, aliis adductis, probant *Capon.* 13 *discept.*53. *n.*33. *& seqq.* & ex Cappuccinis, in eorum Constitutionibus apprimè versatis, *Bartholom. de Vecch. in Libro*, cui titulus, *Praxis observanda in admittendis ad Religionis statum Novitiis disp.*13. *dub.*15. *n.*4. *f.*476. *& Sanctes Thesaur. in Libro*, cui titulus, *Espositione sopra alla Regola del Serafico Padre San Francesco cap.*2. *fol.*7. quorum authoritas maximi ponderis est, non solùm quia præsumuntur informati de vi, & efficacia propriarum Constitut. sed etiam quia illorum Libri de more impressi fuerunt cum præventiva Licentia, & approbatione 2. Theologorum, necnon Superiorum Gen. nostræ Relig.

Cum quibus in terminis pariter Cappuccinorum ultimo loco processit hæc Sac. Cong. *in Provincia Romana Cappuccinorum* 31. *Julii* 1723. *&* 1. *Julii* 1724.

Quibus non adversatur Relatio dicti P. Procuratoris Gen. Ipse enim nec Jota unum, vel miserabilem apicem in illa adducens adversùs bonam famam, integritatem vitæ, & Religiosã Observantiã P. Joannis, quæ unacum illius magna habilitate in concionando, notoriæ sunt in nostra

Re-

Religione, plusquam tacitè admittit veritatem, & subsistentiam habitualis, & incurabilis morbi ejusdem, quo attento: *E' stato obligata da' mali incurabili a vivere nelle Infermarie*: illis verbis: *Ma quando anche sossistesse l'esposto, fatto all'EE.VV. tanto mal fondata sarebbe la di lui pretensione sopra una indisposizione di tal sorta.*

Videamus igitur, ubi d. P. Procurator Generalis fun- 16 det insubsistentiam nostræ instantiæ.

Legendo, & relegendo integram ejus Relationem, per extensum impressam in Summario, nihil aliud in illa legitur, quàm quod unus, seu alter ex Religiosis, 17 qui à Cappuccinorum Religione ex causa morbi incurabilis ab illa discesserunt, conscientia deinde, vel desperatione ducti, procurarunt ad illam de novo admitti.

Quando autem id subsistaret, & circa quod suum locum veritati relinquimus, dum unus ex illis hodie exemplarem vitam ducit in Urbe in Officio Vice-Curati in Parochia S. Nicolai in Arcione, ego fatendo ingenuè meam imbecillitatem, nescio percipere, quid ex inde adversùs P. Joannem inferri posset; Ipse enim non cogeretur ex desperatione ad se substentandum procurare regressum ad Religionem Cappuccinorum, quia ultra 18 assistentiam, quam ei promittunt illius Consanguinei, bonis fortunæ abundantes, multis ex EE. PP. probè noti, notoria pietas unius ex primæ classis Principibus hujus Almæ Urbis, ejus miseriæ miserendo, se promptum, & paratum exhibuit ad ei conferendam Cappellaniam talium redituum, cum quibus commodè vivere in Sæculo possit.

Minùs procurare teneretur talem redditum ad eandem Religionem, motus ab ejus conscientia; Quia ipse in Theologicis Facultatibus supra mediocritatem versatus, & in Concionatoris munere non sine laude exercitatus, probè scit quid ejus conscientiæ conveniat, & cum quali, quantoque justitiæ fundamento præsentem promoveat instantiam; Quod sepissimè in ejus familiaribus Epistolis repetit, & EE PP. non sine solemni juramento paratus est millies confirmare; Veritas enim in hac parte una est, & nemini meliùs nota est, quàm ipsimet 19 Religioso, cujus juramento in hac parte standum esse egregiè observat *Pignatell. consult. 4. num. 9. tom. 1.* juxta Romanam impressionem, ibi: *Non obstat, quod in re Professionis stari non debeat juramento Professi &c. Quia quando sunt aliæ præsumptiones, adminicula, & conjecturæ, quæ nulliter Professo favent* (juxta præcisos terminos nostri casus) *multi Authores, iique gravissimi docent, stari posse juramento illius*, cum quo, me scriben- 20 te, pluriès processit hæc *Sacra Congregatio*, & præcisè *in Veneta Nullitatis Professionis 18. Augusti 1696* de qua *in tom. 1. par. 1. discept 3. num. 48. & 80. & in Neapolitana 12. Martii 1718.* de qua *in to. 3. part. 1. discept. 6. n. 28. & 29. & num. 77.* & in qua specie agebatur de juramento Religiosi, ad probandum morbum incurabilem, propter quem à sua Religione, prævio Rescripto hujus Sa- 21 cræ Congregationis exivit; *Et in Prænestina Nullitatis Professionis 16. Julii 1617.* de qua *in dicta tom. 3. par. 1. discept. 7. num. 38. & 62. & in Cenelen. 16 Martii 1720.* de qua *in tom. 4. par. 2. discept 20. num. 29. & 42.*

Pro quorum faciliori admissione non omittimus observare, quod in circumstantiis nostri casus non præjudicium, sed favor Religionis (rem intimè considerando) 22 concurrere dicitur, ut experientia notum est, & egregiè observat doctissimus *Morant. respons. 105. num. 21. tomo 5.* ibi: *Nec enim minimè Religio læditur, ut morbosum hominem &c. remediis curet, & foveat morbo ipso in visceribus internè infixa, neque insito, ut toto penè vitæ suæ tempore remediis eum insistere oporteat, necessaria medela morbo occurrenda, & respon. 106. num. 17.* ubi ex contrariis operationibus ad retinendos laborantes habitualibus morbis in Religionibus, aperit illud inconveniens, experimentali notitia notorium, quod (sunt ejus verba) 23 *morbosis hominibus Religiones implebuntur, & in Religione remediis fovebuntur, nec servient, neque ministrabunt, sed ministrabitur eis.*

Ex quo forsan motus fuit *Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 12. num. 23.* ad se declarandum, ibi: *Existimo me* 24 *obsequium præstare Deo, quandocumq; adsum Causæ Regularis, contra Professionem reclamantis, qui ope mea à Religionis vinculo liberetur*, cum quo concordant *Pignat. consf. 173. num 6. & 7. tom. 9.* & meliùs *Card. de Luca de Regul. discurs 41. num 2.* ibi: *Liberater autem Religioni, pro qua scribebam, consului acquiescentiam &c. Quoniam pro meo sensu salaberrimum Religionibus videtur egressus ostium apertum, vel facile, perniciosum autem è converso illud rigorosè clausum retinere.*

Die 6. Julii 1726. Proposito in Congregatione Con- 25 cilii Dubio:

An constet de Nullitate Professionis? Responsum fuit: *Negativè.*

DISCEPTATIO XXII.

Dubium Benedictionis Abbatum.

Ad petitionem

P. Abbatis Generalis Congregationis Montis Virginis.

ARGUMENTUM.

Abbates Regulares perpetui, licèt canonicè electi, non possunt propria munera exercere, nisi priùs Benedictionem obtineant ab Episcopo, in cujus Diœcesi sequuta fuit electio, vel à Metropolitano.

1 INter alias Apostolicas Ordinationes disponitur: *Abbates Regulares perpetuos, licèt canonicè electos, non posse suis Subditis benedicere, & munia Abbatialia exercere, nisi prius solemniter servato Romani Pontificalis Ritu, benedictionem susceperint ab Episcopo, in cujus Diœcesi fuerit electio celebrata.*

2 Quinam verò sint dicti Abbates, qui solemni hac teneantur benedictione initiari, & quænam sit super his ratio habenda, declaratum fuit in Constitutione ejusdem Sanctissimi D. N. infra per extensum registranda, quæ incipit. *Commissi nobis*. Sub die 11. Maii 1725. impressa in *Append. ejusd. Concil Roman. fol. 181.* sequentibus verbis:

Quoniam verò nonnulli ex prædictis Abbatibus Regularibus, Apostolicis, ut asseritur, muniti sunt Privilegiis, quibus ampla ipsis tribuitur facultas suscipiendi benedictionem à quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite, gratiam, & communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habente; Nos justis, & rationabilibus adducti rationibus, motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, statuimus, atque decernimus, ut ejusmodi Abbates imposterum, non à quocumque Antistite, sed à Diœcesano tantùm Episcopo, vel à Metropolitano, infra prædictum terminum benedictionem omninò suscipere teneantur; Et quatenus ille, quem Abbas elegerit, tertiò humiliter requisitus, ipsi petitam benedictionem impertiri detrectet, aut negligat, tunc, & eo dumtaxat casu eandem benedictionem à quocumque Catholico Antistite Abbas liberè suscipere possit, & valeat, ut ita perpetuis futuris temporibus ubique servari volumus, & mandamus.

3 *Cæterùm ejusmodi Indulta exemptiva ab obligatione suscipiendi benedictionem à proprio Episcopo illis dumtaxat Abbatibus, quibus ab Apostolica Sede directè concessa fuerunt, juxta modum supra expressum suffragentur: Reliquis autem Abbatibus, qui ea ex generali tantùm privilegiorum aliis Ordinibus, Congregationibus, vel Institutis concessorum communicatione sibi competere prætendunt, minimè suffragari posse, nec debere decernimus, & declaramus.*

Ex quibus oritur dubium respectu Reverendissimi Patris Abbatis Decani Montis Virginis, necnon Reverendissimi Patris Abbatis Sancti Guillelmi, an eadem Conciliaria dispositio illos comprehendat, at- 4 tentis prærogativis notoriæ exemptionis ab omni jurisdictione Ordinariorum, & facultate, seu usu Mozzettæ, competente Abbati Generali dictæ Congregationis Montis Virginis, juxta resolutionem Sacræ Congregationis Rituum sub die 9. Maji 1609. de qua *Cherubin. in Compend. Bullar. in Append. fol. mihi 20.* ibi: *S. Rit. Congregatio censuit, Abbati Gen. Cong. Montis*

Virginis posse concedi usum Mozzettæ, seu Bavari lati cum Caputio, & sine Bireta, & in Terris, & Locis tantùm suæ jurisdictioni subjectis &c.

Dominicus Card. Pinellus &c.

Cujus Dubii resolutio pendet à verbis Privilegii, Con- 6 gregationi Montis Virginis concessi à san. mem. Paulo V. mediante ejus Constitutione, quæ incipit: *Postulatratio*; & est impressa in Bullario Romano inter alias Constitutiones ejusdem Summi Pontificis *in 89. tom. 3.* In cujus §. 8. ita loquitur: *Omnesque Abbates supradicti gaudeant, & gaudere debeant omnibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, & privilegiis, quibus gaudent Abbates Camaldulenses quocumque Jure.*

Abbates autem Camaldulenses vigore Constitutionis 7 secundæ san. mem. Leonis X. *in Bullario novo tom prim. § 18.* ad effectum, de quo est quæstio, sequenti gaudent Privilegio: *Prælati sic electi, seu nominati, absq; alicujus dictæ Sedis, vel alterius provisionis, vel dispensationis adminiculo, etiam præter hoc, quod eis munus benedictionis impendatur, ipsis Monasteriis, & Prioratibus, ad quæ sic electi, vel nominati fuerint, præesse, ac illa in spiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ac omnes actus ibidem exercere, & Insignia deferre, ac si munus hujusmodi suscepissent.*

Cùmque ex prædictis verbis remaneat manifestum, 8 Privilegium prædictum administrandi, & exercendi proprium munus absque necessitate præviæ benedictionis, non fuisse directè concessum Congregationi Montis Virginis, sed prætenditur inclusum in dicta generali communicatione Privilegiorum, competentium Congregationi Camaldulensium, juxta verba dictæ Constitutionis Pauli V. supra registrata, videtur clarum, quòd in nostris terminis habeat locum dicta Constitutio Sanctissimi Domini Nostri præcisè, ac literaliter eximens solos illos Abbates ab obligatione suscipiendi benedictionem: *quibus ab Apostolica Sede directè concessum fuit Privilegium exemptivum*; quod in nostris circumstantiis nullatenus concurrit, nec prætenditur ex parte dictæ Congregationis Montis Virginis, fuisse eidem directè concessum idem Privilegium.

Est autem regulare in hac materia, quod communi- 9 catio Privilegiorum, quantumvis ampla, non comprehendit ea, quæ sunt speciali mentione digna, uti in corpore Juris clausa, ut videre est in *Cap. Cùm contingat de ætat. & qualit.* juxta animadversa per *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 2. § 3. num. 41. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæst 17. num. 140. & seq* & firmata per *Rotam in decis. 53. num. 17. coram Zarat & decis. 201.* 10 *num. 18. & seqq. part. 19 rec.* cum quibus me scribente, processit Sacra Rituum Congregatio in *Pragen. Communicationis Privilegiorum 13. Septembris 1715. Ponente Eminentissimo Odescalco*, rejiciendo consimilem prætensionem Monachorum S. Benedicti, existen. in Archidiœcesi Pragen. ut recognosci potest in *tom. 1. Discept. Eccles. par. 1. discept. 11. per tot.*

Quæ in nostris terminis transeunt in evidentiam observando, quod ulteriùs progrediendo idem Sanctissi- 11 mus D. N. in eadem Constitutione præcisè demandavit, & strictè præcepit, ut ad nostrum effectum communicatio Privilegiorum nullatenus suffragetur, juxta illa clara verba: *Reliquis Abbatibus, qui ex generali tantùm Privilegiorum, aliis Ordinibus, Congregationibus, vel Institutis concessorum, communicatione sibi competere prætendunt, minimè suffragari posse, nec debere decernimus, & declaramus*: Quæ verba tali claritate excludunt competentiam dictæ exemptionis respectu illarum Con- 12 gregationum, quibus directè non fuit concessum dictum Privilegium, ut applicari videtur dispositio vulgati Textus *in leg. Ille, aut ille, §. Cùm in verbis ff. de legat. tertiò.*

Posita autem dicta obligatione, aliud oritur subalter- 13 num Dubium, à quo scilicet Antistite id practicandum sit in circumstantiis nostri casus, attenta amplissima exemptione Reverendissimi Abbatis Decani Montis Virginis de Monte, & Reverendissimi Abbatis Sancti Guillelmi ab omni, & quacumque Jurisdictione Ordinariorum.

Circa quod breviter dico, id esse faciendum ab Epis- 14 copo viciniore, eo quia hoc modo nullum infertur præjudicium dictæ exemptioni, quamvis amplæ, & amplissimæ, & ratio adducitur à *Fagnan. in Cap. Nullus num 5. & seq. de Paroch.* quia scilicet per dictum actum jurisdictio Episcopi non extenditur ad alia concernentia authoritatem, & jurisdictionem Prælati inferioris exempti. Videmus hoc proinde practicari cum omnibus illis Prælatis inferioribus, qui licèt sint totaliter exempti ab omni Ordinaria Jurisdictione, non solet tamen eis ex stylo Datariæ, & Cancellariæ dirigi executio Lite- 15 rarum Apostolicarum, dum absque ulla diminutione eorum exemptionum diriguntur Episcopis vicinioribus. Vel id fieri potest à Metropolitano, ut præcisè disponitur in dicta *Constitut. SS. D. N. §. Quoniam*, in qua determinatur ulteriùs, ut id non possit hodie practicari à quocumque Catholico Antistite, juxta antiquum usum, de quo *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 11. quæst 10.* 16 *per tot. ibique quæst 14.* latissimè explicat Ritum benedicendi Abbates, omniaque alia, quæ ad dictum effectum præcedere, concomitari, & subsequi debent. Neque ad dictum effectum suffragentur quæcumque clara, & rotunda Privilegia, juxta verba registrata supra §. 2. Id limitando in solo casu, in quo Episcopus, vel Metropolitanus electi à petente benedictionem, illam impartiri detrectent.

Constitutio SS. D. N. BENEDICTI Papæ XIII.

Abbatibus Regularibus perpetuis, etiam solummodo ratione administrationis injungens, atque præscribens, ut infra annum à die eorum electionis Episcopalem benedictionem suscipere teneantur. Cum aliis Ordinationibus, & derogationibus opportunis.

Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Commissi Nobis cælitus Apostolici Ministerii sollicitudo Nos admonet, ut omnium quidem Christifidelium paternam geramus curam; Sed eorum præsertim, qui, contemptis illecebris sæculi, sub suavi Religionis jugo divinis sese obsequiis manciparunt, prospero statui, salubrique directioni, quantum Nobis ab Alto conceditur, prospicere studeamus, & si quid in regulari disciplina inordinatum, & absonum, vel à sacrarum Legum sensu alienum inter eos irrepsisse constiterit, Pontificiæ Providentiæ, & Authoritatis ope submovere, ac è medio tollere satagamus, quatenus ipsi vota sua Domino reddere in sanctitate, & justitia, ac in ea, quam elegerunt, tutioris vitæ ratione, amplioribus in dies proficere valeant incrementis.

Cùm itaque, sicut accepimus, Abbates, Regulares perpetui, non quidem ratione tituli, quin ad triennium, vel sexennium, aut aliud limitatum tempus eliguntur, sed ratione administrationis, quia ab unius Monasterii regimine, expleto limitato tempore, transferuntur ad aliud, ab Episcopis, in quorum Diœcesibus sita sunt Monasteria, benedictionem obtinere, imò, & petere negligant; Hinc est, quod Nos gravi ejusmodi abusui pro Pastoralis Officii debito opportunè consulere, ac providere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquot insuper Romanæ Curiæ Prælatorum, super hoc à Nobis specialiter deputatorum, consilio, suadentibus etiam Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, in præsenti Sacro Concilio congregatis; Necnon Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione injungimus, præcipimus, & districtè mandamus omnibus, & singulis Abbatibus, Regularibus, licèt perpetuis, solummodo ratione administrationis, ut præfertur, qui Monasteriis cujuscumque Ordinis, Congregationis, ac Instituti de cætero præficientur, ut infra annum, à die eorum electionis computandum, solemnem benedictionem ab Episcopis, in quorum Diœcesibus Monasteria consistunt, juxta Ritum in Pontificali Romano præscriptum, omnino suscipiant; Vel saltem eam ter ab ipsis humiliter postulent, servata forma, sancita *in Cap. Statuimus de supplen. neglig. Prælator.* Quod si secus fecerint, ab officio per annum sint ipso jure suspensi. Volumus tamen, & expressè declaramus, quod ipsimet Abbates electi, durante

rante præfato termino, ac interim omnia munia Abbatialia liberè, ac licitè exercere possint, & valeant; Quodque Abbas, semel benedictus, iterum benedictionem petere, vel obtinere non teneatur, tametsi ad gubernium diversorum Monasteriorum, aliarum etiam Diœcesum, translatus extiterit.

Quoniam verò nonnulli ex prædictis Abbatibus Regularibus, Apostolicis, ut asseritur, muniti sunt privilegiis, quibus ampla ipsis tribuitur facultas suscipiendi benedictionem à quocumque, quem maluerint Catholico Antistite, gratiam, & communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habente, Nos, justis, & rationabilibus adductis rationibus, motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, statuimus, atque decernimus, ut ejusmodi Abbates imposterum, non à quocumque Antistite, sed à Diœcesano tantùm Episcopo, vel à Metropolitano, infra prædictum terminum, benedictionem omnino suscipere teneantur; Et quatenus ille, quem Abbas elegerit, tertiò humiliter requisitus, ipsi petitam benedictionem impertiri detrectet, aut negligat, tunc, & eo duntaxat casu, eandem benedictionem à quocumque Catholico Antistite Abbas liberè suscipere possit, & valeat, ac ita perpetuis futuris temporibus ubique servari volumus, & mandamus.

Cæterum ejusmodi Indulta, exemptiva ab obligatione suscipiendi benedictionem à proprio Episcopo, illis duntaxat Abbatibus, quibus ab Apostolica Sede directè concessa fuerunt, juxta modum, supra expressum, suffragentur: Reliquis autem Abbatibus, qui ea ex generali tantùm Privilegiorum, aliis Ordinibus, Congregationibus, vel Institutis concessorum, communicatione sibi competere prætendunt, minimè suffragari posse, nec debere decernimus, & declaramus.

Quo verò ad Abbates, quibus à Romanis Pontificibus, Prædecessoribus nostris, indultum fuit, ut à suis Superioribus Regularibus, vel ab eorum Prælatis delegatis, benedictionem sumere possint: Vel etiam per speciale Indultum Apost. concessum fuit, ut electi habeantur pro benedictis ab ipso Summo Pontifice, nihil omnino innovandum esse sancimus, & Apostolica, quibus gaudent, Privilegia, ubique inconcussè observari præcipimus, & mandamus.

Universos demum Episcopos, atq; etiam Archiepiscopos, à quibus benedictio tribuenda erit, eorumq; Officiales, Assistentes, & Ministros quoscumque in Domino hortamur, ac admonemus; ut occasione similium benedictionum excutiant, ac prorsùs emundent manus suas ab omni munere; Quin etiam prædictis Præsulibus, sub pœna Interdicti ab usu Pontificalium per annum, vetamus, ac inhibemus, ne tam ante, quàm post easdem benedictiones, earumque intuitu, cujuscumque generis, aut speciei, etiam bellariorum, & comestibilium, munera, vel xenia, à quoquam recipere audeant; Illisque præterea districtè injungimus, ut ab omni abstineant solemni pompa, quæ sumptus, quantumvis modicos, etiam prandii, secum ferat; Cùm ejusmodi sacræ functiones ab interna, solidaque potius benedicentium, ac benedicendorum religione, & pietate, quàm ab externa, & vana apparatus magnificientia debeant commendari.

Decernentes, præsentes Literas, & in eis contenta quæcumq; etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumq; in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, Ordinis, Congregationis, ac Instituti existant, seu aliàs speciali nota digni, illis non consenserint, & ad ea vocati, citati, & auditi, seu causæ, propter quas præsentes emanarunt, adductæ, & sufficienter justificatæ non fuerint; Sive ex alia quacumque, quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, ac enormissimæ læsionis, nullo unquam tempore impugnari, redargui, infringi, in controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci posse, sed semper firma, & efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter, in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet, quavis præeminentia, dignitate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apost. Regula de Jure quæsito non tollendo, aliisq; Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusq; & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumlibet, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apost. quibuscumque Ordinibus, Congregationibus, ac Institutis prædictis, eorumque Monasteriis, & Abbatibus, sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio, facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis, respectivè habentes, hac vice duntaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem præsentes Literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apost. Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent, utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ, in Ecclesiastica Dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1725, pridie Nonas Maii, Pontificatus Nostri Anno Primo.

P. M. Card. Prodatar. F. Card. Olivetius.

Visa de Curia J. C. Archiep. Amasenus

Loco ✠ Plumbi

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

DISCEPTATIO XXIII.

Ordinis Carmelitarum Provinciæ Bethicæ.

PRO

Didaco Thoma de los Rios Provinciali,

CUM

Aliquibus Religiosis ejusdem Provinciæ.

ARGUMENTUM.

Provincialis electio quando dicatur nulla, vel ob metum, vel ex eo, quia Præses Capituli proposuit aliquos eligibiles, relicta Vocalibus facultate eligendi alios, licèt non propositos, quos judicassent meliores, & digniores,

CUM tota Provincia Bethicæ Ordinis Carmelitarum, existens sub gubernio P. M. Josephi Gonzalez de Sandoval, tanquam Vicarii Provincialis, commota, turbataque reperiretur, non sine magno religiosæ observantiæ præjudicio, Populorumque illius Provinciæ scandalo, ut vix Domus esset, in qua dictus Vicarius Provincialis Priorem, vel Rectorem vi, aut dolo non deposuisset, aliumque suæ affectionis in ejus locum, ad numerum suffragantium in futuro Capitulo augendum, non suffecisset; Necnon de mense Aprilis Anni 1725. convocari deberet Capitulum, ad effectum eligendi Provincialem, zelantissimus P.M. Generalis totius Ordinis Carmelitarum, ut dissidia, & scandala componerentur, & pax, tranquillitas, & observantia Provinciæ restitueretur, mediante electione Provincialis, omni exceptione majoris, attento quod ipse P.M. Generalis personaliter celebrationi d. Capituli Provincialis, adesse non poterat, oportunum duxit, supplicare Excellentissimo, & Reverendissimo Domino Ludovico de Salsedo, Archiepiscopo Hispalensi, ut dignaretur Præsidentis munus in dicto Capitulo suscipere, cum omnibus, & singulis facultatibus, eidem P.M. Generali competentibus, & præsertim nominandi quos libuerit Religiosos Viros ad Provincialatum eligendos, necnon dispensandi, ut suffragare possent Patres Diffinitores antedicti gubernii, & latiùs in Epistola à dicto P.M. Generali, sub datum 5. Octobris Anni 1724. dicto Excellentissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo directa; Et ex alia die 16. Novembris ejusdem Anni, in qua ultra generales, & speciales facultates, eidẽ Archiepiscopo in præcedenti Epistola tributas, addidit etiam aliam specialem potestatem assumendi sibi in Socium unum ex Religiosis dictæ Provinciæ ad sui libitum, necnon dispensandi cum Patribus Diffinitoribus, ut in progressu Capituli suffragium ferre possent, & denique puniendi, secundùm Ordinis Statuta, omnes illos Religiosos, qui recusarent obedientiam ipsius Præsidis mandatis præstare.

Ad hoc autem, ut eadem destinatio dictæ qualificatissimę Personę in Præsidem ejusd. Capituli Provincialis suum haberet effectum, mediante speciali Breve Sanctissimi Domini Nostri sub datum diei 12. Decembris ejusdem Anni 1724. eadem facultas Patris Generalis, unacum insertione omnium Epistolarum, circa hanc materiam scriptarum, confirmata, & approbata fuit, cum amplissima derogatione quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Statutis, Consuetudinibus, Indultis, aut Privilegiis nostri Ordinis, quomodocumque in contrarium forsan facientibus.

Advento tempore aperitionis dicti Capituli, congregatisque in Aula Capitulari omnibus Vocalibus die 25. Aprilis Anni 1725. in Vigilia Electionis Provincialis dictus Archiepiscopus per Patrem Magistrum Josephum Morenum, Socium, & Secretarium Provinciæ mandavit legi non solùm dictas facultates, & Epistolas Patris Generalis, necnon Apostolicum Breve confirmatorium earundem; Verùm etiam novissimum mandatum Apostolici Nuncii in Hispaniarum Regnis, degentis, sub datum diei 6. Februarii Anni 1725. in quo Apostolica authoritate, in virtute Sanctæ Obedientiæ sub pœna privationis Vocis activæ, & passivæ, & etiam Officiorum, quæ obtinebant Religiosi Vocales, aliisque arbitrariis pœnis; præcisè injungebatur punctualis exequutio dicti Brevis Sanctissimi D. N. in omnibus suis partibus.

Habita deinde per dictum Præsidentem eleganti Oratione de pace servanda, deventum fuit ad electionem Officialium Capituli; Ad examen Literarum Sociorum Conventuum; Ad legitimationem viginti quinque RR. PP. Magistrorum de numero; & ad alia, quæ in similibus præliminaribus Sessionibus, tam de Jure, quàm de consuetudine præmitti solent, fueruntque omnia ad trinam interrogationem Pręsidentis unisona voce ab omnibus Vocalibus approbata; Solùmque pari consensu omnium Vocalium exclusi fuerunt à ferendo suffragio, uti non habiles, neque capaces P. M. Joannes Diez de Texada, Vicarius Rector Conventus S. Alberti, uti servatis omnibus servandis ab Apostolico Judice excommunicatus, & P. Ferdinandus de Mugnos Prior Conventus Ursaonensis, ex quo fuerat institutus Vicarius Prior, infra octo Menses citra ante Capitulum, in quibus admitti non poterat renunciatio Officii antecedentis Prioris, juxta *Constit. Ordinis in par. 2. cap. 2. de Off. Prioris num. 12.* 4

Die sequenti convocatum pariter fuit Capitulum pro secunda Sessione, perlectisque publicè, & palam per illius Secretarium omnium Vocalium nominibus, ad trinam Præsidis interrogationem, nemo ex Convocatis contra dictos Vocales minimum verbum protulit; Proindeque processum fuit ad Electionem Diffinitorum, contra quam pariter nemo ex Vocalibus os aperuit, imò illam summa pace approbarunt; Postea verò P. M. Joseph Gonzalez Sandoval, qui usque tunc Vicarii Provincialis Officium exercuerat, in medio Aulæ Capitularis positus, illud dimisit. 5

Dictus autem Præses declarando, se velle uti omnibus facultatibus, sibi attributis, ad Officium Provincialatus, proposuit Capitulo sex qualificatos Magistros, & insignes Religiosos, quorum nomina registrantur in Summario, cum facultate tamen eligendi etiam alios non nominatos, quatenus illos digniores reputassent, omnesque Vocales coram Sanctissimo Crucifixo publicè & palàm jurarunt, velle eligere eum, quem secundùm Deum digniorem, magisq; idoneum existimabant. 6

Quibus legitimè peractis, servatisque omnibus de Jure, & ad terminos nostrarum Constitutionum servandis, devenerunt Vocales ad Provincialis electionem per secreta Suffragia, quæ aperta fuerunt, postquam per tres vices Præses eos interrogavit, an vellent aperitionem dictarum Schedularum, & postquam per totidem vices omnes una voce responderunt: *Aperiantur.* 7

Ex septuaginta autem novem Votis, ex quibus componebatur idem Capitulum, septuaginta quinque recognita fuerunt favore P. M. Didaci Thomæ de los Rios, duo in albo, totidemque favore P. Josephi Gonzalez Sandoval; Unde Præses Capituli post trinam interrogationem, factam circa validitatem electionis, & post tres uniformes responsiones omnium Vocalium, quod illa legitima, & canonica esset, ad majorem firmitatem ejusdem Electionis suam veritatem per hæc verba interposuit: *Ego nomine meo, & nomine istorum Eligentium eligo in Provincialem hujus Provinciæ Bethicæ R. P. M. Fr. Didacum Thomam de los Rios*; Eumque sic electum instituit, nominando in Socium suæ Visitationis, & Secretarium P. M. Josephum de Oviedo, combustisq; Schedulis electionis, coram toto Capitulo, Sessio æquali pace, ac applausu terminata fuit, & Provincialis Electio absoluta remansit. 8

Deventum successivè fuit ad alias solitas, & necessarias sessiones; Ad tertiam, in qua devenerunt Vocales ad electionem Sociorum, & Diffinitorum pro Capitulo Generali, necnon ad electionem Custodum Provinciæ, absque ulla contradictione expletam; Ad quartam, in qua Priores omnium Conventuum Provinciæ sigillum cum statu Conventuum exhibuerunt; Ad quintam, in qua processum fuit ad electionem Priorum Conventuum, servatis omnibus de Jure, & ad terminos nostrarum Constitutionum servandis; Ad sextam, in qua perlectæ fuerunt Petitiones, & Instantiæ aliquorum Re-

Religiosorum eidem Capitulo porrectæ: Ad septimam, in qua deputati fuerunt Vicarii, & Confessores Monasteriorum Monialium nostri Ordinis, necnon captæ fuerunt multæ provisiones, fuaruntque datæ responsiones mulris aliis petitionibus diversorum Religiosorum in eodem Capitulo exhibitis: Ad octavam, in qua fuerunt designati Judices Causarum Criminalium, & edita nonnulla decreta, pro bono regiminæ Provinciæ: 9 Ad nonam denique usque ad decimam octavam, in quibus captæ fuerunt multæ aliæ provisiones, & factæ fuerunt aliæ deputationes; De quibus omnibus supra recensitis constat, ex Actis originalibus dicti Capituli Provincialis, summa pace approbatis, & subscriptis à RR. PP. Didaco Thoma de los Rios, Provinciale electo, Josepho Gonzalez Sandoval, Vicario Provinciali absoluto, Matthia de Leat Exprovinciali, & à quatuor PP. Definitoribus, à P. Socio Præsidentis, à Socio, & Secretario Provinciæ, & à Socio Capituli, authoritate demum Generalitia, & Apostolica approbata, & confirmata omnia fuere per præfatum Archiepiscopum, tamquam Præsidentem.

Canonica hæc Electio, approbata deinde, & confirmata fuit prævio Definitorii Generalis Voto, à P. Gaspare Pizzolante, totius Ordinis Carmelitarum Generale, illaque toti Provinciæ notificata, mediante encyclica ab eodem P. Generale scripta, & transmissa omnibus Superioribus Conventuum Provinciæ Bæthicæ sub datum diei 26. Maji 1725. In quorum om- 10 nium sequelam, & exequutionem Religiosi omnes Conventuum nostræ Provinciæ usque ad numerum viginti quinque, capitulariter congregati in unoquoque ex dd. Conventibus, nemine discrepante electionem prædictam approbantes P. Provinciali in illa electo, obedientiam promiserunt.

Ex quibus omnes illi, ad cujus notitiam talis pacifica electio devenerat cum omni fundamento credebant, illa mediante, omnia fuisse in pace composita, sublatasque perturbationes illas, & discordias, 11 quæ ante dictam Electionem novi Provincialis totam Provinciam miserrimè conturbabant, religiosamque observantiam impediebant, necnon posse imposterum eum magna pace, & æquali tranquillitate Religiosorum vigere in illa regularem observantiam.

Verùm defraudati fuerunt in hac parte, quia non defuerunt in illa pauci disseminatores Zizaniæ; Cùmque rumor irrepserit, quod nonnulli Religiosi, authores præcedentium dissensionum, & scandalorum, recurrere volebant adversùs electionem Provincialis, deque illius nullitate dicere, Idem rumor pervenit etiam ad aures sæpedicti Archiepiscopi Hispalensia, qui eidem electioni ex Apostolici Nuncii decreto, & Regnautia Summi Pontificis Oraculo 12 præfuerat, omniaque præordinaverat ad pacem reddendam nostræ Provinciæ, neque sine eis magnis incommodis, Testibus multis Religiosis, quorum Attestationes exhibitæ fuerunt in Secretaria, inter quos P. M. Pestagna, interrogans P. M. de Lara Qualificatorem S. Officii, sequena habuit responsum, *Amico sono otto, ò nove giorni, che stò lavorando in questo Convento con l' Illustrissimo Monsignor Arcivescovo di Siviglia sopra il conto del Capitolo, acciò che si faccia con la miglior pace, che sia possibile.*

Idem autem Præses motus ab ejus notoriis Zelo, justitia, aliisque virtutibus, quibus eum insigniter cumulavit Altissimus, necessarium duxit, mediante Epistola, quam data in Summario sub die 26. Augusti 1625. omnia ea, quæ in dicto Capitulo evenerunt, ad pedes Sanctissimi Domini Nostri deferre, eique aperire circumstantias omnes dictæ Electionis, inter quas omnem attentionem meretur illa, quod in toto progressu, & terminatione Capituli nulla vox audita fuerit, nullaque cunctatio interposita à dicto maximo numero septuaginta novem Vocalium, antea inter se nullatenus concordantium, sed in plures factiones misere scissorum, sincere ei- 13 dem narrando, quod ante celebrationem dicti Capituli: *Vix Domus esset, in qua Vicarius Provincialis Priorem, vel Rectorem vi, aut dolo non deposuisset, aliumque suæ affectionis in ejus locum ad numerum suffragantium in futuro Capitulo augendum non suffecisset. Subdendo alterius comperi Nuncium Apostolicum Hispanum de iis violentiis cognovisse, omnesque tam inordinatas, & injustas providentias revocasse; Fabula erat inter Gentes observantissimæ olim Provinciæ generale dissidium, & contentio.*

In qua parte omnem meretur fidem, sive attendantur ajus personales eximiæ qualitates, sive avitæ, ut de primis habemus *Textum in Can. Nobilissimus 97. dist.* ibi: *Nos tamen &c. ejus gravitatem, & eloquiorum illius veridicas agnoscentes assertiones*, cum 14 concordantibus sequutis *à Rota in decis. 378. num. 13. coram Celso, & decis. 83. nu. 26. coram Ansaldo, & decis. 401. num. 9. cor. Emerix jun. & in Romana Hæreditatis 1. Februarii 1715. § Ex Testamentario coram Crispo*, Et de secundis *Gloss. in leg. Testium §. Ideoque ff. de Testibus Alex. cons. 5. num 7. lib. 1. & Rot. decis. 340. num. 7. cor. Ludovis. & dec. 262. nu. 13. & dec 1101. nu. 12. & 13. cor Emerix jun. & decis. 26. nu. 17. part. 18. recent.*

Præcipuè quia ad augendam illius fidem circa omnia ea, quæ peracta fuerunt in nostro Capitulo, de 15 eodem Præside verificantur ea, quæ de se ipso scripta reliquit *S. Joannes Epistola 1. in princ.* ibi: *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt &c. hoc testamur, & annuntiamus.*

Quia verò Sanctissimo Domino Nostro placuit præfatorum omnium cognitionem huic Sacrosancto Consessui demandare, originalem Epistolam dicti Præsidis transmittendo, in illius sequelam contingit hodie disputare sequens dubium; *An sustineatur electio Provincialis Provinciæ Bæthicæ*. Quod Dubium videtur resolvendum affirmativè; Eo quia si recognoscantur Acta omnia Capitulorum Provincialium nostræ Religionis, & pervolvantur Chronicæ omnium 16 aliarum Religiosarum Familiarum, vix reperiri poterit aliud Provinciale Capitulum, tot, tantisque solemnitatibus munitum, tantaque pace, & unione Vocalium incæptum, prosequutum, & terminatum, quale est illud, de quo disputamus, cum Præsidentia qualificatissimæ Personæ, ex Primatibus Hispaniarum, totique Orbi notissimæ, non ex propria voluntate, sed ad enixas, replicatasque preces P. Generalis, roboratas Epistolis Hispaniarum Nuncii, quod magis est, raro exemplo, mediante etiam speciali Breve Sanctissimi Domini Nostri.

Et tamen tot, & tanta adversùs validitatum ejusdem Capituli, proprio Marte, gratis ubique, à paucis illis Religiosis, qui, ita exigentibus eorum demeritis, non obtinuerunt in illo Superioritates, & Dignitates, ut mirum certè videatur, quod ferrea fronte exagerentur hodie sub sola fide, & affectatis attestationibus Decurrentium illorum numerum multiplicantium cum notis Conventuum, ad proprium libitum confictis, ac si in Judiciis permissum eis esset eodem tempore tres figuras facere; Principalium 17 nimirum, Accusatorum, & Testium, adversùs literalem dispositionem *Textus, in l. 5. Cod. de Testibus*, ibi: *Omnibus in re propria dicendi testimonium facultatem Jura submoverunt.*

Præcipuè, quia ex revolutione contrariatum Scripturarum, in Secretaria exhibitarum, videntur appli- 18 cari ea, quæ ad disparatum effectum his verbis improbat *P. Segneri nella Predica 35. num. 9. In questa Causa sono l' istessi Accusatori, Emoli, e Testimonj.*

Et quod magis est ex pervolutione earundem Scripturarum, remanet manifestum, de illis verificati ea, 19 quæ sequendo *Petrum de Monte* observavit *Galles. in Vindiciis pro Justitia Annatarum num. 23.* ibi: *Omnia plena sunt odii, dissidii, & ambitionis.*

Licèt autem pro validitate nostræ Electionis superabundare videatur solidum illud Juridicum Axioma, uno ore inter Canonistas receptum, & in praxi in omnibus Tribunalibus quotidie approbatum, quod quælibet Ele- 20 ctio præsumatur valida, valideque facta ad *Text. in cap. In præsentia*, ubi *Glos. verb. Doceat de Renunciat. Abbas in cap. Licèt Episcopus num. 3. & seqq. de Præbendis in sextò. Joan. Andr. in cap. sicut, num 11. versic. Ex hoc videtur, de Sentent. & Re Judic. Rota dec. 379. nu. 13. part. 4. tom. 1. & coram Benincasa dec. 274. num. 2.*

For-

21 Fortius habendo præoculis duplicem circumstantiam.

Prima consistit in illius confirmatione, servatis servandis facta à P. Generali nostræ Religionis, quam 22 magnifaciunt, *Innoc in cap. Quia in cunctis de Concess. Præbend. Passerin. de Election. cap 33. nu. 25. Sigismund. de Bonon. eodem tract. dub. 42. nu. 1. & Rot. dec. 13. nu. 2. vers. Quia non præsumitur in Antiquis*.

Secunda verò innititur exequutioni, & acceptationi dictæ Electionis, ab omnibus Conventibus facta, & in pacifica possessione Provincialatus, in qua reperitur 23 Principalis, egregiè *Geminian in cap. Licèt Episcopus nu. 12. vers. Si autem possessor, de Præbendis in sexto*, ibique *Abbas nu. 3. vers. Si autem*, cum aliis apud *Rot. dec. 344. nu. 36. & 37 par. 8. rec. & dec 341. nu. 42. coram Coccin.*

Et tamen adhoc, ut undique appareat, manibusque palpetur insubsistentia omnium contrariarum criticatio- 24 num, specialiter percurrendo illas, quæ desumi possunt ex contrariis Scripturis, dicimus, quod

Non obstat primò, quod à votando fuerint exclusi duo Vocales, nempè P. Joannes Diez de Fezzada, Vicarius 25 Rector Conventus S. Alberti, & P Ferdinandus de Mugnos Vicarius Prior Conventus Ursonensis.

Quia primus, nempe P. Fezzada, tamquam excommunicatus à Judice per Sedem Apostolicam deputato, 26 omni Jure incapax erat ad votandum, *Cap. Postulastis de Cleric. excomm. & cap. 1. de Rescript. in 6.* cum notissimis apud *Passer. de Election. cap 25. nu. 445. & pluribus sequentibus, & Rot. cor. Ansald. dec. 61. nu. 32.*

Quod autem esset talis, ultra probationem illam, quæ resultat ex actu, gesto coram omnibus Vocalibus, 27 & ex admissis, & recognitis ab eisdem in Capitulo Provinciali, de quo in Summario.

Ad oculum demonstratur ex Relatione Antonii Fernandez de Raso, Judicis delegati ab Hispaniarum Nuncio, ad effectum manutenendi in muneribus, & Officiis Priorum, & Lectorum, Religiosos illos, qui tem- 28 pore Vicariatus Provincialis P. de Sandoval de facto privati fuerant eorum Officiis, aliique cum evidenti Injustitia absque ulla legali causa in eorum locum fuerant subrogati; ex adductis in Summario.

Ex quo ulteriùs resultat, quod dictus P. Fezzada æqualibus injustitia, ac violentia non solùm se intruserat 29 in dicto Prioratu Sancti Alberti, sed ulteriùs carceribus mancipaverat nonnullos graduatos Religiosos dicti Conventus, obedientiam eidem præstare recusantes.

Qua de Causa à d. Apostolico Delegato, servatis servandis publicè denunciatus fuerat excommunicatus, una cum d. P Sandoval Vicario Provinciali, & P Damia- 30 no de Molino Vicerectore ejusdem Collegii S. Alberti, qui omnes, confœderatione inter se ipsos inita, eisdem Apostolicis Mandatis parere recusabant.

Ad quam contumaciam reprimendam coactus fuit idem Apostolicus Delegatus, à Notario, & Justitiæ Ministris de more associatus, ad Conventum se personaliter conferre, eosdemque injustè carceratos pristinæ liber- 31 tati restituere; Qua occasione, quia dicti PP. Sandoval Vicarius Provincialis, & Damianus de Molino humiliter ab eodem Apostolico Delegato absolutionem petierunt, illam benignè obtinuerunt; Non meruit tamen illam obtinere dictus P. Fezzada, quia nullam instantiam ad dictum effectum fecerat, prout omnia hæc latiùs recensentur in Sommario.

Secundus verò, nempe P. Ferdinandus de Mugnos, Vicarius Prior Conventus Ursaonensis æquali Justitia à votando exclusus extitit, eo quia ad dictum Prioratum palpabili nullitate admissus fuerat intra octo menses, præcedentes Provinciale Capitulum, quæ temporis circumstantia in facto innegabilis est, in Jure verò cubitalibus istialiteris præscribitur, & irritantur à nostris Con- 32 stitutionibus similes impropriæ mutationes, & subrogationes Priorum *in Libro 2. part. 2. cap. 2. num 11. Inhibemus, ne Provinciales imposterum infra octo Menses immediatè, præcedentes Capitulum Provinciale, celebrandum valeat admittere renunciationem alicujus Prioratus &c. Et insuper ex nunc pro tunc irritam, & nullam declaramus omnem renunciationem cujuscumque Prioratus, & provisionem, inde sequutam novi Superioris.*

Non obstat secundò, quod inter Electores admissi fuerint aliqui inhabiles ad votandum; Oppositum enim evidenter convincitur ex animadversis supra, & probatis in Summario. Ex quo resultat, quòd in sessione, habita pro Vocalium legitimatione, Præses in communi, 33 & in particulari, ter petiit à Vocalibus, an in Capitulo congregati aliquos haberent defectus, propter quos admitti non deberent ad votandum, postquam interrogationem conticuere omnes, nullaque vox audita fuit, vel minimum defectum in Vocalibus patefaciens.

Rursùs Capituli Secretarius ante effectivam electionem, omnium Vocalium nomina publicè, & palam legit, & quia nemo post trinam interrogationem Præsidis aliquid respondit, idem Præses legitimos declaravit omnes Vocales; Perperam propterea opponitur nullitas aliquorum admissorum ad suffragium ferendum, dum in actu adeò serio, & publico pro legitimis habiti fuerunt ab omnibus Vocalibus, absque ulla minima contradictione; Præcipuè quia in nostris Constitutionibus in istis terminis determinatur, non posse ampliùs ali- 34 quid opponi contra Electores, ut recognosci potest *in parte 4. cap. 11. num. 2.* Ibi: *Omnes Gremiales à Præsidente interrogentur, si in aliquo Sociorum, aut Magistrorum sciant aliquod impedimentum, propter quod non deberent habere locum, quod si reperiatur confessum, aut sufficienter probatum, statim ejiciatur, antequam ultra procedatur.*

Non obstat tertiò, ad inducendam prætensam nullitatem restrictio sex Religiosorum, facta à Præside, ut unus ex illis tantùm eligeretur à Vocalibus; Talis enim objectio, quæ non regit in facto destruitur ex nostris Constitutionibus *par. 4. de electione Provincialis n. 2.* ubi deter- 35 minatur, quod nullus possit eligi in Provincialem, nisi fuerit nominatus, & præsentatus Gremialibus Capituli à Priore Generali, vel ejus Vicario, de ipsius assensu.

Præsentatio igitur, seu nominatio dictorum sex qualificatorum Religiosorum, facta à Præside redargui nullo modo potest, uti expleta nomine P. Generalis, ad terminos amplissimæ facultatis, à dicto P. Generali ei- 36 dem attributæ ibi: *Cum ea potestate, qua nobis præsentibus uti liceret, inter cætera verò cum facultate nominandi quos libuerit Religiosos Viros ad Provincialatum &c. sicuti per Constitutiones Ordinis sancitum est.*

Cùmque eadem amplissima facultas à P. Generali Præsidi concessa, confirmata in specie fuerit à Sanctissimo D. Nostro, est mera vanitas prætendere nullitatem ex hoc capite; Attenta præcipuè amplissima illa dero- 37 gatione, omnibus, & quibuscumque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, Statutis, & Consuetudinibus, aliisque in contrarium facientibus.

Non obstat quartò prætextus violentiæ, quæ asseritur illata Vocalibus; Mirum siquidem in rei veritate est, quod tanta Dos detur hujusmodi verè frivolo prætextui neque per umbram authenticis documentis comprobato, qui colorari nullo modo potest ab illis quatuor, vel quinque Justitiæ Officialibus, qui accesserunt cum De- 38 legato Apostolico ad liberandum à carceribus pauperes illos Religiosos, de mandato Vicarii Prioris Conventus S. Alberti in illis detentos, dum illi non accesserunt ad alium finem, quàm ad superandam obstinationem dicti Vicarii Prioris nolentis excarcerare dictos Religiosos post repetita Mandata Hispaniarum Nuncii.

Sed quod magis est prætextus iste nullatenus in facto probatus, ad evidentiam usque excluditur ex illa innegabili facti circumstantia, quàm superlativè probat encyclica illa Epistola hodierni P. Provincialis sub rigorosis pœnis mandantis, *a tutti li Religiosi nostri Sudditi, che furono Vocali in detto Capitolo, di qualsisia condizione, ò grado, in virtù di Santa Obedienza, che subito, che nella Communità sentiranno legere, e publicare questo nostro dispaccio, depongbino con giuramento, e dichiarino, di modoche faccia fede &c. del successo nel congresso del detto Capitolo, tanto per quello, che appartiene alla Presidenza di detto Arcivescovo, come anche se per detto Arcivescovo fu-* 39 *rono forzati a dare il loro Voto per il Provinciale, e se questo lo diedero di sua libertà, come si richiede in atto così religioso &c. Tutto dichiarino distintamente, come in conscienza potranno, e se li fu fatta alcuna violenza, dichiarino, come, in che modo, e da chi &c. Acciochè da tutto così dichiarato avanti la Sagra Congregazione si veda la verità, prudenza, e religiosità, con la quale questa nostra Provincia operò.*

In exequutionem siquidem hujusmodi rigorosissimi Mandati sub pœna adeò rigorosa, & S. Obed. præcepto,

nullus

nullus ex tot Religiosis, qui Votum in nostro Capitulo Provinciali dederunt, ausus fuit asserere sibi, vel minimam illatam fuisse violentiam, sed solùm tres, vel quatuor, loco veritatem fatendi in hac parte, ut 40 alii omnes libera voce fassi fuerunt, se excusarunt à respondendo, & parendo eidem præcepto, sub prætextu, quod non tenebantur obedire Provinciali, attento quod Causa pendebat coram hoc Sacrosancto Consessu, qui prætextus quantùm frivolus sit, de se patet, quia non ad alium finem P. Provincialis ita demandaverat, nisi ad hoc, ut veritas huic Sac.Cong. in sua puritate appareret, & nota esset.

Non credimus autem exadversò verba facienda esse de horrendo simoniæ crimine, adeo divino, humanisq; Juribus exoso, ut inter graviora crimina à Summis 41 Pontificibus repositum fuerit, hæresique comparatum, ut observant *Clar. in Praxi §. Simonia num 11. & Raynald. tom. 111. observ. crim. ad cap 32. supple. 7. num. 18.* Imò *Lucius I. in cap. Sicut de Simon.* asseruit simoniacam pestem sui magnitudine alios morbos vincere; *Innocentius* verò *III. in cap. Per tuas eod. tit.* asserere non dubitavit, cætera crimina in simoniæ comparatione quasi pro nihilo reputari, cum aliis adductis in nostris *Instit. crim. lib. 1. tit. 9. de Simon. num. 1. & seq.*

Dum unus, vel alter ex recurrentibus, qui de illo ausus fuit verba facere in contrariis scripturis, non sine mysterio usus fuit verbo illo *ho inteso*, neminem specificando à quibus intellexerit, vel somnis veris audivisse, 42 quem modum loquendi *Card. Pallavic. in Istoria Concilii Tridentini lib. 11. cap. 16. num. 17.* perbellè vocat: *maniera eccellente per non poter' essere convinto di falsità*. Et nos subdimus, quod si in qualibet materia regulare est, 43 non esse præstandam fidem Testibus de auditu, ex adductis à *Farinac. de Testib quæst. 49. num. 2. & Rota cor. Rich. decis 653. num. 6.* Quantò magis hoc verum erit in detestabili, omnibusque Juribus exoso, & inviso simo- 44 niæ crimine, quod requirit concludentes, & perfectissimas probationes, juxta magistralem *Rotæ decis. 207. per tot.* & signanter *num. 19. par. 19. rec.* ubi quod neque probatur ex pluribus Testibus, univocè deponentibus de publica voce, & communi fama, eò quia illa procedere potuit à malevolis, quod utinam respectu hujus solemnissimæ calumniæ in hac causa non verificaretur.

Fatendo tandem ingenuè nostram imbecillitatem, nescimus percipere quid exadversò prætendatur inferri ex illa magna mole Scripturarum, exadversò in Segretaria exhibitarum, circa electionem P. del Rio in Provincialem nostræ Provinciæ anno 1715. Cùm enim ejusdem temporis magnæ calamitates, & majores infelici- 45 tates, Urbi, & Orbi notissimæ, & æquè dura, ac insuperabili necessitate non permiserint in dicta electione ad unguem servari posse omnes illas solemnitates, quæ præscribuntur in nostri Ordinis Constitutionibus, amaræ circumstantiæ dicti infelicissimi temporis, non sunt hodie ad memoriam reducendæ, dum Deo dante aperta est ampla, & spatiosa porta procedendi per semitas rectas Apostolicarum Constitut. & vias planas.

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo inter easdem Scripturas registratur etiam illa, qua mediante prævio Voto hujus Sac. Congreg. ad relationem S. Priscæ die 22. Januarii 1725. eadem electio sanata fuit; Cùm enim praxis hujus Sac. Congregationis, & laudabile solitum S. Sedis, illud sit, quod ubi *Electus non patitur defectus personales, & nullitas proveniat à Juris subtilitate, adeout actus non redoleat turpitudinem, seu machinationem,* 46 *Sac. Congregatio soleat nullitatem sanare*, sunt verba *Card. de Luca de Regul. disc. 11. num. 12.* quod priùs adnotaverat *in disc. 1. num. 95.* ibi: *Sæpius contingit, ut electio, quamvis de stricta Juris censura invalida censenda sit, adhuc tamen quandoque revalidari soleat, ubi non ex vitio Personæ, minusque ex vitio culposa, seu peccaminoso actus, sed ex sola Juris subtilitate nullitas proveniat*; Eo ipso, quod electio dicti P. del Rio in Provincialem d. infelicissimo tempore cum tali, tantaque publicitate sanata fuit, omnibus ad justitiæ, & prudentiæ normam libratis in statera actis judicii hujus Sacræ Cong. plusquam evidenter remanet demonstratum, defectus d. electionis non provenisse à personalibus vitiis, minusque à culposis actibus, & machinationibus, sed à sola juris subtilitate.

Et propterea cum omni fundamento credimus non esse hodie insistendum in calumniis, tunc temporis gratis ubique exageratis adversùs optimam famam, & religiosissimã vitam moderni Provincialis cum Scartafaciis, tunc temporis divulgatis *nimia liberalitate, & licentia,* 47 *nec sine gravi charitatis, justitiæque injuria*, sunt verba *P. Vitelleschi Præpositi Gen. Soc. Jesu in epistola ad suos Religiosos fol. mihi 413.*

In omnem verò casum, attentis probationibus tunc 48 temporis favore ejusd. P. del Rio adductis, ex quibus eædem calumniæ in nulla consideratione habitæ fuerunt, applicarentur verba illa *Cassiod. lib. 4. epist. 44.* scripta Episcopo Polensi, *Sanctitatis Vestræ animus non gravetur,* 49 *nec se fallacibus verbis doleat accusatum, quia multò major est opinio purgata, quàm si desinentibus querelis non fuerit impetita.*

Necnon applicaretur optima illa reflexio *Sac. Rotæ in dec. 24. n. 7. cor. Ansald.* quod scilicet quando Testes de- 50 ponunt in uno judicio, si in illo, illorum depositio non fuit habita in aliqua consideratione, multò minùs, & absque ulla difficultate non merentur attendi in aliu, & concordat *Card. de Luc. de Fideic. disc. 92. num. 24.*

IN EADEM CAUSA.

POst impressionem antecedentis Scripturæ communicatæ Nobis fuerunt aliæ affectatissimæ Attestationes. Quamvis autem sola illarum lectura, & ocularis recognitio superabundare videatur ad manibus palpandam illarum falsitatem, ex latè animadversis à Peritis Scriptoribus, in eorum jurata Attestatione, data in Summario; quibus circa rem, & ad eorum professionem spectantem, omnis adhibenda est fides, ut omissis generalibus in terminis falsitatis, probatæ à peritis Scriptoribus, con- 51 cordantibus cumulatis, firmavit *Rot. dec. 652. n. 3. p. 19. rec.*

Nihilominus ad hoc, ut ex dict. falsis Attestationibus offuscatum non remaneat bonum jus hodierni P. Provincialis, ead. falsitas recognosci ictu oculi potest ex diversitate attramenti, ex non conformitate caracteris, ex singularitate unius Personæ, quæ supponitur illarum corpora scripsisse, contextualiter in Locis, inter se nimis remotis, ex artificioso illo modo scribendi ad delationem modò producto, modò ad angustiam contracto; Quæ omnia, præcipuè simul unita cum aliis solidis reflexionibus, à dict. peritis Scriptoribus latiùs perpensis, falsitatem dd. 52 Attestationum digito demonstrant, ex punctualiter animadversis per *Ceph cons. 287. n. 27. & 28. Farinacc. cons. crim. 108. sub n. 1. & n. 105. vers. Distantia inæqualis literarto 2. Soccin. jun. cons. 41. n. 7. vers. Tertio suadetur lib. 1.* ibi: *Habuissent enim suas lineas, & spatium convenientia, ex quibus facile potest argui falsum: Mandel. Alb. cons. 99. n. 10.* ibi: *Plurimum illa suspicio videtur urgere, quòd 5. aut 6. posteriores lineæ &c. fuerunt scriptæ augustissimo quodammodo, & diversissimo stylo, seu ordine ab aliis lineis, quia deficiebat spatium chartæ, Tancbred. cons. 105. n. 42. vers. Alia præsumptio, Genua de Script. priv. lib. 1. qu. 6. dub. 7. n. 27. & 28. Rot. dec. 180. n. 13. p. 13. rec.* ibi: *Quia verò spatium hujusmodi non erat capax d. productionis, carmina fuerunt restricta, & adnotata extra ordinem aliarum linearum, quod summoperè suspicionem auget, & dec 652. n. 2. p. 19.* ibi: *Mediantibus lineis, inæquali distantia positis, necnon difformi, & vario charactere, modò ad dilationem producta, modò ad angustiam contracta per artificiosum Scriptorem in folio albo, præcedenter subscripta, ita compositum videtur, ut promissionum, & obligationum tenor supradictus, cùm præexistenti subscriptione connecteret, & per hujusmodi continuationem Scripturæ unico contextu, vel posticipatè subscripta crederetur, & in Romana Cambior. 17. Febr. 1690. §. Si verò, & seq. cor. Manuel.* ibi: *Earumq; pretium cum verbis, & lineis, modò ad angustiam, modò ad distantiam loci productis, vel contractis, unde vehemens depromitur argumentum falsitatis*, & ibi: *Licet aliquando strictiori, & sæpè etiam parum conformi charactere, quo casu semper augetur supradicta suspicio.*

Quæ omnia supplicamus præ oculis haberi, non ad effectus criminales, seu irrogationis pœnarum, juxta solemnem illam declarationem, quam his verbis emisimus 53 *in Epist. ad Lect. nostrar. Instit. Crim. Neq; ab ulla exercitatione magis animus noster, & professio, quàm à Causis criminis sic aliena*; sed ad hoc duntaxat, ut nulla fides præstetur dd. falsis Attestationibus. Ut enim egregiè ad nost. effectum 54 ad-

advertunt adducti per *Noguerol. alleg.56. num 139.* duo falsitatis gradus considerantur in Scripturis suspectis; Unus scilicet eas declarando falsas ad effectus criminales circa quos non insistimus; Alter verò nullam eis ad- 55 hibendo fidem, & concordant Criminalistarum Princeps *Farinac. cons. crimin.108. num.114. & 115. tom 2.* ubi, quod, quando, non solùm contra privatam Scripturam, sed etiam contra publicum Instrumentum adducuntur duæ falsitatis præsumptiones, illæ superabundant ad adimendam omnem fidem; Quando autem plures, quàm duæ præsumptiones concurrunt, tunc suffi- 56 ciunt etiam ad criminaliter condemnandam, *Castald. consult.137. num.2. & 3. Rocc. Disput. Jur. cap.46. nu.17.* ubi, quod hæc conclusio nullum habet contradictorem, illamque perpetuò amplexa fuit *Sac. Rota*, ut videre in *dec.280. num.14.cor. Cels. & in recent. dec 452. nu.4. part. 3. & decis.155. num 5. part.13. & dec.206. num 3. & 5. part.15. & decis.328. num.1. part.19. & in Romana, seu Collect. Hæreditatis 14. Junii 1680 §. Maximè, & 20. Junii 1681. §. Denique coram Vicecomit.*

Quis verò in dictis falsis, & affectatissimis Attestationibus, non sine manifesta calumnia repetuntur ea, quæ circa somniatam vim exagerata fuerunt in aliis Scripturis, in Secretaria exhibitis, inter quas annumeratur 57 etiam funesta vox unius ex Recurrentibus, criminaliter processati, & excommunicati, qualis appellatur *in Can. Constituimus 3. quæst 5.* quem sequitur *Rota in Avenionen. Successionis 5. Junii 1676. §. Minus, cor. Bourlemont*; Non possumus non rogare, ut præter adducta supra adversùs easdem calumnias, sive considerentur personales, sive avitæ qualitates Præsidentis, sive multiplicitas qualificatissimorum Religiosorum, & maximus numerus 75. inter 79. Vocales à quibus P. del 58 Rio una voce, & concordi voluntate, servatis omnibus servandis, electus fuit Provincialis, juxta ea, quæ observat *Rot. coram Merlin. dec.135. nu 7. & coram Priolo dec.408. num 10. & cor. Emerix Jun. dec.1251. num.7. & in part.18. rec. dec.11. num.13.* Dignentur sub oculis habere solemnes, & juratas Attestationes maximi numeri qualificatorum Testium, testantium de facto proprio, deque illis rebus, quæ eorum oculis subjecta fue- 59 runt, & quorum pars magna fuerunt, una voce asserentium, *Che niuno li facesse violenza, anzi che dalle conferenze, che il Deponente ebbe così in secreto, come in publico con detto Illustrissimo Sig. Presidente, lo trovò in tutto uniformato al dovere; ed alla ragione, ed a sollecitare con Paternale obligazione la pace della Provincia, senza palesare il di Lui animo sopra di alcun particolare*; Sunt verba P.M. Alonzi Garziæ Merlini: *In nissuna delle dette occasioni dichiarò, che voleva alcuno l'Illustrissimo Sig. Arcivescovo, anzi, che tutte le sue espressioni erano sopra la pace, e che in pace dassimo il nostro voto a chi ci fosse dalla nostra coscienza dettato.* Sunt verba P. Magistri Ferdinandi de Lara: *Spontaneamente, e liberamente diede il suo Voto, senza aver patito violenza alcuna, ne per parte dell'Illustrissimo Monsig Presidente, ne per istanza di altra qualsisia Persona &c. ne mai sentì dire da niuno gli fusse fatta violenza:* Sunt verba P. M. Petri Borselli: *A nessuno ha inteso dire, che l'avessero indotto, o violentato, e per quello, che riguarda, che da nessuno siasi patita violenza, ne induzzione, sa che spontaneamente, e liberamente ogn'uno diede il suo Voto:* Sunt verba P. Christophori Infantis: *Disse, che non ha patito violenza; ne induzzione alcuna, ne li è mai pervenuta notizia, che Ciascheduno del detto Gremio l'abbia patita, anzi che nello Scrutinio l'Illustrissimo Signor Presidente disse ad esso medemo dichiarante, che fissasse gl'occhi in qualche soggetto, che gli fusse parso il più degno, e che in tutto avesse mira alla pace.* Sunt verba P. Alonsi Quilos: *Sua Eccellenza fece una prattica di grand'edificazione, esortando Noi tutti alla pace, con grande umiltà, e carità, e che sperava, che essendo Noi tutti intenti, ed attenti al servizio di Dio, ed usando ogn'uno della sua piena libertà, eleggessimo un Prelato, che in pace, e carità mantenesse la Provincia, il che da noi richiese in visceribus Christi.* Sunt verba nonnullorum PP. Conventus Carmonæ: *La verità parimente è, che nella detta elezzione, e celebrazione del sudetto Capitolo, ne prima di quella vi furono direttamente, ne indirettamente violenze di sorte alcuna, ne impulsi, ne minaccie, per le quali alcuno delli vocali fosse obligato a dare il Voto.* Sunt verba eorumdem RR. PP. MM. Carmonæ: *Avanti dell'Elezzione del Provinciale non fu impedito, ne obligato il dichiararsi insinnato, ne forzato per dare il suo Voto, per l'Elezzione del Provinciale in Persona di alcuno &c. Perlochè assicura, e dichiara &c. come vocale, che fu, che non ha inteso, ne visto dire dagl'Anziani di questa Provincia, che siasi celebrata Elezzione di Provinciale, o Capitolo con una pace, e quiete simile a questa.* Sunt verba P. M. Ferdinandi de Vegos: *Che avanti l'Elezzione del detto Provinciale non fu impedito, appressato, ne sforzato per dare il suo Voto per il Provinciale, ne dall'Eccellentissimo Monsignor Arcivescovo Presidente, perche mai gli parlò, come pure da alcun'altro di detti Religiosi, poiche di suo libero arbitrio, e di spontanea volontà lo fece, mediante quello, che gli dettava la propria coscienza.* Sunt verba P. M Alberti Perez Conde: *Non aveva sentito dire, che alcuno de' Gremiali fosse stato minacciato, astretto, ne oppresso, ad'effetto, che dasse il suo Voto, anzi che sentì dire a moltissimi, che eistavano molto sodisfatti per la pace, e quiete, con la quale era stato celebrato il sudetto Capitolo.* Sunt verba P M. de Trinitate à Torres; *Aveva dato il suo Voto liberamente, e di spontanea volontà &c. senza che per parte di alcuno fosse stato insinuato, e per mezzo alcuno supplicato, ne minacciato.* Sunt verba P. M Alphonsi de Leon: *Il suo Voto aveva dato liberamente, e di sua spontanea volontà &c. senza altro motivo, che quello dettatogli dalla propria coscienza.* Sunt verba P. M. Galindo: *Non era stato ne sforzato, ne insinuato per parte di alcuno ha dare il suo Voto, il quale spontaneamente, e con piena volontà aveva dato &c. secondo il dettatogli dalla propria coscienza, e che non aveva inteso dire, che vi fusse stata violenza, nè che nessuno de' Gremiali era stato appressato, ne sforzato per il suo Voto.* Sunt verba P. M. Felicis de la Roccha: *Il suo Voto aveva dato libero, e di spontanea volontà, senza che fosse stato appressato, ne insinuato, ne richiesto da alcuno a quell'effetto.* Sunt verba P. Magistri de Funas: *Quello che puol dire, è, che in sua Persona ben sà, che non gli è stata fatta violenza alcuna, e che diede il suo Voto liberamente nella detta Elezzione.* Sunt verba P M. Alphonsi de Galves: *Non ha inteso dire, che vi fosse intervenuta violenza alcuna, ne minaccia di Persona alcuna, per qualsivoglia di detti Vocali, anzi che gli fu insinuato dal detto Eccellentissimo Signor Presidente, che operasse con giustizia, e che eleggesse il più degno.* Sunt verba P. M. Petri Dionysii Ladron de Guerrera: *Nessuno lo costrinse, nessuno gli parlò parola sopra di tale affare &c. e diede il suo Voto per il Provinciale, libero, e spontaneamente a quello, che si conosceva tra la Prelatura il più degno alla Dignità di Provincialato, avendo presente il suo giuramento, che si fa di eleggere il più idoneo.* Sunt verba P. M. Ferdinandi de la Corte.

Cum quibus concordant innumeri alii informatissimi Testes, & qualificatissimi Religiosi, præsentes Electioni, quorum verba hic omittuntur gratia brevitatis, ad parcendum inutilibus expensis, & ad evitandum tedium, in Secretaria tamen illorum juratæ, & authenticæ Attestationes exhibitæ fuerunt, Inter quos aliqui non omiserunt particulares gratias 60 Divinæ Majestati agere ob quietem, & pacem, cum qua electio conclusa fuit, *e che fusse fatto un tale Provinciale con tanta pace, e l'Elezione fu celebrata così da Religiosi, come dal Sevigliano Popolo, che concorso dicendo tutti ad una voce; Non puol'essere mai più accertata l'Elezzione nell'occasione presente per la quiete, e pace della Provincia.*

Alii attribuerunt miraculo concordiam tot Vocalium in eligendo una voce P. Provincialem cum Votis septuaginta quinque ex 79. *e con grande allegria, e sodisfazio-* 61 *ne di tutti, poiche era voce commune, che la detta elezzione parve miracolosa, per essere stata fatta con tanta quiete, e pace, quando si aspettava tanto rumore, e guerra.*

Alii demum cum omni genuitate, & candore attestati fuerunt de magno gaudio, cum quo à Vocalibus, & toto gremio Capituli electio conclusa, & acceptata fuit, ut deponit P. M. de Vega ibi: *Ristava sodis-* 62 *fatto, allegro, e contento di averla fatta in questa manie-*

re,

va, e che nella sua età tanto avanzata non si ricordava di avere inteso, ne veduto un'altro Capitolo tanto quieto, e di commune soddisfazione.

Quibus non merentur opponi contrariæ Attestationes, non solùm quia sunt in longè minori numero, & consequenter illis depositiones nostrorum Testium semper [63] præferendæ sunt, juxta firmata per *Rot. coram Ludovis. decis. 322. num. 6. & in Pampilonen. Præeminentiarum 27. Junii 1701. §. Et in omnem coram Olmo, & in Beneventana Nullitatis Testamenti 1. Julii 1711. §. Hac relevante coram Reverendissimo Crispo*. Sed etiam quia nostri uti deponentes de libera voluntate præferendi sunt aliis, [64] in minori numero deponentibus oppositum, ex firmatis per *Rot. dec. 132. n. 6. & seqq. cor. Priolo*.

Minorem merentur animadversionem ea, quæ repe- [65] tuntur circa restrictionem sex dumtaxat Religiosorum cum exclusione aliorum ne possent eligi in Provincialem.

Ultra enim ea, quæ observavimus supra adversus hujusmodi objectionem; Dicimus, illam non subsistere in facto, & non relevare in Jure; Non subsistit in facto, ex quo Capituli Præses non obstante tali nominatione sex dignissimorum Religiosorum, reliquit Vocales in plena libertate eligendi etiam alium quemcumque Religiosum ex Gremio Capituli, quatenus in conscientia illum digniorem existimassent, ut concludenter justificamus in Summario ibi. *Monsignor Arcivescovo per trè volte richiese, se volevano veni-* [66] *re all'Elezzione del Provinciale, e rispondendosi da tutti, in tutte trè le volte, che sì, allora Monsignor Illustrissimo Arcivescovo disse; Dunque* procedamus ad Electionem, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *e tornò a replicare, che l'Elezzione poteva cadere in qualsivoglia proposto da S. E. ed in qualsivoglia del Gremio, che fosse atto a quel ministero, secondo le Constituzioni dell'Ordine.*

Necnon ex depositione P. Gonzalez de Aldana ibi. *Si procedè all'Elezzione del Provinciale, per la* [67] *qual propose Sua Eccellenza sei RR. PP. MM., ed avvertì li Vocali &c. che secondo la loro coscienza dassero il Voto a quello, che gli gustarà maggiormente, dando a ciascuno la libertà, e lasciandoli nel loro libero arbitrio, e spontanea volontà.*

Quæ comprobata fuerunt ex illa facti innegabili circumstantia, quod inter 75. vota, duo data fuerunt P. Josepho Gonzalez de Sandoval, & unum P. [68] Alphonso Morion, qui non erant inter nominatos D. Præsidente. Igitur Vocalibus probè nota erat illorum libertas eligendi eum, quem dignorem putabant.

Mious eadem objectio relevaret in Jure, non solùm ex adductis supra respicientibus facultatem nostri P. Generalis nominandi personas habiles, & ido- [69] neas pro Provincialatu juxta disposita in nostris Constitutionibus, & notoriam consuetudinem in illa vigentem, de qua *Lezzan.* nostræ Religionis Alumnis in *Summa cap. 15. num. 21. Donat. Rer. regul. tom. 2. tract. primo de Elect. quæst. decima, num. decimo, & Passerin. eod. Tract. cap. 2. n. 7. in fin.*

Sed etiam, quia quando numerus nominatorum excedit (ut in casu nostro) numerum ternarium, tunc non dicitur verificari restrictio, sed attentis pluribus eligibilibus, congruè verificari potest libertas Electo- [70] rum, juxta doctrinam *Div. Thom. 1. 2. q. 13. art. 2.* quem aliis adductis sequuntur *Donat. Rer. regul. tom. 2. tract. 1. q. 20. num. 6. & seq. & Passerin. eod. Tract. cap. 2. num. 4. & seq.* Quæ dicta sint ad solius materiæ ornatum, quia pro validitate nostræ electionis superabundant Constitutiones nostri Ordinis *in p. 4. de Elect. Provinc. num. 2.* & immemorabilis consuetudo in illa vigens proponendi Religiosos à P. Generali cum approbatione specifica Sanctissimi Domini Nostri quam P. Generalis amplissimè communicaverat Præsidenti nostri Capituli ex allegatis supra.

Poterat, & debebat omitti magna illa exageratio aliquorum ex contrariis Testibus somniantibus magnum [71] numerum Armatorum, & Militum, cum quibus Præses accessit ad locum Capituli; Quia id nullam omninò in facto subsistentiam habet, estque merum ens rationis chimericum, ut in tota Hispalensi Civitate plusquam notorium est, & concludenter, ut justificamus cum pluribus atque pluribus attestationibus originaliter datis in manibus D. Cardinalis Ponentis, ferè omnes deponentes per hæc verba. *Quest' Eccellentissimo Monsignor Arcivescovo si portò al sudetto Convento maggiore solamente con due Paggi, un Cappellano, ed il suo Secretario.*

Pro responsione demum adversus calumnias, gratis ubique exadverso adductas utimur verbis illis *S. Francisci Salesii nelli Discorsi di Sagr. Controv. discurs. quinto art. fin. vers. voi volete part. seconda fol. 74 Per-* [72] *che voi non allegate in prova di ciò, che una vostra semplice affermativa senz'altro riscontro particolare, Io vi sodisfarò, senza vostra offesa con una assoluta mia negativa.*

IN EADEM CAUSA

POst quam Recurrentes non erubuerunt adversus notoriam probitatem, & notiorem candorem Præsidentis nostro Capitulo, multa in eorum falsis attestationibus gratis ubique asserere; Pœnitentia deinde ducti, vel potiùs rubore suffusi, sequentibus verbis dictum eorum secundum Restrictum sigillarunt: *Dum de nullitatibus hujus electionis conqueruntur, proponendo præsertim Vocalium* [73] *augmentum &c. nil penitus tribuere intelligunt Personæ Reverendissimi Archiepiscopi, qui in eadem electione Præses adstitit.*

Pro congrua autem responsione applicari videtur id, quod practicavit Martinus Quartus cum illis Oratoribus Siculis, qui postquam eidem maledixerant, petentes ab eodem veniam, ter ei dixerunt: *Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, dona nobis pacem*, quibus nullum aliud dedit responsum Summus Pontifex, præter illud, quod re- [74] fertur *Jo. 19. 3.* teste *Jo. Villano in Cronic. lib. 7. cap. 63. fol. mihi* 206. *Il Papa in pieno Concistoro fece dare questa Risposta, senza altre parole: Ave Rex Judæorum, & dabant ei Alapam; Onde gli Ambasciatori si partirono molti confusi:* Quales speramus recessuros esse pariter ab Urbe Detrectatores existimationis, & decoris dicti Excell. Præsidis, qui si usque ad sydera exclamavit, & meritò conquestus fuit cum Sanctissimo D. N. ex eo solo motivo, quod impugnabatur substantia illius electionis, cui ipse assistentiam præstitit, non voluntariè, sed in exequutionem mandati Reverendissimi Hispaniarum Nuncii, & specialis Præcepti SS. D. N. *quod suam repugnantiam eidem Capitulo præsidendi vicit*, juxta illius præcisa verba, quæ recognoscere supplicamus in ejus Epistola. Quid erit dicendum quando ad ejus delicatissimas aures pervenient notitiæ, & ejus fidelibus oculis subjectæ erunt Scriptu- [75] ræ, plenæ calumniis, & falsis attestationibus oppositorum.

Deveniendo modò ad contrarias criticationes, omissis aliis, supra latè confutatis, ter dicimus, quo nullam merentur animadversionem prætensa restrictio Eligendorum, necnon admissio Vocalium, qui non de- [76] bebant admitti, & rejectio duorum, qui prætenditur exadverso, quod Jus suffragandi habebant.

Non prima, quia talis objectio claudicat in facto, & nullam meretur animadversionem in Jure; Claudicat in facto, imò in illo evidenter excluditur à contrario Summario, ubi circa nominationem, factam ab Excellentiss. Præside hæc leguntur *Proposuit sequentes RR. PP. MM* qui ibi specificantur, sed ibidem non legitur restrictio exadverso somniata, quod alii extra dictum numerum non eligerentur, quod gratis ubique exadverso asseritur, & plusquam evidenter excluditur, ex facto innegabili, ex quo constat, quod juxta permissionem, omnibus Vocalibus datam ab Excellentiss. Præside, habuerunt Vota duo [77] alii Religiosi, non contenti in dicta nominatione; Hujusmodi autem modus nominandi, præscindendo etiam ab aliis responsionibus, ultrò admittitur à Doctoribus, sequutis à *Bordon. resolut. vigesima sexta, quæst. octava, num. vigesimo quinto, & Donat. Rer. Regul. tom. secundo, tract. primo, quæst. decima, num. nono* ibi: *Eo fortiùs, si coarctatio non sit facta cum aliorum exclusione, ut cum Superior declarat, se per dictam limitationem non velle excludere meliores, si quos habent.*

Mions eadem objectio relevat in jure ex tribus limitationibus, communiter datis à Doctoribus gene- [78] rali regulæ, quod non sit permissum electionem coarctare ad paucos vocales.

Prima, quod illa non procedat, accedente Summi Pontificis voluntate, quæ in casu nostro evidenter desumitur ex Confirmatione in forma specifica deputationis in Præsidem nostri Capituli in Persona Excell. Archiepiscopi Hispalen. In qua illa continebatur ex adductis in nostris Scripturis. 79

Secunda verò, in sensu omnium Doctorum, permittitur limitatio Eligendorum, quando illa fit ex necessitate, ex adductis à *Passaria. de Elect. cap 2. num. 7. & seq. Megal. in Promptuar. part. 2. verb. Elect. 11. Castellin. de Election. cap. 3. num. 7. Donat. Rer. regul. tom. 2. tract. 1. quæst. 10. num. 8.* ibi. *Secus si Electores præstiterint causam restrictionis, tunc enim potest Superior restringere ad tres, non autem ad unum*, ibique *n. 14.* refert, ita practicatum in sua Dominicana Religione à P. Generali Rodulphio in casu duriori unius dumtaxat eligendi, subdens *Electio ad illum unum perventa, fuit valida, & canonica omnibus modis, Bordon. resol. vigesima sexta, quæst. octava, num. vigesimo quinto, & Lezzan. Oper. Moral. tom. primo, cap. 15. num. 116.* ibi. *Quando Electores præstiterunt causam dictæ restrictionis, potest Superior id facere, quod forsan etiam contingit in præsenti, si forsan dicta Constitutio facta fuit ex occasione, quod aliquando viderint Prælati dictæ Congregationis, quod Monasteria eligebant minus probas, aut dignas Personas.* 80

Quod autem Recurrentes causam dederint dictæ nominationis sex Religiosorum, Urbi & Orbi per hæc verba notum fecit dignissimus Præses, in Epistola data in Summario. *Inveni ipsam Ordinem in hoc tractu adeò turbatum, ut vix Domus esset, in qua Vicarius Provincialis Priorem, vel Rectorem vi, aut dolo, non deposuisset, aliumque suæ affectionis in ejus locum, ad numerum suffragantium in futuro Capitulo augendum, non suffecisset, Comperii Nuntium Apostolicum Hispanum de eis violentiis cognovisse, omnesque, tam inordinatas, & injustas providentias revocasse.* 81

Obiter, sed non sine magna serietate enixissimè observantes hic, quod Vicarius ille Provincialis, *qui vi, vel dolo omnes Rectores Conventuum nostræ Provinciæ mutaverat, ad augendum numerum suffragantium ad proprium favorem, cujusve injustas, inordinatasque deputationes revocaverat Rev. Hispaniar. Nuncius*, est ille met Joseph Gonsalez Saudoval, qui in hac Causa non solum facit figuram Testis, sed tanquam Dux, & Caput aliorum paucorum vocalium Excommunicatorum, & Rebellium, erga Decreta, & Mandata dicti Rev. Nuncii Hispaniarum serena fronte in hac causa comparet, & cum suis Aseclis in secundo Summario non erubuit asserere, quod in Urbe omnia per pecuniam obtineri possunt; In qua parte utinam non fuisset verificatum id, de quo præventivè dubitavimus in alia Scriptura, quod scilicet talis calumnia legeretur etiam impressa in Scripturis Typis evulgatis in Urbe per omnia Hispaniarum Regna evulgandis. 82

Devenerunt autem iidem Recurrentes ad dictam temeritatem eo forsan motivo quod aliquando, irrito tamen conatu, ipsi id tentaverint obtinere, juxta celebre illud *dictum Senecæ de mor. in principio: Quæ de se sciant homines, hæc in aliis suspicantur.* 83

Tertia limitatio verificatur punctualiter in nostro casu, quando Generales Religionum determinant numerum Eligendorum, non ad proprium libitum, sed vigore Constitutionum, & Consuetudinis, in propriis Religionibus vigentium, quæ servanda est, ut omissis generalibus, in puncto nostri casus pro limitatione d. Regulæ observant, & optimis rationibus comprobant *Lezzan. Oper. moral tom. 1. cap. 15. de Elect. à n. 107. usque ad finem Bordon resol. 26. q. 8. n. 2. Castellin. de Elect. cap. 3. num. 7. & Donat. rer. regul. tom. 2. tract 1. q. 10. n. 10.* 84

Quod autem in nostra Religione talis adsit immemorabilis consuetudo, roborata dispositionibus nostrarum Constitutionum *p. 4. cap. 18. de Election. Provinc. num. 2.* necnon multorum Capitulorum Generalium, notorium in illa est, & observant illius Alumnus *Lezzan. d. tom. 1. cap. 15. n. 109. & seqq & n. 113.* necnon extra illam *Passer. de elect. cap. 2. num. 7.* ibi: *Consuetudinem proponendi plures Electoribus &c. esse in Religione Carmelitarum ut non eligant nisi ex propositis à Generale, vel Provinciali Donat. rer. Regul. tom. 2 quæst. 10. num. 10.* ibi: *Talis est consuetudo multarum Religionum, & præcipuè Carmelitæ in qua Provinciales non eliguntur nisi ex Propositis à Generali &c.* 85

Et ex his remanet cathegoricè responsum authoritatibus omnibus in contrarium adductis, & præcisè resolutioni hujus Sac. Congregationis diei 13. Octobris 1585. à me relatæ, & sequutæ in *tom. primo Eccles. discept. part. prima discept. 13. num. 72.* & adductæ in contrario secundo restrictu §. *Absque eo* ibi: *Ne quidem potest Generalis talem coartactionem validam facere, Decreto, irritante electionem, nec Electores eis teneat obedire, ut refert Ursaya &c.* 86

Id enim verum est, quando Generales Religionum id faciunt propria authoritate, & ad eorum libitum, juxta terminos, in quibus ego scripsi, & obtinui in loco supracitato secus verò, quando P. Generalis id facit vigore consuetudinis, in propria Religione vigentis, ut declarando eandem resolutionem in specie notant *Lezzan. Cariael. tom. 1. cap. 15. de elect. num. 117.* ibi: *Respondendum est declarationem Sac. Congregationis &c. Ut enim constat ex illo verbo Prælato, manifestè loquitur Sac. Congregatio quando talis coarctatio fit solum ad libitum Prælati, non autem quando fit ex Constitut. à Sede Apostolica approbata, & confirmata, & ex consuetudine legitima*, & concordant *Passeria. de Elect. cap. secundo, num. decimo sexto* ibi: *Nec in hoc casu obstat declaratio Sac. Congregationis, supra relata, quia ipsa loquitur de eo, quod per se, & regulariter est agendum, & prohibet, ne Superioris ad libitum coarctent electiones ad minorem numerum, & Donat. Rer. regul. tom. secundo tract. primo quæst. 10. num. decimo sexto* ibi; *Nec nocet declaratio Sac. Congregationis &c. Loquitur enim de coarctatione, facienda à Prælato ad suum libitum, non autem de ea, quæ posset esse ex necessitate, causa rationabili, lege, vel Constitutione Ordinis.* 87

Quæ si procedunt de toto rigore justitiæ ex supra allegatis, multò magis admittenda videntur in nostro casu ad hoc, ut EE. PP. manibus palpent, quòd non ex voluntate P. Generalis nostræ Religionis, minusque ad proprium libitum ejusdem, deventum fuit ad nominationem sex Vocalium, sed ex mera necessitate, & ex infelici statu nostræ Provinciæ, in qua *Generale dissidium, & contentio Religiosorum fabula erat inter omnes Gentes*, juxta verba Excellentissimi, & Reverendissimi Præsidentis nostro Capitulo, in Epistola, Sanctissimo Domino Nostro scripta, & data in Summario.

Minorem habet subsistentiam secunda contraria objectio, quod in nostro Capitulo admissi fuerunt Vocales, non admittendi, & rejecti duo, qui admitti debebant, nempè P. Texada, & P. Munoz.

Relativè enim Nos habentes circa rejectionem dd. duorum vocalium ad ea, quæ diximus supra. 88

Addimus, quoad dd. prætensam admissionem Vocalium, qui, ut asseritur exadverso, non debebant admitti, quod in omnem casum, attento quod illorum vota non erant sufficientia ad excludendam legitimam electionem, illis demptis, semper valida remanet electio, ex adductis à *Sayro de Censur. lib. secundo, cap. secundo sub num. decimo, vers. Sicut etiam, Passerin. de Elect. cap. 25. num. 450. vers. Talis tamen, Pasqualig. quæst. moral. quæst. 17. per tot.*, & signanter *num. 3.* ibi. *Et ideo, si, non computatis suffragiis inutilibus, adest electio, facta per vota utilia, non debet impediri per inutilia, Castellin. de Elect. cap 5. num 4. & Card. de Luc. de Regul. disc. 3. sub num. 7. vers. Quamvis, & disc. 53. num. 53.* ibi: *Cùm vota fuissent concordia, nil referebat d. interventus cum mixtura non habentiam votum; Nam contradictor non præjudicat electioni, quæ ab aliis benè conclusa sit, dum difficultas cadit, quando talia vota illegitima ipsam electionem concluderent; Secus autem ubi, ipsis etiam non intervenientibus, actus esset benè conclusus*, cum aliis apud *Passerin. de Elect. cap. 4. num. 19. & seqq. & cap. 14 num. 24.* ibi: *Admissio inhabilis non reddit electionem nullam, nisi ex vi nominationis, factæ ab illo, aliquis sit electus.* 89

Cum quibus procedere solet hæc Sacra Congregatio, & me scribente, processit in *Baren. 18. Februarii, & 3. Junii 1712. ad Relationem Cardin. Corsini, & in Ordinis Cisterciensis Capituli Generalis 19. Januarii 1720. ad Relationem Cardin. Spinulæ*, in qua adeo certa, adeoque conformis Juri, & Sac. Congregationum praxi, habita fuit hujusmodi conclusio, 90

sio, ut Rescripto pro validitate electionis, factæ cum admissione Vocalium, qui non habebant jus votandi, & quibus demptis, conclusa remanebat electio, additum fuit, *ut Causa ampliùs non proponeretur*, ut videre est *in tom. quarto, part. 2. discept. nona per tot. & signanter num. 55.*

IN EADEM CAUSA.

CUm inter informandum pro Congregatione diei 10. Maii proximè præteriti 1726. in qua fuit dilata resolutio audiverimus omnes ex EE. PP. convenire in credendo, quod in præsenti Causa super electione P. M. de los Rios in Provincialem Provinciæ Bethicæ, omnes prorsus ab fuerint violentiæ, omnes suffragiorum aucupationes, omnesque alii prohibiti ambitus, & monopolia; Tum quia, quidquid super hoc non sine magna animositate fuit à quibusdam Religiosis contrariis adinventum, & etiam ab aliquibus manifesta cum falsitate depositum, ut ostendimus supra, nullatenus valuit probari, ex quo nihil certum potuerit ab ullo deponi, sed dumtaxat sub quodam imaginario rumore, innixo prætensæ famæ, divulgatæ de dictis violentiis, & aucupationibus Suffragiorum, quod tamen à plurimis depositionibus in contrarium datis in nostro Summario penitus, penitusque excluditur, & oppositum concludentissimè probatur, videlicet summæ libertatis, rectitudinis, & quietis, qua Capitulum fuit celebratum.

Tum etiam, quia aliter præsumi non poterat ob præsidentiam Archiepiscopi Hispalensis, Viri adeò eximii, tam nobilitate, quam morum probitate, ac pietate, nec non etiam doctrina, cujus propterea assistentia bene credi poterat, quod si quid per malam hypotesim minùs licitum machinari voluisset occasione hujus Capitulo ab ipso Archiepiscopo prorsus fugatum, dissipatumque extitisset, ut omnia plena Religiositate explerentur pro bono Provinciæ, ut ad eam regendam optimus Religiosus eligeretur, quemadmodum talis est noster Provincialis de los Rios.

Sed ab aliquibus ex ipsis EE PP auditum fuerit quod tota difficultas ab eis reducebatur quoad coartactionem eligendorum, ex quo sex tantùm fuerint ab eodem Archiepiscopo nominati, hinc ut quicumque scrupulus super hoc eliminetur oportunum duximus aliquid subjungere ultra ea, quæ supra deduximus.

Dicimus itaque hoc objectum nullam habere subsistentiam. Mero siquidem jure inspecto, neutiquam prohibita est propositio, seu nominatio aliquarum Personarum, inter quas electio cadere debeat; ut probat *Pasqualig. quæst. mor. 125. per tot. ubi num. 3. sequendo Lezzan. tom. 1. q. regul. cap. 15.* sequentem adducit rationem: *Cùm secundum Jus electio fieri debeat de dignioribus, nemo privatur debita libertate, si duo, vel tres digniores nominentur, nec cæteris fit injuria*; Imò, licèt juxta communiorem Doctorum Sententiam sufficiat tres tantùm eligendos proponere, ut latè probavimus supra, tamen quod coarctatio excludatur, etiamsi unus tantùm fuerit nominatus, plenè probat *Lezzan. Oper. moral. tom primo, cap. decimo quinto de Election. num. 107. usque ad fin.* ex ea vivissima ratione, quia possunt eligentes se ab electione abstinere, ac sufficit, remaneat liberum exercitium eligendi, quod verificatur eo ipso, quod Vocales non tenentur præcisè illum unum nominatum eligere.

Multo itaque minùs ulla coarctatio prætendi potest in casu præsenti, in quo ab Archiepiscopo fuerunt selecti sex Religiosi, qui inter omnes digniores, & idoneiores esse poterant ad gubernandam Provinciam, inter Vocales benè poterant eorum plenam libertatem exercere.

Indubitanter verò, quia hæc nominatio ab Archiepiscopo non fuit facta taxativè, adeò ut præfati Vocales, si hi sex nominati eis non placuissent, alios quoque eligere non potuissent, ultra hunc numerum, ut in nostris terminis observat *Lotter. de Re Benefic. lib. tertio, quæst. decima septima, num. 45. & 46.* ibi: *Qui quidem actus verius est propositio simplex, tanquam de personis visis idoneis &c. Nec propterea Proponentes arctat. &c. Donat. Rer. regul. 2. tract. 5. de Natur. & for. elect. quæst. 10. num. 9.* ibi: *Eo fortiùs si coarctatio non sit facta cum aliorum exclusione, ut cum Superior declarat, se per d. limitationem non velle excludere meliores, si quos habent: & Bord. resolut. moral. 26. quæst. 8. num. 25.* ibi: *Vel quod licèt unus solum proponatur, Superior tamen declarat, nolle alios excludere, sed illos sibi videri idoneos, præ aliis.*

Et de facto benè agnoscentes ipsi Vocales plenam libertatem, eis relictam, non obstante nominatione dd. sex, ad favorem etiam aliorum duorum fuit ab aliquibus ex eis latum suffragium; Unde frustra prætenditur coartactio, cùm iidem Vocales facto proprio ostenderint, eos potuisse benevisos eligere, ita, & taliter, quod nominatio ab Archiepiscopo dici potiùs debeat fuisse resolutam in merum consilium, ex firmatis per *Rotam in decis. 37. num. 24 & seqq. coram Otthobono* ibi: *Absque tamen aliquo actu coarctationem denotante, quo casu actus ille resolvitur in simplicem nominationem*, ad hoc scilicet, ut sæpedicti Vocales reflectendo ad bonum, utilitatemque Provinciæ, illos præ oculis haberent, ex quibus idem bonum, & utilitas verè oriri poterat; Id quod nulli melius, quàm eidem Archiepiscopo innotescere poterat, qui nulla animi præventione præpeditus, sed imò ad pacem universæ Provinciæ inserendam totus intentus, & unicè coram Deo sollicitus, excogitaverat illos Religiosos proponere, adversus quos nulla exceptio cadere valeret, undè hilari fronte asserere possumus, nullum Capitulum cum tanta Vocalium libertate expleri posse, sive attendatur, quod digniores fuerunt præpositi pro electione, sive etiam animadvertatur, quod erat in potestate Vocalium, quem maluissent, ultra dictos nominatos, eligere. Quibus non opponitur resolutio hujus Sacræ Congregationis, aliàs ex adverso citata, & impressa apud *Mattheucc. in Official Cur. Eccles. cap. 18. num. 2.* Loquitur enim in terminis, in quibus *Prælatus Regularis* (sunt ejus præcisa verba) *proponit duos, vel tres, ex quibus necessariò eligatur unus*: quod longè distat à nostris terminis, in quibus Præses non solùm non arctavit Vocales; ad necessariò eligendum unum ex sex qualificatis Religiosis, ab ipso nominatis, sed rotundis literis omnibus vocalibus declaravit: *E tornò a replicare, che l'elezzione poteva cadere in qualsivoglia proposto da S. E. ed in qualsivoglia del gremio, che fosse atto a quel Ministero, secondo le Constituzioni dell'Ordine*: Iterùm, & tertiò repetendo, *che secondo la loro coscienza dassero il Voto a quello, che li gustarà maggiormente, dando a ciascuno la libertà, e lasciandoli nel loro libero arbitrio, e spontanea volontà.*

Hæc robur assumunt reflectendo ad nostri Ordinis Constitutiones, earumque inviolatam observantiam, quibus mediantibus in pleno arbitrio Patris Generalis positum est proponere certas Personas; Quodque id omninò permissum sit, sivè ob non repugnantiam juris, ut supra demonstravimus, sivè ex authoritate ipsarum Constitutionum, sivè denique vigore consuetudinis, tradunt *Donat Rer. regular. tom secundo, tract. 1. quæst. decima, num. 16. Passerin. de Elect. cap. 2. num. 16. & Lezzan. Carmelita Oper. moral. tom. 1. cap. 15. de Elect. n. 107. & pluribus seqq.*

Neque relevat, quod nec Constitutiones, nec Consuetudo dependenter ab ipsis introducta haberi possint in consideratione, quia prædictæ Constitutiones non sint confirmatæ Apostolica authoritate, vel quia Patres Generales pro tempore, nunquam usi sint hac facultate nominandi certas personas, sed dumtaxat ad certum genus Personarum, puta ad Magistros.

Etenim quidquid sit de confirmatione Apostolica, quæ non est præsentis inspectionis, cùm nobis sufficiat easdem Constitutiones Ordinis esse in plena, ac viridi observantia, non modò non contradicente Sede Apostolica, sed etiam annuente, eo quia Constitutiones cujuscumque Regularis Familiæ semper tanquam Leges inviolabiliter in illa servandæ sunt, ut determinatum fuit *in Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. septimo*, ibi: *In reliquis serventur singulorum Ordinum, vel Monasteriorum Constitutiones*: ac observât adducti ab *Ansal. dec. 61. n. 24.* ibi: *Neglecta fuit forma Constitutionum, quæ cùm debeant in hac materia tanquam Leges ad unguem observari, ut ait Abbas &c.*

Nec subsistit, quod PP. Generales pro tempore hac facultate non fuerint usi, licèt enim nominaverint certum genus Personarum, semper tamen adjecerunt Clausulam præservativam, quod id agere intelligebant absque prejudicio juris eis competentis circa nominationem certarum Personarum.

Nobis igitur esse debet, quod hæc facultas competere valeat Superiori nostri Ordinis, quodque si illa uti noluit, tamen si velit, uti possit, neque in hoc ulla sit repugnantia in puncto juris, vel saltem ex lege Constitutionum detur talis facultas, ut recognosci potest in *part. 4. cap. 15. de Elect. Provincial num.*2. ibi: *Nullus potest eligi in Provincialem, nisi fuerit nominatus, & presentatus Gremialibus Capituli à Priore Generali, vel ejus Vicario de ipsius assensu.*

Semper advertendo, quod Archiepiscopus, licèt vigore Epistolarum P. Generalis hanc ipsam facultatem sibi arrogare valuissent, signanter, quia eædem Epistolæ fuerunt registratæ, & ad literam relatæ in Brevi Sanctissimi Domini Nostri, tamen præfat. Archiepiscopus servando ejus solitum modetamen noluit talem restrictivam taxativè adhibere, sed adhuc non attenta legitima facultate proveniente, & ab eodem P. Generali, & à S. Sede, reliquit in arbitrio Vocalium etiam alios eligere, ultra sex nominatos, cui circumstantiæ in facto innegabili, in jure non poterit unquam dari adequata responsio.

Verùm in his terminis exulat ulteriùs quæcumque difficultas, nam dato etiam, nunquam tamen concesso, quod neque P. Generalis haberet hanc facultatem, neque per Breve Apostolicum major facultas tributa fuerit Archiepiscopo, quàm ea, quæ ipsi P. Generali competere potuisset dependenter à Constitutionibus, & consuetudine, quodque tam dictæ Constitutiones, quàm consuetudo repugnarent, quod absolutissimè negamus, attamen cùm PP. Vocales non protestati fuerint in Capitulo Provinciali adversus hanc eandem facultatem Archiepiscopo tributam, & adversus nominationem sex Religiosorum ab ipso factam, sibi imputare debent dicti Vocales, quod cùm in eorum arbitrio esset protestationem emittere tempore habili, & antequam ad electionem procederetur, nihilominus propriam libertatem contemnere voluerunt, seseque spontè subjecerunt nominationi, factæ ab Archiepiscopo, unde sequitur, quod nullo modo possint hodiè factum proprium impugnare, vulgatis juribus, sed nominatio sex Religiosorum dicatur ab ipsis ex eorum mera, plena, & libera voluntate acceptata, exequuta, & confirmata, ut constanter tradunt Doctores supra adducti.

Hæc profectò manifestè ostendunt minimè dubitari posse de validitate nominationis factæ ab Archiepiscopo, sed quatenùs adhuc aliqua superesset dubitatio, quod non credimus, esset saltem ad simplicem cautelam, & non aliàs indulgenda sanatoria ad tollendum omnem, & quemcumque scrupulum, quæ quidem sanatoria tribus rationabilibus, & maximè animadvertendis circumstantiis innititur.

Primò, quia præfatus Archiepiscopus devenit ad hanc nominationem sex Religiosorum bona fide, tam attenta facultate, ei per Epistolas tradita à P. Generali, quàm confirmata per Breve Apostolicum; Undè in ejus mente nulla unquam dubitatio cadere poterat, quod talis facultas non adesset in P. Generali, sed sicuti idem Archiepiscopus sollicitus esse non debuerat de inquirenda eadem facultate, imò verè potuit credere, quod in P. Generali, adesset attento dicto Breve Apostolico; Ita constito de bona fide Archiepiscopi, subintrat sanatio dictæ nominationis, electionis P. Provincialis, & totius Capituli, juxtà animadversa per *Card. de Luc. de Reg. disc. 3. num. 5.* ibi. *Mala fides non dignoscatur &c. tunc nullitatem sanare solet &c. isteque est etiam frequens stylus hujus Sac. Cong in electionibus Provincialium.*

Secundo, quia ut superiùs dictum fuit, si PP. Vocales, quibus plenè innotescebant Constitutiones Ordinis, tamen audita nominatione sex Religiosorum, & data ais ampla potestate in contrarium dicendi si quid eis obstare visum fuisset, ut resultat ex Actibus Capitularibus, nihilo tamen minus quidquam non opposuerunt, proinde ex hac etiam circumstantia non solùm infertur, quòd Adversarii non possint hodie audiri, nec in linea Testium, nec in figura oppositorum ex innumeris concordantibus, quos refert, & sequitur *Rot. in dec. 86. n. 25. cor. Ansal.* ibi. *Non poterant in posteriori pendente lite mendicata attestatione sibi contradicere, neque tanquam Testes, neque tanquam Oppositores*, & concordant alii apud *Passarin. de Elect. c. 32. n. 34.* ibi. *Regulam generalem esse, ut nullus electioni à se factæ possit opponi &c.* Sed lucidiùs insurgit bona fides dicti Archiepiscopi, quod verè crediderit, ut sicut nullum obstaculum adesse poterat super nominatione sex Religiosorum in jure ex supra firmatis, ita nec ullum obicem præstare valerent Constitutiones, & consuetudo, contra quas nihil fuit oppositum, imò ex numero adeò conspicuo septuaginta novem Vocalium ex quibus Capitulum fuit compositum, septuaginta quinque adhæserunt P. de los Rios; Unde infertur, quòd nedum ritè, ac maxima cum bona fide Archiepiscopus credidit, nominationem sex Religiosorum posse fieri, sed quod etiam ita pro constanti existimaverint omnes Vocales, atque idcirco indubitantar intrer sanatoria, *Card de Luca de Regularibus disc. 11. n. 12. Pluries ego practicavi occasione hujusmodi quæstionum de quibus frequenter super electionibus Provincialium agi contingit in Sac Congregatione Episcoporum, & Regularium, etiam ubi in electione adesset aliqui defectus, ob quem de stricto jure illa invalida censenda veniret, adhuc tamen ubi sit nullitas, quæ proveniat solùm à subtilitate juris, adeout actus non redoleat turpitudinem, seù machinationem, Sac. Congregatio solet nullitatem sanare.*

Tertio denique nam cùm nota sit EE. PP. perturbatio hujus Provinciæ, adeout non modo P. Generalis, verùm etiam Summus Pontifex necessarium omnino agnoverit deputandam esse pro tranquilla celebratione Capituli aliquam Personam, non minus pietate, & Religiositate conspicuam, sed etiam authoritate præfulgentem, & ob id præsidentiam dicti Capituli delegaverit Archiepiscopo Hispalensi, utique in hoc saltem peculiari casu debet concedi sanatoria, quia idem Archiepiscopus, ut benè, & juxta Votum totius Ordinis, & Summi Pontificia munus suum exequeretur, necnon tota Provincia Bethica componeretur, optatamque pacem consequererur, non aliter id posse haberi censuit, quàm præeligendo sex Religiosos, quorum quisquis fuisset electus, debitam Regularem observantiam, disciplinam, & tranquillitatem restitueret, quibus omnibus pensatis videtur saltem sanatoria ad cautelam concedenda, prout in similibus circumstantiis semper illam elargiri solet hæc Sacra Congregatio teste *Card. de Luca ubi supra.*

IN EADEM CAUSA

NOn valentes contrarii Defensores assertam nullitatem nostri Capituli rationum pondere, & punctualium authoritatum allegatione probare, procurant nos opprimere Scripturarum mole, & philacteriis, quæ, ut dicebat *Decius cons. 699. num. 3.* secutus à *Fatinell. resp. 510. n. 7. tom. 1. In Romana Curia non leguntur.*

Perstringendo autem contrarias criticationes, repetitur, magnaque dos attribuitur prætensæ restrictivæ sex dumtaxat Religiosorum, factæ ab Exc. Præside.

Ceterum ultra legales responsiones, eidem objecto in Jure supra datas, vellem hic habere centum linguas, & centum ora, juxta phrasim Virgilii, ad me explicandum circa sequentem innegabilem facti circumstantiam, adversus quam libenter replicationem viderem.

Excellentissimus Præses, post nominationem sex dignissimorum Religiosorum, factam coherenter ad disposita in nostris Constitutionibus, *par. 4. cap. 15. de Elect. Provincial. num 2.* Ad consuetudinem, in nostra Religione vigentem, & in illa notoriam, de qua *Passer. de Elect. cap. 2. num. 7. Donat. Rer. Regular. tom 2 quæst. 10. num. 10. & Lezzan. Carmelien Oper. mor. tom. 1. cap. 15. num. 109. & seqq.* Et ad facultates ei attributas in Literis patentibus P. Generalis, à Sanctissimo D. N. specialiter confirmatas, *Disse, e tornò a replicare, che l'elezzione poteva cadere in qualsivoglia proposto da S. E. ed in qualsivoglia del gremio, che fusse atto a quel ministerio*: Tertio repetendo, *che secondo la loro cosciènza dassero il voto a quello, che li gustarà maggiormente, dando a ciascheduno la libertà, e lasciandoli nel loro libero arbitrio, e spontanea volontà:*

Quo

Quo libero arbitrio, spontaneaque voluntate multi Vocales usi fuerunt, dando Votum aliis, ultrà nominatos ab Excellentissimo Præside, inter quos habuit etiam vota P. Gonzalez Adversarius. Ex quibus remanet manifestum, quod prætextus restrictivæ exadverso magnificatus, est verum ens rationis.

Nec subsistit, quod facultas, P. Generali data in nostris Constitutionibus restricta sit ad determinatam speciem Religiosorum, puta ad Magistros, non autem ad certas personas: Contrarium enim oculis corporeis legitur in dd. Constitutionibus, cujus verba sunt hæc: *Nullus potest eligi in Provincialem, nisi fuerit nominatus, & præsentatus Gremialibus Capituli à Priore Generali, vel ejus Vicario*. Necnon oppositum ad placitum Generalium pro tempore fuisse practicatum, docemus in Summario.

Quæ, ut diximus, & oportunè repetimus, dicta sint ad materiæ ornatum, quia objectum, hoc plus justè exageratum, non habet facti assistentiam ex dicta innegabili circumstantia, & clara declaratione Excellentissimi Præsidis; *Che dassera il Voto a quella, che li gustarà maggiormente, dando a ciascuna la libertà*. Egregiè *Bord. resolut. mor. 26 quæst. 8. n. 25* & meliùs *Donat. Rer. regul. tom. 1 tract. 1. de Natur. & form. elect. quæst. 10. n. 9. & Rot. dec. 7. n. 24 & seqq. cor. Ottobono*.

Est merum æquivocum prætendere quod, Constitutiones nostri Ordinis, demandantes, *nullum eligi posse in Provincialem, nisi fuerit nominatus, & Præsentatus Gremialibus Capituli à Priore Generali*, sint oppositæ Juri communi; Quia electio ad nominationem, & præsentationem est una ex Speciebus electionis, à Jure communi approbatæ, non autem Juri oppositæ, ut practicari videmus in Beneficiis de Jurepatronatus, etiam animarum curam annexam habentibus, ex adductis ad *Barb. ad Conc. sess. 24. de Reformat. cap. 18. n. 547. & seqq.* Sicuti autem est in potestate Electorum restringere electionem ex propria voluntate ad certum numerum Personarum, ita nescimus videre, quare tota nostra Religio mediantibus suis Constitutionibus non potuerit eligere d. speciem Electionis ad nominationem, à Jure approbatæ, ad quem effectum non est necessaria approbatio Apostolica in forma specifica, quæ requiritur solùm in iis, quæ sunt contra Jus commune, ut notat *Card. de Luc. de Judic. disc. 35. n. 62*.

Reperitur pariter exclusio P. Vicarii Rectoris Collegii Divi Alberti Hispalensis.

Diximus autem, & constanter repetimus, quod iste Religiosus erat incapax votandi, uti servatis servandis excommunicatus à Delegato Apostolico Reverendissimi Hispaniorum Nuncii.

Ea verò, quæ ad probandum nullitatem ejusdem excommunicationis latissimè exadverso, illius justitiam potiùs confirmant, satisque est respondere, quod non pertinebat ad Religiosos, in Vigilia Capituli, dijudicare de viribus dictæ Excommunicationis, promulgatæ ab Apostolico Delegato, quæ dum non ostendebatur revocata, semper obstabat, neque poterant Vocales illum admittere ad votandum, contra quem urgebat excommunicatio, lata à d. Apostolico Delegato.

Æquali justitia admissus non fuit ad votandum P. Vicarius Prior Conventus Ursaonensis, quia constans in facto est, quod constitutus fuerat talis paucis mensibus ante Capitulum; In nostris autem Constitutionibus *lib. 2. cap. 2. num. 15.* declarantur nullæ, irritæ, & nullius efficaciæ similes electiones, quæ fiunt infra octo menses immediatè præcedentes Capitulum Provinciale.

Admissio ad votandum unius, vel alterius Religiosi, qui prætenditur exadverso inhabilis, mirum in rei veritate est, quod exadverso repetatur, dum ex probatis in Summario remanet manifestum in facto, quod in speciali sessione habita pro Vocalium legitimatione Excellentissimi Præses ter petiit à Vocalibus, an in Capitulo adessent aliqui, patientes defectum, & inhabilitatem ad votandum, post quas interrogationes, conticuere omnes, nullaque vox audita fuit in contrarium; In Jure verò, seu in nostris Constitutionibus *part. 4. cap. 11. n. 2.* literaliter determinatur, ut in tali casu Electores illi, qui non allegarunt defectus, & inhabilitates Vocalium in dicta sessione, præcisè ordinata ad finem recognoscendi eorum habilitates, non possint ampliùs audiri, & Electio summa pace celebrata, valida sit.

Majori insubsistentia laborant ea, quæ reperiuntur, circa somniatum metum, qui una voce excluditur ab omnibus ferè Vocalibus, quorum præcisa verba registrata fuerunt supra à n. 57. usque ad n. 62.

Epilogatis hujusmodi quatuor assertis nullitatibus, fit exadverso transitus ad rejectionem sanationis nostræ Electionis, cum supposito, quod illa sit undique insanabilis, uti evidenter nulla, quod cùm nullo modo subsistat, affirmativè videtur resolvendum nostrum Dubium procedendo juxta regulas Juris.

Cæterùm in hac etiam parte, ad materiæ ornatum subjungimus, quod, quando prætensæ nullitates, quales sunt illæ exadverso inculcatæ, innituntur Juris solemnitatibus, neque probantur machinationes dolosæ, & similes punibiles actus, Praxis Sacrarum Congregationum est, ad omnem scrupulum tollendum, easdem electionis sanare, ut notant *Matta de Causis Consistorialibus sess. 20. n. 44 Card. de Luc. de Canon. disc. 27. n. 2. & disc. 11. n. 12. & disc. 53. n. 4.*

Quæ omnia eo faciliùs practicari solent, quando (juxtà præcisos terminos nostri casus) Electus est in pacifica possessione sui muneris; Quando ad illud unanimi consensu Vocalium electus fuit; Et quando veridicum adducitur Testimonium ejus bonarum qualitatum, quæ in nostro casu comprobatum hodie ex jurata Attestatione P. Procuratoris Generalis nostri Ordinis, data in Summario, & ex alia P. Secretarii Generalis nostræ Religionis, datæ in eodem.

In quorum conflictu nulla ratio habenda est affectatarum Attestationum aliquorum Religiosorum nostræ Provinciæ, qui non possunt in hac Causa duplicem facere figuram, Testium nimirum, & Accusatorum, ut ad alium quidem finem, sed præsenti casui accomodatum notat *P. Segneri nella Predica 25. num. 9* ibi: *Qui sana l' istessi Accusatori, Emoli, e Testimonj*: Et quod magis est, de eisdem Adversariorum Attestationibus verificantur ea, quæ his verbis notat *Gillesf. de Justit. annot. num. 13.* *Omnia in illis contenta plena sunt odii, dissidii, & ambitionis*.

Tractatus demùm Concordiæ, cum quo sigillatur contraria Scriptura continet quidem aliquam veritatem, sed multis abundat gratuitis contrariis assertionibus, dum difficultates illi non assentiendi ortum habuerunt à defectu potestatis illorum Religiosorum, qui occasione præsentis Controversiæ moram faciunt in Urbe, quæ omnia æquali submissione, & veritate candidè expresserunt in folio Eminentiss. Ponenti communicato.

Non omittentes in hac parte enixè rogare Eminentiss. PP. ut dignentur observare, quod media ad introducendam, & conservandam pacem in nostra Provincia summo studio quæsita, & æquali attentione stabilita fuerunt in Capitulo ab Excell. Præside, omnibus Capitularibus pluries auditis, necnon cum consilio gravissimorum Religiosorum; inter quos numeratur P. M. de Lara, Qualificator S. Officii, quid id testatus fuit his verbis. *Amica, sanotto, ò nove giorni, che stò lavoranda in questo Carventa con l'Illustrissimo Signor Arcivescovo di Siviglia, acciòche si faccia con la miglior pace, che sia possibile*. Quod cum ad finem perductum fuerit, mediantibus 75. concordantibus Votis, & 79. ex quibus compositum fuit d. Capitulum, quælibet immutatio dispositorum in d. Capitulo exadverso prætensa, dat Causam novæ perturbationi ejusdem pacis, & quietis d. Provinciæ, quod non videtur permittendum; Præcipuè quia, post idem Capitulum, *neque in scriptis, neque in voce querela ulla contra Personam, & regimen hodierni P. Provincialis, neque quid minimum ex illa Provincia audivimus; Quod si res secus se haberet, aliter esse non posset, quin ad nostri venisset notitiam, ratione nostri Officii*: Sunt verba P. Procuratoris Generalis in Attestatione, datæ in Summario quæ omnem meretur considerationem, quia querulæ voces Religiosorum non solent facilè ab illis admitti, neque recipi, attenta notitia qualitatum suorum Subditorum, juxta ea, quæ scripsit S. Franciscus Borgia Caroli V. Imperatori, registrata in ejus vita à *Ribadaneira lib. 2. cap. 13.* ibi. *Pare, che si debba dare più credito a Noi, che viviamo in essa, che a quelli, che vivono fuori.*

DISCEPTATIO XXIV.

Moguntina Decanatus, & Scholasteriæ

PRO

1 Anselmo Francisco Barone de Vvaldemburg Decano, & Gaspare Guillelmo Beuser Scholastico Collegiatæ Ecclesiæ S. Victorio Moguntiæ

ARGUMENTUM.

Sententia privationis Dignitatum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum nulla, & injusta est, quando non præcesserunt monitiones, & concludenter non constat de delictis, propter quæ ad illam deventum fuit, etiamsi illa promulgetur in actu S. Visitationis.

SUb supposito malæ administrationis bonorum Collegiatæ Ecclesiæ S. Victoris Moguntin. passi fuere in Curia Electorali Sententiam privationis suarum Dignitatum Anselmus Franciscus Baro de Vvaldemburg Decanus, & Gaspar Guillelmus Beuser Scholasticus, qui propterea à dicta Sententia nullo Juris ordine, neque ullo prævio Processu sub die 16 Septembris 1686. emanata, appellarunt priùs in Partibus infra decennium, & successivè coram A. C. à quo solitam Inhibitionem obtinuerunt, una cum Compulsorialibus pro Transportatione actorum, in Partibus legitimè executam.

2 Non obstante dicta appellatione fuerunt attentatè provisi de Decanatu D. Joannes Petrus de Halley, & de Scholasteria D. Joannes Jacobus Walter, & Nos indigentes hujusmodi Actis pro justificatione attentatorum, obtinuimus ab A. C. citata Parte Requisitoriam eaque expedita, præsentata, & reproducta, nedum dicta Acta habere non potuimus, quia verè non erant in serum natura, sed nova attentata experti fuimus, fructibus, obventionibus, beneficialibus, & quamplurimis vini plaustris de facto privati factaque nova Requisitione, licèt incassum, Acta habere nullatenus potuimus. Imo Notarius de Relationibus rogatus fuit suspensus, & in florenis 25. mulctatus comminatione Carceris, & indignationis Principis ac ejectione dd. Decani, & Scholastici à Choro, & Ecclesia.

3 His omnibus diligentiis factis, tantoque spretu exadverso commisso, institimus coram A. C. pro purgatione attentatorum, ac mandato de manutenendo quod effugiens Pars Adversa adivit sub die 11. Septembris 1687. Signaturam Justitiæ pro avocando Causam ad Rotam, & ad Relationem R. P. D. Pallavicini postea S. R. E. Cardinalis fuit plenis votis rescriptum *Nihil*, nec huic Rescripto acquiescens expiscavit Commissionem, quod A. C. procederet de voto Rotæ; Proposita vero Causa sub die 6. Junii 1688. acriter exadverso informantibus Advocatis Cerretano, & Philippuccio pro parte Archiepiscopi, & Halley, & Walter intrusorum, fuit dilata resolutio, factaque interim nova perquisitiona Actorum non repertorum, reproposito dubio per Decanum sub die 1. Julii 1689 *An, & cui esset danda manutentio*, prodiit decisio nobis favorabilis. Edito autem Voto, ac expedito coram A. C. Mandato de manutendo fuit exadverso adita Signatura, quæ sub die 16. Februarii 1690. rescripsit. *Stante præjudicio*, & Causa transitum fecit in judicatum; Sed tot judicata evertere non valuerunt firmam inobediendi opinionem de Halley, & Leonardi Nimis, pendente lite per Eminentiss. Archiepiscopum subrogati in locum dicti Walter, qui ser. ser. moniti pro paritione fuerunt declarati excommunicati, & ipsi contra hæc omnia publicos Libellos exposuerunt, & 4 absque absolutione celebrarunt, ac publicatores Censurarum per octo dies pane, & aqua castigari curarunt.

Repertis nunc tandem, ac humana ope consarcinatis Actis, exadverso productis Eminentiss. Archiepiscopus, qui jam comparuerat in Sac. Rota, ac si ipso inscio hæc omnia fuissent gesta, supplicavit Sanctissimo pro admissione ad defensionem Causæ juxta formam Commissionis, & Sanctitas Sua ultrò annuit, remisitque in statu, & terminis Causam ad A. C. ut 5 procederet de Voto hujus Illustrissimæ Congregationis, à qua Votum confirmatorium sicuti humiliter expetimus, ita benignè exaudiri speramus.

6 Nostrum judicatum non videmus impugnari à DD. Halley, & Nimis, sed tantum ab Eminentiss. Electore, ad cujus instantiam fuit signata Commissio, nec nos veremur eidem reverenter enucleare justitiam judicati, ut fugaris opinionibus, agnoscat Nos minimè esse Contradictores, sed propriis Juris necessarios Defensores.

7 Sat esset arguere validitatem, & Justitiam mandatorum A. C. ex Voto Sac. Rotæ canonizato per Signaturam Justitiæ, petito ab utroque Tribunali ad instantiam Partis adversæ, sed gratiam Eminentiss. Electoris repetimus, possessionem Decani, & Scholastici non posse impugnari, eamque constare ex Sententia privatoria, & confessione Partis adversæ quæ elatè probant antecedentem possessionem *cap. Ad dissolvendum de Dispensat. impub Posth. de Manut. observ.* 19. *num. vigesimo tertio*, & 28. *Rot. coram Coccin. decis.* 14. *num.* 3 & *coram Bich. decis.* 296. *num.* 1. & 2. Et propterea judicatum Sac. Rotæ, & Mandatum de manutenendo redargui non possunt de injustitia.

8 Nec ass. Sententia potuit Decanum, & Scholasticum privare propria possessione, quia cùm ab ea fuerit appellatum, pendente appellatione competit manutentio, *cap. 1. a. Ut lit. pend. in 6. Rot. cor. Bich. d. dec.* 296. *n.* 6. & *dec.* 324. *n.* 3. & *seqq. p.* 16. *rec.*

9 Sententia Eminentiss. Archiepiscopi tum ex verbis definitivis, tum ex natura Judicii super privatione beneficii redditur procul dubio appellabilis, prout non negatur exadverso, sed excludi prætenditur appellabilitas limitativè propter Sententiam, latam in Visitatione, in qua potest Episcopus Subditos corrigere, & emendare, juxta dispositionem Sacri Conc. Trid. *cap.* 4. *sess* 6. *de Reformat* & *sess.* 24 *cap.* 10.

10 Sed sublimitationes sunt satis vulgatæ. Prima quia ob reverentiam appellationis, interpositæ ad Sedem Apostolicam debebat supersederi *Rot. decis.* 296. *num.* 5. *part.* 15. *recent.* Secunda, quia non est lata Ecclesia, sed in loco Consistorii Archiepiscopalis; Ideòque dici nequit emanata in actu Visitationis, & semper admittit appellationem etiam de stylo Signaturæ Justitiæ, ut dicitur *in dec.* 272 *num.* 7. *p.* 8. *rec.* Tertia quia non fuit processum extrajudicialiter, ut fieri solet in Visitatione sed prævia confectione Processus, examine Testium, longo temporis spatio examinatorum, præviis citationibus, & similibus actibus, inducentibus appellationem ad utrumque effectum, ut in his præcisis terminis notat *Barb. ad Conc. sess.* 6. *cap* 4 *de Reform. n.* 11. & concordat *Fagn. cap. Ad nostram de Appell. n.* 11. *per tot.* ubi latè probat hujusmodi conclusionem, tum ex sententia Sac. 11 Congregationis Concilii *num.* 14. tum ex approbatione Sanctissimi, prout *in* § *fin.* ubi loquitur in casu fortiori appellationis scilicet in causa blasphemiæ, vel adulterii & tradit *Rot. decis.* 496. *num.* 10 *par* 14. & *decis.* 277. *num.* 20. *par.* 16. *recent.* Quarta quia admittitur appellatio ad utrumque effectum in Causa Visitationis, quando proceditur ad pœnam ordinariam, & non extraordinariam tantùm, vel ad simplicem correctionem, cùm Episcopus 12 non possit ea, quæ concernunt telam judiciariam, & Sententiam definitivam in Visitatione decidere *Barb. in Conc. sess.* 6 *cap.* 4 *num.* 10. & *in Summ. Apost. decis. collect.* 726. *n.* 15. *Rot. d. decis.* 277. *n* 26 *part.* 16 *rec.* & clariùs *Rot. cor. Rembold decis.* 294 *num* 3. & 4. Quinta quia in specie 13 quando agitur de privatione Beneficii, etiamsi facta in actu Visitationis, datur appellatio ad utrumque effectum *Barbos. ad Conc sess.* 13. *de Reformat. cap* 1. *n.* 12 cùm in Visitatione procedi non possit ad punitionem, & privationem, ut sequendo punctualem resolutionem Congreg. Concilii testatur *Barb dicta collect.* 726. *n.* 9. & ibidem allegat. *dec.* 328. *n.* 2 *p.* 2. *divers.*

Defectus Jurisdictionis Sac. Rotæ, & A. C non potest opponi adversus Mandatum de manutenendo, ob non transportationem Actorum; Tum quia Commissio, ut A. C. procederet de Voto Sac. Rotæ fuit obtenta à Parte adversa, quæ propterea nequit impugnare Jurisdictionē Judicis, ab ipsa petiti: Tum pariter, quia expedita

Com-

Compulsoria, citato Procuratore exadverso pro Requisitoria, istaque pariter expedita, Actis pluries requisitis, & denegatis post lapsum tanti temporis, benè potuit Sac. Rota citata, & audita Parte, devenire ad dubii resolutionem, prout devenit, tali enim casu Acta habentur pro transportatis in terminis *Posth. de Manuteut. observat.69. num.27. Rot coram Buratt. decis.415. num.2. & 416. num.6. & coram Pamphil. decis.95.* ibique *Adden. num.5. & dec.21. num 13. par.12. recent.*

14 15

Maximè in casu nostro, cùm agatur de manifesto spretu appellationis ad Sedem Apostolicam, post cujus recursum supervenerunt nova attentata, mulcta contra Notarium, ejectio à Choro; & Ecclesia, comminationes Carcerum, & indignationis, sequestrationes fructuum, & bonorum Ecclesiæ, contemptus Censurarum, & Mandati de manutenendo, ut supra probavimus, quæ sunt adeò vera, ut d. Halley post declaratorias continuò celebraverit; Cùmque magis pertimuerit exceptionem excommunicationis, quam ei objicimus, ut rejiciatur à Judicio, potiùs quàm irregularitatem per ipsum contractam, petiit, & obtinuit ab Auditore Sanctissimi sub die 2. Septembris suspendi Censuras usque ad exitum Causæ, quæ omnia concludunt manifestum spretum mandati Rotalis, à Signatura canonizati, propterea Judex potest etiam sine Actis, docto tantùm de spretu, purgationem attentatorum ex officio demandare *Rot. coram Bich. decis.524. nu.8. & decis.578. nu.7.* prout passim servatur in Curia.

16

Hæc omnia certò credimus posse suadere Eminentiss. Principi justitiam nostri Mandati, sinceritatem judicantium, rectitudinem Tribunalium Romanæ Curiæ, ac obsequium Subditorum, qui per propriam defensionem nihil detrahunt obedientiæ.

17

At circumscriptis omnibus, huc usque dictis, iisque sincera mente propensis, profectò dignoscitur, Decanum, & Scholasticum nullam meruisse privationis pœnam, quam ex Relatione Commissariorum, forsan deceptus, Eminentissimus Archiepiscopus asserit promulgasse.

18

Si enim attendamus Processum, ordinemque judiciarium, ille redditur undequaque nullus, pluribusque scatet nullitatibus; Et primò deficit Libellus, sive Monitorium, necessarium in Judicio ordinario, quale supra probavimus esse Judicium privationis; deficiunt pariter termini, necessariò in hujusmodi Judiciis servandi ad libellandum, ad contestandam litem, ad articulandum, & alii id generis; Ii qui asseruntur Testes, non sunt Testes, sed Querelatores, & Accusatores, sive Relatores, quorum aliqui fuere interrogati, aliqui verò dedere Relationem proprio charactere conscriptam, prout in Processu de facto denominantur querelæ, & fit extractus querelarum, nullatenus autem merentur nomen depositionum, sive Testium. Insuper Capitulares, scissi in classes, deponunt, juxta proprias passiones, nam alius denominatur ex factione Beusseriana, alius ex alia simili Factione ibi: *Vicarii in duas factiones scinduntur &c. aliqui subscripserunt sua gravamina, qui non sunt de factione Scholastici*, & ibi: *Inter Vicarios multi rixosi, & quasi rebelles sese invicem lacessentes solent convenire, sive conventiculas facere apud Staffer, unus alterum traducens &c.* & ibi: *Si Consiliis & factioni Beusserianæ tam tenaciter adhæsisset*; Præterea etiamsi, velemus dd. Querelantes denominare Testes, adhuc deficiunt citatio, intimatio, materia articulata, & omnia necessaria ad substantiam, nedum ad integritatem, & validitatem Examinis, ut dignoscitur ex oculari inspectione Processus.

19 20

Hanc veritatem agnoscit Pars Adversa, quæ nititur excusare nullitatem Processus sub specie Visitationis, & zeli pastoralis, nec enim animadvertit, contrarium postea fateri ibi: *Fuisse processum cum omni circumspectione Adjunctorum*; Perbellem profectò circumspectionem, tamdiù studuisse confectioni Processus, processisse cum tot Doctoribus, Consiliariis, & Adjunctis (qui actus fieri non poterant in Visitatione) & tamen fabricasse Processum nullum, & deficientem in substantialibus, quando pœna privationis requirebat judicium ordinarium, causamque magnam, & manifestam *Abb. cap.1. n.2. de Concess. præben. Farinac. consil. crim.25. nu.48. tom.1. & Card. de Luca de Benefic. disc.35. num.51.*

21 22

Secundò, ultra prædicta, deficiunt monitiones personales prærequisitæ ad inducendam pœnam privationis *cap. Quæris de Ætat. & qualitat. Gonzal. de Benef. par. 3. cap 4. num.56.* quæ tamen fuerant omissæ; Nec replicetur, adesse Decreta Visitationis data exadverso. Tum quia nihil statuunt contra Decanum, & Scholasticum super prætensa alienatione, nec ullam imponunt privationis pœnam, neque loco Monitorii deservire possunt, tum etiam, quia non docetur, illa fuisse promulgata, ut opus erat.

23

Tertiò, adest irremissibilis defectus citationis personalis, absque dubio requisitæ in hac materia, & ubi agitur de maximo præjudicio *cap. Sacro de Sent. excom. Rot. in antiquis decis.15. de Sent. excom. & decis.277. nu.56. & seqq. par.16. rec.* Et in terminis privationis *Card. de Luc. de Benef. disc 77. nu.8. & passim*; Citatio autem ad Sententiam, executa contra Decanum, & Scholasticum non fuit personalis, cùm Nuncius tantùm referat hæc verba: *Insinuavi D. Scholastico &c.* Verbum autem *Insinuavi* non probat citationem personalem.

24

Quartò, deficit publicatio Sententiæ coram Testibus, pernecesse facienda, alias sententia est nulla *Scac. de Sent. & re judic. gloss.18. nu 18.* & licet in Proces. *appareat publicata in loco Concistorii*, tamen hæc verba non important formalem publicationem coram Testibus, maximè quia non dicitur publicata *in*, vel *coram Concistorio*, sed *in Loco Concistorii*, ac si fuisset publicata in Cancellaria absque præsentia Testium.

25

Prædicta omnia tutiorem promittunt spem nostræ victoriæ, ac manifestam reddunt justitiam judicati, spoliumque exadverso commissum mirè patefaciunt favore Decani, & Scholastici, quibus juremeritò fuit concessa Manutentio, prout in terminis cumulationis petitorii, & possessorii firmavit *Rot. decis.277. nu.53. par.16. recent.* Aliàs subverteretur Canonum, & legum dispositio ad *Text. in l. Et ideò 21. ff de Legib.*

26

Sed eliminatis apicibus Juris, supplicamus perpendere, quænam sint delicta adeò studiosè magnificata contra Principales, nullatenus autem probata, eaque præsertim, quæ gravem privationis pœnam mereri potuerint.

27

Objicitur primò negligentia in non assumendo Presbyteratus Ordinem; sed respondemus negando hujusmodi obligationem tum in facto, quia adsunt alii Canonici non Sacerdotes, prout in Proces. ibi: *D. Decanus nondum est Sacerdos, Reliqui Canonici sunt Sacerdotes exceptis Jacobi, Sanchez, Huin. & Vvalter*, qui cùm sint ex classe, & factione dilecta, non puniuntur. Tum in Jure, quia sumus in Ecclesia Collegiata, in qua Canonicus potest esse, qui habeat 14 annos, & non constitutus in Sacris, caret quidem suffragio Capitulari, non autem arctatur ad suscipiendos Ordines infra annum, nisi Dignitas, vel Canonicatus habeat annexum Ordinem *Barbos. ad Conc. de Reform. sess.22. cap.4 num. 5. & 9. & de Canonicis cap.16. num 10. Card. de Luc. de Benef. disc 95. num 18.*

28

Insuper sufficit in Collegiata quilibet ex Sacris Ordinibus quibus tam Decanus, quàm Scholasticus sunt initiati *idem Barbos. loco supra citat. & de Luc. ad Concil. disc. 21. num.12.*

29

Supponitur exadverso hæc indubia conclusio, & probari prætenditur annexio Ordinis Presbyteratus Decanatui; primò ex juramento Decani dato in Summario in quo nec verbum quidem legitur de tali obligatione, ut inspicere supplicamus, & tamen hujusmodi juramentum deberet esse certum, specificum, & non generale. Secundò ex Decretis Visitationis, in quibus licèt aliquid enuncietur de promotione ad Sacerdotium, tamen nulla imponitur pœna, nec probatur, quod verè Decanatus habeat annexum Ordinem Presbyteratus, ut requiritur ad effectum privationis, licèt enim id asserant in Decreto Visitationis, tamen data, & non concessa tali obligatione, ut deveniri possit ad gravem pœnam privationis, prærequiritur intimatio personalis dd. Decretorum, ac dolus verus, & positivus ex adductis à *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.44 num.8.* Aliàs quælibet bestialis causa, & levis excusatio admittitur, ut advertunt citati in *Tom. 5. part.1. discept.7. num.135.* Requirebatur etiam probatio certa, & concludens de annexione Presbyteratus, ut defectus hujusmodi qualitatis fundamen-

30 31

dameotalis induceret privationem; Pariter requirebatur citatio ad docend. de legitimo impedimento, juxta verba Concilii, ibi: *justo impedimento cessante*, quod per Ordinandos legitimè allegari poterat *Fagnan. in cap. Quæris de ætat. & qualit. num 6.* & expectari debebat responsio Citandorum cum formalitate Processus, & ordine judiciario, ac solemnitate, requisita à Concilio, de qua *Barbos. de Canonic. cap. 16. num. 20. & 21. & ad concil. loc. cit. num. 23. Fagn. in d. cap. Quæris de Ætat. & qualit. num. 34.* non autem ex abrupto absque citatione personali, vel cum unica tantùm citatione dimissa copia, procedi poterat ad privationem, quæ est pœna gravis, maximam irrogans infamiam.

Non adepto proinde hoc ordine Sacerdotali à Decano injustè fuit privatus Prælatura Decanus, quia privatio ob non promotionem non inducitur ipso Jure *Barbos. ad Concil. d. cap. 4. nu. 23. & de Canonic. d. cap. 16. nu. 10. & 20. Garzias de Benef. exadverso allegat. par. 3. cap. 4. num. 10. & seqq.*

Regula enim generalis est, quam probat innomeris authoritatibus *Paulmoll. decis. 91. annot. 5. num. 2.* quod nullum crimen, etiam privatione dignum, inducat privationem ipso Jure, sed requirat sententiam, ser ser. & legitimo ordine judiciario latam, ut arguitur ex *d. cap. Quæris de ætat. & qualitat.* ibi: *Si pro sola voluntate renuerint*: Igitur debet indagari, an sit simplex renitentia, vel legitimum impedimentum, vel defectus talis obligationis, *moniti, compellas*, per quæ verba debet fieri legitima compulsio per citationes: Addimus alia verba dicti Textus: *Si suaserit utilitas, aut necessitas* ex quibus patet, quod probationes formales, & concludentes procedere deberent.

Continuamus argumentum iisdem authoritatibus allegatis per *d. cap. Quæris, & Clement. Ut ii de ætat. & qualit.* ubi quod priùs debet procedi *per amissionem locorum*, & successivè *per Beneficiorum subtractionem*, idest primo per privationem vocis, postea per privationem, non Beneficii, sed fructuum, ut disponitur *in dicta Clem. Ut ii*, prout dicta verba mirificè ad propositum explicat *Fagn. in d. cap. Quæris num. 9. & 46.*

Objicitur secundo perjurium, quod illicò evanescit, dum multa supponuntur in Jure, quæ non subsistunt in facto. Jurarunt enim Prælati Principales servare fidem Ecclesiæ, acquisita conservare; deperdita recuperare &c. ut facere solent omnes Provisi, qui ante possessionem tenentur emittere Professionem Fidei. At ex objectis insubsistentibus exadverso oppositis non inducitur perjurium, quia docemos, omnia fuisse ritè, rectèque gesta, nec in aliquo fuisse Ecclesiæ præjudicatum; sunt namque conclusiones vulgatæ, quod ad excludendum perjurium qualibet interpretatio sit desumenda, & quælibet dubietas facti sufficiat, & è contra ad illud incurrendum requiratur dolus verus, & realis ex adductis à *Lotter. de Re benef. lib. 1. quæst. 40. num. 285.* juxta *Text. in cap. Presbyter, cap. Cùm non ab homine*, ubi quod perjurus debet esse legitimè convinctus, *& cap. Querelam*, ibi: *Non necessitate, sed voluntate*, idest dolo *Barbos. de Episc. alleg. 51. num. 44.*

Præterea, ut contrahatur perjurium non sufficit juramentum generale, quale est illud Decani, & Scholastici, aliorumque Canonicorum, sed debet esse individuum, specificum, & clarum *Barbat. cons. 53. nu. 2. Socin. Jun. cons. 3. num. 32. lib. 2. Odd. de Rest. in integr. par. 1. qu. 24. art. 3 num. 5. & seqq.*

Fortiùs verò quando agitur ad effectum privationis, quo casu perjurium debet esse judiciale *Farinac. de Falsit. q. 106. n. 208. Garz. de Benef. par. 11. n. 168. & Rebuff. de Pacific. possessor. num. 168. Vers. Quod ego intelligerem*, & requiritur ad effectum prædictum, ut præcedat Sententia declaratoria, quæ tamen inducit inhabilitatem ad obtinendum, sed non privat obtentis, *Garz. loc. cit. nu. 569. Panimol. decis. 91. annot. 2. nu. 30. & Rot. coram Seraph. dec. 1185. num. 6. & 7.*

Tertiò objicitur dilapidatio, ac dissipatio bonorum Ecclesiæ ad *Text. in cap. fin. de Stat. Monach. & extrav. Ambitiosæ*, sed quanto plures cumulantur authoritates, tanto magis deficiunt probationes circa magnificatum scandalum Populi, diminutionem divini cultus, ruinam Ecclesiæ, malam administrationem, ac dissipationem bonorum, quæ potiùs requirunt vigilantiam Pastoris, quàm attribui debeant negligentiæ Consociorum; Scandala enim non proveniunt à Decano, & Scholastico de quibus in Summario Partis nulla fit mentio; Verum tamen est, quod in d. Sommario adducuntur multa, ex quibus resultat plures Canonici in Choro confabulari, dormire, discurrere, vagari, egredi, & ingredi, & ibi: *Discoli sunt Vicarii Honosch Staffe. Nullen.* & ibi. *D. M. non est integræ famæ ob suam Ancillam juvenculam*, & ibi: *Excursiones, & confabulationes durantibus Divinis quotidianæ, præsertim à D. R. & M.* & ibi: *J. visitat filium Sulzbach in Monasterio uti suspectam, & infirmum*, & ibi: *J. dies noctesque scandalosis conversationibus, ioais, saltibus, clamoribus &c. malè decentibus impendit*, & ibi; *Sæpè vidi ebrium in Choro D. S. comparasse, & Nobis exeuntibus dormivisse.*

Hæc delicta veniunt punienda per Eminentissimum Archiepiscopum, cùm Decanus, vel Scholasticus non debeant persolvere pœnas alieni criminis, vel scandali, per alios commissi, dum è contra Decanus, licèt non teneretur, uti Prælatus, fuit tamen satis frequens in Choro, ut dicitur in Processu, & probatur in Summar. Fecitque quamplures meliorationes pro Ecclesia. Et D. Scholasticus, licèt aliquoties divinis non interfuerit, vel debuit punctari, vel est exemptus, ut dicitur in Process. ibi: *Putarem illum tanquam Scholasticum, aut Prælatum liberum esse in matutino*, & ibi: *Prælati vederit, sed est quæstio, an residentia in Civitate absque frequentatione Chori sufficiat*; Nescimus igitur videre, quare scandala aliorum debeant esse punibilia in Decano, & Scholastico, & non in propriis Authoribus; Vel quare debeant esse punibilia usque ad privationem Beneficii, absque eo quod Canonici culposi, & criminosi subjaceant castigationibus.

Idem dicitur de mala distributione redituum Ecclesiæ, ut supponitur, quia licèt probaretur, prout absolutè negatur, adhuc ista est causa civilis, & pecuniaria, non autem digna privatione Prælaturæ, cum maximo dedecore.

Dignentur autem in hac parte sapientissimi Judices perlegere numerum sextum Summarii Partis adversæ, in quo cumulantur ass. alienationes Capitalium, & observare, an aliquid probetur contra Decanum, & Scholasticum; Quæ causa scientiæ reddatur; Quæve probatio, vel documentum afferatur; Et tamen isti decantantur adeò punibiles, & culpabiles Dissipatores, quando eodem crimine plures alii imputantur in dicto Summario, & præsertim Jacobi, Rodolphus, Demuth, Weissenaven, & Molitor, & tamen non puniuntur, nec damnantur uti de Classe nobis contraria.

Insuper animadvertendum in facto, est decantatas alienationes non esse de Capitalibus Ecclesiæ, vel de iis bonis, quæ sint in dominio Ecclesiæ, quæve cadant sub dispositione *Extravag. Ambitiosæ*; sed agi tantum de quibusdam summis, mutuò acceptis pro expensis agrorum, fabricæ, & similium, super quibus pendet solidatio Computorum, & Expensarum, ea de causa factarum.

Duæ præsertim summæ opponuntur contra Scholasticum, Altera est florenorum 4000. mutuata à Capitulo S. Petri, prout ex querela Walter ibi: *Respondeat Scholasticus de Capitali 4000 florenorum ab Ecclesia S. Petri mutuatorum*, & ex alia Nimis ibi: *Capitale 4000 florenorum, acceptum est cum consensu Eminentissimi nostri, & Vicarii generalis, ut per alia minora Capitalia extinguerentur*, & ex alia Nunchel ibi: *A tempore &c. mutuo accepti sunt à Collegiata S. Petri flor. 4000. quos mutuo accipiendi licentiam D. Vicarius generalis hac conditione concessit, ut iis alia debita capitalia expungerentur; Illi verò expensi sunt partim pro sumptibus autumnalibus, partim pro pensione Domus, & Cellæ conducta, partim dati Magistro fabricæ, de quibus in hodiernum diem Computus non est factus*, & ibi: *In specie Computus Scholastici revidendus quo florenos 4000. ab Ecclesia S. Petri susceptos exposuerit*, ex quibus apparet dd. florenos 4000. non esse Capitale Ecclesiæ, sed fuisse mutuò acceptos, ut pro necessitatibus Ecclesiæ impenderentur, prout fuerunt impensi, & datur justificatio cum suo Calcolo in Summ.

Altera summa est florenorũ 1700. ut dicitur in d. Summario Partis, quos ex præsentis solvit Abbas Erbacensis, quosque, ut asseritur recepit D. Scholasticus cum pro-

promissione solvendi annuum Censum. Pro qua summa militat eadem responsio, quod non cadat sub dispositione *Extravag. Ambitiosæ*, cùm non sit res stabilis, sed destinata, ut erogetur in alios sumptus; Maximè quia iidem Accusatores deponunt, Scholasticum pro summa residuali promisisse solvere annuum Censum; Ideoque vel de dicta summa remanet debitor, vel reddet rationem, prout in Computis existentibus in Processu. Cùm igitur in dd. Computis plures Canonici reddant rationes de summis, ad unumquemque pervenit, nescimus, quare Scholasticus potiùs quàm alii, denominari debeat dissipator, quando neminem latet, quod 90 inter Canonicos, & Ecclesiæ Administratores semper intercedit aliquale interesse, creditum, vel debitum &c. quod tamen non facit Alienatorem, neque Dissipatorem.

Ad evertenda autem radicitus objecta, supponamus per falsam hypothesim dd. summas fuisse ea Capitalibus Ecclesiæ, adhuc nullam inducunt privationis pœnam, quia dum in Processu adsunt Computa generalia; Dumque iidem Accusatores deponunt, illas debuisse impendi, & de facto fuisse impensas, pro pensionibus, pro Fabrica & dum Eminentissimus Archiepiscopus assumpsit viam judicialem citando D. Scholasticum 51 ad exhibenda Computa. Utique non poterat procedere per viam privationis, sed debebat priùs expungere rationes, & Computa, & postmodum per Sententiam declarate, non esset debitor, vel creditor; Necnon post tres conformes expectare rem judicatam, & post hæc omnia devenire ad judicium privationis; Aliàs non potest irrogari pœna, quando redduntur Computa ad excludendam alienationem, quæ est fundamentum pœnæ; Quamvis enim admittamus pro nunc *per Extravag. Ambitiosæ* statui pœnam privationis ipso jure, tamen prærequiritur Sententia declaratoria facti, & probatio concludens alienationis ex animadversis per *Sanchez de Præcept. decalog. lib. 3. cap. 220. num. 20 Panimol.* 52 *d. decis. 91. annot. 6. num. 4. Rot coram Dunoz. jun. decis. 705. num. 7.* quæ hic deficit; Prout à fortiori in crimine hæresis, vel falsificationis Apostolicarum Literarum, inducente quidem privationem ipso jure, sed indigente, ut priùs per sententiam declaretur quis hæreticus, ut postmodum ipso Jure resultet privatio, ut probat *Panimol. loc. cit. num* 48.

Nec ubi deficit factum, decantetur solita notorietas delicti, per quam absque Sententia quis posset forsan 53 privari; Quia eo ipso, quod Scholasticus admittitur ad redditionem Computorum, sumus pernecesse in casu dubii, non in casu Notorii.

Relaxemus damum habenas, & admittamus ulterius per modum simplicis discursus, & falsæ hypothesis ass. alienationem probari per Sententiam, & rem judicatam, adhuc considerandus est duplex effectus; Alter quoad nullitatem actus, quæ resultat ex sola alienatione; Alter verò quoad incursum pœnarum *Extravag. Ambitiosæ*, quo casu non sufficit sola, & simplex alienatio, sed debet 54 esse qualificata cum dolo, & mala fide, ob illud verbum *Extrav. Præsumunt*, ut pro constanti in Jure, & prædi distinguit *Card. de Luc. de Alienat. disc. 1. num. 99. & disc. 51. num. 3. ac disc. 53. num 2.* Aliàs absque dolo, & mala fide, non incurritur pœna privationis ea adducti à *Pacion, de Locat. & Conduct. cap. 14. §. 8. num. 5. & seq.* & Jura, exadverso allegata procedunt cum hoc intellectu dolosæ alienationis, ob verbum *præsumpserint*, quo utitur *Conc. Trid. sess. 22. de Reform. cap. 11.* exadverso allegatis cum aliis allegatis *par. 4. tom. 1. rec. dec.* 340. ubi firmatur, quod prærequiratur sententia super alienatione, & quod talis sententia, suspensa per appellationem non possit trahere effectum privationis, prout in casu nostro in quo constans in facto est, quod appellaverunt Decanus, & Scholasticus.

Quarta, & quinta objectio super incorrigibilitate, & contemptu Ecclesiasticæ disciplinæ, non indigens responsione; Quia ex prædictis patet, factum deficere, 55 & ubi non adest crimen, non adest incorrigibilitas; Imò à fortiori admissa incorrigibilitate, non sequitur privatio ipso Jure, nisi præcedat citatio ad eam purgandam *Farinac. de Hæres quæst. 192. num. 31. Panimol. dicta dec 91. annot. 1. num. 48.*

Ut veritas prædictorum clarescat confessione Partis adversæ, dignentur RR. PP. perlegere duo Folia, existen. in Processu; Aliud continen. ass. fraudes in Com- 56 putis, ubi Scholasticus describitur fraudolentus, ex quo in Computis pro florenis 3300. scripserit 3100. Aliud verò continens omnia motiva privationis in quo prætenditur inducta privatio, quia Scholasticus perjuravit non conservando, nec recuperando res Ecclesiæ, ut diximus adversus primam objectionem; Reprehenditur etiam de omissione, quod non sit erectum aliquod capitale pro utilitate fabricæ, quod non benè fuerint impensi floreni 57 4000. &c. Quæ omnia nec per somnium merentur privationis pœnam, ut diximus, imò patefaciunt inevitabilem injustitiam, sententiæ de Partibus.

Quæ dicuntur contra Decanum super incompatibilitate plurium Beneficiorum, non fuerunt in partibus considerata, licèt essent magni momenti; Ideò nec nobis, ignorantibus talë factum, objicienda, signum evidens quod vel intercesserit dispensatio, vel quod adsit com- 58 patibilitas, dum in Processu leguntur plures alii Beneficiati ejusdem Ecclesiæ cum pluralitate Beneficiorum prout in *fol. 22.* ibi: *D. Lotharius Pridericus præter Vicariam Sancti Victoris, Canonicus Sancti Joannis, fol 18,* ibi: *D. Joan. Portenius Vicarius Sancti Victoris, S. Catherinæ, Parochus S. Quintini*, & plures alii videlicet, *Rodulphus Berch Decanus S. Mauritii, & Vicarius S. Victoris*, & ibi: *Ignatius Hilgens Canonicus Capitularis ad S. Petrum, & S. Victorem, Joannes Gregarius Canonicus Capitularis ad S. Victorem, & Nicolaus Molitar Canonicus B. Mariæ Virginis, Joannes Conradi Scholasticus ad S. Mauri Capitularis ad S. Mauritium, & Vicarius S. Victoris.*

IN EADEM CAUSA.

MAndatum de manutenendo relaxatum ab A. C. super controverso Decanatu & Scholastria contradicentibus Halley, & Valier Provisis, & prævio Voto Sacræ Rotæ, ab ipsis desiderato, & impetr o, co- 59 gimur hodie defendere coram hac Illustrissima Congregatione, contradicente Eminentiss. D. Archiepiscopo, & Electore Judice primæ instantiæ, suumque Sententiam privatoriam defendente, quod tamen facile assequi speramus ex Juridicis fundamentis, à Sacra Rota approbatis in decisione tunc edita.

Pro præliminari principio supponent est non controverti antiquam possessionem Principalium satis, superque probatam ex ipsa Sententia privatoria, ut omissis 60 generalibus, in his terminis tradit *Rot. cor Priol. dec. 267. num. 13. & 14. coram Merlin. dec. 755. num. 2. & in recent. dec. 163. num. 12 & dec 287. num 2 & 3. par. 12 & decis. 639. ante num. 1. par. 18.* Qua possessione ipsi nec se habuerunt, nec haberi potuerunt pro spoliatis ea Sententia, & privatione contra ipsos inducta ab Eminentiss. Adversario, quæ utpote nulla, & injusta non impedit 61 quin dictis antiquis Possessoribus concedatur manutentio, ut prosequitur *Rota in d. dec. 755. nu. 4. coram Merlin. & dec. 287. num. 6. par* 12. *recent.*

Nullitas est evidentissima, & quidem tam in exequutione, quàm in prolatione dictæ sententiæ: In exequutione inquam, quæ facta fuit pendente appellatione ad Sedem Apostolicam per dictos Principales intra legitima tempora interposita, ut non controvertitur, ideoque 62 salvari nequit à vitio attentatorum, & nullitate sufficiente ad concessionem petitæ Manutentionis, *Rot. coram Seraphin decis. 1176. num. 6 & coram Priol. dec. 200. num 9. & decis. 322. num 10. & in recent. dec 208. num 12. par. 10. & decis. 339. num. 5. par. 15. & dec 25 eodem num. par. 16 & in Cracovien. Præpositurae 12. Januarii 1606. §. Nec justitia coram Rondinin.*

Licèt autem verum sit, quod hæc regula locum habeat solùm in sententiis, de Jure appellabilibus ad utrumque effectum, non autem in sententiis, quæ nullam, 63 vel devolutivam tantùm appellationem admittunt; Adhuc illa, de qua agitur, ad primum, non autem secundum genus refertur ea communi Doctorum opinione, quod sententia privationis benaficii, Dignitatis, vel Administrationis de Jure ad utrumque effectum sit appellabilis, de qua *Franch in cap. Ad hæc quoniam 37. num. 3. de Appellat. Fermosin in cap. Ad nostram num. 12. in fin. & num. 28. de Appellation. Sanch. consil. moral. lib. 3.*

cap.

cap. unic. dubit. 32. num 252. & Rot. coram Priol. decis. 40. num. 21. & decis 60. num. 10.

Nec ad evitandam appellabilitatem dictæ sententiæ allegari meretur, quod illa data fuerit in actu Visitationis, & ut dicitur exadverso Apostolica simplicitate de bono, & æquo, sine strepitu fori, in discursu per 64 Diœcesim, lustrando illam juxta conscientiam coram Deo; Siquidem nec talis circumstantia verificatur in facto, nec relevat in Jure; Non inquam verificatur in facto, ex quo constat, quod Visitatio facta fuit anno 1683. & in illa edita Decreta, relata in contrario Summar. Sententia autem, de qua agitur, lata fuit post triennium, & ultra, scilicet anno 1586. prævio Judi- 65 ciali processu à Commissariis, non à Visitatoribus ad hunc effectum deputatis, ut fatentur ipsimet exadverso Scribentes, & approbat *Rot. in recent, dec. 272. num 7, par. 8. recent.*

Minusque relevaret in Jure; Quia licèt ex dispositione Sac. Concilii Tridentini *sess. 24. de Reformat. cap. 10.* statutum sit, quod à Decretis, & Sententiis, in Visi- 66 tatione editis, non admittatur appellatio suspensiva; Hæc tamen regula duas patitur receptissimas limitationes, seu declarationes, nostro casui applicabiles, & inducentes appellationem suspensivam, etiam in sententiis, occasione visitationis editis; Prima scilicet, quod dispositiò Concilii intelligatur de sententiis, quæ pronunciantur extrajudicialiter, & sine figura Judicii, prout in ipso actu Visitationis fieri solent. Secus autem in illis Decretis, seu Sententiis, quæ pronunciantur extra actum Visitationis, & in solito loco Tribunalis, prævio Processu, citatione, aliisque terminis judicialibus, in quibus ideo etiam admissio appellationis juxta dispositionem Juris regulatur, ut pluriès declaravit Sacra Congregatio Concilii in Decretis relatis, & laudatis per *Fermosin. in dicto cap. Ad nostram num 15. de Appellation. Gallemart. ad idem Concilium dicta sess. 24. de Reformat. cap. 10. vers. Episcopus*, ibique *Barbos. num. 3. & sess. 13.* 67 *cap. 1. sub num. 7. vers. Si ordine judiciario, & in tract. de Potest. Episc. allegat. 73. num 33 Ciarlin. controvers. 65. num 19. Gratian. decis. Marcb. 188. num. 4. & Rot. decis. 496. num. 10. par. 14. & coram Peuting. dec. 330. à nu. 2.*

Altera verò, quod habeat locum in Decretis, concernentibus correctionem morum, & imponentibus ad hunc effectum pœnas extraordinarias, & arbitrarias, non autem in illis, in quibus proceditur ad inflictionem pœnæ ordinariæ, & juridicæ; Præsertim autem privationis Beneficiorum, Dignitatum, & Administratio- 68 num, à quibus, etiam editis in actu Visitationis dari appellationem suspensivam ex sensu, & declarationibus dictæ Sacræ Congregationis probant *Leo in Thesaur. for. Eccles. par 2. cap. 2. num. 77. & cap 16. num. 21. in fin. Fermosin. in dicto cap. Ad nostram num. 12. ad med. de Appellat.* & firmavit *Rot. dec. 277. nu 26. par. 16. recent.*

Agnoscunt insuperabile obstaculum harum Theoricarum exadverso Scribentes, illudque juridicis responsionibus evitare desperantes, recurrunt ad prudentialia, & convenientialia, insinuare conantes, quod cùm agatur de sententia, lata pro observatione Decretorum Concilii, principaliter editi pro Provinciis Germaniæ, & post 69 diuturnam longanimitatem Eminentissimi Pastoris, invitantis, & expectantis Principales ad obedientiam, non debeat rigorosè criticari per apices Juris, sed benignè interpretari; Pro remotione autem horum ingeniosorum discursuum ultra motiva ad exclusionem dictæ inobedientiæ, & contumaciæ inferius referendæ, sufficiat pro nunc replicare, quod zelus, longanimitas, & patientia Eminentiss. Archiepiscopi esset forsan commendabilis si contenta intra limites exequutionis Decretorum Concilii, & dispositionis Juris communis, sententiam juxta illius formam edidisset, & appellationem secundùm istius terminos admisisset, & exequutionem in obsequium Sanctæ Sedis, ad quam fuerat appellatum, suspendisset; Sed cùm è contra sententiam nulliter, & injustè protulisset, ex inferiùs deducendis, & ulterius, oblitus suæ longanimitatis, ante tempus à Jure statutum exequi fecerit, ægrè ferre non debet si Principales insigniter gravati, ab eadem Sede Apostolica, ad quam appellarunt, sui gravaminis reparationem reportent, prout in similibus terminis reportarunt alii in his iisdem 70 Provinciis Germaniæ ex finitimis Diœcesibus, per suos Præsules gravati in Sententiis, prolatis pro exequutione Decretorum Sacri Concilii Tridentini, ut patet ex decisione edita *in Colonien. Vicariæ coram Merlin. in 755. in Spiren. Censurarum* impressis *in recentior. decis. 459 par. 14. & decis. 277. par. 16.* per quas revocata fuit alia præcedenter edita *coram Ottalora*, & exadverso allegata, & *in Monasterien. Attentatorum coram Priol. decis. 322. 332. & 349.* In quibus etiam mediantibus Brevibus Apostolicis demandata fuit in primis, & ante omnia reintegratio Decani Cathedralis Monasterien. nunc Episcopi, & Principis Hildesimen.

Hæc sunt adeo clara, & certa, ut, absque ulteriori indagine nullitatis, & injustitiæ sententiæ, exubera- 71 te videantur ad petitam manutentionem, reservato Eminentissimo Archiepiscopo Jure prosequendi Causam privationis coram aliis Judicibus, à Sede Apostolica deputandis; Et tamen, ut magis, magisque appareat illorum bonum Jus, & justa causa appellationis, prose- 72 quendo discursum super meritis, addo, quod dicta sententia privatoria est manifestè nulla, & injusta.

Nulla, quia in materia adeo gravi, importante irreparabile præjudicium, tam in bonis, quàm in fama, nulli servati apparent termini judiciales, nullus judiciarius ordo, nullæ exhibitæ justificationes, & scripturæ prætensorum Criminum; sed sententia privatoria duarum Dignitatum principalium Illustris Collegiatæ promulgata legitur sub unica citatione per quinque dies antea exequuta ad audiendum publicari Mandatum, & Sententia Eminentissimi Archiepiscopi in Causa Visitationis, & Inquisitionis super statu Ecclesiæ S. Victoris, sub qua citatione, nec nostri Principales imaginari potuerunt, esse procedendum ad privationem suarum Dignitatum, aliasque pœnas, contra ipsos inflictas, utpote, quæ non explicantur ex illis verbis citationis, ibi: *super statu Ecclesiæ Sancti Victoris &c.* Nec per consequens suas exceptiones, & defensiones præparare potuerunt; Repugnat autem omnibus principiis, non solùm Juris Canonici, & Civilis, sed ipsius Juris Divini, & naturalis, quod quis condemnetur per sententiam ad gravissimam pœnam privationis Dignitatum, & bonorum, sine prævia citatione, & monitione ad se defendendum super Criminibus illis, ex quibus pœna privationis inducta prætenditur, sine qua Processus, & 73 sententia remanet insanabiliter nulla juxta *text. in l. De unoquoque ff. de Re Judic. l. 1. §. Item cum ex dicto ff. Quæ sentent. sine appellat. rescind. Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 133. num. 1. & coram Coccin. dec. 764. eodem num. & coram Priol. decis. 366. num. 4. & in recent. dec. 73. num. 2. par. 2.* & alibi passim.

Nec ad salvandum adeo notabilem defectum quidquam relevant Decreta Visitationis, per triennium antea edita; Necnon querelæ, & reclamationes pluries, & usque ab anno 1677. contra Principales delatæ; Illa enim, scilicèt Decreta Visitationis, præscribentia generales normas, & leges, observandas in administra- 74 tione, & cultu Ecclesiæ, nullatenus suffragari possunt, dum non probant contraventionem eorundem Principalium, nec illorum monitionem, & citationem judicialem; Istæ autem, scilicet querelæ, & reclamationes, quatenus etiam percuterent Personas Decani, & Scholastici, ut pleræque non percutiunt, adhuc suffragarentur quidem ad hoc, ut illarum vigore potuisset Judex Processum instruere super Criminibus objectis, non autem quod super illis procedere, & judicare sine necessariis probationibus; Et quod pius est sine defensiona, sine monitorio cum specificatione Criminum, quod re- 75 quiritur etiam in quocunque atrocissimo delicto læsæ Majestatis, imò sine citatione specifica, & personali contra prætensos Reos, quæ est omninò necessaria ante sententiam privatoriam per *text. in cap. Ex parte il primo de Cleric. non resid. Rot. dec. 131. num. 1. par. 4. tom. 2. & dec. 287. nu. 7. & 8. par. 12. rec.*

Non minus evidens est injustitia dictæ sententiæ, pro cujus clariori indagine præmittimus, quod licèt plura ab exadverso Scribentibus cumulentur delicta, adhuc plura ex eis non solùm nullum habent fundamentum justificationis in Processu, sed nec etiam considerata fuerunt à Judice, scilicet Perjurium, Incorrigibilitas, & Incompatibilitas plurium Canonicatuum, & Dignitatum in Decano; cùm sententia restricta legatur ad contra- 76 ven-

ventionem, & inobservantiam Decretorum Visitationis, ibi: *Modernum Decanum, & Scholasticum ob regimen contra præscriptum Chartæ Visitatoriæ, velut antea hucusque male gestum Prælaturarum, & Præbendarum suarum privationis pœnam de Jure mereri comperimus &c.* Unde cum de dictis suppositis Criminalibus Perjurii, & Incorrigibilitatis, nec de Incompatibilitate nihil disponatur in Decretis Visitationis, nec etiam super illis dici potest fundata seotentia, relativa ad dicta Decreta, sed si ex talibus Causis prætendat Eminentissimus Archiepiscopus dictos Principales privationem incurrisse, novum Processum, novumque Judicium super illis instruat, non autem defendat justitiam sententiæ ex titulis, & Causis inibi oon comprehensis ex firmatis per *Rotam in Varmon. Canon. 29. Jan. 1685. §. Et quidem primum coram Hervault;* Et sufficit Nobis illius injustitiam **77** probare ex insubsistentia criminum inibi suppositorum, quæ restringuntur ad tria, scilicet ad defectum promotionis ad Ordines Sacros, Dilapidationem, & Alienationem bonorum Ecclesiæ, & contemptum disciplinæ Ecclesiasticæ, quæ omnia dici possunt in dictis Decretis Visitationum comprehensa, itaut alia mox cumulata examinari hodie non debeant, ut io terminis terminantibus respondit *Rot. in Cracovien. Scholastriæ 4. Julii 1685. coram Roadinino §. Nec justitia* ibi: Nec justitia dictarum Censurarum salvari potest cum supposito, quod Sebastianus violenter expulserit Travanum ab Ecclesia, & fructus Beneficij indebitè perceperit, ideoque incurrerit in excommuoicationem comminatam in Bulla Cœnæ Domini contra occupantes bona Ecclesiastica, & à Sacro Concilio Tridentino *sess. 22. cap. 11. de reformat,* ultra quod enim hæc, & aliæ suppositæ violentiæ non satis justificantur ex dictis Testibus extrajudicialiter informatis, & Sebastianus potuit forsan dictos fructus percipere Jure Oeconomiæ, vel Commendæ, qua de ordine Episcopi Cracovien. Beneficium administrabat, sufficiens videbatur Dominis responsio, quod censuræ, de quibus est quæstio, relaxatæ fuerunt ab Episcopo Camenecen. ob solam resistentiam, & impedimentum præstitum exequutioni suæ sententiæ, & per consequens sub hac disputatione frustra inculcantur aliæ quærimoniæ, & violentiæ suis loco, & tempore congruis, quatenus opus sit recognoscendæ.

Et ita decisum est utraque parte audita.

Cæterum pro generali fundamento injustitiæ quoad omnia hæc prætensa delicta, præmitto, quod neutrum ex eis, etiamsi verissimum, & probatissimum existe- **78** ret, induceret privationem ipso Jure, saltem quoad exequutionem, sed solùm privationem, faciendam ab homine per sententiam, ut de primo, scilicet de defectu promotionis ad Ordines probat *text. in cap. Cùm in cunctis §. Inferiora de Election.* & interpretando verba Concilii, exadverso allegati, usque ad privationem, necnon aliorum Jurium, & Canonum, exadverso pariter allegatorum, respondit, & comprobat *Rota in magistrali decis. 594. coram Pæn.* Necnon in *decis. 3. de Pœn.* **79** *in antiquis. Barbos. ad Concilium sess. 22. de Reformat. cap. 4. sub num. 23. in fin.* De secunda, scilicèt alienatione rerum Ecclesiæ, inducente quidem privationem ipso Jure, sed requirente sententiam Judicis probatoriam, & declaratoriam facti, tradit *Enriq. de Excommun. lib. 13. cap. 56. num. 3. Sot. de Just. & Jur. quæst. 6. art 6. in fin. Graff. decis. Cas. conscien. lib. 2. cap. 11. num. 4. Sanchez ad* **80** *Præcept. decal. lib. 2. cap. 25. num 20. Farinac. consil. 205. sub num. 32. Quarant. in Sum. Bullar. verb. Alienatio num. 49. ad med* & admittit *Rot. coram Dunozet. jun. dec. 705. nu. 7. & coram Pen. dec 600. per tot.* præsertim *in fin.*

Specialiter autem de unoquoque ex dictis criminibus agendo, quatenus pertinet ad primum, scilicet ad defectum susceptionis Ordinis (procedendo etiam cum supposito quod Dignitates, de quibus agitur, requirant **81** pernecesse Sacerdotium, cujus contrarium probavimus supra) & quod ex neglecta illius susceptione incurratur pœna privationis Beneficii; Adhuc pro incursu talis pœnæ non sufficit sola negligentia, & contumacia nisi præcedat monitio, cum præfixione etiam triplicata termini, quam requirunt Sacri Canones, præsertim *text. in cap. Cùm in cunctis § Inferiora de Election.* ibi: *Cùm autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in Diaconum, & Decanus, & reliqui admoniti non fuerint, præfixo à Canonibus tempore in Presbyteros ordinati, & ab isto removeantur officio, & aliis conferantur;* & ibi *Gloss. verb A Canonibus* refert dandum esse terminum saltem sex Mensium, & respondit Sacra Congregatio *apud Garz. de Benef. par. 3. cap. 4. num. 22. post med. & num. 23. Barbos. ad idem Concilium sess 22. de Reformat. cap. 4. num 23. in fin.* Et in simili de privatione ob oon residentiam, **82** quæ pari passu ambulat cum privatione ob non susceptionem Ordinis, ut advertit *Garz. loco mox allegato nu 22. ad fin.* quod non posit ad illam deveniri nisi præcedant trinæ monitiones, & præfixiones termini, quorum ultimus sit saltem sex mensium, statuit idem Concilium Tridentinum *sess 24. de Reformat. cap. 12.*

Cùmque tales monitiones sint de forma, important necessitatem observantiæ, itaut sine illis sententia sit nulla, & injusta, ut probat *Barbos. ad idem Concilium* **83** *loco mox allegato num 70. & sequen. & in tract. de Canon. cap. 20. num. 15.* Et declarando verba illa Concilii *etiam usque ad privationem* &c. exadverso deducta, ex eodem *Concil. sess 23. de Reformat. cap. 1.* respondit Sacra Congregatio in decreto, relato per *Rotam in decis. 131. num.* **84** *2. & 3. & decis 163. num. 1. 2. & 10. par. 4. tom 2. recent. & coram Merlin. dec. 755. num. 5.*

Non trina, nec etiam unica monitio nostris Principalibus facta apparet: Nec illa suppleri potest à Decretis Visitationis, quæ cùm nil aliud fecerint, quàm confirmare id, quod de Jure, seu potiùs ex consuetudine in hac Ecclesia inductum prætenditur, potuerunt quidem aggravare obligationem Canonicorum, & Dignitatum, non autem supplere monitionem specialem, comminationem pœnarum, & præfixionem terminorum, quæ pernecesse requiritur ante sententiam privatoriam, **85** & fieri debet ab homine, scilicet à Judice, non autem à Jure, ut eleganter probat *Butr. in d. cap. Cum in cunctis §. Inferiora num 9. de Election* ibi: *Nota, quod ubi pœna venit ex non facto committenda, & pœna non imponitur ipso jure, sed venit imponenda ab homine, ante privationem non sufficit lapsus temporis, sed expectatur etiam Judicis monitio &c. Eventus ergo diei non facit, quod pœna possit ab homine impoai, sed exigitur quod præcedat hominis monitio;* Et idem probat etiam *Rebuff. in Prax. benef. tit de non promotis intra annum nu. 25. & Rot. coram Pæn, d. decis. 594. num. 4.*

Alienatio, & dilapidatio bonorum Ecclesiæ nimis facilè supponitur in facto ex simplicibus querelis, & vagis reclamationibus Canonicorum, parum amicorum **86** Principalium, & instigatorum Fisci, oon communicatis pro defensione nostris Principalibus, qui ideò contra ipsos nihil probant, ut in terminis animadvertit *Alexan. consil 78. num 8. in fin. lib. 1. & Rot. in decis. Tullen. simoniæ* impresa. *post consil. criminal. Farinac. 75. nu. 106.* Et cùm agatur de delicto ad effectum privationis Beneficii, quæ est pœna civilis quidem, sed gravissima **87** non admittuntur probationes, nisi sint evidentissimæ, concludentissimæ, & necessariæ, ut cumulatis concordantibus respondit in his præcisis terminis *Rot. coram Pæn. decis. 581. num 2. & decis. 600. num. 7. ad med. & decis. 658. num. 2. & in dicta decis. Trullen simoniæ post consil 75. Farinac. num. 106. ad med. & coram Priol dec. 267. num. 5. & in Capuan. Canonicatus 11. Decembris 1684. § Nam demum coram Paulutio.*

Cessat autem quælibet difficultas ex illa urgentissima circumstantia facti, quod scilicet ante dictam sententiam privatoriam præcesserat aliud Judicium, Inchoatum civiliter super redditione rationum, In quo dicti Principales offerebant, & probare poterant, quod pe- **88** cuniæ, de quibus Instigatores conquærebantur, susceptæ erant de ordine, & consensu totius Capituli, & erogatæ in causas necessarias, vel utiles ejusdem Ecclesiæ, prout io notula, quæ datur in Summario. Hoc enim Judicio pendente nullatenus poterat inchoari aliud super privatione, tum quia Judicium Civile priùs in- **89** tentatum impediebat Criminale, *Natt. consil. 138. num. 1. Farinac. in prax. Crimin. quæst 100. cap. 3. num. 125. Boss. tract. Crimin. tit. de For. compet. num. 122. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 2. disputat 6. num 2. Rot. coram Coccin. decis. 253. num. 6.* Tum quia cùm istud, & privatio dependeret ab illo, scilicet à verificatione alienationum, & dilapidationum, frustra de ista agebatur, dum illa adhuc probata non fuerat, cum etiam in terminis

Extra-

Extravagantis Ambitiosæ de Reb. Eccles. non alienan. Inducentis (90) privationem ipso jure necessaria sit præcedens sententia declaratoria alienationis, & dilapidationis, ex qua privatio induci prætenditur ex authoritatibus allegatis supra.

Et tamen animadverti supplicamus, quod, nec dispositio, nec pœnæ contentæ in dicta *Extravag. Ambitiosæ* attendi, & exequi debebant in casu nostro, quia non constat nec concluditur justificator exadverso illam in his Regionibus fuisse receptam, de quo ante prolationem sententiæ privatoriæ Judex informari debet, ut (91) probatus ex *decis.896. par.3. divers.* Et de quo informari non potuit Eminentissimus Archiepiscopus dum potiùs adducuntur actus circa inobservantiam ex pluribus contractibus in hac Ecclesia, & Capitulo initis sine solemnitatibus inibi præscriptis, aliquibus etiam cum approbatione, & consensu Vicarii Generalis ipsius Archiepiscopi, ut justificatur in facto, ex quibus dicta inob(92)servantia probatur, *Navarr. in Manual. cap.27. nu.149. vers. Et quod in Lusitania, Azor. Instit. Moral. par.2. lib.9. cap.2. §. Quod attinet in fin.* Quod autem nec dispositio, nec pœnæ dictæ *Extravagantis* exequi debeant in Locis, ubi recepta non fuit, tenent communiter Doctores, præsertim *Navar. & Azor. loco mox allegato, Molin. de Contract. disp.466. num.8. Cajetan in Summ. verb. Excommunicatio cap 75. ad fin. Ursell. conclus.85. num.95. Turricell. de Reb. Eccles. non alien. cap.8. nu 4. & seq.* ubi (93) plures refert Rotæ decisiones, *& in Lauden. Bonorum 8. Junii 1588. coram Gyps.* relata *per Rub. in singular. circa alienat. rer. Eccles. par.4. observat.5. §.6.*

Ad nostrum autem effectum sufficeret, quod dicti Principales ex his, & aliis pluribus actis, gestis sine solemnitatibus dictæ *Extravagantis* credere potuerint illam non observari in hac Diœcesi Moguntina ad hoc, (94) ut ex tali credulitate eximantur ab illa nota doli, temeritatis, & fraudis, sine qua alienantes bona Ecclesiastica non incurrunt pœnas, in dicta Constitutione inflictas, *Zabar. in Clement.1. num.23. de Privil. Navarr. consil.19. de Reb. Eccles. non alienan. Quarant. in Summ. Bullar verb. Alienatio rerum Ecclesiæ num.9. & 30. Bonacin. Oper. Moral. titul. de Alienat bonorum Ecclesiasticorum sub vers. Secundò nota, Panimoll. decis 54. num.14.*

Generaliter autem quod dicta Constitutio, quæ alicubi in aliquo, alicubi autem in alio inobservata præ(95)tenditur, in omni Loco inobservata sit quoad privationem, ipso jure incurrendam, & per sententiam Ordinarii exequendam, testatur *Navar. in Manual. dicto cap.27. num.149. §. Declara primò vers. Et credimus*, quem sequitur *Azor Instit. Moral. d. par 2. lib 9. cap 2. § Quod attinet in fin. Garz. de Benef. par.2. cap.1. nu.87. sub princip.*

Contemptus denique disciplinæ Ecclesiasticæ, consistens in negligentia Divini cultus, & Servitii Ecclesiæ, (96) non solùm in facto non justificatur, prout deberet concludentissimè demonstrari, sed quod plus est, excluditur ex contrariis probationibus, datis in nostro Summario. Et quatenus per hypothesim figurari posset, adhuc nunquam fuisset sufficiens causa procedendi ad privationem Dignitatum, sine prævis specificis monitionibus, & triplicatis præfixionibus termini, ex superiùs allegatis.

Ex his sufficientissimè exclusis delictis, super quibus sententia innititur, frustra alia cumulantur, super qui(97)bus nec Judex processit, nec Reus potuit se defendere, ut in specie de perjurio animadvertit *Feder. de Sen. consil. 255. num 2. sub princip.* Et tamen ut fama, & honor Principalium ab omni etiam aliorum Criminum suspicione, & imputatione defendatur, addimus, quod Perjurium, quod ex ipsa sententia Doctorum, exadverso allegatorum, constituit Crimen gravissimum, & detestabile, nunquam dici potest incursum, vel imputari, præsertim in Personis in Dignitate Ecclesiastica consti(98)tutis, nisi ex concludentissimis probationibus, & confessione, ex Actis resultante, ut probant *Farinac. quæst. Criminal 160. nu.209. & Tusch. lit. P. conclus.29. num.3.*

Ad hoc igitur, ut in casu nostro opponi, & allegari mereretur ex eo quod dicti Principales contra Juramentum in assequutione Dignitatum præstitum dissipaverint, & dilapidaverint bona Ecclesiæ, & Divina Offi(99)cia neglexerint, necessariò præcedere deberet confessio, vel concludentissima probatio talium Criminum, quæ ex præcedentibus excluditur; Si autem prætenditur resultare Perjurium ex non susceptione Ordinis Sacerdotalis, sufficit dicere, quod dictam susceptionem Principales specificè non promiserunt, sed solùm in genere observantiam consuetudinum Ecclesiæ, quæ non probatur concludenter importare talem necessitatem; Et tamen semper recurrit responsio quod sicuti pro tali negligentia non potuit induci privatio Beneficiorum, nisi (100) præcedente monitione, & præfixionibus termini, ita nec etiam induci Perjurium, cum quælibet promissio, & Juramentum intelligatur prout de Jure, juxta animadversa per *Ruin. consil 109. nu.6. lib.5. Riminald. Jun. cons.295 num 51. & 54.* latè *Mantic. de tacit. lib.3. tit.7 nu.1. & sequen. Actolin. resolut. forens.55. num.13.*

Incorrigibilitas poterat omitti, quia, aut illa deducitur ex querelis, porrectis anno 1677. & 1682. & illæ non percutiunt Principales in specie, sed genericè referunt negligentias, & culpam totius Capituli; & quod plus est nullam præseferunt certam monitionem, & condemnationem eorumdem, sine quibus dari nequit (101) incorrigibilitas; Aut deducitur ex inobedientia post sententiam, & illa nullatenus allegari meretur pro substinenda justitia ejusdem sententiæ, ex actibus postea supervenientis, ut in fortioribus terminis, quod pro substinenda privatione, ob non residentiam, & similia delicta, requirentia monitionem, non admittatur monitio pendente lite facta, sed requiratur facta ante inchoationem Processus, in terminis respondit *Rot. coram Panja dicta decis.594. num.15.*

Et sanè nimiam involvit incongruitatem estque æqualiter durum, & amarum, quod Principales non so(102)lùm appellentur, sed judicentur, incorrigibiles ex eo quod parere recusarunt sententiæ, à qua appellarunt.

Incompatibilitas denique allegata, ob retentionem plurium Canonicatuum inducit quidem vacationem primi ex beneficiis incompatibilibus, non autem dat Judici facultatem privandi per sententiam, quod agnovit (103) ipsemet Eminentissimus Archiepiscopus, qui non protulit sententiam privationis ex hoc titulo, nec super Canonicatu, sed super Dignitatibus, & fructibus Præbendarum, & quidem aliis titulis, quod sufficit ex superiùs deductis. Et tamen non est nova dicta retentio plurium Canonicatuum in Germania, quorum Capitula id prætendunt ex consuetudine etiam sine dispensatione Apostolica, juxta tradita in his terminis per *Amaydea. de Styl. Datar. lib.2. cap.17. sub nu.26 versic. In Germania datur retentio; & sub nu 29. in fin. Rot. coram Mantuaned. decis.600. sub num 6.* (104) Imò quatenus ex hoc titulo procedendum esset ad privationem probanda esset per Fiscum d. deficientia dispensationis, uti fundamentum suæ intentionis, *Paris. consil.138. num.1. & in Tractat. de Resignat. Benefic. lib.10. quæst.3. nu.5. & 6. Rot. coram Ludovis. decision.242. num.1. & sequen.* ibique *Adden. nu.10. & in Augustana Canonicatus* impressa *in recent. decis. 341. par.5. nu.19.* confirmata 22. *Junii 1672. coram Albergato*; Stante præsertim longo lapsu decennii, & ul(105)tra quo dicti Principales tam controversas Dignitates, quàm alios Canonicatus retinuerunt, quo stante dicta dispensatio præsumitur, *Barbos. de Offic. & Potest. Episcop. allegat 62. num.30. Rot coram Bich. decis.190. nu 32. & 33. & dicta decis.341. sub num.5. versic. Fortius verò part.15. recent.* Et in individuo ad evitandam pœnam privationis *Rota in Varmien. Canonicatus 29. Januarii 1685. §. Eoque magis coram Hervault*, ubi sub §. *seq.* quod hæc præsumpta dispensatio non eliditur ex fidibus Offitialium, illam non invenientium in libris solitis, quia potuit expediri per alias vias.

IN EADEM CAUSA.

Solita ingenuitate admittunt exadverso scribentes justitiam nostri Mandati de manutenendo, quæ tevera talis, & tanta est, ut nullis velaminibus valeat offuscari; Uni autem ex eis supposita fuit illius exequutio, quod si in facto subsisteret, non adesset hodier(106)dierna disputatio; Alter verò recurrit ad novam commissionem, ab Eminentissimo Electore obtentam, & directam huic Illustriss. Congreg. cumulativam possessoris cum petitorio, quæ tamen in nihilo immutavit præcedens judicatum, attenta clausula *in Statu in termi-*

nis

nis, in illa apposita, de qua *Rota decis.*232. *num* 13. 108 *part.*16.*recent.* Et non obstante dicta cumulatione, benè potest hæc Illustrissima Congregatio respondere, prout enixè supplicamus, constare de bono Jure nostrorum Principalium, etiam ad effectum manutentionis, ut in simillimo casu alterius privationis ob excessus non probatos respondit *Rota in dec.*267. *& dec.*269. *per tot. coram Priolo*.

Deveniendo ad merita, separanda sunt ea, quæ de 109 novo adducta fuerunt, à motivis, quibus innititur Sententia privationis, ut faciendum esse in his casibus respondit *Rota in Cracovien. Scholastria*, cujus verba data fuerunt supra, & practicatum fuit ab eadem Sacra *Rota coram Priol. in d. dec* 269. *num* 8. *&* 9. Ea quidem concurrente juridica ratione, quia Sententia justificari debet ex iisdem actis, & non ex noviter deductis, ut omis- 110 sis generalibus, in individuo casus nostri prosequitur *Rota cor. Priol. d.dec.*269. *nu.*10.

Antequam verò examinemus subsistentiam in Jure prædictarum Causarum privationis, necessariò proban- 111 da esset in facto existentia eorundem excessuum, quæ non benè exadversò desumitur ex Querelis in contrario Summario registratis, quia in illis nec verbum quidem legitur de Decano, & Scholastico, ut videre est in *num.*1.*&* 2. in cujus fine habentur illa notabilissima verba, omnem speciem probationis perfectè excludentia: *In his, & aliis, quæ fortè à nobis proponi continget, protestamur nos, aliud non rogare, & petere, quam quod examinatis, & ponderatis omnibus circumstantiis, inventum fuerit esse æquitati consentaneum &c. & in num.*3. ubi duo alii Canonici nominantur cum supposito, quod confa- 112 bulentur in Choro, & discursationes faciant in Ecclesia, sed nec per umbram fit mentio nostrorum Principalium.

Verùm, dato, & non concesso, quod in dictis Querelis generaliter propositis, specialis fieret mentio eorundem Decani, & Scholastici, quodque Testes specificè deponerent de prætensis excessibus; Adhuc non 113 essent attendendi, quia ad summum posset dici, dictos Quærelantes deposuisse pro informatione Curiæ, quod non sufficit ad effectum, de quo agitur, ad quem requiruntur Testes firmiter examinati cum Partis citatione, ut sequendo theoricam *Bartol. in leg. fin. num.*9. 114 *ff. de Quæstion* pluribus cumulatis in terminis terminantibus probat *Rota cor. Priolo d. dec.*269. *n* 13.

Quoad primum caput privationis ob non susceptionem ordinis Sacerdotalis, respiciens solum Decanum, sub- 115 sistunt responsiones supra adductæ, quod in omnem casum requirebatur trina monitio, & ordo judiciarius, ad effectum cognoscendi, an cessaret justum illud impedimentum à *Sacro Concilio Tridentino admissum in sess.* 22. *cap* 4. *de Reformation.* & de quo *Fagnan. in cap. Quævis num.*34. *de stat. & qualit. Ordin. Barbos. de Canon.cap* 16. *num.*20. *&* 25. *& ad Concil. Trid. d. sess.*22. *cap.*4. *de Reformat. num.*23. *& Bellett. disquis. Cleric. par.*2. *de pæn. Cleric* §.34. *num* 35.

Agnoscunt hanc necessitatem exadversò Scribentes, & recurrunt ad decreta Visitationis, cum supposito, 116 quod in illis contineatur dicta monitio; sed responsio non subsistit, quia in exadverso Summario, in quo habetur mentio promotionis ad Sacerdotium, nulla legitur pœna, neque specifica monitio Decani, quæ erat omnino necessaria ex animadversis per *Ricc.in Prax.privat. benefic. par.*2.*resol.*307. *num.*1.*& seqq. Card. de Luc. de Benefic. disc.*135. *num.*4. *vers Attento autem, & Rota* 117 *decis.*287.*num.*7.*&* 8. *part.*12. *recentior.* In §.. verò 25. ejusdem numeri leguntur quidem verba illa ab uno ex Scribentibus, exadversò adducta: *Nisi Decanus, cæterique Prælati nostræ Ordinationi, inhibitioni, & mandato cum effectu paruerint, pœnæ suprascriptæ, etiam usque ad privationem subjacebunt*; Sed apposita fuerunt ad aliū effectum, ad impediendam scilicet erogationem redditum fabricæ in sumptus autumnales, & in recollectione Vini, ut lectura integri dicti §. ad evidentiam ostendit.

Ea, quæ dicuntur de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, tam ante, quàm post Sententiam privatoriam, 118 sunt verba, & Quærelæ ipsorummet noviter Provisorum ab Eminentissimo Electore, ac aliorum de contraria factione, & Summarium exadversò citatum illam non probat concludenter, prout faciendum esset, ut ad hunc præcisum effectum respondit *Rota cor. Priol. decis.*267. *num.*5. *& seqq.*

Pro dilucidatione tamen objecti, ad hunc effectum distinguendi sunt duo actus; Primus circa receptionem aliquarum summarum, factam Deuser Scholastico, ad 119 effectum illas erogandi in necessitates Ecclesiæ; & Secundus circa prætensum usum earundem, seu non erogationem in usum destinatum; Quoad primum actum dicimus, non posse considerari incursum aliquem pœnarum, quia ad illos devenit cum authoritate Vicarii, & ipsiusmet Eminentissimi Electoris respectivè, ut clarè probat Summarium exadversò exhibitum; Quæ authoritas quidquid sit, an in Jure subsistat, certum tamen 120 est, quod illa attenta, justè credere potuit Scholasticus se nullam incurrere pœnam, maximè quia eandem facultatem permittendi alienationem bonorum Ecclesiæ S. Victoris, expresse sibi reservaverat Eminentissimus Elector in Synodo anno 1683. celebrata.

Certum siquidem est, quod ad incurrendas pœnas *Extravag. Ambitios.* requiritur dolus, & contemptus, qui si non probentur, nunquam habere poterit locū pri- 122 vatio in eadem *Extravagan.* contenta, ut benè probant *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Alienatio rer. Eccles. n.*50. *Bonacin. Oper. moral. tit. de Alien. Bonor. Eccles. punct.*5. *num.*1. *Thesaur. de Pæn Eccles. par.*2. *cap.*1. *verb Alienatio Bonor. Eccles. sub vers. Secundò nota, & Lezzan. in Sum. verb. Alienatio num.*58. Quod indubitanter procedit in- 122 specto verbo *Præsumpserit*, quo utitur Summus Pontifex in *d. Extravaganti*, quod importat de sui natura dolum, & contemptum in casu nostro alienum, ut benè observat ibidem *Barbos. num* 23. *Dian. Oper moral. tom* 7. *tractat.*1. *resol.*232. *num.*1. *& Rota coram Cavaler. decis.*1. *num.*2.

Et in specie, quod alienans Bona Ecclesiæ cum licentia Episcopi, ob bonam fidem in illo, ex tali licentia concurrentem, non incurrat pœnas in dicta *Extravag.* 123 contentas, probant *Thes. de Pæn. Eccles. par* 2. *cap.*1. *verb. Alienatio Bonor. Eccles vers. Nota, quod Doctores, & Lezzan. in Summ verb Alienatio à num.*27. *usq. ad* 60. & signanter *num.*42. 51. *&* 58.

Secundus actus respicit, non erogationem earundem summarum in usus destinatos, & circa hunc militant responsiones omnes, hucusque datæ, quod scilicet non 124 agitur de alienatione Bonorum Ecclesiæ, à Sacris Canonibus interdicta, sed de rationibus reddendis de pecuniis ad manus Administratoris perventis, circa quas introductum jam erat Judicium Civile, & Scholasticus rationem suæ administrationis reddiderat, ut probamus in Summario, quæ quatenus exadversò non admittatur undique perfecta, & exacta, responsio in promptu est, quod scilicet erat locus illius revisioni, ut quotidie practicari videmus respectu Administratorum Bonorum Ecclesiæ in Urbe, & in Orbe; non autem erat proce- 125 dendum ad pœnam privationis, quæ gravissima est, & morti in temporalibus assimilatur à *Card. de Luca de Benef. disc.*35. *num.*10. *& disc.*75. *num.*4.

Ad excusandum incursum pœnarum dictæ *Extravag.* inter alias responsiones adduximus illam, non probari exadversò, quod fuerit usu recepta in nostra Diœcesi, 126 contra quam unanimiter insurgunt Doctores exadversò Scribentes, dicentes, id non esse ore asserendum, sed formiter probandum, quod propter necessitatem libenter facimus, & quidem mediantibus Juribus in exadverso Summario exhibitis, ubi Eminentissimus Elector in Synodo sibi, suoque Vicario facultatem permittendi alienationem Bonorum Ecclesiæ reservavit, ibi: *Sub gravi nostra indignatione &c. interdicimus &c. nisi nostro, vel Vicariatus nostri in scriptis obtento Consensu, cujuscumque nominis, vel tituli sint res alienare, vendere, permutare, pecunias mutuas accipere, debita contrahere, & Ecclesiam ære alieno gravare*: quæ facultas non compatitur 127 simul cum dispositione dictæ *Extravagantis* requirentis consensum solius Summi Pontificis, & omnem alium inferiorum Prælatorum expresse interdicentis; signum evidens, quod illa in nostra Diœcesi non est usu recepta.

Nec omittimus iterum repetere, quod etiamsi concurrerēt positivæ alienationes, & quidem fraudolentes, 128 & dolosæ, adhuc semper requirebatur Sententia declaratoria facti alienationis, aliàs nunquam validè procedi

poterat ad privationem, ut benè notant *Sanchez ad Præcept. Decal. lib 2. cap. 202. num. 20. Quarant. iu Sum. Bull. verb. Altenat. o rer. Eccles. uum. 49. vers. Iu pœua verò privationis, Panimoll. decis 82. num. 32. & seqq. & Rota decis. 267. num. 5. cor. Priolo*.

Ea concurrente convincenti ratione, quia quando Lex 129 privat ipso Jure, Sententia non requiritur pro imponenda, seu constituenda pœna, sed pro stabilienda, & practicanda exequutione ejusdem pœnæ, ut eleganter in nostris terminis advertit *Lotter. de Re Benef. lib. 3. q. 18. uu. 24.* ubi *num. 25.* qnod hoc casu Sententia Judicis non dicitnr reqoiri de essentia pœnæ, sed de essentiæ exequutionis.

Absque eo, quod in defectu hujusmodi Sententiæ, & probationum recurri valeat ad notorietatem facti; Quia, 130 ut benè inquit *Text. in cap. Consuluit lib. primo de Appellat. Pleraque judicantur uotoriu, quæ non suut*, ad quod constituendum non sufficit, quod aliquid sit simpliciter verum, vel manifestum, sed olterius requiritur, quod sit taliter verum, quod nullo velamine valeat offuscari, ut benè probat *Lotter. ubi sup n. 37. & seqq. & n. 45.* notabiliter advertit vix excogirari posse casum, in quo ad in- 131 docendam privationem Beneficii ob notorietatem, hæc non sit probanda, & quidem prævia citatione Partis, & cnm Causæ cognitione, quornm neutrum factum fuit in nostro casu.

Ea, quæ repetnntur de Perjurio, respicinnr motiva, noviter in Urbe excogitata, & excitata; & propterea non debent haberi in consideratione ex punctualibus au- 132 thoritatibus supra citatis; & tamen, ut undique candor DD. Principalium elucescat, generaliter dicimus contra illud sumendam esse omnem interpretationem, *Rot. cor. Merlin dec. 46. nu 8. & 11.* Et ab illo quamlibet Causam excusare, ex adductis per *Spad. cons. 191. n. 2. & seq. lib. 2. & Rot. dec. 44. n. 7. & dec. 46. n. 5. apud del Bene de Jurum.* specialiter verò respondemus, quod non omne perjurium aptum est ad privationem inducendam, sed solum judiciale, & hoc quidem non est sufficiens ad privandum Beneficiis obtentis, sed solam producit inhabilitatem, ad 133 al a obtinenda in futurum, ut in nostris terminis probant *Fariuac de falsit. q. 106. n. 208. Rebuff. in Prax. Benef. tit. de Benef Possessor n. 168. vers Quod ego intelligerem, Garz. de Benef. p. 11. n. 168. & seq. Panimoll. dec 91. annot. prim. n 50 & Rot cor. Seraph. dec. 1285. n. 6. & 7.*

Favorabilitas decretorum Visitationis non habet locum in præsenti, dum Sententia lata fuit die 16. Septem- 134 bris 1686 & Visitatio completa die 14. Junii 1683. ut fassi sunt exadversò Scribentes in eorum Scripturis; Et tamen etiamsi privatio sequuta fuisset in actu Visitationis, adhuc cùm sit materia extra spheram simplicis correctionis morum, non erat præcipitanter deveniendum ad exeqnutionem, sed expectandum Judicium Romanæ Curiæ, ad quam solemniter fuerat appellatum, & eidem appellationi erat omni Jure deferendum, ut probavimus supra, & addo *Rot. cor. Peuting. dec. 330. per tot.* Aliàs actum 135 esset de Appellationibus ad S. Sedem, si permitteretur Episcopis exequurlo Santentiarum in quacumque materia latarum in Visitatione.

Consideratio, quod Decanus ex hac loce migraverit, 136 pendente hoc judicio, non erat adducenda ad effectum, de quo agitur, quia cùm ex Sententia privatoria illius fama, ejusque nobilissima Familia gravissimum passæ siut detrimentum, ad illam purgandam sufficiens remedium existimavit mandatum de reintegrando, *Rotu cor. Pamphil. dec. 320. num. 4.*

Demum non benè controvertitur exadversò spretus Censurarum, ab A. C. fulminatarum; Quia ille concludentissimè probatur ex confessione Halley novi Decani, 137 data in Summario, & emissa in Libello, exarato ab eodem contra dictas censuras, in quo non considerata forsan anthoritate Sac. Rotæ, imò veriùs Apostolicæ, cui idem mandatum Rotale innitebatur, leguntur sequentia verba Catholicas aures forsan aliquo modo offendentia: *Quintò, quia partes meas, imò veriùs suas apud S. Sedem defensurus, Eminentissimo Ordiuario, severè manduuti, humillimè magis, quàm Mandato de manutenendo parere oportuit.*

IN EADEM CAUSA.

IN ultima Replicatione exadversò exhibita, insistitur in dispositione *Text. iu cap. Eu, quæ de stat. Monach.* ibi: *Si autem Dilapidator inventus fuerit, vel aliàs meritò umovendum per Diœcesanum, postquam hoc sibi à Visitatoribus deuunciatum fuerit, amoveutur ubsque judiciorum* 138 *strepitu à Regimine Abbutiæ.*

Pro remotione objecti in Vigilia propositionis excitari, sat esset advertere cum *Selvu de Benef. p. 3. qu. 3. n. 2. & Duar. eod. tract. lib. 8. cap. 6. §. 6.* quos refert, & sequitur *Garz. de Benef p. 11. cap. 10. de Vacat. per privut. n. 2. non debere Judicem uttendere multum ad Canoues untiquos,* 139 *quiu illi de facili imponebunt pęnam depositiouis, & Panimoll. dec. 82. n. 3.*

Certiùs, quia nec etiam novæ Constitutiones circa hãc pęnam privationis usu receptæ suut, ut de *Extrav. Ambit.* pluribus adductis probat *Bonacin. Oper. morul. tit.* 140 *de Alien. rer. Eccl. disp. 2. qu. unic. punct 5. n 4. in fin.* ubi quod nec etiam servatur Mediolani, & de *Legib. disp. 1. qu. 1. pun. 7. §. 2. n. 7. & Hermosill. ad Lopez gloss. 1. l. 5. p. 5. n 96. vers. Ex quib fol mihi 490.*

Et tamen dispositio d. Textus non applicatur ex pluribus. Primò, quia loquitur de remotione Administratorum Regularium, non autem de Prælatis Sæcularibus, 141 & rationem assignat ibidem *Gloss. verb. Absq strepitu*, ibi: *Et hoc ideo, quia hujusmodi Regulares de facili removentur à suis administrationibus, non est ordo judiciarius usquequaque servandus in hujusmodi Inquisitionibus Regularium:* Alias quoque rationes diversitatis egregiè assignat ead. *Glossa in cap. Per tuas 32. verb. Levioribus de Simonia*, ibi: *Quia non ita pingue Jus habent Regulares, sive Sæculares &c. Vel potiùs, quia non est tantum scandalum pro re-* 142 *motione Regularis, sicut Sæcularis: & Butr. iu cap. Eaque n. 28. de stat. Monach.* ibi: *Non tamen udmittit omnes exceptiones, quas admitteret in Sæculari.*

Secundò, quia Textus supponit jam probatam dilapidationem, juxta illa verba: *Si autem dilapidator inven-* 143 *tus fuerit:* in præsenti verò nulla datur probatio prætensæ dilapidationis, si Summarium consideretur remotis verbis, & Quærelis Canonicorum, noviter de Decanatu, & Scholastria provisorum, & aliorum de contraria classe, qui non attenduntur, ut in nostris terminis benè *Rota dec 269. n. 13. cor Priolo.*

Tertiò, quia Eminentissimus Elector non elegit viam d. Textus in deveniendo ad privationes, dum processum, 144 licèt nulliter formavit, & ad Sententiam, quamvis injustam, devenit *Leg Si Creditores hæreditarii 5. ff. de Separationib. Carleval de Judic. lib. 1. tit. 3. disp. 14. n 4. & Gabr. de Actionib. concl. 2. n. 1. 3. & 12.* & in similibus terminis *Rot. in Capuana Cuuonicutus 9. Decemb. 1682. § Etenim cor. R. P. D. Ursino.*

Quartò, quia clausula sine strepitu, & figura Judicii, non tollit substantialia, in casu nostro non observata, ut 145 benè probat *Ansald. de Comm. & mercat. disc. 73. n 14.*

Hæc in Jure sufficere videntur pro adæquata responsione, cæterum non applicatur in præsenti factum, quia Decanus, & Scholasticus non sunt, ut exadversò suppo- 146 nitur, Administratores Bonorum Eccl. S. Victoris, sed habent Prælaturas re, & nomine insignes, quas non obtinuerunt per simplicem deputationem ab Emin. Electore, sed mediante canonica electione, & cum solitis Bullis per Datariam, ut moris est, expeditis; Diversa verò ferè mechanica Officia Executorum, & Administrato- 147 rũ exercentur in nostra Collegiata à Canonico Bettran, & Vicariis Hallinger, & Staiffen., ut clarè probatur ex Juribus, seu decretis Visitationis in exadverso Summario exhibitis.

Die 9. Octob. 1692. proposita Causa in Cong. particulari, in qua interfuerunt Caccia postea Card. & Benincasa Rotæ Auditores, Altovitus Secr. Cong. Episc. & Regular., Pallavicinus Secr. Cong. Concilii, & Ansald. Papæ Aud., Pro Electore Moguntiæ scribentibus cl. me. Gabriele Philippuccio, postea electo Card. à Clem. XI. juxta ea, quæ adnotavi in *Inst. Crim. lib. 11. tit. 10. n. 80. in fin.* & Peregrino Maserio postea Sign. Just. Aud. responsum fuit *Dilata*; In facto verò pro hac Parte scripsit Sabinus Marianus meus Conteraneus, qui anno 1700 Spiritu Dei ductus, ut Missionarius accessit ad Sinas, in itinere, & passione Socius cl. me. Card. de Tournon.

DI-

DISCEPTATIO XXV.

Neapolitana Alternativæ

PRO

Religiosis Conventus S. Mariæ Carmeli majoris Neapolis

CUM

Religiosis Provinciæ Terræ Laboris, & Basilicatæ ejusdem Ordinis

ARGUMENTUM.

Alternativa inter Religiosos ejusdem Provinciæ legitimè stabilita, quibus concurrentibus, immutari possit, non attenta Concordia multo tempore observata. Novitates semper fugiendæ sunt.

IN Congregatione, habita die 5. Martii 1721. Ponente Cardinali Priolo proposita fuit instantia nonnullorum Conventuum Provinciæ Neapolitanæ super prætensa abolitione Alternativæ, à sæculo in eadem Provincia vigentis circa Provincialatum, & Provincialis electionem, cui eadem Sac. Cong. rescripsit. *Exquiratur Votum Capituli Generalis, transmittatur Sac. Congregationi, & deindè proponetur Causa.*

Capitulum generale, Romæ convocatum mense Majo præterito, loco aperiendi Votum dumtaxat circa alternativam, ejusque legitimitatem, & respectivam observantiam, prout erat de mente Sac. Congregationis, eadem alternativam verbotenus approbata, septem publicare voluit Decreta, seu Capitula, totaliter extranea à puncto essentiali Controversiæ, quæ in veritatis substantia eandem alternativam, & æqualitatem ab alternativa resurgentem, annihilant, & juxta quæ censuit Partes esse ad Concordiam coactivè adigendas.

Decreta autem, seù Capitula sunt sequentia. Primum. *Quod Conventus Capitis Chini cedatur Provinciæ, ista pro permutatione cedente Carmelo majori Conventum Castri Maris.*

Secundum. *Quòd Capitula Provincialia celebrentur extra Civitatem Neapolis, & extra Grangias.*

Tertium. *Quod tres fiant Definitores ex parte Provinciæ, & unus tantùm ex parte Carmeli majoris.*

Quartum. *Quod Provinciales electi tempore Provincialatus non debeant residere, neque in Conventu Majori Neapolis, neque in Grangiis.*

Quintum. *Quod munus Definitoris perpetui tribuatur solis Ex-Provincialibus realibus utriusque Partis, & Priori actuali Carmeli Majoris privativè quoad alios.*

Sextum. *Quod nullus ex Religiosis sive Carmeli Majoris, sive Grangiarum possit ad quemcumque Prioratum in aliis Conventibus promoveri.*

Septimum demum. *Quod in Carmelo Majori deputetur Cellula pro recipiendis infirmis, existentibus extra Civitatem Neapolis, & Grangias, dummodo expensæ solvantur à Conventibus, ubi sunt filii.*

Omnia hæc Decreta, seu Capitula, itidemque coactiva Concordia ad illorum metam præscripta à Capitulo generali, peccant evidenti nullitate, & injustitia plusquam palmari. Unde eisdem pro nihilo habitis fidenter speramus Sacram hanc Congregationem decretum ædituram pro observantia antiquissimæ alternativæ, tanto tempore observatæ, tam circa electionem Provincialis, quàm in ordine ad distributionem ceterorum Officiorum, & Graduum, quæ est necessaria sequela ejusdem alternativæ, ad omnimodam æqualitatem tendentis.

Pro eo, quod ad nullitatem attinet, hæc clarior esse nequit. Quippe Capitulum generale in hac Controversia aliam figuram non gerit, quàm simplicis Consultoris, requisiti pro Voto à Sac. Cong. Unde poterat quidem sensum suum manifestare circa ea, quæ proponebantur, illumque ea, qua decet veneratione, subjicere judicio, & oraculo Sac. Congregationis; At nequibat assumere partes Judicis, Decreta ædere, Capitula stabilire, & alia consimilia peragere, quæ ad Judicem spectant, non ad simplicem Consultorem, à Supremo Judice requisitum per ea, quæ notant *Zas. in leg. 1. ff. de Jurisdictione omn. Judic. Specul. lib. primo, part. prima, tit. de Offic. Ordin. §. 3. num. 2. Tancred. lib. 1. de Ord. Judic. vers. Item debet Judex, Misynger. Instit. de Offic. Judic. in princip. num. 2. Pax Jordan. de Re judicat. lib. 13 tit. 5. num. 1. cum pluribus sequentibus, & num. 18.*

Multò ergo minùs valebat præfatus Consultor Partes coactivè adigere ad concordiam, quia hoc nec Judicibus licet, qui hortantur quidem, sed non cogunt, *Bartol. in leg. Hujusmodi §. ultim.* & ibi *Jason. num. 10. ff. de Leg. 1 Dec. in leg. Quidam sub num. 4. vers. unde dubitabile ff. Si certum petatur, Asin. de Execut. §. 3. cap. 139. num. 4., & 5., Menoch. de Arbitr. cas. 442. num. octavo, Nevizan. Sylv. nupt. lib sexto, tit. duodecimo, Michalor. de Fratr. parte tertia, cap. 36. num. nono, Scac. de Judic. lib. octavo, cap. 2. num. 12. Valeron. de Transact. in proœm. n. 25. Urceol. eodem tract. quæst. 64. num. 2.* Excepto casu, in quo aliqua gravissima causa in Jure scripta concurrat, utpotè damnum Reipublicæ, gravis inimicitia, scandalum aliter non evitabile, vel demum inextricabilis articuli dubietas, ut prosequuntur appositè *Venturin. cons. 3. num. 68. Wesembec. cons. 231. num. 1. in fin. Menoch. de Arbitr. dicto cas. 442. num. nono, Michalor. de Fratr. p. 3. cap. 36. num. 10. Munoz de Ratiocin. Administr. cap. 32. n. 25. Valeron. de Transact. in proœm. num 66. Urceol. dicta quæst. 64. num. 6. & 9. Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 25. num. quinto, & sexto, Thesaur. decis. Pedemont. 89. n. 3. Paitel. decis. 100 num. 59. Rot. decis. 216. num quarto, parte 3. divers. & decis. 678. num. nono, cor. Merlin.* cum aliis, citatis *in Instit. crim. lib. 3. tit. 9. à num. 54.* Præcisivè enim ab hujusmodi terminis ceteræ minores causæ, potestatem Judici non faciunt obligandi Partes ad concordiam, ut in puncto coactivæ Transactionis notant *Angel. §. Ut litigantium Jura in exord. lit. Bald. in cap. finali de Rescript. & in leg. Ex stipulatu Cod. de Sentent. & interlocut. omnium Judic. Bartol. in leg. Furti §. Qui jussu, ff. de His, qui not. infam. Asin. de Execut. §. 3. cap. 139. num. 3. Molin. de Primogen. Hispan. lib 4. cap. nono, num. 29. Mant. consult. 777. num. 9. & Urceol. dicta quæst. 64 num. 1.* Et propterea si Judex etiam Supremus præcisa gravi Causa ad Concordiam Partes non obstringit, figurari nequit, quo Juris colore Capitulum generale, in figura nudi Consultoris interrogati à Sac. Congregatione quoad substantiam alternativæ, dictam præceptivam Concordiam attentaverit, per *Bald. in leg. Ut proponis 4. num duodecimo, vers. quem Papa delegavit Cod. Quomod., & quand. Judex, Surd. cons. 139. num. undecimo, Vintrigl. de nullit. & defect. jurisdict. num. 69., & 149., Gratian. discept. forens. cap. 40. num. 33., & decis. March. 144. num. 35. & 36. Surd. decis. 175. num. quinto, & Rom decis. 167. num. sexto, cum seqq. part. duodecima recent. ubi num. sexto,* per hæc verba rationem reddit. *Ratio autem est, quia ubi Judex superior semel manum apposuit ad aliquam causam, committendo, vel aliter cognoscendo, tunc non potest Judex inferior in ea alio modo se intromittere.*

Hæc nullitatem respiciunt, à qua ad injustitiam gradum faciendo, illa ad notorietatis gradum ascendit percurrendo sigillatim mox dd. Capitula, seu Decreta, & sanè si præceptiva ordinatione, statueretur permutatio Conventus Chini cum alio Conventu Castri Maris, hoc esset præsupponere imò statuere formalem divisionem, & separationem nostri Conventus Neapolitani à reliqua Provincia, quia permutatio non datur nisi inter hinc indè Dominos, & quidem cum promiscua dominii mutatione, & translatione, juxtà permutationis definitionem, desumptam à *Text. in leg. Quis aliam ff de Solut.*, & tradunt *Castrens. cons. 225. num. tertio, vers. Ex his patet, & cons. 333. column. secunda, vers. Si ita est lib. secundo, Tasch. pract. conclus. litt. P. conclus. 302. num. sexto, Menoch. cons. 91. num. quarto, Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 11. num. 14. & 15. & seqq. Mant. consult. 283 num. 9. & consult. 503. num. 13.* Quamobrem si ipsa Alternativa, quæ approbata fuit in Capitulo excludit divisionem, & separationem formalem, quam rursus faciunt stare à longè tot alia præstantissima argumenta inferiùs recensenda, sumus profectò in claris, quod d. permutationis titulus extraneus est, propter inhabilitatem extremorum.

Quippe, si Cōvētus Major Neapol. stat de per se, & quasi per

per speciē Provinciæ distinctæ, nulla profectò indigemus alternativa, seu bipartita pro conservanda pace, & æqualitate inter Neapolitanos, cæterosque Provinciales, nam ipsa divisio exuberaret, & sic alternativa esset extra casum; Non enim datur nisi inter Conventus ejusdem Provinciæ, & Religiosos ejusdem unici corporis, ut scilicet una factio aliam superet, cum præjudicio justitiæ commutativæ, quę ratio incontinenti cessat, si corpora sunt divisa, & unum quodque ex illis gaudet 17 propriis peculiaribus honoribus, & prærogativis, sine alterius distracti corporis detrimento, ut expendunt *Passerin. de Elect. cap. 2. num. 60. & 61. à Spiritu Sancto in Direct. Regular. tract. 5. disput. 2. sect. 5. num. 95. Capon. discept. forens. 46. num. primo cum seqq. Card. de Luc. de Regul. disc. 3. num. 8. cum seqq. Rot in Castellana Validatis Concordiæ, seu Bipartitæ 12. Januarii 1705. §. 3. & 8. coram Molines*; Si ergo alternativa unitatem supponit, & permutatio divisionem involvit, consequimur 18 indè, quod vel Capitulum generale statuit contradictoria, in Jure exosa *Cravett. conf. 70. num. quinto Bondea. collect. 5. num. 50. Rot. coram Ottbobon. decis. 44. num. decimo quinto, & decimo sexto in recent. decis. 140. num. nono, part. 5. & decis. 250. num. 15. par. 16. & dec. 305. num. 11. par. 14.* Vel eo spiritu anihilandi ab intra alternativam, quàm ab extra, & in verborum cortice profitebatur, ita decrevit, & sic non sine maxima suspicione, quod nimirum favere voluerit novis conatibus PP. Adversariorum, ut ipsa rei evidentia demonstrat.

Nec præterire possumus ad ostendendam graviorem exorbitantiam propositæ permutationis, quod ubi per hypothesim impossibilem congruere posset, exequi nequirent, tùm quia Grangiæ Conventus Neapolitani, quæ sub Regia protectione sunt, sine Regis assensu permutati non possent; Tùm, & fortius, quia nulla est proportio inter Conventum Capitis Chini, & Conventum Castri Maris, nam hic debitis onustus reperitur, & ulterius aerem infelicem respirat, taliter ut tempore æstivo sine vitæ discrimine ibi Religiosi habitare non possunt; 19 Quæ æquidem qualitates d. Conventus deteriorantes improportionatam reddunt permutationem, cujus essentia consistit in æqualitate corporum permutandorum *Castrens. cons. 417. num. septimo Cost. de Rat. quæst. 188. n. 4. in fin. & num 15. Mans. consult. 50. num. 57. & 58* Quocirca si de permutatione unquam agendum esset, alter Conventus proponi debet, qui in redditu, & aeris salubritate correspondetur dicto Conventui Capitis Chini, quem exoptant Adversarii.

Longè verò majus est gravamen, quod intulit Conventui Majori Neapolitano secundum Capitulum, seu Decretum, perpetuò prohibens, tum in eo, tum in annexis Grangiis celebrationem Capitulorum Provincialium. Hoc enim in substantia id dicere vult, quod Conventus Neapolitanus est membrum abscissum, & separatum à reliqua Provincia, dum privatur honoribus, & prærogativis, quæ alioquin cæteris omnibus Conventibus reservantur: Sicuti verò mox d. præsuppositum nullo pacto subsistere potest, ita ruit marte suo consequentia in dicto fallacissimo principio fundata, undè sine evidenti injuria Conventus Neapolitani, considerati uti de corpore Provinciæ, hic destrui nequit ab ea præeminentia convocationis Capitulorum Provincialium; quæ quibuscumque minoribus Conventibus competit, ut ra- 20 tiocinantur *Ragg. de Regim. Regular dub 26. conclus. secunda Sanct. Ubald. in Quodlibet regular quodlibet. 12. dub. 12. dub 10 num. 1267. vers. Quia tamen & Donat. Rer. regular. tract. 4. tit. de Elector. quæst. 1. n. 1. in fin.*

Crescit autem in immensum injustitia d. Decreti, quia Conventus Neapolitanus, nedum est de corpore Provinciæ. Sed dicitur, & est Conventus *Princeps inter omnes Italiæ*, ut apertè habetur in Constitutionibus 21 Ordinis *par. 2. cap. 1. num 4* Quocirca indecorum, injuriosum, & manifestè læsivum esset, d. Conventum Principem orbare honorificentia Capitulorum Provincialium, quando de consuetudine omnium ferè Religionum, & Ordinum Regularium Capitula Provincialia plerumque celebrantur in Conventibus principalioribus, utpotè magis aptis ad tot recipiendos Religiosos, quot in Capitulis 22 Provincialibus convenire debent, ut post *Gloss in canon. nomine Domini verb. Fiers in Urbe dist. 23.* animadvertit *Antonell. de loc. Legal. lib. 1. cap. 17. num. 1.* Ab hac verò universali observantia recedendum non esse per *Text. in l. Minimè ff. de Legib.* notant *Cravett. cons. 101. num. 5. Mar. Anton. resolut. 87. n. 13. Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 9. n. 42. & Mans. consult. 148. n. 48.*

Indubitantiùs, quia illi consonat specialis, & specia- 23 lissima observantia nostræ Provinciæ, in qua à tempore centenario, & immemorabili Capitula Provincialia alibi celebrata non fuere, quàm in nostro Conventu Majori Neapolitano; Quocirca si monstruosam saperet novitatem ipsamet interpolata Capitulorum Provincialium convocatio in dicto Conventu Neapolitano, nemo non 24 videt quid dicendum de prohibitione, illa unquam inibi celebrandi. Porrò novitas hæc quæ sine maxima perturbatione permitti non posset, summo studio evitari, debet posthabito quocumq; colore prętensę utilitatis, juxta celebre *S. Aug. epist. 118. cap. 5.* ibi. *Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*, & eruditè discurrit *Gonzal. in Decretal. lib. primo tit. quarto cap. nono, num. tertio de Consuetud. Capon discept. Ecclesiast. 85. num. 11. & plur. seqq. Pignat. consult. can. 9. num. decimo octavo, tom. octavo Rot. apud Antonell. de Jur. Clericor. decis. decima nona in fin. in Aretina Jurium Parochialium 5. Januarii 1703. §. Cæterum coram Ansaldo, & in Pampilonen. Manutentionis 10. Maii 1706. §. final. coram Caffarello*. Quod signanter procedit in Ordinibus 25 Regularibus, quorum pax, & tranquillitas novitates detrectat, illisque à toto genere resistit, ut prosequuntur, pluribus relatis SS. PP. dictis, *Valenzuel. cons. 24. num. secundo cons 52. ex num. 50. & cons. 70. num. septimo, & seqq. Kocbier. in Thesaur. polit. lib. tertio cap. quarto fol. mihi 54. & 62. Vasquez. de Success. Crec. §. 30. num. 312. Solorzan. de Jur. Ind. tom. secundo, lib. primo, cap quarto num. 73. cap. 30. num. 99 cum duob. seqq. Salgad. de Supplicat part. prima cap. 6. num primo, & 146. & cap. 18. num. 4. & Rot. in Frisingen. Juris deputandi Curatos 20. Martii 1713. in princip cor. Ansaldo*.

Congruentissimæ autem rationes fomentum dederunt dictæ consuetudini, tanto tempore observatæ, circà celebrationem Capitulorum Provincialium in nostro Conventu Majori Neapolitano. Nam priori loco qualitas ipsa Conventus Principis, hanc prærogativam ipsi attribuere videbatur. Secundò ibi vitam Religiosam vivunt Vocales, Provinciæ medietatem constituentes, quando medietas aliorum sparsa reperitur in cæteris Conventibus ejusdem Provinciæ; Profectò magis conveniens apparuit, quod medietas huc, illucque vagans, conveniret in eo Loco, ubi alia integra medietas integra stat, non verò, quod ista, per Provinciam discurrens, accedere teneretur alteri medietati dispersæ, & vaganti; Et tertiò demùm quia Conventus major Neapolitanus ratione suæ latitudinis aptissimus est pro excipiendis omnibus Religiosis, accedentibus ad Capitulum Provinciale, eademque aptitudo in alio Provinciæ Conventu figurabilis non est. Unde si ex motivis Justi- 26 tiæ, honestatis, & congruentiæ ita per tempus immemorabile observatum fuit in nostra Provincia durissimus sanè sermo esset ab observantia longæva, & rationabili recedere, juxta ea, quæ tradunt *Dec cons. 11. num nono Soccin. cons. 94. num. 15. lib. primo Cravett. cons. 134 num. nono, Garz. de Benef. part tertia, cap 2. num 434 Rot. coram Emerix. jun. dec. 731. num. 2. & in rec. dec 32. n. 15. p. 7. & decis. 259. n 2. & 3. par 17 & in Colonien. Regaliæ 18. Junii 1706. § Verùm cor Scotto*.

Addita alia satis potenti animadversione, quod nimirum novitas hujusmodi scandalum gigneret, & injuria afficeret Conventum Neapolitanum: Justa siquidem oritur occasio suspicandi, quoad eatenus Capitula Pro- 27 vincialia inibi ampliùs non possint celebrari, quia in anteactis minus legitimè, & minùs Religiosè idem Conventus se gessit. Quæ equidem murmurandi occasio prębenda non est cum tam gravi damno bonæ famæ, & æstimationis ejusdem nostri Conventus, ut sequendo 28 *Div. August. in Sermon. de Commun. vit. Cleric.* exclamat *Rott. dec. 76. n. 7 cor Ansald.* & in terminis Religiosorum egregiè *Amen. de Delict. & pæn. tit. 5. § 3. verb. Infamatio n. 45.* cum quo processit hæc Sac. Congregatio in *Neapolitana Reintegrationis 10. Septemb. 1717. Ponente Card. Grimaldo* de qua *tom. 2 p. 2. discept. 26.*

Jam verò sumus in tertio Capitulo, præstituente unum tantùm Definitorem ex Conventu Camerali Majoris, &

tres

tres ex reliquis Conventibus Provinciæ; Nil sanè magis gravans, magisque injustum cadere poruit in mentem Capituli Generalis, in hac etiam parte sibi met ipsi contradicentis. Approbat enim Alternativam electionem Provincialis inter nostrum Conventum, & cæteros, ut ea mediante servetur æqualitas, & sic Religiosa pax servetur, sobindeque vult tres Definitores ex Provincia, & unum tantùm pro nostro Conventu. Hoc porro imperceptibile videtur, nam æqualitas, quę servatur in electione passiva Provincialis, debet pari modo vigere, quoad cęteros Gradus, cęteraque Officia, ne alioquin d. æqualitas uno tantum confecta medio, cæteris omnibus eliminata maneret, contra vulgatum adagium, quod bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu, de quo in *Romana Fideicommissi 9. Maii 1710. §. Lamenta-*

29 *bantur coram Ansaldo*.

Fitque res evidentissima ponderando, quod eatenus statuta est alternativa in electione passiva Provincialis inter Conventum majorem, & cęteros Provinciæ, quia ille continet coæqualem, & fortasse majorem numerum Magistrorum, & quidem ex magis aptis, & idoneis, utpote sese continuò exercentibus in Conventu Principe, sito in Civitate Metropoli, & Regia, ubi experimenta idoneitatis frequentiora sunt, & duriora. Si igitur Conventus major tot abundat Magistris, quot sparsim continentur in reliquis omnibus Conventibus Provinciæ, atque ex hac ratione Provincialis una vice legitur ex cętu Magistrorum Carmeli, alia vice ex cętu Magistrorum Provinciæ, & sic alternatim. Quomodo unquam stare poterit, quod exempli gratia centum Magistri Neapolitani fortasse magis idonei, gaudeant uno tantum gradu Definitoriatus, & quod totidem Magistri Provinciales tribus locis potirentur in Definitorio. Hoc sanè Ju-

30 stitiam de diametro læderet, nam hæc à numero benemerentium normam, & regulam distributionis sumit juxta doctrinam *Div. Thom. 2. 2. quæst. 186. num. septimo*, & animadversa per *Pignatell. consult. 12. num 30. tom. primo juxta Roman. impres. & Rot. in Mediolanen. Præminentiarum 2. Decembris 1701. §. eoque magis coram Ansaldo*, cum aliis adductis *in Institut. crim. lib. 4. tit. 7. à num. 65.*

Rursus Provincialibus daretur ansa se in superbiam erigendi, & Neapolitanis invidendi, & murmurandi; Unde tranquillitas Religiosa esset in totum eversa; Aliter quippe conservari non potest, quàm per æqualem distributionem Officiorum ad pondus, numerum, & mensu-

31 ram ex adductis à *Cyriac contr 592. n 40. & seqq Fontanell. dec. 261. n 8. & 9. Rot. decis. 58. num. 5. par. 13. rec. & cor. Ansald. decis. 19. n. 14.* & magis in specie à *Card. de Luc. de Regular. disc. 79. sub num. 10. Rota decis. 552. n. 59. coram Bich. & dec. 519. n. 18 part. rec.*

Prætermisso quarto Capitulo circa residentiam Provincialis, interdictam in Conventu Neapolitano, & Grangiis annexis, aggredimur quintum tribuens graduationem Definitoris perpetui solis ex Provincialibus, & Priori actuali Carmeli majoris, quod eo principaliter tendit, ut honore hoc privetur Exprior nostri Conventus, qui tamen eo positus fuit à tempore immemorabi-

32 li; Unde ad metam adeo congruæ observantiæ allegare potest quemcumque meliorem titulum de Mundo, ut communiter tradunt *Roc. consult. 12. num 21. Rot. disput. Jur. select. 59. num. quinto, Card. de Luc. de Benefic. disc. 32. num. secundo, & quarto, Sperell. decis. 37. n. 12. & seqq. Rot. decis. 22. num. quarto, part. 8. & decis. 32. num. 2. part. 16. & decis. 64. num. vigesimo quinto, part. 17. & decis. 671. num. 16. part. 18. rec. & coram Ansald. 76. num. 3. & in Laodien. Canonicatus 23. Januarii 1715. §. Alter coram Card. Scotto.*

Eo certius præsumendum, quia Prior nostri Conventus, qui præest centum quinquaginta Religiosis, & tot inter Magistris graduatis, postquam Officium suum laudabiliter exercuit, grande acquisisse censetur meritum in Religione, & Provincia, cujus meliorem, & fortasse seniorem partem gubernavit. Unde si justissimo hoc motivo condecoratus fuit prærogativa Definitoris perpetui, & desuper accessit observantia centenaria, & immemorabilis, Jus ab ea conquisitum evelli nequit

33 sine manifesta injuria, imò sine læsione principiorum legalium, in his terminis titulum validissimum attribuentibus, juxta firmata per *Rot. cor. Cocc. decis. 226.* *num. decimo quarto, & coram Buratt. decis. 875. num. septimo, & coram Emerix jun. decis. 630. num. septimo, & decis. 1170. num. tertio, & in Tyburtina Castri Sambuci 3. Junii 1711. §. Sed quatenus coram Aldrovando, in Salisburgen. Vicariæ super bono Jure 4. Februarii 1715. §. Sed & ultra coram Crispo, & in Lucana Unionis 5. Aprilis 1718. §. Deinde, & 11. Decembris 1710. §. Hæc omnia cum seqq. coram Card. Falconerio.*

Et sanè si Capitulum Provinciale anno 1662. celebratum sub præsidentia P. Generalis Ari, concessit hanc prærogativam simplicibus Magistris, non est datum percipere, qua ratione hoc gradu destituendus hodiè veniat. Exprior Carmeli Majoris, qui pleniora dedit propriæ idoneitatis experimenta, perstringente argu-

34 mento à majori ad minus, quod in omni materia efficacissimum reputatur, juxta firmata per *Rot. in Asculana Successionis 9. Maii 1707 §. Et cæterum coram Ansaldo, & in Firmana Fideicommissi 2. Maii 1712. §. Rursus cor. eodem, & in Romana prætensæ Reintegrationis 6. Junii 1712. §. 24. coram eodem, & in Romana Pecuniaria, seu Fideicommissi de Martellis 15. Martii 1720. §. Consecutivè coram Card. Falconerio.*

Sextum Capitulum, ordine postremum principem tamen locum tenet in exorbitanti injustitia, & monstruositate. Vetat istud cuicumque Religioso nostri Conventus Majoris, & Grangiarum electionem passivam ad Prioratus cæterorum Conventuum. Hoc in substantia præsefert perpetuam inhabilitationem nostrorum Patrum, ad quoscumque Prioratus Provinciæ; Nam Prioratus Neapolitanus, & Grangiarum, itidemque Officia dd. Conventuum pendent à voluntate, & libera electione P. Magistri Generalis. Unde quoad hęc nullum Jus certum habent. Reliqui Prioratus interdicti sunt ex mox dicto Capitulo, seu Decreto. Ergo tot, tantique Religiosi idonei, & Magistri nostri Conventus Majoris, in Provincia imò in tota Italia Princeps, privari deberent manere passiva eligibilitate quoad Prioratos electivos universæ Provinciæ; Quod sequidem vix audiri potest, quia tali pacto nedum tol-

35 leretur condigna retributio meritis singulorum pro eo, quod attinet ad Officia electiva Religionis, quæ ad metam meritorum conferri debent, juxta animadversa per *Grat discep. 845. n. 48. Corrad in Prax Beneficii lib. 3. cap. octavo, num. 36. Ansald. in Præfat. ad ejus decis. num. 93. Rot. decis. 1619. num. quarto, coram Coccin. & decis. 284. num. tertio, coram Ladovis. & in Novarrien. Præcedentiæ 15. Decembris 1713. §. Ex moti coram Barbadi-*

36 *co*. Sed subirent insuper gravissimam privationis pœnam, sine ullo, vel minimo delicto, quod dissonum est, & omnibus regulis obstativum, ut colligitur ex *Text. in leg. Sancimus Cod de Uxor. pro marito, & in l. Ob meritorum culpam Cod. de Pœn.* cum concordantibus sequutis *ab Honded. cons. 95. n. vigesimo octavo, & 33 lib. primo, Decian. cons. 37. num primo, lib. 3. Farin. quæst. 24. in principio Mans. consult. 228. num. 34. & Zaul. ad Statut Favent. lib. 5. rubr. 21. n. 3.*

Ad declinanda verò tot inconvenientia, & colorandas respectivè perniciosas consequentias, ab eisdem inconvenientibus derivantes, frustra iterum proponerent Patres Adversarii, quod noster Conventus Major, una cum suis Grangiis divisus est, & separatus à reliqua Provincia. Nam assumptum hujusmodi contrariatur Constitutionibus Ordinis, quæ *part. prima cap.* 2. unicam constituunt Provinciam Neapolitanam ex 35. Conventibus, inter quos numerat Neapolitanum; Ergo contra claram legem nostræ Religionis fundamentalem,

37 tentatur divisio Provinciæ, quando individuitas ab ea fuit tanta claritate præscripta, ut in proposito adnotarunt *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib. septimo, cap. 32. num. 24. Navar. de Regular. Comment. 4 num. 32. ver. Sic quamvis, Gratian. discept forens. 852 num. 2. & Card. de Luc. de Regular. disc. 39. n. 11. & disc. 57. n. 13.*

Nec juvat allegare Decretum Capituli Generalis celebrati anno 1524. Quia dictum decretum, nec per umbram mentionem facit de asserta dismembratione, seu divisione, sed imò, unitate firma manente, eximit tantummodò Conventum Neapolitanum, cum Grangiis à jurisdictione Provincialis, illum nimirùm subjiciendo immediatè Priori Generali, cujus reservat specialem curam ejusdem Conventus, in quo propterea,

arbitrio suo, Priorem eligit. Hæc antem immediata subjectio Patri Generali, quæ verificatur etiam in eo Conveoiu, ubi ipse Pater Generalis pro tempore moram trahit, nihil confert ad dismembrationem, seu divisio- 38 nem, quæ expostulat particularem Constitutionem unius Provinciæ de per se stantis, & ab antiqua distinctæ, & penitùs independentis, ex animadversis per *Lotter. de Re Benefic lib. primo, quæst. 24. num. 108. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 15. num. 20.* & firmavit *Rot. in Fulden. Jurisdictionis 27. Aprilis 1705. §. Siquidem coram Molines*; Sed solummodò probat ejusdem oostri Conventus exemptionem à jurisdictione Provincialis, quæ exemptio supponit existentiam Conventus intrà limites Provinciæ, nam, ea seclusa, termini exemptionis non con- 39 gruerent, sed alii diversissimi Territorii separati, seu Provinciæ Novæ, & contradictoriæ, ut docent *Felin. in cap. Grave sub num. vigesimo, vers. Sed Dominicus de Offic. Ordin. Federic. de Sen. cons. secundo, num. 4. Prosper. de Territ. separat. quæst. 2. num. decimo sexto, & quæst. 13. num. 25. & 23. Rot. post Tamburin. de Jur. Abbat. decis. 46. num. septimo, & decis. 47. num 5. & 6. coram Buratt. & decis. 568. num. 14. coram Pen & decis. 1072. num. 5 & in recent. dec. 324. num. 3 & dec. 456. & 491. per tot. p. 1. recent. & ad Ornat. Card. de Luc. de Jurisdict. decis. 20. num. quarto, & in Burgen. Jurisdictionis 19. Februarii 1714. §. final. vers. Et proindè cor. Card. Falconerio.*

Omnes enim Conventus Generales exempti sunt à jurisdictione Provincialis, & immediatè subjecti Priori Generali, absque eo quod unquam prætensum, imò oec cogitatum fuerit, quod illi constituerent Provinciam diversam, seu Conventum, dismembratum à suis antiquis termiois, quia exemptio à jurisdictione passiva activam non dat, nec Territorium attribuit, ut 40 prosequuntur *Fagnan. in cap. Cum Cappella num. 2. de Privileg. Donat. Rer. Regular. tom. 2. par. 3. tract. 10. quæst. 4. num. 2. Rot. decis. 181. num. 11. coram Carill & decis. 338. num. 14. coram Priol. & decis. 840. num 4. cor. Emerix jun. & decis. 324. num. 26. par. 1. recent. & in Herbipolen. Jurisdictionis 28. Februarii 1703. §. Sed solùm coram Molines, & in Leodien. Jurisdictionis 7. Aprilis 1708. §. Rursus coram Ansaldo*. Ergo ob eaodem rationem noster Conventus, tametsi ob suas speciales prærogativas P. Generali immediatè subditus, & sic exemptus à jurisdictione Provioclalis, mansit tamen ut priùs in Provincia Neapolitana, nec ullam ab eadem Provincia passum est dismembrationem.

Multoque minùs proficit ad Partis intentum aliud subsequens decretnm anni *1541.*, quia decretnm istud non fecit dismembrationem, sed supposuit illam factam à Capitulis Generalibus præcedentibus, & à decretis Antecessorum Generalium. Constito igitur, quod tota assertæ dismembrationis substantia consistebat in pura exemptione passiva à jurisdictione Provincialis, & io subjectione immediata Patri Generali, consequimur inde, quod, vel in hoc seosu intelligendum est dictum decretum; Sumpta tameo dismembratione in sensu lato, & improprio, & prout simplicem exemptionem designat. Vel quatenùs huic intellectui accomodari non possit dictum Decretum, relativum ad præcedeotes Ordiuationes, plus non concludit, quàm Ordinationes relatæ, quæ noicè atteodendæ sunt, quia io discordia relati, & referentis, relatum habetur 41 loco Matricis, prævalentis simplici copiæ *Dec. consil. 63. num. sexto, Marc. Ant. de Amat. cons. 49. num. undecimo, Honded. cons 69. num. 78. volum. secunda. De Angel. de Confess. lib. 2. quæst quinta, num. quarto, & Rot. in Tudertina Census 7. Junii 1700. §. Et quidem coram Molines, & in Romana, seu Reatina Fideicommissi 14. Martii 1701. §. Neque, & 6. Februarii 1702. §. Seclusa coram Card. Scotto, & in Romana Census 23. Januarii 1718. §. Parvique coram de Gamaches.*

Quodque hic, & oon alius fuerit sensus dictornm Decretornm palam fit ex facto successivo, & solemni; Nam de nono 1625. Constitutiones Ordiois correctæ, recognitæ, & renovatæ fuerunt in Capitulo Generali, Romæ celebrato. Istę novæ Constitutiones iterum unicam Provinciam Neapolitaoam designant ex 35. Conventibus compositam, ioter quos noster Neapolitanus Major. Porrò ita factum non fuisset secuta antecedenter divisione ad sensum Partis, quę certò certiùs nota fuisset illis gravioribus Patribus, & ipsimet Capitulo Generali, à quo prodiit renovatio Constitutionum, ut in similibus ratiocinatur *Rota in Pampilionen. Juris sedendi 28. Januarii 1707. §. penultimo coram Ansaldo,* 42 *& in Bonon. Jurium Parochialium 19. Junii 1716. §. Ex quibus cor. Herrera.* Si ergo omni tempore in nostra Religione Provincia Neapolitana fuit unica, frustrà obtenditur divisio, & pluralitas omni juris, & facti fundamento destituta.

Divisio verò hactenus facta inutiliter hodie promoveretur, quia dismembratio in Jure Canonico odiosa requirit causas gravissimas, & tales sanè quibus aliter 43 occurri non possit, quam per divisionem, & sectiooem, Textus sunt aperti *in Canon. Præcipimus* juncta *Gloss. in verb. Debeat causa 16. quæst. prima, & in cap. primo de Reb. Eccles. non alienand.* & sic unanimiter notant *Butr. cons. 19. num. quinto ad fin. vers. Et in quantum num. sexto, Lap. allegat 66. num. 6. vers. Limitatur tamen, Rebuff. in Prax tit. de Translat. Episcoporum fol. 306. num. septimo, Lotter. de Re Benefic. lib. primo cap. 28. num. 30. & 31. Matt. de Consistor. Caus. sect. decima, num. 12. vers. Tanquam ad dismembrationem, Franc. de Eccles. Cathedral. cap. sexto, num. 99. post Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. decis. 32. num. sexto, & in Leodien. Vicariæ de Jemeppe 23. Januarii 1719. §. Incorporationi, & 19. Junii ejusdem anni §. Fundamenti coram de Herrera.*

Hic nulla concurrit causa, sed omnes potiùs circumstantiæ adversantur, Numerus Religiosorum exiguus est, utpotè non transcendens 400. Conventus subjecti visitationi Provincialis sunt oumero 23. quia reliquæ Grnogiæ subsunt immediatè Patri Generali. Unde ex hac parte scissura, & divisio incongrua esset, & irrationabilis. Provincia omni tempore fuit unica, & querelis, tractu temporis subortis post exemptionem oostri Conventus, providit alternativa, tanto tempore observata. Hodie oulla nova allegatur causa, ob quam, vel ad divisionem formalem, vel ad aliam sectionis speciem procedi debeat, si excipimus ambitum Partum Adversariorum, qui invidis conspiciunt oculis Conventum Neapolitanum in Italia Principem, florentemque numero, & qualitate Religiosorum. Si hęc esset legitima dismembrationis causa oporteret omnes Conventus in Regiis Civitatibus sitos erigere in Provinciam separatam, quia cuncti hujusmodi prærogativis polleot, quæ tamen cùm influant in totam Provinciam, cujus capita dicuntur, hinc est, quod sub hujusmodi causali nunquam meditata fuit dismembratio Provinciarum, expostulans urgentissima motiva, quæ respiciant vel necessitatem, vel evidentem utilitatem ejusdem Provinciæ, posthabitis illis, quæ interesse, aut ambitionem aliquorum particularium concerount, juxta animadversa per *Barbos. ad* 44 *Concil. Trident sess. 21. de Reform. cap 4. num. 10. & de Potestat. Episcop. par... allegat. 78 num. 7. Rot coram Coccin. decis. 1428. num. quarto, cum seqq & in recent. decis. 484. num. 4. part. prima, & decis. 223. num. 11 par. sexta, & decis. 224 num. 18 par. 10. & decis. 578. num. septimo, & seqq. p. 19. & in Leodien. Dismembrationis prima Februarii 1712. §. Idcircò coram Card. Falconerio, & 3. Julii 1713. §. Minimè subsistente coram Crispo, & in Leodien. Vicariæ de Jemeppe coram Herrera.*

IN EADEM CAUSA.

OMissa congrua responsione innumeris gratuitis exagerationibus Relaxationis nostræ Proviociæ, temeritatis, ambitionis, malignitatis, monstruositatis, inhonestatis, irrationabilitatis, usurpationum, injustitiarum, deformitatis, & tyrannidis Religiosorum ejusdem Provinciæ, quibus abundant cootrariæ Scripturæ, ex illa ratione, quod Lis est inter Fratres, inter Religiosos, & 45 inter Filios ejusdem Provinciæ, & ad evitandum ioconveniens illud, quod reprobat *D. Augustinus lib. 2. con Lit. Petil. cap. primo fol. 125. vers Si ego tibi vellem, & D Hieron. adver. Ruffin. lib. 3. fol. 374.* inter ejus Opera Parisiis impressa anno 1579. *vers. Possem, & ego.*

Strictè dicimus, quod prædicta omnia ex eo derivant fonte, quod Provinciales nostræ Provinciæ, Alumni Conventus Majoris Neapolis, præteriti, & præsentes, 46 suum munus punctualiter adimplentes, punierunt delicta Religiosorum sibi subjectorũ, juxta observationẽ *D. Bernardi*

nardi de Consider. ad Eugen. epist 152. ubi, quod in omni controversia inter Subditos, & Superiorem tota ferè semper Superioris culpa est, quod culpas redarguerit Subditorum.

Dicimus pariter, quòd cùm eædem gratuitæ assertivæ nullum habeant fundamentum in facto, nullaque justificatio circa illa legatur in contrario Summario, nulla de iis habenda est ratio, ut in terminis durioribus similis (47) assertivæ relaxationis alterius Provinciæ huic Sacrosancto Consessui facta ab uno ex Superioribus Generalibus insignis Dominicanæ Religionis practicavit *hæc Sac. Cong. in Provincia Hispaniæ* 13. *Novembris* 1699. *ad relationem cl. mem. Card. Acciajoli*, teste *D. Piton.* qui in eadem Causa scripsit, & obtinuit *in Discept. Eccles.* 21. *per totam*, & signanter *nu.* 4. ibi: *Excludant totaliter somniatam relaxationem Provinciæ, quæ cæteroquin uti materia objectiva non est de facili credenda, & præsumenda.*

Devenjendo proinde ad merita Causæ constanter repetimus.

Quod Prior, & Discretus nostri Conventus, qui fuit fundatus à septem sæculis citra, Teste P. Procuratore (48) Generali nostræ Religionis in *Bullar. Carmel. tom.* 1. *fol.* 606. reperitur in pacifica possessione Vocis activæ, & passivæ in Capitulis Provincialibus nostræ Provinciæ.

Quod in eadem possessione pacificè pariter continuavit ab anno 1524. quando immediatè subjectus fuit Jurisdictioni P. Prioris Generalis nostræ Religionis, cum illa enunciativa ejus insignis qualitatis, quæ usque ab il- (49) lo tempore, & sic à duabus centenariis æquè notoria, ac innegabilis erat, quæ legitur in contrario Summ. ibi: *Et quia Conventus Neapolitanus inter cæteros in Italia obtinet Principatum, & in nostris Constitutionib. par.* 2. *cap.* 4. *num* 4.

Quod de anno 1631. illius Religiosi ad rem gratam faciendam Provinciæ, renunciantes illi Juri, quod tunc competebat, & in omnibus futuris vacationibus poterat eis competere in qualibet electione Provincialis, se sub- (50) miserunt alternativæ electioni ejusdem Provincialis, taliter ut iste uno triennio eligeretur ex Religiosis Provinciæ, ut factum fuit dicto anno 1631. sequenti verò triennio ex Religiosis nostri Conventus, & sic alternatim de triennio in triennium.

Quodque ab eodem anno 1631. eadem Alternativa simili punctualitate servata semper fuit absque ulla que- (51) rimonia, nulloque recursu, tam ad P. Priorem Generalem, quàm ad aliquod ex multis illis Capitulis Generalibus, quæ hoc medio tempore per spatium unius sæculi congregata fuerunt.

Imò in uno ex illis, congregato in Urbe anno 1680. concordi pariter Voto omnium Religiosorum, tam nostri Conventus Carmeli Majoris, quàm reliquorum Con- (52) ventuum nostræ Provinciæ, petita fuit, & obtenta confirmatio ejusdem Alternativæ, ut patet ex *Actis ejusdem Capituli Generalis anni* 1680. *nu.* 24. *fol.* 13. & testatur P. Procurator Generalis in sua Relatione data in Summario ibi: *Illa Alternativa &c. solemni decreto confirmata, & approbata fuit in Capitulo Generali* 1680. *ac postmodum* (notentur quæso sequentia verba) *sanctè, ac religiosè servata usque ad præsentem diem*

In istis igitur terminis exagerare absque ullo fundamento facti, & absque ulla justificatione in Summario, prætensa inconvenientia, asserta absurda, somniatas (53) injustitias, & similes monstruosas deformitates, & gravamina, ad privandum nostrum Conventum indubitato illo Jure, quod ei à septem Sæculis competit suffragandi in Capitulis Generalibus, videtur propositio nimis exorbitans, & opposita omnibus Juris regulis ex latè animadversis supra.

Præcipuè quia ex alternato regimine nostræ Provinciæ nulla omninò infertur deformitas, nullumque gravamen Provinciæ, neque in spiritualibus, neque in (54) temporalibus, ut refert P. Procurator Generalis in dicta ejus Informatione data in Summario, ubi ulterius asserit, ex mutua unione, & concordia unanimi Partium consensu stabilita Alternativa, eidem Provinciæ non parum emolumenti spiritualibus, & temporalibus provenire.

Et propterea adversus ea, quæ leguntur in contrariis (55) Scripturis concernentia dicta asserta inconvenientia, & præjudicia, tam spiritualia, quàm temporalia, excusando illius Authorem, utimur verbis illis, quibus in similibus casibus utebatur clar. mem. Card. Thomasius: *Che bisognava credere, che l' Autore avesse ciò fatto per inavertenza, overo, che si fosse lasciato ingannare da altri*, ut refertur in Epistola, impressa *post ejus Vitam fol. mihi* 197.

Non regit in facto toties exagerata propositio, quod noster Conventus sit omnino dismembratus, & penitus separatus à nostra Provincia; Id enim unicè exadverso (56) desumitur ex eo, quia immediatè subjectus sit Jurisdictioni P. Prioris Generalis; Et tamen immediata subjectio talem effectum nullatenus operatur, ut quotidiè practicari videmus in aliis tribus Generalitiis Conventibus Romano, Parisino, & Drepani.

Et quod magis est idem cubitalibus literis determinatur *in nostris Constit. par.* 2 *cap.* 1. §.6. ibi: *Et poterit Prior* (57) *dicti Conventus cum Discreto &c. ire ad Capitulum Provinciale; Imò tenebitur ire, & ibi eligere, & eligi, sicuti alii de Provincia:* Observando dictionem illam *alii*, quæ omnimodam similitudinem denotat, juxta theoricam *Bart. in leg. Quidam Delegatus ff. de Reb. dub.* quam sequuntur adducti *in dec.* 221. *num.* 6. *coram Priol. & dec.* 241. *nu.* 4. *cor. Emer. junior. & dec.* 126. *nu.* 9. *par.* 17. *rec.*

Secundò. Non regit in facto, quod Prior pro tempore Civitatis Neapolis *absolutam, & independentem Juris-* (58) *dictionem exercet, tam super dicto Conventu, quàm super decem aliis, qui cum eo unicum corpus efficiunt*, sunt verba, promptitudine verè mirabili, apposita in contrariis Scripturis.

Oppositum enim ad evidentiam usque probatur, ex Summario ex quo patet, quod Superiores eorundem Conventuum, quæ sunt Grangiæ Conventus Carmeli Ma- (59) joris, eliguntur à P. Generali, juxta Formulam Literarum Patentium, quæ ibidem transcribitur, quæ est sequens: *Facimus, creamus, & instituimus Priorem Conventus nostri Capitis Chini, Priorem Conventus nostri Plagæ, & sic de singulis; In cujus rei veritatem præsentes manu mea subscripsi &c. hac die* 21. *Decembris* 1721. quæ omnia esse in viridi observantia ad oculum demonstramus in præsenti Summario.

Nec non idem æquali evidentia desumitur ex Capitulo Provinciali, dato in Summario ibi: *Grangiæ maneant* (60) *sub immediata dispositione Reverendissimi P. Ordinis, sicut, & Conventus Carmeli Neapolis.*

Relinquimus proinde aliique judicandum cum quali veritate, & cum quali fundamento exadverso asseri potuit, quod Prior Conventus Carmeli majoris indepen- (61) dentem, ac absolutam Jurisdictionem exercere possit in illis Conventibus, seu Grangiis, quæ sub immediata dispositione P. Prioris Generalis Ordinis manent, & quorum Prioribus ipse Literas Patentes concedit?

Tertiò. Non subsistit in facto quod Religiosi nostri Conventus sint prorsus divisi, separati, & extranei à Cætu aliorum Religiosorum Nostræ Provinciæ; Cùm enim hujusmodi somniatæ extraneitatis, separationis, & divisionis eorundem nostrorum Religiosorum nulla omnino afferatur exadverso syllaba, nullumque Jota ad id demonstrandum, pro cathegorica responsione permis- (62) sum nobis sit uti verbis illis *S. Francisci Salesii nelli Discorsi di Sag. controv. discurs.* 5. *ante finem vers. Voi volete par.* 2. *fol.* 74. *Perche Voi non allegate in prova dicid, che una vostra semplice affermativa, senza altro riscontro particolare; Io vi sodisfarò senza vostra offesa con una assoluta mia negativa.*

Et ex hac reflexione corruunt ex mero facto ea omnia, quæ lato calamo usque ad nauseam exadverso exagerantur, cum supposito, quod nostri Religiosi uti alie- (63) næ Provinciæ, juxta disposita in nostris Constitutionibus non possint intervenire Capitulis Provinciæ Terræ Laboris, & Basilicatæ; Quia, ut diximus, & opportunè repetimus in Provincia Neapolitana reperitur situs, & incorporatus Conventus Carmeli Majoris, tanquam illius principale membrum, & uti Conventus Principatum obtinens, nedum inter cæteros in d. Provincia, sed in tota Italia existentes, juxta verba Capituli Generalis 1524. de quo in *nostris Constitut par.* 2. *cap.* 1. *num.* 4.

Plusquam tacitè admittuntur hæc exadverso, & proinde asseritur, quod non debeat attendi consuetudo, mi- (64) litans favore nostri Conventus non solum si sexies, sed

etiam

etiam si illa esset centies centenaria, uti Irrationabilis, contra honestatem, contra rationem naturalem, contra bonos mores, & mirum est, quod ad faciendam majorem Impressionem, verborum phrasibus, deficientibus authenticis documentis, non fuerit additum *contra Legem divinam*.

Respõdemus enim, quod omnes hę, & similes ęquè gratuitę, ac impropriæ exagerationes sunt pura verba, & piæ 65 meditationes, nullum habentes à parte rei fundamentũ.

Videtur siquidem in rei veritate prorsùs imperceptibile, quod si nostra consuetudo fuisset talis naturæ, qualis exadverso gratis ubique describitur, summa pace non so- 66 lùm tolerata fuerit, *sed sanctè, ac religiosè servata usque ad præsentem diem*, ut pro veritate, & conscientia ab hac Sacra Congregatione requisitus, testatus fuit P. Procurator Generalis nostri Ordinis. Quod nullus Religiosus ex illis, qui Intervenerunt in tot Capitulis Generalibus, quot in dicto tempore congregati fuerunt in Urbe, os aperuerit adversùs dictam damnabilem, & perniciosissimam consuetudinem. Quodqua demum nullus ex nostris præteritis Prioribus Generalibus nostræ Religionis, scientia, & conscientia insignibus, qui millies Conventum Carmeli Majoris, & Neapolitanam Provinciam visitarunt, vel non agnoverint deformitatem, & monstruositatem dictæ consuetudinis, vel eadem monstruositate cognita, illi congrum non adhibuerint remedium; Quæ omnia in- 67 credibilia visa fuerunt Authoribus illis, quos refert, & sequitur *Rot. dec.135. num.7.cor. Merlino, & dec.408 num.10.cor. Priola, & dec.151. num.7.cor Emerix jun. & dec.11. nu.13. par.19 rec. & in Forosempronien 5. Decembris 1698. §. Minusque cor. clar. mem Card. Caprara*.

Non regit tandem in facto, quòd eadem consuetudo, 68 vel non sit immemorabilis, vel in omnem casum, etiam si esset talis, uti Irrationabilis, & moustruosa, non esset exequenda, sed extirpanda, & eliminanda.

Respondemus enim, quod illa uti plusquam centenaria, & practicata per plura Sæcula, æquivaler consuetudini immemorabili, ut in terminis durioribus unius dum- 69 taxat centenariæ, quod æquivaleat immemorabili, magistraliter firmavit *Rota in Romana Augmenti Dotis 4. Maji 1695. per totam coram Cardinali Priola*.

Respondemus secundò, quòd ex hucusque animad- 70 versis consuetudo, militans favore nostri Conventus, nullo modo dici potest continere intollerabilia absurda.

Ad quem effectum omitti poterant exagerationes illæ, quod nihil pejus in aliqua Provincia dari potest, quàm quod illius Religiosi teneantur eligere in Superiores Per- 71 sonas ignotas, quodque Subditi non cognoscant, nec cognoscantur à Superioribus; Nescimus enim videre cum quali verisimilitudine, & cum quanta veritate serena fronte asseruntur hæc circa Religiosos unius, & ejusdem Provinciæ, dum non attenduntur in Capitulis Generalibus in quibus aliqui Vocales divisi sunt Inter se toto penè Orbe, ut experientia manifestum est.

Quod si exadverso dicatur, nullum reputari inconveniens in dictis Capitulis Generalibus, ex informationibus, quas habere possunt Vocales ab aliis Correligiosis; 72 Replicamus, quod ratione majori huiusmodi informationes habere possunt Religiosi unius Provinciæ à Religiosis ejusdem; Præcipuè quia quolibet triennio graduati Religiosi in Capitulis Provincialibus inter se conveniunt; Et propterea si nullum reputatur inconveniens in dictis Capitulis Generalibus, multò minus reputabitur tale in Capitulis Provincialibus.

Acceptata illa contraria propositione, quod dissipatio bonorum Conventuum nostræ Provinciæ se extendat 73 etiam ad Provinciales, & Priores, qui non sunt Alumni nostri Conventus, sed sunt filii aliorum Conventuum dictæ Provinciæ.

Dicimus, nullatenus expedire, quod dissolvatur, & de medio tollatur alternatum Gubernium ejusdem Provinciæ; Quia sperari potest id, quod experientia multoties demonstravit, quod scilicet Provincialis, electus ex Religiosis nostri Conventus, corrigere valeat id, quod Priores electi ex Conventibus Provinciæ malè administrarunt.

Nec subsistit, quod hoc non possit verificari respectu 74 defectuum Provincialis, Alumni nostri Conventus, qui uti subjectus P. Priori Generali, non sit Subditus Successori Provinciali.

Respondemus enim quod in nostris Constitutionibus, de quibus in Summ. opportuna, & congrua præscribuntur remedia contra dictos Provinciales, quæ ad praxim quotidiè reducuntur, non solùm in nostra Provincia, 75 sed in aliis tribus Provinciis; in quibus totidem alii Conventus Generalitii reperiuntur, & in quibus non audiuntur similes conquestiones, vel opportuna adhibentur remedia à PP. Prioribus Generalibus, sub quorum Jurisdictione immediata positi sunt.

Ea, quæ dicuntur de pessimo modo gubernandi Provinciam, quando illius Provincialis, & Priores assumuntur ex Religiosis nostri Conventus, deque illorum 76 firmo proposito præferendi Indignos dignis, inhabilesque magis idoneis, adeò notoriè insubsistentia sunt, adeoque veritati opposita, ut nullam responsionem mereantur, juxta nobilem animadversionem *D. Athanas.* sequuti ab uno ex Alumnis nostræ Religionis, nempè *à P. Sebastiano à S. Paulo in Append. ad motiv. Jur. §. 51. num.86. in fine fol. mihi* 23. ibi: *Nimis falsa non sunt refellenda, ne habita fuisse credibilia videantur*.

Præcipuè quia contrariæ exagerationes directè potiùs feriunt delicatam conscientiam, & notoriam probitatem moderni, & aliorum antecessorum Priorum Generalium nostræ Religionis, ac si manus dederint, & dent relaxationi illius Conventus, qui principatum tenet in- 77 ter omnes Conventus Italiæ, quive eorum jurisdictioni privativè subjectus est, neque in illo, & contra Religiosos in eodem moram facientes, alter Superior, sive Provincialis, sive Localis manus apponere potest; Prout etiam, ac si recusaverint, vel ex malitia, vel ex ignorantia occurrere illis malis, illisque inconvenientibus, quæ parum commendabili publicitate evulgata fuerunt mediantibus innumeris Exemplaribus contrariarum Scripturarum in Urbe, & in Civitate Neapolitana: Idque *non sine gravi charitatis, & justitiæ injuria*, juxta præci- 78 sa verba *P. Vitelleschi, Generalis Societ. Jes. in Epistol. ad suos Religios. fol. mihi* 413.

Provinciæ in nostra Religione non multiplicantur ex una, vel altera assertiva, quæ fit in supplicibus Libellis, Sac. Congregationibus porrectis, quorum duo exhibita 79 fuerunt in Summ. Sed strictè, & limitatè sunt illæ, quorum Vocales vocem habent in Capitulis generalibus, descripti *in Actis Capituli generalis anno* 1680. *fol. mihi* 86. In quibus noster Conventus, ejusque Grangiæ non annumerantur inter Provincias Religionis, sed describuntur, uti particulares Conventus Provinciæ Neapolitanæ, solventes Taxas P. Generali; Eodem prorsùs modo, quo describuntur alii Conventus Generalitii, ibi: *Conventus Pa-* 80 *risiensis scut.5. Conventus Major Neapolis scut.*450. *Conventus Drepani scut.*100 *Grangiæ Neapolis scut.*54. 50. Itaut si essent multiplicandæ Provinciæ, juxta contrariam prætensionem, Provincia Neapolitana, uti sub se continens duas alias Provincias, cum omni sermonis proprietate appellari posset *Provincia Provinciarum*.

Circa Alternativam dicitur exadverso, illam factam non fuisse de consensu totius Provinciæ; sed in hac par- 81 te factum non regit, & contrarium apparet ex Summario, & ex Actis Capituli generalis *anni* 1680. *num.*44. *fol. mihi* 23. ibi: *Approbata, & confirmata est Concordia, facta die 3. Maji 1631. inter Magistros Provinciæ Neapolis ex una, & Magistros Conventus Majoris Neapolitani ex altera Partibus &c.*

Dicitur secundò, illam non fuisse approbatam ab Apostolica Sede; Sed respondemus, talem approbationem necessariam non fuisse, & sufficere approbationem, 82 factam in dicto Capitulo generali anni 1680. Et in omnem casum præsumi quamlibet necessariam licentiam per lapsum annorum ferè centum, cum pacifica observantia, ut in terminis longè durioribus, quod ex lapsu triginta dumtaxat annorum cum observantia præsumatur, advertunt adducti *in decis.469. num.6. coram Coccin. & decis.220. num.22. coram Ottbobon. & decis.1169. nu.5. coram Emerix junior.* & alibi quotidiè, cùm sit propositio, nullum habens Contradictorem, probata observantia, quæ in nostro casu talis est evididentiæ, ut nec etiam exadverso in dubium revocetur. 83

Ex quibus taliter exclusa remaneant asserta Inconvenientia, exadverso exagerata, ut cum omni fundamento 84 sperent Relig. nostri Conv. nihil esse innovandũ, & Adversarios ad praxim reducere debere aureũ illud consiliũ

Pa-

Patric. lib. 3. tit. 1. de Republica in principio his verbis: *Civitatis* (Provinciæ dicere possumus in nostro casu) *statum diligant, contentique eo, nihil moliantur, nihil agitent, quod alienum, novumque sit, sed eam viam ire pergant, quam Majores instituerunt*; Quem, aliosque concordantes refert, & sequitur *Gonzal. in cap. Cum consuetudinis sub num. 3. de Consuetudin.*

In omnem verò casum, cùm agatur de re, tangente totam nostram Provinciam, & involvente præjudicium, 85 non solùm hodierni Prioris Generalis, illiusque Successorum, sed quod magis est annexam habente insignem læsionem, & maximam diminutionem Jurium qualificatissimi Tertii, posset ab EE. PP. ad praxim reduci 86 temperamentum illud, insinuatum à P. Procuratore Generale nostri Ordinis his verbis: *Instante Capitulo generali, quantum ad me attinet, censerem hanc Controversiam æquè benè agitari posse, ac etiam decidi, quemadmodum similes Provinciarum divisiones, & institutiones, ut plurimum, & paucis exceptis, in universi Ordinis Cætu probè, ac laudabiliter ordinatæ, atque statutæ fuerunt;* 87 Vel saltem exquiri posset Votum ejusdem Capituli generalis proximè futuro mense Aprili in Urbe congregandi, ut passim practicari solent Sac. Congreg. & practicavit Sac. Congreg. Concil. *in Romana Approbationis Novitii 31. Maji 1704.* cum rescripto: *Dilata, & exquiratur Votum Capituli generalis, & interim nihil innovetur.*

Præcipuè quia talis separatio in alio Capitulo generali anni 1710. promota exadverso fuit, ut patet ex Sum-88 mario, quæ non fuit ab eodem Capitulo rejecta, sed, solita maturitate procedendo, injunctum fuit, ut exquireretur consensus omnium illorum, de quorum interesse agebatur, juxta regulam *Text. in cap. Quod omnes de Regul. Jur. in 6. & in leg. ult. Cod. de Authorit. præstand.* Et propterea ex hac facti circumstantia eo magis detegitur irregularis contraria instantia, remittenda proindè in omnem casum ad idem Capitulum generale, coram quo alia vice fuit exadverso proposita.

Anno 1722. proposita Causa in Congregatione Episcoporum, & Regularium per Card. Priolum, responsum fuit: *Exquiratur Votum Capituli Generalis.*

Longè autem postea inter easdem Partes emanavit sequens Breve Sanctiss. D. N. Benedicti XIII.

BENEDICTUS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

INter gravissimas Apostolicæ servitutis curas, quæ animum nostrum assiduè pulsant, in eam præcipuè sollicitis studiis incumbimus, ut prospero, felicique Christi-fidelium, in sortem Domini assumptorum, & divinis obsequiis sub suavi Religionis Jugo mancipatorum, statui, regimini, & progressui, quantum Nobis ex alto conceditur, providere jugiter satagamus, ac proinde novas ejusmodi Religiosorum virorum Provincias interdum instituimus, sicut rerum, Locorum, Personarum, & temporum qualitatibus maturæ considerationis trutina perpensis, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis incrementum salubriter in Domino expedire arbitramur. Annotuit siquidem Nobis, quod, cùm aliàs fratres Provinciæ Terræ Laboris in Regno Neapolis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo absolutum dominium, quod fratres Conventus Carmeli majoris nuncupati Civitatis Neapolitanæ Provinciæ, & Ordinis præfatorum in universam Provinciam hujusmodi, illiusque Conventus, & Fratres exercebant, ferre non valentes, ad Congregationem, tunc existentium S. R. E. Cardinalium Negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam, ut multiplicibus gravaminibus, quæ sibi per Fratres memorati Conventus inferri prætendebant, opportuno aliquo remedio occurreret, recursum habuissent, & ab eadem Congregatione Cardinalium die xviii. Decembris MDCCXXII. decerni obtinuissent, quatenus Fratribus dictæ Provinciæ aliquæ in præfato Conventu Cameræ, necnon Conventus, *Capo di Chino* nuncupatus, assignarentur, & è contra Fratribus ipsius Conventus Carmeli majoris per eamdem Provinciam alius Conventus æquivalens à dilecto filio Priore Generali dicti Ordinis designandus, cederetur, Fratres ejusdem Conventus Carmeli majoris, non solùm ejusmodi decreto, à memorata Congregatione Cardinalium emanato, sub variis prætextibus hactenus minimè paruerunt; Verùm præfatæ Provinciæ Fratres graviùs, quàm antea vexare perrexerunt, unde nova inter eos animorum dissidia, non sine fraternæ charitatis, ac regularis disciplinæ detrimento enata fuerunt, quæ nisi opportuna, validaque ratione sedentur, maximas in eamdem Provinciam turbas, ac ingentia mala, & scandala facilè invehere possunt. Hinc est quod Nos, ejusmodi contentionum causam, & occasionem penitùs submovere, dictorumque Conventuum, ac Fratrum, in eis degentium, paci, & tranquillitati, felicique directioni, & incremento, quantum cum Domino possumus, providere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, eundem Conventum Carmeli majoris Civitatis Neapolitanæ cum decem ejus Grangiis, nempe *di Capo di Chino, Chiaja, Somma, Nola, Pusilipa, Isclan, Puteolan, Ottajana, Gragnano, & Arienza,* necnon quinque alios Conventus *de Pomigliano, d'Arco, Castri maris, Nucerin Paganorum, Sancti Eliæ & Suessan Provinciæ,* & Ordinis præfatorum, ab eadem Provincia Terræ Laboris, tenore præsentium perpetuò separamus, & dismembramus, ipsosque Conventus, cum Grangiis hujusmodi, eorumque respectivè Fratres, & Personas quascumque, cum omnibus, & singulis illorum membris, Juribus, & pertinentiis universis, ab omni, & quacumque Jurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, regimine, cura, & gubernio, dilecti filii moderni, & pro tempore existentis Prioris Provincialis dictæ Provinciæ, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus itidem perpetuò eximimus, & plenariè liberamus. Ac eosdem Conventus cum Grangiis prædictis sic separatos, & dismembratos in novam Provinciam dicti Ordinis, quæ Provincia Neapolitana nuncupari debeat, ac Capitula Provincialia pro Prioris Provincialis, Definitorum, aliorumque Officialium ipsius Provinciæ electione, ac Congregationes, aliosque Congressus, adinstar aliarum Provinciarum Ordinis hujusmodi, celebrare, ac omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, juribus, honoribus, privilegiis, gratiis, & Indultis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ, tam de Jure, usu, & consuetudine, quàm aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, sine cujusquam præjuditio pariter in perpetuum erigimus, & instituimus; Quoniam verò Conventus Montis sancti nuncupatus Neapolitani Ordinis præfati multis ab hinc annis Acephalus, & independens reperitur, nullaque spes illum Provinciæ Montis sancti Ditionis nostræ Ecclesiæ d. Ordinis uniendi subest, dilecto filio moderno Priori Generali ejusdem Ordinis, præfatum Conventum Montis sancti dictæ Provinciæ Neapolitanæ sic erectæ, & institutæ, uniendi, & incorporandi, ac cum ipsius Conventus Fratribus, qui in eo remanere voluerint super eorum Constitutionum reformatarum observantia dispensandi, opportunam facultatem motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, tribuimus, & impertimur, statuentes, ut electio Prioris Provincialis, Definitorum, aliorumque superiorum, & Officialium novæ Provinciæ, sic erectæ, ad præscriptum Constitutionum, ac juxta morem ejusdem Ordinis ab illis, ad quos spectat, ritè, ac ordine quamprimum celebretur, ac decernentes ipsas præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet in præmissis Jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarunt, sufficienter adductæ, aut verificatæ fuerint, ex quavis alia, etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, & enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, ullo unquam tempore

de

de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vitio seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam, quantumvis formali, & substantiali, individuamque expressionem requirente, defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos Juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel Gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato authoritate, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, concesso vel amanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. præfatæ Cardinales, etiam de latere Legatos & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosva quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros; Sublata, eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari; Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis Provinciæ, & Conventuum hujusmodi, aliisve quibusvis, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis, &c. dicto Ordini, ejusque superioribus, & quibusvis aliis Personis, & Locis sub quibusvis verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis &c. derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singolis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficientem expressis & insertis habemus, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die xviii. Maji MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

DISCEPTATIO XXVII.

Placentina Functionum

PRO

Jacobo de Bottigellis Archipresbytero Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Bronæ

CUM

Capitulo, & Canonicis d. Ecclesiæ

ARGUMENTI

Loco subnectuntur sequentia quatuordecim dubia.

I. *An omnes Functiones, quæ peraguntur ab Archipresbytero cum interventu Capituli expleri debeant, absente eodem Archipresbytero à Curato ab eo substituto, qui non est Canonicus, seu potius à Canonico Seniore, vel à Canonico Turnario?*

II. *An in iis functionibus, in quibus dari solet Archipresbytero emolumentum duplicatum ipso absente, vel impedito, idem emolumentum dari debeat illi, qui supplet ejus vices?*

III. *An in solemnioribus anni Festivitatibus, nempè Nativitatis Jesu Christi, die Paschatis, ac die Pentecostes, necnon in Festivitate Sancti Petri, ac Sancti Contardi liceat Archipresbytero ultra assistentiam Canonici Diaconi, & Subdiaconi habere in Missis etiam assistentiam Presbyteri cum Pluviali, & in Vesperis assistentiam Diaconi, & Subdiaconi Pluviali indutorum?*

IV. *An in Missis, quæ ab Archipresbytero cantantur tertia Dominica cujuslibet mensis, ac die Translationis Sancti Contardi, necnon in Processione, quæ fit in Octava Corporis Christi Canonici Diaconus, & Subdiaconus debeant ipsi Archipresbytero assistentiam præstare? & quatenus affirmativè.*

V. *An eadem assistentia dictis diebus præstari debeat Canonico celebranti, absente, vel impedito Archipresbytero?*

VI. *An post Processionem Litaniarum Majorum, & Rogationum celebranda sit solemniter Missa de Feria ab Archipresbytero; & eo impedito à Canonico Seniore, vel Turnario cum assistentia Canonici Diaconi, & Subdiaconi?*

VII. *An absente, vel impedito Canonico Diacono, vel Subdiacono teneatur in functionibus supplere Canonicus Junior Sacerdos, seu potius Cappellanus personaliter residens, aut alius simplex Sacerdos sumptibus dictorum Canonicorum Diaconi, vel Subdiaconi?*

VIII. *An in Festivitatibus Sanctorum Antonii, & Dominici, quæ ex Populi devotione celebrantur cum Missa, & Vesperis solemniter cantatis ab Archipresbytero, vel Canonico Turnario, Canonici teneantur Choro interesse?*

IX. *An iidem Canonici legitimè non impediti teneantur collegialiter intervenire Sacris Concionibus tempore Adventus, & Quadragesimæ?*

X. *An Eleemosynæ, quæ à Fidelibus offeruntur in capsula nuncupata* de' Morti, *quæque erogantur in celebratione Officiorum, & Missarum pro defunctis, excepta rata, quæ superest, deductis suppellectilibus, possint Archipresbyteri arbitrio distribui Sacerdotibus ipsi Ecclesiæ non inservientibus?*

XI. *An claves dictæ capsulæ retinendæ sint tantùm ab Archipresbytero, seu potius una ab ipso, & altera à Canonico Seniore?*

XII. *An Archipresbytero competat jus denegandi usum Sacrorum Paramentorum Sacerdotibus tam Servientibus, quàm non Servientibus Ecclesiæ, & utensilia solvere renuentibus?*

XIII. *An Archipresbyter in Choro teneatur servare Turnum, ut cæteri Canonici?*

XIV. *An idem Archipresbyter possit habere Sedem distinctam ab aliis Canonicis extra Chorum in actibus Capitularibus, cæterisque Functionibus?*

Ante discussionem dictorum dubiorum pro illorum faciliori resolutione.

Præmitto primò, curam animarum, non tam actualem, quàm habitualem inesse Archipresbytero, independenter à Capitulo; Cùm enim nullum habeamus documentum Rectoris ad Dignitatem Archipresbyteralem erecti, nec fundationis ipsius Collegiatæ, factæ post mortem Divi Contardi ab Atio nono Marchione Ferrariæ ejus Patre, per necessariam consequentiam dignoscitur ab effectibus, inde sequutis, quod Archipresbyter in erectione Capituli authoritatem Parochialem in omnibus sibi reservaverit, cùm omnes Parochiales proventus ille solus semper exegerit, & munera, Parocho competentia expleverit, præsente & non contradicente Capitulo, quod ipsos nunquam exegit, nec in Functionibus Parochialibus se immiscuit, exceptis illis, Conventualitati residentiali annexis, absente tamen, vel impedito Archipresbytero; Cùm enim Collegiata erecta fuerit post immemorabilem Rectoriæ fundationem non probabile, sed evidens est ab effectibus, posterius usque in hunc diem sequutis, quòd Rector tunc temporis erigi in propria Ecclesia Capitulum non permiserit, nisi absque ipsius Parochialitatis præjudicio; Non enim dissonum est à Jure in his casibus, quod a Jura Parochialia sint omninò exempta, & independentia à Capitulo, & privativè quoad ipsum spectent ad

Archi-

Archipresbyterum, habentem curam animarum, juxta magistralem *decis.480.coram Merlin.* ubi id probat verum esse, tam de Jure communi, quàm attenta dispositione Concilii Provincialis nostræ Provinciæ Mediolanensis.

Præmitto 2. quod finis præsentis Controversiæ ex parte Archipresbyteri ille est, ut in facris Functionib.us debitus servetur ordo, cum illarum majori decore, & majestate, quod non solum laudabile est, & Juri consonum, ex adductis *à Bordon. de Præced. num* 6. ibi: *Loca digniora quæruntur, non propter ambitum, sed propter finem observandi debitam ordinem, quod est laudabile, & Juri consonum, Menoch. consf.226. num.1.* ibi: *Qui gratia servandi ordinem tantùm contendunt, ii nil aliud agunt, quàm ut à Deo ordinata, atque stabilita, tueantur, Carol Ant. de Luc. ad Franc. observ 138. num.5.* ibi: *Vanitatis, & ambitus, aut gloriæ cupiditas materia non est præcedentiæ &c. quia non ambita prima loca prætendantur, quod damnatur in Evang. Matth. cap.23. sed ut servetur ordo, & comprobentur à Deo ordinata, atque defendatur natura humana, quæ non omnes inter summos, neque omnes inter novissimos constituit; & Monacell.in Formul. tom.prim. fol.99. num.93.* ibi: *Sicuti condemnandi sunt, qui ambitu, & humanæ gloriæ cupiditate primos recubitus, & primas Cathedras usurpare conantur, de quibus loquitur Evang. Matth.23. ita laudandi sunt, qui de præcedentia, & majoritate contendunt, ut ordo, & consonantia inter Clericos &c. majori perfectione servetur;* Sed ulteriùs ex Sanctorum Patrum testimoniis, & diversarum legum dispositionibus omnino debitum, ut per hæc verba firmavit *Rota in dec.19. num.1. apud Antonell. de Juribus, & Oneribus Clericor.* & concordant *Boer. de Ordin. grad. utriusque for. par.1. à num 1. Valenzuel.consf.34.in princip. Altograd. consf.1. num.8. lib.2. Daniel. de Mobil. disput.51. num.5. & Franc. de Eccles. Cathed. cap.33. num.10.*

Præmitto 3. quod in materia præcedentiæ, & præeminentiarum totum facit consuetudo, itaut illa habeatur pro lege, præcipuè quando Juri communi, & Cæremoniali non adversatur juxta *Glossam in cap. Deliberatione de Offic. deleg in sexto*, quam sequuntur *Cyriac.controvers.201. num.65, Mastrill. de Magistrat. lib.5. cap.1. num.30. Panimoll. decis.1. num.19. Ansald. in addit. ad dec.25. n.25.& Rota dec.1025. n.4. cor. Emerix jun.& decis.304.num.26. par.18. recent.* & alibi quotidie, cùm sit propositio, uno ore admissa ab omnibus Tractatibus de Sacris Ritibus, & Ecclesiasticis Functionibus.

Præmitto 4. quod novitates in omnibus rebus, & materiis semper fuerunt, & sunt odiosæ, & propterea quò magis fieri potest, semper vitandæ sunt; *Nihil enim adeo conturbat animum, quàm innovare aliquid, & à consuetudine alienum facere*, juxta verba *S. Jo. Chrysostomi in Epist.1. ad Corinth. homilia 7.* quem refert, & sequitur *Rota decis.19. in fine apud Antonell. de Jur. Cleric.* & concordant adducti *à Capon. discept.75. num.11. & seqq. Rota decis.212. num.3. par.17. recent.* ubi quod nimis durum est immutare ea, quæ longo temporis cursu servata sunt, & in *Pampilonen Manutentionis 10. Maii 1706. in fine coram Caffarello.* Quæ omnia vera sunt, etiamsi novitates habeant pro fine aliquam utilitatem, juxta celebre dictum *S. Augustini Epist.128. cap.5.* ibi: *Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*, quem sequuntur adducti *à Rota in Mutinen. super bono Jure 27. Januarii 1708. §. Cæterum cor. Ansaldo.*

Præmitto 5. quod si in omnibus materiis lites celeriter terminandæ sunt, juxta Textum literalem *in leg. Properandum Cod. de Judic.* quem sequuntur citati *in dec.533. num 8. par.18. rec.* Multò magis id practicandum est inter Ecclesiasticas Personas, juxta alium Textum *in Authent. Apud quos oportent causas dicere*, cum concordantibus apud *Rotam cor. Priolo dec.23. num.2. & in part.18. rec. dec.365. nu.1. & in Neapolitana Processionum 10. Julii 1707. in fine cor. Omanna;* Et propterea eò minùs inter easdem ecclesiasticas Personas retractanda videntur ea, quæ solemniter statuta fuerunt, & longo tempore pacificè observata; *Valde enim Ecclesiasticæ est moderationi conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel decisa, nulla imposterum debeant refragatione turbari*, sunt verba *S. Greg. lib.7. Epist.61. indict.2.* cum aliis apud *Urceol. de Transact. in proem.n.12.* ubi ad hunc effectum considerat verba illa, quæ quotidie resonant in ore Ecclesiasticorum: *Extingue flammas litium: Ne litis horror insonet; Dissolve litis vincula, & Rota dec.707 n 4.& seq p 18. rec.* ibi: *Maximè ubi agitur de fascitandis novis litibus, quas interest Reipublicæ quàm citiùs finiri, ne Familiæ consumentur in expensis.*

His præmissis, deveniendo ad primum dubium, in quo quæritur: *An omnes functiones, quæ peraguntur ab Archipresbytero, cum interventu Capituli, expleri debeant, absente eodem Archipresbytero, à Curato, ab eo substituto, qui non est Canonicus, seu potius à Canonico seniore, vel à Canonico Turnario*, pro illius congrua resolutione distinguendæ in duas classes, sunt functiones illæ, quæ fieri solent, & debent ab eodem Archipresbytero.

Aliquæ enim ex illis dicuntur, & sunt conventuales, fieriq; solent ab eodem Archipresb. non uti Parocho, sed tanquam à Capite, seu à prima Dignitate nostri Capituli, in satisfactionem illorum onerum, quæ tam ipse, quàm cæteri Canonici illius membra adimplere tenerentur, cū distributionum perceptione, provenientium ex quotidiana residentia, & ut illę sigillatim descriptę in Decreto Episc. Zandemariæ anno 1558. promulgato, impedito Archipresbytero, ad quem spectare in eodem Decreto solemniter declaratum fuit, suppleri nullatenus possunt à Canonico Turnario, sed fieri omnino debent à Canonico seniore; Sicuti enim illæ in aliis Eccl. Collegiatis, vel Cathedralibus, in quibus reperiuntur plures Dignitates, una impedita, suppleri debent à Dignitate immediatè sequenti, juxta disposita *in Cærem Episc. lib 2. cap.26. de Supplen. vicib.* & notant *Bauldr. in Manual Sac Cærem p.1. cap.6. n.1, Castald in Prax Cærem lib.1. sect.7. cap 4. n.16. Panimoll. dec.1. annot 6. n.24. & seqq Card. de Luca de Præem. disc 20. n.10. & Rot in Sutrina Præcedentiæ 19. Januarii 1714. §. De Sententiarum cor. Rev. Crispo*, & pluriès resolvit *hæc Sac. Cong.* & signanter *in Baren. 6. Octob 1645.* ibi: *Functiones Præfatæ, quæ debent fieri per primam Dignitatem, in impedita, ob undas esse per Dignitatem seq* & *in Novocomen. 24 Junii 1649. ad 3. dub.* ibi: *Antiquiorem succedere non debere, cùm, impedita prima Dignitate, supradictæ functiones peragendæ fiat à secunda, & gradatim ordine successivo*, & sepissimè in aliis, & *in Gerunden. 11. Febr. 1702. & in Cremonen. 9. Jan. 1704. ad primum dubium.*

Ita, cùm in nostra Ecclesia aliæ non extent Dignitates, illæ fieri debent à Canonico seniore, non autem ab Hebdomadario, seu Turnario, ea ratione, quia functiones illæ, quæ spectant ad aliquem ratione proprii officii, seu Dignitatis, ipso legitimè impedito, fieri debent à digniori, non autem à minùs digno, ut observant *Gavant. ad Rub. Miss.p 2. tit.8 de Iis, quæ omittuntur in Missa pro Defunct. lit A.* ibi: *Ut à digniore Ministro id fiat, Card. de Luca de Servit. disc 65. n.11.* ubi illam adducit rationem, quod non favore Ministri, seu Canonici inferioris, sed contemplatione decoris sacr. functionum inductum est, ut partes Ministri impediti suppleri debeant à digniori, non impedito; Majestas enim servitii, & sacr functionum decor, non solùm consistunt ipsa re, sed in qualitate Personæ, illud præstantis, quod exemplificat in illa functione, omnibus obvia, quæ in Urbe fieri solet ab Oratore Regis Hispan. in Vigilia Festivitatis Principis Apostol. & firmavit *Rot. dec. 244. n.3. in fin.p 3. rec.* & resolvit *hæc S. Cong. in Senarum 29. Novemb.1670.* ibi: *Prima Dignitate impedita, vel absente, succedat secunda Dignitas, & secunda impedita, tertia, & omnibus Dignitatibus impeditis, vel absentibus, primus Canonicus enequatur.*

Quibus non credimus exadversò opponi posse Decretū Episc. Zandemariæ, ab hac Sac. Cong. approbatum diebus *22. Novemb.1659. & 24. Jan. 1660. & 3. Octob. 1661.* in quibus demandatum fuit, quod, *impedito Archipresbytero, majores functiones ad ipsum spectantes, fieri deberent per Turnum.*

In tantum enim tunc ita ordinatum fuit à d. Episcopo, & ab hac Sac. Cong. confirmatum, quatenus eo temporo aliter fieri non poterat, uam dictis annis 1659. 1660. & 1661. in nostra Ecclesia duo tantùm aderant Canonici Sacerdotales, ultra Archipresbyterum, & propterea isto, vel impedito, vel absente, nimis gravatus fuisset Canonicus senior, si præter functiones, sibi tangentes per Turnum, facere ulteriùs debuisset functiones, spectantes ad Archipresbyterum.

Cùmq;

Cùmq; longè postea ex piorum Benefactorum providentia auctum fuerit nostrum Capitulum duobus aliis Canonicis Sacerdotalibus, cessante d. onere, seu gravamine Canonici senioris, procedendum est cum dispositione Juris, & juxta praxim aliarum Cathedralium, & Collegiat. Ecclesiarum, in quibus competens Canonicorum numerus reperitur; Multa enim in casu necessita- 16 tis tolerantur, & permittuntur, quæ, illa cessante, permitti non debent ad *Text. in cap. Suggestum de Decimis*, cum aliis apud *Card. de Luc. de Canonicis disc. 11. n. 7. & Rot. in dec. 1807. n. 8. cor. Coccin & in Romana, seu Florentina Census 19 Junii 1711. § 5. cor. Ansaldo.*

Comprobantur hæc ex Visitatione hodierni Episcopi Barui anni 1692. quando, exortis aliquibus Controversiis circa functiones, dd. Canonicis per Turnum assignatas, declaravit, illas explendas esse per Canonicum seniorem, licèt ante erectionē dd. 2 Canonicatuum Sacerdotalium fierent per Turnum, ea ratione, quia ante d. augmentum 2. Canonicorum aliter practicari non poterat, secùs autem post eorundem novam erectionem, qua 17 attenta simul cum prædictis Episcopi moderni decretis, & resolutionibus, ab hoc Sac. Tribunali sæpiùs emanatis, conventum fuit etiam in Instrumento Concordiæ inter Archipresbyterum, & Canonicos, rogato anno 1714. quod functiones Parochiales solemniores, quæ impedito, vel absente Archipresb. ad ejus Curatum spectabant, Imposterum explerentur à Canonico Sacerd. sen & non à Turnario, sub illa regula, quod à Canonico digniore supplendum esset Archipresbytero, ut fuit usq; adhuc inviolabiliter observatum. Hac etiam ratione valde congruum videtur, quod omnes functiones, spectantes Archipresbytero, tanquam Capiti, & primæ Dignitati, ipso absente, vel impedito, expleantur à Canonico Sacerd. sen. ne partim ab isto, & partim à Turnario peragi videantur,

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo prætensio contraria, uti opposita Cæremoniali *lib. 2. cap 3. vers Su-* 18 *pradicto ordine*, neq; etiam admittenda esset, præcisa adhuc d necessitate, juxta ea, quæ notant *Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 2. tit 13 sub n. 11. & Pignatell. consul. 30. n. 15. to 4.* referens ita decisum ab hac Sac. Cong. in una *Nolana, & Rota dec. 87. n 23. & 24. p. 17. rec.*

Et ex hac animadversione adæquatè pariter responsū remanet dd Resolutionibus hujus Sac. Cong. Mutato si- 19 quidem facto, per d. numerum duorum Canonicorum, de novo erectorum, Jus quoque mutandum est, ad *Tex. in Authent. de Nuptiis*, ibi: *Non enim erubescimus si quid melius horum, quæ ipsi priùs diximus, adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem*, cum concordantibus apud *Card. de Albicis de Inconstantia in Judiciis in Præfatione n. 42. & seqq. Rota post ipsum decis 6. in princip. & in Romana Primogenituræ de Corsinis 10. Octob. 1710 in principio cor Rev. Aldrovando.* Et in terminis Resolutionum Sac Congregationum, quod, 20 mutato facto, non mereantur exequutionem, observant *Pignatell. consult. 162. num. 17. tom. 4. & Rota decis 855. num. 55. coram Dunoz jun. & decis. 100. num. 15. & seqq. par. 19. rec.*

Circa alias functiones non conventuales, quæ fieri solent ab Archipresbytero, tanquam Parocho, & ratione curæ animarum, servanda omnino videtur Concordia anni 1714 data in Summ. in qua specificè determinatur, illos esse faciendas partim à Canonico seniore, & partim à Curato, seu à Substituto d Archipresbyteri; Cùm enim eadem Concordia conclusa fuerit ad dirimendas lites, & controversias, à multo tempore vigentes inter Archipresbyterum, & Canonicos, fueritq; ulteriùs ab omnibus Canonicis acceptata, & ad enixas 21 eorum preces ab Episcopo approbata, eò majorem executionem meretur, ut præter supra adductos, in specie firmavit *Rota cor Dunoz jun. d. dec. 855. n 3.* ibi: *Maximè cùm fuerit à Canonicis ejusd. Ecclesiæ Collegiatæ acceptata, & illius observantia jurejurando promissa.*

Non attento defectu Beneplaciti Apostolici; Istud 22 enim in his materiis nullatenus necessarium est, juxta *Text. in cap fin. de Pact. in 6.* quem sequitur *Rota dec. 305. n. 27. & dec 460. n. 05. p. 18. rec.* ibi: *Dubitari non potest de illorum relevantia, & validitate, cùm determinent differentias, jamdiu agitatas inter istas Ecclesias, quamvis non doceatur de Beneplacito Apostolico, quod non requiritur in istis determinationibus, initis pro Concordia Ecclesiarum, & pro bono pacis ad tollendas tam longas Controversias in honorem Divini cultus, & in Populorum quietem &c.* Sed ad d. effectum solo Episcopi authoritas superabundaret, 23 ex adductis ab *Urceol. de Transact. quæst. 24. n. 38. & seqq.* & firmatis per *Rot. cor. Merlin. decis. 480. n. 2. & dec. 490. n 8.* Quæ in nostris terminis ad omnem abundantiorem cauthelam obtenta fuit, & propterea dubitari non potest de validitate, & subsistentia d. Concordiæ, juxta firma- 24 ta per *Rot. cor. Seraph. dec. 36. per tot. & in p. 18. rec. dec. 301. n. 27. & in Monopolitana Præeminentiarum 26. Julii 1704. §. Ultra cor. Molines.*

Certiùs quia Concordia potiùs respicit favorē Canonicorum, quàm Archipresbyteri, ejusque Substituti, in quibus terminis Canonici laborare videntur contra eorū commoda, proprias impugnando honorificentias, & propterea eò minùs in hoc parte audiendi sunt post acce- 25 ptationem, & executionem d. Concordiæ, egregiè *Rota cor. Dunoz. jun. d. dec. 855. n. 3.*

In omnem verò pessimum casum, non possunt Canonici eandem Concordiam, & Transactionem in parte, ipsis favorabili, acceptare, & in alia parte reprobare, adversùs dispositionem *Textus in leg. Pomponius* 26 *scribit ff. de Negotiis gestis*, ubi *Gloss. verbo Semel probatum*, *Rota dec. 13. n. 7. cor. Mantic. & in Romana Pecuniaria 22. Junii 1716. § Absq; eo cor. Lancetta*; Eisdem propterea Canonicis, recusantibus d. Transactionem acceptare, & exequi in omnibus suis partibus, vel opponi 27 possent verba illa *Textus in leg. Generaliter Cod. de Non num. pecun. Nimis enim indignum esse judicamus, quod sua quisq; voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, proprioq; testimonio resistere*; Vel alia *Cassiod lib. 5. epist. 01 Pondus est pudoris gravissimi, propria voce convinci*; Vel illa Sac. *Rotæ in dec. 158. n. 1. p. 1. rec. Non convenit bono Viro, ut quod semel dixit, postea revocet*; Vel demum omnia reduci debent ad illum pristinum, & antiquum statum, in quo erant ante d. Transactionem, & exequenda omnino est Res judicata, seu Sententia Card. Cavallerini, quando summa laude judicaturæ munus in Curia A.C. sustinuit, necnon exequenda pariter sunt alia Decreta, favore Archipresbyteri, à Curia Episco- 28 pali Placentina emanata, juxta firmata per *Rot. dec. 187. n. 3 & seqq cor. Royas, & dec. 17. n. 8. cor. Benincas.*

Devenendo ad secundum dubium: *An in iis functionibus, in quibus dari solet Archipresbytero emolumentum in duplicatum, ipso absente, vel impedito, idem emolumentum dari debeat illi, qui supplet ejus vices.* Hoc dubium literaliter decisum fuit in d. solemni Concordia anni 1714. seqq. verbis: *Senz' alcun pregiudizio de' dritti, ed emolumenti Parochiali, che tutti si devono al Sig. Arciprete Paro-* 29 *co, nè il d. Canonico potrà pretendere alcun emolumento maggiore degl'altri Canonici.* Et rursùs, ibi: *Farà la funzione il Sig Canonico sen. e non il Curato, servata però sempre la doppia Parochiale al Sig Arciprete, come Paroco*, & tertiò ibi: *Farà la funzione il Sig Canonico sen. e non il Curato, servata però sempre la doppia Parochiale al Sig Arciprete, come Paroco, e non altrimente.*

Ex quibus patet, quod mediante Interpositione dignissimi Ecclesiastici, Concionatoria munus anno 1714. exercentis in Terra Bronæ in Transactionem, inita *con unanime consenso, e reciproca sodisfazione, da osservarsi inviolabilmente per sempre in avvenire, tanto da esse Parti, quanto da loro respettivi Successori*, voluit quidem Archipresbyter cedere Juri honorifico sui Curati, *per maggior convenienza, e decoro del medesimo Capitolo, ma però senz' alcun pregiudizio de' dritti, ed emolumenti Parochiali*; Et propterea ab omni ratione, æquitate, & congruentia videtur alienum, ut Canonici dictam solemnem Concordiam, & solemniorem Transactionem, ab ipsis non semel ratificatam, & exequutioni abinde citra demandatam, hodie non servent; *Nullus etenim erit litium finis, si à Transactionibus, bona fide interpositis, cœperit facilè discedi*, sunt aurea verba *Tex-* 30 *tus in leg. Fratris tui, Cod. de Transact.* Idque opponitur omnibus Juris principiis, juxta ea, quæ uno ore observant Doctores, asserentes, Transactiones inventas esse ad finiendas Lites, ad instar rei judicatæ; Et propterea sicuti adversus istam nemo audiri debet, ita etiam audiri non debet ille, qui venit contra Transa- 31 ctionem, ab ipso conclusam, egregiè *Gloss. in leg. Qui licitam in figuratione casus versic. Nota hic unum mirabile,*

Cod.

Cod. Ut lit. pendent. cum aliis alcatis *à Rota dec. 121. n. 7. & seqq coram Durano & dec. 39. nu. 5. coram Ansald.* ibi: *Transactio maximè observata inter Partes, habet vim Rei judicatæ, eique in omnibus comparatur, & dec. 220. nu 26. par. 9. rec.* ibi; *Solemus dicere, Transactiones vim habere rei judicatæ, & perpetuum imponere silentium Litibus.*

Præcipuè, quia in hac parte nihil novi concessum fuit Archipresbytero respectu dicti duplicati emolumenti, quod incontrovertibiliter priùs eidem uti Parocho, competebat, non solùm vigore immemorabilis consuetudi- 32 nis, concordantis cum solito Provinciæ Mediolanensis, de quo in *Concilio secundo ejusdem Provinciæ Mediolanensis tit. 1. num. 17.* Sed etiam cum consuetudine particulari Diœcesis Placentinæ, & quod magis est concordantis ulteriùs cum Synodali dispositione, de qua in Summario, 33 quæ in eadem Diœcesi tanquam particularis lex servari debet, ut notant *Ferret. cons. 368. sub nu. 16. Massobr. de Synod. cap. 4. dub. 41. Card de Luc de Jurisd. disc. 56. num 6. & Rot. cor. Mantic. dec. 259. nu. 4. & cor. Zarat. dec. 74. n. 21.*

Nec dicatur, quod hujusmodi duplicatum emolumentum, uti annexum labori, & dependens ab exercitio sa- 34 cræ functionis, debeatur illi Canonico, qui eandem functionem explet.

Responsio siquidem in promptu est, quod scilicet, quidquid fit in illis terminis (qui non sunt nostri) in quibus fiat aliqua functio, vel proprio jure, vel facultas illam faciendi concessa sit alicui, absque ulla limitatione, vel restrictione; Hoc unum est indubitatum, quod Archipresbyter titulo, & motivo solius majoris honorificentiæ, *e non altrimenti* permisit Canonicis explere dictas functiones, cedendo dumtaxat soli juri præeminentiali, quod ejus Curato competebat vigore Sententiæ A. C. 35 Cavallerini, & Decreti Episcopi Placentini, in quo declaratum fuit, functiones aliquas explendas esse à Canonico seniori, aliquas verò à Turnario, *Salva tamen dupla pro D. Archipresbytero*, de quibus in Summ. eodem tempore, non semel, sed ter sibi præservando jus, quoad emolumenta funeralia, juxta illa verba, opportunè repetenda: *Ma però senza alcun pregiudizio de' dritti, ed emolumenti Parochiali, che tutti si devono al Sig. Arciprete Paroco; Ne il d. Canonico potrà pretendere alcun emolumento, maggiore degl'altri Canonici.*

In istis enim terminis applicatur dispositio *Textus in leg. Ille, aut ille §. Cùm in verbis ff. de Legatis tertiò*, quia 36 prorsus vanum est, & æqualiter improprium adducere argumenta, & ratiocinia circa ea, quæ literaliter inter Partes conventa sunt, & propterea ex authoritatibus, supra citatis punctualiter, & præcisè servanda, non autem criticationibus, & ratiociniis involvenda, & in controversiam adducenda sunt ea, quæ, ut supra observavimus, solemniter stabilita, & concordata fuerunt.

Observando ulteriùs, quod eædem functiones erant, & sunt de numero Parochialium, circa quas nullum omnino jus illas peragendi Canonicis in præteritum competiit, quive cùm contenti fuerint *con unanime consenso, e reciproca sodisfazzione* habere solam honorificentiam in illarum exercitio, nimis incohærenter prætendunt hodie, ultra dictam honorificentiam, illarum duplicatum 37 emolumentum percipere, sed contenti esse debent de eo, quod eis concessum fuit in eadem solemni Transactione in omnibus suis partibus punctualiter illam observando, vel se debent abstinere ab exercitio dictarum Functionum, illarumque majorem honorificentiam relinquere Archipresbytero, ejusque Curato, seu Substituto.

Duas habet partes tertium dubium, his verbis conceptum; *An in solemnioribus anni festivitatibus, nempe Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, die Paschatis, ac die Pentecostes, necnon in festivitate S. Petri ac Sancti Contar-* 38 *di, liceat Archipresbytero, ultra assistentiam Canonici Diaconi, & Subdiaconi, habere in Missis etiam assistentiam Presbyteri cum Pluviali, & in Vesperis assistentiam Diaconi, & Subdiaconi, Pluviali indutorum.*

Prima respicit præeminentiam simplicis Presbyteri, Pluviali induti in sex dumtaxat solemnioribus anni Fe- 39 stivitatibus; Secunda verò concernit præeminentiam assistentiæ Diaconi, & Subdiaconi in Vesperis dictarum solemnitatum.

Quoad primam, pro continuatione assistentiæ dd. Canonicorum, & Presbyteri cum Pluviali in eisdem solemnioribus anni Festivitatibus, tria urgere videntur. Pri-

mò scilicèt generalis consuetudo aliarum Ecclesiarum 40 finitimæ Diœcesis, probata in Summario, de cujus efficacia latè discurrunt *Prat. respons. crim. 46. nu. 46. Card. de Luc. de Regal. disc. 97. num. 12. & 13. & Rot. decis. 357. num 49. part. 11. rec. & in Romana Præcedentiæ 5. Maji 1710. §. Sed ab ea coram Crispo.* Secundò specialis, & individualis consuetudo, vigens in nostra Ecclesia, de qua in d. Summario. Et tertiò replicatæ Visitationes Episcoporum Placentiæ, in quibus eadem consuetudo recognita, & approbata fuit, ut videre est in Summario. Cùm enim simus in terminis præeminentiarum, in istis solitum, & consuetudo semper attendenda est, ex citatis supra.

Præcipuè quando, ut in præsenti verificatur, talis consuetudo restricta est ad paucissimos dies ex solemnioribus totius anni, illaque, nedùm est antiquissima, sed immemorabilis, cujus proinde vigore in comprobationem ejusdem nostræ consuetudinis, allegare possumus Apostolicum Privilegium, omnemque alium meliorem, efficacioremque titulum de Mundo, juxta illius notam indo- 41 lem, & notiorem efficaciam, de qua *Sperell. dec. 37. nu. 13. Card. de Luc. de Canon. disc. 15. num. 6. & Rot. decis. 76. num. 7. coram Ansald. & dec. 320. num. 2. par. 16. & dec. 671. num 16. par. 18. rec.*

Quo verò ad secundam partem dicti tertii dubii, illius affirmativa resolutio per legitimam consequentiam infertur ex resolutione affirmativa dictæ primæ partis; Vesperæ siquidem, uti correlationem habentes, cum Missa, eadem solemnitate, & cum eisdem Assistentibus cantari debent, cum quibus celebratur Missa, juxta dis- 42 posita in *Cærem. Epis lib. 2. c. 3. ante finem*, & animdversa per *Gavan ad Rubr. Breviar. sect. 10 cap. 3. nu. 8.* Videtur enim nimis absonum, & intollerabile inconveniens, quod respectu unius, & ejusdem festivitatis, functio Missæ de mane solemnissimè celebretur à prima Dignitate, cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, quodque in Vesperis ejusdem solemnitatis eædem cantentur à solo 43 Archipresbytero, vel Canonico, in illius locum subrogato, ut in proximis terminis notat *Castal. de Sac. Caremon. lib. 2. sect. 5. cap. 8. nu. 1. Versic. Et omnino.* Dicti verò Canonici Diaconus, & Subdiaconus conqueri non possent, nimis esse gravatos, cum Celebranti inserviendo minor esset labor, quàm in Choro psallere, nec eorum Præbendæ aliud onus habent, neque Missarum, nec similium, sed tantùm inserviendi Celebranti in Festivitatibus, ut supra præscriptis.

In 4. dubio quæritur; *An in Missis, quæ ab Archipresbytero cantantur tertia Dominica cujuslibet mensis, ac die Translationis Sancti Contardi, necnon in Processione, quæ* 44 *fit die Octava Corporis Christi, Canonici Diaconus, & Subdiaconus, debeant ipsi Archipresbytero assistentiam præstare;* Quatenus verò idem dubium resolvatur affirmativè, quæritur in quinto dubio; *An eadem assistentia dictis diebus præstari debeat Canonico celebranti, absente, vel impedito Archipresbytero.*

Pro affirmativa autem resolutione quarti, & pro negativa quinti ex dictis dubiis, sat est rogare, ut solita attentione sub oculis habeatur dicta solemnissima Transactio, data in Summ. in qua ea, quæ continentur in dictis dubiis seqq. verbis literaliter determinata fuerunt: *Li Signori Canonici Presbiterali di detto Capitolo, per dimostrarsi anche essi verso detto Sig. Arciprete, non meno grati, che generosi, si obligano in avvenire, tanto per se, quan-* 45 *to per loro Successori, di cantare senza alcuna assistenza del Diacono, e Suddiacono ogni prima Domenica di Quaresima, Domenica di Passione, e Domenica in Albis, che spettavano al Sig. Arciprete, assistito da Signori Canonici Diacono, e Suddiacono &c. Li Signori D. Francesco Pisani, e Contardo Orlandi, Canonici respettivamente Diacono, e Suddiacono, per corrispondere anch' essi alle convenienze sudette, usate dal Signor Arciprete al loro Capitolo, si obligano in avvenire, tanto per se, quanto per li loro Successori di assistere parati in tutte le terze Domeniche di ciascun mese &c. Nelle quali funzioni intendono di essere obligati ad appararsi solo, quando saranno fatte dal Signor Arciprete, e non dal Canonico Eddomadario.*

Cùm enim prædicta omnia concorditer stabilita fuerint correspectivè ad alias prærogativas, ab Archipresbytero permissas Canonicis, & quibus etiam hodie fruuntur, & gaudent, ut literaliter fassi fuerunt dicti Canonici in ver-

in verbis, supra registratis; Hinc eò magis pro executione ejusdem Concordiæ in hac parte respondendum vi- 46 detur; In correspectivis enim non est permissum unam partem acceptare, & aliam respuere *Altograd. conf. 105. nu. 18. & seqq. Rot apud Salgad. in Labyrint. Credit. dec. 49. nu. 3. & 4. & coram Cavaler. dec. 612. num. 23. & in par. 16. rec. dec. 346. num. 3. & 4.* Ea ratione, quia correspectiva 47 habentur perinde ac si essent unum, ita ut, uno cessante, cesset & aliud, ex adductis *à Papon. conf. 58. num. 34. Rot dec. 113. n. 12. & seqq apud Zacch. de Obligat. Camer. & dec. 315. n. 10 & seqq par. 17. & dec. 142. n. 29. & dec. 365. n. 26 par. 19. rec.* Quod si aliqua in eisdem correspectivis experiatur differentia, dicitur facta compensatio in eo, 48 quod in una, vel altera parte correspectivè remissum, vel condonatum fuit, ex firmatis per *Rot. in dec. 380. nu. 17. & seqq par. 17. rec.*

In 6 dubio quæritur; *An post Processiones Litaniarum Majorum, & Rogationum celebranda sit solemniter Missa de Feria ab Archipresbytero, & eo impedito, à Canonico seniore, vel Turnario, cum assistentia Canonici Diaconi, & Subdiaconi*, quod videtur resolvendum affirmativè; Dignum siquidem, & justum videtur, ut, peracta solenni functione dictarum Litaniarum majorum, illa terminetur æquali solemnitate cum Missa, cantata ab eodem Archipresbytero, vel, eo impedito, à Subrogato in ejus locum; Hoc enim modo negari non potest majus augmentum divini 49 cultus, majorque majestas Sacrarum functionum, quæ semper, & ubique procurandæ sunt *ad Textus in cap. Ex parte de Constit. & in cap. Quia per ambitiosam de Rescriptis in sexto* ibi: *Minuitur cultus divinus, quem desideramus augeri*, cum concordantibus, citatis *in dec. 847. num. 3. coram Seraphin. & dec. 685. num. 5. coram Cerro, & dec. 528. num. 23. & 24. par. 7. rec. & in Romana Oratus 6. Julii 1708. §. Verum coram Omana.*

Fortiùs, quia nedum talis est praxis aliarum vicinarum Ecclesiarum, & Locorum nostræ Provinciæ, & 50 Diœcesis, quod ad nostrum effectum attendendum est, ex adductis *à Card. de Luc. de Regal. disc. 97. n. 12.* & firmatis per *Rot. in dec. 357. num 49. par. 11. rec.* Sed etiam idem practicatur in nostra Cathedrali Placentina, cum qua se conformare debent Ecclesiæ Collegiatæ, eidem subditæ, 51 juxta firmata per *Rot. in dec. 469. nu. 62. & dec. 560. nu. 2. & 3. par. 19. rec. & in Constantien. Præcedentiæ super bono Jure 27. Januarii 1713. §. Id ipsum coram Ansald.* Neque dedignari debet Ecclesia Collegiata imitari in hac parte, & exequi id, quod practicari solet in Cathedrali, ob majus Ecclesiæ servitium, & in favorem divini cultus, juxta ea, quæ in proximis terminis observat *Ciarlin. controvers. 204. num 21. & seqq.*

Dubium 7. *An, absente, vel impedito Canonico Diacono, vel Subdiacono, teneatur in functionibus supplere Canonicus junior Sacerdos, seu potius Sacerdos Cappellanus, personaliter residens, aut alius simplex Sacerdos, sumptibus dictorum Canonicorum Diaconi, vel Subdiaconi.* Quoad illius primam 52 partem dubium hoc videtur resolvendum affirmativè, quatenus enim fieri potest semper Assistentes debent esse ejusdem ordinis cum Celebrante, juxta disposita *in Cæremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 17. Vers. Et hora competenti*, & observat *Barbos. de Canonic. cap. 34. sub nu. 3.* ubi refert, ita pluries decisum ab hac Sac. Congregatione, cujus pariter punctualem resolutionem *in Nucerina Paganorum 17. Martii 1629.* referunt, & sequuntur *Ciarlin. controvers. 208. in fine*, in cujus casu agebatur de Eccle- 53 sia Collegiata, in qua octo dumtaxat aderant Canonici, *Pignatell. consult 28. num 3. tom. 4.* ibi: *Nucerina Paganorum. Pro parte Capituli Nucerinæ Paganorum petitum fuit, an stante pauco numero Canonicorum in Choro cum non sint, nisi octo, celebranti Archipresbytero, vel alteri Dignitati debeatur assistentia duorum Canonicorum? Et Sac. Rituum Congregatio respondit, deberi, die 17. Martii 1629.* Improprium enim nimis videtur, Clerum Ecclesiæ Collegiatæ per agros Processionaliter incedere, distantes per stadia ab Ecclesia, & post reditum immediatè ab ipsa recedere, sine Missa in cantu, quæ si ordinabitur in præsenti mediante affirmativa resolutione hujus dubii, Processio majori decore per Suburbia Oppidi dirigetur, ac majori Populi devotione, litesque, & scandala, sæpius sequuta cum Paræciis finitimis evitabuntur.

Posito autem, quod assistentia præstanda sit à Canoni- 54 co, iste debet esse junior, non autem senior, & rationem assignat *Ceccoper. lucubrat. tit 5. lib. 1. num 44.* quia scilicet Canonici seniores honorandi potiùs sunt, quàm onerandi, & concordant adducti *à Barbos. de Canon. cap. 18. nu. 23. & Pignat. consult. 180. nu. 15. tom. 4.*

Alia adduci solet ratio, desumpta ex *Cærem. Episc. lib. 1. cap. de Suplend. vict.* quod scilicet regulariter Majores Minorum vices non supplent, nisi ex necessitate, sed contra Inferiores Superiorum vices subeunt, cum qua processit *hæc Sac. Cong. in Romana 26. Aprilis, & 7. Junii 1704.* de 55 qua in *tom. 2. par. 1. discept. 28. in Bullar. s. m. Clemen. XI fol. 564.* Si enim Canonicus senior supplere debet Archipresbytero, uti primæ Dignitati, congruum est etiam, Canonicum juniorem supplere Inferiori, qui sunt Diaconus, & Subdiaconus; Sic enim exigit respectiva eorum convenientia, & laboris proportio, quia nimis gravarentur Seniores in celebrando pro Archipresbytero, & in serviendo pro Diacono, vel Subdiacono.

Octavum dubium; *An in Festivitatibus SS. Antonii, & Dominici, quæ ex Populi devotione celebrantur cum Missa, & Vesperis, solemniter cantatis ab Archipresbytero, vel Canonico Turnario, Canonici teneantur Choro interesse.* Videtur resolvendum affirmativè, nedum ex magna devotione totius Populi nostri Oppidi, quàm exhibere solitus est dictis Sanctis, sed attenta præcipuè immemorabili consuetudine, dicto modo celebrandi eorundem festivitates, quam non sine magno ejusdem Populi scanda- 56 lo à duobus annis citra Canonici de facto prætermiserunt, ut deponunt Testes, dati in Summario ibi: *Attestiamo ancora, che da tempo immemorabile a questa parte si suole in questa Terra celebrare la festa di S. Antonio di Padova, e di S. Domenico, cantandosi con l'intervento de Canonici, e dell'altro Clero la Messa alla matina, ed il Vespero al doppo pranzo, e solo da due anni a questa parte niuno de sudetti Canonici è comparso in Coro &c. con grave, e publico scandalo, e mormorazione.*

Non attento futili illo prætextu, quod, cùm simus in 57 actibus facultativis, consuetudo non obliget, quamvis longa, & longissima.

Respondemus enim, eandem generalem regulam, & regularem propositionem, uno ore limitari à Doctoribus, quando, ut in præsenti punctualiter verificatur, 58 consuetudo respicit divinum cultum, majusque Ecclesiæ servitium, juxta latè animadversa per *Posth. de Manutent. obser. 57. num. 20. Rot. dec. 522. num. 19. & dec. 543. per tot. coram Bich. & in part. 2. rec. dec. 365. num. 6 & dec. 54. num. 8. & 9. par. 4. tom. 2. & dec. 702. num. 3. & seqq. part. 4. tom. 3. recen. & in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Et quidem coram Ursino* ibi: *Canonici servitutem præstando per tot tempora, visi fuerunt velle inducere talem consuetudinem, & obligationem in futurum, & in Monopolitana Præeminentiarum 26. Junii 1705. §. Nec dicatur coram Molines.*

Ultra, quod talis facultativa qualitas exclusa porsus dicitur à longa continuatione cum incommodo Canonicorum, eidem sacræ Functioni assistentium, juxta theo- 59 ric. *Felin. in cap. Ad Apostolicam num. 3. de Simon.* quam sequuntur *Lagunez de Fructibus par. 1. cap. 33. § unico num. 10. & seq.* Et in puncto consuetudinis, respicientis assistentiam Canonicorum Missæ cantatæ *Guttier. Cano- 60 nicarum quæst. lib. 1. cap. 1. nu. 151.* ubi quod ita obtinuit judicari favore Ecclesiæ Civitatensis, *& Rot. in dicta Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697 §. Idem Vers. Et in puncto cantus Missæ coram Ursino.*

Sequitur nonum dubium; *An iidem Canonici, legitimè non impediti, teneantur collegialiter intervenire sacris Concionibus tempore Adventus, & Quadragesimæ*, quod videtur resolvendum affirmativè, attenta eadem immemo- 61 rabili consuetudine illis assistendi, de qua deponunt multi qualificati Testes, quorum depositiones registratæ sunt in Summ. quæ cõsuetudo, uti concernens divinum cultum, & Populi ædificationem, servanda omnino est, ex authoritatibus, supracitatis circa octavum dubium.

Observando præcipuè, quod eadem consuetudo con- 62 cordat in hac parte cum Juris dispositione, juxta quam tenentur Canonici dictis sacris Concionibus interesse, ut resoluit hæc *Sac. Cong. in Comen 10. Maji 1580. & in Castellanaten. 20. Augusti 1602.* teste *Nicol. in Floscul verb. Canonici nu. 33. & in Fundana 15 Octobris 1618.* quam refert, & sequitur *Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 2 form 4. nu. 3. & tom. 3. tit. 2. formul. 7. num. 3. & in Aquilana*, in qua scri-

scripsit, & obtinuit *Card. de Luc.* ut testatur in *Miscellan. Eccles. disc. 38. n. 27. & 28.* ubi illam adducit bonam congruentiam, quod interventus eidem sac. functioni dicitur actus Capitularis, repræsentans mysticum Ecclesiæ Corpus, 63 compositum ex Capite, & membris, quales sunt Canonici, & resoluit pariter *Sac. Cong. Conc. in Nicien. 18 Septembris 1628.* de qua *in Lib. 13. Decret. fol. 562.* ibi: *Congreg. Concilii censuit, Canonicos, legitimè non impeditos, tempore Quadragesimæ quotidianis Concionibus interesse debere; Ideo, Episcopum Decretum edere posse, ut Canonicis nequaquam liceat prædicto tempore ab Ecclesia abesse*, quam refert, & sequitur *Crispinus nella Visita pastorale part. 2. §. 20. num. 40.* ubi ad rem egregiè subdit, *che sarebbe troppo grande scandalo* (quod in terminis pluries evenisse probavimus in Summ.) *che i Canonici, quali nel Clero debbono essere li primi a dare buono esempio, fuggissero d'intervenire alle Prediche*, & concordat *Monacell. in Formul. to. 1. tit. 2. formul. 5. n. 9.* ibi: *Et cùm hæc deficientia assistentiæ Cleri &c. sine scandalo Laicorum non possit evenire, sequitur, quod pos-* 64 *sint cogi, ut scandalum vitetur*, Et facit. *Textus in c. Magnæ de Vot. & Vot. redempt.* ubi quod in his terminis procurandū est id, quod licet secundū æquitatem, quod decet secundùm honestatem, & quod expedit secundùm utilitatem.

Affirmativè pariter resolvendum videtur dubium X. *An eleemosynæ, quæ à Fidelibus offeruntur in Capsula, nuncupata de Morti, quæque erogantur in celebratione Officii, &* 65 *Missarum pro Defunctis, excepta rata, quæ superest, deductis Suppellectilibus, possint arbitrio Archipresbyteri distribui Sacerdotibus, ipsi Ecclesiæ non inservientibus.* Pro qua, duo videntur præmittenda.

Primum, respiciens erogationem dictarum eleemosynarum, quæ fideli distributione erogata in præteritum semper fuerunt in celebrationem Missarum, & Officii Mortuorum, dempta solum aliqua illarum parte, necessaria pro sacris Utensilibus, quæ eleemosynarum erogatio 66 in dictos pios usus semper executioni demandata fuit, illam laudantibus, & approbantibus Episcopis pro tempore in eorum repetitis Visitationibus nostræ Ecclesiæ; Secundùm verò, concernens modum dictæ erogationis, seu verius Sacerdotes illos, à quibus Officium mortuorum cantatum fuit, & celebratæ fuerunt Missæ, & celebrari in futurum debeant.

Quoad primum, in controversiam deduci non potest punctualis rogatio dictarum eleemosynarum in dictam verè piam causam Officii Mortuorum, & Missarum celebrationem pro illis, à quibus dictæ eleemosynæ elar- 67 gitæ fuerunt; Et propterea discurrendo de secundo, seu de facultate, & modo easdem eleemosynas administrandi, in Jure indubitatum est, quòd Parochus, qualis in nostra Ecclesia est Archipresbyter, fundatam habet intentionem illas ad sui beneplacitum administrandi, & erogandi in eum usum, propter quem eleemosynæ à piis Benefactoribus relictæ fuerunt.

Circa hunc autem modum, æquali prudentia, ac congruitate se gessit in præteritum, & in futurum continuare intendit dictus Archipresbyter, præferendo scilicet primò, & principaliter suum Capitulum, necnon illos Sacerdotes, qui nostræ Ecclesiæ inserviunt, post quos vocare 68 solet cæteros Sacerdotes, quando eleemosyna Missarum tanta est, ut illæ celebrari non possint à Canonicis, & Presbyteris, nostræ Ecclesiæ inservientibus, quod solet aliquando evenire, eò quia Capsula dictarum eleemosynarum non solet aperiri, nisi quando illæ creduntur esse in congrua quantitate, ut dicunt Testes, dati in Summ.

Non possunt hæc in dubium revocari, uti in facto innegabilia, sed contraria prætensio in eo residet, quòd non possit Archipresbyter tāquam Parochus à Capitulo omnino independens, continuare in dicto antiquo solito, sed teneatur sæpissimè Capsulam dictarum eleemosynarum aperire, ad hoc, ut Officia, & Missæ celebrari possint à solis Canonicis, absque necessitate invitandi Sacerdotes, 69 servitio nostræ Ecclesiæ nullatenus addictos, quæ prætensio videtur in substantia unicè innixa propriæ, & particulari utilitati Canonicorum, necnon nimis impropria, nam soliti fuerunt Archipresbyteri etiam cæteros Sacerdotes ad Officia invitare, quia sic etiam solent finitimi Parochi ad eorum Officia Canonicos vocare, & sæpe sæpius in solemnibus Festivitatibus Confessarios exteros Archipresbyter cogitur rogare pro Sacramento Pœnitentiæ administrando; Justum enim est labores compensare, & præsertim factos in Populi utilitatem, à quo in Capsula eleemosynæ erogantur, necnon in subsidium Archipresbyteri, à quo dictæ eleemosynæ custodiuntur.

Dicimus proinde, quòd Canonicorum preces in hac parte exaudiendæ non videntur, non solùm ad excludendam à nostra Ecclesia insignem novitatem, quæ in illa introduci prætenditur, quod non videtur permittendum, 70 ex allegatis supra. Quibus addimus *Text. in cap. Quod dilectio de Consangu. & affinitat.* sequutum *à Rota in Aretina Jurium Parochialium super bono Jure 15. Januarii 1703. §. Cæterum coram Ansaldo.*

Sed ulteriùs continuandum videtur solitum antiquissimum ad alliciendos cæteros Sacerdotes, servitio nostræ 71 Ecclesiæ nullatenus addictos, ad coadjuvandum Archipresbyterum in suæ Curæ exercitio in defectum Canonicorum, qui non sine Populi scandalo, & animarum præjudicio, id facere recusant, ut probatur in Summario.

Supplicantes hìc observare, quòd longè magis expediret Archipresbytero in hac parte antiquum solitum immutare, quia eodem tempore, quo multiplicantur Mortuorum Officia, cum parvo numero Sacerdotum, illi assistentium, multiplicarentùr quoque illius duplicata emolumenta, quæ, absque ulla controversia, in quolibet Mortuorum Officio illi debēntur, quod in præteritum nunquam practicavit, & in futurum nullatenus ad praxim reducere intendit, præferendo potiùs denso luto, proprioque commodo, decorem Ecclesiasticarum functionum, & procurando; quantum in se est, suarum Ovium devotionem promovere, & divinum cultum magis augere, ut testantes de facto proprio, deponunt multi qualificati Sacerdotes in Summ. Aures proinde in hac parte potiùs præbendę sunt eidem Archipresbytero, propria commoda nō 72 curanti, per ea, quæ notant *Socin. cons. 61. n. 19. & 20. lib. 2. & Surd. dec. 107. n. 5* & firmavit *Rot. dec. 66. n. 38 cor. Cer. & dec. 220. n. 18 & 19. par. 17. recent. & in Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1715. § Prædictn coram Ansaldo.*

Ex quibus per necessariam consequentiam infertur affirmativa resolutio dub. 11. *An Claves dictæ Capsulæ retinendæ tantùm sint ab Archipresbytero, seu potius aut ab ipso, & altero à Canonico seniore*; Si enim ipse administrare debet, & erogare potest eleemosynas, in eadem Capsula repertas, ad hoc ut id ad praxim reducere possit 73 ejus Claves retinere debet ipse, vel ejus Curatus, seu Substitutus *ad Textum in leg. Clavibus ff. de Contrahend. empt.* cum aliis apud *Poss. de Manutent. obser. 22. nu. 5. & Card. de Luc. de Empt. & vendit. disc. 10. nu 6. & Rota in Augustana Insignium super Negotio principali 6. Julii 1697. §. Hisque corroborativè coram Ursino*, cujus respectu verificatur etiam in nostris terminis antiquissima consuetudo, ejus favore vigens, & ab Ordinariis Placentinis in Visitationibus recognita, & approbata, ut videre est in Summario.

Quæ omnia respectu contentorum in his duobus dubiis 10. & 11. transeunt in evidentiam, ex quo in illorum comprobationem, ultra dicta repetita Decreta Episcoporum Placentiæ, facta occasione sacrarum Visitationum, habemus ulteriùs Decretum, & Sententiam Card. Cavallerini, quando fuit A. C. Locumtenens. Et quod magis est eadem Sententiæ non solùm transitum fecit in Rem judicatam, sed acceptata fuit à Canonicis in dicta solemni Transactione, ibi: *Il restante poi di quanto è stato deciso da sudetti Monsignor Cavallerini, e Vescovo di Piacenza nelle dette loro respettive Sentenze, e Decreti, sarà puntualmente osservato in avvenire da detti Signori Canonici, così promettono &c.* Itaut, quando favore Archipresbyteri non assisteret duplex res judicata dictorum Cavallerini, & Episcopi Placentini, 74 superabundaret eadem jurata Concordia pro executione illorum, quæ in illo Canonici observare promiserunt; *Textus literales sunt in leg. prima ff. de Pactis* ibi: *Quid enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea servare, quæ inter eos placuerunt? & in leg. 5. Cod. de Action.* ibi: *Sicuti initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus, ita renunciare semel constitutæ obligationi, Adversario non consentiente, nemo potest, & in leg. Non minorem 20. Cod. de Transact.* ibi: *Nihil ita fidei congruit humanæ, quam ea, quæ placuerunt custodiri*, quos sequuta fuit *Rot. in decis. 28. num. 5. apud bon. mem. Prosper. de Tervit. separ.* ibi: *Nihil magis æquitati, fideique humanæ convenire &c. quàm conventiones, & pacta servare, & perpetuò custodire, & in*

Nullius, seu Caven. 13. Junii 1710. §. Nec officit coram Falconerio; Et in terminis Concordiæ, & Transactionis, initæ inter Archipresbyterum, & Canonicos egregiè *in decis.402. nu.3. & 4. par.5. recent.*

Resolutiu dub. 12. *An Archipresbytero competat Jus denegandi usum sacrorum Paramentorum Sacerdotibus, tam servientibus, quàm non servientibus Ecclesiæ, & Utensilia solvere renuentibus*: Vel remittenda est ad suos Judices, attenta pendentia antiquæ litis, circa illa introductæ, in qua supervenit contra Sacerdotes exteros Rescriptum Signaturæ Justitiæ, canonizantis Sententias Cardinalis Thaurusii tempore quo fuit A.C. Locumtenens, & b. m. Alberini, cum Clausula *sine præjudicio, & ampliùs*, eò minus eadem contraria prætensio potest hodie de novo suscitari, & ex integro coram hoc Sacrosancto Consessu instaurari, & promoveri; Quia Sententiæ, in judi- 76 catum transactæ, & à Signatura Justitiæ cum dicta clausula canonizatæ, se habent ad instar muri impenetrabilis, nemini aditum permittentis, juxta phrasim *Sacræ Rotæ in Romana Fideicommissi 15. Januarii 1700. §. Sed, & diximus coram Ansaldo.*

Respectu verò aliorum Sacerdotum, nostræ Ecclesiæ inservientium, contra illos omnino exequenda videntur Decreta, ab Episcopis Placentinis in Visitationibus nostræ Ecclesiæ promulgata, & sæpè confirmata, obligantia dictos Sacerdotes ad solvenda eadem Utensilia pro quibus Societates, in dicta Ecclesia erectæ, sæpiùs reclamantes recursum habuerunt ad Episcopum quia alienum onus sustinere non debent, nec possunt; Quando enim 77 Sacristia non habet proprios, & distinctos redditus pro sacris Paramentis, semper idem onus subire tenetur Missam celebrante facientes in Ecclesiis alienis, & rationem assignat *Pasqualig.de Sacrif. Missæ qu.1176.n.3.* his verbis: *Expensæ semper spectant ad eum, de cujus interesse, aut utilitate agitur, juxta ea, quæ tradunt Bald. &c. Ergo cùm in celebratione Missarum agatur de interesse illius, ad cujus instantiam celebrantur, ad ipsum quoque pertinent expensæ celebrationis*, & concordant *Marchin.de Sacramento Ordinis tract.3.par.2.cap.18.n.6.& Tambur Oper. moral. in Metodo celebrandi Missam lib.3.cap.1.de Stipendio Miss. §.5.num 9.*

78 Itaut sola quæstio in hac parte reducatur ad quantitatem dd Utensilium, an scilicet taxari debeant in annuis scut. 4. ut resoluit *Sacra Congr. Concilii in Romana 26. Martii 1679.* ibi: *Detractis scut.4. pro singula Missa quotidiana ratione Utensilium sacrorum supellectilium de qua in Libr.39. Decr. fol.109.* Vel potiùs in summa majori, ut illa taxa- 79 vit in annuis scutis sex *Cong. Visit. Apostolicæ in Romana Cappellaniarum 19. Augusti 1721.*

Affirmativè autem resolvenda videtur secunda pars ejusdem 12. dubii; Licèt enim Arch presbyter in præteritum non denegaverit, nec in futurum denegare intendat sacra Paramenta illis Sacerdoti, qui ex devotione, vel alia justa causa in sua Ecclesia Collegiata Missam celebrare voluit in præterito, vel in futurum celebrare velit, quando illa petuntur ex convenientia, non videtur tamen ad id ex justitia obligandus, quia multa per convenientiã con- 80 ceduntur, quæ si deducta fuerint in judicium, justitia exigente, non debent tolerari, ut dicit *Textus in cap. Cum jamdudum de Præbend.* Præcipuè quoad illos Sacerdotes, qui in certis solemnitatibus anni, lucri causa, non autem ex devotione, accedunt ad Missas, in alienis Ecclesiis celebrandas, & nostram Ecclesiam, à qua Paramenta, & emolumenta prætendunt, in solemnioribus derelinquunt.

Prætensio Canonicorum, his verbis expressa in dub. 81 13. *An Archipresbyter in Choro teneatur observare Turnum, ut cæteri Canonici*, non potest esse insubsistentior, tria præ oculis habendo.

Primum, quòd juxta Tabellam nostri Chori vigore Decretor. Episcupi Zandemariæ, ab hac Sac. Congregat. approbatorum ultra grave onus Curæ Animarum, non solùm totius Oppidi Bronæ, sed multorum Locorum, ab eo dependentium, tenetur Archipresbyter solemniter ce- 82 lebrare omnibus Festivitatibus mobilibus, omnibusque aliis Festis primæ Classis totius anni, necnon singulis primis, & tertiis Dominicis cujuslibet mensis, aliisque particularibus Festivitatibus nostri Oppidi, specificatis in dictis Decretis Episcopi Zandemariæ, quæ ascendunt ad numerum 54. quolibet anno, in quibus in præteritum toto tempore ejus Archipresbyteratus punctualiter suas adimplevit partes, ut justificamus in Summario.

Secundum, quòd eadem contraria prætensio est inaudita novitas, omnibus Juribus invisa, omnibusque eungruentis opposita, ex citatis supra dum antecessores Archipresbyteri, post expletum proprium munus in dictis Festivitatibus, sibi assignatis, nunquam per Turnum alias fecerunt Functiones, ut deponunt multi qualificati Testes in Summ. inter quos novem numerantur, Sacerdotali qualitate præditi, quibus proinde major adhibenda est 83 fides, cum quilibet Sacerdos habeat vim duplicis Testis ex adductis *in dec.84.nu.11.& 12. apud Zuff.de Legitimat. Processus, & dec.83.nu.27.coram Ansaldo, & dec.115.nu.56. part.18. & dec.492. num.23. par.19. recen.*

Tertium denique, quòd talis est etiam consuetudo, & solitum omnium vicinarum Diœcesum, totiusque Pro- 84 vinciæ Mediolanensis, ut deponunt dicti Testes, quorum depositiones exhibitæ fuerunt in Summario.

Si igitur in his circumstantiis, ultra Functiones, sibi competentes, quæ consistunt in sex mensibus anni, teneretur ulterius Archipresbyter per Turnum concurrere ad alias communes festivitates, de se patet monstruositas contrariæ prætensionis, quia membra nostri Capituli, 85 hoc est Canonici, essent melioris conditionis respectu corum Capitis, seu Archipresbyteri, adversus depositionem *Textus in cap. Cùm non liceat de Præscripr.* & firmata per *Rot. dec 295.n.10.cor. Priol & dec.71.nu.7.apud b.m. Prosper.de Territor.separat.* In nostro autem casu, Archi- 86 presbyter, ultra dictum gravissimum onus Curæ, ipse solus supportaret pondus totius Chori per tres ex quatuor partibus cujuslibet anni, quod est adeo exorbitans adeoque insubsistens, ut nec verbis explicari possit, nec cogitationibus comprehendi, juxta phrasim *S. Joannis Chrisost. homil.2. in Matthæum.*

Remanet 14. & ultimum dubium; *An idem Archipresbyter possit habere Sedem distinctam ab aliis Canonicis ex- 87 tra Chorum in actibus Capitularibus, cæterisque Functionibus.*

Pro cujus affimativa resolutione, tam in Choro, quàm in sacris Concionibus, quàm demum in loco capitulari, vel in aliqua ex Cappellis Confraternitatum, qui sunt omnes illi casus, in quibus Canonici solent convenire cum Domino Archipresbytero, nulla omnino adesse videtur 88 difficultas, quia *ille, qui est majoris Dignitatis, ad superioritatem ostendendam in eminentiori loco sedere debet*, sunt verba *Panimoll dec.1 annot.16.n.1.* & concordant *Imol.in cap.Solitæ nu.1.de Majorit & Obedient.& Massobr.de Synod. Diœcesf. cap 4. dub.6. num.2. & seq.*

Particulariter autem incipiendo à Choro, ad dictum effectum superabundare videtur sola illius materialis constructio à 200. & ultra annis persecta, & à rei evidentia, ex quo in illo Stallum Archipresbyteri, non solum, magis amplum est, magisque ornatum, ut probant Testes, dati in Summ. estque omnium oculis continuò 89 expositum; Sed nunquam in præteritum circa talem eminentiorem locum, ornatioremque Sedem, à Stallis Canonicorum ex utroque latere circumdatam, adfuit controversia aliqua, sed in illa semper permanserunt antecessores Archipresbyteri, necnon etiam modernus Parochus, seu Archipresbyter.

Extra dictum verò Chorum, indubitatum pariter est, quod in sacris Concionibus, in quibus convenerunt in unum Canonici cum Archipresbytero, ille semper habuit Sedem distinctam, hoc est Coraminis, cum suo Postergali, & Brachiolis lateralibus; Canonici verò semper sederunt prope ipsum in Scamnis ligneis, ut probant Testes dati in Summ. Et ex confessione omnium Canonicorum id solemniter confirmavis Senator Gambarana in Epistola, scripta moderno Episcopo, data in Summ. cui 90 omnis in hac parte adhibenda est fides, sive præ oculis habeantur illius avitæ, & personales qualitates, per ea, quæ notant citati *in dec.378.nu.13. coram Cels.& dec.401. nu.9.coram Emer. jun. & in Leodien. Dismembrationis 25. Januarii 1715. § Quid verò coram bon. mem. Lancet* Sive consideretur Mediatoris munus, quod ex commissio- 91 sione ejusdem Episcopi exercuit, ut ipsemet testatur in Summario ex animadversis per *Urceol.de Transact. quæst. 58. nu.3.* & firmatis per *Rot. dec.111. num 9. coram Burat. & dec.200.num.8.& 9. coram Emer. jun. & in par.10. rec. dec.267. num.16. & 17.*

In aliis demum actibus, & sessionibus, in quibus extra Chorum, & in Locis, diversis ab assistentia sacris Concionibus,

nibus, eandem pariter distinctionem dignioris Loci, & eminentioris, atque orationibus Sedis, semper habuisse Archipresbyterum, nemine ex Canonicis penitus, penitusque reclamante, iurra evidentiæ fines, mediantibus eorum juratis depositionibus, pounnt omnes dicti Testes, Quod ad nostrum effectum, nedum sufficiens est, sed superabundare videtur, quia, ut probavimus supra in terminis præcedentiarum, & præeminentiarum totum facit consuetudo, & solitum, non solùm quando istud antiquissimum est, & immemorabile, juxta terminos nostri casus, sed etiam quando restrictum est ad cursum decem dumtaxat annorum, juxta magistraliem *Gloss. in cap. final. Verb. Consuetudo de Consuetud in 6.* quam sequuntur *Felin. in cap. Statuimus num. 1. in fine de Majorit. & obedient. Add. ad dec. 224. num. 4 in fine coram Ludovis. Add. ad Pamphil. decis. 127. num. 11. & Rot. decis. 639. num. 11. coram Seraphin. & dec. 214. num. 1. par. 4 tom. 2. & decis 102. num 10. par. 10. recen.*

Quæ omnia dicta sint ad omnem abundantiorem cautelam, quia pro affirmativa resolutione nostri Dubii, & ad effectum de quo disputamus, videntur superabundare duæ solidæ reflexiones, in facto incontrovertibiles.

Prima consistit in illa indubitata præcedentia, & digniori Loco, quem innegabiliter semper habuerunt antecessores Archipresbyteri, & de præsenti obtinet modernus Archipresbyter in Choro, quia ab ista regulari debet præcedentia quoad omnes alias functiones, quæ à Capitulo fiunt extra Chorum, una cum interventu ejusdem Archipresbyteri, ex animadversis *per Pignatell. consul. 47. n. 2. tom 7.* & firmatis per *Rot dec. 1697. nu 5. coram Coccin.*

Secunda verò innititur dictæ solemni Concordiæ, ex commissione Episcopi procuratæ, & non sine magno incommodo die 7. Novembris 1716. conclusæ à Senatore Hieronymo Gambarana, in qua sigillatim enumeratæ fuerunt omnes prætensiones Canonicorum, à quibus cum omni candore eidem dignissimo Mediatori facta fuit ingenua confessio quasi possessionis illarum præeminentiarum, quæ hodie in controversiam adducuntur, in qua reperiebatur Archipresbyter, qui æquali candore, & ingenuitate multa relaxavit ad augendam majorem honorificentiam dictorum Canonicorum, *qui unanimes, & concordes* (sunt verba dictæ solemnis Concordiæ) *& nemine eorum discrepante &c. acceptarunt, & approbarunt, prout acceptant, & approbant, eamque ab hodie in antea perpetuò servare promiserunt &c.*

Utque facta dictis verbis correspondezent devenerunt Partes ad effectuationem dictæ Concordiæ præsente, & assistente Carolo Josepho de Canibus Archipresbytero, & Vicario foraneo Collegiatæ Clastidii, specialiter Delegato ab Episcopo, juxta illa verba ejusdem Concordiæ: *Delata fuit Tabula, Tapeto cooperta, posita in medio dictæ Sacristiæ, delata pariter Sedes, vulgo* Cadrega, *Corio cooperta, disposita in capite dictæ Tabulæ, delatisque etiam sex Scamnis, pariter Corio coopertis, nempe tribus à latere dextero, & aliis tribus ex latere sinistro ipsius Tabulæ, surrecto Domino Archipresbytero è Cathedra, extante in medio dictorum Brancorum ligneorum, surrectisque DD Canonicis è ligneis Banchis, d. D. Archipresbyter sedit super dicta Cathedra, in capite Tabulæ posita, Canonici verò sederunt hinc inde ex latere dictæ Tabulæ super dictis Scamnis, juxta eorum antianitatem in signum verè, & realis observantiæ, imposterum, & perpetuò dictæ Compositionis, & Concessionis.* Eamdemque Concordiam sic, ut supra conclusam, acceptatam, & exequutioni demandatam idem Delegatus ab Episcopo præsens, & pro Tribunali sedens, nomine dicti Episcopi confirmavit, & approbavit.

Videtur igitur nimis improprium, omnibusque Juris principiis, & congruentiis oppositum, quòd Canonici in controversiam adducere hodiè velint contenta in eadem Concordia, mediantibus dictis operationibus, & repetitis incommodis dicti insignis Mediatoris conclusam, & ab Episcopo confirmatam, &, quod magis est, semper deinde pacificè exequutam, ex iis, quæ observavimus supra.

Nec credimus adversus hæc exagerandum esse, quòd unus ex Canonicis Germanus Frater moderni Archipresbyteri, & contradictionis spiritus, eidem Concordiæ non interfuit, minusque illam approbavit; Cùm enim servatis omnibus servandis, solemniter interpellatus fuerit, & voluntariè intervenire recusaverit, ejus absentia validitati, & subsistentiæ ejusdem Concordiæ in nihilo præjudicavit. *Abb. in cap. Quia propter § Nisi sub n. 6. de Election. Spad. cons. 148 n. 2. & 3. lib. 3. Passerin. de Elect. cap. 14. n. 47. & Rota dec. 2021. n. 15. cor. Coccin. & dec. 313. par. 19. rec.* & in punctualibus terminis approbationis Concordiæ coram *Beaincas. dec. 132. n. 7.* ibi: *Canonici, qui interfuerunt Concordiæ, Capitulum plenè repræsentabant, præcipuè cum alii ad actum neglexerint intervenire Felinus &c.*

Præcipuè, quia sumus in terminis actuum capitularium, respicientium interesse totius Capituli, illiusque præeminentias, non autem concernentium bursale interesse particularium Canonicorum, in quibus circunstantiis duæ Juris Conclusiones indubitabiles sunt, & casui nostro mirabiliter applicantur.

Prima, quod factum à majori parte, dicitur factum ab omnibus de aliqua Universitate, seu Collegio, juxta *Textus in l. Nulli* ubi *Gloss. verb Duæ partes, & in leg. Planè ff. Quod cujusque univers. nomin. & in leg. Et suum Hæredem,* ibique *Gloss verb. Quod parte vers. Item nota hic ff de Pactis, Abbas in cap. Cum omnes n. 13. de Constit. de Angel. in Opusculo de Patronor. suffrag. n 18. D. Fargna de Jurepatr tom. 3. fol 39. nu. 7 & Rot. dec. 118. nu. 3. coram Cavaler. & dec 400. nu. 1. par. 16. & dec. 171. eodem nu. 1. par 19 rec.*

Secunda verò, quòd in concernentibus præeminentias Capituli, & Jura, competentia Canonicis, uti universis, non autem tanquam singulis, minusque tangentia illorum bursale interesse, major pars Canonicorum semper præjudicat minori, & multò magis in nostro casu in quo unus dumtaxat fuit, & est ex omnibus Canonicis, qui se opposuit, ex quo motivo ipse videat, ut, sequendo dictam communiter receptam distinctionem, notat *Gratian dec. March. 183. per totam,* ubi refert, ita judicatum, ibique *Scopp. in addition. nu. 28.* & sequentibus *Adden. ad Baratt. dec. 261. num 14 coram Bich. dec. 473. num. 2 & 3. & coram Ansaldo dec. 95. num. 6. & 7*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo agitur de actu, ad quem devenerunt Canonici, mature perpensis, & reiteratis vicibus omnibus appensis in statera congruitatis, decentiæ, & honorificentiæ eorum Capituli, & postquam ea, quæ concessa fuerunt in dictis Transactionibus, inventa fuerunt nimis habentia, nedum ad augendam dictam Capituli honorificentiam in concursu Curati, seu Substituti Archipresbyteri, sed etiam ad amputandam radicem omnium dissensionum, & controversiarum inter ipsos, & Archipresbyterum, seu Caput, & Membra, in quibus terminis nullum dubium est, quod conclusum à majori parte omnino exequendum veniat, juxta animadversa per *Grat dec. March. 183. n. 27 & seqq* ibique *Adden. n. 1. & discept 781. n 17 & 18. & discept. 933. n. 5.* & firmata per *Rot. dec. 473 n 2. cor. Cerro,* ibi: *Nihilominus, quia videtur utilis, tam Ecclesiæ ad tollendum dissentiones, quàm Canonicis, utiq; sustinetur, quamvis nonnulli contradixerint.*

Perstringendo omnia, huc usque expensa, duo undique micare videntur, universaliter conducentia pen favorabili resolutione omnium nostrorum dubiorum.

Primum, quòd omnes contrariæ prætensiones ex diametro opponuntur duabus solemnissimis Concordiis, inter Partes, præmissis omnibus necessariis, stabilitis, acceptatis, & exequutis; Antiquissimo, & immemorabili solito, nedum nostræ Ecclesiæ, sed Diœcesis Placentinæ, & Provinciæ Mediolanensis; Sententiis, in judicatum transactis, & à Partibus acceptatis, necnon à Signatura Justitiæ canonizatis cum clausula *Sine præjudicio*; Et demum multis Decretis Episcoporum Placentinorum pro tempore, in Visitationibus factis, & repetitis vicibus confirmatis, quæ Decreta, etiam sigillatim considerata, omnem in hac parte difficultatem tollere apta sunt, ut in specie firmavit *Rota in Mediolanen. Præeminentiarum 20. Septembris 1705. §. finali coram Ansaldo* ibi: *Aderat de medio Judicium Ordinarii, cui Sacra Rota semper defert in ambiguitate casus controversi, tanquam informati de Ovibus, quas depascit &c. Et præcipuè in hac materia præcedentiarum &c. quarum commendatio relicta de Jure est (præcisivè à factis particularibus) illius custodiæ, ac Religioni &c.* Et generaliter, quod Ordinariorum judicia magnam mereantur in omni materia considerationem, ex illa verisimili notitia; quam habent rerum, consuetudinum, & qualitatum suorum Subditorum, eadem *Rota dec. 134. num. 16. & 17. par. 16. & dec. 305. n. 12. & dec. 460. n. 9. & 10 par. 18 rec. & cor. Cerro dec. 685. nu 9. & cor. Ansald. dec. 14. nu. 17.*

Secundum verò, quòd postquam Archipresbyter, qui habet usum Mozzettæ in suæ Dignitatis ornamentum, & signum, plena voluntate suo Capirulo, & Canonicis, nullum habentibus ornamentum, & Canouicale signum, cessit omnia illa jura honorifica, omnesque præeminentias, quæ indu tanter competebaut suo Substituto, seu Curato, in tantum non cedit reliqua, exadverso prætensa, quia ad id non se extendunt ejus facultates; *Qui enim majorem gerit Dignitatem, nec suæ humilitatis prætenta Minori locum cedere potest, ne sui officii ignarus repu-* 507 *tetur*, sunt verba *Rotæ in Romana Præcedentia 5. Maji* 1710. *§. Hujusmodi coram Crisp.* circa quod concordant *Tholos. de Republic. lib. 4. cap. 10. Frisch. in addit. ad Reig. verb. Præced. nu. 1. Issing. de Promot. honor. cap. 5. nu. 112. Gratian. decis. 138. num. 1. Franc. de Eccles. cathedr. cap. 33. nu. 7. & seqq. & Pilaja dec. 7. n. 105. & seqq.* qui ulte- 508 rius asserunt, in istis terminis, præcedentiam deberi Majori vigore Juris publici, naturalis, & divini, & rationem assignat *Rot. in Romana Juris honorifici* 24. *Martii* 1702. *§. 2. coram Molin.* his verbis: *A summo omnium rerum Opifice miro quidem ordine dispositæ fuerant in hoc Terrarum Orbe, ubi neque omnes inter summos, neque rursus omnes inter infimos constituit, & in citata Romana Præcedentiæ 5. Maji 1710. §. Hujusmodi coram Crispo.*

Ex quibus omnibus patet, quo zelo, quove fine, accensa fuerit hæc Controversia, & quo spiritu dirigatur cùm tantis dissentionum scandalis, & dispendiorum incommodis, versetur circa res ipsas, ab eisdem Canonicis juramento firmatas, Consuetudini, Sententiis, ac Decretis innixas, ac demum per pablica, & jurata Instrumenta acceptatas, & exactæ demandata executioni, remanente solùm hoc dubio, an magis improprium fuerit, & sit, Fratrem contra Fratrem hostiliter insurgere, an 509 Canonicos Fratrem contra Fratrem ad eum vexandum in Procuratorem deputare, postquam eisdem suis Canonicis Archipresbyter dicere potest ea, quæ de *Innoc. VII.* refert *Ciaccon. in ejus Vit. tom. 2. fol. 713. lit. D.* nempe: *Concessi quidquid petistis, nec jam superest quod petere possitis, nisi* Dignitatem Archipresbyteralem, ut videre est *apud Dominic. Bernin. nel Triban. della Rota fol.* 320.

IN EADEM CAUSA.

Quoad primum Dubium circa Functiones Conventuales, impedito, vel absente Archipresbytero, admittimus, illas fieri non debere à Curato, ab eodem substituto, ex quo illæ nullam habent connexionem cum Animarum Cura, pro qua deputatus est, juxta terminos, in quibus loquuntur authoritates, exadverso citatæ; Dicimus verò, quod eædem Functiones, excluso Canonico hebdomadario, fieri omninò debent à Canonico Seniore: Regulare siquidem est in hac materia, quod, impedita prima Dignitate, istius vices supplendæ sunt 510 à Digniore, immediatè sequenti post primam Dignitatem impeditam, qualis est Canonicus Senior in concursu hebdomadarii, juxta animadversa per *Castald. in Prax. Cæremoniar. lib. 1. sect. 7. cap. 4. num. 16.* cum aliis concordantibus, citatis supra.

Quo verò ad functiones Parochiales, quia istæ privativè spectant Archipresbytero, isto impedito, vel absente, tenetur facere ejus Substitutus, nec possunt in il- 511 lis se ingerere Canonici, quorum nullæ sunt partes in nostra Ecclesia circa ea, quæ respiciunt Animarum Curam, ex authenticis documentis, exhibitis in Sommario.

Nec vis fieri potest in Transactione, seu Concordia anno 1714. conclusa inter Archipresbyterum, & Canonicos, in qua idem Archipresbyter, ad majorem Cano- 512 nicorum honorificentiam, in certis particularibus casibus consensum præstitit, ut, ad exclusionem ejus Substituti, aliquæ Parochiales functiones, quæ numquam in præteritum factæ fuerant à Canonicis, ab istis fieri possent.

Respondemus enim, quod, vel dicta Transactio, unanimi consensu Partium dicto anno 1714. conclusa, exequi exadverso vult, & non recusat Archipresbyter illam in omnibus suis partibus exequi. Aut verò prætendunt Adversarii illam in partibus sibi favorabilibus ser- 513 vare, & in aliis impugnare, & hoc eis permissum non est, ad *Text. in leg. Pomponius scribit ff. de Negot. gest.* cum concordantibus, citatis in Romana Pecuniaria 22. Junii 1716. *§. Absque co coram Lancetta.*

Aut demum insistunt Canonici in prætensa nullitate ejusdem Transactionis, cum supposito, quod Decreta Episcopi Baruii, & sententia A. C. Cavallerini, cum quibus in illa processum fuit, fuerint nullæ ex defectu Jurisdictionis vigore Rescripti Signaturæ, sub diebus 18. Julii, & 26. Septembris 1686. remittentis Causam inter Archipresbyterum, & Canonicos ad hanc Sacram 514 Congregationem. Et objectum non subsistit in facto, dum dicta sententia A. C. Cavallerini lata fuit die prima Junii 1685. & sic per annum, & ultra ante dictam remissionem Signaturæ ad hanc Sacram Congregationem, ut ex confrontatione temporum remanet manifestum ex contrario Summario.

Minusque idem objectum relevat in Jure, quia remis- 515 sio Causæ ad aliquod Tribunal nullatenus operatur circumscriptionem sententiæ, ante illam fer. fer. legitimè latæ, juxta firmata per *Rot. in Giennen. Juris mutandi* 23. *Februarii 1698. §. Cum enim coram Ursino.*

Respectu secundi dubii, illius affirmativa resolutio innititur literali conventioni Partium, in dicta Transactione contentæ; Æquali clarissimæ dispositioni Synodi nostræ Diœcesis; Et solito Provinciæ Mediolanensis, 516 cum quibus processum fuit in dicta Transactione, quæ proindè eò majorem efficaciam habere dicitur, ad hoc, ne ab illa recedatur, juxta literalem *Text. in leg. Fratris tui Cod. de Transactionibus*, cum aliis, cumulatis *in dec. 39. nu. 5. coram Ansald.*

Non attenta reflexione, quod emolumentum duplica- 517 tum, uti dependens ab exercitio Sacræ Functionis, omni jure debeatur illi Canonico, qui eam exercet.

Quidquid enim sit de illis functionibus, quæ fiunt à Subrogato absque ulla conventione particulari inter Personam illam, quæ illam facere tenetur, & inter aliam, in illius locum generaliter à Jure subrogatam, juxta terminos, in quibus loquuntur authoritates, in contrarium citatæ; Hoc unum certum est, quod dictæ functiones in nostro casu privativè quoad omnes Canonicos spectabant Archipresbytero, quo impedito, in ejus locum non succedebant Canonici, sed illius Curatus, seu Substitutus; In istis autem circumstantiis non est locus divagationi per regulas generales Substitutorum, seu Subrogatorum à Jure, minusque applicantur authoritates in contrarium citatæ loquentes de subrogatione unius Dignitatis loco alterius, sed strictè videndum est quid concedere voluit Archipresbyter, quidve denegara Canonicis, quod clarissimè expressit mediantibus illis verbis: *Senza pregiudizio però de dritti, ed emolumenti Parochiali, che tutti si devono al Sig. Arciprete Paroco, ne il detto Canonico potrà pretendere alcuno emolumento, maggiore degl' altri Canonici*, quæ particularis, & literalis conventio tan- 518 quam lex inter Partes servanda est *leg. prima ff. de Pactis Moron. de Treuga, & Pace quæst. 17 num. 12 & Rocc. selectl. interpret. cap. 78. num 6. & Rot. dec. 28. nu. 5.* apud *D. Prosper. de Territor. separat.*

Neque hujusmodi duplicato emolumento applicantur authoritates exadverso citatæ: Istæ enim loquuntur de distributionibus, non autem de emolumentis Parochialibus, quæ cùm privativè spectent ad Parochum, non possunt competere Canonicis, ratione solius majoris honorificentiæ in ejus locum subrogatis, cum expressa 519 præservativa omnium Parochialium emolumentorum, quæ cùm fuerit à Canonicis acceptata, non est locus hodiè illius impugnationi *cap. Quod semel de regul. Jur. in 6. & leg. Sicut Cod. de Action.* cum aliis apud *Surd. decis.* 288. *num. 5.*

Quoad tertium dubium assistentia Canonicorum tanquam Diaconi, & Subdiaconi, necnon alterius Presbyteri cum Pluviali in paucis anni festivitatibus, solidè innititur replicatis Decretis Episcoporum Placentiæ, in Visitatione emanatis, & datis in Summario, quæ eò majorem merentur considerationem, quo concordant non solùm cum speciali consuetudine nostræ Diœcesis, 520 sed etiam cum alia generali consuetudine aliarum finitimarum Diœcesum, quæ magnifacienda est ex adductis *in dec. 357. n. 49. part. 11. Rec. & in Romana Præcedentiæ 5. Maji 1710. §. Sed ab ea cor. Crispo.*

Quibus non meretur opponi exageratum inconveniens, quod cùm assistentia cum Pluviali præstari deberet à simplici Sacerdote, qui non est de gremio nostri Capituli, iste præferretur Canonicis, & sic minus dignus præferre-

tur

tur digniori; Nullum enim videtur inconveniens, quod ratione Sacrarum Vestium, seu assistentiæ cum Pluviali, Sacerdos simplex præferatur illis, qui non sunt Pluvialibus indui, licèt digniores sint; Videmus hoc quotidie practicari in aliis sacris Functionibus, exemplificatis à Pituuio *discept 55. per totam*, & signanter *n.8.& 13.* ubi sequitur resolutionem hujus Sacræ Congregationis *in Seguntinu 17. Novembris 1657.* & concordat *Turrin. in Directorio Sacrif. part. 1. sect. 1. cap. 3. §. Hæc de Assistente*, ubi id verum est, nedum in stando, sedendo, & procedendo, sed in quacumque alia functione. (121)

Plusquam tacitè admittuntur hæc in contraria Scriptura, in qua prolodè se restringunt Canonici ad factum, supponentes, ex legitimis causis aliquando posse dari casum, ut non reperiantur tot Canonici, qui sine præjudicio assistentiæ Chori, & cultus Divini, possint assistere Archipresbytero in illis paucis solemnioribus anni festivitatibus, quæ specificantur in tertio dubio. (122)

Respondemus autem, quod in illo quæritur per viam regulæ, an id permitti possit Archipresbytero, cujus affirmativa resolutio, pro qua supplicamus, retardari non potest ex uno, vel altero particulari casu, in quo ex accidenti forsan id practicari non possit ad *Text. in Authent. ut sine prohibition. Matres*, & animadversa per *Monacell. in Formular. tom. primo tit. 3. Formul. 13. num. 3.* (123)

Ex hac autem affirmativa resolutione primæ partis hujus tertii dubii, infertur pariter affirmativa resolutio illius secundæ partis, quia Vesperæ, uti correlativæ Missæ, cum eisdem Assistentibus cantari debent, cum quibus celebratur Missa, juxta disposita in Cæremoniali Episcoporum *lib. 2. cap. 3. ante finem*, & animadversa per *Cussald. de Sacris Cæremon. lib. 2. sect. 5. cap. 8. sub num. 5. & Gavant. ad Rubricas Breviarii section. 10. cap. 3. num. 8.* (124)

Affirmativa resolutio quarti dubii clarè admittitur exadverso: Subditur tamen, quod affirmativè pariter resolvi deberet quintum dubium favore Canonici Hebdomadarii, subrogati in locum Archipresbyteri. Quod non videtur subsistere, eo quia in Transactione anni 1714. ubi solemniter stabilita fuit assistentia duorum Canonicorum Archipresbytero celebranti, eadem solemnitate determinatum fuit oppositum respectu Canonici Hebdomadarii, ibi: *Nelle quali Fonzioni intendono di essere obligati ad appararsi solo, quando saranno fatte dal Sig. Arciprete, e non dal Canonico Eddomadario.* (125)

Non attenta generali regula subrogatorum, quia illa limitatur in casu, in quo, vel contrarium à Partibus expressè fuerit determinatum, vel vigeat diversa ratio, & qualitas major illius, in cujus locum quis subrogatur, ex adductis à *Surd de Aliment. titul. 5. quæst. 5. num. 34. & Rot. decis. 248. num. 4. apud Zacch. de obligat. Camer.* Quæ limitationes præsenti casui mirabiliter applicantur. (126)

Affirmativæ resolutioni sexti dubii non adversatur reflexio, quod pro Missa, solemniter celebranda post Processiones Litaniarum majorum, & Rogationum, non adducamus Constitutiones nostræ Ecclesiæ; Sat enim esse videtur ad dictum effectum major Divinus cultus, resultans ex Missa, dictis diebus solemniter celebranda, ad *Text in cap. Ex parte de Constitut.* & firmata per *Rot. decis. 685. num. 5. coram Cerr.* Junctis præcipuè simili consuetudine vicinarum Ecclesiarum, ac aliorum locorum nostræ Diœcesis; Nec non laudabili simili solito Cathedralis Ecclesiæ Placentiæ, cum qua se confirmare debet nostra Ecclesia Collegiata, ex animadversis per *Clarlin. controv. 204. à nu. 11.* & firmatis per *Rot. dec. 560. num. 5. & 3. part. 19. rec.* (127) (128)

Prima pars septimi dubii videtur resolvenda affirmativè; Quantum enim fieri potest semper Assistentes debent esse ejusdem Ordinis cum Celebrante, ut observat *Barbos. de Canon. cap. 34. sub n. 3.* Etiamsi Canonicorum numerus non sit magnus, ut sequendo resolutionem hujus Sacræ Congregationis *in Nucerina Paganorum*, observant *Clarlin. controv. 208. in fin. & Pignatell. consult. 28. nu. 3. Tom. 4.* qui illam per extensum transcribunt. (129) (130)

Quoad autem supplere potiùs debeant Canonicus Junior, quàm Senior, id probant *Barb. de Canon. cap. 18. nu. 3. & Pignatell. consult. 580. nu. 52. Tom. 4.* ex ea congruentia, quod in his circumstantiis Canonici Seniores potiùs honorandi, quàm gravandi sunt in supplendis partibus Canonici junioris. (131)

Circa octavum dubium, se declarant paratos Canonici interesse Choro, & assistere Missæ, celebrandæ in Festivitatibus Sanctorum Antonii, & Dominici, dummodo illa celebretur à Canonico Turnario, non autem ab Archipresbytero; Quod non videtur subsistere, si enim id adimplere volunt, celebrante Canonico Turnario, qui est inferior, multò magis id facere tenentur celebrante Archipresbytero, qui est prima Dignitas nostræ Ecclesiæ Collegiatæ ad *Text. in leg. Cum ratio ff. de Bonis damnatorum, & in leg. Illud ff. ad legem Aquiliam*, cum aliis, sequutis à *Rota in Romana, seu Albanen. 23. Martii 1699. §. finali cor. Olmo.* (132)

Obligatio interveniendi Sacris Concionibus tempore Adventus, & Quadragesimæ, de qua in nono dubio non controvertitur à Canonicis, juxta punctuales authoritates, allegatas supra se declarant tamen id velle practicare quoties Archipresbyter in dd. Concionibus habeat Sedem æqualem cum illis. (133)

Respondemus tamen, quod dicta contraria prætensio nullam meretur considerationem, uti extra terminos nostri dubii, in quo strictè, & præcisè quæritur, an iidem Canonici, legitimè non impediti, teneantur collegialiter intervenire Sacris Concionibus tempore Adventus, & Quadragesimæ, quod videtur resolvendum affirmativè. (134)

Quoad dubia 10. & 11. nihil novi adducitur, quod non fuerit insubsistens demonstratum, & propterea transitum faciendo. (135)

Ad dubium 12. illius discussio remittenda videtur ad suos Judices, attenta pendentia antiquæ litis circa contenta in eodem dubio, à multo tempore introductæ contra Sacerdotes exteros. (136)

In ordine verò ad alios Sacerdotes, nostræ Ecclesiæ inservientes, servanda omninò videntur Decreta, in Visitationibus ab Episcopis Placentinis edita, de quibus in Summario. (137)

Respectu 13. dubii illius negativa resolutio inferri cum omni legali fundamento videtur ex illa facti animadversione, quod si, ultra Functiones, sibi præcisè, & specialiter competentes, quæ, computatis omnibus diebus servitii, continens medietatem anni, teneretur ulterius Archipresbyter observare Turnum functionum, quem servant Canonici, ipse solus portaret pondus servitii Chori per tres ex quatuor partibus anni, quod non videtur permittendum, non solùm quia solitum nostræ Ecclesiæ militat in contrarium. Sed etiam quia, admissa contraria prætensione, Canonici membra, essent melioris conditionis in conflictu Archipresbyteri primæ Dignitatis, & Capitis nostræ Collegiatæ, adversus dispositionem *Text. in cap Cùm non liceat de Præscription.* & firmata per *Rot. in decis. 295. num 10. cor. Priolo, & decis. 71. num. 7. apud bon. mem. Prosper. de Terris. separ.* (138)

Nec contrarium dicunt Authores in contrarium citati, & signanter pro punctuali allegatus *Barbos Apostolicar. decis. collect. 87. num. 14.* cujus sequentia verba, relata exadverso *Canonici, & Dignitates compelluntur obire Officia, & ad omnes septem horas Canonicas recitandas, & ad faciendum principium, & Officium Hebdomadarii*, suppleri debent ex illis aliis, in curia forsan Amanuensi omissis: *Si tamen alii non sint*, quæ digito demonstrant, quod, existentibus aliis, juxta terminus nostri casus, Dignitates sub tali obligatione non comprehenduntur. (139)

Poterant verò omitti exagerationes illæ manifestæ iniquitatis, & exorbitantissimæ exorbitantiæ, quod aliàs Archipresbyter participaret de commodo distributionum, Choro non assistendo; Hoc enim est prorsùs insubsistens, quia, ut diximus, & opportunè repetimus, vigore Decretorum Episcopi Zandemariæ, de quibus in Summario Archipresbyter ultra æque grave, ac continuum onus Curæ Animarum totius Oppidi Broni (quod non sine manifesta calumnia obscurum Oppidum appellatur exadverso, dum de illo mentionem facit *Cicer. in Epistol. ad Attic.* teste *Ferrar. in Lexicon Geographic. verb. Blandenona fol. mihi 106. juxta impressionem Patavinam anni 1697.*) multorumque Locorum, (140)

ab eo

ab eo dependentium, celebrare solemniter tenetur omnibus Festivitatibus mobilibus, omnibusque aliis primæ Classis festis totius anni, nec non primis, & tertiis Dominicis cujuslibet mensis, aliisque particularibus festivitatibus ejusdem Oppidi Broni, quæ, factis calculis, quolibet anno solent esse 160. circiter; Et propterea nemo non videt exorbitantiam contrariarum exagerationum, quod Archipresbyter, qui punctualiter suas semper in hac parte adimplevit obligationes, dicatur participare, absque ullo labore, & assistentia Chori, de distributionibus quotidianis Canonicorum.

141 Remanet ultimum dub. circa Sedem distinctam Archipresbyteri extra Chorum, in actibus Capitularibus, cæterisque functionibus.

Circa quod separanda sunt ea, quæ exadverso involvuntur circa Sedem ejusdem Archipresbyteri, in Choro existentem, quia de isto non loquitur nostrum dubium, restrictum ad functiones, actusque capitulares extra Chorum, ibi. 142 *An idem Archipresbyter possit habere Sedem distinctam ab aliis Canonicis extra chorum in actibus Capitularibus, cæterisque functionibus*, & propterea procurent Canonici distinctum dubium, comprehendens etiam Sedem, existentem in Choro, & tunc respondebimus.

Licèt adequatissimè præventivè à Nobis responsum fuerit supra, ubi concludentissimè probavimus, à duobus, & ultra sæculis retro, Sedem Archipresbyteri in Choro nostræ Ecclesiæ, nedum fuisse distinctam, sed eminentiorem esse scamnis Canonicorum, qui eamdem veritatem ingenuè fassi fuerunt Hieronymo Gamberanæ, 143 dignissimo Mediolanensi Senatori, ab Episcopo Mediatori deputato, & prout in Concordatione dubiosum coram Auditore Eminentiss. Ponentis admissum fuit à Canonico Bottigella in Curia præsente, & munus Procuratoris Capituli gerente.

Et ex hac distincta, & eminentiori Sede in Choro, per necessariam consequentiam infertur etiam ejus competentia extra Chorum, & in omnibus aliis actibus ca- 144 pitularibus, cæterisque Sacris functionibus, quia istæ regulantur ab eo, quod in Choro practicatur ex supra adductis.

Non attenta responsione, quod Canonici qui dictam veritatem, mediante eorum ingenua confessione, fassi fuerunt eidem dignissimo Mediatori, præjudicare non potuerint uni ex eisdem, qui, præsentem vexationem contra Archipresbyterum promovit, & prosequitur: Cùm enim non simus in terminis interesse bursalis, tan- 145 gentis Canonicos, uti singulos, sed in terminis præeminentiarum, quæ spectant ad Canonicos, tanquam universos, in istis circumstantiis major pars semper attenditur, & factum ab illa dicitur factum ab omnibus, juxta *Textum in leg. Nulla ubi Gloss verb. Duæ partes ff. Quod cujusque universitatis nomine*, & advertunt *Grat. decis Marcb 183 per totam*, ibique *Scoppa in addit à num. 28 Adden. ad Buratt. dec 573 n. 11. Piton. de Controvers. Patron alleg 9. sub n. 31. vers. Ut enim, & Rot. decis. 261. n. 14. coram Bich. & decis 95 num. 6. & 7. coram Ansald.* cum aliis, citatis *in Inst crim lib. 3 tit. 9. n 44.*

146 Proposita Causa in Congregatione Rituum per Cardinalem Zondodarium die 7. Julii 1725.

147 Ad 1. responsum fuit; *Functiones Archipresbyterales, distinctas à Parochialibus, spectare ad Canonicum Seniorem; In reliquis servetur Concordia anni 1714*

148 Ad 2. *Negativè & servetur Concordia.*

149 Ad 3 *Negativè quoad assistentiam Presbyteri cum Pluviali in Missa, in reliquis affirmativè.*

150 Ad 4 *Servetur Concordia.*

151 Ad 5. *Ut supra.*

152 Ad 6. *Servetur solitum.*

153 Ad 7. *Affirmativè quoad primam partem; Negativè quoad secundam.*

154 Ad 8. *Hortandos esse ut intersint.*

155 Ad 9. *Affirmativè.*

156 Ad 10. *Affirmativè juxta solitum.*

157 Ad 11 *Servetur solitum.*

158 Ad 12. *Ad Judices suos.*

159 Ad 13. *Negativè.*

160 Ad 14 *Servetur antiqua consuetudo.*

DISCEPTATIO XXVII.

Volaterrana prætensæ suppressionis Seminarii

PRO

Collegio Terræ S. Geminiani

CUM

Seminario Civitatis Volaterranæ

ARGUMENTUM.

Ad favorem Seminarii non sunt supprimenda Collegia Clericorum in Oppido Urbis erecta pro servitio Ecclesiarum, minusque redditus Collegiorum Clericorum applicandi sunt Seminario.

INter alia Oppida, existentia in Diœcesi Civitatis Volaterranæ, principem locum obtinet magnum Oppidum Sancti Geminiani, Patria famosorum Jurisconsultorum *Nelli*, Authoris Tractatuum *de Banditis, de Crimine læsæ Majestatis, & de Testibus, & Dominici à Sancto Geminiano*, Authoris Commentariorum *super Decreto, & Decretalibus*, ac responsorum *Juris*, cujus authoritatem magnam esse testatus 1 *Card. de Luca de Benef. disc. tertio, sub num. undecimo.* In quo Oppido extat insignis Collegiata, composita ex prima Dignitate sub titulo Præpositi, ex duodecim Canonicis, & ex viginti quatuor Mansionariis, seu Beneficiatis, constituentibus ejusdem insignis Collegiatæ Capitulum, quod pluribus reperitur decoratum prærogativis, honoribus, ac privilegiis, inter quæ nimis rarum, & æqualiter considerabile est illud facultatis in- 2 stituendi, ac conferendi Jure ordinario Beneficia omnia vacantia, necnon recipiendi verificationes Jurispatronatuum, ut admittitur inter Partes, & resultat *ex decisionibus*; emanatis in *celebri Volaterrana Juris conferendi*, & signanter ex illa *diei 22. Martii 1683. coram Albergato*, necnon ex resolutionibus hujus Sacræ Congregationis *die 16. Decembris 1684.* ad formam dictarum *Decisionum Rotalium* æditis, & per Breve Apostolicum confirmatis, de quibus in præsenti in Summ.

Quibus prærogativis, & privilegiis attentis, Guidus Servidi Episcopus Volaterranus anno 1590. statuit, ulteriores eidem insigni Collegiatæ supperaddere prærogativas, & cumulare honorificentias, occasione siquidem erectionis Seminarii in Civitate Volaterrana, 3 aliud simile fundare, & erigere decrevit in Terra S. Geminiani; Sed quia tenues viras suæ Mensæ Episcopalis, Beneficiorumque Diœcesis major tenuitas, ejus commendabili desiderio, dictoque verè pio operi non correspondebant, idcircò ne illud penitùs desereretur, prudens existimavit consilium, eodem anno 1590. instituere, ac fundare duo Collegia Clericorum; Unum scilicet in sua Civitate Volaterrana in duodenario numero Clericorum, qui assiduè inservirent dictæ ejus Ecclesiæ Cathedrali Volaterranæ: Alterum verò in dicto Oppido Sancti Geminiani, constitutum ex sex Clericis pro servitio insignis Collegiatæ ejusdem Terræ Sancti Geminiani.

Ut autem tam grande, ac verè pium, & æqualiter necessarium opus, debitum sortiretur effectum, statuit, & ordinavit idem Episcopus Servidi, eligendos esse duos de Capitulo, & alios duos de Clero, qui de modo tenendo consulerent, prout de facto deputatæ fuerunt quatuor qualificatæ Personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, quæ in sequelam facultatum, sibi tributarum, dijudicarunt, esse necessarium pro Collegio, seu Seminario Sancti Geminiani (dum illud, destinatum in Civitate Volaterrana, suum non habuit effectum) assignationem scutorum triginta annuorum pro Vestiario dictorum sex Clericorum, & ad hunc finem demandarunt, ut quilibet Beneficiatus persolvere quolibet anno teneretur in manibus Camerarii deputandi solidos quinque pro quolibet scuto quæ omnia die 29. Octobris 1593. fuerunt ad suam perfectionem redacta, mediante approbatione ejusdem Episcopi Servidi. Cui accessit altera 4 approbatio Episcopi de Albitiis de anno 1673. occasione, qua, juxta dispositionem *Sacri Conc. Trid. sess. 23. de Reformat cap. 18.* auctæ fuerunt Taxæ usque ad annua

scuta

scuta sexaginta. Idemque Episcopus de Albitiis pro recto ejusdem Seminatii gubernio, necnon Alumnorum disciplina, & servitio, Ecclesiæ præstando, contemporaneas quoque edidit Regulas, Constitutiones undique aptissimas daras io Summario. Insuper idem Episcopus indictis, seù renovaris Taxis pro manutentione Seminarii, seu Collegii Clericorum Cathedralis toti Diœcesi, ab illis excepit Clerum Sancti Geminiani, ut obnoxinm taxis Seminarii illius Collegiatæ, quæ omnia recognoscere possunt in Constitutionibus Synodalibus, editis de anno 1675. datisque iu Snmmario.

1 A dicta igitur anno 1593. prædictum Collegium, seu Seminarium sex Clericorum in Terra Sancti Geminiani suum plenarium semper habuit effectum usque ad hodiè, dum de tempore in tempus fuerunt semper nominati sex Clerici, qui induti habitu violaceo, nostræ insigni Collegiatæ commendabili punctualitate inservierunt. Agnita autem utilitate, & honorificentia, re-5 sultante Ecclesiæ, & Oppido Sancti Geminiani ex manutentione, & conservatione ejusdem Seminarii, seu Collegii sex Clericorum, Magistratus, & Cives ejusdem adjutrices manus ex eorum parte porrexerunt, assignantes annuam provisionem Ludimagistro, apud quem iidem Clerici operam navare possent studiis Humaniorum Literarum, & Cantus Gregoriani, compensata tali annua præstatione cum Jure nominandi duos ex dictis Clericis, assignato dictis Magistratui, & Civibus Sancti Geminiani, quæ omnia, desumuntur ex partitis Librorum publicorum dictæ Terræ, & ex attestatione Magistratus, datis In Summario.

Tantaque fuit Ecclesiæ utilitas, Populi ædificatio, cultusq; Divini incrementum, quod Collegiata S. Geminiani recepit ab erectione, & continuatione hujusmodi Seminarii, seù Collegii Clericorum, ut Episcopus *del Rosso* postquam in Pastorali Visitatione ipsius Seminarii habita de anno 1686 nonnulla ædiderat decreta, data in Summario, cupiens anno 1703. devenire ad formalem erectionem Seminarii in Civitate Volaterrana, prout de facto devenit, tentavit Seminarium, seù Clericorum Collegium S. Geminiani supprimere, ad effectum uniendi illius redditus novo Seminario Volaterrano, quod dicto tempore erigere procurabat. Ceterùm post matu-6 rum examen ejusdem negocii, adhibita etiam opera insignium Theologorum, reducens ad praxim vulgatum illud, non esse unum Altare discooperiendum pro alio cooperiendo, de quo *Rota dec. 177. num. 5 p. 15. rec & in Asculana Dotis* 22. *Febr.* 1704 *§. Quodq; plus cor. Ansaldo*, manibus palpavit, citrà Justitiæ læsionem, Cultus Divini detrimentum, servitii Collegiatæ desolationem, ac conspicuæ Terræ Sancti Geminiani præjudicium, non posse ad talem actum devenire, ut ipsemet Episcopus *del Rosso* clarè, & literaliter se expressit in Epistola, scripta Capitulo, & Canonicis nostræ Terræ S. Geminiani, his præcisis verbis, omni consideratione ad nostrum effectum dignis. *Ma perche nelle migliori considerazioni dell'affare prevedevamo la destruzione di cotesta Collegiata di servizio, col sentimento di Persone, qualificate in Teologia, risolvemmo, non proseguire avanti nel Decreto dell'Unione, come averanno sentito dal Signor Canonico Mario Antonio Ceppavelli, Deputato a tal'effetto da Loro, che non premendo a noi meno il servizio di cotesta, che quello del Seminario in questa Chiesa, non abbiamo avuto ripugnanza nel tralasciarne l'esecuzione.*

Id autem, quod, tanta maturitate, & tali examine præcedente, exequi dignum, & justum non existimavit dictus Episcopus *del Rosso*, del facto, & ex abrupto, & nec etiam extrajudicialiter vocatis interesse habentibus, ad effectum perducere tentavit modernus Episcopus Volaterranus: In Visitatione enim nostræ insignis Collegiatæ Sancti Geminiani, habita die 20. 7 Maii 1717. inter multa alia, quæ edidit Decreta, summoperè læsiva, & æqualiter præjudicialia Juribus, prærogativis, ac privilegiis ejusdem Ecclesiæ, non infimum occupat locum illud, quo mediante, mandavit, abolendum, & supprimendum esse Clericorum Seminarium In præfata Ecclesia, tanta maturitate, & tot sudoribus erectum, Taxam, pro illius manutentione persolvi solitam ab omnibus Beneficiatis ejusdem Terræ, & Districtus S. Geminiani, applicando, & incorporando afferto Seminario Volaterrano aliàs erecto.

Habita idcircò de his notitia per Deputatos sæpedicti Seminarii, ac Capitulum, & Canonicus nostræ Collegiatæ Ecclesiæ S. Geminiani, post plures repetitos actus, debita reverentia, & æquali submissione gestos apud eundem Episcopum, coacti tandem fuerunt recursum habere ad Nuncium Civitatis Florentiæ, coram quo medullitus examinatis viribus dicti Decreti moderni Episcopi Volaterrani, citato etiam Promotore Fiscali ejus Curiæ Episcupalis, definitivam, ac favorabilem reportarunt 8 Sententiam, per hæc verba conceptam. *Capitulum S. Geminiani manutenendum fore, & esse in possessione, seu quasi habendi, & tenendi Collegium, seu Seminarium Clericorum, quemadmodum centum, & ultra ab hinc annis habuit, & tenuit, habitu violaceo indutorum pro servitio prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ.*

Licèt autem adversus eandem justissimam Sententiam appellationem Interposuisset dictus Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Volaterranæ commendabili maturitate considerans posteà, quod authenti-9 ca documenta, quibus dicta Sententia Nuncii Florentini innitebatur, erant undique immota, appellationem intra legitima tempora prosequi minimè curavit.

Verum tamen est, quod deindè mutato consilio, recursum habuit ad hunc Sacrosanctum Consessum, in-10 stando pro executione dicti Decreti in abolitionis nostri Seminarii, circa quam prætensionem hæc Sacra Congregatio de more aud re voluit Informationem ejusdem Nuncii Florentini, illaque perventa, & data in Summario, concordatum deinde fuit Dubium in fine registrandum quod videtur negativè resolvendum.

Ad quem effectum videtur superabundare illius evidens nullitas ex eo resultans, quod ad talem suppressionem deventum fuerit, nullo Juris ordine servato, nul-11 laque præmissa contra Deputatos nostri Seminarii Geminianensis, aliosque interesse habentes, citatione, quæ erant omninò necessaria, juxta *Clemen. Sæpè verbo Defension de Verbor. significat*, *Rota disc.* 205. *num.* 1. *penes Posth. de Manutenend.* & alibi frequentissimè, cùm sit propositio nullum habens contradictorem.

Non attenta responsione, quòd cùm Decretum, de cujus viribus disputatur, interpositum fuerit in 12 actu Sanctæ Visitationis, nulla proindè erat præmittenda Citatio, nullaque erat necessaria interpellatio interesse habentium.

Etenim contrarius discursus aliquam forsan potuisset promereri animadversionem, quoties dictum Decretum concerneret morum correctionem, aliasq; similes Provisiones, quas in forma extrajudiciali, & more potiùs Patris familias, quàm Judicis, Episcopi in actu Visitationis necessarias putant; Neutiquàm verò, quando, prout hic, agebatur de irrogando tam gravi præiudicio nostræ insigni Collegiatæ, illam scilicet privandi anti-13 quissima possessione Juris honorifici, & servitii Ecclesiæ, in qua à centum viginti, & ultrà annis pacificè reperiebatur, ut egregiè materiam distinguentes notant *Barbos. de Offic & Potest. Episcop. part. 3. alleg 73. per totam, & signanter num. 31. Berart in suo specul Visitat. tit. de Appellat cap. 26 n 63. usque ad n. 69.*

Eademque præcipitantia in procedendo eò majorem meretur animadversionem in nostris terminis, ex quo nulla urgebat necessitas cum tali, tantaque festinatione abolendi Seminarium illud, seu Clericorum Collegium, quod à Sæculo, & ultra suum recognoscebat initium, & suam consequutum fuerat pacificam continoationem, & perseverantiam, juxtà celebre monitum *S. Joannis Chrisostomi*, referentis notum illum *Jonæ* casum, & loquentis in durioribus terminis actus, 14 nullam admittentis moram, nullamque permittentis respirationem *In homil. prima de Pœnitent. fol. 658. inter ejus Opera Parisiis impressa anno 1621. Audi igitur eos, quemadmodum in Judicio examine exactissimo, cuncta inquirunt, quod opus est tuum? Undè venis? Quo vadis? Qua de Regione? Quo de Populo es Tu? Et quidam accusabat Mare, exclamans contra; Increpabat autem sors, & condemnabat; sed tamen, neque Mare contra exclamante, neque sorte, exadverso testimonium reddente, Sententiam asque dabant, sed veluti in judicio, & Accusatoribus instantibus, & Testibus præsentibus indictis, atque argumentis veridicis non priùs damnant*

ipsi,

ipsi, sententiam fuerunt, quod damnandus ipse propriæ fieret accusator culpæ. Sed, & hi Nautæ homines barbari, & insensati eum, qui in judiciis optimus est, ordinem imitantur, & id quidem tanto timore, tot fluctibus, tanta circumstante procella, & Mare neque respirare permittente.

Non minùs palpabilis est injustitia ejusdem Decreti, ad quam demonstrandam præmittimus, quod Episcopi, habentes amplam Diœcesim, prout est illa Volaterris, possunt in illarum insignibus Oppidis plura Seminaria erigere, ad hoc ut divinus cultus, Ecclesiæ decor, & Sacrarum functionum majestas continuò augeantur, divinaque Officia honorificentiùs celebrentur juxtà disposita in *Concilio Tridentino sess. 23. cap. 18 de Reformat. vers. In Ecclesiis*, in cujus sequelam idem resoluit *Sacra Congregatio in Lucana 31. Januarii 1617. ad secundum* ibi. *Respondit, Episcopum posse unum, vel plura in Diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria. Ita tamen ut si unum tantùm erigere voluerit, totius Diœcesis Beneficia taxet pro illius contributione, sin autem plura pro quolibet Seminario taxet Beneficia partis Diœcesis, quem ipse cum Deputatorum consilio pro suo arbitrio, & prudentia designaverit*: & ad cujus terminos idem pariter rescriptum fuit in *Portugallien. Erectionis Seminarii 4. Aprilis 1687.* ut videre est in *lib. 27. Decret. hujus Sacræ Congregationis fol. 313.*

Quo circa cùm ad terminos hujus providæ sanctionis dictus Episcopus Servidi erectionem dicti Seminarii seu Collegii Clericorum demandaverit, effectu punctualiter subsecuto, non poterat citra justitiæ læsionem, nullave concurrente ratione, modernus Episcopus illud supprimere, illiusque redditus appropriare Seminario Volaterrano, ut patet ad sensum.

Et applicatur celebre consilium à Sancto Gelasio Papa datum Cresconio, & Joanni Mesaliæ Episcopis, convenire scilicet Successoribus custodire legitima Decessorum statuta, de quo in *Canon. Decessorum 25. quæst. 2 & in Canon. 4.* & aliud Consilium *Sancti Gregorii Papæ* datum *S. Felici Episcopo*, & registratum in *Canon. 4. 25. q. 2.* ibi. *Si ea destruerem, quæ Antecessores nostri statuerunt, non Constructor, sed Eversor esse justè comprobarer.*

Pro quorum faciliori animadversione tria supplicamus præ oculis habere.

Primum, Quod sumus in terminis mutationis soliti, non solùm antiqui, sed antiquissimi semper pacificè practicati, & propterea *nimis durum videtur ea immutare, quæ longo temporis cursu servata sunt*, juxta præcisa verba *Rotæ decis. 212. num. 3 & 4. part. 17. recent.* Atque novitates semper esse odiosas, & perniciosas, nihilque magis animos perturbare, quàm innovare aliquid, & à consuetudine alienum facere, juxtà verba *Sancti Joannis Chrysostomi in Epist. prima ad Corinth. homil. 7.* quem refert, & sequitur *Rota in decis. 19. in fine apud Antonell de Jurib. Cleric.* cum aliis concordantibus citatis à *Capon discept. 85 num. 11. & seqq. Rota in Aretina Jurium Parochialium 15 Januarii 1705. § Cæterùm, cor. Ansaldo, & in Pampilonen Manutentionis 20. Maii 1706. in fine coram bo. mem. Caffarello.*

Secundum, Quòd agitur de novitatibus, concernentibus diminutionem divini cultus, & abolitionem Ministrorum necessariorum pro Ecclesiæ servitio, quod nunquam permittendum est, ad *Textum in cap. Ex par. 12. de Constitut.* ibi. *Nolentes igitur Divini Numinis diminui Cultum, sed potiùs augmentari, & in cap. Quia per ambitiosam de Rescript. in 6* ibi. *Minuitur Cultus Divinus, quem desideramus augeri*, cum aliis concordantibus, sequutis à *Rota in decis. 847. num. 7. coram Seraphin & decis. 685. num. 5. coram Cerro, & dec. 258. num. 23 & 24. part. 7. rec. & in Romana Ornatus 6. Junii 1708. §. Verùm, coram Omanna.*

Quòd autem per Ministrorum diminutionem Divinus Cultus diminuatur, experientia notum est, & observat *Rota coram Emer. jun. decis. 66. num. 8.* ibi. *Et contrarium asserere esset restringere Cultum Divinum, qui ex multiplicatione Ministrorum augetur, ut nemo est, qui non agnoscat, & satis innuit Textus &c.*

Tertium, Quòd eadem novitas, seù destructio nostri Collegii opponitur centenariæ, seu immemorabili consuetudini, cui æquipollet dicta centenaria, ex generaliter firmatis per *Rotam in Romana augmenti Dotis, & Legatorum 4. Maii 1695. per totam coram Cardinali Priolo*, & in nostris præcisis terminis favore insignis Collegiatæ Sancti Geminiani eadem *Rota in Volaterrana Juris conferendi 22. Martii 1683. §. Hæ autem, & §. Ulterius coram Albergato.*

Sicuti enim si adduceremus Apostolicum Privilegium, & specificam Papalem confirmationem nostri Collegii, seu Seminarii Clericorum, non posset ex adverso prætendi aliqua innovatio cum sola ordinaria authoritate Episcopi Volaterrani, ita idem omninò dicendum est, attenta dicta centenaria æquipollente immemorabili consuetudine, cujus vigore, non unum, sed mille Apostolica Privilegia, omnemque alium meliorem titulum de Mundo possumus allegare juxta animadversa per *Sperell. decis. 37. num. 13. & seqq. Card. de Luca de Benefic. discur. 32. num. 2. & 4.* & firmata per *Rotam in dec. 320. num. 2. p. 16 & dec. 671. num. 16. p. 18. rec. & coram Ansald. dec. 76. num. 3.*

Quibus non adversatur exceptio in Partibus proposita, & forsan repetenda, quòd cùm quæstio nostra non cadat super erectione veri, & formalis Seminarii, sed solummodò super Taxa, imposita Clero Sancti Geminiani, ad effectum subministrandi aliquod subsidium sex Clericis in eorum propriis Domibus seorsim vitam ducentibus, illosque erudiendi, tàm in Literis humanioribus, quàm in Canto Gregoriano, locum idcircò obtinere nequeat dicta dispositio Conciliaris, & consequenter rectè potuerit modernus Episcopus eandem Taxam applicare Seminario Volaterrano, de Anno 1703. erecto. Plures enim, & æqualiter urgentes pro ejusdem objecti eliminatione se offerunt solidæ, & cathegoricæ responsiones.

Quarum *prima* in eo residet, quod juxta Sacri Concilii Tridentini dispositionem *in sess. 23. de Reformat. cap. 18.* erectio Seminariorum unicè fuit demandata ad hoc, ut Clerici in bonis artibus erudiantur, & Ecclesiasticis Disciplinis instruantur, ex quo benè deducitur, quòd quando talis habetur intentus, nullatenus Conciliari dispositioni repugnat, quòd dicti Clerici seorsim, & in eorum propriis domibus vivant, dum Seminarium non consistit in materialitate domus, Cohabitationis, & Mensæ communis, sed in forma, & modo educandi Clericos, quod per æquipollens per alios Præceptores absque necessitate cohabitandi in unica, eademque Domo, suppleri potest, ut benè discurrendo notat *Card. de Luca in Annot. ad Concil sess. 23. n. 5. cum seqq. & de Benefic. disc. 88. n. 7.*

Secundò, Respondetur, quotidianam experientiam notum esse, quod in illis Diœcesibus, in quibus ratione paupertatis, vel tenuis redditus Beneficiorum, non possunt erigi Seminaria, juxta præcisam formam, præscriptam à Sacro Concilio Tridentino *d. sess. 23. de reformat. cap. 18.* repositum esse in Episcoporum arbitrio eo meliori modo, quo fieri potest per æquipollens, puta, mediante destinatione Præceptorum, qui dictos Juvenes erudiant, & instruant, menti Conciliari supplere, ut notat *Pignatell. consult. 81. num. 37. tom. 9.* & ita pluriès decisum fuisse à *Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium*, & signanter in celebri *Alatrina 20. Septembris 1605.* in qua mandavit, erigendam esse simplicem Scholam cum Magistro Grammaticæ, & Cantus Gregoriani, cui Scholæ attribui deberent Taxæ, destinatæ pro Seminariis, & sequendo eandem resolutionem, testatur *Nicol. in Floscul. verb. Seminarium num. 10.* Ibique *num. 3. vers. Quæ si non sufficiat, & dicto num. 10. vers. Pro hujusmodi*; refert duas alias concordantes resolutiones ejusdem Sacræ Congregationis in *Torcellana, & Recanaten.*

Tertia, Responsio desumitur ab innegabili facto tam dicti Episcopi Servidi, quàm omnium illius Successorum, & signanter ab illo satis notabili Episcopi *del Rosso*, qui cùm de anno 1703. Opus erectionis formalis Seminarii ad terminos Conciliaris Sanctionis Cathedrali Volaterranæ perfecisset, Statutis Taxis toti Diœcesi pro illius contributione, eodem tempore procurare cœpit incorporationem eidem Seminario Civitatis Volaterranæ, ab eo formaliter erecto, illarum Taxarum, quæ persolvi solitæ erant ab omnibus Beneficiatis Terræ, & Districtus Sancti Geminiani pro manu-

manutentione nostri Seminarii, seu Collegii Clericorum; Attamen re maturè, ut par erat, perpensa, adhibita etiam opera insignium Theologorum, ab executione talis voluntatis se abstinuit, relinquendo in suo robore, & statu dictum Collegium, seu Seminarium in Terra Sancti Geminiani, ea præ cæteris adducta æquè stringenti, ac solida ratione, quod applicatio prædicta redundasset in detrimentum cultus divini, & in præjudicium servitii insignis Collegiatæ Sancti Geminiani. Hujusmodi autem factum, æquè serium, ac 32 innegabile, digito ostendit, Nos minimè versari in terminis simplicis applicationis Taxarum, cæteroquin menti Sacri Concilii, & Decretorum Sacræ Congregationis nullatenus conformis, ubi, ut in præsenti verificatur, plura ab initio instituta sunt Collegia; Sed esse in terminis veræ suppressionis Collegii, legitimè erecti, & pluries approbati, adscito etiam totius Cleri Voto, & Deputatorum consensu, quod neutiquam dici potest abrogari, & supprimi potuisse ex sola facultate moderni Episcopi, adstricti etiam juxtà dictum Conciliare decretum in his terminis adhibere Deputatorum consilium, & approbationem.

Ex quibus quarta oritur responsio, quòd hujusmodi suppressio, & applicatio facta fuit, re non integra, & postquàm ad terminos ejusdem Sacri Concilii erectum jam reperiebatur in Civitate prædicta Seminarium, necnon indictæ fuerant Taxæ pro ejus manutentione, excepto Clero Sancti Geminiani, cujus Loci Taxæ destinatæ erant pro illius Seminario, quod Episcopus ipse *del Rosso* firmum stare voluit, ut supra dialmus. In his profectò terminis posteaquàm Episcopi usi sunt arbitrio ipsis per Sacrum Concilium elargito, eo minus deveniri potuit ad hanc serotinam, & irregularem novitatem per Episcopum modernum, cui 33 ea, quæ cum tanta maturitate erant constabilita, abrogare, & Jura alteri quæsita tollere non erat permissum, *ad Textum in leg. Ait Prætor §. Exitus ff. Quæ in fraud. Creditor.* & notata per *Rebuff. in leg Sylva Cædua §. Integro num. 19. & 20. ff. de Verbor. signif.* & *Gratian. discept. 734. num. 1. & seqq.*

Attenta præcipuè illa reflexione, omni consideratione digna, quod talis innovatio redundat in maximum detrimentum pauperum Clericorum nostræ Terræ, & in æquale præjudicium insignis Collegiatæ, & insignioris Oppidi, quæ omnia recognosci possunt ex jurato Testimonio Magistratus ejusdem Oppidi, recensentis præjudicia exinde resultantia, non solùm ser-34 vitio Ecclesiæ, itaut plerumque Sacerdotes facere teneantur ea, quæ spectant ad simplices Clericos; Sed insuper, quod honor, & decor Ecclesiæ prædictæ in deterius semper abiret, quatenus supprimeretur Seminarium, seu Clericorum Collegium dum nonnulli pauperes assumere nequeunt habitum Clericalem, prout assumerent, si eidem Collegio adscripti forent.

Ac proindè cùm hodie vigeat illamet ratio, propterquam cogitavit quidem, sed in obsequium Justi-35 tiæ, & veritatis, non potuit dictus Episcopus *del Rosso* supprimere Seminarium, de quo agitur, illiusque redditus applicare Seminario Volaterrano, satendum idcircò venit, nec minus modernum Volaterranum Episcopum citra Justitiæ læsionem ad talem actum devenire potuisse, prout devenit, ut Considerantì patet.

Haud relevante reflexione, quod in præcitato Decreto suppressionis, idem modernus Episcopus ad illam cohonestandam designaverit numerum octo Clericorum pro servitio hujus insignis Collegiatæ, quorum electionem pro medietate sibi reservavit, & ex 36 alia medietate electionem unius Capitulo, alterius Clero, & reliquorum duorum Communitate nominationem adscripserit, quodque ad alliciendos Clericos eosdem post triennale servitium exemerit ab onere permanendi in Seminario Civitatis.

Quia hujusmodi speciosa provisio non tollit præjudicia, irrogata decori, & Collegiatæ, & Oppidi præfati, habentium ex placito tot Episcoporum, & ex 37 plusquam centenaria observantia à prærogativam illam Collegii, & Seminarii cum Clericis in habitu Violacea, & collegialiter incedentium cum Sacerdote, & Præceptore, illos associante juxtà Regulas præscriptas ab Episcopo de Albitiis, minusque cessante ea omnia, quæ supra deducta sunt circa hanc novitatem neutiquam permittendum.

Præterea talis provisio remanet de vento ex pluribus. Primò quia ad præsens vix numerantur in dicta Terra septem Clerici, quorum quinque tenentur inservire totidem Monasteriis Monialium adeout pro Collegiata vix remaneant duo ex illis, & qua de Causa adacti sunt supplere Cappellani Officio Clericorum, ut 38 testantur Publici Repræsentantes S. Geminiani in Summario, & consonat Attestatio Præpositi, & Prioris Collegiatæ in eodem Summario pariter data.

Secundò quia dato etiam, quod imposterum augeretur numerus Clericorum in dicto Oppido, non eandè Collegiata consequi posset servitium eo modo, quo habuit, & habere valet ex Clericis, in dicto Semina-39 rio adscriptis, & nisi totaliter stipendio conductis, provisis tamen taliter, qualiter cum dictis indumentis, quæ subministrant Taxæ.

Tertiò reflectere supplicamus, quod si loquamur de Clericis divitibus, inutilis redderetur exemptio permanendi in Seminario Volaterrano, quod potiùs ipsi adibunt loco se subijciendi servitio nostræ Collegiatæ; Quo verò ad Pauperes, pro quibus institutum fuit dictum Collegium, seu Seminarium, etiam juxta Sac. Concilii Decreta, & prædordinata dd. Vestrum subministra-40 tio, aliaque emolumenta, ipsis deficientibus, deficiet quoque eisdem modus assumendi Clericalem habitum, pro quo inserviunt dd. Vestes Seminarii, & sine quibus, nullo alio Pauperibus suppetente medio, viam, & statum Clericalem iidem assumere non valeur.

Taliter, quod hinc duo insurgunt præjudicia, & absurda. Alterum circa servitium, & decus Ecclesiæ Collegiatæ, propter deficientes Clericos, quos illa habeat obstrictos ex necessitate, & correspectivè ad dictam subministrationem Vestium; Et alterum in ordine ad 41 Pauperes Indigenas, prædicto subsidio destitutos, quod eo magis redditur intolerabile reflexivè ad antiquissimam observantiam, & ad providas tot Præsulum Antecessorum sanctiones, de quibus supra.

Et adhuc magis intolerabile evaderet, ponderando quod ad talem, & tantam novitatem, nostræ Ecclesiæ adeò præjudicialem, deventum fuit absque ulla 42 legitima causa, & nec etiam concurrente aliqua indigentia Seminarii Volaterrani, pro quo jam sufficienter providerat Episcopus *del Rosso*.

Ultra quod quatenus etiam per modum discursus ad occurrendum alicui novæ necessitati Seminarii Volaterrani opus fuisset novo aliquo adjutorio; Ultra augmentum antiquatum taxarum, æquè promptum, facile, & à Sacro Concilio Tridentino approbatum, Aderat remedium, vel supprimendi potiùs antiquum Collegium duodecim Clericorum in ipsa Civitate Volaterrana, quod adhuc perseverat institutum eodem prorsus modo, ac reperitur institutum nostrum in Oppido Sancti Geminiani; Cum hac tamen essentiali 43 differentia, quod nostrum Collegium Clericorum institutum fuit absque ulla temporis præfinitione; Illud verò, erectum in Civitate Volaterrana, erectum, & institutum fuit, *donec, quousque non fuerit consultum pro institutione, ad præscriptum Sacri Concilii*, juxta præcisa verba d. Institutionis, de qua in Summario, quæ conditio punctualiter adimpleta fuit, & purificata per dicti formalis Seminarii erectionem in Civitate Volaterrana.

Aliàs illud verè intolerabile sequeretur inconveniens, quod ex una parte Ecclesia Volaterrana, ultrà assiduum servitium, quod, ei præstant omnes Seminaristæ, in illius Seminario moram facientes, haberet, prout de facto habet aliud servitium à dicto Collegio duodecim Clericorum; Ex alia verò parte Ecclesia S. Geminiani privaretur illo, quod à centum, & ultra annis præstare soliti sunt sex Clerici ejus Collegii, quod non videtur permit-44 tendum ad evitandum inconveniens illud, his verbis improbatum à *Divo Paulo 1. ad Cor. 11. 21. ibi. Unus quidem esurit, alius autem ebrius est*.

Præcipuè quia non agitur hodie de addendo eodem necessario servitio sex Clericorum nostræ Ecclesiæ, sed de illo eidem auferendo. Et propterea applicatur celebre illud. *Turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes*, approbatum ab *Innoc. III. in cap. Quemadmodum de Jurejur.* & se-

& sequutum ab *Alex.cons.213.n.9.Surd.cons.64. num.7. & Card.de Luc.de Servit.disc.4.n.6.*

In omnem verò casum, quatenus Seminarium Volaterranum adeò ingens esset, ut pro illius manutentione non sufficerent taxæ dicto Collegio duodecim Clericorum Volaterris, & specificatæ in Summario possent denuò taxari alia Beneficia totius Diœcesis, juxta illam facultatem, quæ competit Episcopis vigore literalis dispositionis Sacri Conc. Trid. *dicta sess. 23. de Reformat. cap.18. vers. Postremò*, Cum qua in his terminis procedendum esse respondit hæc Sacra Cong. *in Romana 26. Januarii 1697.* de qua apud *Bertacchin. vol. decisiv. 118. per totum*, & signanter *num 2.*

Die 4. Julii 1722. proposita Causa in Cong Conc. sub dubio; *An Decretum Rev.Episcopi sub die 20.Martii 1717. quoad Seminarium S.Geminiani sustineatur*, responsum fuit; *Dilata, & scribatur Episcopo juxta Instructionẽ*, Reproposita verò Causa die 10.Junii 1724.fuit rescripta. *Affirmativè juxta modum, & modus est, ut firmo remanente Collegio S. Geminiani juxta statum antiquum, & firma remanente integra solutione Taxæ, quæ modò solvitur à Beneficiis S.Geminiani, solvatur ab eodem Seminario Volaterrano ea summa, quæ eidem persolvitur à cæteris Beneficiis Diœcesis, & reliquum solvatur Collegio S. Geminiani.*

Post hæc scripta de mandato SS.D.N. Benedicti XIII. emanarunt Instructiones, circa Taxam Seminariorum, quæ transmissa fuit ad Episcopos Italiæ, & Insularum adjacentium cum sequenti encyclica Epistola.

REv. D. uti Fr. Cum in omni Republica experimento semper compertum fuerit tales esse Cives, quales educatione informantur, nihil certè opportunius ad Ecclesiasticam Disciplinam conservandam, vel restaurandam excogitari potuis, quàm institutio Collegiorum, in quibus Adolescentes Ecclesiasticis Ministeriis addicendi, Religione, & bonis artibus instruerentur, adeòut ejusmodi Collegia, quasi perpetua essent egragiorum Dei Ministrorum, & pro Animarum salute Operariorum Seminaria. Jure itaque, ac meritò in immortali laude versabitur id, quod à Patribus Sacrosancti Conc. Tridentini in eam rem providentissimè fuit constitutum; Fidem quippè fecit eventus, quàm verè tunc à nonnullis (ut habetur in historia à Cardinali Pallavicino præscripta) dictum fuerit, satis utiliter labores omnes impensos, omnemque operam, positam, ubi etiam nihil aliud commodi in Christianam Rempublicam inde manasset, quàm recta ubique ejusmodi Collegiorum institutio.

Primus porrò, qui memorati Concilii sanctionem ad effectum perduxit, fuit Divus Carolus Borromeus Archiepiscopus Mediolanensis, & adeò quidem apposita ad Clericos bonis moribus, ac disciplinis imbuendos ratione, adeoque sapientibus pro recta Seminariorum gubernatione legibus conditis, ut in hoc etiã de Universa Ecclesia optimè meritus dicendus sit, cum plurimi inde sumpserint exẽplũ, quod publico, uberrimoq; cũ fructu imitarẽtur.

Inter cæteros verò Antistes, qui gloriosi illius Archiepiscopi vestigia sunt persecuti, maximè enituit Cardinalis Vincentius Maria Ursinus, quem modò summum Catholicæ Ecclesiæ Moderatorem veneramur. Is enim Sypontinæ Metropolitanę Ecclesię gubernaculis admotus, cum ejus Seminarium invenisset jampridem Turcarum incursione anno 1620. vastatum, funditusq; eversum, nihil habuit antiquius, quam ut illud redintegraret, idoneisq; proventibus instrueret, multò etiam ęre suo in eam causam collato; id quod honorificentissimis, ut par erat, verbis laudavit sub annum 1679. Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium negotiis præposita. Deindè verò ad aliam Archiepiscopalem Sedem Beneventanam translatus, pari pietate, ac liberalitate Seminarii ædes horribili terremotu bis quassatas, prostratasq; longè magnificentiùs restauravit, illudq; saluberrimis Constitutionibus, & documentis firmavit, ac opimis largitionibus auxit, quarũ monumenta extant in Synodorum Beneventanarũ Volumine; Cumq; Tusculanæ quoque postmodum regimen Ecclesiæ suscepisset, Seminarium numero, & loco perangustum, & amplificari jussit; & augeri; adjunctisque Collegio Patrum Societatis Jesu novis ædibus, Alumnos, Convictoresque sub eorum disciplina, bonis moribus, & litteris voluit informari.

Ex his sanè, quæ fecit Archiepiscopus de Seminariis Ecclesiarum, quibus præfuit, certam capere licuit conjecturam sollicitudinis, & curæ, quam Pontifex Maximus de omnium Ecclesiarum Seminariis esset suscepturus. Et expectationi quidem cumulatè respondit eventus; Nam in Romano Concilio superiore anno habito, Sanctitas Sua non solùm plura edixit monita benè gerendæ hujusmodi Collegiorum administrationi consentanea, verùm etiam peculiarem Constitutionem promulgavit in ejusdem Concilii appendice relatam, qua omnibus Præsulibus Ecclesiarum in Italia, Insulisque adjacentibus existentium jussit, omni cunctatione abjecta, institui Seminaria, sicubi hactenus non essent, necnon sustentationi Collegiorum, sive institutorum, sive instituendorum congruentia subsidia comparari, facta quoque ad id facultate imponendi, augendique Taxam super omnibus Beneficiis, quibus etiam fruerentur personæ exemptioni antehac assuetæ, itemque, ubi opus fuerit, & quatenus taxa non sufficeret uniendi iisdem Seminariis Beneficia simplicia, etiam quomodocumque affecta, & dispositioni Sedis Apostolicæ reservata, quemadmodum fusius in memorata Constitutione habetur.

Cum verò ibidem quoque Sanctissimus D. N. peculiarem Congregationem instituerit, quam voluit præesse istiusmodi Seminariorum negotio, hæc, ut mandato sibi muneri satisfacere aggrediatur, Amplitudinis Tuæ, itemque aliis prædictorum locorum Ordinariis per has litteras, Sanctitate Sua annuente, scriptas significandum duxit quid facto opus esset.

Primum igitur renunciabit Amplitudo Tua, num in ista Diœcesi Seminarium Clericorum fuerit hactenus institutum; quod si non fuerit, commodiorem pro suo Judicio illius instituendi rationem indicabit, refererque etiam, tum quot sint annui proventus Mensæ Episcopalis, Canonicatuum, aliorumque Beneficiorum totius Diœceseos, tum verò, an ulla sint Beneficia simplicia, quæ Seminario fundando adscribi unione perpetua possint, vel etiam an in aliqua Confraternitate, aut loco pio redditus annui redundent, postquam oneribus, quæ ipsis inhærent, satisfactum fuerit, & demum, an in Ecclesia Metropolitana, cui tanquam Suffraganeus subsit, commodum inveniatur Seminarium, ut cum Archiepiscopo agi possit, ut aliquos suæ Diœcesis Alumnos ad illud admittas.

Si autem extat Seminarium, partes tuæ erunt, memoratam S. Congregationem de iis, quæ subjicientur, diligenter certiorem reddere. Primò videlicet, an ejusdem Seminarii ædes tales sint, ut in iis convenienter habitare Alumni, & Præceptores possint. II. Quot ibi commorentur Adolescentes, quotve Præceptores, aliiq; Ministri. III. Quot sint Clerici, qui ob ægestatem suam gratuitò alantur, quotquot alii, qui quotidiani victus pretium de suo rependant. IV. An numerus Adolescentium, qui in Seminario nunc educantur, satis respondeat necessitati totius Diœceseos; vel si impar sit, quot prætereà addendi videantur. V. An certæ leges pro Seminarii gubernatione conditæ jam fuerint, eæque accuratè serventur. VI. An Alumni pias illas exercitationes obeant, iisque bonis artibus edicendis dent operam, quæ præscriptæ sunt à S. Concilio Tridentino sess. 23.cap.18. de reformat. VII. An Seminarium idoneis proventibus sit instructum, & quænam sit annua eorum quantitas. VIII. Num ab Amplitudine Tua, vel à Prædecessoribus tuis unita Seminario jam fuerint ulla Beneficia simplicia, vel bona parvorum Cœnobiorum suppressorum. IX. An Seminarii commodo imposita jam fuerit super Beneficiis, aliisque Ecclesiasticis redditibus istius Diœceseos Taxa ulla, vel quanta, & ad quam normam constituta. X. An hujusmodi contributio re ipsa, diligenterque persolvatur à Mensa Episcopali, cæterisque omnibus huic oneri obnoxiis. XI. An in ista Diœcesi ulla sint Beneficia simplicia, quorum unione suppleri valeat, id quod fortè necessariæ sustentationi Seminarii desit, vel in ordinariis ejus proventibus, vel etiam in prædicta contributione. XII. An, & quomodo exigatur quotannis à Seminarii Ministris, ratio administrationis reddituum ad illud pertinentium.

Quoniam verò in citata Constitutione SS. D. N. præcipitur exactionem Taxæ, ubi hæc imponenda fuerit, mãdari idoneo Viro deligendo ab Amplitudine Tua, & à Capitulo Cathedralis Ecclesię, cõmuni quidem periculo, si ille officii sui partes haud rectè impleverit significasi quo-

quoque sibi optat S. Congregatio quisnam tali muneri idoneus isthic existimetur.

Denique, ut uberior haberi hic possit notitia omnium, quæ ad Seminaria Ecclesiastica spectant, Amplitudo Tua referre etiam non gravabitur, quonam anno, & à quonam Antistite Seminarium fuerit institutum, vel quinam alii Præsules institutionem ejus, vel amplificationem opera, aut ære suo juvaverint. Ad hæc quinam liberalium artium, sacrarumque scientiarum Magistri præ cæteris ibi floruerint, quive Alumni ex eodem Seminario prodierint doctrinæ laude præstantes, vel obiis subinde muneribus, partisque dignitatibus præclari.

Una cùm hac Epistola instructio super Taxa Seminario solvenda, ad Amplitudinem Tuam transmittitur, cui se conformare debebit, & interea fausta omnia à Deo Optimo Maximo precamur. Romæ hac die 30. Martii 1726.

Amplitudinis Tuæ &c.

Instruzzione sopra la Tassa da imporsi, e pagarsi per l'instituzione, e mantenimento respettivamente de' Seminarj.

1 OLtre la Costituzione fatta dalla Santità di Nostro Signore Papa BENEDETTO XIII. sopra l'erezzione, e sostentamento de' Seminarj per l'Italia, e l'Isole Aggiacenti, ed oltre la lettera circolare scritta sopra la medesima materia per ordine della Santità Sua a tutti gl' Ordinarj de' Luoghi predetti, si è stimato necessario fare la presente Instruzzione da mandarsi unitamente colla lettera poc' anzi accennata a i predetti Ordinarj, e di regolarla colle risoluzioni prese altre volte dalla Sagra Congregazione del Concilio, ad effetto d' imporre a dovere la Tassa, e di levare per quanto sarà possibile ogni occasione di lite, che potesse insorgere nella detta imposizione, coll' avvertenza, che quanto si dirà nella presente Instruzzione, dovrà aver luogo tanto nel caso, in cui non sia stato eretto nella Diocesi il Seminario, ma debba erigersi, quanto nel caso, in cui il medesimo già sia stato eretto, e debba mantenersi, avendo altre volte la Sagra Congregazione del Concilio risoluto, che i rimedj prescritti dal Sagro Concilio di Trento alla *sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* per l'erezzione de' Seminarj debbano ancora adoprarsi per la loro conservazione in tal maniera, che chinque è obligato a contribuire per l'erezzione del Seminario resta altresì obligato a contribuire per la conservazione del medesimo, doppo che è stato eretto.

S Congr. Concilii in Urbinaten. Visitationis SS. Lim. 10. Martii 1663. lib. 23. Decr. pag. 451. & seq.

2 E perche il procedere con ordine, e distinzione sembra la metodo più adattata tanto per la Teorica, quanto per la Pratica; quindi è, che nella presente Instruzzione s' incomincierà a parlare dell'oblige dall'Ordinario circa la contribuzione, che deve fare al Seminario, per proseguire doppo tutto ciò, che risguarda l'obligo degl'altri Inferiori.

§. I.

Della Contribuzione, ò sia Tassa da pagarsi dall' Ordinario al suo Seminario.

3 COsa certa si è, che la Mensa ò Patriarcale, ò Arcivescovile, ò Vescovile è obligata a pagare la Contribuzione, ò sia la Tassa al Seminario, derivando quest'obligo dalla lettera del Sagro Concilio di Trento alla *sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* qual disposizione Conciliare è rinuovata nella Costituzione di Nostro Signore Papa BENEDETTO XIII. al §. *Cum itaque Seminarii.*

4 In esecuzione dunque non meno del Sagro Concilio, che della Costituzione di Nostro Signore dee ogni Ordinario attentamente riconoscere a qual somma ascendino l'annue entrate della sua Mensa, & istabilita la rendita dee obligarsi a pagare, e con effetto pontualmente pagar' ogn' anno al Seminario quella quota, che ogn' altro Benefiziato, e qualunque altra persona obligata a contribuire paga ogn'anno al predetto Seminario, quale quota non deve esser meno del trè per cento, nè maggiore del cinque per cento dell'annua sopradetta entrata, secondo ciò, che altrove si accennarà; essendo la Contribuzione al Seminario un vero debito, a cui gl' Ordinarj, e gl' altri, che hanno il peso di pagare, sono obligati tam in Foro Poli, quàm in Foro Fori, ed al quai pagamento in caso di renitenza non si mancherà dalla Congregazione Particolare deputata da Nostro Signore sù queste materie, d' astringere, e far' astringare, secondo i termini di giustizia.

5 Ed avvegnachè siano nate, e possino altresì nascere alcune controversie intorno alla liquidazione dell' annua entrata, ò per le spese, che deono farsi per raccogliere i frutti, e l' entrate, ò per altri oblighi fissi, che abbiano gl' Ordinarj, ò pure per le Pensioni, che sono obligati a pagare, si soggiunge, che l' annua entrata regolativa della Contribuzione, ò sia Tassa del Seminario è quella, che sopravanza, detratte le sole spese necessarie per la percezione de' frutti, che parimente per fissare l' annua entrata si deono dedurre quegl' oblighi soli, che sono stati imposti avanti il Sagro Concilio di Trento, e che finalmente in ciò, che risguarda le Pensioni ò fisse, ò vitalizie, dee l'Ordinario pagare non solamente la quota corrispondente alla sua annua entrata, ma altresì la quota appartenente al Pensionario, ritenendosi al pagamento della Pensione ciò, che avrà per esso pagato al Seminario, nel caso però, in cui il Pensionario nell'imposizione della Pensione non fosse stato con amplo, e litterale privilegio afsantato dal Papa dal contribuire al Seminario; Imperocchè in questo caso l' Ordinario sarebbe obligato a pagare per esso, e non potrebbe nel pagamento dell' annua Pensione ritenersi ciò, che ha pagato per esso. Il che però non può succedere, nè succederà oggidì non solo per ciò, che è stato istabilito dalla Santità di Nostro Signore nella sua Costituzione, come dirassi più abbasso, ma ancora per avere con molta maturità la Sagra Congregazione del Concilio altre volte determinato, che non sono essenti dalla Tassa del Seminario per i Benefizj, e le Pensioni, che hanno, se non quelle persone, che sono eccettuate nel Sagro Concilio di Trento, e che però sono tenuti al pagamento gl' Eminentissimi Signori Cardinali, ancorchè Camerali, li Prelati, e li Famigliari del Papa, nè suffragare a questi verun privilegio d'esenzione, se in esso non si fa una speciale, ed individua deroga al Sagro Concilio, ed un' espressa menzione del pagamento, che facevasi al Seminario da i predetti Benefizj, e Pensioni, avanti che i Benefizj fossero stati conferiti, e le Pensioni fossero state assegnate a i predetti Personaggi.

S. Congr. Conc. in Ulixbonen. anni 1573. lib. 1. Decret. pag. 174. à tergo, & pag. 175.

Conc. Tridentin. sess 23. cap. 18. de reform.

S Congregatio in Forolivien 16. Julii 1661. lib 22. Decr pag. 584. à tergo, & pag. 585.

S Congr. Conc in Romana Contributionis Seminarii 3. Febr. 1646. lib. 18. Decret. fol. 20. à tergo, & in Spoletana die 30. Septembris 1719.

6 Aggiungendo, che il detto fin' ora, rispetto al le spese per la collezzione de' frutti, per gl' oblighi, e per i pagamenti per i Pensionarj, procede non solo per gl' Ordinarj, ma ancora per i Benefiziati, ed ogn'altra persona obligata alle più volte nominata Tassa del Seminario.

§. II.

Della Contribuzione, o sia Tassa da pagarsi da i Capitoli della Metropolitana, ò Cattedrale, e Collegiate della Diocesi al Seminario della medesima.

7 SOno i predetti Capitoli, Dignità, e Canonici tenuti al pagamento della Contribuzione, o sia Tassa del Seminario, come si deduce dal Sagro Concilio di Trento alla citata *Sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* e nel liquidare l'annue entrate ad effettu di regolare la Tassa, dovranno osservarsi le regole poc' anzi accennare, ed in oltre la seguenre, ed è, di non valutare nell' annua entrata ciò, che si dà a chi interviene a i Divini Offizj a titolo di Distribuzioni Quotidiane, essendo queste esenti dal pagamento al Seminario, in tal manieta, che se i Canonicati non anno Prebenda, e se tutta l'entrata consiste nelle Distribuzioni, non si devono questi Canonici astringere al pagamento a proporzione di tutta l'entrata, ma di due delle tre parti della medesima, facendo in questo caso le dette due parti la figura di Prebenda, e la terza delle Distribuzioni, secondo la vera intelligenza delle risoluzioni della Sagra Congregazione del Concilio.

S.Congr.Conc. in Panormitana anni 1585 pag. 71. à tergo in Salernitana anni 1583 in responsione ad 4. lib. 6. Decr. pag. 22. à tergo in Avellina 15 Januarii 1601 lib 9 Dec. pag 120 in Eugubina 1. Decembris 1605. lib 10. Decr. pag. 140. in Sabin. 21. Junii 1640. lib. 16. Decr. in respons. ad primum pag. 194. & 195.

8 E nel caso, in cui fossero stati uniti al Capitolo, ò alle Prebende alcuni Benefizj, acciò colle rendite di questi si constituissero le Distribuzioni quotidiane, a proporzione dell' annue entrate de' Benefizj uniti, il Capitolo, ò i Prebendati sarebbero obligati al pagamento della Tassa al Seminario, come pure più volte è stato risoluto dalla Sagra Congregazione del Concilio.

S.Congregatio in Narnien. Contributionis Seminarii 2. Aprilis, & 30 Maii 1661. pag. 2?3. & 126 lib. 22. Decr. & in Lucana 19 Janu 1616. libr 15. Dec. pag. 31. à tergo.

9 E per terminare ciò, che risguarda i Capitoli, si soggiunge, che per regolare la Tassa non si dovranno calcolare i Legati Pii delle Messe, che ad essi siano stati lasciati, siccome nè meno l' elemosine, che si fanno alle loro Sagrestie, ma solamente le rendire fisse, e stabili d' esse, ancorchè le medesime provengano da' Legati Pii giusta la risoluzione della Sagra Congregazione del Concilio.

S.Congr. Concilii in citata Sabin. die 21. Junii 1640. lib 16. Decr. pag. 304 & 195. in responsione ad primum.

§. III.

Della Contribuzione, ò sia Tassa da pagarsi al Seminario della Diocesi da qualunque Benefiziato, ò con cura d' Anime, ò senza cura d' Anime.

10 SOno i Benefizj curati obligati alla Contribuzione pel Seminario, essendo generalissime le parole del Concilio di Trento nella più volte citata *Sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* e dovendosi considerare, che sono stati principalmente istituiti i Seminarj, per allevare i Chierici, ed abilitargli alla Cura dell'Anime; nè possono i Parochi pretendere esenzione per il motivo, che l' annua rendita della Parochia non eccede la congrua dei cento scudi, conforme ha altre volre risoluto la Sagra Congregazione del Concilio, e proseguendo il discorso de Benefizj Curati, o siano Parrochiali, sa di mestieri l'avvertire, che la Tassa dee cadere sopra l'annua fissa entrata delle medesime, e sopra ancora quei proventi, che si dicono *certi de incertis*, ma non sopra le rendire totalmente incerte secondo un' altra risoluzione della Sagra Congregazione del Concilio.

S Congregatio in Nicien 28. Novembris 1676. lib. 29. Decr. pag 112. & à tergo.

S.Congregatio in Pannimicana de mense Octobris 1587. lib 5. Decret. pag. 12. & à tergo.

11 Passando agl' altri Benefizj, devono i medesimi contribuir al Seminario, ancorchè siino di Juspadronato, come si legge nel Sagro Concilio di Trento, ed ancorchè la nomina loro appartenesse a qualunque persona, benchè degna di specialissima menzione, conforme è stato risoluto dalla Sagra Congregazione del Concilio. Nè possono i benefizj Secolari pretender d' esser' esenti dalla Tassa del Seminario, ancorchè la nomina, e l' Instituzione appartenga a qualche Religione, o Monastero, come si deduce da una risoluzione della Sagra Congregazione del Concilio, e ritrovandosi alcuni Benefizj, che ricusano di pagare al Seminario per l' incertezza a qual Seminario debbano pagare, essendo il Titolo del Benefizio in una Diocesi, ed i Beni in un'altra, sembra a proposito il soggiungere, che la regola istabilita dalla Sagra Congregazione del Concilio si è, che il pagamento si faccia al Seminario di quel Luogo in cui è la Chiesa, ò il Titolo del Benefizio, ancorchè i Beni appartenenti al medesimo siano in un'altra Diocesi, eccettuando il caso, in cui in questa seconda Diocesi vi fosse una qualche Chiesa, che fosse come membro del Titolo del Benefizio; Poiche in queste circostanze si dovrebbe a proporzione dell'annua entrata pagare al Seminario di quella Diocesi, in cui sono situati i Beni, ed è situata la predetta Chiesa, purchè questa Chiesa fosse stata fabricata avanti l'acquisto de' beni, In tal maniera che, se prima fossero stati uniti i beni, ed applicati al Titolo del Benefizio situato nell' altra Diocesi, e doppoi fosse stata fabricata la Chiesa non dovrebbe il pagamento farsi al Seminario del Vescovo, in cui è situata la Chiesa, e sono situati i Beni, ma al Seminario dell' altra Diocesi, in cui è situato il Titolo del Benefizio.

S Congregatio in Civitatis Regum mense Febr. 158?. lib. 4 Decr. pag. 11. & in Messan. de mense Febru. 1588 lib 5. Decret. pag. 96. à tergo.

S.Congr. Concilii in Caputaquen. de mense Julii 1586. lib. 4. Dec. in responsione ad primum pag. 159. & seqq.

S Congregatio in Lunen. Sarzan. 19. Febr 1604. lib. 10. Decr pag 71. à tergo.

S Congr. Concilii anno 1573. lib 1. Decr. pag. 23. à tergo, & in Melphien. eodem anno lib. 1 Dec pag. 190 & à tergo.

12 Finalmente tutti, e singoli Benefizj ò Secolari, ò Regolari, generalmente parlando, sono tenuti al pagamento della Tassa, ancorchè siano posseduti ò dagl' Eminentissimi Signori Cardinali, ò da i Famigliari dello stesso Romano Pontefice, ò da i Chierici della Rev. Camera Apostolica, ò da qualsivoglia altro Ministro, ò Offiziale, e ciò parlando de i Benefizj, che hanno avuto sin' ad ora, e degl' altri, che possono avere in avvenire ò essi, ò gl' altri, che ne' tempi futuri saranno promossi alle sopradette Dignità, Uffizj, ed impieghi, come chiaramente si stabilisce nella Costituzione di Nostro Signore §. *Cum itaque Seminarii*; e le Cappellanie deono contribuire al Seminario, se sono perpetue, e se si conferiscono in Titulum, ma non già quando sono amovibili.

S.Congr.Conc. In Sabinen. 21. Junii 1640 in responsione ad secundum lib. 16. Decr. pag. 194. à tergo, & pag. 125.

§. IV.

Della Contribuzione, ò sia Tassa da pagarsi al Seminario da i Regolari, e dalle Monache.

13 LA Tassa pel Seminario deve pagarsi da i Regolari, e da essa, secondo la Constituzione di Nostro Signore, sono esenti i Regolari per quei Benefizii solamente, e frutti, sopra i quali la Sede Apostolica ha ad essi conceduta l' esenzione dalla Tassa del Seminario chiaramente, ed espressamente, e per una Causa veramente, e propriamente onerosa, e nel liquidare la Tassa, s'osservarà, quanto di sopra s'è detto.

14 Rispetto a i Religiosi di Malta, se qualcheduno di loro avesse qualche Benefizio Ecclesiastico, che non appartenesse alla Religione, dovrà questi pagare per il detto Benefizio la Tassa al Seminario, come fu risoluto dalla Sagra Congregazione del Concilio, e parimente, se ai Priorati, Commende, e Baliaggi del predetto Ordine di Malta saranno stati uniti, ò si uniranno Benefizj Secolari, dovranno i Religiosi di Malta contribuire ad ratam dell' annua entrata di questi al Seminario, com' è istabilito da Nostro Signore nella sua Costituzione

S.Congr. Concilii in Bracharen. anni 1573. lib. 1. Dec. pag. 41. à tergo, & pag. 44.

zione

zione al luogo citato: E perchè il Sagro Concilio di Trento eccettua dalla contribuzione quei Collegii, ne' quali s'insegna, e si promovono i studj per il commun bene della Chiesa, dal che è derivato, che qualche volta i Regolari hanno preteso di non dover contribuir' ai Seminarj, anche per i Benefizj uniti a qualche loro Collegio, in cui si promovano i detti studj, la Sagra Congregazione del Concilio hà dichiarato, che la predetta esenzione hà luogo ne' Collegj de' Secolari, e non de' Regolari, e quando si è trattato di Religiosi, che hanno preteso d'esserne esenti per il motivo d'insegnare la Grammatica, ed i casi di coscienza tanto a i suoi Religiosi, quanto ad altre persone, che andavano alle loro Scuole, la Sagra Congregazione ha dichiarato doversi detrarre la spesa, che fanno per i salarii de' Lettori, e che fatta la detta detrazione paghino sopra il resto la Tassa al Seminario.

S. Congregatio Concilii in Velliterna Taxæ Seminarii 24. Aprilis, & 31. Julii 1581.

S. Congregatio Concilii in Brocharen anni 1573. lib. 1 Decret. pag. 41. à tergo, & 41.

15 Subentrano le Monache, che pure sono tenute alla Contribuzione, ò sia Tassa per il Seminario a proporzione dell' entrate, che hanno, ed osservata nella liquidazione dell'entrate, la regola pure esposta di sopra, dovandoesse riflettere, che se non vi fossero i Seminarj, non avrebbero Confessori, e Direttori idonei per l' Anime loro, e però è regola generale, che i Beni posseduti dalle Monache, per i quali pagano gl' altri pesi Ecclesiastici, non siano immuni dalla Contribuzione pel Seminario, se non hanno un Titolo specialissimo d'esenzione dal detto pagamento, ed avvegnachè più volte succeda, che dalle Monache s'allega il Titolo della povertà per esentarsi dal pagamento, sembra necessario l'avvertire, che il titolo della povertà suffraga a quelle Monache, che non hanno entrate, e che vivono di pure elemosine, ò pure a quelle Monache, che benche possiediao alcuni beni descritti, e tassati nel Libro delle Decime, ed altri pesi Ecclesiastici, sono però stata esentate dal pagamento delle predette Decime, a pesi per il titolo della loro povertà, come altre volte ha risoluto la Sagra Congregazione del Concilio.

S. Congregatio Concilii in Caputaquen. anni 1586. in respons. ad 5. lib. 4. Decr. pag. 159. & seqq.

S. Congr. in Catanien. 20. Martii 1595, lib. 9. Decr. pag. 9.

S. Congr. Concilii in Patavina anni 1573. lib. 2. Dec. pag. 95. à tergo, & in Avenionen. 22. Augusti 1609. lib. 12. Decr. pag. 63. à tergo, & 64.

§. V.

Della Contribuzione, ò sia Tassa da pagarsi dagl' Ospedali, Confraternite, Fabriche delle Chiese, Monti di Pietà, e Legati Pij.

16 SEcondo il Sagro Concilio di Trento alla più volte citata *sess. 23. cap. 18. de reform.* quegl' Ospedali, che si danno in titolo, ò amministrazione, deono pagar la Tassa, ò sia Contribuzione al Seminario. Dal che deriva, che sono esenti da questo pagamento gl' Ospedali puramente Laicali, che non si danno per conseguenza ne in titolo, nè in administrazione, come hà altre volte risoluto la Sag. Congregazione del Concilio, se per accidente non fossero stati uniti à questi Ospedali alcuni Benefizj, mentre ad ratam de' frutti di questi dovrebbero li predetti Ospedali pagar al Seminario.

S. Congr. Concilii in Gravinen. 23. Junii 1594. lib. 8. Decr. pag. 41.
S. Congr. Concilii in Messanen. 2. Augusti 1596. in responsione ad 5. lib. 8. Decr. pag. 183. à tergo.

17 Circa le Confraternite de' Laici erette coll' autorità ordinaria anche nelle Chiese de' Regolari, sono esse obligate al pagamento della Tassa, se hanno Benefizj uniti, ò non avendo, abbino fondi certi, Capitali, e Legati, devono pagare la Tassa a proporzione ancora de i frutti, e delle rendite de i detti fondi, Capitali, e Legati, coll'avvertenza, che nella Tassa non si devono comprendere quell' altre rendite, che ricavano da certe quote pecuniarie, che si pagano da i Confratelli ogni mese, ò ogn' anno, ò per titolo d'elemosina, ò in seguela de' Statuti, come ha determinato Nostro Signore nella sua Constituzione *§. Cum itaque Seminarii.*

S. Congr. Concilii in Lucana 23. Maii 1628. in responsione ad 4. & 5. lib. 13. Decret. pag. 452. à tergo.

18 Le Fabriche delle Chiese, che hanno i loro assegnamenti, le Decime, che per qualsisia capo sono venute in mano de' Laici, e dalle quali, si vogliano pagare gl'altri sussidj Ecclesiastici giusta il Sagro Concilio di Trento al luogo più volte citato, non possono esentarsi dal pagamento à favor del Seminario, il che pure ha luogo rispetto a' Monti di Pietà, se ad essi saranno stati uniti i Benefizj, poichè questi Monti di Pietà saranno obligati à pagare in vigore da' Benefizj uniti.

S. Congr. Concilii in Messanen. 2. Augusti 1596. lib. 8. Decr. pag. 185. à tergo.

19 Restarebbe il dire qualche cosa circa la quantità della Tassa, ma parlando di questa, altro non occorre soggiungere, se non che secondo la Costituzione di Nostro Sig. ella non può esser meno del trè, ne più del cinque per cento, e che sin tanto che dalla Congregazione deputata da Sua Beatitudine non sarà approvata la nuova Tassa, si paghi pontualmente la Tassa, che si è per lo passato pagata al Seminario il pagamento della qual Tassa non può essere in veruna maniera ritardato da qualunque Inibizione, che si spedisca da qualsisia Tribunale, come ha altre volte risposto la Sagra Congregazione del Concilio, ed acciò per bene imporre la Tassa si cammini colla maggior possibile sicurezza, dovrà ciascun' Ordinario imporre a tutti quelli, che sono obligati al pagamento d'essa, l'esibire nella sua Cancellaria dentro un termine conveniente la notula giurata dell' annue reodite, che, detratte le spese, come si è detto di sopra, ricavano da' Benefizj, ò Beni da loro posseduti, ed obligati alla predetta Tassa, come per appunto si tratta nell' esazzioni delle Decime Papali.

S. Congr. Concilii in Sabinen. 2. Julii 1650. lib. 19. Decret. pag. 61. à tergo, & pag. 64. & in Interamnen. Taxæ Seminarii 12. Maii 1710.

20 Aggiungendosi per compimento di questa Instruzzione, che essa è stata letta, considerata, e corretta dalla Santità medesima di Nostro Signore, quale ha commandato, che si stampi, e si trasmetta, come si fa ad ogn' Ordinario.

Constitutio autem SS. D. N. Benedicti XIII. circa Seminariorum erectionem, de qua mentio habetur in hac Instructione impressa est Romæ in Synod. Roman. in Append. Constitut. 27.

DISCEPTATIO XXVIII.

Congregationis Lateranensis Constitutionum.

PRO

Sociis, & Visitatoribus Generalibus Congregationis Lateranensis

CUM

P. Generali.

ARGUMENTI

Loco subnectuntur sequentes septem Petitiones.

I. *Definitorium bis in die mane, & Vespere congregatur de tempore, tam Capituli Generalis, quàm Diætæ, illudque incohoandum saltem per tres horas ante meridiem de mane, & ante solis occasum de sero, & quatenus, seu Generalis, seu quilibet alius dicta hora non convenerit, vel congregaverit, nihilominus procedat Definitorium ad tractandum, ac determinandum de iis, quæ in Definitorio peragenda sunt, cum iis duntaxat, qui congregati sunt, & inter illos antiquior primum locum, & primi vices obtineat: Salvis nihilominus loco, & vicibus iis, qui durante Definitorio supervenerint.*

II. *Congregato jam Definitorio, non esse in libertate Generalis, seu cujuslibet Præsidentis illud dissolvere, absque voluntate, & consensu majoris partis congregatorum, & quatenus Generalis, seu Præsidens, aut alii discedant, possint nihilominus remanentes prosequi Definitorium.*

III. *Citra formam Constitutionum de Abbatibus perpetuis, non esse instituendos Abbates, aut Priores, seu alios titulares, etiam institutos ultra solam, ac nudam Abbatis, aut Prioris, seu alterius Prælaturæ denominationem non gaudere, neque Voto in Capitulis Generalibus, neque ulla alia prærogativa.*

IV. *In electionibus Prælatorum pro singulis Monasteriis vel servandam formam Constitutionum, & Juris Communis, nulla proponente eligendos, vel juxta praxim à Reverendissimo Generali, & Visitatoribus proponi posse eligendos ab unoquoque ex ipsis pro sua duntaxat Provincia, & non pro aliis, ac nihilominus liberum esse Electoribus in alios etiam non propositos juxta cujusque conscientiam propria Vota dirigere.*

V. *Existente in Definitorio, seu in Capitulo Generali uno ex Consanguineis, vel Affinibus, non posse alios consanguineos, vel Affines concurrere ad votandum nisi distent ultra secundum gradum respectu Capituli Generalis, & ultra tertium respectu Definitorii.*

VI. *Servandas per Reverendissimum Generalem Constitutiones de adhibendo Consilio, seu Consilio, & assensu Visitatorum juxta præscriptum Constitutionum; alia gesta per Generalem esse nulla, & in intentatis contra hujusmodi præscripta totam Potestatem devolvi ad solos Visitatores.*

VII. *Licere Visitatoribus accedere ad Urbem in casibus communis necessitatis Congregationis, vel Provinciarum absque licentia Generalis.*

VIII. *Canonicos, discessuros à Monasterio ad aliud ex destinatione Dietæ proficisci debere cum Literis patentibus Prælati sui Monasterii absque novitate aliarum Patentium, & destinationes in Dieta factas non esse per Generalem immutandas, nisi auditis prius Visitatoribus à localibus Monasteriorum à quibus, & ad quæ.*

PRo felici regimine Congregationis Lateranensis Canonicorum Regularium plura Statuta sunt in Constitutionibus, tum circa dispendiorum resecationem, tum circa electionum libertatem, tum circa Authoritatem, cuique ex Prælatis ipsius Congregationis competentem. [1]

Etenim ad evitanda dispendia Capitulorum Generalium cum alias illa celebrarentur singulis Annis prorogata primum fuere ad Triennium, ac demum à S. M. Clemente X. ad sexennium. Ac rursus, ut in ipsis Capitulis quo magis fieri posset iisdem dispendiis parceretur, injuncta fuit sollicita, ac brevis negotiorum expeditio. Et ad eundem effectum injungitur, ut durante Capitulo Definitorium congregetur singulis diebus tam de mane, quàm de sero. Imo idem Clemens X. numerum Vocalium ejusdem Capituli resecavit, excludendo Socios Capitulares. [2]

In ipsis verò Capitulis, & ubique in electionibus Constitutiones voluerunt electionum, & Votorum omnimodam libertatem, & secutis electionibus assignata est cuilibet Prælato Authoritas propria, nempè sua Reverendissimo Generali, sua Visitatoribus, & præsertim, ut Generali assistant, ac sua Prælatis inferioribus, præsertim circa mittendos Religiosos sibi subditos, prout omnia hæc justificantur in Summario. [3]

Nihilominus modernus Abbas Generalis affectans gubernium Monarchicum Constitutiones hujusmodi transgreditur, & dispoticam exercendo Potestatem prætendit, in Dietis Generalibus Definitorium non esse bis quotidiè congregandum; Imò postquam congregatum est pro arbitratu suo dissolvere, prout etiam in grave Congregationis dispendium ad augendum sibi benè Affectorum suffragantium numerum excitat Abbates Titulares extinctos, atque in præjudicium libertatis eligendi, prætendit sibi arrogare Ius proponendi in Definitorio eligendos in Abbates, itaut extra illos à se propositos, nullus eligi possit, & pro majori potestate in ipsa activa electione potitur duobus Votis in Definitorio, nempè suo, & germani fratris; Et quatuor in Capitulo Generali nempè suo, duorum germanorum, & alterius consobrini. Ac demùm pro liberiori dominatu arcet à se, & ab Urbe Visitatores Generales, de quorum Consilio, & assensu procedere deberet in gravibus, ac Prælatis inferioribus præripuit pusillam Authoritatem expediendi collocationes Canonicis sui Monasterii contra Constitutiones, & contra receptam praxim. [4] [5]

Propterea Visitatores Generales pro Constitutionum observatione, electionum libertate, servanda cuique Jurisdictione sua; ac prospero Congregationis regimine, supplicant humillimè pro Infrascriptis provisionibus. [6]

Primò. Definitorium bis in die mane, & vespere congregandum de tempore, tam Capituli Generalis, quàm Diætæ, illudque inchoandum saltem per tres horas ante meridiem de mane, & ante solis occasum de sero. Et quatenus, seu Generalis, seu quilibet alius dicta hora non convenerit; nihilominus procedat Definitorium ad tractandum, ac determinandum de iis, quæ in Definitorio peragenda sunt, & inter illos antiquior primum locum, & primi vices obtineat; Salvis nihilominus loco, & vicibus iis qui, durante Definitorio, supervenerint. [7]

Secundò. Congregato jam Definitorio, non esse in libertate Generalis, seu cujuslibet Præsidentis, illud dissolvere absque voluntate, & consensu majoris partis congregatorum. Et quatenus Generalis, seu præsidens, aut alii discedant possint nihilominus remanentes prosequi Definitorium. [8]

Tertiò. Citrà formam Constitutionum de Abbatibus perpetuis non esse instituendos Abbates, aut Priores, seu alios Titulares, & jam institutos, ultra solam, ac nudam Abbatis, aut Prioris, seu alterius Prælaturæ denominationem non gaudere, neque Voto in Capitulis Generalibus, neque ulla alia Prærogativa. [9]

Quartò. In electionibus Prælatorum pro singulis Monasteriis, vel servandam formam Constitutionum, & Juris communis nullo proponente eligendos; Vel juxta praxim à P. Generali, & Visitatoribus proponi posse eligendos ab unoquoque ex ipsis pro sua duntaxat Provincia, & non pro aliis; Ac nihilominus liberum esse Electoribus in alios etiam non propositos juxta cujusque conscientiam propria vota dirigere. [10]

Quintò. Existente in Definitorio, seu Capitulo Generali uno ex consanguineis, vel Affinibus non posse alios consanguineos, vel Affines concurrere ad votandum, nisi distent ultra secundum gradum respectu Capituli Generalis, & ultra tertium respectu Definitorii.

Sextò. Servandas per P. Generalem Constitutiones de adhibendo consilio, seu Consilio, vel assensu Visitatorum juxta præscriptum Constitutionum alias gesta per Generalem esse nulla. Et in intentatis contra hujusmodi præscripta totam Potestatem devolvi ad solos Visitatores. [11]

Septimò. Licere Visitatoribus accedere ad Urbem in casibus communis necessitatis Congregationis, vel Provinciarum absque licentia Generalis. [12]

Octavò

Octavò. Canonicos, discessuros à Monasterio ad aliud ex destinatione Dietæ proficisci debere cum Literis paten-
13 *tibus Prælati sui Monasterii absque novitate aliarum Literarum Patentium. Et destinationes in Dieta factas non esse per Generalem immutandas, nisi auditis prius Visitatoribus, & Prælatis à localibus Monasteriorum à quibus, & ad quæ.*

Et in omnibus exaudiri sperant Visitatores, quia omnia sunt Juri, & Constitutionibus conformia, & pro felici, justo, & pacifico Congregationis regimine; Siquidem

Primùm de *bina singulis Diebus* Congregatione Defi-
14 nitorii est dispositio *Textus Constitutionum*, ibi: *quibus diebus mane, & vespere tam Definitores tum cæteri Officiales in suis locis semper congregari debebant*. Ideoque bina Congregatio est de necessitate ex verbis, & ex fine legis. Et ex verbis quidem, quia ibi dicitur *semper scilicet perpetuò* juxta theoricam *Bartoli in lege prima, numero 21. ff. solut. matrim.* & sine intermissione, ut in *can. Sacros. 2. verb. sine intermissione distinct.* 22. Ac rursus quia ibidem legitur: *Congregari debebant*, quod importat præceptum, & necessitatem, prout de verbo *debeant* apposito in Concilio Tridentino sub *cap. 1. sess. 23. de Reform.* explicat *Fagnan. in cap. qualiter n. 37. de Cleric. non resideat.*

Ita etiam *bina Congregatio* est de *necessitate ex fine legis*, quia scilicet ipsa lex summoperè urget pro acce-
15 leratione, & expeditione agendorum, ibi: *ipsa prima die incohati Generalis Capituli si possibile fuerit omninò absolvenda erant, ut diebus &c. §.* Tum in Cap. 23. ibi: *Ne ex nimia Generalis Capituli prorogatione tota Congregatio grave dispendium patiatur, curabunt in primis Abbas Generalis, ac cæteri Patres, ut quam citiùs fieri poterit ipsum Generale Capitulum absolvatur.*

Non obstat prætensa disparitas, quod bina Congregatio Definitorii procedat in Capitulis Generalibus,
16 & non in Dietis, ubi Constitutio non repetit hanc binam Congregationem, quasi exinde desumi possit argumentum discretivum; *Primò:* Quia Dieta subrogata est Capitulo Generali, ubi Capitula erant annalia, & in ipsa Constitutione da Dietis celebrandis, ibi: *In Annis, quibus Generalem Capitulum non celebrabitur Abbas Generalis, unam Dietam congregabit*. Ideoque Dieta, Capitulis subrogata, debet esse ejusdem naturæ, & qualitatum Capituli, in cujus locum subrogatur *lege prima, paragrapho hæc actio, ff. si quis Testam. liber esse jussus fuerit*. Ac propterea diurna bina
17 convocatio servanda erit tam in Capitulis, quàm in Dietis. *Secundò*, quia Dieta nihil differt à Capitulo Generali, ac parem habet Potestatem, quia in utraque eadem, & gravissima Congregationis negotia pertractantur ad *Text. Constitut. in Dietis* celebrandis, ibi: *Dietam congregabit, tùm ad electiones Prælatorum faciendas, tùm ad publica totius Congregationis, & privata particularium Locorum negotia tractanda, & alia peragenda, quæ pro bono totius Congregationis fieri debebunt*. Ideoque inter Capitulum, ac Dietas nulla dis-
18 paritas. *Tertiò*, quia quidquid sit an aliqualis adsit disparitas inter Capitulum, & Dietam, nulla tamen prorsus assignari potest ad effectum de quo agitur, quia Præceptum de bina Congregatione non cadit super Capitulo, sed præcisè super Definitorio ex Constitutione de Capitulo Generali supra relata ibi: *Quibus diebus manè, & vespere Definitores semper congregari debebunt*, & in Dieta idem numero Definitorium pro Die-
19 ta celebranda congregatur ad *Text. Constitut. de Dietis celebran.* Unde, & idem tam in Capitulis, quàm in Dietis est semper idem; Ac propterea semper servari debet legem super ipso latam: Et hæc est ratio, ob quam non est locus argumento discretivo, sub prætextu, quod bina Congregatio præscripta legatur in Capitulis, & non in Dietis, quia cùm semel lex loquendo de De-
20 finitorio præscripsisset binam Congregationem singulis diebus, superfluum erat illam repetere de Definitorio in Dietis, cùm, sive in Dietis, sive in Capitulis compositum ex iisdem semper habeat eandem naturam, & easdem qualitates, & obligationes. *Quartò* quia in utroque casu, tam scilicet in Dietis, quàm in Capitulis militat eadem ratio, & finis, à lege vo-

litus, ut scilicet accelerentur expeditiones negociorum *ne Congregatio dispendiis prægravetur*; Ideoque militare debet eadem dispositio *Glossæ in lege final. Cod. de pact.* *Quintò*, quia talis hactenùs fuit obser- 21 vantia, scilicet, ut etiam in Dietis Definitorium bis in die congregetur, prout ex Relatione facta jussu Eminentissimi Ponentis per Patrem Abbatem Coppardi, attestantem ita apparere ex Libris Dietalibus, qui Bononiæ asservantur; Unde quatenus Constitutiones essent dubiæ, quod non credimus, observantia subsecuta, utpote Legum omnium, omniumque Constitutionum optima interpres, omne sustulit dubium ex adductis *in tomo tertio, parte secunda, disceptat. 17. à num. 37.*

Ideoque bina singulis diebus Definitorii Congregatio etiam in Dietis servanda est vigore Constitutionum, & observantiæ. Idque *ex necessitate*, quia Constitutio- 22 nes loquuntur per verbum *debet*, quod importat præceptum, & necessitatem adimplendi, ut probavimus supra, & addimus citatos à *Barbos. diction. 77. numero 1. & seqq.*

Neque Pater Generalis, Jus habet resistendi providere hujusmodi petitioni, sub prætextu, quod ipse sit caput Ordinis; Quia nihilominus ordinem regulare 23 non potest pro suo tantùm Capite, ex quo tenetur etiam Visitatores adhibere, & in puncto urgendi, ac celebrandi, & providendi brevitati expeditionis, prout est punctum de quo agitur cura non pertinet ad ipsum solum, sed promiscuè ad reliquos etiam Patres *per Text. express. in ipsis Constitut.* ibi: *Curabunt in primis Abbas Generalis, ac cæteri Patres, ut quamcitiùs fieri poterit ipsum Generalem Capitulum absolvatur*, ac proprerea jure merito instamus pro tali provisione.

Posita necessitate binæ Congregationis Definitorii singulis diebus, sequitur ex necessitate congrua temporis assignatio, tum ex prudenti Judicio, tum ex ipsa- 24 met Constitutione, ibi: *Semper congregari debebant* ex quo sub illa dictione *semper* subintelligitur *horis statutis*, ut explicat *Gloss. in canon Si quis volunt. 39. verb. semper 55. distinct.* Et congrua videtur assignatio trium horarum ante meridiem, ac trium ante solis occasum, ut per se patet, præcedente signo publico Campanulæ, ut mos est.

Posita verò hora præscripta pro Congregatione Definitorii, determinationes de Jure fieri possunt per eos, qui sunt congregati, quia tunc hora apposita à Lege, vel ab homine interpellat pro homine juxta *Gloss. in l.* 25 *si moram 10. ff. solut. matrim.* & in materiis Ecclesiasticis præsertim in puncto electionum tenent *Innoc. & Panorm. in cap. Cùm nobis de elect.* laudati à *Bals. in Director. elect. p. 3. cap. 6. n. 5.* ibi: *Quando autem instaret Juris terminus ad eligendum, tunc Pars præsens posset ad electionem procedere, etiam si esset unus:* & utitur hac eadem ratione, ibi: *Dies etenim pro homine interpel-* 26 *lat leg. Optimam Cod. de contrahen. & committen. stipulat. & lege tertia Cod. de Jur. emphyt. & cap. Potuit de locat.*

Neque obstat negligentia Generalis, seu alterius, quia sibi imputare debent si non intersunt, neque alii tenentur desistere uti ipsorum Jure, & sufficit antiquior inter Congregatos, prout in hac eadem Congregatione 27 statutum est in simili *quando instat* electio Socii Capitularis, & est de Jure, ut antiquior congreget Universitatem Ecclesiasticam, prout *ex Innoc. Joan. Andr. Panormit. & Felin. in cap. 1. de majorit. & obed.* observat *Bals. loc. cit. n. 6.*

Eoque æquabilior est nostra petitio, quo etiam post superventam horam præcisam ingressus in Definitorium patet aditus quibuscunque supervenienti- 28 bus ad ingrediendum in statu, & terminis, & licet juxta Doctrinas supra allegatas procedere possent Congregati etiamsi constituerent minorem partem; Attamen contenti sumus, ut tunc solummodo inchoari possit ad procedendum quando jam Congregati constituunt majorem partem totius Definitorii, dummodo 29 non sit ultima, & peremptoria dies habendarum Congregationum, quia tunc etiam pars minor absque ullo Dubio potest, & debet procedere juxta distinctionem *Panormitani in cap. Cum Nobis numero 10. de elect.*

elect. & est dispositio *Text. in cap. Quod sicut* 28. *eod. titulo de elect.* ibi: *Si autem qui interesse debuerant non contempti fuerint, sive noluerint, ad electionem celebrandam accedere ipsorum absentia non possit electionem impedire*.

Secunda petitio facilior est, quod scilicet posito Definitorio in esse Congregato non possit Generalis illud dissolvere, absque consensu majoris partis congregatorum: 30 & non obstante discessu Generalis, seu Præsidentis, posse remanentes ad ulteriora procedere; Totamque potestatem consolidari in remanentibus, ex quo abeuntes faciunt se extraneos, *Text. est in cap. Cum nobis olim* 19. *de election.* & ibi communis Doctrina Canonistarum, præsertim *Butrii numero septima, Bald. numero secando, Panormitan. numero decimo, Roman. Cons. trigentesima quinquagesima secunda, numero decimo quinto, & decimo sexto*, & dixit *Rota coram Millin. decisione quadragentesima decima, numero secundo, & decisione quadragentesima vigesima, numero primo*, cum aliis latè congestis *per Passerin. de election. capite undecimo, numero nonagesimo secundo*, & in puncto de Præsidente, 31 quod non possit Capitulum dissolvere *Rodriq. quæst. regul. tomo secundo, quæstione quinquagesima prima, articulo undecimo in fine vers. Ad tertium respondetur*, ubi per hec verba concludit. *Quod si factum Præsidentis Capitulis nullum, vel injustum, nulla est obligatio obtemperandi ipsi, & potest major pars Capituli ad electionem procedere, etiamsi aliqui ipsiusmet Congregationis contradicant; sufficit enim, quod ipsi sint vocati, & congregati*, 32 *quia si nolunt pro suo libitu suffragari, non impeditur aliorum electio*, & sequuntur *Castell. de election. capite decimo tertio, numero vigesimo secundo, & Peyrin. de subdito parte prima, capite trigesimo primo, paragrapho decimo*, & approbatum fuit 18. Septembris 1694. *in celebri Leodien. electionis*, ubi Dominus Mean, Capituli Decanus, & Præses, discedendum cum aliis dixerat, quod Capitulum dissolvebat.

Et ratio est, quia in Capitulo Generali repræsentatur tota Religio, tanquam in quadam Persona morali; Proindèque in illo residet suprema Potestas in suos 33 subditos, prout docet *Pellizzar. in manuali regular. tractatu nono, capite octavo, sectione secunda, quæstione octava numero* 60. 61. & 62. ubi id affirmat, non solùm respectu aliarum Religionum; Verùm etiam in sua quoque Societate Jesu, ubi Generalis est Monarcha. Et ratio rationis est, quia Generalis non alio motivo exercet Authoritatem Capitis, nisi Jure delegato per ipsam Religionem repræsentatam in Capitulo Generali; Ideoque delegatus in præsentia Delegantis, & contra Delegantem, & supra Delegantem non potest ha- 34 bere potestatem; Idemque intelligendum est de Dietis in nostra Congregatione, quia Dieta idem est, ac Capitulum Generale, & pari potitur potestate, ut supra probavimus.

Neque iterum obstat prætensa Capitis authoritas, & Jurisdictio, quia distinguendum est inter Genera- 35 lem extra Capitulum, & Dietam, & Generalem in ipso Capitulo, vel Dieta, quia concedimus, quod extra Capitulum suam habet capitis authoritatem, exercendam tamen juxta formam, & limitationes, præscriptas in Constitutionibus juxta sensum in eisdem clarè expressum, ibi: *Pater, & Caput &c. juxta moderationem tamen præsentium Constitutionum*; Sed in ipso Capitulo nullam ampliorem habet authoritatem, nisi, quod sit primus inter pares, seu caput numerale, non autem principale, juxta distinctionem, de qua *in tomo secundo, parte prima, disceptatione secunda à numero* 42.

Quatenus autem exadverso allegantur authoritatea 36 circa Generalium Jurisdictionem, reflecti supplicamus illas non esse applicabiles casui nostro, quia loquentur de Generali extra Capitulum, & non de eo, existente in ipso Capitulo, prout est Generalis in casu nostro considerandus, ut in puncto de quo agitur, etiam in Themate Generalis Societ. Jesu, quæ regitur ad instat. Monarchiæ probat, & in ipsa Societate decisum refert 37 *Pellizzar. tractat. 9. cap. 8. sect. 1. quæst. 30. numero* 39. per hæc verba: *Quæres trigesimo: Quanto tempore debeat durare Capitulum, respondetur Jure communi non præscriptum esse certum tempus, intra quod absolvi debeat; Ideoque pro conditione rerum, quæ ibi tractari debent posse continuari, modò longiori tempore, modò breviori: Et hoc arbitrio ipsorum Capitularium, non autem solius Prælati Præsidentis, sicut statutum est in Congregatione prima Generali Soc. Jesu canon.* 145. his verbis: *Non videri solvendam Congregationem pro solius Præpositi Generalis arbitrio, sine consensu ejusdem Congregationis, quæ Generali Superior est*. 38

Hinc non meretur replicationem reflexio, quod nullibi cautum repetiri in Constitutionibus, P. Generalem 39 non posse Capitulum dissolvere; Quia neque è contrà reperitur cautum, quod dissolvere illud possit, & satis est, quod juxta dispositionem Juris supra comprobatam id non possit.

Tertia petitio de abolendis Prælaturis Titularibus, quæ non sunt juxta formam Constitutionum videtur etiam ex audienda. *Primò* quia tales Prælaturæ alias 40 suppressæ fuerunt à Delegato Apostolico in Capitulo Generali 1627. prout ex Decreto dato in Summario. Imo etiam à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium approbatæ Urbano VIII. prout ex ejus Breve dato in eodem Summario. *Secundò* quia nostræ Constitutiones non cognoscunt hoc genus Prælatorum, ex quo de iis nullibi fit mentio, neque circa modum eos 41 creandi, neque circa ipsorum prærogativas. *Tertiò*, quia sunt præjudiciales Ordini, & in eo pariunt dissentiones, & discordias, prout consideravit Sac. Congregatio Episcoporum, & refertur in dicto Brevi Urbani VIII. *Quartò*, quia concedere ipsis votum in Capitulis Generalibus est contra *Text. express. Concil. Tridentin. cap. 6. sess. 25. de Regular. vers. Nec imposterum*, etiamsi Titulares hujusmodi non essent principaliter 42 constituti ad effectum faciendæ electionis prout aliàs respondit Sac. Congregatio Concilii juxta declarationem datam in Summario, & nulla prærogativa gaudere debent, nisi nuda, & ventosa denominatione Abbatis, prout resolutum de Cassinensibus refert *Card. de Luc. disc. 76. de Regular.*

Quibus non adversantur Constitutiones nostræ *cap. 13. par. 2.* ubi Lectoribus, & Cathedraticis, qui docuerunt per quindecim annos Capitulum Generale, seu 43 Dieta concedere potest per viam electionis Prælaturam Titularem, cum omnibus prærogativis veri Prælati, & voce in Capitulis Generalibus; Quia non loquimur de hac specie Abbatum. Isti enim sunt de numero illorum, qui permittuntur à nostris Constitutionibus, & in Capitulo Generali in quo suppressi fuerunt alii Abbates, isti per particularem exceptionem fuerunt expressè præservati, & nos è contra loquimur, & supplicamus abolere Abbates illos Titularea, qui constituuntur contra formam Constitutionum, prout in nostra tertia Petitione.

Neque Titularibus hujusmodi quidquam suffragatur dispositio Constitutionum sub titulo de expensis Capitu- 44 li Generalis, ubi loquendo de expensis pro Capitulo Generali, fit mentio de *Prælatis, habentibus administrationem* de iis, qui administrationem non habent, sed tamen *sunt Definitores*, at de illis, qui decorati sunt Privilegio propter publica servitia, ac demum de illis, qui neque sunt Definitores, neque sic privilegiati, quasi exindè constituenda sit quadruplex species Prælatorum, ut dici possint Prælati, alii sunt habentès administrationem: Et hæc est vera species: Alii sunt Prælati non habentes administrationem: Et hæc dividitur in tres species subalternas, nempe in eos, qui sunt Definitores, & erit secunda species Prælato- 45 rum. In eos, qui non sunt Definitores, sed tamen sunt privilegiati: Et erit Tertia species: Ac demum alii, qui non sunt neque Definitores, neque sic privilegiati: Et ista prætendatur quarta species Prælatorum, tanquam subalternata verbis præcedentibus, quæ de Prælatis loquuntur.

Talis enim Interpretatio est prorsus insubsistens, & valdè aliena à sensu, verbis, & contexta nostræ Con- 46 stitutionis. Ad quod demonstrandum supplicamus observare, quod si Rubrica Constitutionis esset de Prælatis in genere forsitan interpretatio esset aptabilis.

At verò cum Rubrica sit solummodo de expensis, nullatenus argui potest, quod omnes Personæ, sub tali titulo expressæ sint Prælati; Imò interpretando unam

Legem

Legem ex altera, supplicamus reflecti, quod in Constitutionibus *cap. 1. sub tit. de Capitulo Generali*, inter Personas accedentas ad Capitulum Generale, ultra Prelatos, numerantur *Prædicatores*, & *Lectores*, vel *Studentes* ad Conciones, & disputationes: Ergo sub titulo de expensis Capituli Generalis, ultra Prælatos, pro bis etiam Personis providendum est de expensis. Ergo sub illis verbis: *Si autem non fuerint Definitores, nec sic Privilegiati illorum Monasteria Nationalia pro portione illos tangente solvere debebant*, intelligendum est venire illos Canonicos, qui sunt *Prædicatores*, *Lectores*, vel *Studentes*, dum alias si intelligerentur de Prælatis, 47 sequeretur absurdum, quod Prædicatoribus, & Conclusionistis nulla esset facta provisio, & cogerentur vivere de vento ad instar Camaleontis, & essent pejoris conditionis, quàm famuli, & equi quibus in dicta Constitutione provisum est.

Eoque magis aberrat prætensus intellectus, ex quo mirum esset, quod Constitutio provideat substentationi hujusmodi quartæ speciei Prælatorum, & nihil om- 48 nia disposuerint de iis creandis, vel aliter numerandis inter Personas, Religionem constituentes, cum tamen mentionem specialem fecerint de Personis notæ longè inferioris, prout *in cap. 4. par. 1. de conversis, & oblatis*; Et nihilominus toto Constitutionum Codice inte- 49 grè lecto, relecto, & tertiò pervoluto nusquam reperitur facta mentio de hujusmodi Prælatis idealibus, itaut relicti videantur in spatiis imaginariis.

Ac demum esset enormiter absurdum, quod pro diminuendis expensis exclusi remanserint à Capitulo Socii Capitulares non obstante, quod ipsorum interven- 50 tus pro repræsentandis indigentiis Monasteriorum esset valdè necessarius. Et postea Religio reaggravaretur mittendo ad Capitulum Abbates hujusmodi nuncupativos, qui Monasteriis nihil prodesse possunt, & cum omni Sermonis proprietate vocari possunt Abbates anulares, juxta ea, quæ de Episcopis titularibus observant adducti *in Instit. crim. lib. 1. tit. 20. §. primo, numero 39.* Ideoque tanquam superflui, inutiles, & dispendiosi non sunt ampiius tolerandi.

Quarta Petitio inspectis Constitutionibus nullam habet difficultatem, quia, juxta illas conformiter ad 51 Jus commune electiones sunt omninò liberæ. Et unusquisque ex Electoribus semper mutare potest suffragium suum in quolibet scrutinio donec sequatur electio: *Ita liberè, ut semper quandiu ad actualem electionem ventum non erit, valeant propositum, prout ipsis videbitur, in melius mutare*. Atque unusquisque jurare debet eligere 52 quem existimat in Conscientia magis idoneum, ibi: *Jurentque Electores secundùm veritatem cujusque Conscientiæ probiores, ac magis idoneos se electuros*, & circa formam electionis illa servanda est, quæ præscribitur à *Concilio Tridentino*, & Ordinis Constitutionibus, quod tanta cum scrupulositate servari debet, ut Consti- 53 tutio dicat esse servandam inviolabiliter, ibi: *In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma, præscripta à Sac. Conc. Trid. & Ordinis Constitutionibus inviolabiliter servetur*.

Hinc perperam prætendit P. Generalis ipsi competere facultatem nominandi Personas eligendorum, & 54 electionem faciendam omninò de una ex tribus Personis per ipsum nominatis; Quia hoc est incompatibile cum libertate necessaria in electionibus, & adeò inculcata per nostras Constitutiones, dum aliàs electio contra Jus diceretur coarctata, & esset juxta placitum Generalis coarctantis, & non juxta conscientiam cujusque ex Electoribus, ut volunt Constitutiones: Et regulariter nullus inferior Papa restringere potest electionem ad certas Personas determinatas ut decisum esse à Sacra 55 Congregatione Concilii, testantur *Castellin. de election. cap. 3. n. 7. Sigismundus dub. 52. num. 5. Laur. var. tit. 4. tit. 21. num. 16. & Peyerin. tom. 3. in addit. ad Constitutionem Clementis Octavi cap. 11. num. 31.* & casus in specie legitur apud *Fagnan. in cap. cùm dilectus de consuetud.* 56 *n. 21.* per hæc verba: *Et confirmatur ex Declaratione olim edita à Congregatione Concilii; Nam consulta à Generali S. Augustini an liceat eidem Generali in electione Provincialium, Priorum, aliorumque Officialium facienda aliquos nominatim proponere, ex quibus unus Canonicè per secreta suffragia ad Officium eligatur, respondit. Non licere*.

Neque per Patrem Generalem prætendi potest ulla consuetudo ad sui favorem; Tum quia super hoc exadverso nihil probatum fuit, tum quia quando probaretur (quod est impossibile) talis consuetudo illa esset prava, abusiva, & expressè contra Jus per textum ex- 57 pressum *in cap. &c. cum terra 14. de election.* ubi in specie consuetudinem hanc, restrictivam in electionibus vocat pravam, & dicit abolendam, ibi: *Præscriptam consuetudinis pravitatem sancimus penitus abolendam*.

Nec refragatur, quod in Constitutionibus dicatur, ibi: *In electione Prælatorum servetur mos, & forma antiqua*, sub prætensione, quod mos, & forma antiqua 58 legatur in quadam Constitutione exadverso data, quam repetimus in Summario, ubi prætenditur à Generali statutum esse, ut *Definitores proposito sibi per P. Rectorem singulo, qui ad superioritatis dignitatem sit aptus, illum hoc modo eligant &c.*

Siquidem primò nescimus videre quænam sit, & unde modernis temporibus, & post Concilium Tridentinum prodeat hodie in scenam incognita Constitutio, 59 quoniam si fortè desumpta est ex Constitutionibus *Benedicti XII. in Bullar. tom. 1. pag. mihi 259.* supplicamus reflecti illam esse clarè revocatam à subsequenti Constitutione Martini V. data in nostro Summario.

Si verò referatur, prout referri debet ad resolutionem captam in Capitulo Generali de anno 1594. cujus verba 60 fuerunt registrata in Summario. Tali casu cum dicta resolutio non loquatur de propositione facienda per Generalem, ut patet ex lectura, perperam prætenditur Authoritas proponendi in vim dictorum verborum nostræ Constitutionis: *servetur mos, & forma antiqua*, quia mos, & forma antiqua propositionis faciendæ per Ge- 61 neralem nequaquam legitur in Decreto Anni 1594. relato in dicta Constitutione; Et per consequens Constitutio referens nihil concedit, quia de hoc nihil legitur, neque in referente, neque in relato; Unde remanet vana prætensio, juxta notissimas regulas, de quibus *Rot. coram Baratt. decis. 52. num. 3.* & alibi passim.

Quod autem in nostra Constitutione, ubi legitur: *servetur mos, & forma antiqua*, relatio facienda sit ad 62 resolutionem Capitularem datam in Summario, ubi nulla mentio de auctoritate proponendi, & nullatenus referatur ad Constitutionem à Generali prætensam manifestè convincitur.

In nostra etenim Constitutione leguntur hæc verba: *Ut autem electiones secretè juxta Sacri Concilii Tridentini decreta fiant. Constitutio facta à Generali Capitulo* 63 *anni 1594. & omnibus votis per Scrutinium secretum in ipso Capitulo Generali obtenta observetur, in qua præcipitur, quod in electione Prælatorum servetur mos, & forma antiqua, superaddendo, quod Cedulæ, sive Bollettini, quibus facienda erit electio, qui prius fiebant manu propria cujuslibet Definitoris, imposterum fiant manu tantùm unius, qui non sit de gremio Definitoris*.

Totus igitur finis nostræ Constitutionis ad id collimat, ut in electionibus servetur secretum, à Concilio 64 Tridentinum præscriptum, prout sonant verba ibi: *Ut autem electiones secretè juxta Sac: Concilium Tridentinum decreta fiant*, & ad hunc effectum servandi secretum illud præcipit, ut observetur Constitutio de anno 1594. ibi: *Constitutio &c. 1594. observetur*.

Qualis autem fuerit hæc Constitutio, quomodo facta, & quid contineat, optimè specificatur in ipsamet Con- 65 stitutione; siquidem specificatur in illa tempus, nempe *anni 1594.* specificatur ubi, nempe: *In generali Capitulo*; specificatur cum quibus, nempe *omnibus votis*; specificatur quomodo, nempe *per Scrutinium secretum*; specificatur quid in eo contineatur, nempe *mos, & forma antiqua*; Exprimitur quid superadditur, nem- 66 pe *Bollettini &c. fiant manu tantùm unius qui non sit de gremio Definitorii*, & hoc ad correctionem usus antecedentis, qui enunciatur ibi: *qui prius fiebant manu propria cujuslibet Definitorii*.

Et hæc omnia adamussim continentur in resolutione capitulari, quam dedimus in Summario, quæque capta fuit per scrutinium secretum in eodem Capitulo. Ideo- 67 que ad istam facienda est relatio, & non ad illam, quam prætendit Generalis, quæ cum dispositione relata in nostra Constitutione non concordat, neque in tempore, neque in materia, & discordat à Constitutione, & à jure communi.

Ne-

Neque iterum insistatur in eo, quod præcipit, tam Constitutio, quàm dicta resolutio capitularis anni millesimi quingentesimi nonagesimi quarti, ut scilicet in *electionibus servatur mos, & forma antiqua*, adeoque 68 esse possit mos, & forma procedendi: *Proposito sibi per Patrem Rectorem Generalem singulo*, juxta prætensam Constitutionem, sive explosam, sive aboletam à Patre Generali datam in Summario. Quia prætensio manifestè deviat à Juris principiis, ut mox demonstramus.

Ibi enim nostra Constitutio non tractat simpliciter, & in genere de modo, & forma procedendi ad 69 electiones, sed tantùm de modo, & forma custodiendi secretum, in electionibus faciendis, ut patet ibi: *Ut autem electiones secreta juxta Sacri Concilii Tridentini Decreta fiant*. Igitur dispositio sequens debet esse juxta materiam, & in materia de quo prætenditur fieri dispositio. Ideoque mos, & forma antiqua in casu proposito utpotè relata ad custodiam secreti, intelligenda est de more, & forma custodiendi secretum, & non de alia ad secreti custodiam non pertinente, 70 dum aliàs constituentes arguendi essent de ineptia si tractare volentes, ne farina volaret, in illa cribranda retulissent leges Georgicæ Virgilii de Tritico serendo, cum aliàs rectum, & aptum rationis dictamen illud requirat, ut leges sint juxta propositam materiam; Cùmque materia proposita esset de secreto custodiendo; Leges adductæ, & innovatæ debent esse in puncto secreti; Ideoque *mos, & forma antiqua* intelligenda sunt de secreto, & non de aliis, 71 ad secretum non pertinentibus, prout non pertinet prætensa authoritas proponendi quia aliter esset ad propositum adducere disparata, à quibus non fit illatio contra regulam *Textus in lege Papinianus ff. de Minor.*

Multoque minus dictiones illæ: *Mos, & forma antiqua* sunt referibiles ad prætensam Constitutionem, 72 tum quia Constitutio ibi figurata repugnat Juri Communi *cap. Cum Terra 14. de election. cum aliis supra relatis*; Tum quia Constitutio pugnat in se ipsa, & una pars cum altera sibi contradictoriè, & incompatibiliter opponitur; Siquidem si debent Electores 73 eligere propositos à P. Generali, quo pacto compati potest, ut possint eligere quem judicaverint aptiorem? Et si aptiorem juxta propriam conscientiam, quo pacto tenebuntur eligere propositum juxta conscientiam alienam?

Germana itaque erit intelligentia, quod prius suffragia ferebantur per schedulas, & non per fabas: Et quoniam schedulæ scribebantur manu propria eli74 gentium, & characteres cognosci poterant, exindeque deveniri ad notitiam suffragantis; At tali pacto lædi poterat secretum; hinc est, quod Capitulum ad magis occultandam notitiam Votantium, scribi voluit schedulas aliena manu, formam tamen suffragandi per schedulas retineri voluit. Et hoc est, quod dicit Constitutio: *Servetur mos, & forma antiqua* (scilicet votandi per schedulas) superaddendo, *quod Cedulæ &c. fiant manu tantùm unius, qui non sit de Gremio Definitorii*, quod magis arguitur, quod scribi voluit *manu unius tantùm*, ut omnes essent conformes, ne aliàs ab Unitate Scriptorum combinatis circumstantiis, à quo quisque ex Vocalibus potuerit scribi facere, per notantium deciferatio fieri posset à scientibus aptè conjicere; & secreti legibus præjudicaretur.

Hic mihi videtur legitimus, naturalis, obvius, genuinus, & germanus sensus dictæ Constitutionis; 75 Et videant Eminentissimi Patres, quam longo Commentario, nec dum finito opus fuerit ad refellendum intellectum absurdum à Generali prætensum, & fundatum in Constitutione disparata, & incombinabili cum nostra, & sub cujus obtentu exarsit in præterita Dieta ad lacerandas schedulas non continentes nomina ad ejus placitum, prout desumitur ex Attestationibus datis in Summario. Et hinc dignentur reflectere, quod si Parer Generalis talibus intelligentiis Constitutiones interpretatur, & ad proprium sensum detorquet; Jure meritò conqueruntur Socii & 76 Visitatores, quod in ipsorum, & aliorum Prælatorum inferiorum præjudicium ad exercendam Monarchiam pro sui libitu Constitutiones Ordinis, jusque deque subverterit.

Minùs ad intentum Patris Generalis erat allegabilis Constitutio de Prædicatoribus ubi in illorum ele- 77 ctione post examinata prætendentium requisita, eligendi sunt à Definitoribus per Vota Secreta, *Abbate Generali singulos proponente*. Tum quia in alia Constitutione de eisdem Prædicatoribus leguntur hæc verba: *Eligendi in Prædicatores per Abbatem Generalem, vel alium ex Definitoribus, toti Definitorio proponantur*. Unde in primis proponendi facultas non 78 pertinet privativè ad Generalem, dum juxta Constitutiones pertinet etiam ad Definitores, & quatenus pertineret, hæc speciei propositionis nihil aliud est, nisi quidam actus ministerialis proponendi nomina concurrentium ad munus Prædicatoris, absque ulla necessitate in Electoribus eligendi propositos, quia nulla urget necessitas, ut eligantur. Ac possent Electores ab eligendo abstinere, atque omnes rejicere.

Quod secùs est respectu Prælatorum, ex quo omninò Prælatus aliquis eligendus est, ne Monasteria rema- 79 neant accephala; Proindeque à Prædicatoribus non currit argumentum ad Prælatos, quoniam à diversis non fit illatio ex cita *leg. Papinianus digest. de Minoritate*.

Sunt igitur in nostro Ordine electiones Prælatorum totaliter liberæ: Et juxta Constitutiones unusquisque ex vocalibus, absque ulla coarctatione, & absque prævia illius nominatione illum poterit eligere quem juxta veritatem, & propriam cujusque 80 conscientiam censuerit eligendum etiam, ut satisfaciat Juramento, cui se adstringit præscripto in Constitutionibus.

Verum tamen est, quod sæpè fuit practicatum, ut in faciendis electionibus, tam Generalis, quàm Visitatores proponerent Personas eligendas, nempè tres pro qualibet Prælatura, cum duplici tamen cir- 81 cumstantia; Prima scilicet, ut non omnes, & multo minus unus duntaxat proponeret pro omnibus, & singulis Monasteriis; sed quilibet pro sua Provincia, nempè Generalis pro sua, & Visitatores pro eorum Provinciis, & hoc veluti in quamdam sequelam præviæ collationis super meritis eligendorum, quæ de Jure requiritur, juxta Text. quos cumulat *Gloss. in cap. Cum in veteri 55. Verb. in contractu de Electione*.

Et secunda circumstantia est, quod hujusmodi propositiones nunquam fuerunt cum tali coarctatione, 82 ut non possent eligere alios, præter nominatos, quia semper integra libertas remansit eligendi quemcunque alium extra jam propositos, prout testatur Pater Coppardi, requisitus de veritate ab Eminentissimo Ponente in nostro Summario. Ideoque præ- 83 servata remanebat libertas eligentium, & in casibus hujusmodi sub tali conditione propositiones factas intelligendas esse discurrit *Donat. Rerum regularium tomo secundo, parte prima, tractatu primo, quæstione decima, numero decimo secundo*. Et nihilominus etiamsi propositio fuisset restricta, & arctati- 84 va; Attamen tanquam facta de consensu eligentium adhuc illæsa remansisset libertas electionis, ut probat *Bordonus variarum resolutionum tomo secundo, resolutione vigesima sexta, quæstione octava, numero vigesimo quinto*, licet revera nunquam propositiones fuerint cum tali coarctatione ut probamus in Summario, & ex aliis probare poterimus si oportebit, cùm 85 modò nihil ampliùs exhibere teneamur ex quo pro nobis habemus Juris assistentiam pro libertate; Totumque probandi onus esset Patris Generalis, qui laborat contra Juris resistentiam ex vulgatis, & allegatis supra.

Poterit igitur Pater Generalis alterutrum eligere scilicet, vel sequi formam sæpè deductam in praxi, ut scilicet unusquisque pro sua Provincia propo- 86 nat Eligendos pro singulis Monasteriis, absque ulla tamen coarctatione, & cum plena potestate, ac libertate dirigendi suffragia ad favorem etiam aliorum, qui propositi non sint, absque eo, quod

quod P. Generalis arroget sibi authoritatem Schedulas lacerandi, vel contemnendi, aut verò, ut fiant electiones, servata forma Constitutionum, & Juris communis, nullo prorsus proponente; Illeque electus remaneat, qui compertus fuerit electus remansisse juxta easdem Constitutiones *cap. 9. & 19. par. 3.* & de alterutro contenti erunt nostri Visitatores, ac Socii.

Et liceat addere, quod ad effectum majoris conformitatis conscientiæ, ut unusquilque in ipso Definitorio semper mutare posset suam voluntatem in melius ad terminis Constitutionis fortasse expediret, ut quisque in ipso loco scrutinii nomen eligendi scriberet per se ipsum, reflectendo casum, quem refert *Fagnan. in c. Quia propter num. 23. de election. tom. 2.* ubi scriba communis in omnibus schedulis scripserat idem nomen ex qua causa electio declarata fuit nulla: Et motivo assecurandi secretum, ad quod respexit Capitulum Generale anni 1594. mandando, ut loco scribendi manu propria adhiberetur scriba extra Definitorium. Existimarem optimè consultum fore, si electores in scribendo nomen eligendi aliquantulum impropriarent proprium characterem, ut practicatur in electionibus gravioribus, & secretioribus.

Quinta Petitio de consanguineis insimul non admittendis ad suffragandum, quamvis nihil cautum reperiatur, attamen prudentia suadet, ut præjudiciis, quæ exinde resultare possunt, debitè occurratur, nè aliàs detrimentum patiatur recta ratio gubernandi. Et quidem in Guberniis profanis in pluribus tam Civitatibus, quàm Provinciis sive intra, sive extra Italiam peculiariter provisum est ne intra numerum Senatorum ascribantur plures quàm duo de eadem Agnatione, ut videre est apud *Zaul. ad Stat. Favent. lib. 1. Rubr. 1. n. 47.* ubi de hujusmodi dispositionibus; Et quoad germanos fratres nullibi reperitur, quod exerceant conjunctim, & eodem tempore munera Magistratus: Et inter Patrem, & filium, quamvis ambo esse possint Decuriones, attamen non possunt eodem tempore continuare in Officio per *Text. in l. 1. C. de Muneribus, & honoribus non continuandis inter Patrem, & filium lib. 10.*

Et quoniam experientia docuit, etiam Religiosos affexionibus sanguinis non denudari propterea in quibusdam etiam ordinibus Regularibus Summi Pontificea similibus provisionibus prospexerunt, & in specie habemus exemplum similis prohibitionis in Religione Carmelitana ex adductis *in Tomo primo par. 2. discept. 28. per totam*, & aliud habemus simile exemplum ex authoritate Clementis VIII. in Ordine S. Augustini, ac propterea speramus exaudiendos nostros Socios, & Visitatores, qui supplicant pro simili provisione pro hac Congregatione, quæ est Ordinis etiam Sancti Augustini.

Non obstat, quod nihil de hoc cautum sit in nostris Constitutionibus; Quia legislatores humani non possunt eodem tempore omnia prævidere; ac tunc providetur quando casus occurrit: Et quæ de novo emergunt novo indigent auxilio *cap. Non debet de Consang. & affin.* eoque fortius ex quo id, quod hodiè petimus pro nobis jam aliàs S. Sedes approbavit pro aliis Religionibus juxta dicta exempla; Unde ob identitatem rationis exemplum Principis est allegabile in aliis etiam ad ita judicandum, ut inquit *Abb. in cap. Afferte n. 1. de Præsumpt.* & faciunt ea, quæ observavi *tom. 4. par. 2. discept. 5. num. 16. & 17.*

Non obstant exempla quorundam sublimium Consessuum, quæ objicit P. Generalis in quodam Memoriali Italico; Tum quia tunc casus erunt parificabiles, quando nostræ Congregationi quanti intererit haberi juncta suffragia ejus germanorum fratrum, quanti interest Christianæ Reipublicæ illa juncta habere in exemplis allatis.

Minus obstat exemplum Fratrum de Magnonis in hac eadem Congregatione; Illud enim potiùs retorquetur in contrarium, dum licèt plures fuerint in nostra Congregatione, non tamen fuerunt plures in simultaneo gubernio: Et nos non intendimus prohiberi pluralitatem consanguineorum in profitendo, sed tantùm in gubernando.

Neque demum obstat prætensum Jus quæsitum, tum quia Jus, quod habent Regulares est obedientiale, & quatenus ex meliore dictamine rationis auferatur ab habente authoritatem, prout habet Sacra Congregatio, & haberet Capitulum Generale, prætensum Jus Tertii non venit attendendum *can. Nullum 18. quæst. 2.* & propriè in materia Regularium *Spad. cons. 122. num. 7. tom. 3.*

Et præsertim quando tale Jus, sive sit Jus, sive Privilegium, incipit esse nocivum *cap. Suggestum 9. de Decim.* & est plusquam certum, quod effectum sit nocivum in casu nostro, quia propter hanc votorum conjunctionem jam P. Generalis per plures annos stetit intrà Definitorium; Quod si computemus sexennium, quo remansurus est in eodem terminato Generalatu tanquam ex generalis, facilè verificabitur, quod modò per se, modò per fratrem, modo conjunctim habuerit partes principales in gubernio Religionis per annos triginta. Nec est à verisimilitudine alienum, quod Brevi subintrare possit etiam alter germanus, qui jam habet locum in Capitulo Generali, prout etiam ejus Consobrinus, quem hactenus fassus est talem, & modò negat: Et post modum subsequitur nepos ex germano fratre: Unde necesse est, ut Sac. Congregatio dignetur providere imminenti reductioni gubernii Religionis ad familiam particularem.

Nec rursus ad effectum de quo agitur remorari debet providam resolutionem reflexio Juris particularis unius, vel alterius Religiosi quando resolutio videtur necessaria pro bono publico Religionis, pro cujus utilitate cedere debet Jus, vel utilitas privata; juxta notissima Axiomata.

Et quatenus adhuc super hoc insistatur, supplicamus reflecti ad statum præsentem Definitorii, juxta cujus sistema valdè timendum est, nè major pars Definitorii reducatur ad solam voluntatem moderni P. Generalis; Totum Definitorium semper & ubique debet esse constitutum ex novem Personis ut justificamus ex Constitutionibus datis in Summario. Idque cum tali, tantaque præcisa necessitate, ut quatenus pro tempore Diætæ defecerint aliqui ex Definitoribus, debeant superstites alium, seu alios eligere ad numerum integrandum.

Jam de præsenti deest unus, nec longinquæ sunt apparentiæ, ut alia via quam per obitum antè tempus Diætæ possit alter deficere: redacto Definitorio ad septem Personas, ex quibus duo sunt fratres Germani de Chiappinis, quorum impossibile est ut unusquisque non habeat unum saltem Amicum pro quolibet absque ullo Dubio prævalebunt primo in eligendis duobus Definitoribus subrogandis, quia quatuor prævalent tribus remanentibus. Et successivè electis duobus novis Definitoribus juxta ipsorum factionem prævalebunt etiam in pleno Definitorio, qua inter novem sex prævalent tribus.

Et ideò supplicamus provideri saltem quoad actum electionis subrogandi, vel subrogandorum, ut electio fiat absque concursu duorum fratrum, prout saltem speramus à providentia Sac. Congregationis. Et ita in puncto factum fuit à Clemente VIII. qui pro Consanguineis, qui tunc erant in officio, reliquit Jus suffragandi in omnibus usque ad proximum Capitulum exclusivè. Adveniente autem Capitulo votaret in electionibus unus duntaxat ut justificamus in Summario. Et nos supplicamus cum majori moderatione scilicet, ut abstineat saltem unicè ab actu votandi in electione subrogandi ad integrandum numerum Definitorii, & in reliquis utatur Jure suo.

Sexta petitio nullam habet difficultatem, quia nihil petitur, nisi Constitutionum observantiam, prout jacent, & dantur in Summario, & dignetur P. Generalis habere Visitatores pro Sociis, quales eos facit Constitutio, & non alios, quales sibi facit Generalis per contemptum Constitutionum, & consilii Visitatorum in gravibus, & difficilibus Religionis negociis.

Nec satisfacit Responsio, quod nihil occurrit, quod fuerit grave, seu difficile, quia mirum esset toto gubernii tempore nil tale occurrisse, nisi intelligatur in eo sensu, ut nihil ei visum fuerit difficile, neque ipsas Constitutiones contemnere; Et tamen non solum difficile reputari potest, sed nimis gravis materia Cædulones affixisse Cremonæ, authorizasse permutationem Ecclesiæ, & Hospitis Cæsenæ cum quadam Domo privata, trasmisisse passim Commissarios Novariam, Ferrariam, Veronam, Neapolim, & fortè non quidem

dem pro causis novis, & superventis, sed pro jam recognitis ab eodem P. Generali in actu Visitationis, prout nuperrimè accidit Neapoli, & quod intolerabile videtur cum solo fundamento Memorialis incogniti, & saltem poterat credere difficile concedere plures licentias à Religione abeundi absque beneficio competenti.

Ideoque dum P. Generalis uihil habet pro difficili, tanto magis est necessaria provisio, ut recognoscat 109 hæc, & similia esse gravia, & difficilia, & nequeat ulterius Constitutiones eludere: Et relictis in suo esse rebus præteritis, videtur expedire, ut gerenda imposterum per Generalem non servatis Constitutionibus sint nulla, & attentata prout credimus esse de Jure per Text. Constitutionis super authoritate Generalis, ibi: *neque aliquid contrarium nostris Constitutionibus factis, vel quas imposteram fieri continget attentare*.

Et meritò quia Constitutio mandans adhiberi Consilium, & assensum Visitatorum loquitur per verbum 110 *debebit*, quod importat præcisum Præceptum, & innegabilem necessitatem *Gloss. in Clementin. Attendentes Voto Debeant de Statu Monachor.* & in proposito alterius Constitutionis supra diximus ex *Fagn. in cap. Qualiter num. 37. de Cleric. non resident.* & addimus alios citatos à *Barbos. dict. 77. num. 1.* Ac stante nullitate P. Generalis attentatis de plano sequitur consolidatio totius 111 Jurisdictionis in Visitatoribus, tanquam non peccantibus ex ratione Text. *ex cap. Scriptam 40. de elect.*

Septima Petitio, ut liceat Visitatoribus venire ad Urbem in casibus necessariis fundata est in officio Visi- 112 tatorum, quia juxtà Constitutiones *sunt Socii Generalis*, illique suis Consiliis præsto esse debent. Ideoque non iadigent licentia, at accedant ad locum ubi resider Generalis, quia nullus indiget licentia ad id, quod habet ratione Officii.

Non obstant interpretationes P. Generalis, quibus prærendit babere Socios de longinquo sub prætextu, 113 quod occupentur in Visitationibus, & ire debeant quò jubet Generalis; omuia enim hæc intelligenda sunt in propriis casibus, & congrua congruis referendn eo quia non recusant Visitatores, Provincias sibi designaras, lustrare, nec detrectare ab injungendis per Generalem; Quando tamen occupati non sunt in Visitatinnibus, & 114 quando Provinciæ, aut Ordinis necessitas requirit, in istis circunstantiis petunt posse liberè accedere ad locum in quo residet Generalis, quia Constitutio loquitur, ut possint *Generali adesse*, quod non significat *abesse*, ut in sæpè citato Memoriali Italico dicebat Generalis.

Neque refragatur, quod Constitutiones dicant, ut juxta occurrentias, emergentia per Literas significent 115 quasi ex hoc mandent, ut ab invicem distent. Quia Constitutio loquitur in casu, quo contingat eos inter se reperiri distantes, ad providendum etiam iu eo casu, ut apertè intelligitur in sensu obvio per simplicem lecturam dd. Coustitutionum, datarum in Summario, unde perperam indncitur pro regula dispositio, quæ lo- 116 quitur in casu limitationis, imò retorquetur motivum per legitimam interpretationem. Sunt verba Constitutionis: *Si verò dum &c. inter se distantes erunt*. Particula enim illa *verò* est adversativa ex adductis à *Barbos. dict. 420. num. 1.* Ergo suppouit casum oppositum, quod 117 scilicet aliis temporibus non sint distantes, ergo tali tempore nihil impedit quominus adsint P. Generali.

Et multo minùs impediri poterit quotiescunque urgee necessitas, vel Provinciarum, vel Ordinis, prout in 118 præsenti, dum aliàs impedito accessu Visitatoribus, non solnm esset inutile, & à Constitutionibus delendum officium Socii, verùm etiam noster P. Generalis jam esset effectus Monarcha, & Sistema nostræ Congregationis transmutaretur in aliud; Quamobrem non sunt ab eorum facultatibus degradandi Visitatores, qui possunt aliis Religiosis independenter à Generali licentias concedere, juxta Constitutionem Clementis VIII. datam in Summario. Ergo fortius ipsi possunt venire 119 nou obstante, quod regula concepta sit per negativam universalem *nullos fratres*, quia in prohibitivis Abbas non venit sub Generali nomine Monachorum *Panormit. in Clementin. Religionis n. 2. de Procurat. & in cap. final. de Simonia n. 1. & 2.*

Neque dicat Generalis, tali pacto futuros quinque 120 Generales, quia non prætendimns authoritatem Generalitiam, sed tantùm illam Sociorum Generalis, & Visitatorum Generalium quales constituti sunt à Religione, neque plus, neque minus: Et quatenus hoc quod placuir antiquis Legislatoribus, aliisque Generalibus antecessoribus, displiceat moderno Generali, conqueratur oportet de majoribus, qui sub tali Sistemate Congregationis Regimeu statuerunt absque eo, quod in illis primordiis inducta sit aliqua monstruositas, 121 quia sumus quinque qui reducimur ad unum, & P. Generalem veneramur, ut caput ad tenorem Constitutionis non obstante, quod nostra subalternatio sit cum hac, vel illa prærogativa, & cum eadem Jurisdictione, qua pollet Generalis, quia etiam celebris Ordo Cisterciensis à quo plures Ordines Guberuii normam susceperunt, & de cujus Ordine fuerat Benedictus XII. qui primitivas nostræ Congregationis Constitutiones tradidit ultrà Abbatem Generalem Cistercii habet quatuor Abbates, nempè Claravallensem, Motimundensem de Pontignaco, & de firmitate, qui sunt Abbates primarii imò ab ipso *Benedicto XII. in Bullar.* 122 *tom. 2. Constit. 3.* vocantur Coabbates, & unusquisque ipsorum independenter à Cisterciensi residet Monasteriis suæ filiationis, vadit, & redit ad Generalem, & ad alias partes absque licentia Generalis, nec tamen sunt quinque Generales, neque merent monstruositatis censuram; Et multò minus nostri quatuor Visitatores Generales dici possunt totidem Generales ex hac prærogativa veniendi ad Urbem sine Generalis licentia, quia tali pacto jam tot Canonici, qui sine Generalis licentia venire possunt dicendi essent PP. Generales.

Octava demùm petitio de non peripieuda Prælatis inferiorihus pusillo Jure expediendi obedientias juxta morem, & constitationes nostri Ordinis de quibus in Summario est justa, & congrua; quia conformis dispositioni earundem Constitutionum sub titulo de Generali, ibi: *Cavebit ne alterum Prælatorum authoritatem, &* 123 *Jurisdictionem sibi usurpet &c. sed omnes Prælatos suis Officiis liberè uti, & fungi permittet*. Nec tamen intendimus præjudicare Juribus Generalis in suis facultatibus, sed tamen prætendimus servari Jus suum nnicuique, & servari Constitutiones, datas in Summario, ubi præcipitur Generali, ne transferat de loco ad locum, nisi ob necessitatem urgentem, & quando non potest alio modo provideri, & de Consilio Visitatorum, & juxta aliam Constitutionem pariter datam iu Summario, & quæ à Generalibus antecessoribus fuerunt servatæ prout annos 40. testatur P. Coppardi iu Relatione, facta de Mandato Emin. Pont.

Et congruum non videtur destinationes, heri factas à Diæta Generali, mutari hodiè pro arbitrio Generalis, ac propterea supplicamus moderari frequentiam mutationum, ut monet nostra Coustitutio, ibi: *Caveatur à frequentibus, & non necessariis mutationibus*, 124 *quæ nonnisi ex causa urgenti, ac necessaria fieri debebant*, & pro iis faciendis procedendum esse auditis prius Visitatoribus Provinciæ, & Prælatis loci, à quo, & ad quem, qui sunt etiam Judices Ordinarii. Unde sicuti Sac. Congregationes pro ipsarum benignitate dignautur Locorum Ordinarios audire in causis coram ipsis pendentibus. Ita multo magis P. Generalis in his mutationibus audire deberet Prælatos Locales, utpotè ordinarios iu his mutationibus interesse habentes.

Uno verbo cùm non detrectent subditi subesse, di- 125 gnetur P. Generalis Ordinis præesse, prout tenetur, & servare Constitutiones juxta animadversa per *Donat. rer. Regul. tom. 2. tract. 12. qu. 12.* & juxta Præceptum, Generali factum in Constitutionibus, & omnia erunt in pace composita.

IN EADEM CAUSA.

OMnia puncta, seu petitiones resolvendæ videatur favore Visitatorum, quia non subsistunt plura, 126 quæ ex adverso prætenduntur in facto, ideoque non applicantur, quæ deducuntur in Jure, prout neque subsistit authoritas Monarchica, prætensa per Generalem, dum nostræ Constitutiones clarissimè statuunt Aristocratiam, & observat *Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 1. quæst. 2. num. 6.* ubi post assignatam Aristocratiam Universo Ordini S. Augustini, de nostra Congregatione loquitur per hæc verba: *Eodem regimine gubernantur Canonici Lateranenses sub Regula Augustiniana prim-*

principaliores militantes, ut constat ex eorum Constitutionibus par. 2. cap. 1. & 2.

Primùm ad effugiendam celebrationem Definitoril mane, & Vespere in Dietis, non subsistit prætensio Generalis quod juxta Contitutiones ipsi pertineat *Dietam prorogare*, quia Constitutio, loquitur impersonaliter ibi: *Ipsa Dieta tamdiù prorogari*, sed non dicit, pro- 127 rogandam asse à Generali, quia si hoc voluisset, utique dixisset, prout dixerat in principio: *Generali unam Dietam* congregabit, & successivè pro locp Dietæ subjungit: *quem ille magis idoneum judicabit*; Unde si prorogationem relinquere voluisset arbitrio Generalis, procul dubio dixisset: *prorogabit*, quod non dixit, sed phrasi mutata: *prorogari*: Undè ex discretiva locutione intrat discretiva dispositio *Rota coram Caputaquen. par. 1. dec. 23.* & jure meritò, quia Dietæ indigent Con- 128 vocatore antequam sit insimul congregata, sed postquam est unita, potestas durationis Dietæ, non residet amplius in Convocatore, sed in ipsa Dieta, ut claré supra ostendimus. Unde ex bac facultate, quæ sibi non competit, nullum argumentum fundare potest P. Genaralis.

Imo quando Constitutio considerat Definitores, jam exiilentes in Loco, non dicit amplius: Generalis convocabit; Sed præscribit ut ipsi Definitores se congregent ibi: *quibus diebus mane, & Vespere, tùm Definitores, tùm cæteri Officiales in suis locis semper congregari debebunt*. Ideòque nun remanet amplius in sola potestate Generalis congregate, vel disgregare. Et malitiæ Congregatoris jàm in simili providit Constitutio data in Summ. ut recusante Prælato, congraget antiquior.

Hinç minus applicantur quæ deducuntur in Jure quia illa optimè procedunt in abstracto, & in suis casibus, 129 & in Generali axtra Dieram, vel Capitulum. Et non possunt procedere in concreto casus nostsi, nbi Generalis non est æquiparabilis Episcopo, quia Episcopus autboritatem suam recognoscit à Christo, & Pontifice; Et èconțra Generalis nostes est à Capitulo, & non ab alio principio superiore: Ac rursus qualiscumque sit, supplicamus reflecti, quod nos disputamus de Generali, existente in Dieta, unà cum Definitoribus non autem de eodem Generali, de se solo, seu extra Dietam: Unde ab uno Statu ad alium, propter disparitatem, non currit argumentum.

Minùs juvat, quod hæc bina convocatio non legitur In Constitutione de dietis celebrandis prout legitur in 130 tampora Capituli. Quia ex hoc non insurgit pętenșą discretiva ut vidimus supra, ex qun Definitorium sive in Capitulo siva in Dieta, semper est idem Definitorium, ac Dieța subrogata ast in locum Capituli, & pari passu in utroq; casu resolutiones sunt accelerandę. Imo convincimus P. Gener. per retorsionem ad huminem: fatetur ipse congregari in Dietis quinque Tribunalia, defendi Theses Theologicas, & haberi sacras Conciones, non secùs, ac fit in Capitulis Generalibus, & nihilominus 131 in Constitutione de Dietia, data in summario nulla prorsus habetur mentio de his, sed tantùm in Constitutione de Capitulo Ganerali *cap. 1. par. 3.* Uode sicuti præmissa censentur injuncta pro Dietis non legantur repetita; Ita pariter censendum est da bina convocatione.

Sed omnem tollit difficnltatem observantia pro bina convocatione Definitorii, atiam in Dietis concludenter probata in Summ. absque eo, quod illa debilitetur ex eo, 132 quod aliquando aliqua sessio intermissa fuerit propter impedimeotum, prout ętiam legitur in dicto Summario quia nnn prætendimus, quod nullo modo possit omitti, si aliquod superveniat legitimum impedimentum, nostra enim quæstin non cadit super hoc, sed potiùs an, & ad quem pertineat canonizare impedimentum pro sufficienti, ad effectum prætermittendi aliquam sessionem; 133 Et in hoc dicimus, cognitionem, & determinationem pertinere ad totum Definitorium, seu majorem ajus partem, & non ad solum Generalem & in hoc puncto Jus assistit Visitatoribus ax luculenter supra deductis, & præsartim ex *Pellizario tractatu 9. cap. 8. sect. prima quæst. 30. nu. 39.* cujus verba refetuntur supra, & è contra Pa- 134 ter Generalis, qui prætendit ad se pertinere contra, id quod nobis de Jure assistit, nihil probat.

Naque ullum probatinnis gradum constituit Attestatio sex Canonicorum exadverso data in Summario ubi dicitur, convocationem semper factam arbitrio Generalis, & Definitoria dissoluta fuisse per eundem, & ex causis ab ipso prn justis, & legitimis judicatis, quia isti sex, Lizolio excepto, nnnquam fuerunt in Definitorio, neqne Magnonus, qui Definitor est, quoad Titulum per Breve, & nnn fueruot in Dietis respectu Definito- 135 rii, *nisi tanquam Pessulus in Porta Domus, vel Cubiculi*. Ideòque possunt quidem deponere de materialitate facti, celebrationis, scilicet, vel non celebrationis Definitorii, sed non de causis, sive efficientibus, sive motivis unius, vel alterius, dùm nibil de his videre potuerunt.

Eidem verò Lizolio credendum non est tanquam sibi contrario in alia Attestatione data in Summ. super puncto Electionum, & de Procuratnre Generali mirandum est; quod deponat de bis, quæ non potuit videre; & contra essentiam Officii sui de invigilando observantiæ 136 Constitutinnum, assumat partes Impugnatoris, ut notum est Eminentissimis Judicantibus, apud quos urgent contrà Constitutiones.

Et in ordine ad secundam partem petitionis, ad effectū resolvendi cum iis Definitoribus, qui sunt congregati non obstat Coostitutio requirens in Definitorio omnino 137 numerum novenarium, una cum Constitutione Clementis VIII. exadverso allegata; Quia Constitutio intelligenda est de absentia, infirmitate, & aliis impedimantis legitimis, quæ inhabilitent Personam ad interveniendum, non autem de contumacia voluntaria, & multò minus de Definitore, jam existente in loco Dietæ; Dùm alias, nisi intelligatur hoc modn, esset in arbitrip, nun solum Generalis, verùm etiam cujusque al- 138 tetius Definitoris, deludere totum Definitorium; Illudque detinere in Dieta per menses, & menses, absque ulla conclusione, dum hodie unus, cras alter pro sun quisque capite posset sibi ventris dolorem fingere, quod asset absurdum, & admittere in sapientissimis Constituentibus ridiculū importare intellectum; Ideoq; Constitutio requireus numerum novenarium, illumque suppleri mandans, intelligenda est, prout de Jure, & in casi- 139 bus, in quibus contumacia non sit voluntaria, dum in illis providit Constitutio, ut alter subrogetur: Et in in istis provisum est à Jure, ut habeantur pro contumacibus, & ipsorum contumacia non obstante, procedi possit ad resolutionas, ut probavimus supra, & notant cōmuniter *Canonistæ in cap. Cum Nobis olim 19. de electione: Et Passerin. in cap. 11. num. 97. de Electione*, quem ad sui favorem allegat unus ex contrariis scribentibus, dicit totum contrarium,

Cæterùm nescimus, quo fundamento dicatur nunquam evenisse pro parte Generalis quo minus Definitorium debitè celebraretur, impedimenro non existen- 140 te, quando convincitur fecisse quid pejus, nempè sessionem dissolvisse, quia res pro sua voluntata non gerebantur, non sine adstantium dolore ut probamus in Summario absque eo, quod excuset authoritatem se ad hæc non extenderé clare ostendimus supra Generalis enim inrra Definitorium non est major Definitorio, sed nnus, licèt primus, inter Definitores, absque eo, quod conqueri possit Generalis, quod hoc esser coarctare ejus arbitrium, ut exagerant exadverso Scribentes; Quia si loquimur juxta leges Urbanitatis, neque è contra solus P. Generalis debet coarctare arbitria tot Definitorum; Aut loquimur juxta leges Constitutionum, & Juris, & P. Generalis Conqueri debet de Constitutionibus, & de Jure, à quibus non est sortitus tantum arbitrinm, quantum desiderat, præsertim Definitoribus jam existentibus in Dieta, ut fusiùs demonstravimus supra.

Circa secundum, quod nequeat Generalis Definitorium dissolvere, postquam est congregatum, satis o- 141 stendimus supra, absque eo, quod obstet authoritas Capitis, ut mox dicebamus; Atquè ad effectum, ut non obstante ipsius, vel alterius cujuscomque Definitoris recessu, possint reliqui, in Definitorio persistentes procedere, nihil obstat necessitas nnmeri novenarii præscripti à Constitutionibus, quia recedentes sibi debene imputare, dnm se faciunt Extraneos, & uti non obstant discedentium recessus à Capitulo, quamvis omnes de Capitulo necessariò vocari debeant; Ita nec debet obstare recessus aliquorum ex novem à Definitnrio, quamvis de Jura Constitutionum debeant Definitnres

esse

esse novem, & est casus, de quo loquitur *Passerin. de Elect. cap. 11. n. 97.*

Circa Tertium, admittente Generali nostram prætensionem, non insistimos ulterius; Supplicamus tamen Nobis in culpam non verti factam petitionem, quia non obstante abolitione Abbatum Titularium, facta in Definitorio per denegatam confirmationem, non [142] potest Generalis negare factum, quo plures Abbates restabilire intentaverit, dum extant in Sacra Congregatione supplices Libelli, quos procurabat remitti ejus arbitrio, unitis consiliis cum Procuratore Generali, existente de eadem Provincia, & suis intentionibus savente contra officium, & Constitutiones, ut etiam supra dicebamus: Itaut quod Dieta una die destruxerat, Generalis, & Procurator dietim reædificarent.

Circa quartum, perperam prætenditur à P. Generali, sibi in electionibus Prælatorum competere Jus nominandi vigore Constitutionum *par. 3. cap. 19.* sub [143] prætextu, quod ibi legantur illa verba: *servetur mos, & forma antiqua*, quia de hoc satis superque diximus supra illa scilicet refellenda esse ad secretum electionis & ad Jus nominandi; Imo retorquetur motivum, quia veriùs Constitutio, in qua se fundat Generalis est adamussim sub *cap. 19. part. 3.* & in novis sub eadem parte & capite statuitur alia forma; Ergo ibi, quoad nominationem, prætensa forma antiqua rejecta est, ad *Textum in l. Cancellaverat. ff. de His, quæ in Testamento delentur.*

Minus deduci potest Jus nominandi ex argumento, quod juxtà easdem Constitutiones licet excipere contra Personas quasi dicendum sit, quod præcedere proinde debeat nominatio, adhoc, ut possit subsequi exceptio, quia respondemus, non esse necesse, ut nominatio præcedat, dum etiam de Jure licet excipere contra Perso- [144] nas Eligendorum, absque eo, quod ulla præcesserit designatio de illa eligenda, ut cautum est in *cap. Qui contra 20. de Elect. in 6.* Ideoque facultas excipiendi, concessa in Constitutionibus, non facit supponere, quod sit necessaria præcedens nominatio, prout de facto pra- [145] cticatur in Congregatione nostra in Electionibus Prælatorum majorum, in quibus admittuntur exceptiones, & nulla præcedit nominatio.

Hinc P. Generalis frustra se jactat, quod suum veluti Jus cum Visitatoribus repartiendo, concesserit eisdem Jus nominandi tantùm pro sua, dum prætendit concessisse, quod sibi non competebat; Et multo magis ex- [146] travagans, ac nostris Constitutionibus, & juri communi contraria est eadem prætensio nominationis cum qualitate, ut sit coarctata, quia talis coarctatio improbatur à jure, & in facto non jostificatur.

Et reflecti supplicamus, quod in ordine ad nominationem, nos etiam admittimus, & asserimus, illam fuisse in usu; Negamus tamen, quod illa fuerit cum prætensa coarctatione, & ad hanc ostendendam, non sufficit asserere, quòd factæ fuerint nominationes; Imò neque, quod semper electus fuerit aliquis ex nomina- [147] tis; Sed oportet ostendere, quod evenerint casus, in quibus factæ fuerint nominationes, & prætensum fuerit, eligendos esse alios non nominatos. Et nihilominus obtentum fuerit, ut eligerentur nominati, & non alii, quia donec ista qualitas non ostendatur, semper electio ex nominatis censenda est fuisse facultativa, & nunquam fuisse inductam coarctationem.

Prærerquam, quod non obstante historiola ex adverso narrata super hujus nominationis derivatione impossibilis est prætensa coarctata, quia exadverso Scribentes in Jure procedunt cum Theorica juris, quod co- [148] arctata possit induci de consensu Electorum. Et postea in facto narrant coarctatam, conventam in congressu præliminari inter Generalem, & quatuor Visitatores: Et non reflectunt, quod extrà Congressum relinquunt quatuor Definitores, qui sunt etiam Electores; Unde nescimus quo pacto prætendatur inducta coarctata de consensu Electorum sine Electorum interventu: Præterquam quod quando Electores in aliqua electione se coarctant, illa coarctatio non excedit illum [149] casum, & illas Personas, nec trahi potest ad consuetudinem, quia toties quoties, variantur casus; & personæ.

Et ad sublevandum Generalem ab hoc onere probandi coarctatam impossibilem, ostendimus nos contrarium, nempè evenisse casum, in quo impugnata fuit nominatio, & facta electio de alia Persona extrà jam nominatas, ut probamus in Summario ubi reflectendum, quod ille, qui impugnavit nominationem fuit ipsemet, P. Generalis, & ipse obtinuit, ut eligeretur alius extra nominatos. Reflectendo etiam, quod hæc oppo- [150] sitio facta fuit ab eadem in ipso Definitorio, existente jam in esse congregato, & in actu electionis, unde non subsistit, quod modò ad opportunitatem Causæ prætenditur, & attestantur aliqui quod ante ingressum in Definitorium fieret selectio Personarum, & concertatio coarctata eligendorum ad jurgia evitanda, adhoc, ut tunc fiant exceptiones, dum videmus, quod in ipsomet Definitorio excepit ipsemet P. Generalis contra eligendos.

Et reflectendum ulterius, quod Attestatio emanavit tempore non suspecto, & facta est à P. Visitatore Lizolio, quem modo P. Generalis adducit pro se attestantem. Unde videatur, quæ fides adhibenda sit moder- [151] næ attestationi ejusdem Lizolii contra factum, super quo ipse alias testatus fuit de contrario; Minusque fundamentum fieri potest in aliis Attestationibus, quia Attestantes nunquam fuerunt Definitores Vocales; Ideoque testari nequeunt de iis, quæ fiunt in secreto Congressu, in quo nunquam intervenerunt. Econtra vero pro Nobis, & pro Electionum libertate attestantes absque coarctatione, sunt quinque, qui omnes interfuerunt in actu Electionum, nempè Coppardus, qui fuit Visitator Generalis, Lizolius tunc, & nunc Visitator, Landrianus, qui fuit etiam Generalis, & Meltius Visitator, & Garzadorius Visitator, & Notarius Definitorii.

Non subsistente proinde facto prætensæ consuetudinis coarctativæ, nihil relevant deducta in Jure pro facultate coarctandi, quia bene concedimus posse Electores, si ita velint, se coarctare; Sed tamen negamus, quod in no- [152] stra Congregatione se coarctaverint; Præterquamquod nominatio de sui natura non coarctat juxta sensum *Rot. in decis. 37. coram Ottobon. numero vigesimo quarto, & vigesimo quinto.*

Et casus dictæ decisionis non applicatur casui nostro, quia ibi non agebatur de simplici nominatione, sed potius de Electione, jam secuta inter duos cum Votorum [153] paritate, prout recognoscitur in prima illius causæ *decis. quæ est in* 2341. *coram Coccino.*

Sed re vera toties incurrimus in inconvenientia, quoties recedimus à Jure communi; Ac propterea in puncto electionum, quatenus non sit continuandus usus nominandi cum plena libertate suffragandi, etiam ad favorem non nominatorum, & absque ulla coarctatione, prout hactenus factum est; satis fortasse foret servare [154] Jus commune, & ipsasmet Constitutiones, quæ Juri communi sunt conformes, procedendo ad eligendum absque ulla nominatione.

Et quidem Constitutiones in puncto electionis pariformiter statuunt de omnibus, ut scilicet sit canonica tam electio Generalis, quàm Procuratoris, Visitatorum, Difinitorum, Superiorum, Sociorum, & aliorum quorumcumque, & de Vicario Generali datur forma eligendi nullo proponente, ac pro Abbate Generali dicitur, ut servetur eadem forma, quæ servatur in Electionibus Generalis, Vicarii Generalis, Procuratoris Generalis, Visitatorum, Definitorum, ac Socio- [155] rum practicatur Constitutio, & Jus commune ad literam nullo proponente; Ita pariter practicari posset in electionibus aliorum Superiorum ad effugiendam etiam umbram coarctationis, & servandam illibatam libertatem electionum juxta Electorum conscientiam ad formam Constitutionum.

Ad quintum. De vitanda Consanguineorum concurrentia in Capitulo, & Definitorio ad providendum in futurum, credimus non habere difficultatem, quia expedit gubernio, & nullus læditur; Pro præ- [156] senti verò respectu Parentelæ nihil petimus tanquam de Jure, sed tantùm sub fundamento prudentialis regulamenti, aliàs adhibiti à Sancta Sede in similibus terminis, ut dicebamus supra.

Præscindendo tamen à Parentela, & inhærendo Constitutionibus, alteruter ex germanis fratribus, de quibus agitur deberet carere voto in Definitorio;

157 rio; Siquidem in Constitutionibus districtè injungitur, ut servetur æqualitas, non solùm Provinciarum, verùm etiam Nationum; Itaut cùm in nostra Congregatione sint quinque Provinciæ, & plures Nationes, & Vota novem in Definitorio, unaquæque Natio votum suum habere debet, nec possunt in eadem Natione Vota duo cumulari; Unde cùm P. Generalis, & ejus Germanus Frater sint ex eadem Natione Placentina, accumulantur duo Vota in hac Natione, & sine Voto remanet Natio Pedemontana; Unde non servatur æqua-

158 litas, ut volunt Constitutiones; Ideoque contra concurrentiam utriusque Voti in Definitorio, ultra incongruentiam ratione sanguinis, concurrit obstaculum inæqualitatis ratione Constitutionum.

Ad sextum. Longum esset singulatim dispungere quænam sint gravia, vel difficilia ad hoc, ut P. Generalis normam habeat præ oculis, in quibus debeat adhibere consensum PP. Visitatorum, sed tamen dignetur legere *Butrium*, *& Panormitanum in Cap. Ad hæc, de*

159 *Officio Archidiaconi*, hunc scilicet *num.* 1. illum *num.* 3. ubi quærit quænam sint ardua, & invenies assiniouem Cedulonum Cremonæ numerandam inter ardua, *ex capit. primo de Excess. Prælator.* Et authorizationem Permutationis Cælenæ, *ex Can. Quisquis 12. quæst. secunda.*

Sed omisso labore recurrendi ad Canonistas, non graveur legere ipsam Constitutionem, in qua agitur de Abbate Generali *par.* 2. *cap.* 1. ac cubitalibus literis impressum inveniet, qualiter Generalis Causas Civiles,

160 & Controversias debet cognoscere cum consilio, & assensu PP. Visitatorum; Unde videat P. Generalis,qui tot Commissarios passim transmisit, ac tot Causas cognovit, prout supra diximus, ac tamen non solùm non adhibuit Visitatorum consensum, sed neque saltem pro urbanitate aliquod consilium; Unde nil mirum, si Visitatores ad Sac. Congregationem pro ipsorum Officii contemptu reclamant, & supplicant mandari P. Generali, ut observet Constitutiones sub pœna nullitatis, & devolutionis, prout est necesse ad refrænandam prætensam Monarchiam.

Ad septimum, exadversò Scribentes considerant nostros Visitatores in sensu diviso, & tanquam nudos Visitatores, eos tamen deberent considerare conjunctim

161 in duplici Officio, prout considerat Constitutio, nempe in Officio Socii, & in Officio Visitatoris, super quorum utroque Constitutio disponit. Et in qualitate Visitatorum injungit illis Visitationem, & in qualitate Socii injungit, ut adsint Generali, ut videre est in Summario.

Non obstant verba Constitutionis, ibi: *Semper ad nutum Abbatis Generalis*, quia nutum admittimus in eo

162 tamen, in quo vult Constitutio, scilicet ad exercendum proprium Officium, dum apponitur ad effectum Officii, dum ibi dicitur: *Eorum præcipuum Officium erit Abbati Generali in gravioribus negotiis* adjumento esse? Et ideo Constitutio ipsis denegat Abbatias actuales, non ad effectum, ut Patres Visitatores mittantur ad nutum Patris Generalis huc, & illuc obedientialiter, tanquam Fratereuli, sed duntaxat, ut possint Generali, vel adesse, vel proficisci ad exercendum Officium.

At verò, quando Visitatores expleverunt Officium, & nihil ipsis remanet alibi faciendum, quod tali casu prætendat Generalis eos arcere à se, ne ipsi adsint,

163 prætensio est contra Constitutionem, quia exauctorat ab Officio Socii, quod ipsis dat Constitutio; Unde Jure dicebamus, non posse Visitatoribus impediri accessum ad Urbem, neque pro tali accessu requiri Licentiam, quia nullo Jure cautum est, ut Licentia requiratur ad faciendum ea, ad quæ quis tenetur vigore Constitutionum, quia tunc licentia data censetur à Jure.

Debilis est replicatio, quod ipsorum præsentia non sit necessaria apud Generalem, sub eo motivo, quod

164 hic assistat Procurator Generalis, quia docet experientia, quàm benè respondeat muneri sibi per nostras Constitutiones injuncto, dum ipse favet introductioni Abbatum Titularium, quos repellunt nostræ Constitutiones, & apertè gerit munus Procuratoris Generalis Patris Generalis, non Congregationis, pro quo advoco in testes Sapientissimos Judicantes.

Neque obstat, quod tali pacto Visitatores Generales essent Judices, sibi ipsis authorizando suos adventus, quia recurrit eadem ratio, non esse opus authorizatione ad explendum proprium Officium, scilicet ad sedendum ad Officium Socii, prout Monachus non indiget licentia ad effectum redeundi ad Monasterium; Aliter dicendum esset, ipsos non esse socios, si indigerent

165 Licentia ad associandum; & ideo nil mirum, si casus ille non fuit prævisus à Constitutionibus, quia nunquam prævideri potuit, quod Socii, & Visitatores, qui tanquam Socii discedunt à latere Generalis ad visitandum, indigere deberent Licentia ad redeundum ad locum proprium, in quo sunt Socii; Ideoque sive applicetur sive non applicetur similitudo Provincialium in aliis Ordinibus, parum refert ad casum nostrum, quia in aliis Ordinibus Patres Provinciales non sunt etiam Socii, prout sunt Patres Visitatores.

Hinc est, quod Constitutio Clementis VIII. prohibens Religiosis accessum ad Urbem, non comprehen-

166 dit nostros Socios, & Visitatores, quia loquitur de accedentibus à Locis, in quibus debent residere, & non de redeuntibus ad Locum, in quo debent suo Capiti adesse.

Ad octavum, exadversò Scribens in facto, loquitur cum aliqua æquivocatione, cum qua deinde procedunt Scribentes in Jure; Ae propterea cogimur narrare praxim uniformem nostris Constitutionibus. Familiarum distributio fit à P. Generali conjunctim cum Visitatoribus; Ista distributio fit per modum Cathalogi, vulgariter dicetemus *Rollo* cum Intitulatione *Familia Monaste-*

167 *rii talis*, istumque Cathalogum, & singulos subscribit Pater Generalis cum impressione parvi Sigilli, ac talem Cathalogum, seu Rollum accipere tenetur quilibet Abbas Localis, omnium verò Cathalogorum integrum Regestum asservatur apud Patrem Generalem.

In vim hujusmodi Rollorum quilibet Abbas de sua Familia disponit, & singulis Religiosis sic ad

168 aliud Monasterium discessuris, suas particulares Patentes Literas concedit; Et hactenùs pro his distributionibus, & Religiosis mittendis de loco ad locum incognitæ fuerunt patentes Literæ Generalis.

Hinc est, quod si Dominus exadversò scribens intelligit de subscriptione, & Sigillo Generalis in Cathalogo, seu Rollo Familiæ, ultrò concedimus, ita procedere, at verò quatenus intelligat de Literis patentibus quoad singulos Religiosos mittendos, hoc est, quod impugnamus, & vigore Constitutionum dicimus, pertinere ad Abbates Locales, & ni-

169 hil in contrarium ostendi poterit à Patre Generali, nisi innovatio, per ipsum facta, ac propterea recurrimus, ut servetur Prælatis inferioribus sua, cuique jurisdictio, & serventur Constitutiones.

Nec facit, quod Pater Generalis expediat patentes Literas ipsimet Prælatis, ideoque expedire etiam debeat aliis Subditis; In primis enim respondemus, Patentes Abbatum Localium non expediri à solo Generali, sed cum inscriptione *Generalis*, *& Defini-*

170 *torii*, dum illorum sunt Literæ velati Collationis, quorum fuit electio. Et ulteriùs nil mirum, si hoc practicatur in Abbatibus, quia non habent alium Superiorem, sub quorum Testimonio mitti possint: Quod secus est in aliis Religiosis, quia suos habent Superiores particulares, & immediatos, qui sunt eosum Judices Ordinarii.

Neque dicatur hanc esse quæstionem de lana caprina; quia non est parvi momenti id, quod contenditur, quia de hoc verè dici potest, quod latet anguis in herba, quia tali pacto post Dietæ resolutionem nullus mitteretur, nisi quem vellet Generalis, dum posset non mittere Patentes, donec sibi

171 videretur, ac tali pacto totam sibi authoritatem arrogaret, & Prælatis Inferioribus Jurisdictionem, & Constitutionibus competentem præriperet.

Respectu verò mutationum extra Dietam, non impugnamus simpliciter facultatem mutandi, sed distinguimus, & discurrimus de modo. Et in modo dicimus debere causam concurrere per Text. expressum in nostris

172 Constitutionibus, datis in Summ. ibi: *Mutationibus, quæ non*

non nisi ex causa urgente, ac necessaria fieri debebunt. Unde causa requiritur, ergo causæ cognitio. Et si causæ cognitio, ergo ab aliquo petenda informatio, vel consilium, adeoque, vel à Superiore Locali, vel à Visitatoribus, dum aliàs si res reduceretur ad simplicem cognitionem conscientialem, jam reduceremur ad arbitrium, & arbitrium Patris Generalis, 573 qui arbitratur inducere coarctatam in electionibus Visitatores contemnere contra claras, & expressas Constitutiones, ex quo dubitandum remanet de arbitrio non regulato à jure, sed tantùm à voluntate.

Quibusnam opponuntur authoritates, exadversò allegatæ, quia loquuntur in alio systemate Ordinum Regularium, in quibus non adsunt Constitutiones, quæ pro mutatione requirant causam urgentem, & 574 necessariam. Et ut plurimum loquuntur de Mendicantibus, qui facilè transferuntur de Monasterio ad Monasterium cum pera, & baculo, quod secus est in nostra Constitutione, ubi mutationes præsertim prohibentur propter expensas, ibi: *Cùm ex his Monasteria inutilibus expensis graventur.*

Fortiùs in Nostra Congregatione, ubi quot sunt Monasteria, tot sunt veluti Cathedrales, cum suo Prælato particulari, ac propterea si mutatio facien- 575 da est ex causa, & causa sit culposa, de ea debet cognoscere Prælatus Localis, juxta Textum Constitutionis, & authoritatem Ordinariam Prælato competentem; Ideoque quatenus causa sit talis naturæ, non solùm Prælatus Localis debet audiri, verùm etiam causæ cognitio ad ipsum pertinere.

Nec applicatur *Decisio Giennen. Juris mutandi coram Decano*, ex duplici capite, & primo, quia ita cautum fuit in Translatione Cathedralis ab Ecclesia 576 Beacensi ad Giennensem, & secundò, quia deputatio in Causa Giennen. an pro mutatione Causa requiratur nondum decisa, neque proposita, & disputabitur imposterum, & in allegata decisione firmatur solummodo contra potestatem Episcopi non esse incipiendum ab inhibitione.

Die 16 Maii 1698. Proposita Causa in Congregatione Episcoporum per Cardinalem Petruccium:

Ad Primam Petitionem responsum fuit: *Nihil innovandum.*

Ad II. *Procuratorem Generalem non posse dissolvere Definitorium, nisi ex rationabili causa.*

Ad III. *Abolendos, si qui fuerint instituti contra formam Brevium Urbani VIII. & Decretorum.*

Ad IV. *Sublata quacumque coarctatione, servandas esse Constitutiones anni 1629.*

Ad V. *Nihil innovandum.*

Ad VI. *Serventur Constitutiones, & in casibus particularibus recurrant.*

Ad VII. *Negativè.*

Ad VIII. *Quoad Literas patentes pro destinatis in Dieta, serventur Constitutiones* part. 3. cap. 24. *Quò verò ad secundam partem, destinationes factas in Dieta esse exequendas; Post executionem verò posse Generalem transferre etiam non auditis Visitatoribus, & Prælatis, servata forma* cap. 21. part. 3.

DISCEPTATIO XXIX.

Urbis Alienationis Bonorum, Suppressis Nominibus,

ARGUMENTUM.

In alienatione Bonorum, & Rerum Confraternitatum, & piorum locorum, an procedere debeat Edictorum affixio.

Requisitus de meo sensu circa eandem petitionem, strictè respondi, utile esse affigi Edicta, ad evi- 1 tandas fraudes, deceptiones, circumventiones, aut complacentias, cum quibus procedi posset, illa non affigendo, sequendo Modernum *Episc. Buss. de Sodalit. quæst.6. num.6.* ubi probat, id esse conforme stylo Sac. Congregationum, & fuisse ab eo semper practicatum in omnibus Ecclesiasticis muneribus, quæ cum laude exercuit; Quidquid afferat *Mangil. de Subbast. quæst.29. num.30. & 31.* distingues in hac parte Confraternitates 2 Laicales ab Ecclesiasticis; In omnibus enim semper utile est cautè procedere, prævia Edictorum affixione.

Imò ad eadem inconvenientia evitanda fa. me. Alexander VII. *in ejus Constitut. 35. in Bullar. novo Tom.6.* quæ ita summatur; *Prohibet, ne Bona Ecclesiarum, &* 3 *aliorum piorum Locorum Urbis, locentur Consanguineis, vel Affinibus Rectoris, aut Administratorum Ecclesiarum, & Locorum piorum*, inter alias pœnas addidit etiam illam excommunicationis, Summo Pontifici reservatæ, contrafacientes contrarium, juxta illius præcisa verba, quæ sunt sequentia.

Ne Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ, à Nobis institutæ consilio, quibusvis Capitulis, & Canonicis, Ec- 4 *clesiarumque Prælatis, seu Superioribus, tam Sæcularibus, quàm cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, Regularibus, necnon Rectoribus, Cappellanis, Beneficiatis, Prioribus, Præceptoribus, Commendatariis, seu fructuum Reservatariis, cum administratione, Guardianis, Custodibus, Protectoribus, Defensoribus, Procuratoribus, & Administratoribus, etiam Laicis quarumcumque Ecclesiarum, seu Basilicarum, Collegiorum, Conventuum, Monasteriorum, tam Virorum, quàm Mulierum, Congregationum, Hospitalium, Archihospitalium, Confraternitatum, Domorum, & Locorum, seu Operum piorum Urbis, prædicta, quocumque nomine, jure, vel titulo censeantur, ne Casalia, Terras, Vineas, Prata, Agros, Sylvas, Nemora, vel Prædia quæcumque, ad eorum Ecclesias, seu Basilicas, ac Collegia, Beneficia, Monasteria, & alia Loca, & Opera pia, ut supra, respectivè spectantia, locent per se, vel per alios, aut locari permittant, directè, vel indirectè eorum Consanguineis, Affinibus, sive Cognatis, juxta computationem Juris Canonici usque ad tertium gradum inclusivè, sub pœna nullitatis contractus, & amissionis fructuum, responsionum, & emolumentorum quorumlibet, inde provenientium, necnon excommunicationis latæ Sententiæ, eo ipso absque alia declaratione, tam per Locantem, quàm per Conducentem incurrendæ, à qua nemo, nisi à Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris, præterquàm in mortis articulo constitutus, absolvi possit, Apostolica authoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.*

In Locationibus verò Domorum, si illas ejusmodi Consanguineis, vel Affinibus pro ejusdem Ecclesiæ, vel Loci, aut Operis pii utilitati locari expediat, id nonnisi de Voto Capituli, vel Congregationis respectivè, per secreta Suffragia, cum duabus ex tribus partibus, & quoad Rectores, Cappellanos, Beneficiatos, Commendatarios, & fructuum Reservatarios de licentia dilecti Filii Nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis in eadem Urbe Vicarii in Spiritualibus Generalis fiat, & quidem cum solita saltem pensione, & clausulis consuetis. Cæterum sub earundem præsentium dispositione quoscumq; contractus alienationum, etiam latissimè sumpto alienationis vocabulo, comprehendi, ac in illis formam Constitutionis fel. rec. Pauli Papæ II. Prædecessoris Nostri, quæ incipit, Ambitiosæ quoad reliqua servari volumus, & intendimus.

Dum hæc sub prælo erant, in simili alienatione Bonorum unius ex piis Confraternitatibus Urbis, proces- 5 sum fuit cum dicta affixione Edictorum, sed cum duplici improprietate.

Primò, quia fuit affixum Edictum, non cum exhibitione velle concedere res, spectantes ad dictum pium Locum, plus offerentibus, sed cum declaratione, quod 6 in aperitione Schedularum sigillatarum, in quibus continebantur oblationes: *si averanno in considerazione gli Oblatori.*

Quod non cohæret Juris dispositioni, solito, eo praxi similium Edictorum, quia ad alliciendos Oblatores, 7 notificationes fieri debent cum præcisa declaratione, quod deliberationes fient plus Offerentibus, non autem,

che

che si avevanno in considerazione, juxta Textum *in leg. Hæc venditio §. final. ff. de Contrah. empt.* sequutum à *Pacion. de Locat. cap. 17. num. 2.* & firmatum per *Rotam decis. 196. num. 7. part. 13. recen.* Necnon juxta *Constitut. 3. Pii IV. in Bullario Novo Tom. 1.* ibi: *Necnon plus Offerentibus deliberationes &c. observari debeant.*

Licèt autem id hodie non practicetur in Affictibus, 8 qui fiunt à R.C. idque ab annis 35. circiter, quando ego scripsi in eodem articulo, & succumbui in una *Comacchen. Affictus*, illius respectu tale solitum suam habet congruam rationem, rationabileque motivum, quod non verificabatur in dicto casu pii Loci, neque in aliis similibus; Camera siquidem Apostolica solet dare in Affictus suos redditus, ut plurimum per annos novem, & propterea nil mirum, si non se declarat illos velle con-9 cedere plus Offerentibus, quia in his casibus solet offerre plus, qui minus habet, juxta quotidianam experientiam, essetque proinde R. C. exposita periculo non habendi suas annuas responsiones.

Non sic autem respectu venditionis illarum rerum, quæ unica exhibitione perficiuntur, quia quando illarum Dominus se declarat, illas velle concedere plus Offe-10 renti, eo ipso, quod iste punctualiter exbursat pretium, quod offert, parum refert, quod ditissimus, vel pauperrimus sit Oblator, à quo nihil aliud peti potest, nisi summa, ab ipso oblata; Quæ reflexio nimis naturalis, & æquè legalis, ac solida in dicto casu, vel neglecta, vel non intellecta fuit, juxta ea, quæ notat *Moschen.* 11 *nelle Lettere missive, e responsive delle Bestie alle Bestie Letter. 4. observ. 1. num 4.*

Ex quibus non sine maximo æquivoco processum fuit cum dicta generali praxi R. C. quæ illam habebat connexionem cum dicto casu, quam habet Cypressus cum naufragio, ut in simili dicebat *Horatius*, sequutus à *Leone de Præparatoriis judic. part. 3. præparat. 2. num. 5.* Longè major fuit secunda improprietas, quia cùm in-12 ter Oblatores repertus fuerit unus, qui obtulit scutum unum supra omnem aliam majorem oblationem, transcribendo formulam oblationis ex magistrali *decis. Sac. Rotæ 376. num. 1. par. 4. rec.* uno ore ab omnibus Confratribus, qui in Congregatione intervenerunt, rejecta fuit uti captiosa, incerta, & inutilis; Nec erubuit 13 unus ex iisdem Confratribus ex illorum numero, de quibus loquitur *Fagnan. in cap. Non debet num. 12. de Consanguinit. & Affinit.* & concordat *Anton. Nanck. in Adenograph in princip. Præfation.* asserere, quod opus erat eandem oblationem lacerare, eo tempore, quo eadem oblatio innegabiliter erat major in conflictu omnium aliarum oblationum; Quia summa illa certa unius scuti, addita certæ summæ majoris oblationis, non solùm constituebat summam certam, sed etiam majorem om-14 nium aliarum oblationum, prout ex hac, & aliis solidis rationibus id firmavit Sacra *Rota in dicta decis. 376. par. 4. rec.* quæ sicuti fugat omnium difficultatum tenebras, & prævalet opinioni omnium aliorum Doctorum juxta phrasim eruditissimi *de Rubeis in Epist. ad Lector. impress. in princip. par. 7. rec. num. 235.* & concordat ea-15 dem *Rota in Perusina Pensionis 22. Maii 1716. §. Nec controversæ coram Herrera.*

Ita multò magis attendi debebat in dicto casu, dum 16 illam punctualiter sequuntur *Coell. ad Bull. bon. Regimin. cap. 46. à num. 49. usque ad num. 54.* ubi refert, Partea acquievisse eidem decisioni *Posth. de Subhast. inspect. 35. num. 154. & 155.* ubi quod admissa alia oblatione certa, additio alicujus summæ certæ supra illam, reddit secun-17 dam oblationem certam, & majorem, & *Card. de Luca de Regul. disc. 81. num. 25. vers. Cùm enim.*

Occasione ejusdem venditionis, factæ à dicta pia Confraternitate, quia agebatur de Officio vacabili, opus fuit recognoscere bonam valetudinem illius, in cujus capite illud cantabat. Cùmque ille noluisset, vel non potuisset accedere ad Domum Administratoris Commendarum, iste de more transmisit unum ex ejus Juvenibus ad dictum effectum, hoc est ad recognoscendum ejus bonam valetudinem, ac bona gauderet valetudine ille, in cujus capite cantabat Officium vacabile, quod in alium transferri vult.

Quia verò intuitu viatici dicti Juvenis exacta fuisset summa unius ducati, seu juliorum decem, & septem cum dimidio, ortum fuit dubium circa excessivitatem dictæ summæ, circa quam currenti calamo à sequenti discursu pro veritate, & conscientia meũ sensum aperui.

Pare molto eccessiva la somma di giulj dicisette, e mezzo a titolo di detto Viatico; il che si tocca con mani da ciò, che ogni giorno si practica nelle interposizioni de' Decreti ne' Contratti Minori, e Donne, tanto da' Prelati Luogotenenti dell' A. C. quanto da' Collaterali di Campidoglio, ne' quali contratti si tratta d'incommodo di Persone qualificate, ad effetto d'interporre la loro autorità, e pure a detti Prelati si deve solamente la somma di giulj sedeci, e mezzo, ed alli Collaterali sudetti quella di soli giulj dieci.

Alli Medici parimente, ne' quali, oltre all'incommodo di portarsi alla Casa dello Infermo, vi si ricerca perizia, ed esperienza non ordinaria, per conoscere il male, ed applicarvi li dovuti medicamenti, in esecuzione de' loro Statuti al *cap. 63. de Mercede Medicorum fol. 91.* non si devono *ultra ternos julios in dies singulos, licèt melioris notæ Medici sint*; Da ricchi poi, *non ultra sex julios in singulos dies.*

E discorrendo di un caso simillissimo, alli Segretarj de' Monti nel portarsi, o mandare li loro Giovani a prendere il consenso nelle Case di quelli, che vogliono resignare li loro Luoghi de' Monti, si devono giulj tre solamente, e non più, ancorche detti consensi dovessero prestarsi, e prendere di più qualità, e specie de' Monti, come alla Riforma delle Materie de' Monti *del Venerabile Servo di Dio Innocenzo XI. al cap. 27.* stampata doppo *del Zaulio ad Statuta Faventiæ* dell'ultima impressione *fol. 177. Tomo secondo*, ibi: *Dovendo li Segretarj, e Pro-Segretarj andare, o mandare fuori delle loro Segretarie, a prendere consensi di Rassegne &c. non possino pretendere più di giulj tre per ciascheduna volta, che vanno a Casa de' Particolari, ancorche detti Consensi dovessero prestarsi, e prendere di più qualità, e specie de' Monti*; Il che si può verificare, anzi continuamente si verifica in numero talmente cospicuo de' Luoghi de' Monti, che superano venti volte il prezzo di un' Offizio Vacabile.

Onde non si sà vedere dove resti appoggiata la pretensione del pagamento di giulj dicisette, e mezzo ad un semplice Giovane per il piccolo incommodo di portarsi a Casa di chi vuol resignare un' Offizio Vacabile di tenue rendita, senza che nel medesimo Giovane vi si ricerchi (come ne' Giudici) giurisdizione per interporre i Decreti, ovvero perizia, ed esperienza, necessarjssima ne' Medici, bastando, che il medesimo Giovane non sia cieco per poter adempire il suo Offizio, essendo assioma communemente ricevuta da tutti li Dottori, ed appoggiata alle Leggi Divine, ed umane, che la mercede deve essere proporzionata alla fatiga, secondo il celebre detto di *San Paolo ad Corinth. 1. 3. 8.* ibi: *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.*

Al che si aggionge, che non manca altra considerabile ricognizione a titolo di Supplica, Consenso, Decreto, Spedizione, ed altro, dovuta al medemo Amministratore delle Compenende, pagata puntualmente dal Compratore; Per lo che, atteso detto considerabile emolumento, che si riceve per un' istesso atto, molto meno pare sia luogo al detto eccessivo pagamento, improporzionato per tutti li capi al semplice incommodo di detto Giovane.

Senza, che possa farsi fondamento alcuno nell' antichità forsi di detto abuso; Perche posta la verità, e sussistenza di quanto è stato concludentemente provato di sopra, circa le esorbitanti eccessività di detta somma, in riguardo al piccolo incommodo di detto Giovane, si applica ciò, che lasciò scritto *Seneca de Vita beata cap. primo*, con queste parole: *Observandum est, non qua itur, sed qua eundum est*; e concorda *Monsignor Ansaldi nella decis. 20. num. 25.* ibi: *Non quod factum fuit, sed quod faciendum erat, præ oculis habendum est.*

Ciò, che si legge nell' *Auttentica*, *Ut nulli Judicet cap. primo*, con queste parole: *Mala adinventa, malæque consuetudines, neque ex loco, tempore, neque ex longa consuetudine confirmantur.*

Ciò, che osserva *detto Panimoll. nella decis. prima annotat. 2. num. 14.* che il solito irragionevole *nec per tempus immemorabile induci potest, & dicitur irrationabilis, si aliquem indebitè gravet.*

E finalmente, ciò, che sia stato per il passato pratticato, forse da quelli, che *quietem desiderantes, plura permittere solent, aliàs non permittenda, Card. de Luca de Jurisdict. disc. 2. num. 4.* sempre sarà vero, che oggi facendosi ad evidenza conoscere, e toccare con mani la mostruosa eccessività di detta recognizione di satign tenuissima, non deve tolerarsi in avvenire, secondo l'oracolo d'*Innocenzo III. nel cap. Cùm jam dudum de Præbend.* ibi: *Multa per patientiam tollerantur, quæ, quando deducuntur in judicium, justitia mediante, tolerari non debent*, e secondo l'altro oracolo del medesimo Sommo Pontefice registrato nel *Cap. Cùm Venerabilis de Consuetud.* ibi: *Cùm igitur hæc non tam consuetudo, quàm corruptela meritò sit censenda, quæ profectò sacris est Canonibus inimica, ipsam mandamus de cætero non servari.*

Oltre di che, trattandosi di preteso solito, concernente atti volontarj, questi, benche fossero mille, non sono sufficienti ad indurre obbligazione alcuna per il tempo futuro, *Gratian. discept. 88. num. 5.* ibi: *Ea, quæ sunt facultatis, non inducunt consuetudinem restrictivam liberæ potestatis, & Rota coram Priolo dec. 104. num. 37.* ibi: *Ex hisce actibus facultativis non inducitur contraria consuetudo impeditiva libertatis.*

Quali conclusioni, a Testuali disposizioni sono communemente ricevute da' Dottori, e pratticate ne' Collegiali Tribunali in qualsivoglia specie di consuetudine; onde molto più pare, che debbano ammettersi in questa, della quale si tratta, che come concernente, operazioni opposte al 7. e 9. Precetti del Decalogo, pretendendosi senza fondamento alcuno l'appropriazione mostruosamente eccessiva della robba d'altri, con tutta proprietà di parole da *Bald. nella leg. sicut Cod. de Servit. & aqua*, si qualifica per diabolica, ibi: *Et super hoc forsan est fundata ratio consuetudinis bonorum, quæ Dominus Loci potest auferre &c. Tamen illa consuetudo est diabolica*, seguitato dall'*Afflitt. dec. 321. n. 16.* ibi: *Quod si consuetum sit fodere metalla in loco alieno, intelligitur soluto pretio; Aliàs si esset consuetum fodere metalla in solo Privati, non soluto pretio, diceretur ista consuetudo reprobata, & contra Jus naturale &c. & dicit Baldus, quod esset consuetudo diabolica.*

DISCEPTATIO XXX.

Terracinen. Pensionis.

PRO

Sancte Flamma, & Litis Consortibus.

CUM

Andrea Balladoro, & aliis.

ARGUMENTUM.

Dimissioni fructuum cum assignatione Congruæ favore Titularis, an, & quando sit locus; In qua moneta taxanda sit Congrua, & quæ emolumenta in illam imputanda sint.

VEnerabilis Dei Servus Innocentius XI. propter grata familiaritatis obsequia, quæ Sanctitati Suæ, & Sedi Apostolicæ solerter impendebat Sanctes Flamma, 1 eidem pensionem annuam triginta scutorum reservavit, & constituit super fructibus Archipresbyteratus Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Terræ Setiæ, & nulla adjecta conditione, nullave imposita conditionali clausula pensionem eandem de consensu Andreæ Balladori Titularis ab omni, & quocumque onere, ac contributo exemit, eamque per dictum Titularem *integrè solvendam fore*, mandavit, *non obstante depopulatione agrorum, fructuumque etiam omnium amissione, & quocumque alio fortuito, & inopinato casu pro tempore quomodolibet contingente.*

Consensit ejusmodi pensionis reservationi supradictus Balladorus, seque pro illius solutione in forma Cameræ obligavit, eandemque postea per quindecim annos liberè, & pacificè eandem solvit, ut non impugnatur. Effluxo verò quindennio Romam venit, & habita notitia 2 Praxis de nupero introductæ coram A. C. Thomato super dimissione fructuum beneficiorum, etiam curatorum, ad effectum assequendi congruam, & evertendi Pensiones, in Officio comparuit, & renunciavit favore d. Pensionarii omnes fructus, & proventus, tam certos, quàm incertos sui Archipresbyteratus, petens assignari congruam juxta formam Concilii, & deputari Oeconomum pro administratione dd. fructuum, & ad docendum de fructuum diminutione produxit devastationem Pischeriæ ad Capitulum d. Collegiatæ spectantis, ut credimus non impugnari, & plenè constabit in Summario per d. D. Titularem dando.

Horum intuitu, & fundamento prædictus A.C. Thomatus Sententiam tulit, in qua concessit d. Tutelari congruam annuam scutorum 100 & eidem indulsit, ut de- 3 putaretur Oeconomus; quare habito ad SS. D. N. pro universali bono Pensionariorum omnium recursu, provisum extitit, & rescriptum per organum Auditoris ejusdem, quod Causa tanti ponderis, & momenti per hanc Sac. Congregationem decideretur.

In vim hujus Pontificiæ provisionis reassumpta per dictum Principalem, & alios penè innumeros Pensionarios hujusmodi Controversia à dicto Thomato ad istã 4 Sac. Congregationem, concordata fuerunt dubia in fine registranda, quæ cùm hodie pluribus utrinque Scribentibus proponantur, credimus resolvenda fore negativè.

Primum enim his verbis conceptum: *An sit locus dimissioni fructuum, faciendæ per Titularem ad commodum Pensionarii*: non credimus posse in nostra hypothesi approbari, quia quidquid sit pro illis Pensionibus, in quibus vel adsunt clausulæ conditionales, *dummodo &c.* vel 5 nulla concurrit Titularis obligatio, vel omni sunt destitutæ privilegio, vel Titulares nunquam soluerunt, in quibus terminis fortassis intrant authoritates, relatæ per *Rot. in rec. dec. 386. n. 54. p. 4. to 2.* & per *Pattinoll.* in ejus Voto hodie impresso in *Tom. 1. Responsion. respons. 51. per totum.*

Hoc unum certum ast in casu præsenti, quod d. fructuum dimissio non procedit, quia pensio respiciens Personam d. Sanctis Flammæ, est Palatina, nullam habet in ventre clausulam, propter quam conditionata remaneat, Titularis consensu munita est, & longæva quin- 6 decim annorum possessione, & exactione fulcitur; Quibus propterea stantibus præfatam fructuum dimissionem à se rejiciere, & nullum etiam *Cap. Odoardus* remedium admittere concludunt communiter Canonistæ, relati, & approbati per *Fagn. in d. cap. Odoardus de solut. n. 27. Tondut. de Pens. cap. 21. n. 5. Grat. discep. for. cap. 222. n. 50. Lotter. de Re benef. lib. 1. q. 38. n. 235. & 136. Garz. de Benef. p. 5. cap. 5. n. 237. Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 1. cap. 39. §. 6. n. 39. Genuen. in Prax. cap. 3. n. 10. Frances. var. resol. cap. 50. per tot. Rota cor. Rojas dec. 240. n. 9. & 10. & cor. Zarat. dec. 117. n. 7. & seq.*

Et ejusmodi conclusionis triplex assignari solet ratio:

Prima nimirum, quod promittens solvere pensionem in forma Cameræ, renunciat cuicumq; remedio, & legum auxilio, & per consequens etiam dimissioni fructuũ, 7 & beneficio *Cap. Odoardus*, ut dicit *Lotter. d. lib. 1. q. 38. n. 237.* ibi: *Ratio est, quia consentiens pensioni obligat se de eam solvendo sub juramento, & obligatione Camerali, in qua continetur etiam renunciatio cujuscumq; remedii, & juris auxilii, Bellett. Disquis. Cler. p. 1. de Cler. debit. §. 2. n. 7. Gomez. variar. resolut. penes Farinac. quæst. criminal. 27. num. 70.*

Secunda, quod cùm Pensionarius obligatum habeat Titularem in actione reali, & personali, juxta opinionem *Vercell. dec. 13. p. 1. & dec. 302. p. 2.* Inde si fructuum dimissione à pensionibus relevaretur, non posset Pensionarius contra Personam, & bona propria d. Titularis procedere, ut benè ponderat *Rota cor. Zarat. d. dec. 117.* 8 *num. 7.* ibi: *Quinimò cùm duplex de jure pro fructibus beneficii actio competat Pensionario, personalis videlicet, & realis, & ex illius acceptatione Titularis pensione gravatus, videatur quasi contrahere, & se onere in dicto beneficio imposito obligare, non arctatur Pensionarius recipere fructus duntaxat Beneficii, vel acquiescere in sola fructuum cessione, & cor. Rojas dec. 240. n. 9. & 10.* ibi: *Ultra quod Pensiona-*

rius

rius non venit cogendus ad hanc receptionem fructuum Parochialis vigore dimissionis Possessionis, cùm possit duplicem actionem exercere, realem scilicet, & personalem, unde privaretur personali, si prædictorum fructuum dimissionem reciperet loco pensionis: Posth. de Manut. dec.163. num.6. & coram Ubald. in Cremonen. Pensionis 25. Septemb.1622. quæ est la 352. num.6. par.4. tom.2. rec.

Tertia demum, quod nostra Pensio est reservata liberè, & sine ulla clausula conditionali, *dummodò*; Ideoque etiamsi Ecclesia sit Parochialis, & de jure 9 Congruam exigat, adhuc non potest à Parocho postulari, quia præsumitur, quod Papa sciens, & volens Conciliari Decreto circa Congruam derogaverit, & pensionem omninò solvi voluerit, ad firmata per *Rot. coram Mart. Andr. dec 62. per tot. in Ferentina Pensionis* 10 *coram Ottemburgo penès Marchesan. par.1. fol.535. in Firmana Pensionis 27. Junii 1657. §. Etenim coram Meltio, & in Romana Pensionis 12. Decemb.1694. coram Pio §. Verùm in fine.*

Et sibi imputet Titularis, si imprudenter Beneficium acceptavit sine d. conditionali clausula, *dummodo*, & sine ulla reservatione jurium quoad Congruam, quia 11 non inde potest vexare pensionarium, sed tenetur beneficium dimittere juxta punctualiter firmata per *Rot. cor. Mantic. dec.230. num.4. coram Coccin. dec.5. n.2. per tot.* ubi antiquiora referuntur, & approbantur, *& in Mediolanen. Pensionis 22. Junii 1682. coram Ursino, & in d. Romana Pensionis 12. Decemb.1694. coram Pio §. Ex quibus*; Quinimò ad sensum *Card. de Luc. de Pension. disc.16. n.5. & disc.17. n.7.* de Victo perpetuo, quando conquerantur hi Titulares obligati, in Ergastulo forent providendi.

Absq; eo quod juvet præsumpta subintelligentia dictæ clausulæ, *dummodo*, propter naturam, & essentiam Beneficii curati; quia hæc conditionalis clausula nunquam 12 tacitè subauditur in Literis reservationis Pensionum Palatinarum (qualis est nostra) nisi sit expressè apposita *Rot. cor. Mohedan. dec.11. in fin. in Firmana Pensionis 27. Junii 1657. §. Etenim cor. Meltio, & in d. Romana Pensionis cor. Pio §. Ex quibus*; Cui tanquam recentiori certè magis deferendum est, quàm antiquis, in quibus forsan probatur oppositum, juxta firmata per *Rot. in dec. 395. n.1. cor. Emer. jun.* cum aliis citatis *in Institut. Crim. lib.1. tit.10. §.4. n.259.*

Nec etiam ob ass. devastationem Pischeriæ, ex qua oritur diminutio fructuum, induci potest motivum dimissionis.

Siquidem ultra quod non constat, quod d. devastatio sit perpetuò duratura, & idcircò reductionem mereatur, 13 *ad Rot. in rec. dec.23. p.8.* Cessat in facti specie quævis ombra difficultatis, quia d. Pischeria non spectat ad Titularem, sed ad Capitulum, cujus licèt ipse sit Caput, non potest nisi ratam exigere, & cùm Summus Pontifex Familiari suo consulendo præciperit, & impetraverit, quod d. annua pensio sc.30. *deberet integrè solvi in quocumq; casu dimissionis, & amissionis omnium fructuum*; Inde fit, quod sibi imputet Titularis, si hac adjecta lege Beneficium acceptavit, & sese fortunæ casibus subjecit cum obligatione Camerali, quia eam adhuc subire tenetur, & pensionem solvere debet, non obstante diminutione, *Lotter. de Re benef. lib.1. q.39. n.77. Cost. de Ration rat. q.10. n.6.* ubi quod pensio non subjacet aleę fortunę, *Tondut. de Pens. cap.13. n.9. Rot. cor. Burat. dec.841. n.3.* ibiq; *Adden. n.5. & in Mediolan. Pension 22. Junii 1682. §. Siquidem cor. Ursino, & in d. Romana Pensionis §. Attamen cor. Pio.*

Neq; his resistit introducta praxis dimittendi Beneficiorum fructus ad commodum Pensionariorum. Etenim 14 quidquid sit de illius æquitate, & justitia, quoad illos casus, in quibus Pensiones sunt conditionatæ, Titulares non consenserunt, Pensionarii non sunt in possessione exigendi, & Pensiones non sunt Palatinæ, neq; Consistoriales, neq; ex resignatione procedunt, de quibus dumtaxat casibus loquuntur DD. citati in d. Voto *Fattinelli*, quod longè post hęc Scripta nervosè reprobat *D. Ad. Piton. de Contr. Patron. contr.56. à n.22.* Quoad alias Pensiones, in quibus, vel clausulæ conditionales deficiunt, vel Titulares consenserunt, vel Pensionarii sunt in possessione exigen- 15 di, vel Pensiones sunt Palatinę, & Consistoriales, vel ex resignatione procedunt, certum esse videtur, quod d. fructuum dimissio non sit satis, nec debeant quoque modo admitti, quia non solùm non est à Doctoribus præscripta, sed veluti fraudolenta de mente Rotæ, & Signaturæ rejicitur à *Lottherio de Re benef. lib.1. qu.38. n.255.* ibi: *Et certè si aperiretur via hæc Titularibus, quotidie supplantarentur Pensionarii; Quapropter prudentissimè* 16 *æquè, ac justissimè semper fuit per Signaturam, & per Rotam denegatum istud refugium, cùm malitiis hominum perpetuò sit occurrendum.*

Et verè fraudibus plena esset hæc indistincta dimissio, quia Pensionarii Romanæ Curiæ, qui supremo rerum negotio præsunt, non solùm non possent commodiùs vivere, & laborum suorum stipendia recipere, juxta monitum *Cardinalis Pallavicini in Histor. Concil. Trid. lib.23. cap.11. num.2.* sed tenerentur quotidie mendicare, quia Pensiones, quas ipsi possident, pro majori earum parte reservatæ sunt extra Statum, & Urbem, sicque venit in consequentiam, quod si tenerentur ad 17 arbitrium Titularium in singulis quibusque Locis Oeconomos pro administratione fructuum retinere, indubiè fieret, quod nihil unquam de constitutis pro eorum commodo pensionibus acciperent, quia totum id, quod ad ipsorum manus pervenire deberet, vel dolo Titularium, vel mercede, & incuria Oeconomorum, pro ipsorum sumptu, & salario insumeretur, sicque in vanum fierent reservationes prædictæ.

Minimè subsistente, quod ista dimittendi praxis placuerit Sacræ Rotæ *in Algaren. Pensionis coram Castrillo decis.209. par.17. rec.* & Tribunali Signaturæ Justitiæ in illa *Ferrarien. Pensionis, Sarnen. & Catacen.* relatis in 18 prædicto Voto *Fattinelli §. Nostris verò*. Quoniam in eo quod potuit à similium Causarum Defensoribus perscrutari, nullæ ex dictis resolutionibus præsenti nostro casui conveniunt. Illa quippè edita in dicta Algaren. fuit revocata in *par.18. tom.1. dec.374.* ubi fuit denegata dicta Congrua per dimissionem. Alia *in Ferrarien.* emanavit de consensu Pensionariorum, qui cùm essent de eadem Civitate, & Suburbiis, in quibus erat sita Parochia, & fructus consistebant, non dubitarunt sibi satis- 19 fieri cum acceptatione Oeconomiæ, quia certi erant de fructuum sufficientia, & in Rota non fuit unquam super ea disputatum, an intraret, vel non intraret dimissio, quia Causa non fuit proposita, sed solùm in Rota Memorialium Augusti fuit institum à Pensionariis pro immissione in vim Dimissionis, factæ à Titulari, quàm ipsi acceptabant, quod neque praxim, neque theoricam Dimissionis justificat, quia de solo Partium consensu processit, & illorum facto tribuitur ad mentem *Card. de Luca de Pension. disc.18. num.6.* Et insuper cùm d. Pensio non esset Palatina, neque Consistorialis, neque re- 20 servata sine d. clausula, *dummodò*, mirum non est, si fuit à Pensionariis per dimissionem fructuum acceptata, & à Signatura præservata cum clausula, *non retardata solutione Congruæ*, quia Congrua ibi erat debita ex lege reservationis.

Altera *in Sarnen.* nequaquam officit, quia Episcopus, qui dimissionem obtulit, non solùm probaverat insufficientiam fructuum cum Processibus Remissorialibus, sed cum statu, & planta redditunm Episcopatus, ejusque provisio munita erat cum dicta clausula, *dummodo*. Altera demum *in Cathacen.* eodem gressu ambulat cum 21 *dicta Sarnen.* quia eisdem gaudet prærogativis, non tamen casui nostro applicatur, quia est ab eo extranea.

Cæterùm pro eo, quod spectat ad Tribunal Signaturæ Justitiæ, præmisso quod illud procedit secundùm casuum contingentias, & facti circumstantias: Ideoque regulam non firmat in omnibus casibus, ut notum est in hac facti specie, cùm fuisset benè informatum in Causa *Firmana Pensionis inter Abbatem Josephum Crucium, & Fulgentium de Rubeis* proposita per R.P.D. Gomez die 22. Maji 1692. in quinto turno, in qua Auditor A.C. Sententiam super d. dimissione protulerat, non 22 obstante quod pro dicto de Rubeis adducerentur resolutiones in præcitatis *Ferrarien. & Sarnen.* Sententiam, uti nullam, & manifestè injustam Signatura circumscripsit, & præcepit, *quod A.C. deputaret alium ex integro*. Unde patet, quod has nudas, & simplices dimissiones non habuit ratas, sed undequaque injustas, & 23 nisi tales sint, quæ Juris assistentia gaudeant, non fuerunt ab eo admissæ.

Quibus firmatis, nullam merentur responsionem secundum, & tertium ex dubiis. Verùm ut ipsis quoq; satisfaciamus: Ad 2. *An priùs sit solvenda Pensio, vel Congrua, & in qua quantitate, & moneta ipsa sit taxanda*, dicimus, quod in nostro casu priùs solvenda est Pensio, quàm Congrua, quoniam dicta Pensio debetur ex contractu, quem nequit Titularis impugnare, eò quod illum fecit sua sponte, & de tempore, quo poterat, & non poterat Ecclesiam cum dicta Pensione acceptare. Quò verò ad quantitatem, & monetam, cùm regula sit, quòd quantitas pendeat ab arbitrio Judicis, *Rota in recen. decis.342. n.19. p.14. & dec.389. n.21. p.18. to.1. & in Pacen. Congruæ 8. Januar.1612. cor.Sacrato*, cum concordantibus apud *Rebuff de Congrua q.1. n.80. Tondut. de Pens. cap.8. n.2. Grat. discep.399. n.6.* & moneta sit intelligenda de illis Partibus, in quibus est reservata pensio *Gloss. verb. Solidos, §. Nos autem Instit. de Ostil.tutor. Cancer. var. resol. lib.2. cap.6. n.159. vers. Non tamen, Grat. cap.884. n.23. Rota in rec. decis.245. n.28. & 29. p.17. & dec.120. n.15. & 16. q.18.* Hinc est, quod in casu, de quo agitur, sola quantitas scutorum 60. monetæ Romæ, & Setiæ currentis videatur satis; Pro dd. enim scutis 60. non desunt in illis Partibus Rectores, qui animarum curam exercent, & pondus diei, ac æstus sustinent, & pro eisdem taxam nuperrimè fecit in Curato Civitatis Iserniæ 3000. animas habente hæc Sacra Congregatio in *Isernien. Vicariæ 20. Junii 1696. ad primum Dub.* cum rescripto: *Assignandam esse Congruam Rectori arbitrio Episcopi, dummodo non excedat summam ducatorum 60. computatis in ea fructibus Præbendæ, & aliis ad formam Bullæ S.Pii V.* Ideoque faciliùs in præsenti, quia versamur in Titulari obligato, & consentiente, in quo certi Juris est, quod taxatio quantitatis, & monetæ non debet fieri ad limites Concilii, sed solius alimoniæ, pro qua summa scutorum 50. est satis, quia tanti eam æstimavit S. Pius V. in ejus *Constit 47. de Vicariis*, & in tertia parte scutorum 1000. præscriptorum à Sac.Concilio præfinivit Rota in Episcopis S. Severini, & Pennen. de quibus in *rec. decis.342. n.1. p.14. & dec.389. n.18. p 18.*

Ad tertium, *An, & quæ obventiones, & emolumenta in eandem Congruam sint imputanda*, respondendum videtur, imputanda esse emolumenta, & obventiones, præscriptæ in d.Bulla *S Pii V. la 47.* ut Sac.Congregatio censuit in *dicta Isernien.* necnon ea omnia, quæ possunt reduci ad certitudinem, ut monet *Card. de Luca in Comment. ad Bullam de Pension. cap.12. sub n. 13. §. Clariùs*, ubi numerat, quæ ea sint, & insuper omnes redditus, quos Titularis habet ex suis bonis patrimonialibus, quia cùm sit pro nostra pensione in forma Cameræ obligatus, hinc in eam cadunt ipsius bona propria, & eadem pro constituenda Congrua attenduntur, ut articulo plenè discusso firmavit *Rota in rec. d. dec.342. n.21. p.14.* ibi: *Denique Domini computarunt redditus proprios D. Episcopi in d. Congrua, eò quod ille, qui suis sumptibus sustentari potest, ab Ecclesia stipendia accipere non debet, & res est extra difficultatem, attenta obligatione D Episcopi &c. & decis.389. n.2. p.18.* ubi approbatur dicta *decis.342. p.14.* cum aliis apud *Card. de Luca de Pens. disc.16. n 8.* ubi refert, & approbat dictas binas *Rotæ decis & nu.10. 11. & 12.* ubi exemplo pactorum dotalium, & multis aliis hac conclusionem veram esse probat.

Die 22. Septembris 1696. disputatis in Congregatione Concilii tribus sequentibus Dubiis:

I. *An sit locus dimissioni fructuum, faciendæ per Titularem ad commodum Pensionarii in casu, de quo agitur*; Et quatenus affirmativè.

II. *An priùs sit solvenda Pensio, vel Congrua, & in qua quantitate, & moneta ipsa sit taxanda.*

III. *An, & quæ obventiones, & emolumenta in eandem Congruam sint imputanda.*

Responsum fuit: *Ad Judices suas.*

Post hæc scripta in eodem articulo doctissimè de more scripsit Dominus *Advocatus Pitonius*, ut adnotavi supra *num 14.* & recognosci potest ex *Tom. 2. de Controv. Patron. allegat.56. à num.*22. ad quem in casus contingentia poterit haberi recursus, quia materiam suo more egregiè tractat.

DISCEPTATIO XXXI.

Savonen. Censurarum, & Cædulonum.

PRO

Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis.

CUM

Thoma Friscia, & Archangelo Lollio.

ARGUMENTUM.

Testis, recusans veritatis testimonium perbibere per Acta Cancellarii Ecclesiastici Curiæ Episcopalis, potest excommunicari. Qua pœna puniri possit Notarius, volens præsentare in propriis manibus Episcopi Inhibitionem, eoque renuente illam acceptare, projiciendo in terram. Ad ornatum Concilii Romani tit. 3. de Rescript. cap. unic.

Exorbitantissimam ultimo loco Laicalis Potestas excitavit prætensionem, ut Curia Episcopalis Savonen. retinere non posset pro Cancellario Curiæ Episcopalis Personas Ecclesiasticas, sed prætendebat, illam omni adhibito conatu, cogere ad retinendum Cancellarios Laicos, qua de causa eadem Laicalis Potestas ad instigationem Thomæ Frisciæ, non sine publico scandalo, unum post alium vocare fecit omnes Cancellarios Ecclesiasticos d. Diœcesis Savonen. ad accedendum ad Civitatem Januæ, & audiendum verbum Regium, cum illis incommodis, & expensis dd. Personarum Ecclesiasticarum, quæ faciliùs concipi, quàm explicari hic possunt, omniaque notoria sunt; Coacta proinde fuit eadem Curia Episcopalis recurrere ad hanc Sac. Congreg. eique ostendere exorbitantiam, & insubsistentiam talis prætensionis, quam improbant *Gonzal. in cap. Licèt in fin. ne Cleric. vel Monach.* testans de praxi Ecclesiarum in Hispaniarum Regnis vigente, *Piasecc. in Prax. tit. de Person. Judic. num 46. Pac. Jordan. Lucubrat. variar. tom.2. lib.7. tit.1. num.15. & Monacell. in Formular. to.1. tit.1. formul.5. nu.7. vers. Asserens.* Quibus attentis hæc Sac.Congregatio die 25. Septembris anni proximè præteriti 1725. rescripsit: *Episcopum non debere eligere Cancellarios Laicos.*

Ex novo autem emergenti opus habuit eadem Episcopalis Curia monere Thomam Frisciam ad informandam eandem Curiam, qui monitus ad se subjiciendum examini, non solùm non comparuit in Cancellaria Episcopali ad effectum perhibendi testimonium veritatis, sed mediante nova praxi, comparuit coram Vicario Generali, protestando, se esse promptum ad dictum examen subeundum, quotiescumque fuisset priùs legitimè citatus, mediante juridica citatione, ad hoc, ut illam ostendere posset Gubernatori Civitatis Savonen.

Ad amputandas inutiles protelationes, & ad faciendam rem gratam eidem Testi, non prævidens Curia Episcopalis ea, quæ moliebantur à dicto Friscia, eum personaliter citare fecit coram Vicario Generali ad informandam Curiam, sub pœna sc. 10. aureorum, piis usibus applicandorum, ut exadversò admittitur; Eandemque citationem, crescente ejus contumacia, renovavit deinde contra eundem sub diebus 14. & 21. Aprilis ejusdem anni, quod pariter exadversò non impugnatur; Verùm non obstantibus tot, tantisque legalibus monitionibus, semper dictus Friscia recusavit examen subire; Imò comparuit sub die 22. dicti mensis Aprilis 1725. in Cancellaria Episcopali, in quo animosam emisit protestationem in manibus Marci Royæ Cancellarii Episcopalis, ipsum nimirùm esse promptum ad se subjiciendum examini, & Juramentum præstandum de veritate dicenda, sed omnia prædicta intendebat adimplere in manibus Joannis Baptistæ Polleri, uti Notarii, & Cancellarii Laici, non autem in manibus dicti Marci Royæ Cancellarii Ecclesiastici, ex quo idem Roya, tanquam Persona Ecclesiastica, non poterat exercere munus Cancellarii Episcopalis.

Videns autem d.Curia ejus confirmatam contumaciã,

& ani-

& animositatem, tecusando parere d Oraculo hujus Sac. 6 Congregationis, servatis omnibus servandis, declaravit, eundem esse incursum in pœnam scutorum decem aoreorum, quæ eodem tempore mandavit applicari Societati Sanctissimi Sacramenti.

Loco autem parendi eidem præcepto, novum commisit attentatum idem Friscia in publica via Civitatis Savonæ: Postquam enim à Gubernatote Savonæ vocate fecerat sub ftivolo prætextu Joannem Baptistam Polleri Cancellariom Laicalem, eo tempore, quo ad ejus 7 Domum tevertebatur ex Palatio dicti Gubernatoris, comparuit coram eodem associatus à Notario Molleono, & Joanne Stephano, & in publica via eidem Polleri præsentavit quamdam protestationem, ab eodem emissam, unà cum examine, proprio marte, ab ipso extenso, & non obstante, neque attento, quod dictus Pollerus teplicasset, ipsum nihil scire de præsenti Controversia, quæ agitabator per Acta Cancellarii Ecclesiastici, ad quem spectabat, & cui consignare debebat dictam protestationem, adhuc ferè per vim relinquere 8 voluit in manibus Polleti eandem prorestationem, unà cum dicto oltroneo examine, sub aereo fundamento, quod eidem esset consignandum, ex quo etiam ipse erat Cancellarios Episcopalis, ut deponit idemmet Polletius in Summario.

Quibus peractis à dicto Friscia, ac habito pet ipsum scandaloso recursu ad Jodices Laicos, timens Curia Episcopalis majoru præjudicia Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ, ob pertinaciam dicti Ftisciæ in recusatione Cancellatii Ecclesiastici, in evidentem spre- 9 tum dispositionis Joris, roboratæ Oraculo hujns Sacræ Congregationis, relicto primo Judicio, contra eundem introducto coram Vicario Genetali, ad informandam Curiam sub pœna scutorum decem, piis osibus applicandorum, novum introduxit Judicium coram Episcopo contru eundem Frisciam, ad deducendum, & allegandum causas, proptet quaa idem recusaverat tecognoscere Marcum Royam in Cancellarium Episcopalem, & causas, qoæ reddebant incapacem dictum Royam exercendi munos Cancellarii Episcopalis.

Ad quem effectum comparuit Promotor Fiscalis in Curia Episcopali; ac exposuit caosas renitentiæ dicti Ftisciæ ad se subjiciendum examini in manibus Can- 10 cellarii Ecclesiastici, ac etiam vocationis, factæ à Potestate Laicali dicti Cancellarii Ecclesiastici ad audiendum verbum Regium, aliisque exponendis, ut ex illius comparitione data in Summarin; Examinatis autem multis Testibus, deponentibus de contomacia, & renitentia dicti Ftisciæ, necnon de perturbatione, restrictione, & violatione Immunitatis Ecclesiasticæ, ac recursu, facto ad Judices Laicos, fnit idem citatus ad comparendum, & deducendum caosas supra expressas, aliàs declarari, ipsum esse incursum in Excommunicationem, contentam in Buila Cœnæ Domini, aliasque, in Sacris Canonibus inflictas, uti violana, perturbans, & restringena Jurisdictionem, Immonitatem, & libertatem Ecclesiasticam.

Sed ob latitantiam dicti Frisciæ Noncius non potuit illom personaliter citare, ut tetulit in Cancellaria Epi- 11 scopali ideo stante dicta latitatione Episcopus demandavit ad formam Constitutionum Synodalium Civitatis Savonæ, de qoibuain Summario, citationem dimittendam esse Domi ejusdem Frisciæ, seu in manibus illius Familiatium, & Domesticorum, necnon illam, affigendam ad Valvas Ecclesiæ Parochialis, valere, ac si personaliter executa fuisset, in cojus sequela dictus Nuncius, non reperto eodem Friscia, reliquit copiam citationis Domi illius solitæ habitationis, præsentibus ejus Familiaribus, seu Domesticis, & alium copiam affixit ad Valvas Ecclesiæ Parochialis, præsente Purocho.

Recusavit in termino, eidem præfixo sæpe dictus Friscia comparere in Cutia Episcopali, ac deducere causas, ob quas recusabat comparere pet Acta Cancellarii Ecclesiastici: Ideoque Promotor Fiscalis in- 12 stetit pro Sententia declaratoria Excommunicationis, contentia in dicta Bulla Cœnæ Domini, aliisque in Sactis Canonibus, ut justificamos in Summario, quæ sub die 30. Aprilis anni proximè præteriti 1725. publicata fuit, & ob latitationem ejusdem Frisciæ affixæ fuerunt copiæ authenticæ ad Valvas Ecclesiæ Cathedralis, Ecclesiæ Parochialis, & Palatii Episcopalis.

Non contentus autem dictus Friscia de tot, tantisque perturbationibus, ac præjudiciis, illatis Immunitati, & Libertati Ecclesiasticæ, & abutens lenitate Curiæ Episcopalis, quæ ooluit post latam Sententiam illicò devenire ad uffixionem Cedulonum, dum isti uffixi fue- 13 runt sub die 22. Junii ejusdem anni 1625. & sic duobus ferè Mensibus post latam Sententiam, adhoc ut medio dicto longo tempore agnoscete posset snom delictum, & veniam petere de illis, quæ obstinato animo commiserat contra Sacras Constitutiones, necnon in maximom præjodiciom Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ; Non contentos, inquam, de omnibus prædictis, loco emendandi suos excessus, novum scandalosum delictum, & exorbitantem excessum contra eandem libertatem, & Immunitatem Ecclesiasticam patravit.

Eo siqoidem tempore, quo Reverendissimus Episcopus Savonen. redibat ad suum Palatium Episcopale, obviam ei se fecit Archangelus Lollius, Notarius Laicos, & non sioe magna improprietate, associatus à duobus Militibus, nec sine maximo scandalo, temerurio ausu præsentare curavit in proptiis manibus dicti 14 Episcopi pro parte Frisciæ qoodam Folium, quod dictus Lollius renoit exhibere in Actis Canceliarii Episcopalis, minusque in manibus qualificati Sacerdotis, associantis dictum Episcopum, ad hunc actum in eodem instanti specialiter ab eodem Episcopo deputati, sed dictum Folium, quod in ptopriis manibus meritò recipere dictus Episcopus, in terram projecit magno quidem fastu, majorique contemptu, & scandalo, necnon cum maxima admiratione totius Populi, ut deponunt Testes in Summario.

Ad reparanda verò eadem præjudicia, incredibili facilitate multiplicata contra Libertatem, & Immunitatem Ecclesiasticam, prædicta Curia Episcopalis distinctum judicium introdoxit contra dictum Lollium, & prævia comparitione Promotoris Fiscalis, exponen- 15 tis causas prædictæ perturbationis, & læsionis Libertatis Ecclesiasticæ in præsentia Reverendissimi Episcopi, dictus Lollius fuit citatus ad comparendom infra triduum, & deducendom causas, propter quas ipse, uti perturbator Immunitatis Ecclesiasticæ non debebat declarari incorsus in Excommunicationem, Cùmqoe dictus Lollius esset exterus, & non haberet domicilium in Civitate Savonæ, ut deponit Corsor Episcopalis, & constat ex depositione contrariorum Testiom, de ordine Episcopi, & ad tenorem Constitutionom Synodalium, de qnibus in Summario citatio executa fnit ad Valvas Ecclesiæ Cathedralis, & Palatii Episcopalis, & stante contumacia prædicti Archangeli Lollii, de- 16 ventum fuit ad declarationem incursus in Excommunicationem, cujus Copiæ affixæ fuerunt in Valvis Ecclesiæ Cathedralis, & Palatii Episcopalis, & in illius sequelam fuerunt affixi Cedulones.

Ægrè ferentes autem Adversatii affixionem dd. Cedulonum contra eosdem, servatis servandis seqoutam, ac prætendentes nullitatem, & Injustitiam eorumdem, secursum habuerunt ad hanc Sacram Congregationem, quæ demanduvit, ut Acta transportarentur, ut sequu- 17 tom fuit, illisque transmissis, contingit hodie disputare, an dictæ Censuræ, & Cedulones sustineantur.

Incipiendo ab illarum validitate, ista resultat ex tevolotione Actorum, in Pattibus gestorum, non obstan- 18 tibus nullitatibus exadverso prætensis.

Prima ex illis prætenditur desumi ex defecto citationis personalis contra Frisciam, ex quo illa executa fuit 19 Domi illius babitationis, & per affixionem ad Valvas Ecclesiæ Cathedralis, & Parochialis.

Quidqoid autem sit de dicta generuli regulu, illius limitatio uno ore udmittitur à Doctoribus, quando (ut in nostria terminis ad onguem verificatur) Reus citandus malitiosè latitat, juxta *Text. literalem in Clement. Causam §. Verùm de Elect.* in quibus terminis validè exeqoitur Domi solitæ habitationis Rei, 20 malitiosè latitantis, ne ejus malitiu illi prosit, juxta animadversa per *Covaruv. in Cap. Alma mater parte prima, §. 9. nu. 4. versicul. Primus casus de Sent.*

Ex-

*Excomm.Gemmens.in Prax.Cur.Archiep.Neap.cap.*29.*n.*1 2. *Scacc.de Judic. lib.*1.*cap.*45. *n.*21. *& Gall. practic. observ. lib.*1.*obser.*55.*n.*2.& firmata per *Rot.cor.Seraph.dec.*1296. *n.*3.*& in p.*4. *to.*2. *rec.dec.*48. *n.*21.

Attenta præcipuè particulari lege nostræ Diœcesis promulgatæ anno 1699. & datæ in Summ. demandantis in circumstantiis nostri casus procedendum esse eo præciso 21 modo, quo contra Adversarium processum fuit, eò quia dispositiones Synodales, tanquam particulares leges servandæ sunt in illis Diœcesibus, pro quibus emanarunt, ex adductis à *Barbos.de Potest.Episc.alleg.*93. *n.*13. *Ciarlin.contr.*61. *n.*1. *Ansal.in addit.ad dec.*78 *n.*60. & firmatis per *Rot. dec.*74. *n.*30. *cor.Zarat. & dec* 740. *in fin. cor. Emer. jun.*

Ex qua cubitali Synodi determinatione, exclusus remanet contrarius prætextus adversùs validitatem affixionis Cedulonum, de quibus infra, quod in omnem 22 casum non poterant affigi ad Valvas Ecclesiæ Savonen. sed illius Ecclesiæ, ubi Adversarius moram faciebat; Ultra quod enim id permissum non erat Episcopo extra Locum suæ Jurisdictionis; Respondemus, satis eidem fuisse in hac parte executioni demandasse Synodalem Constitutionem, quæ vim legis habet ex supra citatis.

Non valens Adversarius subsistentiam hujus communiter receptæ conclusionis, controvertere prætendit, il-23 lam non esse probatam in facto, ex quo ejus latitatio non sit sufficienter per nos probata per juratam Relationem Nuncii Episcopalis, data in Summ. supponendo, quod ad illam probandam requirantur, vel depositiones multorum Testium, vel saltem diligentiæ, faciendæ per duos alios Nuncios, secundùm stylum Romanæ Curiæ, relatum à *Ridolph.in Prax.par.*1. *cap.*4. *n.*28.

Responsio autem nullam habet subsistentiam, quia à particulari stylo Romanæ Curiæ, in qua multi reperiuntur Cursores, non potest aliquid inferri respectu aliarum 24 Curiarum Ecclesiasticarũ, in quibus proinde latitatio Rei citandi dicitur probata ex sola Relatione Nuncii, seu Cursoris dd. Curiarum, ut in terminis latè probat *Monacell. in Formul.legal pract.lib.*3. *tit.*1. *formul.*1. *n.*8 *&* 9. ibi: *Si tamen citandus dolo se absconderet, vel impediret, quo minùs personaliter citari posset, tunc docto per Relationem Nuncii, cui creditur, ipsum latitare, & personaliter exequi non potuisse, satis est, ut ad Domum solitæ habitationis excommunicandi fiat, etsi domicilium non habet, sufficit, quod moneatur per Edictum ad Valvas Ecclesiæ Cathedralis, vel alterius Loci publici, juxta stylum, & consuetudinem Tribunalis.*

Ultra quod in hac etiam parte habemus d. Synodum, seu particularem legem nostræ Diœcesis demandantis, 25 standum esse Relationi Nuncii, ibi: *Mandamus, ut factis per Nuncium, seu Famulum Curiæ diligentiis ad effectum citandi Reum, si se cum juramento retulerit, ipsum non invenisse, prima vice citetur Reus in Domo suæ ultimæ habitationis.*

Neque contrarium per viam regulæ generalis docet *Ridolph in Prax.d p.*1. *cap.*4. *n.*27.*&* 28. quia ibidem loquitur restrictivè ad particularem stylum, & praxim Cu-26 riæ Romanæ; Imò *num.*31. clarè admittit, id non reperiri in Jure cautum per viam regulæ, & legis generalis, & concordat *Bellet.Disquis.Cleric.tit. de favore Cler. Can.* § 4. *n.*54. *in fin.* quem sequitur *Monacel.in Formul. to.*3. *tit.*1 *formul.*4.*n.*10. ubi latè probat in nostris terminis de Jure sufficere, ut citatio exequatur in Domo solitæ habitationis Rei, ibi: *In declaratione item excommunicationis non requiritur citatio personalis, sed satis est, quod fiat Domi solitæ habitationis.*

Fortiùs quia latitatio Frisciæ, de qua veridicum perhibet testimonium d. Nuncius, excludi nullatenus potest 27 ex depositione contrariorum Testium, asserentium, d. Frisciam die 25. Aprilis 1725. aliisq; seqq. diebus, (de quo tempore Nuncius Episcopalis asseruit latitasse) per publicas Vias, & Plateas Civitatis Savonæ deambulasse.

Dictæ siquidem affectatissimæ depositiones Testium, uti prorsùs inverisimilia continentes, non sunt attendendæ, nec ulla fides eisdem adhibenda venit, juxta firma-28 ta per *Rot.dec.*715. *n.*17. *&* 18.*cor.Coccin.& dec.*510. *n.*4. *cor.Ludovis.* Fuerunt etenim examinati, Deus scit quibus artibus, & mediis, sub die 20 & 21. Maii currentis anni 1726. nimisq; animosè deposuerunt de deambulatione Frisciæ per Civitatem Savonæ, sequuta sub die 25. Aprilis, cum aliis diebus sequentibus anni 1725. Et consequenter de re sequuta per annum, & ultra ante illorum depositiones, quod est prorsùs inverisimile, quod scilicet recordari præcisè potuerint de die, qua evenit res nullatenùs singularis, neq; de illarum qualitate, quæ non soleat de facili à memoria excidere, ut Consideranti patet, & consequenter illorum depositiones dicuntur ex numero illorum Testium, qui quando accesserunt ad ferendum Testimonium, transierunt per Placentiam, non autem per Veronam, juxta lepidum dictum Pii II. 29 sequutum à *de Rubeis in disc. ad Scientiar. Amatores impress.in princip.par.*4.*to.*3. *rec.n.*95. In quibus proinde terminis attendendæ nullatenùs sunt, ut notant communiter *Repetentes in l. penult.* §.*Mulier ff. de Probat.* & observant *Bald. in l. filium n.*4. *ff. de his, qui sunt sui, vel alieni Juris, Paris.cons.*29. *n.*82. *lib.*2. *Bertaceh.vot.dec.*130. *n.*6. *& Rot.dec.*229. *n.*3.*& seqq.cor.Carillo.*

Et quod magis est, Notarius Monleonus, unus ex dd. affectatissimis Testibus, addendo causam suæ scientiæ, asserit: *E sò ancora, che per due altri giorni, allo già detto immediatamente susseguenti, d. Friscia stette nella presente Città, avendo così inteso*: non exprimendo tamen, neq; 30 specificando illos, à quibus id audivit, quem deponendi modum *Card.Pallavic. nell'Istor.del Concil. lib.*11. *cap.*17. *n.*7. vocat: *Maniera eccellente per non poter essere convinto di falsità*: Doctores autem communiter asserunt, Testem de auditu, non specificantem eos, à quibus audivit, nullam facere probationem, imò neq; adminiculum, 31 ut advertunt adducti per *Farinac de Testib.quæst* 69. *n.*2. & firmavit *Rot. dec.*653. *n.*6. *cor. Bich. & dec.*307. *nu.*3. *cor.Mantic.& dec.*132. *n.*7. *cor.Priolo.*

Eadem Insubsistentia laborat altera prætensa nullitas, desumpta ex conculcatione terminorum, ac præfixione trium tantùm dierum ad comparendum, quando secundùm contrariam prætensionem præcedere debebat trina 32 monitio, continens in se saltem spatium sex dierum, secundùm praxim relatam à *Ridolph. p.*1. *cap.*14. *n.*244. *& num.*246.

Quia dictus stylus habet locum, quando agitur de Excommunicatione, lata ab homine, sed quando agitur, ut in præsenti, de Excommunicatione, lata à Lege, Canone, vel statuto, tunc Lex ipsa semper monet, Judex autem tantùm declarat, neq; proinde in his circumstantiis est necessaria monitio, cum præfixione longioris 33 temporis, ut declarat *idem Ridolph.loc. sup.cit.n.*249. & observant cumulati per *Monacell. in Formul. legal. tom.*3. *tit.*1. *n.*5. solidis rationibus probans, non requiri trinam monitionem in Excommunicatione, lata à Jure, sed unicam tantùm monitionem sufficere.

Neque dici potest, quod fuerint conculcati termini, quia in eadem citatione ad comparendum fuit præfixus alter terminus ad dicendum causas, quare, attenta recusatione &c. Ex sola enim, & simplici lectura dictæ citationis, datæ in Summario, apparet, duas instantias 34 factas fuisse à Promotore Fiscali; Prima respicit præfixionem trium dierum ad comparendum, secunda verò ad dicendum causas, quare &c. quæ non cadit in ultimo die præfixionis termini, sed in subsequenti die juridica, illaque sufficit pro declaratione, aliquem esse incursum in Excommunicationem, latam à Jure, ex adductis à *Monacell.in Formul. tom.*3. *tit.*1. *num.*5. quia Lex ipsa quotidie monet Subditos; ideoque alia specialis monitio necessaria non est, *Repetentes* communiter *in Can. Si quis suadente* 17. *quæst* 4. *& in cap. Sacro de Sen-* 35 *tent. Excommunic. & in cap. primo eodem tit. in* 6. *Menoch. de Arbitr. Judic. cas.* 541. *num.* 7. *& cas.* 543. *num.* 26. *Suarez de Censur. disput.* 3. *sect.*8. *num.*3. *& disputat.*18. *sect.*3. *num.*28.

Similis Insubsistentiæ est tertia nullitas, desumpta ex eo, quod post exequutam Citationem contra Frisciam *die* 25. *Aprilis*, Promotor Fiscalis die 30. ejusdem iterum comparuerit in Actis, adducendo novas causas, non expressas in dicta citatione, nempè ultra recusationem Cancellarii Ecclesiastici, ob recursum, à dicto Friscia 36 habitum ad Judices Laicos, quodque idem Friscia fautor esset Potestatis Laicalis, in præjudicium Ecclesiasticæ Immunitatis; Quæ posterior comparitio, à Judice admissa, circumduxerit primam monitionem, ideoq; Sententia, postea lata à Curia Episcopali, salvari nullatenùs possit à vitio nullitatis ex defectu novæ citationis.

Talis

Talis enim speciosus discursus nullam habet subsistentiam, quia non est in voluntate Reorum, sed in Judicis potestate circumducere præcedentia Acta, ex quo observant Doctores, quod circumductio non inducitur per solam, simplicem novam comparitionem Rei, sed ad dictum effectum requiritur Decretum Judicis, ex firmatis per *Rot. in decis. 227. num. 2. in fin. part. 2. recent. & coram Ludovis. decis. 140. num. 16. & decis. 339. n. 2. & decis. 457. num. 7.*

Nec ad colorandam dictam assertam nullitatem dici potest, quod Judex suum Decretum interposuerit, quo mediante circumscripta remanserit Citatio, antecedenter exequuta; Quia Decretum Judicis, seu promulgatio ipsius Sententię datæ in Summario emanavit vigore præambulæ Citationis diei 25. Aprilis 1725.

Nec subsistit in Facto, quod Promotor Fiscalis in comparitione facta die 30. ejusdem mensis allegaverit novas causas, antecedenter non adductas; Dum constans in Facto est, quod comparuit coram Judice, instando pro promulgatione Sententiæ, attenta contumacia Adversarii, nec in dicta instantia novas causas superaddidit, sed repetiit illasmet, quas præcedenter adduxerat in prima comparitione, seu Libello, quod recognosci potest ex Summario; Ideoque cùm dicta comparitio non sit difformis à prima comparitione, subsequens Sententia dici non potest nulla, quia in eadem reperiuntur expressæ omnes causæ, quæ præcedenter deductæ fuerunt in Libello, à quo subsequens Sententia declaratur, ex adductis à *Castrens. cons. 376. in princip. Cravett. cons. 188. numero primo, Card. de Luc. de Judic. disc. 8. numero octavo, & Rot. coram Ludovis. decis. 570. numero secundo.*

Ultima demum prætensa nullitas est omnium aliarum prædictarum insubsistentior, ad quam probandam asseritur exadverso, quod die 25. Aprilis 1725. qua monitus fuit Friscia ad comparendum infra triduum, nec non ad dicendum causas, quare declarari non deberet incursus in Censuras, eadem citatio, seu monitio cadebat pro die 29. ejusdem mensis, & tamen Cedulones relaxati fuerunt sequenti die 30. pro qua die nulla alia exequuta fuit citatio, & proinde relaxatio eorundem Cedulonum ob defectum citationis nulla sit.

Respondemus enim, quod eadem prætensa nullitas non subsistit in facto, nec relevat in jure.

Non subsistit in facto, quia citatio, seu monitio decreta fuit, seu demandata die 25. Aprilis 1725. sed ob latitantiam Frisciæ de qua in dicto Summario, exequi non potuit, nisi die 26. ejusdem mensis, ut justificamus in Summario.

Ultra quod in dicta monitione præfixus quidem fuerat terminustrium dierum ad testimonium veritatis perhibendum, sed immediate subjunctum fuit, *& successivè altera die juridica, immediatè sequenti post dictum terminum, ut compareat ubi supra ad dicendum, & allegandum causas, quare &c. declarari non debeat incursus in Censuras, uti violans, perturbans, & restringens Jurisdictionem, Immunitatem, & Libertatem Ecclesiasticam.*

Ex quo remanet manifestum, quod primus terminus trium dierum, præfixus ad perhibendum testimonium veritatis, terminabat die 29. ejusdem mensis, sed secundus terminus ad dicendum causas &c. præfixus pro die immediate sequenti post dictum primum terminum, terminabat die 30. ejusdem mensis &c. ideoque Cedulones relaxati fuerant, non extra diem citatio.

Minus eadem prætensa nullitas relevaret in jure, quia Decisio *in Melphiten. Statuti, & Censurarum 26. Novembris 1640. §. Nullitas coram Ghislerio*, exadverso decantata, ad probandam nullitatem Excommunicationis, latæ extra terminum Citationis, licet firmet, sententiam Excommunicationis, prolatam in die, in qua nulla aderat Citatio, esse nullam, attamen limitat eandem conclusionem in casu, quo *sermo sit de Excommunicatione* (sunt ejus præcisa verba) *lata à Canone, vel à Statuto, quia tunc lex, quæ ita maturè, & cautè Censuram indixit, quotidie admonet Subditos, ne prohibitum crimen committant, & rem, uti à lege vetitam, agant, idcircò alia specialis monitio necessaria non est*; Illam verò necessariam existimavit Sacra Rota in suo casu, ex quo in illo agebatur de Excommunicatione, lata ab homine, ut clarè se explicat ibidem his verbis: *Secus autem in Excommunicatione, ab homine ferenda, qualis fuit sententia, de qua agitur.*

In universum denique non merentur exagerari regulares illæ propositiones, & generales regulæ, quod sumus in terminis Excommunicationis, cujus gladius sobriè exercendus sit, quodque priùs incipiendum sit à pœnis temporalibus, pignorum captione, & similibus, & ultimo loco ad Excommunicationem deveniendum, & cum aliis generalitatibus, exadverso de facili inculcandis.

Respondemus enim, quod prædicta omnia vera sunt, & practicari debent *cum illis Subditis* (sunt verba *Card. de Luc. ad Concilium disc. 43. num. 1.*) *cum quibus utriusque Spiritualis, ac Temporalis gladii exercitium liberum sit.*

Secundo verò respondemus cum præcisis verbis ejusdem Authoris, ubi supra *num. 2.* ubi declarat authoritates in contrarium adduci solitas; *In praxi forensi istius Decreti provisio recepta videtur, ubi agitur de illis Censuris, quæ proferuntur pro Debito pecuniario, ex Causa pensionis Ecclesiasticæ, seu ex alio titulo etiam merè temporali &c. Secus autem, ubi agitur de Censuris, quæ comminentur in pœnam Delicti, vel Contumaciæ, sivè de illis, quæ per legem irrogatę sint, ut tunc istius Ordinis necessitas non urgeat, sed directè ad eas deveniri valeat*, & concordant adducti *in dec. 75. in fine coram Otthobon.* Hujusmodi autem limitationes, præcisè adaptari præsenti Controversiæ de se patet; Etsi Reverendissimo Episcopo, etiam post Oraculum hujus Sacræ Congregationis in controversiam hodie adducitur retentio Personæ Ecclesiasticæ in munere Cancellarii Episcopalis EE. PP. judicent, an illi liberum esset procedere contra Personas Laicas ad exequutionem pœnarum temporalium.

Plusquam tacitè admittuntur hæc, & potiùs comprobantur ex Scripturis, exadverso in Secretaria exhibitis, ex quibus tamen prætenditur, quod Friscia non potuerit excommunicari, ex quo non plena voluntate, sed ob somniatum metum Potestatis Laicalis recusaverit se subiicere Examini coram Cancellario Ecclesiastico. In substantia prætendendo, quo quando violans Ecclesiasticas Leges, id facit amore, vel metu Potestatis Laicalis, non possit puniri Excommunicationis pena.

Quantum autem insubsistens, quantumque Ecclesiasticæ Libertati, & Immonirati injuriosa sit hujusmodi Propositio, innumeris scandalis, & intolerabilibus inconvenientibus viam aperiens, de se patet; Catholica siquidem Persona, quando videt, aliquid esse contra Ecclesiasticas Leges, & Summorum Pontificum Constitutiones, non debet illas transgredi ex illo prætextu, quod id displiceat Sæcularibus Potestatibus, sed tenetur Deo, ejusque Ministris obedire, & contrarium faciendo absque ullo dubio excommunicari, & pœnis Ecclesiasticis puniri potest, & debet, ut notum est ex quotidiana praxi hujus Sacræ Congregationis, & egregiè probat *Cardinalis Sfondratus in Libro*, cui Titulus *Legatio Romam fol. mihi 132. vers. Quæro*, ibi: *Si ergò Principum Legati, Regiique Ministri Christiani sunt, si Clavibus Ecclesiæ, perindè, ac reliqui Fideles subjecti, si Evangelium eos non excipit, si peccare possunt, etiam cùm Principum suorum Mandata exequuntur, qua ratione sustineri potest, ea puniri ab Ecclesia, & excommunicari non posse.*

Positis ex his validitate, & Justitia nostræ Sententiæ, in necessariam venit consequentiam, quod valida etiam fuerit affixio Cedulonum, deveniendo ad secundam partem nostri Dubii.

Non attentis appellationibus, exadverso interpositis; Si enim sermo est de illa, interposita die 19. Maii 1725. non venit attendenda, quia fuit interposita coram Vicario Generali, qui in præsenti Causa non erat Judex; dùm Causa super declaratione Excommunicationis pendebat coram Episcopo met, non autem coram illius Vicario, coram quo pendebat tantummodò Causa super mulcta pecuniaria; Et quod magis est, illa nec etiam fuit interpellata Promotori Fiscali; Et proptereà in omnem casum dicta appellatio poterat ad summum operari, ut non esset deveniendum ad executionem pœnæ pecuniariæ, seu mulctæ, in eadem prima Causa coram eodem Vicario agitata, non autem in secunda, quæ pendebat coram

Epis-

Episcopò; Et de facto eadem appellatio, interposita exadverso sub die 19. Maii coram Vicario, nullam omnino mentionem facit Judicii comminationis Excommunicationis, sed restricta est ad primum Judicium, introductum coram Vicario ad subeundum Examen sub pœna decem aureorum, piis usibus applicandorum, & Excommanicationis in subsidium, ut claré desumitur ex illius lectura.

Si veró sermo est de secunda appellatione, seu Inhibitione, ex adductis in Summario ausa veré temerario, nimiaque animositate à Notario Lollio cum assistentia duorum, Militum præsentata Episcopo, quando publicé per Civitatem Savonæ ambulando redibat ad proprium Palatium ista pariter non est attendenda ob illam magnam incongruentiam, & majorem improprietatem quæ his verbis canonizate fuerunt à Sanctissimo Domino Nostro in Concilio Romano *tit. 3. de Rescript. capit. unico: Volentes nos frequenti Laicorum quorumdam &c. occurrere audaciæ, qui modis passim inofficiosis, querulis, & peculantibus vocibus, Notarii, ac Testibus*) Militi-59 bus etiam addere possumus in nostro casu) *tumultuosé stipati, Episcopos sæpé per vias &c. omni erga Dei Ministros ratione neglecta, irreverenter eis Citationes ipsas &c. exhibent.*

In quo proinde statutum fuit, ne similes *Citationes, Epistolæ, Mandata, aut Decreta quælibet, à Litigauti-60 bus, vel ab aliis, eorum nomine recta in Episcoporum manus deferantur, seu præsententur?* In casu veró similis temerariæ præsentationis, *totum id irritum sit illicó, & inane, nullumque contra Episcopos, eorumve Curia sortiatur effectum.*

Quæ omnia eo magis nostro casui applicantur, quia Episcopus suæ Dignitatis memor; & Conservator, ne Justitiæ cursus impediretur, commendabili benignitate respondit eidem Lollio: *che la dasse al suo Prete, che era 61 seco, che la riceverebbe in tale occasione, come Cancelliere, a questo effetto specialmente deputato*: quod obstinato animo facere recasavit dictus Lollius, illam proiiciendo in Terram *con disprezzo, e con ammiratione del Popolo*, unde manibus palpatur mediante tali scandaloso acta fuisse exadverso anicé præ oculis habitam injuriam, offensam, armata manu, & cum Militum associatione directa in Sac. Personam Episcopi, non autem voluntatem legaliter procedendi, & servatis servandis appellandi.

Non attenta Replicatione, quod dicti Concilii Romani vires non se extendant ad Diœcesim Savonen. Omissa enim, uti non necessaria in præsenti casu, tali inutili digressione stricté respondemus contrario objecto 62 cum præcisis verbis Sac. Rotæ *in Mindonien. prætensæ Observationis Constitutionis prima Martii 1706. §. Eòque fortiùs coram Ansald.* ibi: *Intrante sequenti dilemmate: Vel hoc Breve erat veré generale &c. & res transibat sine difficultate; Aut erat definitio particularis, edita pro Ecclesia, & Archiepiscopatu Tarantino, & tunc si credulitatem, ac venerationem præstaremus Bartolo, vel Baldo, Hostiensi, aut Panormitano in aliqua discussione Juris, quare non erat circumspectanda definitio Supremi Principis, Pastoris, ac Judicis Ecclesiæ universalis &c.? quando, secundùm nostram imbecillitatem habemus quotidié affirmatum, quod authoritati magni Doctoris standum sit in quacumque materia &c.*

Fortiùs, quia dicta appellatio per Adversarium interposita ad Metropolitanum, & subsequens inhibitio, ab eodem extorta, nullam mentionem facit 63 Judicii declarationis excommunicationis, sed restricta est ad primum Judicium introductum coram Vicario, ut videre ex Literis inhibitoribus, datis in Summario Et propterea ex duplici capite Curia Episcopalis Savonen. validé devenire potuit ad dictorum Cedulonum affixionem; Primó, quia à dicta Sententia excommunicationis non fuerat exadverso specificé appellatum ad Curiam Metropolitanam; Et secundó, quia etiamsi appellatum fuisset à dicta Sententia, dum in eadem Causa processerat Episcopus sua Ordinaria authoritate in causa violatæ, & perturbatæ 64 Immunitatis Ecclesiasticæ, in istis circumstantiis non tenebatur attendere quamcumque Inhibitionem, non solùm Metropolitani, sed nec etiam Auditoris Cameræ, vel alterius Ecclesiastici Judicis, juxtà Oraculum san. mem. Urbani VIII. sub diebus 4. & 11. Augusti 1626. & aliud san. mem. Innocentii X. sub die 27. Aprilis 1650. per extensum *impress. in tomo quinto mear. Discept. Ecclesiast. in Append. fol. 271. §. quarto* cum quibus processit hæc Sacra Congregatio in resolutionibus sequutis à *Pignatell. consult. 19. à numero quinquagesimo, tomo sexto, & Monacell. in* 65 *formul. tomo primo, titul. primo, formul. secundo, numero decimo nono, & vigesimo.*

Quibus ad solius materiæ ornatum addimus, quod ad summum Adversarius appellare poterat à delicto, prætendendo probare, quod non commiserat delictum illud, de quo imputabatur in Curia Episcopali, non autem poterat appellare à pœna, contra ipsam inflicta, 66 juxta cautelam, in nostris terminis approbatam à *Scacc. de Appellat. quæst. 17. limit. 4. n. 65.* sequuto à *Sperell. decis. 48. n. 44.* ibi: *Cautela est, ut condemnatus non dicat: Appello ab ista pœna, sed appello, quia non sum culpabilis, vel non est probatum, me incidisse in istam pœnam*: 67 quam cautelam Adversarius nullatenus servavit, ut videre est in Summar.

Demonstrata ex his insubsistentia prætensarum nullitatum, exadverso deductarum adversus Censuras, latas à Curia Episcopali Savonæ, faciliori modo demonstramus illarum Justitiam, & quidem incipiendo ab illa, lata contra Frisciam, ob illius obstinatam contumaciam, & inexplicabilem renitentiam ad se subiiciendum examini coram Cancellario Ecclesiastico, sub aerea prætensione, quod eadem Persona Ecclesiastica esset inca- 68 pax exercendi munus Cancellarii Episcopalis, eadem renitentia nimis restringit Libertatem Ecclesiasticam, quam nullatenus restringere in hac parte possunt Personæ Laicæ mediante recusatione eorumdem Cancellariorum Ecclesiasticorum, ut probavimus supra & hæc Sacra Congregatio favore nostræ Curiæ Episcopalis respondit die 25. Septembris 1725. cujus Oracula si cum veneratione recipiunt, & exequationi demandant maxima, & Collegialia Tribunalia, ut de se ipsa sæpé professata fuit *Sacra Rota*, & signanter coram *dec. 18. nu. 6. & coram Ansald. dec. 72. n. 7. & coram Beninc. dec. 55. n. 2.* 69 *& coram Card. Caprara dec. 694. n. 2.* multò magis sperni cum tali, tantaque animositate non debebant, neque debent à Notariolo de Partibus.

Quod autem dictus Friscia obstinatione inaudita recusaverit recognoscere in Cancellariam Episcopalem Marcum Royam, uti Personam Ecclesiasticam, satis superque demonstratum fuit supra ex illius contumacia, 70 & renitentia, & ex aperta protestatione ab eodem emissa, se paratum esse ad subeundum examen, sed in manibus Joannis Baptistæ Polierii Notarii Laici, non autem Marci Royæ Cancellarii Ecclesiastici, & proindé qua talis non valentis, & incapacis ad munus Cancellarii Episcopalis exercendum.

Nec dicatur, dictam protestationem fuisse scriptam ab eodem Marco Roya, ideoque esse ab ipso alteratam; Hoc enim gratis ubiq; asseritur, nec ulla exadverso adducitur concludens probatio dictæ somniatæ alterationis, 71 vel suppositionis, quæ probatio eo magis necessaria est in nostris terminis, quia jure communi attento, Notario adhibenda plena venit fides, circa ea, quæ concernant proprium officium, ex adductis à *Rota coram Emerix jun. dec. 30. & dec. 812. utrobique num. 6. & dec. 316 n. 9. par. 10. & dec. 186. n. 20. par. 19. rec.*

Dictaque scandalosa renitentia comprobatur ad hominem ex facto subsequuto, & concludenter justificato in Summario ex depositione Jo: Baptistæ Polierii Cancellarii Laici d. Curiæ Savonen.

Minus dicatur, quod Friscia recusavit dictum Marcum Royam, non uti Personam Ecclesiasticam, sed tanquam sibi suspectam, vel saltem ipsum non teneri testimonium veritatis perhibere in manibus dicti Royæ; 72 Quia in prima monitione nulla mentio facta fuit, nec demandatum suum examen potiùs in manibus unius, quàm alterius Cancellarii Curiæ Episcopalis.

Respectu enim primi prætextus hodié excogitati, respondemus, quod si dictus Friscia habebat suspectam Personam Marci Royæ, poterat suum examen explere coram alia Persona Ecclesiastica, eidem non suspecta, ut cubitalibus literis fuit monitus à Curia Episcopali, 73 ad jurandum scilicet, *In manibus mei infrascripti Cancellarii Ecclesiastici Presbyteri Joannis Marci Royæ, vel alterius Personæ Ecclesiasticæ ad hunc effectum eligendæ, quatenùs &c.*

Respon-

Respondemus pariter non subsistere, quod in primis monitionibus nulla mentio facta fuerit de Cancellario. Eædem siquidem monitiones factæ semper fuerunt per Acta supradicti Royæ: ut patet ex ipsismet contrariis Scripturis in Secretaria exhibitis: 74 Quibus attentis, mirum in rei veritate est, quod hodie serena fronte contrarium asserat dictus Friscia, qui egregiè conscius, suam depositionem injunctam eidem fuisse per Acta Cancellarii Ecclesiastici Royæ, semper illam recusavit coram eodem facere, ut pluries protestatus fuit etiam coram Vicario, ex justificationibus adductis in Summ. n. 2. & ex Scripturis etiam in Secretaria exadverso exhibitis.

Quodque omnem credulitatem superat, talem prætensionem non erubescit adducere postquam dictus Friscia recursum habuit ad Potestatem laicalem, & postquā idem Marcus Royas Cancellarius Ecclesiasticus Curiæ 75 Episcopalis Savonen. aliique in ejus locum subrogati, mediante illius opera vocati fuerant, unus post alium ad Civitatem Januæ ad audiendum verbum Regium, quæ omnia concludenter justificata remanent ex Processu, servatis servandis fabricato in dicta Curia Episcopali; Primò, mediante protestatione, emissa à dicto Friscia, ipsum esse promptum ad subeundum examen, sed prius velle citari mediante juridica citatione, ut illam ostendere possit Gubernatori Civitatis Savonæ. Ad quid enim ostendere dicto Gubernatori citationem eidem faciendam à Curia Ecclesiastica, nisi dictus Friscia non 76 habuisset in animo recurrere ad dictam laicalem Potestatem? Secundo, ex depositione Testium, de quibus in Summ. qui Testes etiamsi non deponant directè de dicta vocatione, illaque inferatur ex urgentibus conjecturis, à dd. Testibus comprobatis, quia tamen agitur de recursu, facto ad Judices laicos, quæ est materia difficillimæ probationis, concludenter dicitur probatus ex dictis conjecturis, & urgentibus præsumptio77 nibus, juxta firmata per *Rotam coram Coccin. decis. 425. num. 4.* etiamsi dictæ probationes essent minus legales, idque propter odium recurrentis, & difficultatem habendi clarissimas probationes in re, circa quam procedi solet cum omni circumspectione; *Rota coram Cavalcr. dec. 129. n. 3.*

Cumque iidem recursus ex omni parte innegabiles sint, & plusquam notorii in Civitate, & Diœcesi Savonen. applicatur conclusio, uno ore à Doctoribus amplexa, & à Sacra Rota quotidiè probata, quod illi præsumantur habiti ab illo, de cujus interesse agitur, juxta firmata *in decis. 309. num. 3. par. 7. recent. & dec. 509. 78 num. 4. coram Seraphin. & decis. 94. num. 6. & seqq. coram Arguell.* Neque ad dictum effectum incurrendi pœnas, à Sacris Canonibus inflictas contra Recurrentes ad Judices laicos, requiritur specialis inhibitio, vel aliquis alius juridicus actus inhibens; Pœna enim, inflicta contra Recurrentes ad Judices laicos, ex solo, & simplici actu recursus ipso facto incurritur, ex firmatis *per Rot. dec. 179. n. 5. post consil. Farinac. lib. 2. & coram Bich. 79 decis. 282. n. 12.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo Sacerdos Royas Cancellarius Episcopalis Ecclesiasticus vocatus fuit ad audiendum verbum Regium, postquam dictus Friscia solemnem emisit protestationem, ipsum nolle suum examen exhibere in manibus Cancellarii Episco80 palis, uti Personæ Ecclesiasticæ, & incapacis tale munus exercere quæ facti innegabilis circumstantia, unita cum aliis operationibus, & protestationibus ejusdem Adversarii, digito ostendit, ipsum fuisse unicum Authorem, promotorem, & fautorem dictæ exorbitantissimæ prætensionis, Personam Ecclesiasticam esse incapacem ad exercendum munus Cancellarii in Curia Ecclesiastica.

Nec replicetur, quod pro incursu Censurarum ex capite recursus ad Judices laicos, iste debeat probari in forma jurisdictionali, & authoritativa, non autem privata tantùm authoritate, ut plusquam tacitè admittitur fecisse Adversarium. Quia ad effectum incurrendi 81 pœnas, à Sacris Canonibus inflictas contra Violatores Immunitatis Ecclesiasticæ, mediante recursu ad laicas Potestates, sufficit sola protestatio velle recurrere ad dd. incompetentes Judices, ut egregiè firmavit *Rota decis. 549. num. 4. coram Cerro*, ibi: *Ad hunc enim effectum sufficere solam etiam protestationem de recurrendo ad Judices laicos &c. consideravit, Rota &c. & decis. 40. num. 9. coram eodem*, ibi. *Ad hunc effectum sola etiam protestatio de ibidem recurrendo sufficit, & decis. 389. num. 1. coram Ubald.* ibi: *fuerit protestatus de recursu ad Judices laicos*, & rationem adducit eadem Sacra Rota *in decis. 656. num. 18. coram Bich.* quia sci82 licet per talem recursum frangitur fides Deo, & Ecclesiæ, ibi: *Neque tunc agitur de frangenda fide Parti, sed Deo, & Ecclesiæ, cujus jurisdictio per similes recursus læditur.*

Ex quibus, cùm remaneat plusquam manifestum, 83 Curiam Episcopalem Savonensem devenisse ad declarationem Censurarum ex causis juridicis, & rationabilibus, approbatis in Bulla Cœnæ, & à Sacris Canonibus, eadem declaratio redargui non potest de injustitia, alias Leo ipsa, quæ præcipit, ut tales perturbatores, & Violatores Immunitatis Ecclesiasticæ incurrant in Censuras, essent irrationabiles, & injustæ, quod asseren84 dum nullatenus est, *Cap. si Civitas de sententia excommunicationis in 6.* cum concordantibus apud *Mantic. de Tacit. lib. undecimo, titulo decimo, num. 7.*

Multo minus eadem Sententia redargui potest de injustitia ex capite non servati ordinis judiciarii, sub supposito, quod postquam Curia Episcopalis judicium introduxerat contra Adversarium pro mulcta, seu pœna pecuniaria, non poterat, illa neglecta, & non exequu85 ta, devenire ad aliam excommunicationis, quæ, secundùm disposita *in Sacro Concilio Tridentino sessione 25. de Reformatione cap. 3.* subsidiariè tantùm ferenda est. Id enim aliquam apparentiæ speciem haberet, quando Curia Episcopalis relicto primo Judicio contra Adversarium introducto ad perhibendum testimonium veritatis, processisset ad aliam distinctam pœnam excommunicationis contra eumdem Adversarium pro eodem delicto, seu contumacia; Secùs autem in præsenti, dum constans in facto est, quod eadem Curia non processit contra eumdem Adversarium, quia recusavit se subjicere examini, sed ob novas causas, denuò superventas, ob perturbationem nimirum, & violationem Immunitatis Ecclesiasticæ, attento quod dictus Adversarius recusabat recognoscere in Cancellarium Episcopalem personam Ecclesiasticam, gratis asserendo, illam esse incapacem tale munus exercendi; Nec non ob recursus factos ad Judices laicos, ut demonstravimus supra. 86 Propter quas novas causas introductum fuit dictum novum judicium pro declaratione, ipsum esse incursum in excommunicationem, latam à Jure ex supra animadversis.

Superest modò aliquid dicere circa validitatem, & justitiam Censurarum latarum contra Arcangelum Lol87 lium, nec non Cedulonum contra ipsum affixorum, quæ pariter validæ sunt, quia in illarum promulgatione servata fuerunt omnia de jure servanda.

Nec adversus illam validatem meretur allegari nullitas, desumpta ex defectu citationis personalis: Cùm enim dictus Lollius esset exterus, & non haberet Domicilium in Civitate Savonæ, non potuit Nuncius per88 sonaliter illum citare, imò factis omnibus diligentiis, medio illius juramento retulit, ipsum non invenisse, ut testatur in nostro Summario; Unde necesse fuit illum citare ad valvas Ecclesiæ Cathedralis, & Palatii Episcopalis.

Causa verò, propter quam Curia Episcopalis judicium contra ipsum introduxit, ea pariter fuit, quia recognoscere noluit in Cancellarium Curiæ Episcopalis Personam Ecclesiasticam, ut deponunt Testes in Summario; Non obstante etenim, quod Rever. Episcopus dixisset eidem Lollio, ut Folium, quod intendebat tradere in ejus manibus, consignasset in Cancellaria 89 Episcopali, vel saltem in manibus Presbyteri, ipsum concomitantis, quem tali casu ad dictum effectum eligebat in Cancellarium Episcopalem, dictus Lollius cum assistentia duorum militum ferè per vim, & non sine maxima injuria, & præjudicio Dignitatis Episcopalis supradictum folium consignare tentavit in manibus dicti Episcopi, quod cùm adimplere non potuisset, æquè scandaloso, ac publico contemptu illud in terram projecit; Meritò proinde contra eumdem violatorem Immunitatis Ecclesiasticæ Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis judicium promovit pro declaratione, eumdem esse incursum in Censuras, promulgatas à Sacris Canonibus.

Non credimus autem exadverso prætendendum, quod dictus

dictus Lollius per talem scandalosum actum præsentationis, & projectionis in terram dicti Folii non possit dici violasse, atque perturbasse Immunitatem Ecclesiasticam, ex quo per eamdem præsentationem munus sui Officii adimplevit, exequendo Literas inhibitoriales Metropolitani.

Tunc enim contraria animadversio possit admitti, quando prædictus Lollius non armata manu, neque cum assistentia duorum Militum, sed solus præsentasset dictas Literas inhibitoriales, vel cum debita reverentia dicto Reverendissimo Episcopo, vel in Cancellaria Episcopali, vel saltem in manibus illius Presbyteri, qui ad ostendendam omnem reverentiam erga Superiores, & Metropolitanum, ad dictum præcisum effectum deputatus fuit ab Episcopo in Cancellarium. 91

Cæterum est mera vanitas prætendere, quod dictus Lollius per vim, & armata manu, omni adhibito conatu volens tradere in propriis manibus Episcopi prædictum Folium, illudque in terram scandalosè projiciendo, dicatur, adimplevisse proprium Officium, ut consideranti patet; Sed potius ex tali irregulari, & exorbitanti procedendi modo dicitur verus, & voluntarius fautor, perturbator, & violator Immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ; Quodque etiam ipse animo plusquam obstinato continuando rubricam Frisciæ, cujus nomine operabatur, noluit pariter recognoscere in Cancellarium Episcopalem Personas Ecclesiasticas, prout omnia concludenter probantur à Testibus datis in Summario, qui etiamsi sint familiares Reverendissimi Episcopi, sintque adscripti illius servitio, ut exadverso asseritus, concludentissimè factum, cùm ipsis sequutum probant ex firmatis per *Rotam coram Emerix. jun. decis. 1086. num. 5.* 92 93

Hinc pariter non potest dici inordinatus modus ille procedendi, qui servatus, & practicatus fuit contra dictum Lollium; Fuit enim, servatis servandis, citatus ad comparendum infrà triduum, & deducendum causas &c. Nec non die sequenti juridica ad videndum se declarari incursum in Censuris; Cùmque ageretur de excommunicatione lata à Jure, non autem ferenda ab homine, non requirebatur alia monitio, vel citatio ex latè animadversis supra. 94

IN EADEM CAUSA.

Contrarium Summarium nobis hesterna die communicatum, unà cum voluminosa Scriptura facti, & altera Juris, ponit intra evidentiæ fines ea omnia, quæ probare curavimus supra, circa scandalosam prætensionem Frisciæ nolle recognoscere in verum Cancellarium Curiæ Episcopalis Reverend. Marcum Royam, & deinde allegando crassam ignorantiam, non fuisse citatum per Acta ejusdem Cancellarii Ecclesiastici. 95

Ex numero siquidem secundo, tertio, & quarto dicti contrarii Summarii palpatur manibus, ipsum fuisse ter citatum per Acta ejusdem Reverend. Marci Royæ Cancellarii Episcopalis ad ferendum testimonium veritatis. 96

Ex numero autem octavo, Literis plusquam rotundis apparet, se declarasse nolle recognoscere dictum Reverend. Royam pro Cancellario Episcopali, minusque coram illo velle perhibere testimonium veritatis, sed in Actis Magnifici Joannis Baptistæ Polleri Cancellarii Laici dictæ Curiæ Episcopalis, qui neque etiam à remotissimis habebat aliquid agere in dicta Causa, ejusque nomen in nulla ex tribus citationibus contra illum executis, appositum erat sed semper illud dicti Rever. Royæ ibi: Joannes Marcus Royas Cancellarius Episcopalis. 97

Igitur ex Scripturis, & factis Adversarii remanet concludenter exclusa affectata ignorantia Cancellarii, coram quo examinari debebat, & concludentissimè probatus ejus animus, nolle recognoscere dictum Sacerdotem pro Cancellario Episcopali, & consequenter velle restringere, limitare, & coarctare Jurisdictionem Ecclesiasticam, non attenta Juris communis dispositione, & nulla habita ratione Oraculi hujus Sacræ Congregationis, de quo supra. 98 99

Ex eodem pariter contrario Summario remanet etiam probatum, eundem Frisciam post dictas citationes *averne fatto ricorso all' Illustrissimo Signor Governatore come è notorissimo per tutta la Città, e per vedersi continuamente a Palazzo*; nec non vocare fecisse eundem Reveran. Royam, aliosque Successores Cancellarios Ecclesiasticos ad Civitatem Januæ ad audiendum verbum Regium, 100

Non attento, quod Testes ad probandum dictum recursum, ex hac parte adducti, inter alias causas scientiæ, asserunt id audivisse à dicto Rever. Roya, juxta misteriosam, & defectuosam Apostillam dicti contrarii Summarii, ibi: *Notetur, quod præcipua causa scientiæ stat in auditis à dicto Roya*; Principalissima siquidem causa scientiæ à dictis testibus adducta, stat *in essere ciò notoriissimo per tutta la Città, e per vedersi continuamente il medesimo a Palazzo.* 101

Licèt autem in alio distincto Interrogatorio asserat, *di averlo parimente udito dall' istesso D. Marco Roya*, hoc non præjudicat dictæ primæ Causæ scientiæ, æquè certæ, ac concludenti, quia dictio *parimente* latinè similiter, à dictis Testibus usurpata, non minuit, neque derogat, sed auget vim alterius causæ, ex adductis à *Barbos. de Diction. dict. trigentesima sexagesima septima, numero primo, & seqq.* 102

Mirum proinde in rei veritate est, quod exadverso adducatur prætextus clausuræ Cancellariæ Episcopalis, pro illo tempore quo Rever. Royas, aliique Sacerdotes in ejus locum subrogati, vocati fuerunt ad Civitatem Januæ ad audiendum verbum Regium, ex operationibus, & instigatione Adversarii, allegando in hac parte proprium dolum, impropriasque operationes, adversus dispositionem textus *in lege Mercenalem, Codice de condictione ob turp. causę* cum aliis apud *Rot. decisione quadragesima quarta, numero nono, coram Burat. & decisione octuagesima quarta, numero septimo, parte decima octava recent.* 103

Nec quoad Frisciam, deveniendo modò ad Arcangelum Lollium, istius pariter insolens, & injuriosus procedendi modus erga Reverendissimum Episcopum comprobatur ex contrariis Testibus, non sine magna affectatione per eadem numero verba deponentibus, datisque in contrario Summ.: *Avendo il prefato Illust. e Reverendissimo Monsignor Vescovo ricusato di accettarlo, detto Signor Lollio riverentemente l' ha lasciate a piedi del detto Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignor Vescovo.* 104

Ex quibus duo innegabiliter resultant in facto; Unum quod dictus Reverendissimus Episcopus suæ Dignitatis memor, & conservator cohærenter, ad ea, quæ disposita fuerunt *in Concilio Romano titulo tertio de Rescript. capite primo*, meritò recusavit acceptare dictum folium; Aliud verò, quod idem Lollius illud projecit ante Reverendissimum Episcopum, recusantem in ejus manibus illud recipere. 105

Quamvis autem ex istis duabus circumstantiis satis, superquè comprobetur magna irriverentia, & major injuria illata Reverendissimo Episcopo, ut Consideranti patet; Longè clarius emicat temeritas dicti actus, supplendo factum exadverso dissimulatum ex Testibus datis in nostro Summario, dum Reverendissimus Episcopus petitioni dicti Lollii *accompagnato con due Soldati, Io presento a V. S. Illustrissima questa Scrittura nella Causa di Friscia, ha risposto Monsignor Illustrissimo Vescovo molto volontieri, però V. S. vada ad esibirla in Atti del mio Cancelliere Prete, che la Cancellaria sta sempre per tutti aperta, e se V. S. non vuole presentarla nelli Atti del Cancelliere Ecclesiastico, è segno che V. S. non vuole riconoscere il detto Cancelliere, e così viene a perturbare, e violare la giurisdizione, l'immunità, e libertà Ecclesiastica; Il detto Notaro Archangelo replicò, Io intendo di presentarla a V. S. Illustrissima, ed ha gettato per terra impropriamente il detto foglio avanti Monsignor Illustrissimo, il quale ha soggiunto, che detto Notaro Archangelo era incorso nella stessa Scommunica di Friscia.* 106 107

In istis igitur circumstantiis, concludenter probatis à dictis Testibus de visu, nemo non videt cum quanta improprietate prætenditur exadverso idem folium fuisse *riverentemente lasciato a piedi di Monsignor Vescovo*, dum potiùs apparet attenta audacia dicti Frisciæ robotata assistentia duorum Militum, projectum fuisse in ejus faciem, & cecidisse ad proprios pedes, quod non cohæret cum illa reverentia quæ debetur Epi- 108

scopo in locum Apostolorum subrogatis, ut dicitur *in Constitutione vigesima secunda, §. vigesimo secundo Leonis X. in Bullar. nov. tom. 1.* ibi: *Eosdemque insuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ monemus, ut eosdem Episcopos loco Sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita, & nostra, & Apostolicæ Sedis reverentia congruo honore, & convenienti observantia venerentur.* 509 Eosdemque Generale Concilium Vienoense, registratum *in Clem. prima, §. Nec super de Pœnis*, vocat *Sanctissimos Christi Legatos, spirituales Patres, Papæ Fratres, & Ecclesiæ columnas*, & concordat *Divus Gregorius lib. 2. Epist. 57. & lib. 4. Epist. 15. & libro octavo, Epistola septima, & octava*, cum aliis latè cumulatis *à Pace Jordano variarum lucubrationum, præludio primo, titulo de Episcopis, num. 5. & seqq.*

Ultra quod nemo non videt, esse novum genus reverentiæ illam, quam exhibuit Lollius, associatus à Militibus dicto Reverendissimo Episcopo; Si enim nihil 510 aliud in mente habebat, quàm illud præsentare in manibus Reverendissimi Episcopi, & in casu istius renitentiæ illud *riverentemente lasciarlo a suoi piedi*, quare associare se fecit ab illis quibus nulla fides, pietasque inest? & quare, renuente Reverendiss. Episcopo illud acceptare non exhibuit idem Folium in manibus illius Sacerdotis, quem ad faciendam ei rem gratam, deputaverat Cancellarium ad dictum effectum? ibi: *Aven-* 511 *do replicato Monsignor Illustrissimo Vescovo, che la disse al suo Prete, che aveva seco, quale la riceverebbe, deputato spezialmente come Cancelliere, a quest' atto non l' ha volsuto fare, ed ha gettato il detto foglio per terra con disprezzo, e scandalo del Popolo avanti Monsign. Illustrissimo Vescovo.*

Pro quorum faciliori admissione supplicamus observare, quod non est sermo de privata injuria, illata 512 Personæ Reverendissimi Episcopi, sed illius excelsæ Dignitati, nimis sensibiliter, & cum Populi scandalo publicè, & palam læsæ, io quibus terminis præcisè coactus fuit ad puniendos Adversarios, ad hoc ut alii in præjudicium Ecclesiasticæ Immunitatis, & in vilipendium Episcopalis dignitatis, similia in futurum tentare non audeant, ut faciendum esse observant duo æquè zelantes, ac Doctissimi Episcopi, nempe *Sperellus decisione centesima trigesima quarta, numero trigesimo primo, & Barugius in Formulario instr. regula centesima quarta, numero decimo secundo*; his verbis: *Merito id facere renuente Episcopo, quia licèt unusquisque valeat* 513 *privatam injuriam sibi factam dissimulare, & abolere; nihilominus quando agitur de tuenda jurisdictione, & Ecclesiæ authoritate, debet tunc Episcopus in tali zelo Divini honoris Ecclesiastica severitate Sanctorum Præsulum exempla servando, armari ad compescendos temerarios ausus cæterosque à similibus perpetrandis deterrendos.*

Die 30. Julii 1726. In Congregatione Immunitatis per Rev. Patrem Dominum Riccium Secretarium proposito dubio.

An Censuræ, & Cedulones sustineantur?

Responsum fuit:

514 *Thomam Friscìam incurrisse, cum addito, ut Causa amplius non proponeretur.*

Quo verò ad Lollium, Censuras, de quibus agitur, esse nullas, & idem Lollius consulat conscientiæ suæ. Episcopus, quoad injurias, sibi illatas, procedat con- 515 *tra supradictum Lollium authoritate sua ordinaria, prout de jure.*

Notandum est hic circa primum Rescriptum, non conforme dubio, quòd talis rescribendi modus practicari solet, quando ex una parte incursus in Censuris est certus; illatum verò validitas dubia.

DISCEPTATIO XXXII.

Romana Nullitatis Professionis

PRO

Lelio à S. Rosa Carmelita excalceato

ARGUMENTUM.

Professio, inter Carmelitas excalceatos emissa à Religioso, tacito habituali morbo, quo laborabat, quando dicatur nulla.

PAter Lelius à S. Rosa, in sæculo Nicolaus Oddus, usque ab infantia oculorum defectu miserè laboravit, ut, vel de auditu ab ejus Parentibus, & Consanguineis, vel ab Amicis, aliisque Personis, apprimè informatis, vel de visu proprio solemniter deponunt novem qualificati Testes, formiter examinati respectu Infantiæ, scilicet 4. Scipio Cuccettus, ac septimus Laurentius Sperandio. Qui morbus continuavit etiam in ejus pueritia, ut probamus ex depositione dictorum duorum Testium ejus Condiscipulorum, formiter examinatorum, uniformiter asserentium, quod in communi Gymnasio post lectionem quatuor, vel quinque linearum taliter ejus oculi obumbrabantur, ut non obstantibus acribus minis, necnon acrioribus verberibus communis Præceptoris, eidem infelicissimo Puero non erat possibile lectionem prosequi, & multò minus illam terminare. [1]

Credens autem temporis progressu liberari posse ab eodem, æquè considerabili, ac verè commiserando morbo, & executionem dare volens propriæ vocationi, Deo inserviendi in aliqua Religione, tacito eodem defectu, seu morbo, anno 1717. idem Nicolaus ingressus fuit Religionem PP. Carmelitarum Discalceatorum in Conventu S. Mariæ de Scala Urbis, imponendo sibi nomen Lelius à S. Rosa. [2]

Post dictum ingressum, & admissionem ad Habitum, cùm in Choro assistere teneretur divinorum Officiorum recitationi, & suas partes cum aliis Novitiis adimplere, nunquam potuit propriè obligationi satisfacere; Post lecturam siquidem quatuor, vel quinque linearum, non valens prosequi, minusque terminare Officii Lectionem, sibi assignatam, cogebatur Superior pro terminanda Lectione, ab eodem incæpta, subrogare alium Correligiosum, ut pro veritate, & conscientia solemniter testatur primus Testis P. Laurentius Maria ab Annunciatione, nunc temporis Prior d. Conventus, & postea Provincialis nostræ Provinciæ, & concordant P. Marcus à S. Cruce, Lucas à S. Catharina, & P. Damascenus à S. Thoma. [3] [4]

Toto Novitiatus tempore nullam omninò meliorationem expertus fuit idem P. Lelius, ut deponunt primus secundus, tertius, sextus, & octavus Testes. [5]

Advento autem tempore emittendæ Professionis multi Zelantes Capitulares renuebant ipsum admittere ad solemnem Professionem, ob dictam causam non perfectæ, neque durabilis visionis. Cæterùm constanter asserendo d. P. Exprovinciali Laurentio Mariæ de Annunciatione, tunc temporis Priori nostri Conventus, quod idem defectus, visus non erat naturalis, nec habitualis, sed mere accidentalis, causatus à morbo, quem ante aliquos annos passus fuerat in capite, nō solùm integram eidem præstavit fidem dictus P. Prior, sed sub verbo ejusdem id retulit dd. aliis Religiosis Conventualibus, à quibus sub assertiva ejusdem Prioris ad dictam Professionem fuit admissus, ut testatur idem P. Exprovincialis, tunc temporis Prior. [6]

Cæterum perseverante deinde eodem defectu visionis, imò taliter in pejus crescente, ut nullo pacto inservire poterat in Officio Religionis, & signanter pro Chorista, eoque attento, neque etiam promoveri potuisset, tanquā irregularis, ad Ordines Sacros, ut ingenuè fatetur d. P. Prior, & concordant secundus, octavus, & nonus Testes. Attento autem quod non amplius controverti poterat, d. morbum, non solùm esse habitualem, sed etiam incurabilem, oportunum duxit idem P. Lelius ante quinquennii lapsum expedire Monitorium super nullitate dictæ ejus Professionis, quod exequi curavit, tam contra Superiorē sui Conventus, quàm contra Hæredes, institutos in Testamento, ante suam Professionem ab eo confecto, servatisq; omnibus ser. atq; prævio Voto, & Consilio multorum graduatorum Religiosorum nostræ Provinciæ sententiā declarantem eamdem nullitatem suæ Professionis obtinuit à P. Priore dicti Conventus, data in Summario. [7] [8]

Ex quo vigore claræ dispositionis Sacri Concilii Tridini *sess.25. de reform.cap.10.* Superior Conventus, in quo Religiosus Professionem emisit, dicitur, & est Conjudex in Causa nullitatis, promota ante quinquennium, unà cum Judice ordinario Loci, qui in nostris terminis, non valens dictam æquè fundatam, ac justam Sententiam revocare, aliam difformem pronunciavit; non positivam, neque contrariam, sed negativam, & disperatam Sententiam exadverso dandam; hoc est non constare de nullitate dictæ Professionis.

In istis circumstantiis, attenta dd. Sententiarum difformitate, necessarium habuimus recursum ad hanc Sacram Congregationem, concordatoque prædicto dubio, illud videtur affirmativè resolvendum.

Etenim nullitas dictæ Professionis non potest esse evi- 9 dentior, uti innixa eidem morbo habituali, & incurabili, à Principali tacito ante Professionem, & à quo de præsenti etiam miserè vexatur.

In facto siquidem ille concludentissimè probatur à dictis novem qualificatis Testibus, loquentibus de proprio visu, deque innumeris actibus, quibus mediantibus Superiores nostri Conventus manibus palparunt 10 dictum defectum visus, quando idem Principalis legere tentavit per aliquod etiam breve tempus, ut videre est in Summario Test. quorum dicta non sine maxima compassione, & æquali commiseratione erga infelicem statum salutis Principalis haberi possunt, & quibus proinde omnis fides adhibenda est, ex adductis *in dec.* 101. 11 *num.15.par.17.rec.* & in terminis Testium deponentium de nullitate Professionis eadem *Rota cor.Ubaldo dec.394. num.8. & 9. & decis.397.num.2 par. 4. & decis.211. num. 13. & seqq. part.13.rec.*

Superlativè pariter idem morbus, cum qualitate habitualis, insanabilis, probatur ex uniformi judicio quatuor primariorum Professorum Protomedicorum Collegii Urbis, de quo in Summario. Ad probandam enim, nedum existentiam, sed qualitatem, & insanabilitatem alicujus morbi, non adest tutior via, quàm illa exquirendi veritatem à Peritis in Medicina, quibus 12 proinde standum est, per ea, quæ notant *Escobar. in Theolog. Moral.tom.4.sect.1. cap.12. num.115. & seqq. Sanfelic. decis. 416. num. 11. & Rot. decis. 25. num. 3. apud Zach. quæst. Medicoleg*

In jure verò, posito hujusmodi habituali, & Insanabili visus defectu, tali evidentia, talique palpabilitate, nulla est Professio à Principali emissa, ut nihil evideotius, nihilque palpabilis adduci possit, tam ex defectu potestatis, quàm voluntatis Superiorum nostri Conventus; In Constitutionibus siquidem nostri Ordinis, nedum expressè Superioribus prohibetur admittere ad Professionem eos, qui aliquo habituali, & insanabili morbo laborant, sed quatenus admittantur, se decla- 13 rat nostra Religio nolle recipere ad Professionem eos, qui prædictis defectibus laborant, juxta illa verba *part. 2.cap.5. §.2. & 3.* ibi: *Prohibemus insuper Habitu nostro indui, vel profiteri &c. irretitum aliqua irregularitate, in qua difficile dispensatur &c. aliqua infirmitate incurabili, & habituali laborantem &c. sed si quis aliquem defectum ex proximè enumeratis &c. celaverit, statim, ac sciatur, expellatur, etiamsi Professionem emiserit; Congregationis quippè animus est, eos, qui prædictos defectus patiuntur, & celant, ad Professionem non recipere.*

Quibus attentis Professio Principalis nunquam salvari potest ab evidenti nullitate, ut omissis authoritati- 14 bus, loquentibus in terminis similium Constitutionum aliarum Religionum, latè expensarum *in tom.2. part.1. discept.25. à num.12.* Nec non omissis oraculis hujus Sacræ Congregationis inter quæ habemus novissima illa duo in similibus terminis Religionis Cappucinorum in Provinciæ Romanæ Cappucinorum Nullitatis Professionis 31. Julii 1723. & 7. Julii 1724.

In præcisissimis circumstantiis nostræ Religionis habemus casum solemniter ab hac Sacra Congregatione decisum *in Neapolitana Nullitatis Professionis 7. Septembris 1717.* juxta latè à me adducta *in tom.3. discept.6.per* 15 *tot.* In qua agebatur in specie de alio Religioso Carmelita Excalceato, qui ex dicto motivo taciturnitatis habitualis, & insanabilis morbi, quo laborabat ante ingressum in nostra Religione, liberatus fuit ab hac Sacra Congregatione, & hodie per Urbem in Habitu Clerici Sæcularis incedit. Et proinde cum omni legali fundamento dicere possumus, quod favore Principalis non solùm habemus authoritatem, taliter punctualem, ut æquiparetur illi, quæ loquebatur *delle Vacche Rosse* juxta 16 lepidum dictum *Card. de Luc.de jurepatr. disc.4. num.27.* Sed ulterius, quod habeamus casum legis, nostram inspectionem terminantis, eo quia Oracula hujus Sacræ Congregationis vim legis habent, ut notant *Fagnan. in cap. Quoniam nu.8. de Constit. Rot.decis.7. nu.3. apud Antonell.de jur.Cleric.& in Romana Matrimonii 3.Julii 1719. §. Hinc descendendo coram Corio.*

Nec dicatur, quod idem defectus Principalis erat notus Superiori Conventus, & consequenter non possit 17 importare Nullitatem Professionis vigore dictarum constitutionum, quæ supponunt illius ignorantiam.

Responsio siquidem in promptu est, tam in facto, quàm in Jure.

In facto quia innegabile est, quod idem defectus licèt potuisset aliquo modo dici notus Religiosis, & Priori nostri Conventus, non erat tamen notus, uti habitualis, perpetuus, & incurabilis, de quo loquuntur no- 18 stræ Constitutiones, sed solùm tanquam accidentalis, & de facili curabilis; Et propterea prætendi non potest quod eidem Superiori notus esset eo modo, quo revera erat, sed in longè diversis circumstantiis, ut ipsemet ingenuè fassus fuit, juxta quartum Interrogatorium, & consequenter contraria criticatio cessat in facto ex clara depositione ejusdem Superioris, cui omnia fides in hac parte præstanda est, uti deponenti de facto proprio, ex adductis à *Gozzadin. cons.13. num.60. Menoch. de Arbitr. lib.2. cas.99. nu.11. & Rot. decis. 13. num. 25. coram Ansald. & decis.528. num.17.part.18.rec.*

In jure verò, quia per falsam hypothesim dato, sed nunquam concesso, quod idem defectus, seu morbus 19 Principalis cognitus esset eidem Superiori, vel quod iste aliquam dubitandi rationem habuisset circa illius habitualitatem, & incurabilitatem, detecta hodie veritate ejusdem habitualis morbi, locus semper esset declarationi nullitatis Professionis, dum in nostris Constitutionibus in specie determinatur, quod Novitius debeat aperire veritatem circa perfectum statum suæ salutis; Quod si non fecerit, non possit Superior illum ad Professionem admittere, & si illum admisserit, statim, ac morbus scitur, à Religione expellatur, illa adducta stringenti ratione, quod voluntas Congregationis est eos, qui prædictos defectus patiuntur, & celant, ad Professionem non recipere. Et isti sunt præcisi termini, in quibus habemus dictum punctualissimum Oraculum hujus Sac.Congregationis in *d.Neapolitana Nullitatis Professionis 7. Septembris 1718.* eo quia in illius etiam casu aderat dubium tempore receptionis ad Habitum circa 20 qualitatem, & habitualitatem morbi epileptici, quem celaverat. & circa hanc conclusionem concordant etiam alii adducti à *Donat. rer. regular. tom.2. tract.3. de Qualit. Recipiend. q.25. à n.4. & à Pasqualig. Quæst. Moral. jurid.24. num.6. & seqq.*

Minus replicetur, quòd in nostro casu infirmitas Principalis non probatur in tali gradu, in quo requiritur à nostris Constitutionibus, sive habeatur respectus ad illius perpetuitatem, sive ad probationem de tempore emissæ Professionis. Constans enim in facto est, & quidem ex depositione novem Testium, & quatuor Medicorum Urbis primæ classis, ser. ser. examinatorum, quod infelix Principalis morbo debilitaris illius sensus, in quo Anima inhabitat, id observante *Plinio* relato à *della Motte nella Fisc: del Prencip. cap. 24. post princip.* 21 taliter in præteritum laboravit, & de præsenti laborat, ut non possit paucas lineas legere, quin ei statim deficiat visio, itaut à legendo cogatur desistere, quodque eadem imperfectio, seu morbus, uti hæreditarius prorsus incurabilis est, & temporis progressu omninò augebitur Testibus omni exceptione majoribus dictis quatuor primariis Medicis Urbis in Summario. In quibus terminis negari non potest, quin locum habeant disposita in nostris Constitutionibus, in quibus expressè demandatur, & expressissimè protestatur nostra Religio, quod non intendit admittere ad Professionem, neque inter Religiosos accipere laborantes talibus defectibus, & habitualibus Corporis affectionibus.

Ex quibus non credimus, quod ad obumbrandam ta-

lem

lem veritatem recurri velit exadverso ad duos illos Testes, qui interrogati tempore, quo Principalis fuit admissus ad Religionem, asseruerunt, ipsum *godere di* 22 *presente perfetta salute, ed essere sano di mente, e di tutto perfetto nel suo Corpo*.

Dicta siquidem Testium extrajudicialis depositio una est ex illis meris formalitatibus, quæ practicari solent cum omnibus nostris Novitiis, quæve etiam practicata fueras cum P. Salvatore à Conceptione in *dicta Causa Neapolitana 7. Septembris* 1718. Et propterea 23 non existimatur tanti ponderis, ut non admittat probationem in contrarium, quæ in nostro casu non desideratur, & superlativè resultat ex depositione tredecim Testium, apprimè informatorum, de quibus supra, & quorum respectu longè minores adducebantur probatio- 24 nes in *d. Neapolitana*, in qua nulla proindè habita fuit ratio assertionis duorum Testium, in ingressu ejusdem Religiosi examinatorum, ut videre est in *dicto tom. 3. part. 1. discept. 6. à num. 27*.

Absque ulla prorsùs difficultate, attento quod videntes dd. Testes Principalem, habentem oculos extrinsecè uniformes omnium aliorum Hominum oculis, non solùm non cogitarunt, sed neque etiam somniare potuerunt in eorum depositione loqui de visionis defectu, perstringentes eorum sermonem ad sanitatem Corporis in ordine ad alios morbos, & specificantes Principalis ro- 25 bustam Corporis valitudinem, quæ hodie ferè ad nihilum redacta est; & asserentes, quod ante dictam Professionem semel tantùm febri laboraverat, prout unus ex dd. Testibus hodie in Urbe præsens cum juramento testatur in Summario, qui declaranti suam priorem depositionem omnis in hac parte fides præstanda est, juxta 26 theoricam *Innocent. in cap. Præterea n. 3. de Testib.* quam sequuntur adducti in *decis. 538. sub num. 26. coram Merlin. & decis. 179. nu. 9. coram Peutinger. & decis. 514. nu. 57. coram Emer. jun.*

Et propterea circa d. defectum visus, de quo iidem Testes non deposuerunt, standum videtur depositioni nostrorum Testium, non solùm, quia specificè deponunt de d. particulari defectu visus, per ea, quæ notans *adducti in decis. 328. nu. 10. coram Priol. & decis. 285. num. 4. cor. Cels. & in Neapolitana Matrimonii 22. Junii 1705. §. Et quamvis coram Card. Priol.* Sed etiam, quia 27 uti in majori numero præferri debent dd. duobus Testibus, generaliter, & in confuso loquentibus, ex firmatis per *Rot. in Pampilonen. Præeminentiarum 27. Junii 1701. §. Et in omnem coram Olm. & in Benevent. Nullitatis Testamenti prima Julii 1702. §. Haud relevante coram Crispo*.

Et demum quia dd. duo Testes tempore ingressus in Religionem extrajudicialiter examinati non deposuerunt cum illa fundata notitia, quæ in nostris terminis 28 necessaria erat ad cognoscendas habituales, & incurabiles oculorum infirmitates, ex quo non erant neque Medici, neque domestici, neque insimul habitaverant cum Principali.

Non sic autem respectu nostrorum Testium, qui, vel fuerunt Condiscipuli, vel Connovitii, vel Magistri Principalis, vel vitam cum illo duxerunt in eodem Conventu, eumque semper viderunt in Choro incipien- 29 tem legere, & non valentem perficere Lectionem, sibi demandatam, vel demum sont primarii Medicinæ Professores Collegiales Urbis Archiatri, qui omnes partes oculorum Principalis attentissimè consideraruns, illorumque fundatum judicium protulerunt cum illa præcedenti notitia, quod ejus Pater eodem defectu laboravit, & ejus Frater simili morbo originaliter variè, & ex Patris qualitate, & temperamento subjectus est, ut probamus in Summarin.

Concordant etenim DD. omnes in ea conclusione, quod Testibus, magis informatis, melioremque addu- 30 centibus causam eorum scientiæ, major sit præstanda fides, ut videre est apud *Farinac. de Testib. quæst. 70. nu. 48. & Gratian. discept. 755. num 40. & 41. & Rota decis. 53. num. 6. & coram Benincas. & decis. 206. num. 8. coram Priol.* & alibi quotidie, cùm sit propositio, nullam admittens dubitationem.

Ejusdem levitatis est alia contraria reflexio, innixa 31 depositioni nostri octavi Testis, qui asseruit in receptione Principalis ad Habitum suppositum fuisse *anche col consenso, ed Oracolo de Medici, che asseriscono, che sarebbe guarito di tal difetto di vista*.

In quo enim sensu, & sub quali notitia id asseruerit d. Testis, non possumus meliùs demonstrare, quàm mediantibus ejus præcisis verbis, de quibus in Attestatione, data in Summario ibi: *Dico, e col mio giuramento dichiaro, che Io feci la sudetta assertiva, non con altro fonda-* 32 *mento, che di averlo sentito dire, non però da Medici, con li quali non ho mai trattato di simile materia, e difetto di vista, ma per altra parte senza però ricordarmi da qual Persona l'abbia udito dire la quale Persona esprimerei, o nominerei, se me ne ricordassi*. Quod autem Testi, asserenti aliquid ex dicto alteriùs, cujus Personam non specificat, nulla sit danda fides probant adducti *in decis. 195. num. 5. coram Emer. jun.* ubi illam adducit rationem, 33 quia id potuit provenire ab aliqua vana voce, quæ non attenditur, *& decis. 301. nu. 25. par. 11. rec.*

Quodque in rei veritate nullum consilium petitum fuerit à Medicis circa dictum defectum visus, quando Principalis fuit admissus ad Professionem, sed religiosa simplicitate, tunc temporis Prior nostri Conventus, & postea Provincialis dictæ nostræ Provinciæ fidem omnem habuerit simplici assertivæ d. Principalis, ipsemet cum juramento asserit in Attestatione, data in Summario, cui omnis fides in hac parte danda est, eo quia de ip- 34 so verificantur ea, quæ scripta reliquit *S. Joannes Apostolus epistol. prima*, ibi: *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt &c. hoc testamur, & annunciamus*.

Transeunt hæc in evidentiam in nostris terminis ex alia attestatione, data in Summario, ex qua patet, quod infirmitas Principalis, seu defectus visionis talis erat, 35 & est naturæ, ut nullum admiserit in præteritum, nec de præsenti admittat medicam manum, dum in cassum ceciderunt operationes omnes, non solùm Medicorum, sed etiam Chirurgorum, à quibus curatus fuit ab ejus Infantia.

Et rationem adducunt dd. quatuor insignes Professores Medicinæ, quia scilicet concurrit hæreditaria causa antiqui similis morbi Patris Principalis, & quia errata naturæ artem medicam eludunt, nullumque levamen à me- 36 dica curatione expectant. Quæ omnia in facto comprobantur ab aliis quatuor Testibus, asserentibus talem visionis defectum esse hæreditarium in Domo Principalis, ut videre est in præsenti Summ. & in Jure talis qualitas hæreditaria magnificatur à *River. in Prax. medic. par. 2. tit. de Morb. Capit. & Thorac. cap. 9. fol. mihi 41*.

Hujusmodi autem circumstantia morbi hæreditarii punctualissimè pariter verificabatur in dicto alio casu Religiosi nostræ Religionis in Neapolitana, de quo *in tom. 3. par 1. discept. 6. n. 43* ibi: *Ultra quod cùm simus in ter-* 37 *minis morbi hæreditarii, ut dicunt Testes, probato principio in infantia ejusdem, ille tanquam incurabilis semper durare præsumitur*, quàm præsumptionem admisit in dicta Causa hæc Sacra Congregatio, & in Jure illam comprobant adducti *in dec. 371. nu. 53. cor. Ubald.*

Hæc omnia, præcipuè simul unita, tali evidentia Principalis intentionem comprobare videntur, ut nullum relinquant dubitationi locum, quin sperare possimus affirmativam resolutionem nostri dubii; Itaut si unquam alias sam in nostra, quàm in aliis Religionibus cum legali fundamento declarata fuit nulla Professio illius Religio- 38 si, qui maxima simplicitate admissus fuit ad profitendum sub ejus simplici assertiva, quòd nullo laboraret morbo habituali, & incurabili, qui deinde talis probatus fuerit, noster casus, non solùm videtur talis naturæ, sed omni commiseratione, & compassione dignus, eo quia, attento dicto considerabili defectu, verè infelix Principalis, neque utilis est Religioni, neque pro se ipso habilis, circa ea, quæ consistunt in applicatione, & lectione. Si autem ipsamet humana natura dictas in omni casu, & tempore succurrendum esse Infirmis, etiam non petentibus, neque auxilium implorantibus, ut no- 39 sant *Thomas Actius de Infirm. pars. 1. cap 28. num. 5. & seqq. Stannarol. de Visitat. Carcerat. lib. 3. §. 4. num. 9. & Sabell. in summ. verb. Infirmitas sub num 4.* Multò magis speramus, quod in hac Causa EE. PP. dignabuntur eorum misericordes oculos convertere erga miserias Principalis, qui, non solùm petiis, sed non sine lacrymis, illud auxilium, illamque commiserationem im-

plorat ab EE. PP. quàm eapertus fuit ab omnibus illis Religiosis suæ Provinciæ, cùm quibus moram traxit, uno dumtaxat eacepto, ex quo motivo ipse videat.

Imò ea silentio, & non oppositione P. Provincialis nostræ Provinciæ, illiusque Definitorum, aliud oritur argumentum boni Juris, assistentis eidem Principa- 40 li, adversus ejus Professionem reclamanti, juxtà ea, quæ in nostris terminis observant *Larre. dec. 63. num. 15. Camerat. respons. 3 num. 23. & Rota coram Merlin. decis. 523. num. 2. & in part. 19. recent. decis. 361. num undecimo*. Cum quibus processit hæc Sacra Congregatio in multis Cansis, in quibus scripsi, & obtinui declarationem nullitatis Professionis, quarum aliquas indicavi *in tom primo, par. prima, discept. prima, num 66. & discept 3.* 41 *num 34. & dict. discept. 4 num. 26. & in tom. 4 p. 1. discept. 1. §. 9. n. 11. & 12 & n. 69 & 70.*

Et ea hac reflexione abundè satisfactum remanet contrariæ criticationi, quod nostri Testes examinati non fuerint cum Partis Interrogatoriis; Cùm enim Superior nostræ Provinciæ veritatem, & subsistentiam Causæ nullitatis Professionis Principalis ultrò fatens, & admittens, se declaraverit expresè nolle aliquam partem in hac Causa facere, ex una parte nescimus videre cum quibus Interrogatoriis eaaminari debebant. Ex alia verò communiter receptum est inter DD. quod in his circumstantiis validissimum est examen, sine Interrogatoriis per actum, quando Pars illa dare non cu- 42 rat, in quo casu perindè habetur, ac si cum illis factum fuisset, ut videre est apud *Farinac. de Testib. cap. 73. n. 73. Adden. ad Ludovis. dec. 351. num. 47. & Rot. cor. Mantica decis. 9. n. 6. & cor. Cels dec. 217 n. 5.*

Plusquam tacitè admissa fuerunt hæc, uti in facto innegabilia coram Judice Ordinario, coram quo pro- 43 indè pari infelicitate prætensum fuit eadverso, quod Professio, de qua disputamus, non sit omni ex parte invalida, sed respectu Religiosi valida omninò sit; In ordine verò ad Religionem, quatenùs Superiores velint illam habere pro nulla.

Quantùm verò gratuita, quantumque insubsistens sit contraria prætensio adeò evidens est, ut nihil magis evidentius adduci possit, eo quia in sententia omnium DD. religiosa Professio est contractus, non solùm verus, & proprius, sed ultro, citroque obligatorius inter Religiosum, & Religionem, quæ, illo mediante, obligat se ad alendum, sustentandum, & regendum Religiosum; Iste verò subjicit se omnibus oneribus Religionis, ut discurrunt Authores illi, quos referunt, & se- 44 quuntur *Navarr. cons. 26. num. 1 lib. 3 de Regularib. Sanch. de lib. septimo, disput. 35. num. 12. in Summ. lib. quinto, cap. 4. num 62. & lib. sexto & nono, num. sexto, Camerat. respons. prima, num. secundo, & respons. 3. eodem num. Moron. respons. 82. num. 153. Marant. respons. 38. num 24 par. 2, & Larr. dec Granatens 63. n. 10.*

Implicat propterea in terminis, quod talis contractus ea una parte claudicet, neque in illo servetur æqualitas, adverso omnia principia, ut in specie discurren- 45 do de similibus Constitutionibus egregiè observat *Dian, in edition. Coordin. tom. septimo, tit. de Dub. Regul. resol. 179. num. secundo, Cardin. de Luca de Regular. disc, 43. num. quarto in fin. Peregrin. quæst. secunda, cap. quinto ad Constitution, Cler. Regul. Theat. cap. quinto lit. D Novar, in Summ. Bullar. comment. 100. num. 3 & seqq. Pasqualig. q. moral. juridic. 134 per tot. Donat. Rer regul tom. 3. lib 6. cap. 5. num. 10. & tom. 4. tract. 10. lib. 2. cap. 1. num. 28. & 29. & Rot. dec. 394 per tot. cor. Ubald.*

Et in præcisis terminis nostræ Religionis *Card. de Luca de Regular. disc. 42. num. 13. & 14.* Et in istis terminis 46 habemus dictum punctuale Oraculum hujus Sac. Cong. *in d. Neapolitana 7 Septembris 1718.*

Quæ omnia, solidè innixa optimis rationibus, à dd. Authoribus adductis, transeunt in evidentiam 47 in nostris terminis ea illis verbis nostrarum *Constit. part. 2. cap. 5. de Novit. examin. §. 3.* ibi. *Congregationis quippè animus est, eos, qui prædictos defectus patiuntur, & celant, ad Professionem non recipere.* Est enim impossibile prætendere validitatem contractus Professionis respectu Religionis, quæ in illius receptione, & admissione Novitii expresè suum animum declaravit, nolle admittere, neque recipere eos, qui aliquem habitualem defectum habent, ut in specie observando vim, & efficaciam similium Constitutionum, servando ulteriùs quod deficit in istis circumstantiis non solùm voluntas Religionis, sed etiam potestas Superiorum admittendi illos, qui talibus defectibus laborant, egregiè notant *Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. tertio, disp. 6. quæst. 26. num. 13. Bartholom. de Vecch. in Prax. Novitior. disput. 13. dub. 15. per tot.* & signanter *num. 5.* 48 *& seqq. Dian. in oper. Coordinat. tom. septimo tit. de Dub. Regular. resol. 179. num. secundo, Donat. Rer. regular. tom. 2. tract. tertio de Qualit. recipiend. quæst. 25. à num. 4. Pasqualig. quæst. moral. jurid. 134. num. 6. & seqq. Card. de Luca de Regular discurs. 42. num. 12. & 19. & disc. 43. n. 4. & Rot. dec. 394. n. 7. cor. Ubald.*

Quam opinionem sequuta fuit hæc Sac. Congregatio in *Provinciæ Romanæ Cappuccinorum Nullitatis Professio-* 49 *nis 31. Julii 1723. & 8. Julii 1724.*

Nec dicatur, quod in nostris Constitutionibus non legatur expresè annullatio illius Professionis, quam 50 emittit Novitius, tacito habituali, & incurabili morbo, quo laborabat.

Continentur enim in illis talia verba, quæ eandem nullitatem digito demonstrant; Dum non solùm legitur in illis eapressa prohibitio, ne Habitu nostræ Religionis induatur ille, qui talem defectum cela- 51 verit, sed subjungitur ulteriùs *statim, ac ille scietur*, idest morbus, *expellatur etiam si Professionem emiserit*. Si enim Professio non posset utique Religio illum expellere, quia, ut supra probavimus, & indubitatum est, in omnibus contractibus ultro, citroque obligatoriis, 52 non est positum in arbitrio unius illum non observare, & propterea ex dd. verbis, absque ulla necessitate majoris expressionis, superlativè declarata dicitur nullitas Professionis, ut, omissis generalibus, de quibus *Barb. axiom. 89. n. 5. & 11.* in nostris præcisis terminis egregiè observat *Capon. discept. 53. sub n. 33. & 34.*

Absque ulla prorsus difficultate, attentis illis verbis, quibus mediantibus se declarat nostra Religio non 53 habere voluntatem, neque animum recipiendi ad Professionem eos, qui dd. defectibus laborant; Iste enim tali claritate, talique evidentia important nullitatem Professionis ea defectu voluntaris Religionis unius ex Contrahentibus, ut nihil clarius, nihilque evidentius ad nostrum effectum adduci.

Nec credimus in controversiam adducendam esse efficaciam, & vigorem nostrarum Constitutionum. 54 Cùm enim illæ à Sede Apostolica specificè confirmatæ fuerint, talis confirmatio operatur, ut perinde haberi debeant, ac si ab eadem Apostolica Sede factæ fuissent, *Gloss. in capit. Si Apostolicæ verb. Confirmamus de Præbend. in 6.* quam sequuntur *Gozzad. cons. 62. num. 15. Ruin. cons 31. num. 5. lib. 1 Grass de Effectib. Cleric. effect. num. 156. & Rot. decis. 763. n. 5. coram Coccin.* cum quibus processit hæc *Sac. Congregatio in d. Neapolitana 7. Septembris* 1718. quæ, ut diximus, & nunquam satis repetimus, non potest esse magis punctualis, cùm sit in terminis alterius Religiosi nostræ Religionis, cujus Professio non ex alio motivo declarata fuit nulla, quàm ex taciturnitate morbi habitualis, & incurabilis, facta ab alio Religioso, quæ eodem anno 1717. quo Principalis admissus 55 fuit ad nostram Religionem, suam emisit Professionem, cum illa tamen differentia, quod illius morbus merebatur quidem magnam compassionem, sed longè majorem mereri videtur infelix Principalis, qui in tali deplorabili statu reperitur, ut attenta qualitate Ciborum, qui in usu sunt in nostra Religione, necnon habendo præ oculis illã austeritatẽ, quę prescribitur in nostris Constitutionibus, mirum in rei veritate est, quod adhuc inter Vivos degat.

Hæc tali evidentia bonum Jus Principalis comprobare videntur, ut nullum relinquere videantur dubitationis locum; Et tamen addimus aliud distinctum quidem caput nullitatis Professionis Principalis, sed talis efficaciæ, talisque naturæ, ut nullam admittat contra- 56 riam criticationem, consistens in illis verbis nostrarum *Constitutionum par. 2. cap. 5. §. 2. nu. 3.* in quibus non solùm declaratur inhabilis ad profitendum in nostra Religione ille, qui laborat aliqua infirmitate habituali, & incurabili, sed etiam ille, qui est Irregularis, irregularitate talis naturæ, & qualitatis, in qua difficile ab Apostolica Sede dispensetur, juata præcisa verba dd. Constitutionum, de quibus in Summario,

Quod

Quod enim sit irregularis ille, qui tali defectu visus laborat, ut impediatur in exercitio Ordinum, evidens est, & notant communiter *Canonistæ apud Navarr. in Manual. cap. 27 num. 20. Bonacin. Oper. moral. tom. 1. tit. de Irregularit. disp. 7. quæst. secunda, punct. secundo, num. primo, Tolet.* Instruct. *Sacerdotal. lib. primo, cap. 58. num. primo, vers. Eadem de causa*, ibi. *Ita debilis, ut lite-* **57** *ras non discernat, est irregularis, Leo in Thesaur. For. Eccles. p. 2. cap. 8. tit. de Dispensat. num. 35. & 33. & Monacell. in Formular. tom. 3. in præelud. n. 162.*

Quodque in tali irregularitate non solùm difficilè, sed nunquam ab Apostolica Sede dispensari soleat, adeo notum, adeoque notorium est, ut nulla indigeat probatione, eo quia non sumus in terminis illius, qui unum **58** habeat oculum, vel in uno ex illis tali laboret vitio, seu defectu, ut iste impedimentum non præstet Altaris ministerio, neque scandalum in Populo generet, præcipuè quando oculus Canonis perfectus est, juxta ea, quæ notant *Corrad. in Prax. dispensat. lib. 3. cap. 6. n. 24. & Panimoll. dec. 89. adnotat. 2. à n. 20.*

Sed sumus in terminis verè infelicis, & omni commiseratione digni Principalis, qui in utroque oculo talem, tantamque patitur infirmitatem, ut post lectionem paucarum linearum non videat ampliùs literas, neque caracteres distinguat, & quod magis est in istis circumstantiis, & miseriis, si in Religione permaneret, **59** vel non posset Sac. Ordinibus initiari, vel si initiaretur, quando celebraret Missam nullo modo practicari posset temperamentum illud subrogationis alterius Sacerdotis pro terminanda Missa, quod practicarunt Superiores in Choro, quando ipse terminare non potuit Officii Lectionem, sibi assignatam, prout de visu testantur omnes illius Connovitii in Summ. Test. Itaut eodem morbo attento solita benignitate à Sac. Pœnitentiaria obtinuerit gratiam, ut loco divini Officii aliquas vocales preces, quas mente retinet, quotidie recitet, ut probamus in Summario.

Observantes ulteriùs pro inapplicabilitate contrariarum gratuitarum exclamationum circa prætensa scandala, & somniatã perfidiam Principalis, quòd Nos non su- **60** mus in terminis irritationis validæ Professionis, in quibus procedunt authoritates, exadverso citatæ, sed in circumstantiis Professionis, cujus validitas nunquam fuit, neque est in rerum natura, ex defectu contemporanei consensus nostræ Religionis, quæ sequentibus verbis suum animum declaravit. *Congregationis quippè animus est, eos, qui prædictos defectus patiuntur, & celant, ad Professionem non recipere.* Et propterea in istis terminis non solùm nullus favor Religionis concurrit, quia declaratio **61** nullitatis nihil hodie addit, sed aperit dumtaxat illam, quæ latebat tempore, quo fuit emissa, juxta punctualissimam *dec. 394. per totam*, & signanter *n. 5. & 6. cor. Ubald.*

Sed potiùs in nostris terminis inclinandum est pro nullitate ejusdem Professionis, duplici convincenti ratione, adducta à duobus classicis Authoribus. Prima quia non expedit Religionibus morbosos Homines ad Professionem admittere, quam adducit *Marant.* loquens in præcisis terminis nostræ Religionis *respons. 105. num. 21. tom. 5.* his verbis. *Nec enim minimè Religio læditur, ut* **62** *morbosum hominem in ipso flore ætatis suæ, quando Religioni deservire eum oporteret, remediis curet, & foveat, morbo ipso in visceribus internè infixo, atque insito, ut tota penè vitæ suæ tempore remediis Eum insistere oporteat, necessaria Medela morbo occurrendo &c. & respons.* 106. *n.* 17. ibi, *Cæteroquin, si hæc aperietur via, morbosis Hominibus Religiones implebuntur, & in Religione remediis fovebuntur, nec servient, neque ministrabunt, sed ministrabitur eis.*

Secunda quia expedit Religionibus non retinere, qui ex justa causa adversus proprias Professiones reclamant, **63** quam adducit *Amayden. de Styl. Datar. lib. prima, cap. duodecimo*, num. 23. ibi. *Ego sanè, ut hoc ingenuè fatear, propensior sum erga dimissiones Regularium, in Claustris vitam degere renuentium, nam ii sunt, qui reliquos quietos turbis miscent, Ordinem universum susque, deque agunt, & propterea existimo, me obsequium præstare Deo quandocumque adsum Causæ Regularis, contra Professionem reclamantis, qui ope mea à Religionis vinculo liberetur*, & concordant *Pignatell. consult. 173. num. 6. & 7. tom. nono, & Card. de Luc. de Regul. disc. 41. num. secundo*, ibi. **64** *Libenter autem Religioni, pro qua scribebam, consului acquiescentia &c. quoniam pro meo sensu saluberrimum Religionibus videtur egressus ostium apertum, vel facile, perniciosum autem è converso illud rigorosè clausum retinere, ob axioma, seu dicterium: Morbida facta pecus &c.*

Nec credimus repetendam distinctionem, quod in nostris terminis Professio dicatur nulla respectu Religionis tantùm, quatenus velit illam irritare; secus verò respectu nulliter Professi, juxta ridiculam paritatem, adductam in contraria Scriptura. Quia, stante evidenti defectu consensus Religionis in actu Professionis, hæc fuit evidenter nulla, ad omnes effectus, & tam respectu Re- **65** ligionis, quàm Religiosi, ea viva ratione, cui nunquam in æternum dari poterit congrua responsio, quod illa, uti actus, ultrò, citroque obligatorius, impossibile est, ut possit dici valida respectu illius Partis, quæ suum consensum in illius emissione non præstitit, juxta punctualissimas authoritates, allegatas supra quibus addimus aliam pariter resolutionem *Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium in Ordinis Carthusianorum 20. Decembris* 1637. quam per extensum impressit *Marant.* **66** *in tom. quinto, Respons. respons. 106. num. vigesimo quinto*, in qua eadem Sac. Congregatio non solum resolvit, talem Professionem esse nullam, sed Professum, cum occultatione morbi habitualis, & incurabilis, teneri omninò exire à Religione, ibi. *Eumque à Religione prædicta non solùm posse, sed omninò abire debere decrevit; atque præsentium tenore decernit.*

Minus credimus exadverso repetendum defectum probationis morbi Principalis, cum qualitate habitualis, & insanabilis tempore d. Professionis; Ille enim concludentissimè probatur mediante formali depositio- **67** ne tredecim Testium, formiter examinatorum, quorum major pars, vel sunt graduati Religiosi, vel insignes Medici Collegii Romanæ Sapientiæ quibus omnis fides in hac parte danda est ex punctualibus authoribus adductis supra.

Observando præcipuè dd. Medicorum egregias qualitates, dum primus fuit Archiatrer Clementis XI. & Innoc. XIII. necnon pluries fuit Generalis Prothomedicus Urbis, & Status Ecclesiastici. Secundus fuit pariter reiteratis vicibus Prothomedicus, ut supra, estque Author celebris Tractatus Anathomes, priùs in Urbe impressi, & deinde anno 1699. iterum reimpressi Genevæ, ut videre est in *Bibliotheca anathomica tom. 2. fol.* 1207. Tertius est actualis Prothomedicus Urbis; & Status Ec- **68** clesiastici. Quartus demum reiteratis pariter vicibus fuit Prothomedicus, ut supra, estque eodem tempore celeberrimus Medicus, & expertissimus Anathomicus, Author Libri anno 1700. impressi, & deindè pluries reimpressi, cui titulus. *Il corpo umano, o breve Storia, dove con nuovo metodo si descrivono in compendio tutti gli organi suoi,* **69** *e i loro principali uffizj*; Itaut hujusmodi singularibus qualitatibus attentis eò majorem merentur fidem ad *Text. in Can. Nobilissimus dist* 97. & firmata per *Rot. decis. 401. num. 9. coram Emer. jun.*

Absque ulla prorsus difficultate, quia cum illis concordant alii Testes, pariter formiter examinati, qui fuerunt Condiscipuli Principalis; Probatis autem dd. extremis, ante, & post Professionem, morbus præ- **70** sumitur durasse etiam tempore Professionis, juxta magistralem *dec. 394 per tot. coram Ubald.*

Quibus concludentibus depositionibus non merentur opponi duæ simplices Fides, datæ in contrario Summario. Respectu siquidem utriusque contra illas generaliter militant axiomata, uno ore recepta inter DD., **71** quod Fides simplices, pendente lite, procuratæ nullam omninò merentur fidem, ut sunt plena omnia legalia Volumina; Præcipuè quia Pars adversa nunquam procuravit dd. affectatos Testes examinare, post men- **72** ses quindecim, elapsos à tempore illatum Datæ, quo casu nullam penitus merentur fidem, *Text. est literalis in Leg. Siquis fortè ff. de Pœn.* ibi. *Nec enim debebat tam magnam rem tamdiu reticere*, cum aliis apud *Rot. decis. 223. num. 16. coram Royas, & in Romana Redditionis Rationis 14. Decembris 1708. §. Nihilominus cor. Ansald.*

Fortiùs, quia ambo Testes sunt singulares in eorum dictis, singulariter deponentes de tempore, & circum- **73** stantiis omninò diversis, & propterea applicatur dispositio *Textus in leg. Juris jurandi, Cod. de Testibus*, ibi. *Et nunc manifestè sancimus, ut unius omninò Testis respon-*

sio non audiatur, etiamsi præclarè Curiæ honore præfulgeat, cum concordantibus apud *Priol. dec.* 115. *n.* 29.

Respectu verò primæ particulariter dicimus, quod illa nihil concludit, dum affectatus Testis nullam aliam sui dicti rationem adducit, nisi sequentem. *E queste io la sò, per avere più, e più volte discorso con le stessa, e di Lui ho parlata con il suo Padre prima, che si facesse Religioso, e mai ha intesa, che fosse impedita di vista.* 73 Defectus siquidem visionis Principalis non erat in lingua, sed in continuatione longæ lectionis, & propterea nimis improprium est, quod ille cognosci potuerit ex discursibus, vel cum illo, vel cum ejus Patre habitis, neque solent Parentes Tuba canere, vel omnibus aperire Filiorum defectus; Præcipuè quando ipsis etiam communes sunt, dum talis morbus hæreditarius est in domo Principalis, Testi autem, adducenti ineptam causam sui dicti, credendum non est juxtà 74 theoricam *Bald. in leg. Conventicula num. 6. C. de Episc. & Cler.* quam, cumulatis concordantibus, sequitur *Rot. decis.* 153. *num. quarto, coram Benincasa* ibi. *Certum est autem, quod dicta Testium de Jure veniunt regulanda à ratione, quàm reddunt, itaut si ea sit inefficax, talis quoque reputari debeat illarum depositio.*

Respectu verò secundæ nimis animosæ Fidei, parum laudabile, ne dicam scandalosum artificium, quo illa procurata fuit, patet ex illis iniativis verbis. *Noi sottoscritti*, & ex aliis. *Per la prattica, avuta di essa sappiamo &c. Noi lo sappiamo &c. le sapressimo, ed avressimo inteso dire &c. abbiamo sottoscritto la presente &c.* 75 Cùm tamen non nisi ab uno subscripta fuerit, & sine manus recognitione in contrario Summario exhibita fuit, quia alter Testis, conductus ad testificandum, conscientiæ stimulis forsan agitatus, noluit illi se subscribere. Cùm enim Principalis paupertas, illiusque talis, & tanta derelictio, ut de illo verificentur ea, quæ his verbis leguntur *apud D. Paul. 2. ad Timoth.* 4. 16. ibi. *In prima mea De-* 76 *fensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt*, non permittant alio modo probare, quare alter Testis exadverso conductus ad testificandum, noluerit proprium nomen commodare, circumstantia hæc nimis considerabilis videtur ad demendam fidem eidem simplici, & affectatæ Attestationi, juxta nobilem animadversionem *P. le Tellier ne la Defense de nouveaux Chretiens p.* 5. *in admon. ad Lect fol* 48. ibi. *Un mott, une date, une circostance, la plus legere, fait quelque fais decauvrir les plus grandes, e le plus* 77 *dangereuses fourberies, & alors les moindres des ces remarques deviendent considerables par l'importance de la conclusion, che l'an entire.*

IN EADEM CAUSA.

PRoceditur exadverso cùm æquivoco palmari, asserendo, adesse Sententiam, canonizzantem validitatem 78 Professionis Principalis, quia quando duo sunt Judices in aliqua Causa, juxtà casum præsentis Controversiæ, si ambo non concordent, non potest dici conclusum in Causa, neque capta aliqua resolutio. Quod est adeò notorium, ut nulla indigeat probatione.

Quatenus verò enumerari velit Sententia, exadverso data in Summario; Nos subdimus, quod favore Principalis adest alia, ser. ser. emissa à Superiore Locali, ubi ille Professionem emisit; Cùm hac tamen differentia, 79 quod in contraria Sententia dicitur, *Non constitisse, neque constare de asserta nullitate Professionis d. Fratris Leliì à S. Rosa*; In nostra verò, dicitur, *eamdem Professionem fuisse, & esse nullam, irritam, invalidam, & contra dispositionem Constitutionum nostræ Religionis.*

Ea, quæ lato calamo exadverso dicuntur circa modum, & diligentias, quæ adhiberi solent in nostra Religione, non sunt aliquid specialiter, & præcipuè practicarum cum Principali, sed ad praxim reducuntur cùm 80 omnibus Novitiis nostræ Religionis, & præcisè practicata fuerunt cum illo P. Salvatore à Conceptione, cujus Professio declarata fuit nulla *ab hac Sacra Congregatione diei 7. Septembris* 1718. ex eodem præciso motivo morbi habitualis, & incurabilis, quo laborabat idem Religiosus, antequam illam emitteret.

Deveniendo modò ad Juris articulum, qui in nostro 81 casu disputatur, dicimus cum præcisis verbis Reverendissimi Secretarii hujus Sacræ Congregationis in Folio, distributo die 31. Julii 1723. *Provinciæ Romanæ Capuccinorum Nullitatis Professionis*, quod *quæstio, quæ inter Doctores agitatur, an valida sit professio, in Religione emissa, ab eo, qui morbo aliquo gravissimo laborat, & in qua affirmativa opinio de Jure Decretalium est verior, cessat statim ac in Constitutionibus Religionis, ab Apostolica Sede confirmatis, cavetur, ut professio in dictis terminis nulla sit; In ea quippe rerum statu communis opinio est, Professionem nullitatis vitio laborare*, & Nos latè probavimus supra.

Posito igitur hujusmodi Juris principio, quod de jure Decretalium verior sit opinio, ut professio in dictis circumstantiis emissa sit nulla, ex adductis per *Navar.* 82 *cons.* 88. *num. secundo, Roder. quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 57. *art. nono, Pignatell. consult* 89. *num.* 3. *tom.* 1. *Dian oper. moral. coordin. tom.* 7. *tit de Dub. regul resolut.* 179. *num.* 2. & *De Vecchis in Prax. Novitiar dispus.* 13 *dub* 15. *num.* 4. & *seqq & Rot. decis.* 38. *num* 2. & *seqq & decis.* 394 *à num.* 1. *coram Ubalda*; Posset hic terminari Responsio, & cum omni legali fundamento sperare possemus affirmativam resolutionem nostri dubii, quia nobis sufficit, quod Professio Principalis nulla sit, attento Jure Decretalium.

Et tamen subdimus, quod in nostris terminis om- 83 nis cessare videtur difficultas, attento quod in nostro casu concurrunt ulteriùs Constitutiones nostri Ordinis, eandem nullitatem literaliter approbantes, quæ cùm fuerint ab Urbano VIII. die 22. Martii 1631. mediante Decreto irritante, specificè approbatæ, ut videre est *in nostris Constitutionibus, Venetiis impressis anno* 1695. *fol* 258. perindè habentur, ac si essent Apostolicæ Constitutiones ex animadversis per *Card. de Luc. de Regular. disc* 32 *num.* 5.

Oppressus ab efficacia dictarum Constitutionum exadverso Scribens, serena fronte ausus fuit negare, in eadem Apostolica confirmatione adesse Decretum irri- 84 tans; Et tamen idem decretum irritans sequentibus cubitalibus literis legitur in eadem confirmatione. *Decernentes, easdem Constitutiones ab omnibus, & singulis dictæ Congregationis Fratribus, sub pœnis, in eis contentis, inviolabiliter observari &c ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.*

Cùmque in eisdem Constitutionibus, ut supra ab Apostolica Sede in forma specifica confirmatis, demandetur ulteriùs, ut nulla pariter sit Professio, ab illo Religioso emissa, qui vel illegitimus est, vel tali irregularitate irretitus, ut in illa difficile dispensetur, jux- 85 ta illa verba *part. secunda, cap. quinta*; *Prohibemur insuper Habitu nostra induì, vel profiteri in nostra Congregatione quemcumque, qui aliquando Hæreticus, Schismaticus, Judæus, seu Infidelis fuerit, & ab illis usque ad tertium gradum inclusivè descendentem; Hæresis, Schismatis, aut cujusvis Infidelitatis suspicione laborantem, Illegitimum, Irregularitate, in qua difficilè dispensatur, irretitum &c. Criminosum, vel de aliquo delicto inquisitum*, nullitas Professionis Principalis videtur evidens quia Constitutiones Religiosorum habentur, & servari debet tanquam leges inter Religiosos *Lezzan. to.* 1 *cap* 13. *n.* 13. & *Bordon. var resol. tom.* 3 *q.* 2. *resol* 58. *n* 3.

Non attenta responsione, quod irregularitas illa, propter quàm disponitur in dictis nostris Constitutionibus, 86 ut illa irretitus, ad Professionem non admittatur, restringenda sit ad irregularitatem ex delicto, non autē intelligatur etiā, & cōprehendat Irregularitatē ex defectu.

Quantum enim insubsistens, quantumque voluntaria sit eadem responsio, manibus palpatur, observando distinctione utriusque Irregularitatis, quæ literali- 87 ter descripta fuit in eisdem Constitutionibus; Irregularitatem ex delicto exprimentibus in illis verbis; *Criminosum, vel de aliquo delicto inquisitum, seu suspectum*; Irregularitatem verò ex defectu, mediantibus dictis aliis verbis, supra transcriptis, nempè: *Illegitimum, Irregularitate, in qua difficile dispensatur, irretitum.*

Diximus autem supra, & modò constantissimè replicamus, quod motivum hoc nullam admittit contrariam criticationem, quia defectus visus, causans hanc Irregularitatem, in facto innegabilis est, & comprobatur à nube Testium, loquentium, vel de visu, ut sunt omnes Religiosi, & Condiscipuli Principalis, vel secundum Regulas Medicinæ, ut faciunt quatuor primi ordinis, & primæ notæ Archiatri Romanæ Sapientiæ; In jure verò irregularitas ex defectu amborū oculorum proveniens,

niens non solùm est difficilis dispensationis, quod solùm requirunt nostræ Constitutiones, sed est impossibile illam à Sede Apostolica obtinere.

Oppressus à pondere hujus motivi contrarius Defensor, respondet, hujusmodi defectum non esse considerabilem in nostro casu, uti compatibilem cùm Professione, ex quo possit quis in aliqua Religione esse Professus, & ad Sacros Ordines non ascendere. 89

Respondemus autem primò, quod hoc admitti forsan posset in illis Religionibus in quibus non adsunt Constitutiones, similes nostris, ubi tam pro Choristis, quàm pro Donatis, seu Laicis demandatur, ut ad Religionem non admittantur, quando sunt irregulares, tali irregularitate, ut in illa difficiliter dispensetur. 90

Respondemus secundò, quod idem objectum in dictis aliis diversis Religionibus, ut supra, procedere pariter forsan posset respectu illorum Religiosorum, qui recipiuntur uti Laici, secus verò quando recepti sunt, uti Choristi, qui a tunc contra illorum voluntatem non possunt reduci ad statum Laicorum, quæ omnia adeo nota, adeoque notoria sunt in omnibus Religiosis Familiis, ut mirum certè videatur, quod contrario Defensori in nostra Religione professo ignota sint. 91

Positis hujusmodi indubitatis conclusionibus in jure, parum laborandum est ad ostendendam illarum applicationem in facto, in quo visionis Principalis defectus, morbusque habitualis, & insanabilis, quo laboravit ante ingressum in Religionem, tempore Novitiatus, & utinam de præsenti etiam non laboraret, innegabiles sunt, & concludenter probati à quindecim Testibus, quando ad nostrum effectum superabundarent duo, vel tres, qui in omni materia perfectam, & concludenter faciunt probationem ex vulgatis. 92

Non benè autem ad talem habitualem morbum excludendum insistitur exadverso in illis duobus Testibus, qui deposuerunt de perfecta sanitate Principalis tempore ingressus in Religionem; Quia illis præferri debent alii, non solùm numero plures, sed deponentes specificè de defectu visionis ex propria scientia, & per oculorum recognitionem, ut omissis generalibus in præcisis terminis alterius Religiosi nostræ Religionis, de cujus perfecta sanitate deposuerant alii duo Testes, practicavit hæc Sacra Congregatio *in Neapolitana Nullitatis Professionis 7. Septembris* 1718. ut videre est *in Tomo tertio part.* 1. *discept.* 6. *à num.* 27. 93

Ejusdem insubsistentiæ est alia contraria reflexio, quod habitualis morbus erat notus Religioni, seu tunc temporis P. Priori S. Mariæ de Scala. 94

Responsionibus enim, adductis supra. Addimus, quod sive ille esset notus, sive incognitus Superioribus nostræ Religionis, non erat in eorum potestate illum in Religione recipere, quia Urbanus VIII. in confirmatione nostrarum Constitutionum, non solùm declaravit nullum, nulliusque efficaciæ omnem actum, qui ignoranter, sed etiam qui scienter contra illas à Superioribus admittitur, juxta verba illa, opportunè repetenda: *Declarantes irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.* 95

Plusquam tacitè admissa fuerunt hæc in contraria Scriptura, quia in rei veritate innegabilia sunt, sed subditur, quod non proinde Professio Principalis est nulla, quia licèt illius morbus sit insanabilis, & habitualis, non est tamen incurabilis, & habitualis, ut requiritur à nostris Constitutionibus, ibi: *Admissa etiam pro concludenti probatione morbi, de quo agitur, non ideo inferri potest ad nullitatem Professionis*, & §. 31. ibi: *Constitutiones Ordinis prohibent tantùm indui Habitu religioso patientes morbos incurabiles, & habituales, non autem morbos insanabiles &c. Aliud enim est morbum esse insanabilem, & aliud incurabilem.* 96

Hujusmodi enim ridicula distinctio uno ore rejicitur à Medicis illis, quos refert, & sequitur *Bartholomæus Castell. in Lexic. Med. verb. Incurabilis*, ibi: *Incurabilis idem, quod insanabilis, & dicuntur illi morbi, qui, vel simpliciter nullam, vel rarissimè, & difficulter admittunt curationem, & verbo Insanabile*, ibi: *Insanabilis idem, quod incurabilis*, dicta significatione à verbo græco *Aniatos*, quod æquè denotat incurabilitatem, & insanabilitatem morborum. 97

Poteratque proinde ad nostrum effectum omitti exemplum cæcitatis Thobiæ, aliaque adducta à *Matt. de Canoniz. Sanct. part.* 3. *cap.* 8. *num* 31. quia ista, uti per miraculum sequuta, nimis impropriè nostro casui applicantur. 98

Prout etiam omitti poterant Consilia illa, Deus scit quibus mediis expiscata à duobus Medicis Bononiensibus, data in contrario Summario, quorum primus ita se subscribit: *Unico stans pede, hæc enaravi.* Secundus verò: *Ita cogitabat Joannes Matthæus &c.* 99

Nos enim non negamus, quod etiam pro morbis incurabilibus à Medicis præscribantur, & præscribi debeant medicamenta, juxta aphorismum *Celsi* inter illos receptum *Satius est remedia experiri, quàm Ægrum morti demittere*, de quo *River. in Prax. Medic. cap.* 30. *fol.* 395 Sed dicimus, quod eo ipso, quod morbus est insanabilis, locus est nostris Constitutionibus, quæ, nulla facta distinctione, neque limitatione, an pro illa applicari possint, vel non medicamenta, nullitatem Professionis important, ut in præcisis terminis alterius nostri Religiosi resoluit hæc Sacra Congregatio *in citata Neapolitana Professionis 7. Septembris* 1718. in cujus casu agebatur de Epilepsia, pro qua pleni sunt Libri Medicorum, præscribentium multa medicamenta ad illam curandam, ut videre est apud *Zacch. quæst. Medic. Legal. lib. primo cap* 7 *vers. Curatio epilepsiæ duplex instituitur fol.* 177. Et tamen hæc Sac. Congregatio nulla habita ratione eorundem medicamentorum, respondit pro nullitate Professionis. 100 101

Neque prædicta debilitat, sed potiùs mirabiliter roborat reflexio illa, quòd in eadem Causa Religio non se opposuit petitioni ejusdem Religiosi. 102

Notoria siquidem est laudabilis praxis hujus Sac. Congregationis, quod in illis Causis, in quibus non adest Pars contradicens, cum majori rigore procedere solet; Quod præcisè in eadem Causa practicavit, dum attenta dicta expressa non contradictione Religionis, Causa ter fuit in hac Sac. Congregatione proposita, ut legitur in Folio, dato in contrario Summario ibi: *Causa pro tertia vice reproponitur, & dignabuntur EE. VV. decernere &c.* 103

Dixi *expressa non contradictione Religionis*, quia non defuit tacita oppositio, propter quam tunc temporis Procurator Generalis obligatus fuit ad reficiendas Religioso reclamante omnes Litis expensas, mediantibus repetitis decretis Reverendissimi Secretarii, qui id testari dignabitur, & notavi *Ego in tom* 4. *Disceptat. Eccles. part.* 1. *disceptat.* 1. §. 11. *num* 51. his verbis: *In Causa Neapolitana &c. in cujus casu, quia Provincia Religiosi reclamantis, attenta ejus paupertate, non poterat facere easdem expensas, effectu punctualiter subsequuto, ad illas faciendas obligatus fuit Procurator Generalis, qui tunc temporis erat P. Alexius Maria à Passione, meus Amicus.* 104

Transit deinde contrarius Defensor ad illam inspexionem, quod professio Principalis, licèt sit nulla respectu Religionis, non est tamen talis respectu ejusdem Principalis. 105

Prætextus tamen non potest esse magis frivolus, quia juxta commune omnium Theologor. & Canonistar. opinionem Professio est actus ultro, citroque obligatorius, neque proinde potest esse validus respectu Religiosi, & invalidus respectu Religionis, quæ cum apertis illis verbis declaraverit, ejus animum esse, Religiosos illos, qui prædictos defectus patiuntur, & celant, ad professionem non recipere, non potuit clarius eandem nullitatem aperire quia sine à tali animo impossibile est quod valida sit Professio, eademque declaratio, uti in Constitutionibus expressa, semper loqui dicitur, & à nullo Religioso ignorari potest. 106

Ultra quod eadem inspectio, quæ aliquem admittere forsan potest colorem in illis Religionibus quarum Constitutiones specificè approbatæ non sunt ab Apostolica Sede, nullam omnino dubitationem admittunt in terminis nostræ Religionis, quæ ut diximus, & opportunè repetimus omnem omnino difficultatem tollere videntur, attento decreto irritante, contento in illarum confirmatione, quod qualificat omnes illius partes, egregiè 107

Rota

Episcopus aliquid alta voce cantat, quo casu Minister, qui aliàs servit de Libro, adjuvat ad sustinendum illum.

Supponitur autem in facto, quòd ex immemorabili solito, & antiquissima consuetudine, vigente in Cathedrali Ecclesia Volaterræ, Dignitas illa, quæ tanquam Presbyter, Pluviali indutus, assistit Reverendissimo Episcopo, loco sustinendi Librum, quando Episcopus aliquid alta voce cantat, juxta dictam Cæremonialis dispositionem, manus simpliciter apponit in illo, quem sustinet unus ex Clericis cæremoniariis, vel alter Minister Altaris, eidem functioni præsens.

Cùmque d. D. Archipresbyter, adversus idem immemorabile solitum, id facere recusasset d. die Feriæ quintæ in Cœna Domini, cæremoniarum Magister, ibidem præsens, cum supposito, quòd id devenire forsan poterat ex ejus inadvertentia, vel ex alio simili motivo, reducendo ad praxim exercitium proprii Officii Rammemoratoris, Admonitoris, & suggestoris, quales dicuntur, & sunt Cæremoniarum Magistri, ex animadversis *per Cott. in Memorabil. Verb. Designatores Macrum in Hierolen. Verb. Admonitor, & Turin in Director. Sacrifican. part. 2. sect. 2. §. 1. in fine*, cum aliis citatis in *Tom. 2. part. 1. discept.* 28. *num* 5. *&* 6. Non omisit repetitis vicibus seriò admonere eundem Archipresbyterum ad hoc, ut suas partes adimpleret; Videns autem Episcopus, ibidem præsens, renitentiam ejusdem ad adimplendam d. ejus obligationem in Cæremoniali Episcoporum præscriptam, proprio ore præcepit eidem Archipresbytero, ut suas adimpleret partes; Ipse autem, non sine magna totius Populi admiratione, apertissimè recusavit id facere, seque non sine fastu declaravit, nolle eidem Episcopo in hac parte obedire, licèt iste reperiretur sub Throno, Pontificaliter paratus, Archipresbyter verò Pluviali indutus, eidem in figuram Dignitatis Cathedralis assistens.

Functione proinde utcumque terminata, volens idem Episcopus simili scandalo in futurum obviare, & aliquo modo consulere ejus Dignitati, mediante tali improprio modo sensibiliter coram omni Populo læsæ, eundem Archipresbyterum à divinis suspendit, intimata eidem in sacrario tali suspensione à Magistro Cæremoniarum, præsentibus duobus Sacerdotibus, in Testes vocatis.

Cùmque, illa non obstante, neque attenta, idem Archipresbyter continuaverit sacras Functiones peragere, nec sine majori scandalo, in solemnissimo die festivitatis Paschatis, incruentum Missæ Sacrificium celebrare non dubitaverit, & quidem ante faciem ipsius Episcopi, eo tempore, quo non sine Bonorum omnium laudibus, & ædificatione in confessionali sede sæcularium confessiones audiebat.

Hinc ad ejus instantiam de meo sensu pro veritate requisitus fui, an per talem celebrationem Missæ, quam deinde semper continuavit, necnon per Sacrorum Ordinum exercitium, nunquam postea interruptum, idem Archipresbyter effectus fuerit irregularis.

Hujus dubii resolutio pendet ab illa inspectione, an eadem suspensio valida fuerit; Illa enim subsistente, nullum cadere potest, dubium, quin idem D. Archipresbyter effectus fuerit irregularis, quia suspensus ab aliquo Ordine, ipso facto in irregularitatem incurrit, si suspensione durante, actus illos Ordinis exerceat, à quorum exercitio suspensus fuit, juxta *Text. in cap. 1. de Sentent. & re judicat. Monacell. in Formul. Tom. 3. in prælud. num.* 100. aliique allegandi infra *num.* 61.

Discurrendo proinde de validitate dictæ suspensionis, præsuppono, tanquam certam inobedientiam Archipresbyteri, publicè, & palam recusantis exercere proprium Officium, non solùm postquam pluries admonitus fuit à Magistro Cæremoniarum, sed etiam postquam Episcopus specialiter, & præcisè eidem demandaverat dicti sui Officii exercitium in substinendo Librum.

Quæ omnia sequuta fuerunt in medio solemnissimæ Functionis, & coram universo Clero sæculari, & magno concursu Personarum laicalium; Itaut proinde negari non possit qualitas notorii, & propterea applicantur communia Juris axiomata, quod notoria ordinem judiciarium non requirunt, quodque in illis validè procedi possit nullo Juris Ordine servato, juxta *Textus in cap. Super eo de Testib. & in cap. Cum dilectis §. His igitur de Purgation. Canon. & in cap. Vestra de Cohabitat. Cleric. & Mulier.* ubi latè *Fagnan.* cum aliis, citatis à *Pignatell. consult.* 119. *nu.* 9. *tom* 1. & in *Institut. Crimin. lib. 2. tit. 4. nu.* 30. *& seqq. & lib. 4. tit. 1. num.* 28.

Et tamen, quantum fieri potuit in illis temporis angustiis, & circumstantiis Loci, & Functionis, in quibus factum, ut supra notorium, sequutum fuit, non omisit Episcopus adimplere omnes illas partes, quæ ad omnem abundantiorem cautelam utiles existimatæ fuerunt, dum in præsentia duorum qualificatorum Testium, in Sacerdotali Dignitate constitutorum, per publicum Ministrum sacræ Functionis, hoc est per illum et Cæremoniarum Magistrum, qui eundem Archipresbyterum pluries seriò admonuerat ad suum Officium adimplendum, intimare fecit dictam suspensionem à Divinis, quæ deinde in scriptis redacta fuit, & in Actis Cancellariæ Episcopalis ser. ser. registrata.

Quibus additur, quod ad ita operandum coactus fuit Episcopus indispensabiliter procedere, dum non erat eidem permissum uti opera Ministrorum Sæcularium; qui non audent dictis Equitibus, nec judicialiter, neque extrajudicialiter præcepta aliqua intimare, vel contra ipsos Citationes exequi, ut mihi tanquam indubitatum supponitur; Et propterea ex hoc etiam motivo eadem suspensio eo modò, quo demandata fuit, omni Jure sustinere ex adductis à *Sperell. dec.* 48. *n.* 52. *&* 53. *Panimoll. dec* 96. *nu.* 15. *& seq Card. de Luc. Miscell. Eccles. dist.* 15. *nu.* 9. *Vers. Aut verò demum*, ubi quod in istis circumstantiis error est adhibere formam Processus judicialis.

Validitate dictæ suspensionis correspondet illius justistitia, clarè fundata in præcisa obligatione Archipresbyteri inserviendi in figura Dignitatis Cathedralis eidem Episcopo, solemniter celebranti, & alta voce cantanti ultimam Orationem in sacra functione Lotionis pedum feria 5. in Cœna Domini, ut, præter literalem dispositionem Cæremonialis Episcoporum, supra citatam, resoluit *Sac. Rit. Congregat. in Hispalen.* & resolutionem mediante speciali Breve approbavit *f. m. Clemens VIII.* referente *Pignatell. consult. canon.* 83. *num.* 27. 36. *&* 43. *Tom.* 5. ibi: *An Primam, præstantiorem Dignitatem in Ordine Sacerdotali obtinens, teneatur Pluviali indutus assistere, & servire de libro Archiepiscopo, solemniter celebranti sive alias Pontificales Functiones exercenti &c. Ad eaum, obtinentem primam Dignitatem in Ordine Presbyterali, Pluviali indutum fungi debere Assistentis munere, qui de Libro serviat; Eo verò legitimè impedito, digniorem de Capitulo, in Ordine etiam Presbyterali præsentem, & legitimè non impeditum debere in ejus locum succedere*, quæ punctualis resolutio pro lege habenda est *Fagnan. in cap. Quoniam num.* 8 *de Constitut. Rot. dec.* 7. *nu.* 3. *post Antonell. de Jurib. Cleric. & in Perusina Præeminentiarum* 2. *Decembris* 1711. *§ Fortiùs coram Ansaldo*, cum aliis, citatis *in Tom. 1. part. 1. discept.* 6. *num.* 64.

Non attenta prætensa exemptione Archipresbyteri à Jurisdictione Episcopi, tanquam Equitis S. Stephani Papæ, & Martyris vigore *Constitutionis f. m. Pii IV.* quæ incipit *Altitudo*, impressæ in *Bullar. Romano Tom. 2. Constitut.* 6. §. 1. inter alias ejusdem Summi Pontificis, quæ per extensum impressa est etiam, unà cum aliis Indultis, & Privilegiis eidem Militiæ ab aliis Summis Pontificiis concessis apud *Vivian. de Jurepatronat. lib 6. cap.* 2. *à num.* 16. *& Tamburin. de Jur. Abbat. Tom.* 2. *disput.* 24. *quæst.* 5. *fol. mihi* 423. Et de quibus mentionem faciunt *Dian. in editione Coordinata Tom.* 1. *tract* 1. *resol* 1. *nu.* 1. *Sanctoria. de Origine Religion. lib.* 4. *cap.* 8. *& Barbos. in Summa Apostolic. dec. collect* 1a2a 31. *per tot.* duplici responsione, quarum unaquæque, etiam separatim sumpta, apta est omnem difficultatem in hac parte tollere.

Prima responsio desumitur ex clara dispositione *Sacri Concilii Tridentini in sess.* 24. *de Reformat. cap.* 11. ubi determinatur, similia Privilegia, exemptiva à Jurisdictione Ordinariorum, nullo modo suffragari Equitibus cujuscumque Militiæ, comprehensis etiam illis Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, nisi actu eorum Militiis inserviant, intra septa, & domos Religionis habitent, subque Obedientia eorum Superiorum vivant, postquam in dictis Monasteriis, & Domibus professionem emiserint, in cujus sequelam id observant *adducti ibidem per*

Bar-

Barbos. Del Bene de Immunit. Ecclesiast. in addition. fol 27. ubi quod ita resoluit *Sac. Cong. Conc. in terminis Religionis Hierosolymitanæ*, *& Zerol. in Prax. Episcopali*, *verbo Exemptio quæst.* 3. *per totam*, ubi ad nostrum effectum enumerat quinque copulativa requisita ad hoc, ut Equites Militiarum Equestrium Privilegiis propriæ Religionis potiri possint. Primum nempe, ut reipsa actua-24 liter inserviant Ecclesiis Ordinis Militaris; Secundum, ut actu resideant in Domibus sui Ordinis, & intra septa, seu Domos ejusdem Ordinis; Tertium, ut sub Obedientia superioris Ordinis vivant; Quartum, ut professionem emittant secundùm Regulam ipsarum Militiarum; Quintum denique quod de omnibus præmissis teneantur mediantibus authenticis scripturis cer-25 tiorem reddere Ordinarium illum, in cujus Diœcesi vivunt, & à cujus Jurisdictione se prætendunt exemptos; In facto autem mihi constanter supponitur, quod copulativus conversus dictorum quinque requisitorum respectu Archipresbyteri nullatenus verificetur

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo, ultra generalem Confirmationem ejusdem Sacri Concilii Tridentini, omniumque in eo dispositorum, factam à Pio IV. 26 quæ operatur ut quodlibet Decretum ejusdem Concilii perinde habeatur, ac si esset specificè confirmatum, ex latè adducta per *Pitonium de Controvers. Patronor. allegat.* 5. *num.* 6. & per totam; Habemus ulteriùs aliam præcisam, & individualem *Constitutionem ejusdem Pii IV. in Bullar. novo Tom.* 2. *Const.* 94. quæ incipit *In Principis Apostolorum Sede*, in quas specialiter, & expressè reducuntur, & restringuntur ad terminos ejusdem Sa-27 cri Concilii Tridentini omnia, & singula Indulta, Privilegia, Immunitates, & Exemptiones, quibuscumque Ordinibus, Militiis, Societatibus &c. concessæ, & elargitæ, tum ab ipso, quàm ab aliis antecessoribus Summis Pontificibus, declarando, *illae eis nullo modo suffragari posse*, *sed perinde haberi*, *& reputari debere*, *ac si nunquam emanassent*.

Secunda verò responsio consistit in illa innegabili facti circumstantia, quod in tali Functione feriæ 5. 28 majoris Hebdomadæ, Archipresbyter nulla omnino habita, vel à remotissimis consideratione ad qualitatem Equitis S. Stephani, principalium, imò unicam fecit figuram Ministri Episcopi, Pontificaliter celebrantis, eidem inserviendo in figura Dignitatis suæ Cathedralis, Pluviali paratus; Et propterea in tali functione dicitur fecisse unum corpus mysticum, una cum aliis Ministris, eidem Sacræ functioni assistentibus, ut sequendo plures resolutiones *Sac. Congreg. Rituum*, observat *Pignatell. consult.* 83. *num.* 23. *Tom.* 5. ibi: *In illa Functione*, *tanquam Cooperatores incorporantur eidem Episcopo*, *& sicut peragunt unum*, *ac idem ministerium Divinum*; *Ita etiam fiunt veluti partiales Ministri*, *constituentes unum integrum principium* 29 *ejusdem Ministerii*, & concordat *Piton. discept. Eccles.* 15. *nu.* 9. *&* 10. ibi: *In hujusmodi functione Ecclesiastica videtur concurrere quoddam corpus*, *seu conjunctio particularis*, *inter Episcopum*, *& Paratos*, *et assistentes in ministerio divino*, *& constituentes Pontificale*, Ibique *num.* 14. sequitur Votum Fontis Magistri Cæremoniarum Cappellæ Pontificiæ.

Ex quo sequitur, quod etiamsi, per insubsistentem hypothesim, Privilegia, Equitibus S. Stephani à Pio 30 IV. concessa & contenta *in dicta ejus Constitut.* 60. non essent revocata per sequentem dispositionem Sacri Concilii Tridentini, necnon per posteriorem Constitutionem 94. ejusdem Summi Pontificis, adhuc non essent attendenda, neque in aliqua consideratione habenda in Ordine ad dictam Sacram Functionem, nihil omnino commune habentem cum qualitate Equitis, sed unicè respicientem qualitatem, & obligationem Dignitatis Cathedralis, & rationem adducit *Sac. Rot. in Firmana Jurisdictionis* 10. *Maji* 1700. §. *Non* 31 *enim implicat cor. Molin.* ibi: *Quia compatiuntur ista duo*, *quod aliquis certo respectu sit ab Ordinario exemptus*, *& alia consideratione sit eidem subjectus*.

Posset hoc innumeris exemplis comprobari, illa improbo Collectorio labore transcribendo *à Tambur. de Jur.* 32 *Abbat. Tom.* 1. *disp.* 13. *quæst.* 7. *à nu.* 4. *usque ad n* 46. ubi enumerat triginta septem similes casus; Necnon *à Monacello*, Authore æquè erudito, ac in materiis Ecclesiasticis exercitato, *in Formul. legal Tom.* 1. *tit.* 6. *formul.* 20. *à num.* 9. *usque ad num.* 29. ubi decem, & novem similia adducit exempla.

Quæ eò magis ad nostrum effectum stringunt, quo respiciunt Regulares; Isti enim *sic sunt exempti à Jurisdictione Episcopi directiva*, *& coactiva*, *ut nisi specialiter*, *& expressè potestas in illos à Pontifice ei detur*, *non censen-* 33 *tur ei concessa*, sunt verba *Chassaing. de Privileg. Regul. part.* 2. *tract.* 8. *cap.* 4. *propos.* 7. *vers. Additur fol.* 375. cum aliis apud *Dian. in Edition. coordinata Tom.* 7. *tract.* 2. *de Dub. Regul resol.* 39. *num.* 2. *in fin.* Non sic autem respectu Cleri sæcularis, quia iste ex propria, & particulari naturæ, Ordinario subjectus est, & nonnisi ex particulari Privilegio ab illius Jurisdictione exemptus dicitur, non quidem universaliter, sed solùm respectu par- 34 ticularium actuum, quos Privilegium comprehendit ad *Text. in Cap. Porrò de Privileg.* ibi: *Totum ex inspectione Privilegiorum pleniùs animadvertere oportet*, *& in Cap. Recepimus eodem titulo*, ibi: *Inspicienda sunt Ecclesiarum Privilegia*, *& ipsorum tenor diligentius attendendus*.

Et tamen hujusmodi palpabili diversitate non attenta, inter Doctores communiter recepta est propositio illa, quod ad invicem compatiantur ista duo, 35 ut aliquis certo respectu sit ab Ordinario exemptus, & alia consideratione sit eidem subjectus.

In qua parte habemus Textum, qui non potest esse rotundior *In cap. Cùm Cappella de Privilegiis*, *& excessibus Privilegiat.* Cùm enim Cappellæ Ducis Burgundiæ longè amplius, longèque singulare ha- 36 berent Privilegium exemptionis à Jurisdictione Ordinarii, ac habeant Equites S. Stephani, itaut ab eodem Ordinario nullo prætextu possint excommunicari, suspendi, aut interdici; Ab eodem Ordinario fuit à Summo Pontifice quæsitum, an idem Privilegium eis suffragaretur in illis terminis, in quibus agebatur de aliis actibus, respicientibus eundem Ordinarium; Summus autem Pontifex Innocentius III. 37 per hæc verba respondit *Mandamus*, *quatenus exempti sunt ejusdem ratione Cappellæ*, *Apostolicis Privilegiis deferas reverenter*; *sed in quantum ratione Parochialium Ecclesiarum*, *vel aliàs Jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur*, *Officii tui debito in eosdem liberè prosequaris*, quem aureum Textum per extensum impressit *Gallemart. ad Conc. Sess.* 24. *de Reformat. cap.* 18. *post num.* 3. ubi alios concordantes allegat, quos adducit etiam *Gonzalez in d. cap. Cum Cappella de Privileg.* 38 ibi: *Quod etiam contingit in quocumque Exempto*, *qui conveniri potest coram Ordinario ratione Officii*, *seu publicæ functionis*.

Habemus pariter hoc idem de Jure Civili æquali claritate determinatum in terminis Militum in *leg. unica* ubi communiter Repetentes *Cod In quibus causis Militantes fori præscriptione uti non possunt*, cujus 39 verba sunt hæc: *Omnes omnino domesticos*, *& agentes in rebus*, *& quæcumque prætendatur Militia*, *vel Dignitas sub moderatoribus Provinciarum pro functionibus publicis respondere sancimus*, *nulla fori præscriptione valitura*.

Habemus demum hoc in nostris præcisis terminis individualiter decisum *à Sac. Congreg. Immunitatis*, 40 utraque Parte acerrimè informante *in Fanen.* 27. *Januarii* 1688. *& in Ariminen.* 12. *Julii* 1689. in quibus quæsitum fuit; *An Equites S. Stephani excludi possent à Dignitate Consulis*, quod fuit quidem *negativè* resolutum, sed cum illo addito: *Dummodo dicti Equites in iis*, *quæ pertinent ad dictam Dignitatem non gaudeant Privilegio fori*, ut recognosci potest *ex lib. Decret. Card. Martell. fol.* 225. *& fol.* 490. Testi- 41 bus *Riccio in Synopsi Decretorum Sac. Cong. Immunitatis verbo Equites S. Stephani num.* 6. & moderno Collectore, & Transcriptore dicti Riccii, *Fattolillo in Praxi Immunit. Ecclesiast. part.* 3. *tract.* 3. *sect.* 107. *num.* 5. *&* 6.

Quod si procedit respectu Dignitatis Consulis, quæ est aliquid temporale, & non durat, nisi paucis mensibus; Multò magis locum habent in nostris terminis, 42 in quibus sermo est de Dignitate Ecclesiasticæ, non solùm perpetua, sed ex ejus propriæ, & particulari natura subjectæ nativæ, & ordinariæ Jurisdictioni Episcoporum.

Cum

Cum dicta pariter distinctione partialis exemptionis dd. Equitum processit *Sac. Rot.* in illo celebri *Bononien. Exemptionis 6. Junii 1708. coram Cardin. Falconerio*, in qua unitim considerata fuerunt omnia Privilegia Religionis S. Stephani omnesque resolutiones sacrarum 43 Congregationum, de illa loquentes, ibique Sac. Rota testatur, à Sac. Congregatione Immunitatis resolutum fuisse *in Ariminen. 7. Augusti 1696. & in Mantuana eisdem die, mense, & anno*, Equites S. Stephani in bonis patrimonialibus non gaudere exemptione, neque esse exemptos à Collectis laicalibus, ut videre est *in §. In illa verò*, in qua Sac. Rot. subjungit ibi: *Tanta maturitate post hanc habitam resolutionem fuit ita usque nunc* 44 *inviolabiliter observata, ut nec minima prorsus occasio dubitandi circa eam evenerit.*

Videntur hæc nimis solidè utriusque Juris dispositioni innixa, & tamen pro illorum faciliori admissione ur-45 gere videntur duæ propositiones, uniformi calamo à Doctoribus admissæ, & à magnis, & Collegialibus Tribunalibus quotidie canonizatæ.

Prima, fundata in exorbitantia similium exemptionum; Secunda verò in favorabilitate Jurisdictionis, competentis Ordinariis, ut de prima habemus *Textum* 46 *in cap. Constitutus de Concess. Præbendar. & in cap. finali de Translat. Episcop. & in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 11. in principio*, cum concordantibus, sequutis à *Barbos. in cap. cùm Cappella 23. de Privileg.* ibi: *Privilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, perturbationem in Episcoporum Jurisdictionem existant, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur. Rodriq. quæst. Regular. tom. 2. q. 64. art. 4. & quæst. 108. art. 3. Paris. de Resignat. Benef. lib. 3. qu. 11. num. 3. & 7. Kocchier. de Jurisd. in exempt. p. 1. quæst. 4. per tot.* & signanter *num. 17.* ibi: *Versatur odium respectu exemptionum, & Rot. dec. 590. num. 5. cor. Pen.* Et de 47 secunda habemus pariter *Textus in cap. Porro, & cap. Ex ore de Privileg. & in cap. cui non Sacerdotali de Rescript.* cum concordantibus, sequutis *à Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæst. 23. num. 24. & à Rot. in Valentina Jurisdictionis 6. Aprilis 1699. §. Quodque cor. Molin.* Et 48 considerando, tam favorabilitatem Jurisdictionis Ordinariorum, quàm odiositatem privilegiorum. Exemptorum, egregiè *Joan. Andr. in cap. Per exemptionem num. 3. de Privileg.* ibi: *Exemptiones sunt strictè interpretandæ, dummodo aliquid conferant, & est ratio, quia præjudicant ordinariæ Potestati, quæ favorabilis est.*

Adversus quæ non meretur adduci qualitas levis 49 omissionis, seu transgressionis Archipresbyteri, propter quam proinde non erat locus gravi pœnæ suspensionis à divinis.

Ultra quod enim hæc solet esse ordinaria pœna similium trasgressionum præceptorum superiorum Ecclesia-50 sticorum, quam in terminis aliorum Ecclesiasticorum, se prætendentium exemptos, approbavit *Sac. Cong. Conc. in Neapolitana Censurarum 18. Novembris 1724. & 24. Martii 1725. ad 2. dub.*

Dicimus, quod non potest dici levis dicta trasgressio in nostro casu, attentis circumstantiis Loci, seu Ecclesiæ, Throni, sub quo existebat Episcopus, Para-51 mentorum sacrorum, cum quibus explebat solemnissimam functionem, & quidem in præsentia totius Cleri sæcularis, totiusque Populi, magno concurso eidem sacræ Functioni assistentis; Præcipuè postquam replicatis admonitionibus Magistri Cæremoniarum nimis clarè eidem nota fuerat propria obligatio; Et quod magis est, attenta positiva declaratione, nolle parare præcepto sui Episcopi, eo tempore, quo tanquam ejus Mi-52 nister, Pluviali indutus, sacræ Functioni assistebat s Juncto æquè manifesto, ac publico scandaloso contemptu dictæ pœnæ suspensionis à Divinis; Ita ut, etiamsi per insubsistentem hypothesim eadem inobedientia, secundùm se considerata, qualificari posset per levi, applicaretur nostris terminis celebre illud dictum *Sancti* 53 *Gregorii Magni homilia 26. in Evangelia*, ibi: *Utrum justè, an injustè obliget Pastor, Pastoris tamen sententia Gregi timenda est, ne is, qui subest, & cum injustè fortè ligatur, ipsam obligationis sententiam ex alia culpa mereatur; Pastor ergo, vel absolvere temerè, vel ligare vereatur; Is autem qui sub manu Pastoris est, ligari timeat, &c. nec Pastoris sui judicium temerè repræhendat, ne etsi injustè ligatus sit, ex ipsa tumidæ repræhensionis superbia, culpa, quæ non aderat, fiat.*

Indubitatum siquidem est, quod ratione dictarum circumstantiarum talis inobedientia subditi, non sine magno Populi scandalo, clara voce, & apertis verbis renuentis obedire repetitis præceptis sui superioris, etiamsi secundùm propriam naturam fuisset non solùm 54 levis, sed levissima (quod tamen non admittitur) ex dicto circumstantiarum concursu crevisset in immensum; Ut considerando Locum, seu Ecclesiam, cum magno concursu Populi habemus *Textum in cap. 1. de Maledict.* ibi: *Multis coram adstantibus*, & notant *Farinac. quæst. 105. num. 289. Menoch. de Arbitrar. liber primo, cap. 263. num. 24. Panimoll. dec. 16. annot. prima, num. 201.* ibi: *Gravis reputatur injuria, quæ multis ad-* 55 *stantibus videntibus, & audientibus facta est, & numero 38.* ibi: *Gravior reputatur, si in Ecclesia, in Choro &c.*

Et considerando contemptum verè scandalosum continuandi exercitium sacrorum Ordinum, non attenta suspensione à Divinis, celebrando Missam in faciem 56 ipsius Episcopi, egregiè *D. Bernard. de Dispensat. & Præcept.* ibi: *Porrò contemptus in omni specie mandatorum pari pondere gravis, & communiter damnabilis est* & concordant adducti *per Sperell. dec. 113. num. 62. & 63.* ubi refert, & sequitur D. Hieronymum, asserentem: *Non ideo putandum est, aliqua mandata conte-* 57 *mnenda, quia leviora sunt; Tum enim maxima illa, quàm minima imparata sunt, & contemptus cujuscunque præcepti Præcipientis injuria est.*

Et considerando qualitatem Personæ Episcopi in ordine ad Archipresbyterum ejus superiorem, habemus *Textum in leg. Prætor edixit §. Quod autem ff. de Injur.* ibi: *Imperator noster rescripsit, atrocem injuriam quasi* 58 *contumeliosiorem, & majorem accipimus &c. Et Persona, tempore, aut re &c. Persona, atrocior injuria fit, cum Magistratui, cum Parenti, Patronove fiat Tempore si in Ludis, & in conspectu Prætoris &c.*

Et considerando Pontificalia indumenta, in quibus reperiebantur, tam Episcopus, quàm Archipresbyter, habemus pariter *Textum in leg. Atrocem. Cod. de* 59 *Injur.* ibi: *Si tibi illata est, cum esset in Sacerdotio, & Dignitatis habitum, & ornamenta præferres*, egregiè *de Afflict. in Constit. Neapol. par. 1. lib. 1. rubr. 54. de Transaction. post. num. 4. Farinac. quæst. Crimin. 105. post. nu. 197. Chartar. dec. crim. 37. num. 14. & Raynald. observat. crim. tom. 3. cap. 24. §. 46. num. 221.* ubi de Sacerdote, simplici Cotta induto.

Et considerando omnes istas circumstantias, simul unitas Chartar. *dicta dec. crimin. 37. num. 13. & plurib.* 60 *seqq. Panimol. dec. 16. annotat. 1. num. 37. & seqq.* & signanter *num. 41.* cum aliis, citatis in *instit. crim. lib. 2. tit. 9. à n. 51. usque ad n. 60.*

Ex quibus, posita ex hucusque animadversis validitate, & subsistentia dictæ suspensionis à Divinis, dif-61 ficile erit effugere incursum Archipresbyteri in irregularitatem, ut, præter authoritates, supra adductas, punctualiter determinatur *in Textu in cap. Is qui, & in* 62 *cap. cum æterni §. Si quis de sent. & re judic. in 6.* ibi: *Scituros, quod si, suspensione durante, damnabiliter ingesserit se divinis, irregularitati laqueo se involvet secundùm Canonicas sanctiones à qua non, nisi per summum Pontificem poterit liberari*, quos sequuntur *Felix Potestas in Exam. Confessar. par. 5. Tom. 1. cap. 2. num. 4420. vers. Ex violatione Sperell. decis. 115. num. 50. & 51. & Nogueira quæst. singular. disput. 3. de Censuris quæst. 48. §. 2. num. 10.*

DISCEPTATIO XXXIV.

Nullius Restitutionis Sc. 500.

Suppressis Nominibus.

ARGUMENTUM.

Consuetudo per speciale pactum, ad praxim redu-cta dandi certam summam, ultra Dotem illi Monasterio, in quo Puella regularem Habitum suscipit, & intra annum vitam cum morte commu-tet, servanda non est.

NOminibus suppressis, requisitus pro veritate, & conscientia circa sequentem casum.

Consuetudo est immemorabilis Monasterii S. Claræ Civitatis N. exigere pro Guarnile, & expensis Puellarum, recipiendarum ad habitum Choralium scuta quingenta monetæ Romanæ, ultra scuta quinquaginta pro alimentis anni probationis; Pro Dote verò scuta septingenta quinquaginta ejusdem qualitatis ad professionem. Accidit, ut Puella quædam post decimum Novitiatus mensem obierit, & Pater restitutionem postulet scutorum quingentorum à Monasterio. Ad evitandas Litis expensas desideratur consilium in sensu veritatis alicujus non mediocris Advocati.

Verba Patris, qui se obligavit solvere dd. scuta quingenta occasione ingressus Filiæ in eodem Monasterio, sunt hæc: *Titius promisit solvere Monialibus Sanctæ Claræ pro monachatione, sive expensis, & Dote Bertæ ipsius Filiæ sc. 1250. quorum sc. 500. solvit, & exbursavit de numerato; septingenta quinquaginta pro Dote deposuit penes Capserium, ad ea solvenda dd. Monialibus in actuali Professione d. Bertæ, ejus Filiæ.* Ultra quæ se obligavit ulteriùs idem Pater solvere alimenta Novitiatu durante, circa quæ pro tempore, quo Filia vixit, nulla adest controversia.

Omnibus attentè consideratis, crederem, Monasterium prædictum teneri restituere dd. sc. 500. eo quia occasione ingressus in Monasteriis non est licitum aliquid per pactum exigere, ultra Dotem, quæ assignari solet Monasteriis, juxta *Textus in can. Placuit, & can. Quam pio prima qu. 2.* ibi: *Nusquam legimus Domini Discipulos, vel eorum ministerio Conversos, quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interventu provocasse, & in cap. Quoniam de Simon.* ibi: *Simoniaca labes, plerasque Moniales infecit, ut vix aliquas sine pretio recipiant in Sorores, paupertatis prætextu volentes hujusmodi vitium palliare, ne id de cetero fiat, penitus prohibemus &c. & in Extravag. prima de Simon. inter extravag. com.* ibi: *Districtiùs inhibemus, ne tam à Maribus, quàm à Mulieribus, volentibus ingredi eorum Religionem &c. in earundem Personarum receptione, aut ante, vel post illam &c. pecunias, jocalia, aut res alias, etiam ad usum Ecclesiasticum, seu quemvis pium usum alium deputata, vel deputanda, directè, vel indirectè, petere, vel exigere, quoquo modo præsumant*, cum aliis, quos sequuntur *Sanch. de Matrimon. lib. 1. disput. 39. num. 1. Ricciull. de Jur. personar. lib. 2. cap. 36. num. 6.* ibi: *Licèt per temporalia beneficia aliquem provocare ad devotionem Monasterii, ut ex hoc inclinetur ad Monasterii ingressum, quamvis non sit licitum pro d. ingressu aliquid ex pacto dare, vel accipere, & Monacell. in Formular. legal. pract. tom. 1. tit. 11. formul. 7. num. 8.* ibi: *An autem, præter Dotem, sit licitum aliquid aliud recipere pro Monachandis titulo Eleemosynæ, Sac. Congregatio Concilii in una Leodien. pro PP. Carmelitis calceatis &c. respondit. Servetur dispositio Juris. De Jure autem est, quod Religiosus, & Religiosa non possunt, nec debent pretio recipi in Monasterium; cap. Quoniam de Simon. &c.* cum aliis concordantibus, ibidem cumulatis.

Verba dubii in eadem Sac. Congregatione Concilii, pro dd. Carmelitis quarto loco disputati die 9. Februarii 1697. registrata *in Lib. 47. Decret. ejusdem Sac. Congregationis fol. 42. & 59. à tergo*, sunt sequentia: *An in receptione Novitiorum licitum sit exigere ab eis, vel eorum Consanguineis aliquam summam ultra mensuram alimentorum, etiam titulo eleemosynæ, & à sponte dantibus. Ad quartam servandam dispositionem Juris.*

Concordat *D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 3. ad 4.* ibi: *Licitum est aliquem provocare ad devotionem Monasterii per temporalia beneficia, ut ex hoc inclinetur ad Monasterii ingressum; Licèt non sit licitum aliquid dare, vel recipere pro ingressu Monasterii*, quem sequuntur *Bonacin. Oper. mor. tom. 1. tit. de Simon. disput. 1. quæst. 4. punct. 8. num. 1. & seqq. & tom. 3. tit. de Excomm. in partic. extr. Bull. Cœn. disput. 2. quæst. 3. punct. 27. num. 4. & seqq. Noguer. Quæst. singul. disputat. 3. quæst. 71. de Simon. per tot.* ubi, quòd in simili casu judicatum fuit, commissam fuisse Simoniam ab illis Religiosis, qui ex pacto summam aliquam exegerant in admissione novitii.

Observantes hic, quod omnes præfati Doctores, & alii, quos citat, & sequitur *Barbos. in d. Extravag. 1. inter comm. de Simon. num. 4. & seqq.* loquuntur quando, præter Dotem, aliquid aliud exigitur à Novitia, vel ejus Consanguineis ex pacto, ut videre est ibidem *n. 4.* ibi: *Excepto duplici casu, quorum unus est, si pactum ineant de aliquid dando, vel solvendo pro ingressu in Religionem; Alter si recipiant inhabilem, ob spem habendi aliquid.*

Potest hoc comprobari ex illa legali ratione, quod ea, quæ dantur in his casibus Monasteriis, in quibus Puellæ Professionem emmittunt, dicuntur Appendices & Accessoria ad Dotem ex infra citandis.

Sicuti autem, moriente Novitia intra annum Novitiatus, Dos revertitur ad Patrem neque illam prætendere potest Monasterium. Quod verum est etiam in casu duriori, quando Novitia cum dispensatione Superioris intra annum Novitiatus Professionem emitteret ex causa gravis infirmitatis, ut observant *Fagnan. in cap. Sicut nobis num. 33. de Regul. Bertucchin. vot. dec. 133. num. 3. Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 10. formul. 7. num. 12. & tom. 2. tit. 13. formul. 5. num. 13.* & resoluit *Congregatio Concilii in Carpentoraten. 14. Junii 1641. lib. 17. Decret. fol. 55. & in Agrigentina 16. Maii 1703. lib. 53. Decr. fol. 89.*

Et ego scripsi, & obtinui ab eadem Sac. Congregatione Concilii *in Neapolitana 14. Martii 1705.* ut videre est in *tom. 2. part. 2. discept. 24. per tot.* & signanter *num. 33.* quæ ad evitandam prolixitatem, & inutilem repetitionem, potest in casu contingentia ibidem recognosci.

Ita idem dicendum est de eodem accessorio, quòd non potest diverso Jure censeri à suo Principali, juxta *Textum in leg. cùm Principalis ff. de Regul. Jur.* quem in terminis generalibus cumulatis concordantibus sequuntur, *Surd. cons. 318. num. 5. & de Aliment. tit. 9. quæst. 31. à num. 8. Menoch. consil. 58. num. 13. & seqq. & Rot. dec. 355. num. 2. coram Coccin. & dec. 552. num. 6. & dec. 623. eodem num. coram Dunoz. juniore*; Sunt enim æquè regulares, ac communiter receptæ in hac parte propositiones, quod accessorium regulandum est juxta terminos dispositionis principalis *Rot. dec. 680. num. 12. par. 2. tom. 3. rec.*

Quod comprehenditur in illo contractu, quo mediante stabilitum fuit principale *Rot. dec. 348. num. 4. par. 18. recent.* Quodque principalis naturam in omnibus, & per omnia sequitur *Rot. dec. 330. num. 30. part. 5. & dec. 93. num. 8. part. 16. rec. & coram Ubag. dec. 3. num. 23.* & alibi quotidiè.

Et in præcisis terminis Appendicis dotis, quod illa regulari in omnibus debeat ad instar dotis *Alexand. cons. 27. num. 10. lib. 5.* ibi: *Pro hoc etiam facit, quia cùm ista sint de accessoriis, & appendiciis ipsius dotis, de illis debet judicari, prout de ipsa dote, Anan. cons. 36. sub numero 2.* ibi: *Aut volumus dicere quod sint appendicia dotis, & tunc judicamus de eis, quod judicamus de dote, Florian. de S. Petro in leg. Theopompus Philadelphus n. 9. ff. Familiæ erciscundæ*, ibi: *Ista sint supplementum dotis &c. vel quasi saltem sunt de appendiciis dotis &c. & sic de eis idem debet judicari, quod de dote Gratian. disceptat. 498. num. 58.* ibi: *Pars dotis, seu supplementum illius, & de pertinentiis, & appendiciis dotis, de quibus ita judicamus, sicut de ipsa dote Card. de Luc. de Dote discurs. 544. num. 6.* ibi: *Dotis autem nomine venit, nedum ea quantitas, quæ Monasterio solvitur, sed etiam id, quod pro Acconcio, ac expensis solitis Monacaggii in annua vitalitia subventione, aliisque expensis solitum est præstari &c. & est conclusio plana Paris. cons. 95. num. 12. lib. 2.* ibi: *Venit etiam illud, quod fuit constitutum, & solutum nomine præparatoriorum, cùm illud appellatione dotis contínea-*

tineatur, & Thesaur. dec. 193. num. 5 ibi: Cùm sint accessoria dotis, debent judicari prout de ipsa dote.

Quam conclusionem perpetuò amplexa fuit Sac. Rota, ut videre est coram Bichio decis. 366. num. 13. ibi: 18 Ubi adducitur ratio, quia est de Appendicis dotis, & coram Coccin. decis. 624. num. 2. & seqq ibi: Stante dicta promissione, aut est supplementum, sive pars dotis, aut est appendix, quo casu idem judicium faciendum est, ac si dos esset, & coram Emerix jun. decis. 1021. num 7. ibi: Ubi appendix, & accessorium dotis, quæ iisdem juribus regulatur, ac ipsa dos, & coram Ludovis. dec 80 num. 7. & 11. ibi: Acconcium illud censetur de appendicis dotis, & de eo idem est judicandum, prout de ipsa dote, & coram 19 Merlin. decis. 671. num 27. ibi: Solitum acconcium, & regalia necessaria pro ingressu in Monasterium, quæ dotis appendices nuncupantur, & coram Seraphin. decis. 132. num. 2. ibi: Pro acconcio, ideo sortitur naturam dotis, & in part. 10. recent. dec 273. num. 14. ibi: Pro expensis, factis per eundem Alexandrum causa collocandi Portiam, & Martiam filias in Monasterium, qui omnes firmant &c. 20 habere locum, non solùm in constitutione dotis, sed etiam pro aliis sumptibus, & apparatibus nuptialibus, tanquam de appendicis, & connexis dotis, & dec. 39. num. 13. par. 11. ibi: Dotis appellatione comprehendi &c. Adeoque dotis portio reputatur, ac fruitur ipsius Privilegio.

Considerando præcipuè unicam promissionem, factam à Patre, tam pro dote, quàm pro dictis scut. 500. 21 ibi: Titius promisit solvere Monialibus Sanctæ Claræ pro Monachatione, sive expensis, & Dote Bertæ ipsius Filiæ scuta 1250. quorum quingenta solvit, & exbursavit de numerato, septingenta quinquaginta pro Dote deposuit penes Capserium &c. quam circumstantiam ad nostrum præcisum effectum expendit egregiè Rota in decis. 132. num. 1. & 2. coram Seraphino, ibi: Domini, inspecto tenore Instrumenti dotalis, ejus verbis attentis, resolverunt, Acconcium esse restituendum, quia non fuit separatum à Dote datum, sed ita ut constituat partem Dotis, cùm Dos constituta fuerit trium millium ducatorum, in qua summa continebantur quingenta pro Acconcio, ideo sortitur naturam Dotis.

Non obstat prætensa consuetudo in contrarium cum 22 qualitate immemorabilis, cujus vigore, juxta notoria axiomata, allegari potest Apostolicum privilegium, & quilibet alter melior titulus de Mundo.

Primò. Quia illa non de facili probari poterit cum requisitis celebris Gloss in cap. 1. verb. Memoria de Præ- 23 script in 6. Præcipuè cum illo addito, quod Testes deponere debeant etiam de auditu auditus à suis Majoribus, & sit de secundo auditu, juxta Magistralem Sac. Rotæ decis in Trojana Delationis Crucis 10. Decemb. 1708. coram cl. me. Card. Priolo, & in Neapolitana Jurium Parochialium 13 Martii 1711. § Cæterùm coram Ansaldo.

Secundò. Quia Monasterium S. Claræ non erit forsan adeo antiquum, ut, vel ex Scripturis, vel ex Te- 24 stibus, doceri non possit de illius fundatione, seu initio, quo admisso, non est locus discurrendi de immemorabili, juxta firmata per Rotam coram Ottbobon. decis. 39. num. 16.

Tertiò. Quia talis consuetudo erit in terminis diversis à circumstantiis nostri casus, hoc est respectu forsan illarum Novitiarum, quæ post Novitiatus annum Pro- 25 fessionem in Monasterio emiserunt. Nos autem sumus in terminis Novitiæ, quæ Novitiatum non perfecit. Regulare siquidem est in omni consuetudine, & præcipuè in nostra nimis exorbitanti, quod illa non extenditur de casu ad casum, sed probanda est in casu individuo, de quo disputatur, ex adductis per Bonden. Collectat. legal 15. num. 127. Ansald in Addit. ad dec. 30. 26 num 48. & firmatis per Rotam in decis. 407. num 6. cor. Emer jun. & dec. 211. num 5. part. 8. & dec. 304. num. 9. par. 12 & dec. 217. num 18. par. 17. rec.

Quartò. Quia in omnem casum erit consuetudo irrationabilis, qualis dicitur illa, quæ Tertium lædit, & gravat, juxta animadversa per Panimoll. decis. 1. ad- 27 not. 2. num. 14. In quibus circumstantiis non solùm ex longo, sed nec etiam ex longissimo tempore nullum recipit præsidium, vel efficaciam, Textus est literalis in auth. Ut nulli Judices cap. 1 ibi: Malè enim adinventa, maleque consuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa consuetudine confirmantur. Cum aliis sequutis à Ro-

Ursayæ Discept. Tom. VI.

ta in Tarraconen. Jurisdictionis 18. Junii 1697. in fine coram Card Caprara, ubi, quòd consuetudo irrationa- 28 bilis, tanquam corruptela semper sperni debet, & in Tranen. Præeminentiarum 19. Novembris 1717. § Quibus coram Ansald. ubi, quod corruptelæ, & abusui nullus suffragatur temporis lapsus; Et applicatur celebre illud dictum: Si malè sit usus, nunquam præscribit abusus, de quo Adden ad dec 28. num. 242. par. 3. recent. & in Tom. 5. par. 1 discept. 8. à num 83.

Et habemus in hac parte duas celebres resolutiones Sac. Rituum Congregationis primam in Suessana Mozzettæ 18. Aprilis 1693. Ponente Card. Nigrono, in qua 29 similis consuetudo, uti irrationabilis in nulla prorsùs consideratione habita fuit, ut videre est in tom 3. par. 4. discept. 11. per tot & signanter à n. 64 usq; ad fin.

Secunda est in Romana 26. Aprilis 1704 & 7. Junii ejusdem anni, Ponente Card Barberino, quæ est in terminis nimis singularibus, eò quia ratione irrationabili- 30 tatis non fuit habita in aliqua consideratione immemorabilis consuetudo, introducta, & per plura sæcula semper practicata in Pontificia Cappella, præsentibus omnibus S.R.E. Cardinalibus, & Summis Pontificibus, eidem Cappellæ intervenientibus, ut videre est in Bullar. Clement. fol 564. & in Tom. 2 q. 1. discept 28.

Quintò. Quia agitur de actibus facultativis, seu de libera voluntate illorum, qui forsan voluerunt donare Monasterio id, quod ab eo repetere poterant; Ea au- 31 tem, quæ sunt facultatis, non inducunt consuetudinem, restrictivam liberæ potestatis, sunt verba Gratian. disceptat. 88. nu. 5. & concordant adducti per Rot. in dec. 136. num. 10. cor Cerro, & dec. 104. num. 37. cor Priolo, & decis. 12 nu. 23. cor. Ansaldo; Idemq; resolvit Sac. Congregatio Concilii in Amalphitana 8. Junii 1699. & 6. Februarii 1700. ad dub. 7. & 8. ut videre est in lib 49 Decret. fol 243. & in lib. 50. fol 112. Necnon Congregatio Visitationis Apostolicæ in Romana 24. Maji 1712. Ponente Card. de Abdua, ut videre est in tom. 1. par. 1. discept. 16. n. 74. & 265. & per tot. in cujus casu agebatur de consuetudine 32 quolibet anno expendendi considerabilem pecuniarum quantitatem, uniformiter practicatam per spatium duorum sæculorum.

Sextò demùm. Aliis responsionibus omissis gratia brevitatis, quia, licèt, vel ex eo, quod agebatur de actibus facultativis, vel ex eo, quia agebatur de illis, quos per hæc verba describit Card. de Luca de Jurisdict. disc 2. n. 4. Quietem desiderantes plura permittere solent, 33 aliàs non permittenda, vel ex quocumque alio motivo, quod non est necesse hìc præscrutare eadem Consuetudo forsan impugnata non fuerit; Semper verum erit, quod demonstrata hodie irrationabilitate d. consuetudinis, illa sequenda non est, juxta duo Oracula Innocen. III. quorum primum legitur in cap Cùm jam dudum de Præb. ibi: Multa per patientiam tolerantur, quæ quando deducantur in Judicium, justitia mediante, tolerari non debent. Secundum verò registratum est in cap. Cùm Venerabilis de Consuetud. ibi: Cùm igitur hæc non tam consuetudo, quàm corruptela, meritò sit censenda, quæ profectò sacris est Canonibus inimica, ipsam mandamus, de cætero non servari.

Quæ, si procedunt in terminis cujuscumque consuetudinis, multò magis admittenda videntur in consuetudine retinendi res alienas, quæ uti apposita 7. & 9. De- 34 calogi Præceptis, cum omni sermonis proprietate à Bald. in leg. Sicut Cod de Servit. & Aq. qualificatur pro diabolica, ibi: Et super hoc forsan est fundata ratio consuetudinis &c. tamen illa consuetudo est diabolica, & Baldum sequitur Afflict. dec. 321. num. 16. ibi: Diceretur ista consuetudo reprobata, & contra Jus naturale &c. &c. dicit Baldus, quod esset consuetudo diabolica.

DISCEPTATIO XXXV.

Mechlinien. Legitimitatis Prolis.

PRO

Albertina Sucre Tilli de Ruitz Castro.

CUM

Maria Magdalena de Serclaes Tilli.

ARGUMENTUM.

Ad effectum legitimitatis Prolis, probato Matrimonio, etiamsi postea illud detegatur nullum, sufficit bona fides unius ex Parentibus, quibus negantibus filiorum legitimitatem, non creditur.

ANno 1702. contractis Sponsalibus inter Principem Albertum Octavium de Serclaes Tilli, & Principissam Alexandrinam Sucre de Bacq, inter alias probationes, concludenter justificatas ex pluribus Billettis 1 ejusdem Principis, seqüestratis in Summario, in eorum executionem celebratum deinde fuit die 17. Octobris ejusdem anni 1702. inter eosdem Matrimonium de præsenti in Oppido Bruxellensi, comuni Patria, in qua ex Illustrioribus Familiis sortiti fuerant natales; Cùmque eadem Alexandrina esset filia Francisci de Bacq Ducis Exercitus Hispaniarum Regis Catholici, cui etiam dictus Princeps Albertus Octavius, in simili qualitate Ducis Militum inserviebat, Matrimonii celebratio per verba de præsenti sequuta fuit in privata Cappella ejusdem Principis Alberti coram Sacerdote Rattemboy Cappellano Exercitus d. Catholici Regis; Ideoque, 2 nedum vigore generalium facultatum, eidem uti tali competentium, de quibus latè *P. Schiara in Addit. ad suam Theolog. bellic fol.19.& fol.120.& seqq.*sed etiam prævia speciali licentia Ordinarii Mechliniensis, de qua infra, præsentibus tribus Testibus, nempe Antonia Sucre de Bacq Matre d. Alexandrinæ, quodam Pomè, Cubiculario d. Principis, ac Germano Badillo,altero Teste.

Quamvis autem idem Princeps successivè omnia obsequia matrimonialia præstiterit eidem Principissæ,tanquam ejus legitimæ Uxori, ex qua procreavit Excel- 3 lentissimam Albertinam Tilli hodie Matrimonio junctam cum Excellentissimo D.Josepho Ruitz de Castro, à Consiliis Catholicæ Majestatis Hispaniarum Regis, ejusque Auditore in Regia Audientia Regni Granatæ, necnon publicè, & palàm in Belgio, & apud omnes majores Officiales Exercitus recognoverit, & tractaverit eandem Albertinam pro comuni legitima Filia, ut concludentissimè justificamus, mediantibus multis feriis, & claris Epistolis dicti Principis, datis in Summario; Ex quo eadem Alexandrina coacta fuit ad se, & filiam alendam, & decenter manutenendam, præter voluntatem dicti Principis, ad Hispaniarum Regna 4 se conferre, ad quæ idem Princeps pro servitio Catholici Regis antecedenter se contulerat, tali ira, tantaque iracundia exarsit idem Princeps, ut non eruberit, neque dubitaverit Matrimonii contractum in controversiam adducere, & eodem tempore denegare pariter Uxori, & Filiæ Matrimonialium obsequiorum, & alimentorum continuationem.

Coacta proinde fuit eadem Principissa judicialem viam eligere, Judicium servatis servandis introducendo coram Ordinario Pampilonen. cui subditus erat dictus Princeps, sed ob præpotentiam Viri, exercentis in 5 Navarræ Regno primaria Munera Pro-Regis, & Capitanei Generalis, passa fuit gravantissimum Decretum, eidem Principissæ injungens obligationem fidejussionis de stando Juri, & Judicatum solvendo, eo fine, ut non habens modum extra Patriam, & in exteris Regionibus moram faciendo, inveniendi talem fidejussionem, indefensa, & suffocata remaneret.

Appellatione autem adversùs dictū gravantissimum Decretum interjecta coram Hispaniarum Nuncio, iste 6 solitas relaxavit Literas citatoriales, & inhibitoriales; Post quas supervenerunt Regia mandata pro amicabili terminatione dictæ Controversiæ, procuranda per eundem Nuncium.

Eodem verò tempore, cùm dicta Principissa destituta sepesiretur omni probationum genere, ad ostendendum dicti Matrimonii contractum, & ulteriùs destitura pariter reperiretur omni legali Defensore, nihil justificare potuit coram eodem Hispaniarum Nuncio, minùsque propria Jura coram illo deducere, itaut per aliquod tempus Lis remanserit indecisa, nihilque amicabiliter conclusum fuit; Cæterùm die 9. Aprilis 1709. in actu sui celeris discessus ab Oppido Matriti idem Nuncius suum publicavit Arbitramentum, quo mediante, condemnavit 7 Principem Albertum, vel ad dotandam Principissam, vel ad ipsam in Uxorem ducendam.

Dum hæc omnia in Oppido Matriti sequebantur, ambæ Principissæ Mater, & Filia, clausæ permanebant in Monasterio Monialium Sancti Bernardi 8 *de las Ballegas*, eisque notoria pietas Serenissimi Hispaniarum Regis alimenta subministrare faciebat; Non obstante autem tali reclusione in eodem Monasterio, aliisque summis angustiis, in quibus reperiebatur, tempore habili appellationem interposuit dicta Principissa ab eodem Laudo Hispaniarum Nuncii, de qua doctum fuit in Summario.

Habita deinde Notitia, quod Princeps Albertus, ejus legitimus Maritus, non sine maximo scandalo, & cum evidenti spreto dictæ legitimæ appellationis, meditabatur devenire ad celebrationem secundi Matrimonii cum Domina Comitissa Maria Magdalena 9 de Serclaes Tilli ejus Nepte, ad quem effectum non minùs obreptitiè, quàm subreptitiè ab Apostolica Sede Dispensationem obtinuerat; Non solùm denuò solemnissimè appellavit ad omnem competentem Judicem, & signanter ad Summum Pontificem, sed verè constanti animo, virilique pectore, publicavit etiam per viam Manifesti magnam animositatem dicti Principis eius Viri, ejusque notoriam nullitatem, ac evidentem injustitiam dicti Laudi propalando; Et demum veram, atque commiserandam Facti Historiam super celebratione ejus Matrimonii sincerè narrando, non solùm ad hoc, ut eo modo, quo tunc temporis, in summis angustiis posita, & quando de ipsa verificabantur ea, quæ de se ipso scripta reliquit *Divus Paulus ad Timoth.* 2. 4. 16. ibi: 10 *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt*, retrahere posset eundem Principem à Poligamiæ crimine; Sed etiam ad hoc, ur recti Judicii, & bonæ conscientiæ Viri, ad quorum aures notitia talis attentandi Matrimonii devenire poterat, vel conscientia, vel commiseratione moti, impedimentum præstare possent perfectioni talis excessus; Quæ omnia parent ex Summario.

Verisimiliter autem credens, quod celebratio talis secundi Matrimonii attentati poterat in Hispaniarum Regnis, in quibus idem Princeps tunc temporis moram faciebat, animo fortiori, magisque virili pectore, eadem Principissa eò usque devenit, ut non dubitaverit omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & 11 Insignioribus Capitulis Cathedralium Hispanorum Regnorum, Epistolas particulares directè transmittere, eandem Facti Historiam continentes, ut brevitati inserviendo, & inutilibus expensis voluminosi Summarii parcendo, justificamus ex nonnullis responsivis Epistolis, datis in Summario.

Quibus tamen non obstantibus, neque attentis, idem Princeps à suo proposito minimè recedens, non se abstinuit devenire ad secundi Matrimonii celebrationem in Belgio cum dicta ejus Nepte, me- 12 diante Procuratore, ad id specialiter constituto, attenta ejus octuagenaria ætate, eo solo fine in tali decrepita ætate, attentati, ut quantum in se erat, in controversiam adduceret veritatem, & validitatem dicti primi Matrimonii, servatis servandis, ut supra contracti. Verum tamen est, quod ex justis, & incomprehensibilibus Dei judiciis paulò post vitam cum morte commutavit in Civitate Baschinone cum Testamento.

Ex quo tamen non leve argumentum validitatis dicti primi Matrimonii desumitur, dum resistere non valens vi, & efficaciæ illius paterni amoris, quem nullus amor vincit, ut dicitur in *leg. finali, Cod. de Curator. Furios.* sequuta *à Rota decis.133. n.7. p.18. rec.* & quem

& quem nonnisi, qui de illo experientiam habet, scire potest, ejus Filiæ considerabile reliquit Legatum; Ejus verò Genitricem neque etiam in illo nominando, ex quo proinde operandi modo, tunc temporis publicè evulgato, eadem Principissa animi, corporisque viribus destituta in æquè gravem, ac diuturnam incidit 24 infirmitatem, propter quam reassumere non potuit judicium, nisi anno 1721. quando comparuit coram Vicario Generali Matritensi, ac ab eo petiit recipi Testes super probatione ejus Matrimonii.

Obtento autem favorabili Decreto primo loco examinata fuit Antonia Sucre de Bach ejus Mater, quæ 25 ad opportunas Judicis interrogationes deposuit, quod Princeps Albertus Octavius Serclaes Tilli, vigore specialis Licentiæ Ordinarii Mechliniensis in ejus privata Cappella die 18. Octobris 1702. per verba de præsenti de mane circa horam quintam, seu sextam Horologii Hispanici, contraxit matrimonium cum præfata Alexandrina; coram Sacerdote, Cappellano Exercitus, militantis sub dicto Principe Militum Duce, & tribus Testibus, nempè ipsa Deponente, Germano Badillo, & alio Familiari, inserviente eidem Principi, cui agnomen erat Pomè. Quodque idem Princeps fecit sibi consignare à dicto Sacerdote (qui de mandato Archiepiscopi loco Parochi suam præstiterat assi-16 stentiam) fidem celebrati Matrimonii, & successivè idem Princeps Albertus Octavius continuam vitam conjugalem duxit cum dicta Alexandrina, ex qua suscepit Filiam, nuncupatam Albertinam, quæ semper publicè, & palam ab omnibus reputata fuit Filia legitima Principis, ipsaque Alexandrina pariter ejus legitima Uxor.

Examinatus pariter fuit Joannes Morales simili claritate deponens de eadem celebratione Matrimonii, 17 tanquam de re publica, & omnibus notoria; Quod fuit impetrata licentia Ordinarii in faciem illius Sacerdotis, coram quo dictum Matrimonium contractum fuit; Quodque ex illo nata est Principissa Albertina, semper, & ubicunque publicè, & palam reputata, & tractata, tanquam Filia legitima dicti Principis; Prout etiam, quod pro legitima Uxore agnita semper fuit, & simili publicitate tractata Alexandrina.

Cum quibus concordant omnes Moniales de las Huelgas, testantes Principissam Alexandrinam in 18 earum Monasterium ingressam fuisse, & moram fecisse, tanquam veram, & propriam legitimam Uxorem dicti Principis; Ad augendam verò fidem depositioni dictarum Monialium, nec non ad tollendum omne dubium circa validitatem, & subsistentiam dd. depositionum, accessit Decretum Vicarii Genaralis Matritensis, eandem Monialium depositionem approbantis, & confirmantis.

Eodem tempore comparuit etiam Principissa coram Tribunali Ordinario Gubernatoris Oppidi Matriti, 19 petens, ab eodem recipi, & admitti formale Testium examen, quibus mediantibus probare cupiebat subsistentiam dicti Matrimonii; illiusque notorietatem, qua attenta, ipsa declarari debebat legitima Uxor Principis Alberti, & Albertina filia legitima ejusdem Principis.

Obtentoque opportuno Decreto, nec non exhibitis Articulis, super illis examinati fuerunt quatuor informatissimi Testes, concorditer deponentes de celebra-20 tione, seu contractu Matrimonii; De procreatione D. Albertinæ; Deque communi fama, & ubique recepta opinione circa ejus legitimitatem, & pro validitate pariter, majorique firmitate examinis dd. quatuor qualificatorum Testium; accessit subscriptio Judicis, & legalitas Notariorum, de quibus in dicto Summario.

Ad hoc autem, ut nihil omninò in hac parte desiderari posset, nedum dicta Alexandrina, sed etiam illius Vir, nobilis D. Joseph Ruitz de Castro, Serenissimi Catholici Regis Consiliarius ejusque Auditor in 21 Regia Audientia Granaten. comparuerunt coram Hispaniarum Nuncio, ab eodem uniformibus precibus petendo recognitionem characteris d. Principis, appositi in Biliettis, datis in Summario. Nec non pro simili recognitione illarum Epistolarum ejusdem, quas pariter exhibuimus in dicto Summario, & ad dictum effectum institerunt pariter coram eodem ad effectum cogendi Laurentium de Lamar, Agentem Principis Alberti, ad exhibendum illius characterem certum, cum quo postea per comparationem fieri posset recognitio dd. Epistolarum, & Biliettorum, ut videre est in dicto Summario.

In quorum executionem obtentum fuit Decretum, demandans ad dictum effectum Peritorum electionem. 22 Quibus in sequelam nominatis, cum postmodum dictus Laurentius de Lamar, Agens d. Principis, parendo mandatis Nuncii, exhibuerit characterem certum d. Principis. Hinc Periti, ut supra electi, per comparationem recognoscendo subscriptiones memorati Principis, appositas in dd. Biliettis, & Epistolis, medio ju-23 ramento declararunt, tales subscriptiones fuisse, & esse Principis Alberti Octavii de Serclaes Tilli, & recognosci potest ex eorum Peritiis, datis in Summario. Quibus absolutis, idem Nuncius Causam ad suos Judices remisit; In cujus Decreti executionem eadem Albertina post transportationem omnium Actorum à Sanctissimo Domino Nostro obtinuit remissionem præsentis Instantiæ super declaratione suæ legitimitatis ad hunc Sacrosanctum Consessum, coram quo citata fuit in Partibus d. D. Comitissa de Serclaes Tilli, prætensa secunda Uxor d. Principis, & deinde concordata fue-24 runt prædicta duo Dubia.

Incipiendo autem à primo, illud resolvendum vide-25 retur affirmativè, dum ex supra animadversis constat, Principem Octavium Albertum contraxisse cum ea matrimonium de mense Octobris 1702. coram Sacerdote, loco Parochi assistente ex speciali licentia Archiepiscopi Mechliniensis, & præsentibus tribus Testibus, ut concludenter justificamus in Summario.

Verùm quià dicta Alexandrina ad melius, & clariùs patefaciendam validitatem sui matrimonij, Parte citata, 26 exhibuit in actis Articulos probatorios, & jam fuit sese demandatum examen; Nec non fuerunt pariter relaxatæ Literæ Compulsoriales ad effectum formiter extrahendi diversa Jura, ad Causam facientia; Ideò differenda videtur resolutio dicti primi dubii, donec, & quousque 27 recipiatur, & terminetur examen dd. Testium, & fiat compulsatio Jurium, quibus mediantibus validitas dicti matrimonii palpabili evidentia ponatur in claris.

Transeundo autem ad secundum dubium, illius affirmativa resolutio per legitimam consequentiam inferri videtur ex supradicta facti serie, syncere narrata, & concludenter justificata, ex qua constat, quod Albertina nata fuit; saltem in figura matrimonij innegabiliter 28 putativi; contracti inter Personas generis nobilitate clarissimas, & consequenter omni jure reputari debet pro filia legitima, *quia ad effectum legitimitatis Prolis, & Successionis, satis est matrimonium putativum, quando concurrit bona fides Conjugum, vel alterius ipsorum, una* 29 *cum publica voce, & fama*, sunt verba *Rotæ in Caietana Matrimonii 28. Iunii 1683. §. Tum etiam coram Card. Matthejo*, & notant communiter Repetentes in *cap. Pervenit & in cap. ex tenore Qui filii sint legitimi, ubi Gloss. verb.* Legitimum, ibi *ex quo patet, quod sufficit bona fides alterius Parentis, ut Filii dicantur legitimi*, cum aliis apud *Sanchez. de Matrimon. lib. 8. disput. 34.* 30 *num. 46. & Rot. decis. 367. num. 22. part. 16. rec.* ubi *numer.* 18. post plures concordantes, ibidem allegatos, ad rem observat, quod ad effectum legitimitatis idem operatur Matrimonium verum, ac Matrimonium putativum; *& numer.* 20. quod Filii nati ex putativo Matrimonio, non solum comprehensi dicuntur in conditionem substituti, sed etiam veniunt appellatione filiorum, ex legitimo matrimonio natorum.

Non solum autem Albertina probat in præsenti, ipsam natam esse in figura Matrimonij, quod superabundat ad hoc, ut dicatur Filia legitima vigore Matrimonii putativi; sed ulteriùs demonstrat, quod Princeps Alber-31 tus Octavius, ejus Pater, recognovit, & tractavit uti suam legitimam Uxorem Principissam Alexandrinam, ejus Matrem, ut constat ex pluribus Epistolis, eidem tanquam ejus Uxori scriptis, & formiter recognitis à Peritis, servatis omnibus servandis legitimè electis, de quibus in Summario.

Quæ proinde Epistolæ tam contra d. Principem scri-

bentem, quàm contra habeotem ab eo causam, perfectam faciunt provationem, ut omissis generalibus, de quibus *Repetentes* communiter in *Cap. 5. de Fid. Instrum.* cum concordan. apud *Rotam decis. 984. nu. 1,* 32 *coram Emer. jun.* In præcisis terminis nostri Casus egregiè firmavit eadem *Rota in Viennen. Matrimonii 25. Junii 1703 §. Dominus Princeps vers. Ex dictis Epistolis coram Card. Scotto.*

Et quod magis est omnemque superlativam considerationem ad nostrum effectum meretur, per concludentissimas probationes demonstrat pariter, quod dicti Actus, & publici tractatus, nedum erant tales, & ad praxim reducebantur apud vulgares homines, gregatiorésque Milites, sed etiam apud supremos Exercitus Duces, & inter nobilissimas Personas, erant- 33 que ulteriùs dd. publici actus, & publiciora tractamenta, talis qualitatis, & naturæ, ut non nisi veræ Conjugi, & legitimæ Uxori convenire poterant, prout uniformi depositione, unoque ore deponunt multi qualificati Testes, ser. ser. examinati coram Vicario Generali Matritensi, de quibus in Summario. Quam circumstantiam in nostris punctualibus termiois extollit *Cyriac. controv. 272. num. 21. vers. Tanquam talis conversabatur etiam cum Mulieribus nobilibus.*

Tantæ autem efficaciæ, tantique roboris æstimantur à Doctoribus hujusmodi actus, & publici tractatus, ut pernecesse ex illis conclusa dicatur, & concludenter probata Prolis legitimitas; Talemque inducunt fortissimam, legalemque Matrimonii præsumptionem, ut transferant onus probandi contrarium in eum, 34 qui eandem legitimitatem impugnat, & in controversiam adducit, ut, post multos Concordantes, in puncto nostri casus firmavit egregiè *Rot. dec. 248. num. 4. coram Ludovis.* ibi — *Accedit, quod, ut dicunt iidem Testes, Marius, & Semidea se invicem appellabant, & tractabant uti Conjuges, quod facit tantam præsumptionem pro Matrimonio, ut transferat onus probandi in contrarium.*

Accedentibus præsertim communi reputatione, & communiori fama, publicè evulgata non in uno vel altero angusto Oppido, vel in angulo parvæ Civitatis, sed in pluribus Provinciis, multisque Regnis, dum 35 tam in Belgio apud omnes Nobiles, omnesque Catholici Regis Exercitus majores Officiales, & Supremos Duces, quàm in Hispaniarum Regois apud omnes Archiepiscopos, Episcopos, & primæ classis Magnates, aliasque nobiles Personas, semper reputata fuit, & ab omnibus tractara Albertina uti filia legitima dicti Principis Octavii Alberti, quæ omnia concludenter probantur in facto ex magno numero qualifi- 36 catorum Testium, de quibus in Sum. In Jure verò in magna habentur consideratione ab illis Doctoribus, quos citat, & sequitur *Cyriac. controvers. 272. à num. 19. usque ad num. 36.*

Imò eadem publica recognitio Albertinæ in filiam, facta à Principe Octavio Alberto, ex dictis reiteratis actibus, coram qualificatissimis Personis gestis, tales tantásque vires assumpsit, ut Serenissimus His- 37 paniarum Rex Catholicus licentiam impartitus fuerit eidem pro recuperatione nmnium paternorum bonorum, mediantibus Rescriptis, in illis supplicibus Libellis eidem Regi porrectis, in quibus affirmavit, ipsam esse filiam dicti Principis Alberti.

Cum ex his omoibus, præcipuè simul unitis, prout in qualibet materia faciendum esse advertunt *Clarlin. controv. 108. n. 68. Sperell. decis. 79. num. 30 & Rot. decis. 9. num. 18. & seqq. coram Arguell.* nullum remaneat dubium, Principem Albertum publicè, & pa- 38 lam se gessisse uti Maritum Principissæ Alexandrinæ, & eadem publicitate recognovisse in filiam Albertinam, non potest eidem denegari qualitas legitimitatis, ex supra allegatis, quibus addimus *Rot. coram Seraphin. dec. 1099. num. 2. & coram Pen. decis. 729. num. 6. & in par. 19. rec. decis. 668. num. 23.* ibi — *Concurrit desuper communis reputatio, & fama publica, ex Testibus probata, & adstipulatur, & favet quasi possessio legitimitatis, quæ elicitur ex agnitione, denominatione, tra-* 39 *ctatu, & communi voce, seu æstimatione, quæ sanè omnia cùm concludenter in facto probentur, superabundant utique ad probandum &c. & in Adjacen. Parochialis 12. Januarii 1714. coram Card. Falconerio §. Quo verò* ibi: *Præcipuè quia probatur successiva Conjugali tractatu, ac publica voce, & fama ac communi reputatione &c. quæ certò certius, quando non agitur principaliter de validitate Matrimonii, sed incidenter ad effectum probandi legitimitatem filiorum de Jure sufficiunt Innoc. &c. & §. Id quod,* ubi testatur de vera & communi opinione.

Quæ omnia adeò vera sunt, & uno ore concordant Doctores, quod id procedat, etiamsi tractu temporis contingat, Matrimonium declarari nullum, & invalidum: Quia non obstante, neque attenta tali posteriori declaratione, semper dicitur subsistere Prolis le- 40 gitimitas, ante talem declsrationem vigens, *Sperell. decis. 175. num. 29.* ibi — *Filii nati ex matrimonio putativo, quamvis illud sit nullum, & tale postea detegatur, sunt tamen, & nascuntur legitimi — Cephal. cons. 82. nu. 61. Dec. cons. 153. per tot. Menoch. de Arbitr. cas. 89. num. 56. Pont. de Matrim. lib. 11. cap. 2. §. unico, & seqq. & Rot. dec. 308. num. 26. coram Dunozett. sen.* ibi — *Non obstat, quod dicitur, sententiam Vicarii in eo saltem esse injustam, quia non declaravit filiam, post dictum Matrimonium natam, esse legitimam, cùm ad effectum, ut Proles legitima dicatur, sufficiat bona fides unius ex Conjugibus, licèt postea Matrimonium nullum es-* 41 *se detegatur — Quod procedit, etiamsi Soboles nascatur post litem contestatam super matrimonii invaliditate, & postea sequatur sententia annullativa,* & concordant *Barbat. in cap. 2. numer. 3. Qui filii sint legitimi, & Majol. de Irregular. lib. 1. cap. 5. num. 9. & 20.*

Quibus non adversatur reflexio, quod Hispaniarum Nuncius in nostro casu mediante dicto Laudo admiserit, & canonizaverit duntaxat Sponsalia; Quodque Princeps Octavius Albertus secundum Matrimonium 42 deinde contraxerit; ex quibus proinde non possit admitti bona fides Conjugum, & consequenter neque etiam habere possit locum Matrimonium putativum.

Ultra quod enim omnia ista sequuta fuerunt longè post nativitatem Dominæ Albertinæ; Ad effectum autem legitimitatis Prolis non solùm attenditur tem- 43 pus nativitatis, sed etiam tempus conceptionis, *Abb. in cap. 2. num. 6. Qui filii sint legitimi,* cum aliis *apud Bottiglier. de success. cap. 1. theorem. 4. num. 19. & Rot. decis. 86. num. 35. par. 12. rec.*

Respondemus, quod idem Laudum Hispaniarum Nuncii emanavit eo tempore, quo infelix Principissa Alexandrina, oppressa à notoria præpotentia Principis Alberti in Hispaniarum Regnis primaria exer- 44 centis munera, non potuit exhibere coram dicto Nuncio, nisi illa pauca Bilietta, data in Summ., quæ fere per miraculi speciem apud ipsam reperiebantur tempore, quo contrà ejus voluntatem reclusa manebat inter angustias Monasterii S. Bernardi *de las Ballegas* in Oppido Matriti.

Cumque postea eadem Principissa temporis beneficio tot, tantasque concludentes justificationes adduxerit, ex quibus concludenter justificata remanent, tam Matrimonii celebratio, quam recognitio ipsius in Uxo- 45 rem, & Albertinæ in filiam dicti Domini Principis Alberti, idem Laudum remanet notoriè nullum, & injustum.

Majori evidentia probata remanet insubsistentia dicti secundi matrimonii, ad effectum offuscandi qualitatem putativi respectu primi Matrimonii non solùm quia idem secundum Matrimonium fuit actus, gestus 46 in evidentem spretum appellationis, legitimè interpositæ, & litis, tunc temporis pendentis, ex justificatis in Summ. toto titulo Decretalium, *ut lite pendente Rot. dec. 116. num. 2. coram Bich. & decis. 132. num. 2. coram Cerr. & dec. 201. num. 4. coram Benincasa, & decis. 379. num. 3. & seqq. par. 18. & dec. 539. num. 3. par. 19. rec.* sed etiam quia in omnem casum ad nostrum effectum superabundat reflexio illa, quod ad probandam legitimitatem Prolis sat est bona fides Principissæ de tempore, quo concepit, & pepe- 47 rit Albertinam, non attenta prætensa mala fide Patris, seu Principis Alberti, ex late animadversis *per Bottiglier. de success. ab intest. theor. 4. n. 21. cum seqq. Card. de Luca de Dot. disc. 122. num. 4. & Matrimon.*

in

in Summ. num. 65. ibi: *Ubi enim bonæ fidei putativum sit Matrimonium, illud verè omnes operatur effectus, istum præsertim legitimæ Prolis, cujus favore unius tantum Parentum bona fides sufficit, alterius mala non curata: Quinimò neque positivè bona necessaria est, sed sufficit media, quæ positivè malam excludat, Rot. cor. Seraph. dec.* 1099. *num. 1. & in rec. dec. 367. num. 18. & 20. par. 16. & dec. 668. num. 23. par. 19.*

Procedunt hæc de toto Juris rigore ex supra animadversis, & tamen cum simus in terminis Matrimonii, ab annis supra viginti contracti, & uti legitimi publi- 48 cè, & palam reputati, etiamsi aliquod remaneret dubium, quod non credimus, in hoc dubio semper inclinandum esset, & respondendum pro legitimitate Prolis, juxta theoricam *Abb. in cap. Perrò de Divort.* quam sequuntur *Covarr. in Regul. possessor. par. 2. §. 8. num. 2.* 49 *de Regul. Jur. Guttier. de Matrim. cap. 71. num. 4. & de Just. de Dispensat. Matrim. lib. 1. cap. 7. numero 264. & seqq.* ubi quod favore legitimitatis Prolis opinio singularis unius Doctoris prævalet contrariæ communi opinioni.

Et bonam ad dictum effectum adducit rationem *Canonistarum Pater Innocent. in cap. Cum inhibitio num. 3. de Clandest. despons.* quia scilicet in favorabili materia 50 legitimationis Prolis non est nimis criticandum, vel subtilizandum ibi: *Non oportet circa hoc nimis subtilizare propter periculum illegitimatis filiorum, licèt ab initio multa sit diligentia adhibenda, sed ex post facto propter causam prædictam quantum potest, debet negligentia tolerari, & Innocentium* sequuntur *Honded. consil. 87. num. 59. tom. 1.* ibi: *Nec est multum subtilizandum pro illegitimitate filiorum, sed post factum quantum fieri potest, debet negligentia Parentum excusari, & Guttierez de Matrim. cap. 71. sub num. 8.* ibi: *Non oportet in hac materia multum subtilizare propter periculum illegitimitatis; Boss.* 51 *eod. tract. cap. 8. num. 50.* ibi: *Propter favorem Prolis, propter cujus illegitimationis periculum non debemus nimis subtilizare, ut docuit Innoc. &c. & num. 57.* ibi: *Propter Prolis favorem quoad legitimationem, de qua cum agatur, non est nimis subtilizandum.*

In omnem verò pessimum casum impugnari exadversò non potest rescriptum constare de matrimonio putativo, ad hoc, ut Proles sit declaranda legitima, me- 52 diante *responso affirmativo* ad secundum dubium, dilata resolutione primi. Quippe actus matrimonii, celebratus in Civitate Bruxellensi, in præsentia Cappellani Exercitus, & coram Testibus in numero opportuno inter Alexandrinam Sucre de Bache, & Principem Albertum Octavium, ex quibus nata est Albertina; Geminatæ confessiones dicti Principis, per quas agnovit semper Alexandrinam in suam legitimam Uxorem, Albertinam verò in suam legitimam filiam: Tractatus publici apud Nobiles, & celsas, imò celsissimas Personas in pluribus Provinciis, & Regnis, manifestum efficientes, quod eadem Alexandrina non aliter credidit, aut credere potuit, quam se esse legitimam Uxorem dicti Principis, & matrimonium fuisse ritè, 53 & rectè contractum; Fama denique indistincta, & universalis opinio, etiam apud Supremos Principes super dicto matrimonio legitimè contracto, & multa alia idem comprobantia satis superque fuerunt supra comprobata.

Nec æquivoca, quibus abundant, contrariæ Scripturæ apta unquam esse possunt ad offuscandam parentem præmissorum omnium veritatem; Nam criticatio 54 illa; quod Alexandrina non fuerit constans in expressione nominum, & numeri Testium, qui fuerunt celebrationi matrimonii præsentes, nec etiam in expressione illius Sacerdotis, seu Cappellani Exercitus, coram quo celebratum fuit matrimonium, frigescit, quia in petitione, emissa coram Ordinario Pampilonen. licet de duobus tantùm Testibus narratio facta fuerit, ex quo talis numerus, simpliciter necessarius est ad validitatem matrimonii, juxta disposita in *Conc. Tridentino sess. 24. de reformat. matrim.* non exindè repugnat, quod posteà expressus extiterit major numerus, usque nempè ad trinum Testem, dum coram dicto Or- 55 dinario mentio Testium est de illis duobus, quos secum duxit Princeps, ut matrimonio intervenire debuissent, ibi: *e di due Testimonj, che il detto Signor Prencipe a quest' effetto condusse*: Inter quos meritò comprehensa non fuit Antonia Sucre de Bache, Mater dictæ Alexandrinæ, quia hæc non erat ab extra vocanda, sed præsens erat cum filia, matrimonium contractura; Juncta itaque dicta Antonia Matre cum aliis duobus Testibus, & explicato illius nomine in supplici Libello, porrecto SS. D. Nostro, & in aliis successivis 56 actibus, rectè fuit dictum, quod actus matrimonii celebratus fuit coram trino Teste, duobus nempè conductis à Principe, & alio, qui jam Domi ilabat, & sic cessat contraria criticatio, & statim evanescit omnis somniata variatio.

Prout eadem claritate statim pariter cessat respectu Cappellani Exercitus. Alexandrina enim, & multo minus Albertina non tenebantur scire proprium no- 57 men dicti Cappellani, & an haberet aliud Pronomen, prout de facto nuncupatur de Ratremhoy, multoque minus tenebantur antecedenter scire nomina, & cognomina Testium, juxta theoricam *Felin. in cap. Cum causam num. 11. de Testib.* ibique *Abb. num. 16. in fine Bald. in rubric. de Fide instrum. num. 11.* cum aliis apud *Ansald. de Commerc. & mercatur. disc. 24. num. 30. & seqq.* Sed satis fuit ut adfuerint Testes, & constabit ex Libris 58 Cancellariæ Episcopalis, quod Sacerdos præstiterit matrimonio præsentiam de licentia Ordinarii, & meliùs constabit ex fide Matrimonii, & aliis scripturis priùs existentibus in manu Principis Alberti, & deindè occupatis à Principe ejus fratre.

Ejusdem insubsistentiæ est alia infirmitatis difficultas quod Alexandrina non introduxerit Litem coram Or- 59 dinario Pampilonen. nisi super Sponsalibus, & de istis etiam loquuta fuerit in Compromisso.

Quo enim ad Litem super solis Sponsalibus, respondemus, inferri exadversò vim, & injuriam veritati, supponendo factum penitus erroneum, & insubsistens, 60 quia literis claris, rotundis, & sonoris legitur in Summario. Litem fuisse motam, & introductam super præstatione obsequiorum matrimonialium, attento matrimonio ritè, & rectè celebrato, & consumato, ibi: *Contrassero con effetto matrimonio nella Città di Bruselles per il mese di Ottobre dell'anno 1702. avanti di un Sacerdote, e di due Testimonii, che il detto Signor Prencipe a quest' effetto condusse, ed essendosi successivamente consumato il matrimonio &c.* quod mirificè comprobat mandatum Procuræ confectum per Alexandrinam ad effectum introducendi Litem super dicta præstatione obsequiorum 61 matrimonialium, ibi: *ed in sua essecuzione il detto Signor Prencipe avvisò detta Signora Comparente in un giorno di cui presentemente non si ricorda, ma sà che saranno da sei anni in circa, che si portasse in sua Casa a fine di celebrare il matrimonio, che avevano trattato, ed essendo andato un Ecclesiastico, che il detto Signor Prencipe teneva prevenuto, si sposò in presenza di due Testimonj secondo lo stile di quel Paese.*

In ordine verò ad Compromissum æquivocatur exadversò, quia suppletis verbis, ex incuria forsan Impressoris omissis in Summario Partis, comperitur statim, 62 quod intentio, & voluntas Alexandrinæ alia non fuit, nisi compromittendi super concernentia matrimonium, tanquam de præterito contractum, & in illius sequelam obtinendi præstationem obsequiorum matrimonialium, ut patet ex illis verbis Processus Pampilonen. *Facendo istanza, che si avessero ad unire insieme, e far vita maritale*, quæ verba non possunt ullo modo detor- 63 queri ad Sponsalia, neque adducere possumus alia verba clariora ad demonstrandum, quod voluntas Alexandrinæ semper fuit una, & eadem, semperque directa ad obtinenda obsequia matrimonialia à Principe, tanquam ab ejus legitimo Viro.

Non attenta replicatione, quod Apostolicus Nuncius in Hispaniarum Regnis, & Judex Compromissarius, ab utraque Parte electus, Laudum tulerit, con- 64 demnans Principem ad dotandum, vel in Uxorem ducendam Alexandrinam, quod importat Sponsalia, & non matrimonium; Et rursum fuisse Laudum hoc acceptatum, quando nomine dictæ Alexandrinæ petita fuit de anno 1717. assecuratio Dotis, & assignatio Alimentorum in Bonis defuncti Principis sub fundamento ejusdem Laudi.

Respectu enim dicti Laudi, rogamus reflectere in facto

quod illud promulgatum fuit non solùm sine ulla citatione Alexandrinæ, sive illius Defensoris, sed quod 65 magis est, & non sine dolore referimus, absque ulla extrajudiciali notitia, vel scientia dictæ infelicis Principissæ, tunc temporis ex violentissimia operationibus ejus Viri reclusæ intra muros Monasterii S. Bernardi *de las Ballegas*; Citatio enim in quolibet actu necessaria est de Jure Divino, illiusque defectus, qui in casu nostro palpatur manibus, non solùm reddit Laudum nullum, sed operatur, ac si illud non emanasset ex adductis per *Gratian. discept. for. cap.* 162. *num.* 3. & firma-66 tis in puncto per *Rot. dec.* 128. *num. fin. part.* 16. *rec.* Ex quo insanabili defectu Citationis, Causa remansit in eisdem terminis, in quibus sub positiva Inhibitione contra Principem præsentata reperiebatur ante Laudi promulgationem.

Quibus attentis poni possunt ad partes omnia ea, quæ exadverso lato calamo dicuntur de viribus ejusdem Laudi, & debet reputari Causa pendens in gradu appella-67 tionis à Decreto Ordinarii Pampilonen. & cum positiva Inhibitione formali contra Principem: ne aliquid innovari posset, nisi mediante authoritate legitimi Judicis ser. ser. procedentis, ut de dicta Inhibitione doce-68 mus in Summario; Attenta proinde dicta notoria nullitate Laudi ex eodem insanabili defectu Citationis ab illo neque erat appellandum, ex firmatis per *Rot. dec.* 200. *num.* 13. & 14. *coram Durano*, ubi quod tale Laudum nunquam assumere potuit vires legitimi Judicati.

Respectu vero prætensæ acceptationis dicti Laudi coloratæ verbis cujusdam Sententiæ registratæ in contrario Summario, directè repugnantis tot. tantisque actis 69 judicialibus, & extrajudicialibus factis ab Alexandrina, supplicamus cavendum esse à tali supposita Sententia, quia est quædam Cartula, seu Scartasaccium, nullam habens imaginem legalitatis, fuitque extracta, Parte non citata, & sine aliqua Compulsoria; Unde nihil probat, & reputanda venit nullius fidei ex vulgatis.

Nihilque etiam relevaret, quando etiam adduceretur in forma probanti ex illa Indubitata conclusione, quod ad effectum inducendi ratificationem actus præju-70 dicialis, signanter in persona Mulieri, non solum requiritur speciale, mandatum Procuræ, sed insuper ad hoc, ut ratificatio pernecesse referri debeat ad actum præjudicialem, ratificatum, à Ratificante, haberi debet scientia clara, & specifica nullitatis, & justitiæ, ut in puncto nostri casus firmavit Rot. *decis.* 412. *num.* 34. *par.* 16. *recent.* & generale est in qualibet materia ex adductis à *Gratian. discept.* 162. *num.* 3. & firmatis per *Rot. decis.* 432. *num.* 28. *coram Bich.* & *decis.* 421. *numero* 17. *coram Priol.* & *decis.* 80. *à num.* 6. *part.* 11. *recentior.* Præsertim quia non docetur de d. speciali mandato Alexandrinæ, nec constat quomodo conceptus fuerit Libellus, seu Instantia pro assecurandis Bonis defuncti 71 Principis, quæ assecuratio erat etiam compatibilis cum instantiis, & lite pendente super validitate matrimonii, & per modum provisionis, ut infelix Principissa haberet aliquem modum obtinendi sua alimenta; Addito, quod in omnem casum, si jam de illo tempore Albertina filia, fuerat reputata, & reputanda erat legitima ex omnibus actibus præcedentibus, utique in sui præjudicium omnis instantia, quæ supponeretur facta à Matre nullo modo substineretur, ut optimè *Rot. in Romana Filiationis* 23. *Januarii* 1683. §. *Minusque coram Card. Caccia*.

Ejusdem insubsistentiæ est alia exceptio exadverso 72 exagerata contra Epistolas, scriptas à Principe, & servatis omnibus servandis formiter recognitas per comparationem, in qua prætenditur non adfuisse certitudinem charatteris d. Principis.

Pro dilucidatione siquidem contrarii æquivoci recurrendum est ad factum, in quo constans est, quod Epistolæ Principis erant duplicis speciei; Aliæ scilicet continentes Sponsalia, & hæ sunt illæ, quæ fuerunt productæ de anno 1708. coram Ordinario Pampilonen. cum quarum tenore emanavit Laudum; Aliæ verò im-73 portantes matrimonium, & reiteratas confessiones Principis agnoscentis Alexandrinam in veram Uxorem, & Albertinam in propriam Filiam, & istæ ultimæ fuerunt productæ de anno 1722. ut recognosci potest ex Summario, ibi: *Perciò supplico V. S. Illustrissima &c. ordinare che si comprovino le predette Lettere &c. prodotte in questi nuovi atti con quelle che stanno nel Processo antico, e con quelle che saranno in potere degl' Eredi del detto Agente*.

Habemus etiam in facto, quod nullis repertis Testibus, qui possent recognoscere characterem Principis, & stante præcisa necessitate recurrendi ad recognitionem 74 per comparationem, fuit judicialiter institum cogi, & compelli hæredes Jo: Stephani de Zagamas, qui fuerat Agens d. Principis, & habebat illius characterem certum, ad faciendam exhibitionem coram Judice de tali charactere, & fuerunt obtenta decreta opportuna, data in Summario, in cujus decreti sequelam Laurentius de Lamar metu mandati Judicis, uti hæres dicti Joannis Stephani de Zagama, qui fuerat Agens Principis, exhibuit Epistolas continentes ipsius characterem certum. Ex quarum confrontatione peracta fuit recognitio per Peritos à Judicibus deputatos.

Quibus retentis, absque ullo juridico fundamento objicitur exadverso, quod non constet de charactere certo, quodque Epistolæ Principis redargutæ fuerint de 75 falsitate de anno 1708. coram Ordinario Pampilonen. Quia certitudo characteris est innegabilis, uti resultans ex Epistolis, scriptis à Principe dicto Zagamas, ejus Agenti, & exhibitis ab hæredibus metu mandati Judicis, quod excludit omnem fraudem, & suspicionem fraudis, & sic distat benè facta recognitio per comparationem ob deficientiam Testium *Rot. decis.* 57. *numero* 3. *vers. verum coram Caprara*; Prout innegabile pariter 76 est, quod super his Epistolis, non cadit exceptio, deducta coram Ordinario Pampilonen. de anno 1708. dum fuerunt productæ longè post, de anno nempe 1722. coram Hispaniarum Nuncio, ut supra probatum est.

Sicuti autem ex prædictis imminui nequit fides probationi, desumptæ ex dictis Epistolis, recognitis per Peritos judicialiter electos, ita labor est desperatus 77 Partis impugnandi tot alia probationum genera, quibus mediantibus manifestè convincitur celebratio Matrimonii: Maximi siquidem momenti est depositio Nobilis Mulieris Antoniæ Sucre de Bach, quæ licet esset Mater Alexandrinæ Matrimonio junctæ cum Principe, absque dubio admittitur ad probandum dictum Matrimonium, ex adductis ab *Avers. de Sacr. Matrim. quæst.* 6. *sect.* 3. *versic. Communis fol.* 353. *Reut. de Sacr. Matrim. tract.* 8. *cap.* 3. *sect.* 4. *quæst.* 12. & *Trullench. de Sacram. lib.* 7. *cap.* 6. *dub.* 6. *num.* 2. Imò cum eadem Antonia sub hac depositione objerit, plenam constituit probationem 78 ex firmatis per *Rot. dec.* 321. *num.* 8. & 9. *coram Merlin.* & *dec.* 8. *num.* 43. & 44. *coram Arguell.* & *dec.* 832. *num.* 9. *coram Cerro*, & *dec.* 201. *num.* 10. & 11. *par.* 12. *recent.* & *in Romana, seu Asculana Cambii* 2. *Decembris* 1710. §. *Nam cum coram Crispo*, ibi: *Ita quod si Testis prædictus, non retractata ejus depositione decesserit, etiamsi formiter non fuerit examinatus, adhuc plenam fidem obtinet*.

Quod si dictis Epistolis Principis, necnon depositioni Antoniæ, jungantur innumeri Testes, uno ore di-79 centes, celebratum fuisse Matrimonium inter Alexandrinam, & Principem, & Conjuges per pluresannos se tractasse, tanquam authoritate Ecclesiæ Matrimonio junctos, nullamque Personam ausam fuisse asserere contrarium, seu revocare in dubium dicti Matrimonii veritatem, & validam celebrationem, collecto, & in unum considero omnium dictarum probationum genere, ut in omni materia faciendum esse monent adducti per *Rot. dec.* 9. *num.* 18. & *seqq. coram Arguell.* & *in Firmana, seu Senogallien.* 27. *Junii* 1718. §. *Præmisso coram Corio*, remanere videtur superlativè justificata d. Matrimonii celebratio.

Ex qua superlativa probatione dicti Matrimonii illud oritur invincibile argumentum, quod spernendæ 80 sint contrariæ objectiones, desumptæ ex prætextu defectus præsentiæ legitimi Parochi, cujus personam supplere nequiverit Cappellanus Exercitus propter Edicta, publicata ab Ordinario, ut exadverso asseritur.

Objectum enim funditus, & in radice tollitur, ponderando, quod in casu nostro ad qualificandam, & integran-

grandam Personam dicti Cappellani Exercitus, adfuit [81] præcisa, & specialis licentia ejusdem Ordinarij, de qua deponunt duo Testes, bene informati; Nec juvat Parti replicare, quod de hac licentia non constet per illius exhibitionem; Ipsa enim Comitissa Adversaria, quæ in hac Causa substinet partes Actricis, prætendens actum celebrationis Matrimonij fuisse ex hoc defectu præsentiæ Parochi nullum, tenetur id concludentissimè [82] probare ad *Text. in l. Actor Cod. de Probation.* & firmata per *Rot. dec. 109. num. 15. par. 15. rec. & in Tusculana 27. Junii 1695. §. Verùm coram Card. Priolo*.

Quæ cùm ita sint, irrito conatu prætendit eadem Comitissa, quod ejus assertum Matrimonium possit validum declarari, Etenim quando etiam per insubsistentem hypothesim de mero possibili admitteretur, quod adversùs omnia Jura, non expectatis, neque completis probationibus, quæ ad comprobationem dicti primi Matrimonii, fieri debent in Partibus ex speciali facultate hujus Sac. Congregationis, posset declarari invalidum [83] primum Matrimonium, non exindè esset sperabilis declaratio validitatis, & subsistentiæ secundi; Constat siquidem evidentissimè, quod celebratum fuit attentatè, nulliter, & sub erroneo fundamento Laudi, necdum nulli ipso Jure ob insanabilem defectum citationis, sed quod magis est occulti per longum tempus; Quoties ergo pendebat, & adhuc pendet Lis super validitate primi Matrimonii, urget motivum pro nullitate secundi, celebrati lite pendente, & in evidentem spretum Inhibitionis tam Canonis, quàm Judicis.

Defensores Contrarii non valentes dissimulare nec validitatem primi, nec nullitatem secundi, conantur assumere arduam Provinciam dicendo, quod etiam in [84] casu, quo primum esset certum, adhuc Proles nequeat declarari legitima ob malam fidem resultantem ex Edictis prohibentibus Cappellanis Exercituum Milites in Matrimonium conjungere.

Cessat autem omnis difficultas ex mero facto, dum probavimus in Summario eundem Cappellanum munitum extitisse speciali Licentia Ordinarii Mechliniensis. Ad exuberantiam verò dicimus nonnisi eum maxima exorbitantia prætendi exadverso, quod ex hoc [85] capite possit resultare dolus, & mala fides in Muliere, quæ suaptè natura verecundæ, non solent neque interrogare Sacerdotem assistentem matrimonio, ab ipsis celebrando, an ille sit Parochus, vel Cappellanus, vel alias habens facultates; Ad effectum autem probandi dolum, & malam fidem requiritur prava, & studiosa voluntas occultandi impedimenta dirimentia, quæ matrimonii validitati obstare possent. Posita proinde dicta bona fide Mulieris, nil aliud requiritur ad legitimationem Prolis, etiamsi ex parte Patris verificetur mala, imo pessima fides; ut probavimus suprà, & addimus punctuales resolutiones hujus [86] Sacræ Congregationis in *Tornacen. Legitimitatis 24. Maii 1681. quæ est in lib. 31. Decr. hujus Sacræ Congregationis fol.* 400. in qua disputato sequenti dubio: *An nati ex dicto matrimonio, mala fide Patris, & bona fide Matris, sint legitimi*, idem dubium resolutum fuit *Affirmativè*.

Non attenta reflexione, quod fuerint omissæ denunciationes, per quas poterat defectus facultatum in Cappellano exercitus, & sic ista negligentia arguat dolum excludentem bonam fidem; Objectio enim non potest [87] esse magis frivola, necdum qui recurrit hic responsio supra adducta, & innixa speciali Licentiæ habitæ ab Ordinario, quæ importat dispensationem à denunciationibus quarum defectus nullatenus aptus est importare matrimonii nullitatem juxta firmata per *Sacram Rotam in alia Mechlinien. Matrimonii 5. Martii 1665. §. Nec urget coram Cerro* inter ejus impressas [88] *in 845. num. 11.* Et generaliter, quod omissio denunciationum non obstet validitati matrimonii observant adducti per eandem *Rot. dec. 1099. num. 4. cor. Seraphin. & dec. 530. num. 55. coram Burrat. & dec. 273. n. 31. par. 6. rec.*

Ultra quod nimis improprium est prætendere, quod per denunciationes matrimoniales apparere potuisset defectus potestatis in Cappellano Exercitus, dùm [89] denunciationes non sunt ordinatæ ad detegenda hujus generis impedimenta, sed illa, quæ possunt esse nota Populo, & proinde cum occultum esset, & de futuro contingenti, quod loco Parochi debuisset assistere Cappellanus Exercitus, & magis occultum esset, an ille munitus esset Licentia Ordinarii, vel sine illa; Inde consequimur esse exorbitantissimum, quod per dictas denunciationes potuerit revelari id quod cadere non poterat sub notitia Populi. Eoque magis quia opinio, vigens in Populo tempore contracti matri- [90] nii erat contraria Edictis, quæ non probatur exadverso fuisse promulgata in Belgio de tempore contracti nostri Matrimonii, & ex hac parte docemus, quod ibidem communiter credebatur posse validè celebrari Matrimonia Militum coram Cappellano Exercitus ex adductis in Summario.

Poterat omitti Fides Baptismatis cum illa additione facta à Parocho recusante scribere Filiam uti legitimam, eo quia ei authenticè non constabat de validitate Matrimonii. Talis enim additio detegitur nimis affectata, eo quia non est necesse, ut Parochus [91] exprimat qualitatem legitimi in Filio, baptizato sub expressione nominum Patris, & Matris; Imo retorquetur, ex quo si fuit facta expressio dd. nominum, signum est evidentissimum, quod Proles erat legitima quia satis notum est Filios bastardos baptizari suppresso nomine Patris; Neque est verisimile, quod Princeps tempore nativitatis Albertinæ opere, & sermone potens in Belgio ubi erat Supremus Dux Exercitus Catholici [92] Regis permisisset dictam seriam, & claram assertionem Matris, & Aviæ — *Nota quod Mater Prolis, item Mater Matris asserunt, verum esse Matrimonium inter eos*, si eadem expressio, & seria assertio non fuisset vera, ut Consideranti patet.

Prout etiam poterat omitti quod Princeps in suo asserto Testamento vocaverit Prolem illegitimam. Primò quia negatur absolutè legalitas particulæ dicti as- [93] serti Testamenti, quæ extracta est lite pendente, sine Compulsoria, & Parte non citata, & quod plus est, neque etiam fuit recognita in Urbe.

Secundò quia etiamsi esset vera dicta particula, adhuc non suffragaretur, ex quo Princeps procedere potuit in hac parte sub credulitate Laudi, notoriè nul- [94] li ex defectu insanabilis citationis ex probatis supra, & sub tali supposito vocare potuit Filiam illegitimam.

Tertiò, quia, ut fuit articulatum in actis, Princeps non erat amplius compos suæ mentis, quando prætenditur axarasse Testamentum in favorem Comitis- [95] sæ, quod fiet manifestum ex probationibus in Partibus faciendis, mediante speciali facultate Sac. Congregationis.

Quartò denique, quia talis assertio Patris non est apta præjudicare nec Alexandrinæ, nec Albertinæ juxta magistrales *Sac. Rotæ Decisiones in dicta Romana Filiationis 23. Januarii 1683. §. Minusque, & sequen.* [96] *& 4. Februarii 1686. §. Pariter, & seqq. cor. Card. Caccia*, quæ sunt in terminis fortioribus, assertionis nimirum Patris, & Matris insimul circa Filii illegitimitatem, quam Sac. Rota noluit attendere in conflictu aliarum probationum, quæ adductæ fuerunt ex parte Filii, de cujus legitimitate dubitatur.

Cæterum illud unum ad coronidem non est prætereundum, quod si Procuratores de Partibus, ut plurimum imperiti aliquid commisissent in eorum petitionibus, & Instantiis, quod importaret, aut importare posset, Princi- [97] pissas non fuisse accuratè defensas, & irrepsisse verba, & expressiones minùs legales, ut signanter usurpando Nomen Sponsalium, quando intelligebant de Nuptiis, & de Matrimonio; dignentur EE. PP. id referre non in præjudicium Nobilium, & Innocentium Mulierum, destitutarum in illis temporibus omni humano auxilio: Imò dignentur potiùs ex hoc dignoscere quales, & quantas Princeps Albertus potentia, & fama terribilis adhibuerit artes, & violentias ad effectum suffocandi bonum Jus Alexandri- [98] næ clausæ intrà muros claustralis Monasterii, & sublimi, Excelsaque Pietate Sac. Majestatis Regis Catholici de alimentis provisæ, ac tractatæ uti Principissa de Iserclaes Tilli cum titulo Excellentissimæ [99] ab omnibus Hispaniæ Proceribus, prout usque in hodiernam diem tam d. Alexandrina, quam Albertina his apud omnes Archiepiscopos, Episcopos, & Magnates gaudent justis honoribus, & qualificatis titulis.

Die

100 Die 27. Julii 1726. proposita Causa in Congregatione Concilii sub sequentibus duobus dubiis.

101 I. *An constet de primo matrimonio vero in casu &c.* & quatenus negativè, *an constet de validitate secundi in casu &c.*

102 II. *An saltem constet de primo Matrimonio putativo, ad hoc, ut Proles sit declaranda legitima in casu &c.*

103 *Nulla capta fuit resolutio, sed responsum* Dilata.

DISCEPTATIO XXXVI.

Neapolitana Censurarum.

PRO

Promotore Fiscali Curiæ Archiepiscopalis.

CUM

Petro Assandro.

ARGUMENTUM.

In Notoriis quando possit Ordinarius procedere ad declarationem Censurarum à Jure inflictarum contra exemptos, cum, vel sine citatione.

CLericus Nicolaus Stramadia Neritonen. Diœcesis, commorando in Civitate Neapolis ex causa studiorum, admissus fuit ad servitium Ecclesiæ Sancti Jacobi Hispanorum ejusdem Civitatis, ibi cum aliis Clericis assistendo, & inserviendo sub Regimine Petri Assandri Cappellani majoris ipsius Ecclesiæ, cui etiam præstabat famulatum pro ejus domesticis curis, assiduum quidem, sed taliter inter eos concordatum, ut eidem Clerico impedire non deberet prosecutionem studiorum.

Verùm Cappellanus major abutendo famulatu hujus Clerici, juxtà conditionem adeò strictam, quod contra tenorem pacti rumperet illi cursum studiorum; eundem Clericum, tempus studendi perdere nolentem, ab ipsius famulatu non solùm dimisit, sed imò licentiari fecit ab Ecclesiæ servitio ad vindictam, prohibendo insuper aliis Clericis Ecclesiæ, ne illum amplius tractarent, & ulterius significare faciendo eidem Clerico à servitio dimisso, ne amplius ad Cubicula aliorum Clericorum, imò ad ipsam Ecclesiam accedere amplius auderet.

Cùm autem accidisset, quod iste infelix Clericus, causa audiendi Missam, die 24. Aprilis 1708. intrasset in Ecclesiam Sancti Jacobi, & propè ejus Sacristiam expectaret aliquem Sacerdotem celebrantem proximè egressurum, Cappellanus major illum sibi repertum, suadente Diabolo, alapa gravissimè percussit in maxilla finistra, & calcibus etiam invasit, effectu tamen frustratis solertia Clerici, sese retrahentis, quod facinus secutum est hora 14. tempore proximo celebrationi Divinorum, adstantibus multis Clericis, Presbyteris, nec non Sæcularibus, partim in Sacristia, & partim in Ecclesia, omnibusque publicè videntibus, & audientibus percussionem Clerici, & respectivè sonitum; & crepitum percussionis.

Habita notitia hujus notorii delicti per Curiam Metropolitanam Archiepiscopi, ista incontinenti citavit multos Clericos, & inservientes prædictæ Ecclesiæ S. Jacobi ad perhibendum testimonium veritatis pro efformando Processu extrajudiciali ad instructionem ipsius Curiæ, quia verò hujusmodi Personæ, tanquam dependentes ab ipso Cappellano majore, accedere noluerunt ad deponendam veritatem delicti, ob eorum contumaciam fuerunt per Curiam Archiepiscopalem censurarum vinculo innodati, à quibus tamen unus ex illis qui postea comparere non detrectavit, absolutus remansit dummodo testimonium veritatis perhiberet.

Post hæc examinato hoc Teste, nec non tribus aliis, quorum ultimus est sæcularis, & constito ex illis de qualitate delicti notorii Cappellani majoris; Curia Metropolitana dictum Cappellanum majorem declaravit incursum in Censuras, contentas *in Can. si quis suadente 17. qu. 4. & in cap. Cùm pro causa de sentent. excommunic.* ob percussionem notorii Clerici factam magno cum Populi scandalo, & mandavit expediri, & affigi Cedulones, prout affixi fuerunt.

Quas tamen Censuras publicè neglexit Cappellanus major, dum se tuendo assertis Privilegiis exemptionis affigere non erubuit in publicis locis Civitatis Neapolis suos contra Cedulones, seu nonnulla Folia manuscripta, in quibus cantabat somniatas nullitates Censurarum non sine Populi admiratione, & scandalo; Imò ab illa die, qua Clericum percussit sacrilega manu Divina tractare nunquam intermisit.

Delata controversia ad hanc Sacram Congregationem placuit Eminentissimis Patribus ordinare transmissionem Processus, & suspendere Censuras usque ad exitum causæ; Unde transmisso hodie dicto Processu disputari contingit super infrascriptis tribus dubiis.

Primum: *An Censuræ, latæ, seu Declaratoria contra Cappellanum majorem Ecclesiæ Sancti Jacobi Nationis Hispanorum à Curia Archiepiscopali Neapolitana substineantur, non obstantibus privilegiis concessis à sanctæ memoriæ Clementi VII. Gregorio XIII. & Sixto V. in casu &c.*

Secundum: *An præceptum de comparendo ad ferendum testimonium veritatis latum à d. Curia contra Clericos, & Inservientes dictæ Ecclesiæ substineatur, non obstantibus iisdem privilegiis in casu &c.*

Tertium: *An Eminentissimus Archiepiscopus, seu ejus Curia potuerit denunciare, seu declarare excommunicatos dictos Clericos, ac Inservientes ejusdem Ecclesiæ in vim dicti præcepti in casu &c.*

Aggrediendo itaque examen prioris dubii, illud affirmativè resolvendum videtur, ad quem effectum præmittere oportet, percussionem Clerici Stramadiæ, factam per Cappellanum majorem cum alapa in facie, juncto conatu ad offendendum cum pede, fuisse delictum omnino notorium, seu notorium facti, cujus notorietas in casu isto resultat ex illis tribus circumstantiis copulativè requisitis per Doctores ad effectum causandi Notorium, scilicet ex loco, ex tempore, & ex multitudine hominum Loci, ubi delictum commissum fuit juxta theoricam *Innocen. in cap. Tua nos de Cohabitatione Cleric. & mulier. num. 4.* ibi: *Notorium verò deprehenditur loco, quia fit in publico &c. & propter Adstantes, qui sunt multi &c. præterea tempore, puta die, non nocte. Calderin. in cap. Vestra eod. tit. nu. 44.* inter *Repetent. Canon. diverf. tom. 4. fol. mihi 211. à tergo*, ibi: *Notorium facti deprehenditur ex tribus, scilicet ex loco, quia id factum fuit in Loco publico &c. Secundò ex multitudine, quia omnes, vel major pars Personarum Loci fuit præsens &c. Tertiò deprehenditur Notorium facti ex temporis qualitate, quia de die id factum est, non de nocte*: sequitur *Panormit. num. 16.* ibi: *Communiter dicitur, quod ex tribus causatur notorium, ex hominum scientia, & Loci, ac temporis qualitate*, & concordant *Sayrus in Thesaur. casuum consc. lib. 2. cap. 12. num. 19. in fine Monet. de Conservator. cap. 7. num. 123. & seqq. Mascard. de Probat. conclus. 1101. nu. 16. Diana coordinat. tom. 5. tract. 2. de censur. resol. 58. nu. 3. & Pignatell. consult. 120. sub num. 3. vers. Quod discretus tom. 10.*

Et sanè concurrit in præsenti circumstantia Loci, qui erat publicus, & immunis, nempe existens inter Ecclesiam, & Sacristiam, ut deponunt Testes, pro informatione Curiæ examinati, ibi: *sotto l'Archi del Formale, e proprio vicino alla Porta della Sacristia*, & ibi: *sotto detti Archi del Formale luogo immune*: Unde ex hac qualitate Loci publici inferri notorietatem delicti, præter superius adductos notant, *Cespedes de Exempt. Regul. dub. 237. nu. 5. & 6. Matthæuc. Sanc. de Re crim. controv. 29. nu. 2. & 3. Lessius de Justit. & jur. lib. 2. cap. 11. dub. 13. num. 73. Ugolin. de Censur. tabula 1. cap. 13. §. 7. num. 4. in fine, de Angel. de Delict. par. 1. cap. 126. sub num. 2.* & melius *Pignatell. dicta consult. 120. num. 1. & seq. tom. 10.* loquens in terminis percussionis Clerici, secutæ in Aula Capitulari, non obstante, quod ejus ostium clausum foret.

Concurrit ulterius circumstantia temporis, quo delictum patratum fuit, nempe hora 14. diei 24. Aprilis, ut pariter deponunt relati Testes in Summario, quod sanè tempus maximè comprobat Notorium facti, quod tempore diurno magis spectabile redditur oculis adstantium, nec potest celari prout contingit in tenebris noctis, ut pariter advertunt *Crispold. cas. militar. 14. nu. 12.*

Graf-

Graffet. de nece proditor. §. 29. num. 270. Reynald. observat. crimin. tom. 3. cap. 32. supplet. 4. num. 115. & Monacell. in Formular. tom. 1. tit. 6. formul. 20. nu. 25.

Et demum accedit circumstantia delicti commissi in præsentia Multorum, qui reperiebantur in Loco, quæ circumstantia, ultra quod sufficienter probatur ex natura rei, dum agebatur de Ecclesia publica, & de Loco, existente inter Ecclesiam, & Sacristiam, ubi de mane hora 14. diei 24. Aprilis pernecesse Ecclesia esse debebat plena Populo, & Sacristia plena Ecclesiasticis, ex quo hujusmodi tempus erat destinatum celebrationi Missarum, & Divinorum, ut hæc circumstantia resultat ex depositione Testium, & in hac materia notorii, & multitudinis Populi, Judex attendere debet ad verisimilitudinem, aliasque circumstantias, ut inquit *Innoc. in d. cap. Tua nos num. 4. de cohabit. Cleric. & mulierum*, ibi: *Præterea tempore, puta die, non nocte, & in multis aliis circumstantiis, quas discretus Judex videbit: Sayrus in Thesaur. cas. consc. lib. 2. cap. 12. num. 19. vers. Quod arbitrio, Menoch. de arbitrar. libro secundo, casu 166. numero octavo*.

Adhuc manifestè concluditur præallegata circumstantia ex uniformi dicto Testium, qui ultra depositionem de visu proprio, deponunt etiam, delictum fuisse commissum in præsentia multorum, tam Ecclesiasticorum, quàm Sæcularium, in Ecclesia, & Sacristia existentium, ut præcisè loquitur tertius Testis, ibi: *E questo fatto lo possono deporre molti, che lo viddero, particolarmente Emanuelle Valdes, il Clerico Pietro di Giacomo, il Clerico Giuseppe Palazzo, il detto Clerico Giovanni Angelelli, il Clerico Cosmo Amorosa, Andrea Castiglione, il Clerico Nicola Manna, il detto Giosephe Servitore, ed altri secolari, che non mi ricordo*, & concordat quartus Testis, ibi: *E questo fu un fatto publico, e notorio, e lo possono deponere gl'altri Clerici della Chiesa, che lo viddero, ed altri secolari, de quali non sò il nome*; qui duo Testes præcisè deponentes, delictum fuisse commissum in præsentia multorum Ecclesiasticorum, & Sæcularium, sufficiunt ad perfectè probandum notorium facti, juxta doctrinam *Gloss. in can. Deus Omnipotens 2. quæst. 1. verbo Judicis*, ibi: *Numquid sufficiunt duo Testes ad probandum, aliquid esse notorium? Sic, sicut duo possunt probare famam, & per duos Testes probatur, quod septem interfuerunt, & per duos probatur subscriptio trium: Sayrus, in l. Ea quidem C. de Accusat. num. 82.* ibi: *Quæritur per quot Testes notorium probetur, respondet Glossa &c. quod per duos Testes idoneos, & ita se habet communis opinio, Abbas in d. cap. Vestra de cohabit. Cleric. num. 17.* ibi: *Ad tertium quomodo probetur notorium, dico, quod duo Testes sufficiunt*: ibique *Butr. num. 48. Pax Jordan. tom. 3. lucubrat. lib. 14. tit. 17. num. 89. Clarus in Prax. §. fin. quæst. 9. vers. Quæro nunc per quot Testes, Antonell. de loco legal. lib. 2. cap. 1. nu. 162. Gomez variar. resolut. lib. 3. capit. 1. num. 43. & Mascard. de Probat. conclus. 1105. num. 1.* ubi testatur de communi opinione.

Verùm non solùm tertius, & quartus Testis, sed etiam alii primus, & secundus concludunt circumstantiam illam delicti commissi in præsentia multorum, nam primus dicit: *Le cose sudette le possono deponere il Clerico Pietro di Giacomo, Clerico Giuseppe Palazzo, Clerico Giovanni Angelelli, Clerico Cosmo Amorosa, Clerico Tomaso Giannini, Andrea Castiglione, Clerico Nicola Manna, ed altri, che ivi si trovorono*: eisdemque verbis deponit secundus Testis, & sic negari non potest circumstantia delicti commissi in præsentia multorum, quod sufficit ad causandum notorium, juxta *Text. in can. Deus Omnipotens §. Quando autem 2. quæst. 1.* ibi: *In conspectu multorum interfecit. Gloss. in can. Manifesta 2. quæst. prima*, ibi: *Non requiritur hic scientia omnium, sed plurium: Innocent. in dicto capite Tua de cohabitatione Clericorum, & mulierum*, ibi: *Et propter Astantes, qui sunt multi*.

Neque enim, ad effectum, ut Testes dicantur probare notorium facti, ullo modo requiritur, quod verbaliter dicant factum fuisse notorium, sed satis est, quod deponant circumstantiam, ex qua resultat ipsum notorium, nempe delictum fuisse commissum multis adstantibus, seu in præsentia multorum, ut advertit *Innoc. in cap. 1. sub num. 6. de Offic. delegat. in 6.* ubi quod Testis debet ita dicere: *Ego fui præsens, & vidi quando publicè in platea multis præsentibus fecit illud, Zabarell. in d. cap. Vestra sub num. 16. de cohabitat. Cleric. & mulier.* ibi: *Quandoque factum est tale, quod potest esse notorium, & non esse, quia Titius occidit Seium; & tunc si duo reddant rationem, quod viderunt publicè fieri, & in præsentia multorum, apparebit illud notorium, Butr. ibidem numero quadragesimo octavo, vers. Hæc est bona practica, & Novar. in Summa Bull. coment. 99. sen 100. numero 33.*

Prout dubitari non potest, quod multitudo Adstantium, quos referunt Testes, fuerit sufficiens ad causandum notorium, dum iidem Testes nominant in specie octo ferè omnes Ecclesiasticos, & in genere alios Sæculares; Unde fit, numerum adstantium fuisse supra decem, & quindecim, maximè habitu respectu ad publicam Ecclesiam, & ad tempus, quo Populus solebat ibi intervenire pro audiendis Missis, & Clerus Ecclesiæ erat congregatus, & proximus ad officiaturam Chori, quando tamen in hac materia multitudinis Adstantium, Doctores contentantur etiam numero septem hominum ad causandum notorium, ut inquit *Mascard. de Probation. conclus. 101. num. 17. in fine*, ibi: *Neque ideo negant, quin etiam in numero septem Testium notorium inducatur*, & in puncto percussionis Clerici factæ in Ecclesia *Novar. in Summa Bullar. d. comment. 100. num. 33. in fine*, ibi: *Percussio non dicitur notoria; si fuerit visa à duobus, tribus, quatuor, quinque, vel sex Testibus tantum &c. Propterea ut dicatur facta percussio in Ecclesiis, Theatris, vel Foro coram multis intelligendum erit de septem Personis*.

Quamvis neque etiam iste numerus sit judaicè, seu taxativè intelligendus, sed remittatur arbitrio, & prudentiæ Judicis, cujus partes sunt inquirere, quale dicatur delictum commissum in præsentia multorum, habito respectu ad tempus, & locum, ut probant *Gonzal. in cap. Consuluit 14. de Appellat. sub num. 3. vers. Sed satis est, Gomez variar. resolut. lib. 3. cap. 1. num. 42. Cesped. de Exempt. Regular. dub. 237. num. 7.* ibi: *Hic ab omnibus, tanquam certum affirmari, scilicet Judicis arbitrio relinqui, per quem numerum personarum adstantium dicatur aliquod delictum notorium, omne enim id, quod in Jure expressum non est, Judicis arbitrio relinquitur. Innocent. in d. cap. Tua nos de Cohabit. Cleric. & mulier. n. 4.* ubi etiam addit sufficere, Ad stantes fuisse tot, quod delictum inficiari non possit, ibi: *Vel tot, quod inficiari non potest, Sayrus in Thesaur. Cas. conscien. lib. 2. cap. 12. num. 19. in fine, Sabell. in summ. §. Notorietas sub num. 2. vers. Quod Testes, & Menoch. de Arbitr. libro secundo, cas. 166. num. 7.*

Neque prædictis obiici valet, quod de hujusmodi delicto non deponant omnes Ecclesiastici, & Sæculares, qui illud viderunt, & fuerunt præsentes, sed solùm adducuntur quatuor Testes dati in Summario. Æquivocumenim clarum est, cùm aliud sit constituere, seu causare notorietatem delicti, aliud verò probare illud notoriè contigisse, nam primo casu ad constituendum statum notorii, requiritur delictum fuisse commissum in præsentia multorum, nempe septem, vel plurium arbitrio Judicis. Secundo autem casu hujusmodi status notorii, scilicet in præsentia multorum commissi, benè, & sufficienter probatur ex simplici dicto duorum Testium, quia per duos Testes probatur, quod septem, & decem, & centum Testes interfuerunt, ut inquit *Glossa d. cap. Deus Omnipotens §. Quando autem verb. Judicis 2. quæst. 1.* & individualiter redarguendo æquivocum observat *Gonzal. in d. cap. consuluit 14. de Appellat. num. 3. in fine* ibi: *Ante omnia Judex curare debet, ut sibi constet de notorio, non qui notorium probare oporteat, sed quod necessarium sit probare, illud notoriè factum fuisse &c. Sunt enim inter se longè diversa hæc, probare aliquid notoriè contigisse, & illud tale constituere; Ut constituatur, necessaria sunt illa, quæ supra enumeravi; Ut probentur duo, vel tres Testes requiruntur, & sufficiunt. Gomez variarum resolutionum libro tertio, capite primo, numero quadragesimo tertio, Donat in prax. quæstionum regularium tomo primo, tractat. decimo tertio, de exemptione religiosor. quæstione quinquagesima prima, numero tertio*, ibi: *Debet probari ad minus per duos Testes idoneos, qui licet non sufficiant ad causandum notorium, sufficiunt tamen ad illud probandum*.

Quæ

Quę omnia probant ad evidentiam percussionem Clerici Stramadiæ factam per Cappellanum majorem, fuisse Notorium facti; Cæterum quantum ad rem nostram necessaria non est qualitas notorii adeò stricta, &
35 subtilis cum certo Personarum numero, sed satis est factum esse ita certum, ut nulla valeat tergiversatione cælari, ut benè de more ponderat *Emin. Petra in ejus elaboratis Commentariis ad Constitut. Apostolic. tom. 3. ad Constit. 21. Alexandri IV. num. 13. in fine* ibi — *Quod etiam diceremus, si seclusa stricta qualitate notorii considerata à Doctoribus in certo Personarum præsentium numero, factum sit ita certum, ut nullum causę cognitionem exigat* — & præcedenter sub *num. 11.* ibi — *sed animadvertendum, quod dicta notorietas non debet recipi, ut præcedat tantùm in facto, coram Populo gesto, sed quod factum tale sit, ut non valeat adesse aliqua defensio* — & comprobat *Card. de Luca* ab ipso *sequutus de Jurisdict. discurs. 100. sub. nu. 13. & in Miscellan. Ecclesiast. disc. 14. num. 6.*

In quo sensu notorietas, & certitudo delicti est evidentissima, quia ex Testibus supra relatis gravis percussio Clerici cum alapa in facie habet probationem
36 probatam in facto, neque ulla adest in Jure defensio excusativa Percussoris à Censuris, quæ solum consideratur apud Doctores in casu isto, quando secuta foret percussio ad defensionem propriam, seu cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut animadvertit *Card. de Luca*
37 *in Miscell. Ecclesiast. disc. 14. nu. 6. in fine, num. 5. Petra ubi proximè num. 15. in fine, & num. 16.* ibi — *Vel possit adesse justa exceptio Censuræ &c. ut esset in casu Can. si quis suadente si fuerit adhibita justa moderatio inculpatæ tutelæ* — quæ circumstantia prorsus aliena est à præsenti Delicto.

Firmata ex his indubitata notorietate delicti, ex quo Cappellanus major ipso Jure incursum fecit in Censuras expressas, & latas in *Can. si quis suadente 17. quæst. 4. & in cap. Cùm pro causa de sentent. excommu-*
38 *nic.* exinde emergit plana consequentia, quod non obstantibus Privilegiis prætensæ exemptionis ab ordinaria jurisdictione potuit Curia Archiepiscopalis procedere ad declarationem incursus in Censuras Juris adversus Cappellanum majores cum in delictis notoriis, & ubi agitur de Censuris latis à Jure, non autem ab homine quævis exemptio quantumcumque amplissima, nullatenus impediat, quominus Locorum Episcopi, ipsos exemptos declarent excommunicatos, & faciant ab aliis evitari, ut est communis opinio omnium Ca-
39 nonistarum signanter *Geminian. in can. si Papa n. 5. in fine dist. 40.* ibi — *Quod nota, quia facit; quod Episcopus possit exemptos, qui incurrunt ex facto suo notorio excommunicationem ipso Jure, eos dicere excommunicatos, & facere ab aliis evitari* — ibique *Præpositus num. 12. vers. facit, quod Episcopus*, idem *Geminian. in cap. Episcoporum de Privil. in 6. vers. sed posset salvari, Abb. in Clem. 1. n. 22. de Privil.* latè *Fagnan. in cap. non potest num. 16. & seqq. de sentent. & re judic.* ibique *Felin. num. 3.* ibi — *Episcopum posse declarare exemptos incurrisse excommunicationem in facto notorio, & facere eos evitari* — *Imol. in Clement. 1. num. 19. de sequestrat. possession. & fruct. Franc. in dicto cap.*
40 *Episcopor. num. 3. de Privil. in 6. Sanchez consil. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 29. Graff. decis. aurear. par. 1. lib. 2. cap. 49. num. 98. & sequen. Lauretus de Pranchis de Controversiis inter Episcopum, & Regulares quæst. 7. vers. Contraria opinio, Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. in Pran. par. 1. annotat. 48. sub num. 5. vers. Ordinarius, Nicol. in Floscul. in verbo exemptio num. 14. vers. Unde ad hoc, Pignatell. consult. 10. num. 3. 5. & 6. tom. 7. Diana coordinatus tom. 7. tract. 1. de Dubiis Regular. resolut. 42. num. 5. & 3. Barbos. ad Concilium sess. 25. cap. 14. de Regular. num. 12. & de Potestate Episc. par. 3. alleg. 105. num. 73. & in summa Apostolic. Decis. collectanea 201. num. 7. Frass. de Regio Patronatu Indiarum cap. 58. num. 40. & cap. 62. num. 65. & Cochier. de Jurisdict. in Exemptos par. 2. quæst. 45. num. 8.*

Quæ communis theorica recepta reperitur in omnibus Tribunalibus, & indistinctè locum habet, tam in casu denunciationis, quàm declarationis Censura-
41 rum ipso Jure incursarum, etiamsi agatur contra Exemptos habentes speciale privilegium, ne possint ab Ordinariis Locorum excommunicari, ut discusso articulo probat *Eminen. Petra ad Constit. Apostolic. ad Constit. 11. Alexandri IV. d. section. unica num. 10. cum plur. seqq. usque ad num. 16.* ubi materiam hanc magistraliter explanat, ac illustrat adducendo rationes, & distinguendo casus, & unanimiter tradunt *Card. de* 42 *Luc. in Miscell. Eccles. disc. 14. num. 6. & seqq. & disc. 17. num. 2. & disc. 21. num. 9 & de Jurisdict. disc. 29. num. 2. disc. 47. nu. 3. & disc. 100. num. 12. Ugolin. de Potest. Episc. cap. 20. §. 10. nu. 1. & 2. Pellizzar. in Manual. tom. 2. tract. 8. cap. 6. sect. 1. num. 45. in fine. Raynaldus Obser. crimin. tom. 3. cap. 32. supplet. 4. num. 31. & sequ. Bonfadin. in Thes. Eccles. decis. resol. 8. num. 67. Monacell. in formul. fori Eccles. tom. 2. lib. 6. formul. 20. n. 25.*

Neglectis omnino auctoritatibus nonnullorum Regularium in contrarium allegandis, non solùm quia isti erroneè supponunt Episcopos procedere non posse, nisi causa judicialiter cognita, confundendo delicta 43 publica requirentia discussionem causæ cum delictis notoriis, quæ nullam exposcunt cognitionem judicialem, ut bene æquivocum hoc reperiunt *Pignatell. consult. 10. num. 4. tom. 7. Fagn. in cap. Non potest sub. n. 12. vers. Verùm hæc possunt Eminen. Petra ubi proximè dicta sect. unica num. 12. vers. Idcircò, & versic. Quæ sanè distinctio*; sed etiam quia authoritates Regularium nullam in hac materia fidem merentur, dum passione magis, quàm ratione ducti propriam causam defendunt substentando quantum possunt eorum privilegia exemptionum, adversùs potestatem Episcopo- 44 rum, ut observat *Card. de Luc. de Jurisdic. disc. 28. num. 8. vers. Ideoque, Ventrigl. in Prax. p. 1. annot. 48. n. 134. vers. Licèt ipse Emin. Petra, ubi supra dicta sect. unica num. 11. vers. Licèt aliqui Morales*, & generaliter in simili dicebat *Sperell. decis. 8. num. 34. versic. sed quidquid, et Rot. in Barchinonen. Beneficii 22. Februarii 1704. §. Neque Bartoli coram Eminen. Scotto.*

Fortius quia hodie amplius locus non est quærendi, an hujusmodi opinio sit recepta, vel habeat Contradictores, dum habemus Judicata Sacrarum Congregationum, tam Immunitatis, quàm Sacri Concilii Tridentini, quæ silere faciunt omnes Contradictores, seu Doctrinas, exadverso allegabiles, juxta receptam regulam, quod in conflictu Doctorum prævalent Sacrarum Congregationum resolutiones, & Oracula, quæ 45 vim legis obtinent, & pro lege inviolabiliter servari debent ex traditis per *Pasqualig. quæst. moral. centur. 1. cap. 61. num 4. Rot. dec. 7. num. 3. apud Antonell. de Jur. & oner. Cler. & in Mindonien. prætensæ observationis Constitutionis 12. Januarii 1705. §. Adstipulabantur cor. Ansaldo, & in Giennen. juris votandi 9. Februarii 1705. §. Tantùm verò coram Card. Scotto.*

Et omissis Decretis antiquioribus, ita signanter resolutum fuit in *una Messanen. de anno* 1653. ubi canonizata fuit valida declaratio Censurarum Archiepiscopi 46 contra Equitem Hierosolymitanum, habentem privilegium, ne posset excommunicari, & exemptum ab Archiepiscopi jurisdictione, ut ex resolutione Sac. Congregationis Immunitatis, relata per *Card. de Luca*, qui scripsit in dicta Causa favore Archiepiscopi in *Tractat. de jurisdict. disc. 29. num. 1. & 9.* ubi quod articulus fuit maturè, & solidè discussus, tanquam in causa exemplari, & faciente statum, iterumque reproposita Causa sub die 31. Julii 1674. Sac. Congregatio confirmavit 47 præcedentem resolutionem, ut testatur *idem Card. de Luc. in addit. ad disc. 29. de jurisdict. §. Cumque, & disc. 104. nu. 3.* & concordat *Emin. Petra ubi supra dicta sect. unica num. 13. vers. & in Messanen.*

Ita etiam in terminis punctualibus nostri casus resolut hæc Sacra Congregatio in *Neapolitana 18. Aprilis* 1693. ubi disputato dubio: *An Abbas, exemptus à jurisdictione ordinaria, potuerit ab Emin. Archiepiscopo de-* 48 *clarari incidisse in Censuras, latas à Jure*: eo quia percusserat alapa Sacerdotem Antonium Jannatasium, Eminentissimi Patres rescripserunt: *Potuisse, attenta notorietate facti*, quam resolutionem referunt *Monacellus in Formul. tom. 1. tit. 6. formul. 20. n. 25. & Emin. Petra ubi supra dicta sect. unica sub n. 13. vers. & in Neapol.*

Et denique in *una Melliten. Synodi 27. Novembris* 1694. ubi cùm Episcopus Mellitæ fecisset Synodalem Constitutionem, in qua dicebatur ibi: *Ubi verò casus*

ferat

ferat, ut Regulares propter eorum Delicta &c. incurrerunt 49 *Censuras, à Sede Apostolica latas, declarentur per Curiam nostram*: & dubitaretur, an hæc Constitutio esset valido, & Jusi consormis, Sac. Congregotio respondit: *Affirmativè, si delicta sint notoria*: ut hanc resolutionem sequitur pariter dictus *Eminentissimus Petra ad dictam Constitutionem* 11. *Alexandri IV. sect. unita num.* 13 *vers. Quod autem*.

Hujus autem receptissimæ opinionis ratio est evidens, quia licèt privilegia exemprionum tollanr Ordinario jurisdictionem in quibuscumque delictis, attamen quando excommunicatio lata est à Jure, non autem ab homine, & agitur de delicto notorio, Ordinarius declasando incurium in Censura Juris, non dicitur judicare, 50 aut Jurisdictionem aliquam exercere in Personas exemptas, sive arreota natura ipsius declarationis, sive etiam ipsa qualitote delicti.

Et quidem attenta natura declarationis, quia declarare non est excommunicare, & sic Jurisdictionem exercere in exemptum, sed ponere in lucem, seu manifestare Populo excommunicationem illam, in quam exemptus jam incursum fecit, virtute Juris, & hæc 51 declaratio respicit in consequentiam ipsum Populum, Ordinario subjectum, ut scilicet publicata Pecude morbida, seu infecta, possint subditi illam evitare, & ab ejus commercio abstinete, quam sationem adducunt Canonistæ in *dict. Canon. Si Papa, distinct.* 40. signanter *Gemintan. num.* 5. *in fine*, ibi: *Nota en fine hujus Glossæ, quod ille, qui dicit, alium posse, vel non posse actum facere, quod in veritate facere non potest, de Jure talis non dicitur judicare alium: Quod nota, quia facit, quod Episcopus possit Exemptos, qui incurrunt ex facto suo notorio excommunicationem ipso Jure, eos dicere excommunicatos,* 52 *& facere ab aliis evitari, quia pariter non dicertur eos judicare, ut sentit hic Glossa*: & totidem verbis refert *Præpositus num.* 12. ibi: *Et per hoc non diceretur eos judicare*: & benè *Fagnan. in cap. Non potest num.* 16. *de Sentent. & re judicata, Card. de Luca de Jurisdict. discurs.* 09. *num.* 2. ibi: *Receptum est, Ordinarium, non obstante privilegio, quamvis speciali circa Censuras, posse exemptos declarare excommunicatos ex ea clara ratione, quod ille excommunicare non dicitur, neque propriam jurisdictio-* 53 *nem, vel Superioritatem exercere, sed solùm declarare, seu denunciare illas Censuras jamen Juris dispositione incursas*: *& discurs.* 100. *sub num.* 10. *& in Miscell. Eccles. discurs.* 14. *sub num quarto*, & pleniùs *Eminentissimus Petra ad Constitution.* 11. *Alexandri IV. section. unica num.* 10.

Attenta etiam natura delicti, quod ubi supponimus esse notorium, & nullam tergiversationem habens in Facto, vel in Juse, eo ipso assequimur ad effectam deciarandi Censuras jam incursas, iliud non requirere deciaratoriam Facti, aut discussionem Causæ, & 54 Censurarum Judicii per *Tent. in Canon. Manifesta cum seq.* 2. *quæst. prima*; Hæc enim discussio judicialis solùm necessaria est in delictis, habentibus dubietatem aliquam, aut Juris, aut Facti, quæ dubietas cessot in Nororiis, ubi veritas ex sui natura insurgit, & per consequens Ordinasius, quo ad ea non procedit, ut Judex, sed ut Publicator Censurarum, simpliciter manifestando Exemptum Subditis suis talem, qualem ipsa Juris Censura contaminavit, absque ulla prorsùs cognitione judiciali facti, vel Juris, ut benè *Pignatell. dicta consultat.* 10. *sub num.* 3. *tom.* 7. ibi: *Si delictum non* 55 *est notorium, requiritur declaratoria, quæ per Judicem suum, qualis non est Episcopus, promulgari debet, cum sit actus Jurisdictionalis; Si verò est notoriam, neque declaratoria, neque ulla causæ cognitio requiritur, & ita cum Episcopus nullum Jurisdictionis actum exerceat, nil mirum, si hoc casu id ei permittatur*: *Emin. Petra, ubi supra dicta sect. unica num* 13. *in fine*, ibi: *Quod cessat in casu notorii, ubi tale judicium non fit, sed veritas ex sui natura insurgit*: & priùs *num* 11. ibi: *Ex ea quidem pracipua ratione, quod talis declaratio non sit actus jurisdictionalis quoad Exemptos, neque fiat uti à Judice, sed tanquam* 56 *Denunciatore, & potiùs respicit actum necessarium respectu Populi, quem monere debet, ut Oves morbidus sciat, ac consequentia earum commercium evitet*: *Card. de Luca de Jurisdict. discurs.* 29. *num.* 0. *& discurs.* 100. *sub nu* 12. *& in Miscell. Eccl. disc* 14. *n.* 6. *& disc.* 17. *n.* 2. *& disc.* 21. *n.* 9. & optimè *Felin. in cap. Non potest num* 3. *de Sentent. & re judicata*, ibi: *Nisi sit notorium non tergiversabile, neque examinatione indigens, quo casu minor judicialiter non cognoscit, sed tantùm declarat*.

Ultra authoritares Doctorum, Judicata Sac. Congregationum, necnon rationes adductas, hæc facultas Ordinarii quoad declarandas Censuras ipso Jure incursas ab Exemptis, comprobatur etiam ex antiquissima con- 57 suetudine nostræ Curiæ Archiepiscopalis, juxta quam in omnibus casibus delicti notorii, illa semper, & indistinctè processit contra quoscumque Exempros ad declarationem hujusmodi Censurarum, de qua consuetudine docemus in facto, mediante Attestatione Cancellarii ejusdem Curiæ individuantis casus præcisos, in qaibus illa contra Exemptos processit; Juncta Attestatione undecim Advocatorum, & Defensorum nostræ Curiæ Archiepiscopalis, data in Summario, quibus in hac parte plenissima fides adhibenda venir ex punctualiter firmatis per *Rotam decis.* 044. *num.* 12. *par.* 5. *recen. &* 58 *apud Gilian. ad Statut. Perusin. decis.* 57. *num* 5. *&* 6. *& cor. Buratt. decis.* 151. *num.* 27. *& cor. Gregor. decis* 484. *num.* 14. *&* 15. *& cor. Ottobon. dec.* 576. *nu.* 3. *& cor. Emer. jun. dec.* 360. *num.* 4.

Er quod notabile est de tali consuetudine habemus Testes, omni exceptione majores, quales sunt Classici Aurhores in eadem Curia Neopolirana versatissimi, nempe *Genuen. in Praxi Curiæ Archiepiscopal. cap.* 59. *num.* 1. *Alojs. Riccius dec.* 50. *Curiæ Archiepiscopal & Colle-* 59 *ctan.* 531. *par.* 3. *vers. Limita tertiò*, quos mognos Practicos, & Canonistas, duque versatos in Tribunalibus Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, & Nunciaturæ Neapolis vocat *Card. de Luca in Miscellanea Ecclesiastic. disc.* 14. *nu.* 4. *Campanil. in Diversor Jur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 16. *nu.* 40. ubi refert ita decisum tempore Card. Gesualdi *Ventrigl. in Prax. part.* 1. *annot.* 48. *de Jurisdict. Ordinarii in Regulares §. unico num.* 134. *& Emin. Petra in loc. sæpè cit. num.* 10.

Quibus omnibus obstare non valet, quod Curia Archiepiscopalis processerit prævio processu examinis Testium, necnon od instantiom Clerici offensi, & cum 60 citatione Partis, ex quibus fortè objectari poterit Curiam Archiepiscopalem processisse in figura Judicii non applicabili contra Exempros.

Quo enim ad Processum, malè exinde desumitus cognitio judicialis, & jurisdictionalis, quia recepta est conclusro apud omnes, quod etiam in delictis notoriis requiritur processus Testium in forma extrajudiciali, & ad simplicem instructionem Ordinarii super notorio fa- 61 cti, ur factum fuir in præsenti, ubi Testes fuerunt per nostram Curiam examinati extrajudicialiter, & parte non citata, & sic iste Processus, tanquam ad futuram memotiam, seu ad instructionem ipsius Ordinarii, vocari non potest actus judicialis, & jurisdictionslis, ut in individuo respondet *Card. de Luca in Miscell Ecclesiast. discurs.* 14. *num.* 7. ibi: *Licèt enim etiam in facto certo, & notorio &c. aliquis Processus adhibeatur, examinando scilicet Testes super illo facto notorio, attamen iste dicitur Processus potiùs ad futuram memoriam, sive ad instructionem, ac informationem ipsius Ordinarii, vel alterius Superioris* 62 *Ecclesiastici, qui inibi præsens non fuerit, dum etiam in factis notoriis Criminalistæ aliquem adhibent Processum, potiùs facti, quàm Juris*: Sequitur *Eminentissimus Petra, ubi supra, sect. unica num.* 15. *versic. Prout si fiat aliqualis Processus*.

Minùs autem cognitio judicialis, & jurisdictionalis desumi valeat ex instantia Clerici offensi, & citatione Rei notorii. Prima enim stat loco denunciationis requisitæ, ut Ordinarius habeat notitiam sequuti delicti; Citatio verò dicitur facta in forma monitiva, & ex qua- 63 dam urbanitate, itaut non dicatur arctatoria ad comparendum, & deducendum exceptiones, quæ locum non habent in notoriis, sed potiùs dicatur facta, ut Reus, ita per viam citationis monitus resipiscat, ut benè objecto respondet *Eminentiss. Petra ad Constitut. Apostolic. tom.* 3. ubi supra *num.* 14. ibi: *Difficultas tamen est in inspiciendo, quatenus Ordinarius in declaratoria censeatur procedere judicialiter &c. In qua re aliqui considerant si fiat Processus, si adsit citatio, vel instantia Partis, seu Promotoris; Nihilominus veritas est attendenda potiùs, quàm formalitas; Si enim id factum fuerit noto-*

notorium, & certum, ita ut aliqua exceptione elidi nequeat, tunc etsi fiat citatio &c. non tamen diceretur procedere judicialiter, neque hæc citatio arctaret Comparentem ad deducendas exceptiones, sed potius, ut resipiscat &c. & sic non dicitur actus judicialis, prout si fiat aliqualis Processus, pro instructione animi judicantis, non autem pro forma judiciali, ita quo ad instantiam quæ potius sit loco denunciationis requisitæ, ut Ordinarius sciat factum sequutum fuisse.

Quodque hujusmodi citatio adhiberi soleat etiam in notoriis, quæ tamen non inducat formam judicialem 65 probat etiam *Cardin. de Luc. in Miscell. Eccles. disc.* 14. *num.*8. ibi: *Praxis commendabilius recepit, ut præcedat citatio, non in forma judiciali, tanquam per exercitium jurisdictionis cum Persona, sed in forma monitiva, & cum quadam urbanitate, eum constituendo Reum voluntarium,* imò nec etiam instantiam Promotoris Fiscalis inducere pendentiam Judicii, sed esse actum merè extrajudicialem notabiliter advertit *Pignatell. consult.*170. *num.*11. *tom.* 2. ibi: *Non obest, quod non procedatur extrajudicialiter, quando facta est instantia à Procuratore Fiscali, siquidem hujusmodi instantia non inducit pendentiam Judicii, sed reputatur actus extrajudicialis.*

Quam conclusionem in his præcisis terminis tradit etiam *Felin. in cap. Non potest de Sentent. & re judic.* ubi quòd quando agitur ad declarationem Censurarum con- 66 tra Exemptos, prævia citatione, ista non dicitur violare exemptionem, quia non est arctatoria, ut legere est sub *num.*3. ibi: *Licèt in hoc verbo videatur dubitare de primo dicto, fortè propter violationem exemptionis, quàm dicta citatio videtur inducere; Tamen considero, quod talis citatio non est arctatoria, sed similis illi, quæ habet clausulàm, si tua putas interesse, quæ non arctat nolentem comparere, & ideò potest fieri, etiam non subdito,* & doctrinam *Felini* referunt, & sequuntur *Fagnan. in dicto cap. Non potest nu.*23. *&* 24. *Capon. discept.*327. *num.*43. *Barbos. in Summa Apostolic. decis. collect.*633. *num.*33. ubi 67 testatur Doctrinam *Felini* placuisse Sacræ Congregationi Episcoporum in *Nullius* 24. *Maii* 1621. ad tollendam difficultatem, quod citatio contra Exemptos fieri non posset ab Episcopo pro declaratione Censurarum juris tanquam actus Jurisdictionis, & in *adnotat. ad Concilium sess.*25. *cap.*14. *de regular. num.*12.

Attenta igitur notorietate delicti clarum est, Censuras Curiæ Archiepiscopalis substineri, non obstantibus privilegiis exemptionis; Cæterum omittere non debemus etiam aliud fundamentum in eo consistens, quod Cappellanus major percutiendo in Ecclesia, seu loco publico nostrum Clericum Stramadiam, Subditum ip- 68 sius Archiepiscopi, dicitur ex hoc perturbasse Jurisdictionem illius, ut probat *Riccius in Prax. par.*1. *resol.*449. *num.*1. *&* 2. ibi: *Præfatum Laicum absolvendum esse à Superiore illius Monasterii, in quo Monachus percussus manebat, quia illius jurisdictio censetur effecta,* & consequenter offendentes efficiuntur subditi illius, *Card. de Luc. de jurisdict. disc* 29. *nu* 4. *Sperell. decis.*86. *num.*5. *&* 6. *Genuen. in praxi cap* 56. *num.*6.

Proindè, licèt Exemptus perturbando jurisdictionem Archiepiscopi, mediante percussione ejus Subditi, attamen prorogasse censetur eandem jurisdictionem offen- 69 sam, & non obstantibus privilegiis exemptionis, effectus fuit subditus illius ratione hujusmodi delicti, juxta *Text. in cap. Cùm illorum de Sentent. excommunicat.* ubi statuitur, quod si unus Regularis percutiat alterum Regularem alterius Monasterii, absolvi debet non solùm per Prælatum proprium, sed etiam per Prælatum alienum illius Regularis, qui passus est injuriam, & per 70 consequens exindè probatur Percussorem alterius Subditi ratione delicti, & offensæ alterius Jurisdictionis, eam prorogare, ut tradunt *Sayrus in Thesaur. Cas. conscientiæ lib.*3. *cap.* 28. *num.*11. *Riccius in Praxi par.*1. *resol.*449. *num* 4.

Decernitur ulteriùs in eodem Textu, quod si Regularis percutiat Clericum sæcularem, debeat absolvi per Papam, si percussio est gravis, si verò est levis, per Episcopum; Idque, non alia ratione, nisi quia offensus est Subditus ipsius Episcopi, cujus propterea Jurisdictioni sese Percussor subjecit *Gloss. in dicto cap. Cùm illorum verb. Passus est Cabasut. in Not. jur. Canon. lib.* 3 *cap.* 2. *num.*9. ibi: *Regularem, à quo sæcularis Clericus percussus* 71 *est, à solo Papa absolvi posse; Hoc intellige de gravi, aut mediocri percussione, nam de levi potest Episcopus percussorem absolvere, sed non ejus Regularis Prælatus, si percussus sit Clericus sæcularis, Card. de Luc. de jurisdict. dicta discep.* 29. *num.*4. *& ult. versic. Ac in specie.*

Unde sequitur, ex hoc capite turbatæ jurisdictionis potuisse Curiam Archiepiscopalem declarare excommunicatum etiam Exemptum, qui ratione hujus delicti se voluntariè alterius Jurisdictioni subjecit ad *Text. in cap. Dilecto de Sentent. excommun. Card. de Luca ad Concil. Trid.* 75 *disc.*43. *num.*12. *& in Miscellan. Eccles. discur.*14. *num.*13. *& Card. Petra ad Constit. Apost. tom.*3. *ad Constit.*11. *Alexand. IV. sect. unica num.*18.

Ex his infertur etiam affirmativa resolutio secundi dubii, scilicet *præceptum de comparendo ad ferendum testimonium veritatis, latum per Curiam Archiepiscopalem contra Clericos, & Inservientes Ecclesiæ Sancti Jacobi, substineri, non obstantibus privilegiis exemptionis;* Supposito enim præcedenti fundamento, quòd in casu hujus delicti notorii potuerit Curia Archiepiscopalis validè proce- 73 dere ad declaratoriam Censurarum adversùs Cappellanum majorem, quamtuncunque exemptum, exinde resultat, quod potuerit eadem Curia præceptum ferre adversus Clericos, & Inservientes Ecclesiæ, tanquam directum ad parandam viam declarationi Censurarum, quæ fieri non poterat absque Processu Testium super delicto, pro instructione Curiæ necessario, ut in specie notat *Innocent. in cap* 1. *de Offic. delegat. in* 6. *num.*4. ibi: *Item si maleficium est notorium aliis, sed non Judici, oportet, quod super hoc requirat probationes, & etiam cogat aliquando Testes,* & in puncto declaratoriæ Censura- 74 rum contra Exemptos advertit *Abb. in Clement.* 1. *nu.*22. *de Privil.* ubi allegat rationem, *quia concesso consequenti, videtur antecedens concessum,* quem refert, & sequitur *Felin. in cap. Non potest sub num.*3. *de Sentent. & re judic.* ibique *Fagnan. num.*23.

Alias enim ad quid inserviret, quod Ordinarius procedere posset ad declarationem censurarum Juris contra Exemptos in delictis notoriis, si tolleretur illi medium necessarium procedendi, consistens in examine Testium extrajudiciali, ad effectum habendi probationem super notorio, ut necessitatem hujusmodi examinis non 75 solùm ostendit *Card. de Luca in Miscell. Eccles. disc.*14. *nu.*7. Sed illam admittunt etiam Canonistæ *in dicto cap. Vestra de Cohabitat. Cleric. & Mulier Innoc. in cap. Tria nas eodem titulo num.*7 ibi: *Si sit notorium factum habet locum processus sine judiciario ordine, & num.*10. dicens quod *Judex peccat si fert sententiam antequam probetur factum sibi notorium,* & proinde si permissum est Ordinario declarare censuras Juris in notoriis, per consequens permissum ei debet esse, ut notitiam, & probationem notorietatis habere valeat, inducendo; & cogendo etiam Testes ad ferendum Testimonium veritatis, sine quibus alias procedere non valeret, ut observant *Pan Jordan. lucubr. tom.*3 *lib* 14. *tit.*19. *nu.*18. *Speculator. in tit de Teste* § 13. *de Testium compulsione nu* 7. *Guill. obser.* 100. *num.*12. *lib.*1. *& Farinac. de Testib. quæst.*78. *num* 23. & in terminis 76 Conservatorum, quibus concessa est facultas procedendi tantùm in notoriis, quod possint cogere Testes docet *Innocent. in d. cap.*1. *nu.*4. *de Offic delegat.* & generaliter habemus *Text. in cap. Præterea, & in cap. Pastoralis de Offic. & potest. Judicis delegati, Rot. in Dertusen. jurisdictionis* 26. *Aprilis* 1694 § *Hinc cum Canonicis coram Card. Caprara,* postea impressa inter alias ejusdem *in* 213. *nu.*4. *& in Hispalen. Visitationis super secundo Dubio* 30. *Aprilis* 1700. §. *Cæterum coram Molines.*

Neque in hac Parte suffragatur, quod Clerici, & Inservientes Ecclesiæ, quorum Testimonium Ordinarius requisivit, essent ab ejus Jurisdictione exempti; Cùm enim Curia Archiepiscopalis ratione notorii de- 77 licti, & Causæ contra Principalem Delinquentem haberet Jus procedendi, utique habebat etiam Jus requirendi quoscumque Testes, etiam sibi non subditos, sine quorum depositione causa expediri non poterat, ut in terminis Clerici unius Diœcesis, quod ratione causæ cogi possit ab Episcopo alterius Diœcesis, quamvis ei subditus non sit, ad ferendum Testimonium veritatis egregiè probat *Raynaldus observ. criminal. tom.*3. *cap.* 32. §. 4. *&* 5. *num.* 370. *& seqq.* & signanter *num.* 375. ibi: *Nec dicatur, quod Testis nullum fecerit* 78 *actum propter quem potuerit tacitè, vel expressè prorogare*

Juris-

Jurisdictionem Episcopi non sui, quia isto casu Episcopus habet Jurisdictionem prorogatam in Clericum ratione Causæ, quæ non potest expediri sine depositione Testium, & quod in notoriis competat facultas cogendi Testes tradunt *Innocent. in cap. 1. nu. 5. ad finem de Testibus cogend.* ibique *Hostien. num. 8. in fine, & num 10. vers. Præmissa, Farin. de Testibus qu. 78. nu. 178. Pan Jord. lucub. tom. 3. lib. 14. tit. 19. num. 110.*

Hinc necessariò sequitur etiam affirmativa resolutio tertii dubii, in quo quæritur: *An Curia Archiepiscopalis potuerit declarare excommunicatos Clericos, & Inservientes Ecclesiæ, venire recusantes ad ferendum Testimonium* 79 *veritatis*: Etenim quoties supponimus, & admittimus, quod Curia Archiepiscopalis potuerit requirere Testimonium hujusmodi Testium, etiam exemptorum, illosque vocare mediante præcepto comminatorio Censurarum, utique in casu inobedientiæ, & contumaciæ potuit sine dubio illos denunciare incursos in Censuras, in eodem præcepto comminatas, alias superflua, & inutilis remaneret facultas requirendi, & cogendi Testes ad *Text. in leg. Aliud §. finali ff. de Verborum significat.* & tradita per *Mastrill. de Magistrat lib. 3. cap. 10. nu. 340. & seqq. & in Comment. ad Indult. general. cap. 18. nu. 9. Antonin. variar. resol lib. 1. resol 93. num. 2. & 20. Emi-* 80 *nentissimus Petra ad Constitut. Apost. tom. 3. ad Constit. 21. Alexandri IV. sect. unica num. 21. & 22. & Rot. in d. Dec. 213. num 4. coram Card Caprara, & in dicta Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1700. §. Cæterum, & §. Ea eademque coram Molines.*

Præsertim quia unus ex allegatis Testibus, qui ob contumaciam excommunicatus remansit, agnita facul- 81 tate Eminentissimi Ordinarii, comparuit in ejus Curia, petendo absolutionem à Censuris, quam obtinuit sub conditione ferendi Testimonium veritatis, prout fecit. Ex quo actu multo magis arguitus potuisse Curiam Archiepiscopalem ferre præceptum comminatorium Censurarum contra Testes, eosque non parentes denunciare excommunicatos *Rot. decis. 303. num. 11. & 17. par. 16. rec. & in Dertusen. Jurisdictionis 6 Febraarii 1696. §. Tum etiam ex plurib. coram Pio, & in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Tertio vers. Et Certo certius cor. Ursino.*

Nihil obstantibus assertis Privilegiis exemptionis, cùm ista solum operentur, quod Clerici, & Inservientes Ecclesiæ non essent subditi ipsius Eminentissimi Or- 82 dinarii, & tamen etiam non subditus cogi potest ad ferendum Testimonium veritatis ab Episcopo alieno ratione Causæ, per quam de Jure prorogatur Jurisdictio, ne alias deficiant probationes, & tollantur media necessaria ad procedendum juxta authoritatem *Raynaldi ubi supra d. cap. 32. num 375.* & concordant *Gloss. in cap. Significasti verbo Resistentibus de Offic. delegati, Murga ad Constit. Apostolic. Constitut. 2. Cælestini III. §. 8. nu 35. Innocent. in d. cap. 1. de Offic. Delegati in 6. nu. 4. vers. Quia committitur*, ibi: *In notoriis &c quia committitur &c. jurisdictio in eis ergo, & omnia sine quibus illa non possunt explicare.*

IN EADEM CAUSA.

Quæcumque dicuntur super amplitudine Privilegiorum exemptionis, tam Hospitalis, quàm Ecclesiæ Sancti Jacobi, difficultatem Causæ non attingunt, quia nostra quæstio in eo consistit, an Ordinarius possit declarare Censuras contra quoscumque Exemptos, quan- 83 do agitur de delictis notoriis, prout declarare posse est communis opinio Doctorum, recepta in Sacris Congregationibus, tam Immunitatis Ecclesiasticæ, quàm Concilii Tridentini, ea ratione, quod in notoriis Ordinarius non judicat, neque Jurisdictionem exercet in Exemptos, ex latè probatis supra.

Quod procedit non obstante, quod Privilegia exemptionis non solùm tollerent omnem Jurisdictionem Ordinarii in Exemptos, sed etiam prohiberent contra eos- 84 dem ferre Sententias Censurarum, cùm intelligatur de Censuris, latis ab Homine, vel quæ requirunt Judicialem cognitionem, non autem quæ sunt latæ à Jure in delictis notoriis, nec ullam admittunt discussionem ex *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 14. nu. 6. & seqq.* cum aliis supra citatis.

Neque hanc Theoricam, quam servat Curia, & Praxis confundere valet longa congaries Doctorum, qui in contrarium adducuntur; Sicut enim præventivè responsum fuit in nostro Restrictu, nulla fides præstanda venit 85 *Tamburino, Donato, Nicolio, Bordono, Pasqualigo, Alfonso de Leone, Navarro, Matthæuccio, Passerino, & aliis Authoribus Regularibus*, qui incitamento passionis potiùs, quàm rationis defendunt Causam propriam, substinendo Privilegia eorum Exemptionis adversùs Pote- 86 statem Ordinariorum, ut in his terminis observat *Card. de Luca de Jurisdict. disc. 29. sub num. 8.* ibi: *Ideoque dicebam Moralium authoritati in proposito deferendum non esse, quamvis aliàs Doctis, & probatis, utpote Testibus in Causa propria.*

Ultra quod isti Morales erroneum allegant fundamentum, quod nempè non possunt ferre declarationem Censurarum, nisi Causa cognita judicialiter, & citata parte, qui est error manifestus, dum ista cognitio Judicialis requiritur in delictis dubiis in Facto, vel in Jure, 87 in quibus terminis incursus Censurarum potiùs resultare dicitur ab ipsius Ordinarii declaratione; Secus autem in notoriis, ubi factum est certum, & incursus Censurarum nullam habet tergiversationem Facti, vel Juris, ut in puncto declarando authoritatem Regularium advertit *Card de Luca de Jurisdict. dicto disc. 29. num 3.* ibi: *Dictaque opinio videtur indubitata quoties agitur de Casu notorio, cum sola difficultas juxta opinionem aliquorum, præsertim Moralium, ut plurimum, Causam propriam tuentium, procedere possit, quoties agitur de Fa-* 88 *cto Dubio, in quo Censurarum incursus potiùs resultet ab ipsius Ordinarii declaratione, quæ injusta, & gravatoria prætendi potest, quàm ab ipso Facto, de quo in puncto in præsenti disputare opus non fuit, stante facti notorietate.*

Alii verò Authores in contrarium adducti, aut non loquuntur de delictis notoriis, aut confundunt Delicta publica cum notoriis, prout faciunt *Antonell. Maranta, Capon.* & alii; Quando tamen magna est 89 differentia inter notorium, nullam exigens Causæ cognitionem, & inter Delictum publicum, quod requirit declaratoriam Facti, & Judicis cognitionem, ut benè considerat *Pignatell. consult 10. num. 5. Tom. 10. Fagn. in cap. Non potest sub nu 12. vers. Verùm hæc possunt de Sent. & re judic. Eminentissimus Petra ubi supra sub nu 12. vers. Quæ sanè distinctio.*

Et propterea frigescit pompa authoritatum in confusum allegatarum, & signanter *Cartarii decis. Crimin. 61. n. 22.* qui contrarium dicit, quando agitur in notoriis, decla- 90 rando contrarium procedere, ubi Delictum non est notorium, & tunc dicit requiri probationes, & discussionem Causæ, ibi: *Ubi excessus non est notorius, debet Judex illum priùs vocare, & recipere probationes super Facto eo præsente, & posteà constito de Facto declarare, illum incidisse in Sententiam Juris.*

Prout etiam inapplicabilis est resolutio Sacræ Congregationis, quæ magnificatur in præcisissimis terminis nostri Casus, scilicet de quodam Equite Hierosolymitano, qui suum Parochum publicè alapa percussit *apud* 91 *Fagn. in dicto cap. Non potest num. 8.* cum hujusmodi resolutio processerit propter Delictum publicum, non autem propter Delictum notorium, ut in puncto respondet *Pignatell. dicta consult. 10. num. 5. Tom. 7.* ibi: *Verùm hæc possunt procedere, si Delictum sit simpliciter publicum, at in Casu illius Equitis, qui proprio Parocho publicè alapam impegit. Nam cum eo casu requiratur Partis Citatio, quæ non potest committi in non Subditum, verissimum est, Episcopum non posse ullam Jurisdictionem exercere in Exemptum, etiam declarando eum Excommunicatum. Et hoc modo intelligitur declaratio Sacræ Congrega-* 92 *tionis superiùs relata. At verò si Delictum sit notorium, tunc verius videtur, Episcopum posse denunciare Exemptos Excommunicatos, ut ab aliis evitentur*, & ita etiam præallegatam resolutionem declarat *Eminentissimus Petra ubi supra num 13.*

Alia autem resolutio Sac. Congregationis Episcoporum *in Imolen. 9. Januarii 1693.* apud *Barusium in Torcul. Juris resol. 130.* non loquitur in terminis Delicti notorii, & ulteriùs ibi supponitur, Episcopum fecisse Processum Judicialem, & servata tela Judiciaria processisse ad Sententiam; Signum evidens, quod Delictum non erat

notorium, sed requirebat probationes judiciales, & 93 cognitionem Causæ, & per consequens nihil facit ad casum, præsertim, quia habemus alias punctualissimas resolutiones Sac. Congregationum, quæ in terminis Delicti notorii uniformiter judicarunt posse Episcopum declarare Censuras Juris, ad differentiam Delicti publici, ut eas refert *Eminentissimus Petra ubi supra Tom. 3. sect. unica num. 12. & 13. usque in finem, & Monacell. in Formul. part. 2. tit. 6. Formul. 20. num 25.* quæ uti posteriores sunt præferendæ ex adductis *in tom. 2. part. 3. discept. 6. num. 57.*

Distinctio inter denunciationem, & declarationem Censurarum, quam facit *Eminentissimus Petra ubi supra num. 11. vers. Pro illustranda, & nu. 12.* retorquetur ma- 94 nifestè, quia juxta hanc distinctionem advertit, quod ubi Delictum non est notorium, sed publicum, tunc Episcopus possit quidem denunciare suis Subditis Excommunicatum Exemptum, non autem illum declarare Excommunicatum, secus autem, si Delictum fuerit notorium, tunc enim firmat posse Episcopum etiam decla- 95 rare Excommunicatos Exemptos, allegando super hoc resolutiones Sacrarum Congregationum *in Messanen. Neapolitana, & Meliten.* ut legere est *dicta sect. unica nu. 13. versic. Quod autem.*

Unde omitti poterat resolutio Sacræ Congregationis in *Matulen. Jurisdictionis*, illamque transcribere ex eodem *Eminentissimo Petra ubi supra*, quando idem Author 96 expressè dicit eam procedere in delicto publico, non autem notorio, ut videre est, *dicto num. 12. circa medium* ibi: *Dum incursio in censuras est solùm publica, non notoria, Fagn. in dicta cap. Non potest sub num. 11. vers. Verùm de Sentent. & re judicata.*

Positis igitur ad partes extraneis Doctrinis exadverso consarcinatis cum confusione terminorum, & firmato, quod in notoriis possit Episcopus quomodolibet exemptos declarare incursos in censuras Juris, solùm remanet examinandum in facto, an percussio Clerici cum 97 alapa in facie fuerit delictum notorium, in quo probavimus notorietatem ex triplici circumstantia loci, temporis, & Personarum, quarum multitudo, non requiritur, ut contineat universum Populum, vel majorem partem, ut æquivocatur exadverso, sed satis est fuisse commissum in præsentia multorum, seu majoris partis illarum Personarum, quæ reperiebantur in Loco delicti, ut explicat *Anton. de Rosell. in tun. Manifesta 2. quæst. 1. num. 158. Innocent. in cap. Tua nos de Cohabit. Cleric. & Mulier. num. 4.* & latè probatum fuit supra, imò non requiri certum numerum, sed sufficere, quod factum sit certum, & nullam causæ cognitionem exigens, ut declarat *Eminentissimus Petra ad Constit. Apost. tom. 3. sect. unic. ubi supra num 13. in fine.*

Neque subsistit, percussionem Clerici fuisse secutam coram paucis Personis, quando ex Testibus, pro informatione Curiæ examinatis constat, delictum fuisse commissum inter Ecclesiam, & Sacristiam coram uni- 98 versis Ecclesiasticis, & sæcularibus, qui in Ecclesia, & Sacristia reperiebantur nominando in specie fere omnes Ecclesiasticos, *ed altri Secolari, che ivi si trovorono*; Juncta circumstantia temporis Matutini, ubi Populus extabat in Ecclesia pro audiendis Missis, & Ecclesiastici erant ibi parati, & proximi ad Officiatusam Chori; Itaut pernecesse numerus Personarum esse non potuerit nisi abundans, non autem exiguus, ut in hac materia Judici arbitraria animadvertunt *Cespedes de Exempt. Regalar. dub. 237. num. 7. Menoch. de Arbitr. lib. 2. casu 166. num. 7.* cum aliis supra allegatis.

Prout non obstat, quod Curiæ Archiepiscopali non esset cognitum, an concurreret aliqua circumstantia, excusans ab incursu censurarum; Quoniam ad effectum, ut Ordinarius declarare valeat excommunica- 99 tum exemptum, satis est, quod ex Processu Testium, pro ejus informatione compilato, constet, delictum esse notorium, & nullam exigens causæ cognitionem, licèt Ordinarius ignoret, quæ possint adduci per Delinquentem; Aliàs enim actum esset de notoriis, quia non reperiretur casus delicti notorii, ubi posset Episcopus declarare censuras Juris, si esset necessarium, quod ipse antea sciret, an adesset, necne aliqua excusatio, seu impeditus remaneret ex sola possibilitate imaginaria alicujus excusationis in genere excogitabilis, ut declarat *Innocent. in dicta cap. Tua nos sub nu. 6. de Cohabit. Cleric. & Mulier.* ibi: *Illud factum, vel potiùs maleficium, dicitur noto- 100 rium, ut homicidium, & Adulterium, quia pluribus natum est, etiamsi circumstantiæ non sint notæ, quæ excusant, vel aggravant maleficium &c. Non enim est necesse, ad hoc, ut Processus notorius habeat locum, quod sit notum Partibus, sed quod in veritate sit notorium, quia si velles dicere, quod oportet omnes circumstantias excusantes maleficium esse notas, sequeretur, quod nullum maleficium posset esse notorium, quia nullum est, quod non possit habere aliquam circumstantiam, quæ possit excusare maleficium.*

Doctrinæ autem *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 54. num. 6.* & alii in contrarium adducti procedunt, quando revera adest legitima excusatio, & antequam Ordinarius procedat ad declarationem Censurarum illi opponi- 101 tur, seu excipitur de delicto dubio, mediante eadem excusatione legitima, vel uti quando fuisset in Curia Archiepiscopali facta oppositio, quod Clericus fuisset percussus alapa, vel casualiter, vel ad defensam, & ex causa inculpatæ tutelæ; Tunc enim non potuisset Ordinarius ampliùs procedere, dum per talem oppositionem delictum effectum fuisset dubium, ita aut intraret necessitas cognoscendi judicialiter super causa excusati- 102 va, ut declarat ipse *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. discurs. 54. num. 6.* ibi: *Secus autem ubi ipsum factum percussionis sit dubium, adeò ut &c. accedat aliqua causa, excusativa à censuris, puta quia ad defensionem, vel casualiter &c. & in Summa ubi debeat assumere Partes Judicis.*

In quo sensu tantùm procedit assumptum, quod nequeat Ordinarius procedere in notoriis, ubi scilicet illi opponitur exceptio excusativa à censuris, reddens delictum dubium, & inducens necessitatem discussionis judicialis; Nullatenus autem quando delictum est notorium, & ex illo constat, incursam esse censuram Juris nec ulla apparet excusatio antequam Ordinarius pro- 103 cedat, nam tali casu non dicitur judicare, neque declarare delictum dubium, aut cognoscere super causa, excusativa à censuris, sed solum procedere extrajudicialiter in notorio, ut declarat *Pignatell. dicta consult. 50. nu. 3. vers. Si delictum tom. 7. Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 17. nu. 2. & de Jurisd. disc. 29. nu. 3.* & in his terminis loquuntur omnes resolutiones Sacrarum Congregationum supra citatæ.

Fortiùs quando in rei veritate constat etiam hodie delictum hoc notorium, nullam habuisse causam excusativam, quia nempe, nec commissum fuit casualiter, nec ad defensam propriam, nec ex alia causa, quæ possit excusare à Censuris, sed fuit delictum manifestum, commissum à Cappellano majore propter 104 odium, & vindictam contra Clericum, ab ejus servitio dimissum, quem volebat etiam prohibere ab Ecclesia publica, tamquam esset hæreticus, vel infidelis, juncta extrajudiciali jactantia delicti, habita ab eodem Cappellano majore, & ipsi etiam in contrarium Scribentes hoc notorium delictum non impugnant, dum nullam audent adducere causam excusativam, quo casu cùm delictum appareat undique notorium, & inexcusabile, hoc sufficit, ut Ordinarius benè, & legitimè processerit ad *Text. in Can. De manifesta 2. quæst. 1.* ibi, *neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen*, & in *can. Deus Omnipotens §. Quando autem, eamdem Caus. prima quæst. 2.* ibi: 105 *Evidentia ipsa operis Reum esse testatur, Felin. in cap. Potest de Sentent. & re judic. num. 3. Pignatell. consult. 50. num. 3. vers. Quia, vel nisi tom. 7. Eminentissimus Petra ubi supra num. 11. & Card. de Luca de Jurisdict. disc. 100. num. 12.*

Agnoscunt contrarii Scribentes notorietatem delicti, ejusque inexcusabilitatem, ideoque securrunt ad objectum, quod Eminentissimus Ordinarius non processerit in forma extrajudiciali, sed per viam formalis Sen- 106 tentiæ, prævia judiciali causæ discussione Processus constructione, seu Testium examine; una cum citatione Delinquentis.

Verùm examinando factum, clarè apparebit insubsistentia objecti, quia nulla concurrit tela judicialis, 107 malè exadverso præsupposita, dum solum concurrunt duo actus, scilicet examen Testium, & Sententia decla-

declarationis Censurarum, unà cum citatione Delinquentis.

Examen Testium legitur factum in forma extrajudiciali, dum illi fuerunt examinati pro Instructione Curiæ, absque ulla citatione Partis, ejusque Interrogatoriis, aliisque requisitis pro examine judiciali, & for- 108 mali, & propterea iste actus fuit mere extrajudicialis, & permissus Ordinario in notoriis, ubi semper requiritur processus testium in forma extrajudiciali, juxta Doctrinam Innocentii in *Cap. Tua nos num. 7. versic. Si sit notorium de Cohabitat. Clericor. & Mulier. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 100. sub num. 12. versic. Adeout processus, & in Miscell. Ecclesiast. disc. 24. num 7. Eminentissimus Petra ad Constit. Apost tom. 3. ubi supra num. 14. vers. Prout si fiat aliqualis Processus.*

Declaratio autem Censurarum, prævia citatione Delinquentis ad dicendum causam quare, nec minus vocari potest actus judicialis, & jurisdictionalis, quia cita- 109 tio ad dicendum causam quare, non est arctatoria, stante notorietate delicti, sed facta dicitur ex abundanti, & ex mera urbanitate, ut considerat Eminentissimus Petra *tom. 3. ubi supra num. 14.* ibi: *Tunc, & si fiat citatio, quæ secundùm aliquos etiam requiritur in denunciatione censuræ Juris, non tamen diceretur procedere judicialiter, neque hæc citatio arctaret comparentem ad deducendas exceptiones*, & concordant in puncto *Card. de Luca in Miscell. Ecclesiast. disc. 14. num. 8.* cum aliis supra citatis.

Et ratio est evidens, quia ubi delictum est notorium, & nullam habens tergiversationem, citatio *ad dicendam causam quare*, juxta subjectam materiam, 110 stat ex abundanti, & in forma simpliciter monitiva, ex quo verè, & realiter nulla competit causa excusationis, ut habemus casum decisum in altera *Neapolitana Censurarum 18. Aprilis 1693.* ubi canonizzata fuit validitas censurarum contra Abbatem exemptum attenta notorietate facti, non obstanta quod facta fuisset hujusmodi citatio ante Sententiam declaratoriam Censurarum, ut deducitur ax declaratione Card. Cantelmi, tunc Archiepiscopi data in Summario, ubi præcisè 111 adducitur ratio, quod talis citatio non est arctatoria, sed similis illi, quæ habet clausulam, *Si tua putas interesse*, quæ non arctat nolentem comparere ex doctrina *Felini in dicto cap. Non potest numero 3. de Sentent. & re judicat. & Fagn. ibidem numero 23. & 24.*

Substantia enim, & non formalitas est attendenda, unde si delictum est notorium, & nullam habens exceptionem, unusquisque agnoscit, quod illa citatio dici non potest arctatoria, & necessaria ad effectum comprobandi notorium, aut substantiandi judicium contra Exemptum, sed est actus ad abundantiorem cautelam, sive ad urbanitatem, & monitionem gestus, qui non inducit pendentiam Judicii, telam judiciariam, aut cognitionem Causæ, nisi quando deli- 112 ctum est dubium, & agitur de verificatione facti *Pignatell. consult. 10. nu. 3. in fine versic. Aut cer'è tom. 7. Cardin. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. num 9.* ibi: *Re vera processum fuerat in forma Judicii &c. dum ipsum factum occupationis bonorum erat potiùs occultum &c. & quod magis est data etiam probatione facti remanebat dubium Juris, ac possibilitas legitimæ defensionis.*

Quam veritatem ingenuè fatetur, & admittit exadverso Scribens asserendo, quod inspicienda potiùs sit varitas delicti notorii, quàm formalitas agendi, 113 & processus Judicialis, qui tali casu resolvitur in actus merè extrajudiciales allegando ad id *Barusium in Torculo Juris resolut. 130. num. 25. & seqq. & Eminentissimum Petram ad Constit. Apost. tom. 3. ubi supra dicta sect. unic. num. 23. in fine vers. Difficultas.*

Præsertim quia Doctores nostri, etiam in delictis notoris requisunt citationem, ut docet *Innocent. in cap. Tua* 114 *nos de Cohabit. Cleric. & Mulier. num. 5. vers. Sed melius est, & num. 8. vers. Alii dicunt, Calderin. in cap. Vestra eodem tit. num. 47.* ibi: *honestius tamen est, & tutius, quod in omni casu fiat citatio inter Repet. Canon. diversor. tom. 4. et Eminentissimus Petra ubi supra num. 15.*

Et tamen eodem tempore dicunt in notoriis procedi sine judiciario ordine *Innoc. in dicto cap. Tua nos num. 7.* ibi: *Habet locum processus sine judiciario ordine*, & in *cap. 1. De Officio delegat. in 6. num. 7.* ibi: 115 *Non habebit judicialem indaginem, supplet in notoriis, item non habet judicialem indaginem cum effectu, quia super ea non judicat, sed tantùm se instruit ut justè possit excommunicare*, Ergo supponunt citationem, quam requirunt in notoriis non esse actum judicialem, sed resolvi in simplicem monitionem, quæ non est arctatoria juxta allegatam doctrinam *Felini* communiter receptam, & admissam per Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, ut apud *Barbos. in Summa Apost. decis. collect. 633. num. 33.*

Imò in terminis terminantibus, quod Episcopus in declaratione censurarum contra Exemptos possit citare, ea ratione, quod concessa facultate declarandi 116 Censuras, per necessarium antecedens concessa dicatur facultas citandi egregiè advertit *Abb. in Clement. 1. de Privil. num. 22.* ibi: *Potest loci Ordinarius facere Religiosum quantumcumque exemptum denunciari excommunicatum &c. quare puto, quod quoad hanc denunciationem faciendam poterit Ordinarius facere citari, quia concesso consequenti, videtur antecedens concessum*, quem refert, & sequitur *Felin. num. 3. de Sent. & re judic.* ibi: *Ordinarius potest facere citari Exemptum ad hanc denunciationem, quia Jura volunt, quod ad talem denunciationem Pars citetur; & concesso sequenti, videtur concessum antecedens, Fagn. ibidem num. 23.* ibi: *Ordinarium posse hoc casu decernere citationem, etiam contra Exemptum, nam cùm Jura velint, ut ad* 117 *ejusmodi denunciationem Pars citetur, concesso consequenti, videtur etiam concessum antecedens, neque hoc modo secundùm Felin. dicitur violari exemptio.*

Ex quibus omnibus patet, solam citationem, in casu isto factam, inducere non posse actum jurisdictionalem, & judicialem, quando omnes actus præcedentes non fuerunt judiciales, & signanter examen Testium, pro quo citari Pars debuisset, si Ordinarius procedere voluisset in forma judiciali, & jurisdictio- 118 nali; Aliàs enim erroneè dicendum foret, quod fuisset processum partim extrajudicialiter, & partim judicialiter, inducendo præsumptionem Judicii ex sola citatione, quando hæc sola juxta subjectam materiam semper interpretari debet, ut facta dicatur, eo modo, quo fieri poterat, & debebat, scilicet in forma monitiva, & non arctatoria, non autem jurisdictio- 119 nali, juxta regulam, de qua *Textus in l. Cum patet, ff. de Jur. dot. Barbos. axiom. 12. num. 30. Rot. in Romana Juspatronatus 20. Junii 1707. §. primo coram Card. Scotto, & 1. Junii 1708. §. Nullitas cum seq. coram Aldrovando.*

Maximè reflectendo ad rationem, ob quam contrarii Doctores supponunt, non posse Ordinarium judicialiter procedere, ne scilicet ille se faciat Judicem Exemptorum, violando eorum Privilegia, quæ sanè violatio contingit, quando Ordinarius facit actum, qui necessariò secum fert cognitionem Causæ, directè Judican- 120 do Exemptum, quæ cognitio Causæ non inducitur ex simplici citatione ad sententiam, quæ non dicitur judicare, sed monere Partem eo modo, quo permittitur in notoriis, ut inquit *Innocent. in dicto cap. 1. num. 7. de Offic. delegat. in 6.* ibi: *Quia super ea non judicat, sed tantùm se instruit, ut justè possit excommunicare, Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 14. num 8. Felin. in d. Cap. Non potest num. 3. de sent. & re judic.* ibique *Fagnan. num. 18. & seqq. Geminian. in Can. 51. Papa distinct. 40. num. 5. in fine.*

Hæc quoad primum Dubium, in quo militat etiam aliud fundamentum jurisdictionis Eminentissimi Ordinarii propter offensum ejus Subditum, ut probavi- 121 mus supra, cui motivo nihil exadverso respondetur.

Quo verò ad secundum prætenditur exadverso non substineri præceptum Ordinarii contra Clericos, & Inservientes Ecclesiæ, ab ejus jurisdictione Exemptos, 122 dicendo, quod essent cogendi authoritate proprii Superioris Exemptorum.

Verùm præmissa regula, quod in notoriis habeat locum coactio Testium, etiam non subditorum, ne aliàs 123 tollatur medium habendi instructionem super delicto juxta *Innocent. in cap. 1. de Offic. delegat. in 6. num. 7. & in*

cap.1. num.5. ad finem de Testibus cogen. cum aliis citatis supra.

Urget responsio, quod cùm ageretur de probando delicto adversùs Cappellanum Majorem exemptum, utique Nuncius Apostolicus tanquam interessatus, & Pars formalis contra Curiam Archiepiscopalem, ne ista procederet adversùs Cappellanum Majorem, ut ostendit 324 Processus ipsius Nuncii, non erat requirendus pro licentia cogendi Testes, quia certum erat, quod esset illam denegaturus, ut inquit *Rot. decis.202. num.4. coram Ubald.* ibi: *Certum videtur Capitulum fuisse denegaturum, cùm sit Pars formalis in hac Causa, & consequenter videretur superflua petitio.*

Et proindè, cum ageretur de delicto notorio, involvente publicum scandalum, ubi periculum erat in mora, ut Cappellanus Major publicè evitaretur tanquam noto-325 riè excommunicatus, non fuit necessaria hæc formalitas requirendi Superiorem Exempti, maximè quia requisitus non solùm denegasset licentiam, sed imò impedita remansisset Curia Episcopalis à procedendo, ut limitat *Eminentissimus Petra ad Constitut. Apost. tom.2. ad Constit.3. Honorii III num.25.*

Ex his consequenter resolvitur tertium Dubium, 326 quia si poterat Ordinarius præceptum ferre ad ferendum Testimonium veritatis utique potuit etiam relaxare censuras in eodem præcepto comminatas ex probatis supra.

Nihil obstante, quod hæc sit censura, lata ab homine, quia Ordinarius non processit in hoc casu tanquam in notoriis, & contra Delinquentes, sed in contumaciam, ob non comparitionem ad ferendum Testimo-327 nium veritatis, quod fieri potuit etiam contra non Subditum, ob prorogatam Jurisdictionem à Jure ratione Causæ, in qua aliàs Ordinarius procedere non potuisset, si enim publicè interest, ut morbida pecus publicetur, ut evitetur ab aliis, proindè permissum esse debet omne antecedens, sine quo ad publicationem hanc deveniri non potest, juxta *Innocent. in cap.1. de Offic. delegat. in 6. sub nu.4.* cum aliis supra citatis.

Die 23. Februarii 1709. propositis in Congregatione Concilii tribus sequentibus Dubiis.

Primò: *An Censuræ, latæ, seu declaratoria contra Cappellanum majorem Ecclesiæ Sancti Jacobi Nationis Hispanorum à Curia Archiepiscopali Neapolitana substinean-*329 *tur, non obstantibus privilegiis, concessis à Sanctæ memoriæ Clementi VII. Gregorio XIII. & Sixto V. in Casu, &c.*

Secundò: *An Præceptum de comparendo ad ferendum* 330 *testimonium veritatis, latum à d. Curia contra Clericos; & Inservientes dictæ Ecclesiæ substineatur, non obstantibus iisdem Privilegiis in casu &c.*

Tertiò: *An Eminentissimus Archiepiscopus, seu ejus Curia potuerit denunciare, seu declarare excommunicatos* 331 *dictos Clericos, ac Inservientes ejdem Ecclesiæ in vim dicti Præcepti in casu &c.*

Ad Primum responsum fuit: *Censuræ declaratoriam* 332 *non substineri in casu, de quo agitur, & per Curiam Archiepiscopalem procedendum esse prout de Jure.*

333 Ad Secundum: *Negativè.*

334 Ad Tertium: *Negativè.*

DISCEPTATIO XXXVII.

Nullus Habitus Regularis

Ad petitionem dignissimi Religiosi

ARGUMENTUM.

Religiosi, assumpti ad Episcopalem munus, quo habitu, & cujus coloris uti possint.

INter familiares discursus, habitos cum dignissimo Religioso, cecidit sermo circa habitum illum, & 1 colorem, quo uti possunt Religiosi, assumpti ad Dignitatem Episcopalem, quos nimia affectatione, & non sine ambitione insistentes pro eadem Dignitate obtinenda; mentales Apostatas appellat *Card. de Luc. Relat. Rom. Cur. forens. disc.5. num.14.*

Respondi, quod quæstionem hanc latè tractat *Lucarinus*, assumptus ad Episcopatum Civitatis Plebis ex Ordine Prædicatorum in Libro, cui titulus *Episcopus* 2 *Regularis*, in quo *cap.2. §. 5. à num.326. usque ad num. 342.* latè probant, Regularem creatum Episcopum, teneri ad gestandum habitum coloris illius Religionis, 3 in qua professionem emisit.

Rationes, & congruentiæ apud ipsum recognosci possunt. Ibique *num. 341.* observat ulteriùs quod, præter 4 habitum, tenetur Episcopus ex Ordine Regularium assumptus aliquod signum Religiosæ professionis etiam in Collare stendere, utendo illis, compositis ex materia 5 lanea, illius coloris, cujus est habitus.

Hodie verò cessat in hac parte omnis quæstio ex novissima constitutione Sanctissimi D. N. Benedicti XIII. 6 cujus tenor talis est.

CUstodes super muros Hierusalem à Christo Domino constituti, de omnibus sacrorum virorum Ordinibus in eo, quo decet, sanctioris disciplinæ splendore servandis magnam vigilantiam & sollicitudinem gerere debemus; tum verò illud nobis incumbit, ut qui è Regularium, Monachorum & Mendicantium institutis ad onus Episcopale admoventur, majoris observantiæ & virtutum specimine gregi sibi subjecto præluceant, primævique instituti, cui nomen dederunt, insignia, more majorum perpetuò retineant non solùm in monastica & regulari professione, sed etiam in specialibus indumentis, inque rasili tonsura ad planitiem cutis in summo capite circumducta, vel eo gyro & forma, quibus quisque, ut sui Ordinis, Regularis, Monastici & Mendicantis peculiaribus signis, pridem solemni ritu vitam Deo consecraverat.

Mœrorem, quem jamdudum animo premimus, celare diutius non possumus, nec debemus; quippe quem post nostram humilitatem ad summum Apostolatum evectam, præsulum doctrina & pietate præstantium expostulationes auxerunt; nimirum quod nonnulli Episcopi ex Regularium, Monachorum & Mendicantium familiis assumpti reperiantur, qui brevioribus vestimentis, pristinæ suæ professioni minimè congruis, sed quibus tantùm inferiores Clerici sæculares uti soleant, se in ipsa etiam civitatum frequentia palam spectandos pati non erubescant, laneasque tunicas, à suorum Ordinum conditoribus præscriptas, & eorumdem vitæ sanctimonia quodammodo consecratas, induere detrectantes, etiam contra Cæremonialis Episcoporum sanctiones, à Romanis Pontificibus antecessoribus nostris probatas, summa omnium admiratione, vestes sericas præferant; eo quoque impudentiæ, sui status planè immemores, progressi, ut albas chirothecas ad ostentationem gerant, inque pontificalibus Ecclesiæ functionibus, unde omnis arrogantiæ typhus, & fucus abesse debet, superpelliceum, Episcopis monachis, vel ex Ordinibus mendicantium, proprium, abjicientes, rocchettum præsulum, ex clericis sæcularibus vel regularibus assumptorum, temere adhibeant: nec defuerit qui colores, à suo instituto omnino abhorrentes in exterioribus vestibus jactare non dubitaverit. Hæc quam dedeceant Episcopos, qui ex monachorum & mendicantium regulis, non sine spiritus Apostolici afflatu conscriptis, modestiam sacerdotalem, numquam ex suis animis obliterandam, cæterasque virtutes, aliis propinandas, haurire debuissent, quosque in majori gradu, quo Spiritus Sanctus eos posuit, auctas retinere oporteret; non jam nostris verbis dicemus, ne ipsi, qui regulam Ordinis fratrum Prædicatorum, quam professi fuimus & profitemur, quique onus Episcopale per totos quinquaginta annos sustinentes, ejusdem nostri Ordinis sacros ritus, disciplinamque, Deo juvante, in omnibus observare studuimus; ex privato affectu loqui videamur; sed suis verbis dicent Romani Pontifices, qui nobis, in eorum locum longè dispari merito suffectis, exempla, quæ sectari debeamus, reliquerunt. Dicent Concilia, ab iisdem probata, auctorumque Ecclesiasticorum,

quos

quos honoris causa Patres, Doctoresque appellamus, documenta memorabunt.

Ut ergo à primis, hoc est à Romanis Pontificibus, ordiamur, inclytæ recordationis Innocentius Papa III. Pennensem Episcopum, Ordinis Cisterciensis olim Abbatem, propterea graviter objurgavit, quod post acceptum Episcopatum, *in sui Ordinis injuriam ageret in pluribus, ut apostata, & propriæ conditionis oblitus, pictur ata sella & chirothecis sericatis uteretur, amplo se galero coronaret, & Cisterciensis Ordinis observantias non custodiret, à quibus eum pontificalis dignitatis susceptio non absolveret*, sed eatumdem onus ei magis augeret. Si ad Conciliorum statuta evolvenda hinc processerimus, nobis se offeret Canon 27. Concilii Oecumenici VIII. seu Constantinopolitani IV. decernens, illos, qui monasticam vitam amplexi, *Episcopalem meruerunt honorem, conservare schema & amictum monasticorum indumentorum & ipsam beatam vitam; nullumque habere potestatem deponendi jam dictum schema propter typhum & arrogantem voluntatem, ne per hoc inveniatur propriorum transgressor pactorum.* Postremo *Episcopum, qui monasticarum vestium schema deposuerit aut corrigendum, aut deponendum statuit*. Hæc rata habuit Canon 16. Concilii Oecumenici XII. sive Lateranensis IV. sub jam dicto Innocentio Papa III. definiens, *Episcopos monachos deferre habitum monachalem*. Hoc idem postea sanxit Synodus Londinensis, ab Othobono S. R. E. diacono Cardinali Sancti Hadriani, & Apostolicæ Sedis Legato, celebrata, cujus Canon V. *iis, qui de monasteriis, vel de regularibus locis in Episcopos sunt assumpti, vel de cætero assumentur, suum deferre habitum regularem*, speciatim indicit. De inconvenientia & dedecore habitus splendidi in Episcopis sæcularibus, eoque magis in regularibus, extat Canon 16. Concilii Nicæni II. Sed nostrorum temporum regulares Episcopos instruentem audiamus Ferrandum Carthaginensis Ecclesiæ diaconum, de Beato Fulgentio Ruspensi Episcopo testantem, *Episcopatum sine aliqua ambitione ab illo susceptum: nec ita factum Episcopum, ut esse desisteret Monachus; sed eum, accepta Pontificis dignitate, professionis præteritæ servasse integritatem; nunquam pretiosa vestimenta quæsivisse; orario, sicut Episcopi, nunquam usum, sed pelliceo cingulo, tanquam monachum*. Nec verò uni Episcopi; sed & ipsi Romani Pontifices eadem religione se obstringi voluerunt. De magno enim Gregorio intelligimus, unà cum ejus corpore inventum baltheum, *qui speciem propositi regularis, olim à sancto Benedicto statuti, manifestaret*. De Eugenio III. legimus, *laneam tunicam carni ejus adhæsisse, & diebus ac noctibus cuculla vestitum: intus monachi habitum retinere; extra, se Pontificem & moribus & vestibus exhibere* consuevisse. Denique Doctor Ecclesiæ beatus Thomas Aquinas, ob sanctioris doctrinæ excellentiam *Angelici* elogio cognominatus, cujus hodie festa recolimus, disertè docuit: *si qua sunt in regularibus observantiis, quæ non impediant pontificale officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiam, sicut est continentia, paupertas, & alia hujusmodi, ad hæc remanet religiosus, etiam factus Episcopus, obligatus; & per consequens ad portandum habitum suæ Religionis, qui est hujus obligationis signum*.

Hæc in sacris receptisque Ecclesiæ codicibus de exteriori amictu & debito Episcopi regularis sancita reperimus, quæ nostrates ejusdem disciplinæ Episcopi sibi dicta meminerint. Rasilem capitis coronam, in orbem expressam ad humilitatem docendam, regulæ monasticæ, Constitutiones, Usus & Consuetudines statutis anni temporibus earumdem sacris alumnis renovandam præscribunt: quos postea episcopali charactere insignitos ea maximè distinguendos, nemo in dubium vocaverit. Hæc tamen, quæ ex venerandis Ecclesiæ monumentis adduximus, cum per humanam corruptelam, nisi eis occurratur, nobis ipsis spectantibus, in desuetudinem abire videantur, hac nostra Constitutione Apostolica, firmum robur perpetuis futuris temporibus habitura, ea omnia confirmantes & renovantes, statuimus atque sancimus, ut ex monastico, regulari & mendicantium instituto ad Episcopalem, seu quamcunque aliam dignitatem, etiam S. R. E. Cardinalatum, jam evecti, & impostetum evehendi, universis & singulis suæ regulæ officiis & obligationibus, quæ pontificale, sive cujuscunque alterius dignitatis, aut Cardinalatus, officium minimè impediant, perpetuo subsint: & proinde sui monastici Ordinis, sive alterius regulæ Mendicantium, insignia & propria indumenta lanea, suoque peculiari colore distincta: rasilem quoque, & ad cutis planitiem in summo vertice, vel eo gyro & forma expressam coronam præferant: quibus antea, cum intra eorumdem regularium Ordinum claustra Deo militarent, ex solemni sua professione, insignia induere & coronam præferre tenebantur, à cujus professionis obligationibus per munus Episcopale neutiquam absolvuntur, aut ullo pacto eximuntur. Propterea hujusmodi Episcopis, ex familiis Regularium, Monachorum, & Mendicantium assumptis, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, ut omnia & singula, præsentibus literis nostris hactenus recensita, undequaque observare non differant. Si vero, quod absit, hoc agere contempserint, vel neglexerint, eos pœna suspensionis ab exercitio pontificalium, ipso facto incurrenda, tamdiu innodatos esse declaramus, donec à contumacia resipiscentes, ejusdem suspensionis relaxationem à Sede Apostolica meruerint obtinere.

Quia verò pastoralis nostræ sollicitudinis est non solùm excubare pro optimo statu, & conservatione Regularis observantiæ in religiosis viris, qui ex monasticis & mendicantibus institutis ad onus Episcopale assumuntur; sed etiam prospicere, ne illi, qui ex his, cæterisque universis Religiosis Ordinibus ad ejusmodi gradum evecti, Ecclesia sibi commissa postmodum se abdicaverint, ita vivant, ut, qui eos primum in claustris monasteriorum, deinde in culmine Episcopali conspexerant, quique ipsos demum curarum Episcopalium oneri subductos visuri essent, eis objicere nullo modo possint, quod ideo ad Episcopatum irrepserint, ut hac via Regularem observantiam deserentes, extra sua claustra, quasi nullum unquam religiosum Ordinem professi, vitam ducerent; hæc animum nostrum, omnium quorumcunque Ordinum Regularium honoris amantissimum, permovent, ut Apostolica authoritate approbemus, confirmemus, & tanquam præsentibus inserta habeamus decreta duo, ab antecessoribus nostris felicis recordationis Alexandro VII. die 20. Julii anno Domini MDCLXII. & Clemente XI. die 22. Junii MDCCXV. vulgata: quibus decretis regulares ad transmarinos Episcopatus, sive Vicariatus Apostolicos translati, vel etiam Ecclesiarum administratores, aut visitatores creati, quotiescunque in locis & Ecclesiis, sibi in Episcopalis dignitatis collatione adsignatis, minimè resederint, vel Episcopatum dimiserint, aut munere suo perfuncti fuerint, seu quomodocunque à schismaticis, vel infidelibus impediti, munus Episcopale exercere non possint, jubentur ad pristina suorum Ordinum claustra reverti, cum reliquis confratribus suis sub eodem instituto religiosam vitam ibidem acturi. Hujusmodi autem Episcopis, tam pio disciplinæ regularis instinctu ad suos redeuntibus, Apostolica largitate concedimus, ut in sua provincia quodcunque Ordinis sui cœnobium & monasterium, ubi commodè & religiosè degere possint, sibi pro libitu eligant; ideoque volumus & præcipimus, ut illorum præsides & superiores regulares congruas eis & honestas cellulas in cœnobiis, & monasteriis, ab eisdem electis, adsignent. Itaque Monachis, Mendicantibus, & cujuscunque Ordinis regularibus, qui onere Episcopali sibi imposito deinceps quomodocunque, etiam ultro, se abdicaverint, præcipimus, eosque monemus in Domino, ut ad suorum Ordinum cellulas ultro quoque regrediantur: qua in re sanctitate & doctrina illustrium & magnorum Præsulum exempla eis imitanda proponimus, Cœlestini Papæ V. antecessoris nostri, Gregorii Nazianzeni, Petri Damiani, aliorumque, ob virtutes sacerdotales omnium sæculorum præconiis maximè dignorum antistitum; ut interim sileamus, legationibus & muneribus clarum Ardicinum juniorem à Porta Aleriensem Episcopum & S. R. E. presbyterum Cardinalem tituli Pammachii, à felicis recordationis Innocentio Papa VIII. renunciatum. Is enim, annuen-

annuente Pontifice, dimissis dignitatibus, vetus propositum in sacrum Camaldulensium aremum confugiendi, resumere, atque ultro executioni mandare, sanctum existimavit. Ubi vero, quod minime credimus, iidem segulares paternis nostris monitis aures accommodare noluerint, his nostris, perpetuum robur habituris, decernimus, volumus & præcipimus, ut Monachi, Mendicantes, & cujuscunque alterius instituti Regulares, specialissima etiam mentione digni, qui episcopatu, sibi pridem collato quacunque de causa se imposterum abdicare permissi fuerint, claustra suæ religionis repetere omnino teneantur, & debeant; iis tantùm exceptis, qui à nobis, sive à Romanis Pontificibus antecessoribus aut successoribus nostris obtinuissent vel obtinebunt facultatem expressam vivendi extra claustra, sacro alicui muneri, quod cum vita claustrali exerceri non posset, ex peculiari voluntate nostra, vel eorumdem antecessorum aut successorum nostrorum, speciatim addicti: quod quidem munus respiciat servitium & obsequium nostrum, vel successorum nostrorum, sive hujus Sanctæ Apostolicæ Sedis. Eis autem, val eorum cuilibet, qui hanc Constitutionem violare tentaverint, vel eam quomodocunque neglexerint, omni usu pontificalium, etiam cum facultate & permissione cujuscunque Episcopi exercendorum, penitus & undequaque interdicimus: sique perseveraverint in contumacia non redeundi ad claustra, post annum sint eo ipso suspensi à divinis.

Omnia vero & singula Romanorum Pontificum decreta, Conciliorum canones, Patrum dicta, sententias, segulas, Constitutiones, Usus, Consuetudines, statuta, his nostris literis memorata, post maturam hac de re habitam deliberationem, ex certa scientia, authoritate nostra confirmamus, innovamus & stabilimus, inque plenario robore perpetuis futuris temporibus servanda sancimus, præsentesque semper validas fore, sicque, & non aliter, per quoscunque Judices semper judicari, interpretari, & definiri debere statuimus. Quidquid autem secus super his à quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus, non obstantibus privilegiis, concessionibus, ordinationibus, aliisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, confirmationis, innovationis, sanctionis, declarationis, suspensionis, præcepti, decreti, interdicti, & voluntatis infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Dominicæ Incarnationis millesimo septingentesimo vigesimo quinto, nonis Martiis, Pontificatus nostri anno secundo.

P. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

Anno à Nativitate Domini millesimo septingentesimo vigesimo sexto, Indictione quarta, die vero 4. mensis Aprilis, Pontificatus autem SS. in Christo Patris, & D. N. D. BENEDICTI divina providentia Papæ XIII. anno secundo, supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum, Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis in locis solitis, & consuetis per me Dominicum de Martinis Apost. Cursorem.

Nicolaus de Cappellis Curs. Mag.

DISCEPTATIO XXXVIII.

Melevitana Censurarum

INTER

Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Melevitanæ

ET

Promotorem Fiscalem Curiæ laicalis ejusdem Civitatis

ARGUMENTUM.

Declaratio, & denunciatio Excommunicationis, latæ à Jure ob delictum, commissum ab Exempto, notoriè delinquente, an fieri possit ab Episcopo, extrajudicialiter informato de qualitate notorii.

Die 19. Junii anni 1724. cum Cæsar Faccioli famulus Equitis Bulcæ audacter, & scandalosè alapa percussisset in faciem Sacerdotum Nicolaum Aquilinam, qui mira temperantia juxta Evangelicum consilium alteram maxillam Percussori cedendam obtulit: *Jeri un poco prima di mezzo dì uscendo di Casa mia posta nella strada dell' Arcipelago tra la Fontana, e l'Infermaria della Sagra Religione viddi un Uomo Forastiere, di cui non sò il nome, quale era vestito con Giustacore color di cenere, e Cappello in testa, ed era cinto con spada, e per esserli andato in dietro un Cagnolo bajando, li tirò un sasso, doppo di che lo viddi ritornare in dietro appresso il medemo Cagnolo, che entrò nella Casa del Sacerdote D. Nicola Aquilina, Padrone del medemo Cagnolino, che stà nella medema strada, e per aver Io visto il detto Sacerdote sul soglio della Porta della detta sua Casa, osservando allora, che il detto Uomo, che aveva tirato il sasso al Cagnolo, era in collera, e parlava male al d. D. Nicola, dicendoli bestia, che replicò da tre, ò quattro volte, e mostrava d'andare verso di lui. Io allora lo avertii di badare bene, perche quello a cui lui ingiuriava, e parlava così male, era Sacerdote, quali avertimenti da me fattigli per due volte, e forse anche per tre, l'ha sentiti molto bene, perche era vicino, e mi guardava, anzi allora, mi guardò con volto più adirato parlandomi, e senza curarsi punto de i miei avertimenti andò sopra del detto Nicola, e gli scaricò con la mano aperta un gran schiaffo in faccia, che lo viddi molto bene così il schiaffo, come il segno restato in faccia dal detto schiaffo, e l'hò sentito per aver fatto un gran rumore del colpo, ed il detto Sacerdote allora, che ebbe lo schiaffo altro non fece, che abbassarsi con dire al detto Uomo, se volete mi potete dare un altro, tenendo il berrettino suo in mano ed il capo scoperto.*

Notitia facti delata ad Curiam Laicalem, hæc dictum Cæsarem carceribus mancipari jussit; Successivè verò Prior Ecclesiæ Sancti Joannis authumans illum exemptum à jurisdictione Ordinarii & suæ respectivè subditum, stante famulatu dicti Equitis Hierosolymitani, verificata priùs delicti notorietate, prævio mandato Consilii, in quo residet tota jurisdictio, contra eum tulit sententiam excommunicationis, publicatam die 14. mensis Junii, in qua eundem Cæsarem excommunicatum, & vitandum declaravit tanquam notorium percussorem dicti Sacerdotis. 2

Ante promulgationem dictæ Sententiæ, & consecutivam affixionem Cedulonum secutam dicta die 24. Junii Episcopus Melevitanus de patsato per Cæsarem scelere informatus, ex ipsamet spontanea Delinquentis comparitione, qui tamen delictum variis, frivolisque prætextibus minorare tentaverat, ut ex Informatione ejusdem Episcopi, quæ registratur in fine, postquam novit commenticios colores omnes à dicto Percussore allegatos in facinoris excusationem, & certò scivit, delictum fuisse plusquam notorium, pro debito sui Pastoralis ministerii illum denunciavit incursum in majorem excommunicationem, & ab omnibus Christifidelibus vitandum mediante actu signato die antecedenti 23. mensis Junii, & cujus tenor sequentibus verbis conceptus fuit: *Cùm ex informationibus per nostram Magnam Curiam captis notoriè constet, Cæsarem Faccioli, natione Mediolanen. manus violentas injecisse in personam Sacerdotis D. Nico-* 3 4

Nicolai Aquilina, ideoque ob talem exceſſum publicè commiſſum incidiſſe in ſententiam excommunicationis contentam in canon. Si quis ſuadente Diabolo 17. quæſt.4. Cùmque juxta ſanctiones canonicas præſertim Extravagantis Ad evitanda Concilii Conſtantienſis idem Cæſar tanquam publicus, & notorius percuſſor Clerici ſtatim vitari debeat: Hinc nos partem noſtri Paſtoralis officii implere, & ſaluti animarum nobis concreditarum providere volentes tenore præſentium, omnique alio meliori modo declarantes prædictum Cæſarem Faccioli ob publicam, & notoriam percuſſionem prædicti Nicolai incurſum in ſententiam excommunicationis, contentam in prædicto can. Si quis ſuadente, mandamus, eum uti excommunicatum à Fidelium communione, & Sacramentorum participatione ſegregatum exiſtere, & ab omnibus Chriſtifidelibus, vitari, donec beneficium abſolutionis obtinuerit.

Adimpletis hoc modo partibus ſui muneris, concernentibus Juſtitiam, & Paſtoralem officium, ſuſpendit dictus Epiſcopus affixionem Cedulonum uſque ad diem ſequentem, ſibi blandiens per urbana officia apud Eminentiſſimum Magnum Magiſtrum interpoſita, obtinere conſignationem Carcerati, *ad effetto di poterlo coſtituire per le pene ſpirituali, conforme altre volte ſi era praticato*: Verùm ſua ſpe fruſtratus, & rursùs altero rejecto temperamentó, quo mediante propoſuerat factum concordari, & amicabiliter tranſmitti ad hanc Sacram Congregationem pro habenda deciſione Controverſiæ cenſuit proptetea è re ſua, Cedulones ſubſcriptos die antecedenti affigi facere in locis ſolitis die ſequenti 24. Junii hora 11. de mane, ne videlicet à Priore Eccleſiæ in Cedulonum affixione præveniretur.

His Melitæ peractis, recurſum habuit ad Sacram Congregationem, ut nempè ejus oraculo valida declararetur denunciatio Cenſurarum, facta per Curiam Epiſcopalem, & una ſimul ipſi Epiſcopo committeretur facultas abſolvendi excommunicatum. Hæc autem cùm de more audire voluerit Informationem tum Epiſcopi, tum Reverendiſſimi Inquiſitoris, his perventis, datum fuit in fine regiſtrandum, quod videtur reſolvendum cum Reſcripto: *Cedulones Curiæ Epiſcopalis ſuſtineri, & Epiſcopo committendam abſolutionem.*

Juſtitia Cedulonum, innixa apertæ diſpoſitioni *Can. Si quis ſuadente 17. quæſt.1.* in dubium revocari non poteſt, nam ſi dictus Cæſar facto notorio ſcandaloſo, & publico, manus violentas injecit in Sacerdotem Aquilinam, ut ipſamet Sententia Prioris Eccleſiæ literis apertis manifeſtat ſequentibus verbis: *Super notoria Alapæ incuſſione in faciem Sacerdotis Domini Nicolai Aquilina per Cæſarem Faccioli*: Debuit utique Curia Epiſcopalis Clerici percuſſorem denunciare excommunicatum, & ab omnibus vitandum juxta *Text. in cap. Cùm illorum, & cap. Porrò de Sententia excommunicat.* & in quorum ſequelam id obſervant *Fagnan. in cap. Non poteſt num. 12. §. Verius & ſeqq. de Sentent. & re judicat. Sayr. in Theſaur. caſ. conſcient. lib.3. cap 26. num.11. Bellett. Diſquiſit. Cleric. tit. de Favor. Clericor §. Primo num.3. & ſeqq. Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.39. verb. Officialis quoad privileg. Canon. num 16. Card. de Luc. ad Concil. diſc. 43. num 7. & in Miſcell. Eccleſ. diſc.14. num.6.* & reſolvit Sac. Congregatio Immunitatis *in Calven. 7. Maii* 1630. quam ſequitur *Ricc. in Synopſ. verb. Epiſcopus quoad Cenſuras, & Cenſuratos nu 9.*

Validitas verò fruſtrà impugnatur, ex eo, quod Cæſar citatus non fuit *ad dicendum cauſam quare &c.* Nam prætermiſſo quod Curia Laicalis renuit conſignare Cæſarem carceratum, ab Epiſcopo urbanis officiis requiſitum, *ad effetto di poterlo coſtituire per le pene ſpirituali, conforme altre volte ſi era praticato*, ceſſat difficultas, quia agebatur de facto notorio pro tali etiam qualificato à Sententia Prioris Eccleſiæ ſequentibus verbis *ſuper notoria incuſſione alapæ* In quo Curia Epiſcopalis non proceſſit judicialiter, & in forma contentioſa, gerendo nimirum actum juriſdictionis, ſed extrajudicialiter tantùm, & potiùs implendo partes denunciatoris, & publicatoris, ut videlicet Chriſtifideles ſcirent ſtatum dicti Cæſaris ab omnibus vitandi, quæ ſanè denunciatio nullam citationem, nullamque juris ſolemnitatem expoſcit, ut in puncto notat *Card. de Luc. ad Concil. Tridentin. diſc.43. num.7.* ibi: *Unde propterea &c. cùm tunc nullus juriſdictionis actus in forma contentioſa exerceri dicatur, ſed tantùm gerantur partes Denunciatoris, vel Publicatoris, quæ à quocumque fieri poſſunt, multò verò magis ab Epiſcopo, vel Ordinario Loci, ex ea congrua ratione, quod hæc denunciatio ordinatur ad ſpirituale regimen propriarum Ovium, ſibi commiſſarum, eas monendo, ſeu certiorando à cujus morbidæ, ſeu infectæ Ovis, quamvis externi, & alieni Ovilis converſatione abſtinere debeant; Undè propterea non eſt exercere juriſdictionem cum dicta Ove externa, & Ovilis alieni, ſed potiùs cum Ovibus propriis*, & magis in ſpecie ad caſum noſtrum *in Miſcell. Eccleſ. diſc 14. num.6. circa fin.* egregiè *Eminentiſſimus Petra in ſuis Commentariis ad Bullas Apoſtolic. tom.3. fol.183. num.72. cum plur. ſeqq.*

In quibus terminis ſatis eſt, quod Epiſcopus extrajudicialiter ſe informet ſuper notorietate delicti, de qua eidem conſtito, ritè ſine alia juris ſolemnitate ad dictam denunciationem procedit, ut cumulatis concordantibus notant *Pignatell. conſultat.171. num 9. tom 1. juxta Romanam impreſſionem* ibi: *Et ad hujuſmodi denunciationem cenſetur facultas à Jure permiſſa, & ad illam faciendam ſufficeret etiam extrajudicialis informatio, ut firmat &c. & maximè in offenſione, commiſſa in Clericum publicè, Genuenſ. in Prax. Cur. Archiep. Neapolit. juxta impreſſionem Romanam anni 1616. cap.23. num 16. in fin.* ibi: *Declaratur tertiò quando præſupponitur factum pro indubitato, & quis declaratur excommunicatus, ut magis innoteſcat, vel ut hodiè evitetur ab aliis, quia non eſt opus citare, Tolet. Inſtruction. Sacerdot. lib.1. cap.13. in fin. & Monacell. in Formular. tom.3. tit.1. form.1. num.6.* ibi: *De notorio ſatis eſt, quod Judici conſtet etiam extrajudicialiter, & form 12. num.20. Fagn. in cap. Non poteſt num. 25. de Senten. & re judic. Panimoll. deciſ.96. num.15. & adnotat prima num.14. Bellett. Diſquiſit. Cleric. par.1. tit. de Diſciplin. Clericor. §.4. ſub num 28. Monacell. in formul. tom.4. num.389. fol.75. & Rot. deciſ.48. num 15. part.4. tom.2. recent.* & reſolvit *Sacra Congregatio Immunitatis in Neapolitana 27. Maii 1687. & in Boven 18. Martii* 1698. quas refert, & ſequitur *Ricc. in Synopſ. verb. Cenſuræ à num.1.*

Nil propterea refert, quod Curia Epiſcopalis Teſtes examinaverit, & Proceſſum compilaverit, quaſi perinde via Juris aſſumpta, procedere nequiverit ad Cenſuras ſine citatione, Nam in factis notoriis Teſtes audiuntur, pro inſtructione Curiæ, & ad perpetuam rei memoriam. Quo circa ſi facti, & delicti notorietas in caſu noſtro concludenter probatur ex Teſtium depoſitionibus. Imò ex ipſis Cedulonibus Curiæ laicalis, in quibus literis rotundis delictum qualificatur, & denominatur pro notorio, ubi nil eſt quod Ordinario impediat denunciationem excommunicationis in forma extrajudiciali pro illo effectu, ut Chriſtifideles vitent notorium Clerici Percuſſorem, egregiè *Cardin. de Luc. in Miſcell. diſc.14. num.7.* & concordant *Lap. allegat.73. num.2. cum ſeqq. Ricciull. de Jur. perſonar. lib.4. cap.61 num 18. & 20. Bellett. Diſquiſit. Cleric. part. 1. de Favor. Clericor. can. §. 4. num.29. Pignatell. conſult.162. num 9. & Panimoll. deciſ.96. num.15. & 27. & ad not.1. num.14.*

Cautè verò more ſuo Reverendiſſimus Epiſcopus proceſſit in Cedulonibus adhibendo Verbum *Declarantes*; Voluit enim propriæ Juriſdictioni conſulere, eamque præſervare etiam in caſu, quo cum vero Exempto ageretur, ut ipſemet ſe declaravit in Relatione §. fin. De cætero nil aliud in ſubſtantia egit, quàm denunciare ſuis ſubditis notorium Clerici Percuſſorem ab omnibus vitandum, ut ſola lectura Cedulonum manifeſtè probat, quæ ſanè declaratio denunciativa fieri potuit in forma extrajudiciali, omni ſolemnitate prætermiſſa, ad tradita per *Pignatell. conſult.170. num.15. tom.1. Cardin de Luc. de Juriſdict. diſc.47. num 28. & Eminentiſſimus Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.1. fol.275. num.8. & ſequentibus.*

Quibus poſitis minus refragatur validitati Cenſurarum quod Cæſar uti famulus Equitis Hieroſolymitani munitus erat tribus requiſitis, præſcriptis à *Sacro Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.11. de Reformat.* necnon repetitis in notiſſima *Bulla Gregorii XIII. la 67. §. 2. in Bullar. nov. tom.1.* & conſequenter exemptus cenſeri debeat in omnibus, & per omnia à Juriſdictione Ordinarii.

Nam data millies aſſerta exemptione, de qua tamen in ſubjecta facti ſpecie multùm dubitari contingit, ut infra,

infra, adhuc denunciatio notorii excommunicati, quæ respectu ipsius denunciati nullum præsefert Jurisdictionis actum, exercitum dumtaxat in Subditos, ad quos præceptum de vitando dirigitur, validè fieri potest, ut magistraliter advertit *Card. de Luc. ad Concil. cit. disc. 43. num. 7.* etiamsi agatur de vero, & proprio exempto, ut literaliter decidit *Text. in Clement. prima de Privileg.* ibi: *Excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per Sedem Apostolicam dumtaxat absolvendi, quos etiam Locorum Ordinarii, postquam de hoc eis constiterit* [16] *excommunicatos faciant publicè nunciari &c. nullo Religiosis eis super hoc exemptionis, vel alio Privilegio suffragante:* quem sequuntur *Felin. in cap. Non potest num. 3. de Sent. & re judic.* ibi: *Episcopum posse delarare, Exemptos incurrisse excommunicationem in facto notorio, & facere eos vitari. Dominic. à Sancto Geminian. in cap. 1. §. Numquid num. 5. de Privileg. in 6. Campanil. Diversf. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. num. 43. Pascas de Visit. lib. 2. cap. 20. sub num. 24. Monacell. in form. tom. 3. tit. 1. form. 1. num 6. & Pignatell. consult. 171. num. 6. & seqq. tom. 1. juxtà Romanam impressionem*, ubi refert, & sequitur tres punctualissimas resolutiones Sacræ Congregationis Concilii. Primam *in Nullius 24. Maji 1621.* ibi: *Sacra* [17] *Congregatio Concilii censuit Regulares quoquo modo exemptos, qui ob delictum in excommunicationem inciderunt, posse ab Episcopo denunciari excommunicatos, ut ab aliis evitentur;* Secundam verò *in Limana 29. Januar. 1633.* ibi: *Sacra &c. respondit, Regulares quoquo modo exemptos, qui ob delictum in excommunicationem inciderunt, posse ab Ordinario denunciari excommunicatos, ad hoc ut ab aliis evitentur:* & tertiam *in Eystetten. 14. Martii* [18] *1648. & 28. Augusti 1649.* ibi: *Illosque potuisse ab Episcopo, nedum moneri, verùm etiam denunciari excommunicatos, ut ab aliis evitarentur.*

Quæ exuberare videntur pro validitate d. denunciationis, etiamsi dictus Facciola simplex famulus munitus esset dictis requisitis, & tamen contraria prætensio nullatenus subsistit, dum respectu Famuli habitantis in Domo privata locatitia, & sic extra Claustra, Domumque Conventus, non verificatur saltem tertium re- [19] quisitum obedientiæ, nisi lato modo, & ratione simplici famulatus, quod nequaquam attenditur pro effectu exemptionis, requirentis ad minus obedientiam mixtam cum habitatione videlicet in Conventu, & Domo Religionis sub oculis Superiorum Claustralium, qui visis iis, quæ geruntur, possint reprehensibiles corrigere, ut mirabiliter explicavit *Sac. Rot. in celebr. Toletana Jurisdictionis 10. Januarii 1689. coram Molines* impressa ad [20] ornat. *Cardin. de Luc. de Jurisdict. lib. 3. decis. 15. num. 18.* ibi: *Tertium denique requisitum de obedientia, non esse intelligendum DD. visum fuit de illa rigorosa, ratione Voti, qualem præstant Professi suis Superioribus, neque de obedientia lata, ratione famulatus, & muneris serviendi &c. Sed de illa mixta, nempè quando Servientes Ecclesiis, Commendis, vel aliis Locis Religionis, more Religiosorum, vitam collegialiter, & ad instar Claustri ducunt intra Domos Religionis, sub oculis alicujus Superioris illius, qui videat ea, quæ ibi geruntur, eosque corrigere possit in his, quæ reprehensione indigent, ut notat Card. de Luc. &c.*

Et dixerat priùs idem *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 4. num. 8.* ubi refert ita decisum per Sacram Congrega- [21] tionem Concilii, quæ rursùs *de anno 1640.* semel, atque iterum censuit nulla exemptione gaudere etiam illos, qui sunt media Cruce insigniti, & per consequens multo magis addicti Religioni, quàm simplices Famuli Equitum particularium, ut ex resolutione ejusdem Congregationis, & ex Epistola Cardinalis Francisci Barberini Senioris, quæ per extensum registrantur in fine.

Et quod plus est de anno 1698. assumpto formiter examine per Sacram Congregationem specialiter deputatam à san. memor. Innocentio XII. compositamque ex [22] DD. Cardinalibus Albano, posteà Summo Pontifice Clemente XI. Carpineo, & Panciatico, utrum Famuli Equitum istis servientes, & cum eis inhabitantes in Domibus privatis locatitiis, habeant requisita Concilii pro effectu exemptionis à Jurisdictione Episcopi quoad Sacramenta, & Sacramentalia, eadem Congregatio fuit in sensu negativo, & ex Decretis registratis pariter in fine, quorum executio quoad Inhabitantes in Civitate Vallettæ, tametsi Religione instante fuerit ad decennium suspensa à dicto Summo Pontifice Innocentio XII. & pro longiori fortasse tempore à Successoribus Pontificibus; hæc tamen suspensio ad summum probat, quod in ordine ad Sacramentalia, & Sacramenta, de quibus loquuntur memorata Decreta, Jurisdictio Episcopi, non adhuc ad praxim redacta est circa concernentia Sacramenta, & Sacramentalia dumtaxat, non autem in aliis, ut benè observat Episcopus in sua Rela- [23] tione § 6. & 18. & applicatur conclusio, uno ore à Doctoribus amplexa, quod in dicto Sacramenta, & Sacramentalia non concernentibus, ad quæ extensiva illatio à dicta suspensione fieri nequit, concessionibus factis Inferioribus, in præjudicium Jurisdictionis Ordinariæ, attendi debet sensus strictus, rigorosus, quantum litera sonat, & non ultrà, taliter, ut quæ expressè concessa non fuerunt, præservata Ordinario, ejusque nativæ Jurisdictioni censentur, juxtà originalem doctrinam *Ancaran. in cap. Postulasti vers. Quidquid per extensionem de For. competen. & in cap. 2. sub num. 50. de Constitut.* secuti à *Gutier. de Jurisdict. Ordin. parte 2. quæst. 45. num. 15. Lotter. de Re benef. lib. 1. quæst. 24. à num. 96. ad 99. Rot. decis. 167. num. 5. & 6. coram Bich. &* [24] *decis. 192. num. 6. & seqq. par. 19. & in Baren. Jurisdictionis super negotio principali 26. Aprilis 1694. §. Neque Juris adsistentiam coram Ursino, & in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 13. Junii 1690. § Ac per consequens vers. Adeout coram Molines.*

Absque ulla prorsus difficultate, quia pro eo, quod attinet ad Causas civiles, criminales, & mixtas, Episcopi habent pro se plures punctualissimas resolutiones Sacræ Congregationis Concilii, nempè illam relatam *à Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 4. num. 8.* & alias duas, [25] de quibus in fine *num* . . necnon sensum *Sacræ Rotæ in dicta Toletana Jurisdictionis coram Molines.* Quibus judicatis nullo modo præsumi potest, quod Papa derogare voluerit suspendendo ad tempus Decreta attributiva Jurisdictionis quoad Sacramenta, & Sacramentalia, hoc enim esset in materia odiosa, & Juris correctoria admittere extensionem in præjuditium Ordinariorum; quod tolerari non potest, ut notant *Fermosin. in cap. Cùm contingat quæst. 2. num. 14. cum seq. Cothier de Jurisd. Ordinar. in exept. parte prima quæst. 1. num. 7. Lap. allegat.* [26] *70. sub num. 9. cum seqq. Lotter. de Re benef. lib. primo quæst. 23. num. 24. Rota in dicta Baren. Jurisdictionis super negotio principali §. Et fundamentalis ratio coram Ursina, & in dicta Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure § Ac per consequens vers. Imò exemptio coram Molines;* Et in terminis longè fortioribus, quod in materia Juris communis correctoria non licet arguere de similibus ad similia, etiam concurrente rationis identitate, advertunt *Felin in cap. Audiets num. 9. vers Cæterum cum seq. de Rescriptis Lap. dicta allegat. 70. sub num. 9. Cothier. de Jur. Ordin. in exempt. parte 1. quæst 13. num. 3. Rota in Firmana Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. Parum refragante vers. Non turbante, coram Molines.*

Circa secundo parte dubii, ubi quæritur: *Cui committenda sit absolutio:* alteri sanè deleganda non videtur, quàm Reverendissimo Episcopo, etiam in eo durissimo casu, quo Prior Ecclesiæ aliqua, vel actuali, vel habituali Jurisdictione potiretur in Equites, & Famulos exempti à Jurisdictione Episcopi, etiamsi essent, nam [27] in terminis veri Regularis suo Superiori Subditi definitum habemus per *Textum apertum in cap. Religioso de Sentent. excommunicationis in 6.* quod si percusserit Clericum sæcularem absolvendus est ab Episcopo, non à Superiore Claustrali, ibi: *Religiosus, qui manus violentas in Clericum Sæcularem injecit (ne hoc prætextu habeat materiam vagandi, poterit ab Episcopo eo casu absolutionis beneficium exhiberi, quo Sæculari Clerico posset si alium Clericum percussisset)* ex quo Textu DD. concorditer desumunt absolutionem committendam, non Prælato Percussoris Exempti, sed Episcopo, & Ordinario Clerici percussi, ut videre est apud *Joan. de Lignan. in Clementin. Ne in agro de Stat. Regul. Barbosa in dicto cap. Religioso num. 2. de Sentent. excommun. in 6. Rodriguez quæstion. Regular. tom. 1. quæst. 20. art. 12. Suarez de Censur.* [28] *tom. 5. disput. 22. sess. prima num. 74. Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 17. quæst. 14. num. 3. Campanil. in diverf. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. num. 43. vers. Neque*

exem-

exemptos, ubi *vers. Nemò tamen*, testatur ita practicatum fuisse in sua Curia Episcopali Laqudonensi, in qua Religiosus absolutionem ab excommunicatione, incursa propter percussionem cujusdam Clerici sæcularis, petiit, & obtinuit ab ejus Vicario Generali, & *Monacell. in Formular. tom. 3. tit. 2. formul. 1. num. 22. vers. Si autem*.

Quod punctualiter etiam resolvit *Sacra Congregatio Concilii in causa Eystetten. 14. Martii 1684. & 28. Augusti 1649.* quam refert, & sequitur *Pignatell. consult. 171. num. 22. tom. 1.* in cujus casu agebatur de delicto, commisso ab Equite Commendatario Ordinis Theutonici, & in quo facultas ipsum absolvendi concessa fuit Episcopo, non autem Magno Magistro ejusdem Ordinis, ibi: *Eidem autem Episcopo concedendam esse facultatem supradictos Excommunicatos absolvendi cum pœnitentiis salutaribus, facto verbo cum Sanctissimo.* (29)

Imò in terminis ipsorummet Equitum Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, excommunicatorum ex causa violentæ manuum injectionis in Clericos, habemus casum quater decisum à Sacris Congregationibus; De anno siquidem 1696. hæc Sacra Congregatio delegavit Episcopo absolutionem Commendatarii de Pomis, qui percusserat Clericos Archangelum Caluria, & Gratium Grati. (30)

Eodemque anno dicta Sacra Congregatio remisit ad Episcopum Melevitanum Fratrem Philippum Cagnacci, percussorem Sacerdotis de Andræa, qui ad Urbem se contulerat pro obtinenda absolutione. Jussit enim redire Melitam, & debitis præmissis satisfactionibus petere, & obtinere absolutionem ab Ordinario. In quo Decreto notandum, quod dictus Cagnacci erat Frater Cappellanus, subditus Priori Ecclesiæ, quo non obstante Sacra Congregatio censuit absolutionem à solo Episcopo concedendam esse. (31)

Idipsum determinavit de anno 1719. contra Equitem Andræam Cabassoles, excommunicatum ob violentam manuum injectionem in Sacerdotem Mami. Supplicabat enim pro absolutione deleganda, vel Priori Ecclesiæ, vel Reverendissimo Inquisitori. At Sacra Congregatio constans fuit in sensu illum remittendi ad Episcopum, justè siquidem ponderavit, quod nimium læderentur Jura Episcopalia, & ansa daretur Equitibus, & exemptis delinquendi si interverso constanti stylo ejusdem Sacræ Congregationis alteri quàm Episcopo concederetur absolvendi facultas. (32)

De anno denique 1720. Sacra Congregatio Immunitatis, retentis iisdem regulis, processit contra Equitem Cittadellam. Hic percusso Clerico, rogabat pro absolutione committenda Priori, & ejus adhærebant Instantiæ Defensores Sac. Religionis, verùm Sacra Congregatio, nedùm commisit absolutionem Episcopo, sed ulterius decrevit: *Abolenda esse omnia, & singula Acta facta per Priorem in dicta Causa.* (33)

E' conspectu igitur oraculorum Sac. Congregationum silere debent contrariæ ratiocinationes, quibus in totum posthabitis, illis tanquam legibus in concreto casus adhærendum est, ex notatis per *Fagnan. in cap. Quoniam num. 8. de Constitut. Pasqualig. quæst. moral. centur. 2. cap. 61. num. 4. Rota decis. 7. num. 3. post Antonell. de Jur. Cleric. & decis. 72. num. 4. coram Ansaldo, & in Perusina Præeminentiarum 2. Decembris 1722. §. Fortiùs coram eodem, & in Romana Matrimonii 3. Julii 1719. §. Hinc descendendo coram R.P.D. Corio.*

Quatenus verò expendere liberet momenta rationum, ex quibus Sacra Congregatio Immunitatis decrevit *Abolenda esse omnia acta facta à Priore Ecclesiæ in dicta Causa Equitis Cittadella*, illa nobis in promptu exhibent Statuta Sacræ Religionis *sub tit. 7. de Concilio, & Judicibus §. 2. & seqq.* ex quibus constat, quod Prior Ecclesiæ nullam habet Jurisdictionem in Equites, & Famulos, sed hæc in totum, & per totum reservatur Magno Magistro, non quidem de per se considerato, sed juncto cum Consilio Ordinario, quod componitur ex eodem Magno Magistro, Episcopo Melevitano, Priore dictæ Ecclesiæ; aliisque, specificatis *sub tit. 7. §. 2. & seqq.* ut videre est in eodem Statuto *§. 5. & §. 15.* (34)

Prior autem Ecclesiæ, qui regulariter est unus ex Fratribus Cappellanis Religionis, ut disponitur in dictis Statutis *tit. 13. §. 6.* nullam aliam habet Jurisdictionem præter illam, quæ ei conceditur *in tit. 13. §. 6 tit. Della Giurisdizione del Priore*; sequentibus verbis: *Il Priore della Chiesa, il quale è sopra li Cappellani, e Chierici con giustissima ragione essercita sopra di loro Giurisdizione; Perciò li Frati Cappellani, e Chierici dell' ordine nostro, che sono in Convento &c. siano sottoposti alli commandamenti del Priore della Chiesa, eccetto li Cappellani del Maestro, e può il Priore commandare a quelli, che sono sotto la sua potestà, che diligentemente celebrino l'Offizio della Chiesa, che sentano le confessioni, che amministrano il Santo Sagramento della Chiesa a Fratelli, e Confrati, caso che essendo impedito &c. non possa l'istesso Priore eseguire queste cose*, & concordat etiam dispositio eorundem Statutorum sub eodem *tit. 13. §. 7.* ibi: *Ma se il Priore della Chiesa &c. sarà presenzialmente ne' Priorati, e nelle Commende, dovunque egli si ritroverà personalmente esserciti Giurisdizione sopra li Frati Cappellani, e gli corregga &c. e dia ordine, che il Divino Offizio sia diligentemente celebrato.* (35) (36)

Attenta verò dictorum Statutorum censura palpatur manibus, quod Prior Ecclesiæ nullam habet Jurisdictionem Ordinariam, sed tanquam caput numerale Fratrum Cappellanorum particularem obtinet in illos præeminentiam, quod Divina Officia, cæteraque Ecclesiam respicientia; Unde jure meritò Sacra Congregatio Immunitatis in dicta Causa Equitis Cittadella cassavit omnia acta per Priorem attentata, & benignas aures præbere recusavit Instantiæ super absolutione, eidem Priori committenda; Quam insuper hæc Sacra Congregatio committere noluit Reverendissimo Inquisitori in alia Causa Equitis de Cabassoles, ut sarcta tecta servaretur Jurisdictio Episcopalis, & ne interversa hac indeclinabili subjectione Ordinario latior sterneretur delinquendi via cum grandi discrimine tum Animarum tum Juris Episcopalis. Idem ergo Juris in præsenti casu statuendum videtur. (37)

R E L A T I O

Episcopi Melitensis transmissa Congregationi Episcoporum, & Regularium in hac Causa.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori Signori, Padroni Colendissimi.

SI sono degnate l' EE. VV. di commandarmi sotto li 11. del passato mese d'Agosto, che io debba riferire quel, che occorre sopra il Memoriale, presentato a codesta Sagra Congregazione in nome del Promotor Fiscale di questa mia Curia. Ed Io eseguendo i loro benigni commandi, mi dò l'onore di rappresentare umilmamente all'EE. VV. che sotto li 19. del cadente mese di Giugno fu da me Cesare Faccioli, Servitore del Sig. Cavalier Busca, mi disse, che passeggiando per una strada di questa Città Valletta, aveva tirato un sasso ad un Cagnolo, che gl'abbajava contro, e che il Padrone del medemo, che lo vidde, gli disse alcune parole ingiuriose, per le quali acceso di collera, si avanzò a darli un schiaffo. (38)

Seppe poi da' Vicini, che quello era Sacerdote, onde spiacciuto doppiamente del proprio trasporto tornò in dietro, ed inginocchiato gli domandò perdono, ma l' offeso glie lo negò, sicché veniva a domandarlo a me. Io non avendo notizia alcuna di tal fatto, lo mandai al mio Vicario Generale, quale sentito dallo stesso, che con giuramento affermava, non averlo conosciuto, ne saputo, che l'offeso fosse Sacerdote, il che parimente gli fu confermato da due Testimonj, uno de' quali Fratello dell' offeso, diceva esser ciò molto verisimile, perchè l' offeso era in robba di Camera, e non mostrava alcun segno, e l' Offendente è forastiere, stimò per allora detto mio Vicario, che non vi potesse esser luogo alle Censure. E considerando, che nel medemo concorrevano i tre requisiti, pigliandoli nel senso del Convento, per non entrare in una disputa col Governo, per pena meramente temporale; fece chiamare il Fiscale della Corte Laica, d'ordine del quale fu l'Offendente carcerato.

In tutto quel giorno non s'ebbe altra notizia, perche il Sacerdote offeso si era fatto tirar sangue, e non usci di Casa fino al giorno seguente, nel quale venne a dare il det-

il detto nella mia Corte . Dal qoal detto, e da quello de' Testimonj indicati si provò , cha il fatto ara molto differente, e che in sostanza il Reo aveva saputo, ò dovuto sapere, cha l'offeso era Sacerdote; Onde lo mandai il mio Vicario a fare istanza all' Eminentiss. Gran Mastro, che detto Reo mi fosse consegnato , ad'effetto di poterlo costituire per le pene spirituali, conforme altre volte si era pratticato. Sua Eminenza sentita l'opposizione del Fiscale, rispose, che non mi si doveva rimettere , perche aveva i trè requisiti, ed allora deputò Commissarj Cavalieri per farli il Processo , secondo lo stile della Religiona.

Io oon dubitavo de' detti trè requisiti , pigliandosi secondo l'intelligenza del Convento , e sacondo l'Induito del Sommo Pontefice Innocenzo XII. che si degnò di prolongare doppo una lunga lite il temperamento Urbano del 1629. Ma questo fu per grazia, e contro il sentimento della Sac. Congr. Particolare, alla quale era stato commesso l'esame di quella pendenza, e che riferendo, *prout de Jure*, stimò, che i Servidori de'Cavalieri particolari, che non hanno alcun impiego publico, ma abitano da per loro in Case d'affitto, come appunto è il caso presente, non dovassero godere esenzione alcuna, perche un' ubbidienza puramente servile non è la ricercata dal Sac. Concilio di Trento, e dalle Bolle Pontificie.

Contuttociò piacqoe allora a Sua Santità di consolare la Religione con prolongare detto temperamento , secondo il quale tutti i Servidori de' Cavalieri , fra Cappellani , e fra Serventi, che abitano nella Valletta , reputata *lato modo* il Convento della Religinne , ricevano da' Ministri dell'istessa il Sagramento della Penitenza , Viatici , Estrema unzione , e soddisfano al Precetto Pasquale , purche servino , siano stipendiari , a pernottino in Casa del Padrone. Ne Io ho mai pensato di rivangare questa pendenza , ne di controvertere alla Religione questa prerogativa , e per la dovuta venerazione all'Oracoli Pontifizj , e per la gratitudine , che dev[o] ancor Io professare verso la mia Religione , di cui non arcio d'esser Figlio, benche per la promoziona al Vescovado sciolto dal Voto.

Ma desiderando altresi di non mancare all'obbligo , che mi corre , come Vescovo, riflettevo , che detto Indulto, come grazioso , non è capaca d'esenzione , oltre quello, che dispone espressamente, onde il riferito Cesare non godendo esenzione *de Jure*, ma per privilegio, ristretto a' Sagramenti , di sopra specificati, non li poteva suffragare nel caso presente delle Censure, nelle quali era incorso, per aver battuto uo Sacerdote mio Suddito.

Mandai perciò di nuovo il mio Vicario da Sua Eminenza per supplicarla , che almeno si contentasse di far soprasedere, finche si formasse un fatto concorde , e si consultasse codesta Sagra Cangregazione ; Alche però l'Eminenza Sua noo stimò di condescendere, siché fin d' allora mi determinai di far quel che potevo, per non mancare al mio dovere , ma con sfuggire al possibile tutti l' impegni .

A quest' effetto m' astenni dal citare il Reo , perche prevedevo , che quaodo avessi precittato il Giudice della Gran Corte Secolare , che me lo mandasse, questo averebbe risposto, che non stava più à disposizione sua , ma de'Commissarj , deputati da Sua Eminenza ; ed a questi, come Cavalieri, noo mi conveniva far precetto.

E come che dall' Informaziooi prese costava la notorietà del delitto (sopra di che non può cadere controversia , giache anche Monsignor Priore della Chiesa l'ha così dichiarato) preparai i miei Cedoloni oella forma trasmessa , aspettando il tempo di publicarli .

Supponevo , che questo dovesse seguire la Vigilia di S. Giovanni, perche per quella mattina era stato intimato il Consiglio dell'Ordine , che si compone di S. E. come Capo di tutti i Capi delle Nazioni , chiamati Pilieri , a di totti i Signnri della Gran Croce.

Senza l'ordine di questo Consiglio , nel quale risiede abitualmente la Giorisdiziona , Moosignor Priore della Chiesa, che l'esercita solamente in atto, non può scommunicare alcuno , perche in qualunqua delitto i Commissarj fanno la Relazione al Cooseglio , a questo sentendo , cha ci sia loogo delle Censura dice a Monsignor Priora di procedare .

Io dunqoe sapendo , che i Commissarj erano già in ordina per fare la Relazioor , supponendo , che questa si sarebbe fatta nel Consiglio predetto , prima d'andarvi lasciai i Cedoloni sottoscritti , e diedi ordine , che sa finito il Consiglio , avessi lo fatto un tal segnale , s'affissassero subbito ne' Luoghi consueti , perche così si prattica aocora rispetto a quelli della Religione , andando di concerto Monsignor Priore della Chiesa co' Commissarj , a lasciando i Cedoloni all'ordine , che finito il Consiglio subbito sono affissati .

Ma nel Consiglio di quella mattioa noo se ne parlò , a mi fu poi detto , che S. E. fece sospendere la Relazione , perche Io mi ci trovavo , sichè i miei Cedolooi restarono colla data , che io vi avevo posto.

La mattina seguente fui oella Chiesa di S. Giovanni per intervenire alla solita Processiona , ed il Signor Bali Pinto Vice-Cancalliere , mi disse , che quella mattina si sarebbe tenuto Consiglio nella Sagrestia , dimandandomi se vi sarei andato, al che risposi, che non avevo cosa in contrario. Ma avendomi il medesimo fatto conoscere , che dovendosi parlare delle Censure del predetto Cesare , l'E. S. aveva mostrato gusto , che Io non v'intervenissi ; Io replicai subito , che ero prontissimo ad incontrare il gusto di S. E. e che mi sarei astenuto d'andarvi. Nell'istesso tempo però diedi ordine al mio Segretario, che terminata la Processione s'affissassero i Cedoloni , come segui , perche supposi , che così sarebbe seguito di quelli della Religione .

Il Consiglio però non si tenne , che doppo pranso , o perche la Processioue fosse finita tardi , o per altra Causa , a me ignota . Ed intanto mi fu riferito , che si facevano gran doglianze , perche i miei Cedoloni fossero stati affissati prima ; Ma essendo Io andaro a Palazzo doppo Vespero , dove ero stato convitato per assistere alla Corsa de' Barbari , benche l'E. S. mi dicesse in principio graziosamante , che Io alla fine glie l'avevo fatta, avendoli però io replicato , come , e perche era seguita quell'anticipazione S. E. restò soddisfatta , a mi disse , che si poteva dunqoa scrivare d'accordo , al che Io m' offersi prontissimo .

S'avvicioava in tanto il tempo di scrivera , a non compariva alcun Ministro a parlarmene , onde arrivato il giorno , che precede immediatamente alla solita partanza della Posta , Iu per non recedere dall'appuntato , senza sentir prima cosa diceva S. E. fui a trovarla , confermandoli la mia prontezza a scriver d'accordo; Ma S. E. rispose , che i sooi Ministri l'avevano dissuasa, perche Io avevo pregiudicata la Religione , e che perciò scrivesse ogn'un da se .

Temo d'aver stancata la sofferenza dell'EE. VV. col racconto di questo fatto , alquanto prolisso , ma ho creduto di non poterlo lasciare , perche , tra l'altre cose , ho seotito , che per parte del Governo si lamentano , che Io a' Cedoloni abbi fatta l'antidata, quando dal fatto apparisce, d'onde ella proceda, a per altro, cha motivo potevo Io avere di farvela, quando non deve attendersi, che qualla dell'affissione , quando dovesse esser coosiderata , ed in quella non cade controversia .

E per altro quanto al dritto, io lo ristringo unicamente a che il predetto Cesare, se bene hai tre requisiti , per godere dell'Indulto Pontificio, quanto alla materia de' Sagramenti, in quello espressi, non l'ha però per essere esenta dalla giorisdizione dell'Ordinario in una materia, come questa, nell'Indulto non contenuta, perche l'abitaziona io una Casa privata d'affitto al sarvizio d'un Cavaliere , con un'obbedienza pura servile, non sono i trè requisiti, ricercati dal S. Conc di Trento, e dalle Bolle Pontificie, per essere esente dalla Giurisdiziona dell' Ordinario, ò almeno Io così ho creduto, *saltem per modum dubii* , che però mi ero conteotato , che si soprasedesse, e si scrivesse d'accordo, per aver l'Oracolo di codesta S. Coog.

Per questo motivo da me accennato all'Agente , suppongo , che nal Memoriale presentato all'EE. VV. a nome del Promotor Fiscale della mia Curia , sia stata posta l'istaoza, che i Cedoloni di Monsignor Priore della Chiesa siano dichiarati nulli , per difetto di Giurisdizione . E veramente Io gl'avevo mandati ancora due esemplari , secondo i quali due volta i Staffieri dell'Eminentiss. Gran Mastro , cha erano stati prevenoti dalla Corte Laica per la pene temporali , furono rimessi alla Curia per le pene spirituali .

Con

Con tutto ciò se la Religione in questo caso intende di sostenere la loro validità per ragione della cumulativa, che gli può competere, Io non stimo di doverla impugnare, benche qui non sia stata mai practicata. Ma molto meno può la Religione impugnare la validità de' miei per le ragioni, già dette, e perche il termine, *Declarantes*, da me posto per preservare la mia Giurisdizione, anche in causa d'un vero esente, si sostiene, come precetto *de vitando*. Onde a me pare, che resti l'articolo da chi debba il Reo conseguire in beneficio dell'assoluzione, quando l'implori, come suppongo. Ed in questo sapendo Io, che l'EE. VV. si sono sempre degnate di sostenere la Giurisdizione del Vescovo, anche quando si è trattato di Cedoloni col precetto *de vitando*, affissati contro Cavalieri Religiosi, totalmente esenti, non credo aver bisogno d'anteporre quei motivi, che hanno avuti sempre presenti, perche saranno suppliti dal sommo zelo dell' EE. VV. alle quali rimettendo il Memoriale transmessomi, bacio riverente la Sagra Porpora.

Dell'EE. VV.

Malta 2. Ottobre 1724.

Umil. Devotiss. ed Oblig. Servitor vero
F. Gasparo Vescovo di Malta.

Resolutio Cong. Concilii sub die 21. Julii 1640. Lib. 16. Decr. S. C. fol. 403.

39 *Die 21. Julii 1640.* Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit Episcopum Melevitanum potuisse procedere contra Fabium Pensam media Cruce signatum pro solutione Patrimonii per Joanoem Perrum assignati Joanni Francisco ejus filio pro Sacris Ordinibus suscipiendis.

J. B. Cardinalis Pamphilius.
Franciscus Paulutius S. C. C. Secretarius.

Alia Resolutio sub die 11. Octobris 1640.

Foris-All'Illustre, e Molto Rev. Monsignore come Fratello. Il Vescovo di Malta.

Intus-Illustre, e Molto Rev. Signore come Fratello. Essendosi con matura discussione, e con aver sentito le Parti, risoluto nella Congregazione, tenuta a' 11. d'Ottobre 1640. avanti l'Eminentiss. Sig. Cardinal Barberino Protettore di codesta Religione Hierosolomitana che li Chieriel, che pigliano, e portano la mezza Croce restino tuttavia sottoposti alla sola Giurisdizione di codesta Curia Vescovale, tanto nelle Cause Criminali, e miste, quanto nelle mere Civili, perciò si notifica à V. S. della risoluzione, perchè ella in conformità di quella eseguisca, con procedere in tutte le Cause de' sudetti Chierici, mentre la prego dal Signor Iddio ogni bene. Roma 4. Febraro 1641. Di V. S. come Fratello. G. B. Cardinal Pansilio. Francesco Paulucci Segretario della S. C. Al Vescovo di Malta.

40

Resolutio Congr. Particularis 29. Septembris anni 1698. EE. DD. Cardinalium Carpinei, Panciatici, & Albani, postea Summi Pontificis Clem. XI.

41

Ad primum. An Sacramenta veris familiaris Sacræ Religionis Hierosolymitanæ ministrari possint, non solùm in majori Ecclesiæ Conventuali S. Joannis, sed etiam in Ecclesia S. Antonii Civitatis Vallettæ, & in ista retineri? *Negativè*.

42

43 Ad secundum. An in Ecclesia S. Annæ intus Castrum S. Elmi asservari possit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Oleum Infirmorum? *Negativè, & nonnisi authoritate Ordinarii*.

44 Ad tertium. An generaliter omnes Habitantes in Civitate Valletta pro servitio Equitum, sive Religionis, dicantur habitare intra Conventum, & Septa ejusdem Religionis? *Negativè*.

45 Ad quartum. An Famulis, & Familiaribus utriusque sexus, non inservientibus Religioni, illiusque Ecclesiis, Hospitalibus, aliisque Locis publicis, sed degentibus, & pernoctantibus in Domibus privatis Militum pro eorum particulari servitio, eorumque sumptibus, & expensis, ministrari possint Sacramenta à Cappellanis S. Religionis? *Negativè*.

46 Ad quintum. An itidem Donati, & Confratres, etiam habitantes cum eorum Familiis in eorum propriis Domibus intra dictam Civitatem Vallettæ, possint recipere Sacramenta à prædictis Cappellanis? *Negativè*.

47 Ad sextum, An Juvenes stipendiati nuncupati *Mezze Croci*, servientes majori Ecclesiæ Conventuali S. Joannis, & degentes in propriis Domibus, ut supra? *Negativè*.

48 Ad septimum. An Officiales, & Ministris Locorum publicorum, nempe Albergiorum Ven. Linguarum, Pulveristæ, Furnii, Zecchæ, Infirmariæ, Domorum nuncupatarum *la Falagna, ed il Franco*, ac similium, degentes, & pernoctantes in dictis Locis cum assistentia, vel sine alicujus Superioris Regularis? *Affirmativè quoad Officiales, & Ministros Infirmariæ, & Albergorum. Negativè verò quoad Reliquos*.

49 Ad octavum. An Carcerati in Carceribus laicalibus Castellaniæ, tam pro Causis Civilibus, quàm Criminalibus, sive quovis alio titulo detenti? *Negativè*.

50 Ad nonum. An itidem Servi perpetui, seu Mancipia Religionis Magni Magistri, & aliorum Militum ad Fidem conversi? *Negativè*.

51 Ad decimum. An Milites Præsidiarii Arcis S. Elmi ibidem habitantes, & pernoctantes? *Negativè*.

52 Ad undecimum. An Milites, Nautæ, Remigeri, aliique Officiales Triremium, in eisdem Triremibus pariter pernoctantes? *Negativè, nisi Sanctissimus concedere voluerit Breve ad septennium*, cum clausula. *Sine præjudicio Jurium Parochialium*.

53 Ad duodecimum. An Personis non familiaribus Sac. Religionis, neque Privilegiatis, decumbentibus in Ædibus Magni Magistri, aliisque Locis publicis, seu Hospitalibus Religionis, sive in Domibus, privatis DD. Equitum, administratio Sacramentorum facienda sit intra dd. Locos à propriis Parochis, vel potiùs à Cappellanis Religionis. *A Parochis*.

54 Ad decimum tertium. An licitum sit Episcopo procedere contra dd. Cappellanos contravenientes, & quibus pœnis. *Affirmativè*.

55 Ad decimum quartum. Quid servandum sit circa Baptismum, & Matrimonia quoad Personas exemptas, earumque Filios? *Baptismum ministrandum, & Matrimoniis assistendum à Parochis*.

56 Ad decimum quintum. Coram quo verificanda sint Requisita prætensæ exemptionis in casu, & ad effectum? *Coram Ordinario*.

IN EADEM CAUSA.

57 Ante confutationem contrariarum criticationum, & pro faciliori admissione eorum, quæ diximus supra, præmitto duas conclusiones, in quibus concordant omnes Doctores, & cum quibus quotidiè procedere solent magna, & Collegialia Tribunalia.

58 Prima consistit in exorbitantia exemptionum à Jurisdictione, & Superioritate Ordinariorum, *loca Sanctorum Apostolorum subrogatorum*, juxta præcisa verba Leonis X. *in Bullar. nov. tom. 1. Const. 22. §. 22.* quive in Concilio Generali Viennense vocantur *Sanctissimi Christi Legati, Spirituales Patres, Papæ Fratres, & Columnæ Ecclesiæ*, ut videre est in *Clement. 1. §. Nec super de Pœn.* De qua exorbitantia exemptionum habemus *Textum in cap. Constitutus de Concess. Præbend. & in cap. fin. de Translat. Episc.* cum concordantibus, sequutis à *Fagnan. in cap. Bonæ mem. num. 27 de Postul. Prælat. & Barbos. in cap. Cùm Cappella 23. de Privileg.*

59 Atque in præcisis terminis exemptionis, prætensæ à Sæcularibus Militiis, habemus aurea illa verba *Sacri Concil. Trid. in sess. 24. de Reform. cap. 11. Privilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, perturbationem in Episcoporum Jurisdictionem excitant, & Exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur*, & concordant *Rodriguez Quæst. regul. tom. 2. quæst. 64. art. 4. & quæst. 108. art. tertio, Parif. de Resignat. Benef. lib. quinto, quæst. undecimo, num 3. & 7. Cocchier de Jurisdict. in Exempt. part. prima, quæst. 4. per totam*, & signanter *num. 17. ibi. Versatur odium respectu exemptionum, & Rot. decis. 590. n. 5. coram Penia*.

Se-

Secunda verò residet in favorabilitate Jurisdictionis 60 ordinariæ, de qua habemus pariter *Text. in cap. Porro, & cap. Ex ore de Privileg. & in cap. Cui nan Sacerdotali de Rescript.* cum concordantibus, sequutis *à Latter. de Re benef. lib. 1. quæst. 113. n. 24 & à Rota in Valentina Jurisdictionis 6. Aprilis 1699 §. Quodque coram Molines.*

Ex quibus communiter receptis propositionibus infe- 61 runt prædicti Doctores, quod semper inclinandum sit favore Jurisdictionis Ordinariorum, & in dubio respondendum semper sit pro exclusione exemptionum, ut notant præfatæ authoritates, quibus addimus *Rot. in dec. 7. num. 9. & 10. apud Prosper. de Territ. separat.* Et considerando, tam favorabilitatem Jurisdictionis ordinariæ, quàm odiositatem exemptionum, observat egregiè *Jo. Andr. in cap. Per exemptionem 23. de Privileg.* ibi. *Exemptiones sunt strictè interpretandæ, dummodò aliquid conferunt, & est ratio, quia præjudicant ordinariæ potestati, quæ favorabilis est*, & loquendo de Privilegiis, Religioni Hierosolymitanæ concessis, meliùs *Episcopus Baruf. in Torcul. Jur. resol. undecima per totam*, & signanter *num. 12. versicul. Strictè intelligi debeat &c.*

Præmitto secundo in facto, quod qualitas notorii res- 62 pectu derestabilis excessus Cæsaris Faccioli, tam quoad substantiam, quàm respectu illius qualitatum, est adeò concludenter probata, adeoque evidens in facto, ut mirum certè videatur, quod exadverso revocetur in dubium. Ad illam verò manibus palpandam, præter solitum quidem, sed non præter Causæ necessitatum, permissum mihi sit adducere hic prætisa verba undecim Testium, quos, solita maturitate procedendo, audire voluit Reverendissimus Episcopus ante Cedulonum promulgationem, desumpta ex particulari Processu, in authentica forma in manibus Ponentis relicto.

Primus Testis „ Io allora lo avvertj di badar bene, perche quello, a cui lui ingiurava, e parlava così male, era Sacerdote, e perche contuttociò egli 63 continuava l'ingiurie, ed andare verso di Lui, di nuovo lo avvertj, che quello era Sacerdote, quali avvertimenti, da me fattegli per due volte, e forse anche per tre, l'ha sentiti molto bene, perche era vicino, e mi guardava, anzi allora mi guardò con volto più adirato, parlandomi, e senza curarsi punto de' miei avvertimenti, andò sopra del detto D. Nicola, e gli scaricò con la mano aperta un gran schiaffo in faccia, che lo viddi molto bene, così il schiaffo, come il segno, restato in faccia dal detto schiaffo, e l'ho sentito, per aver fatto un gran rumore il colpo, ed il detto Sacerdote allora, che ebbe lo schiaffo, altro non fece, che abbassarsi, con dire il detto uomo, se volete mi potete dare un'altro, tenendo il Berrettino suo in mano, ed il capo scoperto, siccome anche era allorche il detto uomo s'accostò a lui per darli il detto schiaffo, dopo di che essendo andato un poco avanti il detto uomo, di nuovo ritornò, addimandando perdono al detto D. Nicola da Lui percosso, per essere stato rimproverato dalli vicini, quali avevano veduto il detto fatto per essere stato molto publico, e notorio, ed altri accorsero allora per aver sentito le gridate, e tutti quanti restorno maravigliati, e molto scandalizzati della temerità grande di detto uomo &c.

Secundus Testis „ Il detto uomo forastiero di nuovo voltandosi in dietro verso il detto D. Nicola, seguitò ad ingiuriarlo, dicendoli cornuto b. f. e simili altre parole ingiuriose, ed anche lo minacciò, nel qual men- 64 tre passando un'uomo di nome Gabrielo Giorgiano, Guardiano di Schiavi nella prigione, lo avvertì di badare a quello faceva, perche colui, a cui egli ingiuriava era Sacerdote, e per non averlo volsuto sentire la prima volta, il d. Giorgiano s'accostò più vicino a Lui, quasi toccandolo, e di nuovo replicò l'istesso avvertimento, e contuttociò detto uomo forastiero facendo segno al Giorgiano con la mano, come in atto di disprezzare l'avvertimento fattoli, continuò ad ingiuriare al detto D. Nicola &c. con la mano alzato, & aperta li scaricò un gran schiaffo nella sua faccia, che per essere stato lanciato con gran violenza, fece gran rumore, e lasciò il segno nel volto del medemo, che restò quasi per un'ora col rossore del detto schiaffo, siccome lo ho veduto per essermi trattenuto col detto D. Nicola per un'ora dopo seguito il detto fatto, nel qual tempo mi mandò chiamarli un Chirurgo, che subito feci venire, li cavò sangue dal piede: Allora che il detto forastiere s'accostava per dare lo schiaffo al detto D. Nicola, l'istesso D. Nicola altro non fece, che cacciar la Berretta, che portava in capo, e, tenendola in mano, li 65 parlò con termini molto sommessi, anzi abbassando il Capo, e mostrando la Chierica, gli disse, fate quel che volete, ma abbadate a quel che fate. E contuttociò il detto forastiero scaricò lo schiaffo, come dissi, ed immediatamente messe mano alla Spada, come in atto di cacciarla fuori, ma altro nō fece, perche il detto D. Nicola dopo ricevuto lo schiaffo, restò col capo basso, dicēdo al Percussore Se volete darmene un'altro, siete Padrone &c. Subito che il soprad. Forastiere incominciò a gridare col soprad. Aquilina vennero i Vicini avāti la Casa del med. ed altri delle finestre s'affacciorono &c.

Tertius Testis „ Vidi ad un'uomo andare un passo veloce &c. verso il Sacerdote D. Nicola Aquilina, che stava nella Porta di sua Casa, e camminando più avanti osservai al detto uomo, che alzando la mano, con essa 66 aperta scaricò un Schiaffo in faccia al detto D. Nicola con molta violenza, a segno che il suo rumore fu da me così bene inteso, come se fussi vicino, benche allora ero distante da loro circa ventiquattro passi.

Quartus Testis „ Mentre il d. D. Nicola dal foglio della detta sua Porta diceva al detto uomo, che non doveva trattar così, e doppo viddi al detto uomo forastiero ritornare indietro con molta furia, ingiuriando al d. D. Nicola con parole molto vituperose, che mi 67 vergogno a dirle, a segno, che essendo passato allora il Marito d'una tal Isabella nostra vicina, e si chiama Gabriele &c. lo avvertì di non parlar così con un Sacerdote, replicandogli più volte l'istesso avvertimento, cioè, che quello, a cui lui ingiuriava, era Sacerdote, ma egli continuando ad ingiuriarlo, senza curare nissuno avvertimento; Anzi l'ho inteso rispondere al detto Gabriele, che m'importa a me, che cosa sia. Ed accostandosi verso il d. D. Nicola con la mano alzata, ed aperta gli scaricò in faccia un gran schiaffo, che fu sentito da tutto il Vicinato per il gran rumore, che fece, ed ognuno restò scandalizato per la temerità grande del medemo, e molto più per aver visto il detto Sacerdote usare al Percussore atti molto sommessi, siccome l'ho veduto con la Berretta in mano scappellato, abbassarsi, dicendo al Percussore. Ecco fate di me quel, che volete, ma abbadate a quel che fate; 68 Siccome doppo aver ricevuto lo schiaffo, l'ho sentito dire di nuovo. Se volete darmene un'altro siete anche Padrone, e nell'atto medemo dello schiaffo, viddi al Percussore metter mano alla Spada, ma non la cacciò fuori, ne fece altro, e per essere in tanto venuta la Gente, il detto uomo venuto in se, e riflettendo all'eccesso da Lui fatto, ritornò addimandando perdono al detto D. Nicola.

Quintus Testis „ Io allora dalla mia Galleria dissi all'istesso, che stava di sotto camminando verso il 69 detto D. Nicola. Così si parla a' i Preti? ed egli seguitando il suo cammino s'accostò vicino al detto D. Nicola, ed alzando la sua mano con essa aperta scaricò uno schiaffo al medemo nella faccia, che per essere dato con gran forza, e violenza fece un gra rumore, e fu sentito da tutto il Vicinato, avendo anche il segno nella faccia, come io allora viddi, dopo di che il medemo messe mano alla spada, ma per non aver fatto il detto Aquilina nessuna resistenza, anzi con la Berretta in mano, e scappellato abbassando il Capo l'ho sentito dire al Percussore. Se mi volete dare un' altro schiaffo siete il Padrone &c. Quando Io mi af- 70 facciai, come dissi dalla Galleria, viddi, che molti Vicini erano usciti fuori dalle loro Case, e nelle finestre per osservare come me &c. Osservai pure, che nella Cantoneria della strada vi erano due uomini à guardare, ed allora che il soprad. uomo andava verso il Sacerdote, viddi ad un tal Gabriele &c. che li parlava, ma non intesi dire, che cosa li diceva &c.

Sextus Testis „ D. Nicola vestito in Ovatta, che si lamentava della detta azione, fattali dal d. uomo forastiere, e questo dopo aver fatto alcuni passi avanti verso il Bastione della Baracca vecchia, ritornò indietro gridando col d. D. Nicola, ed incaminandosi verso di

„ Lui,

,, Lui seguitava sempre a gridare, ma come Io non sò parlare in Italiano non intesi quello dicevano insieme, ed intanto accostandosi il detto uomo forastiero verso il Sacerdote, lo viddi alzare la sua mano, e con essa aperta scaricò uno schiaffo in faccia al detto Sacerdote, che per il rumore fatto fu inteso da tutti li Vicini, ed altre Persone, che dalla stradda, e dalle finestre stavano guardando, ed allora, che il detto Forastiere andava sopra il detto Sacerdote viddi vicino a Lui un uomo nostro vicino di nome Gabriele, che li parlava di vicino, ed anche ad una Donna di nome Maria, che dalla sua Galleria parlava allo stesso Forastiere, ma non intesi quello gli dicevano, per non saper parlare in linguaggio Italiano, come dissi, e tuttociò da me visto, ed inteso, fu anche veduto da molti uomini, e persone, che si trovorno presenti, o passando per la strada, o che uscirono allora per aver sentite le gridate, essendo però il detto caso reso pubblico, e notorio nella detta Strada nel nostro Vicinato, e per tale temerità del sopradetto Percussore ognuno restò scandalizzato.

72 ,, *Septimus Testis*: Così l'ingiuriava s'incamminava verso di Lui con passo veloce, e giunto vicino alzata la sua mano, con essa aperta scaricò in faccia al medemo D. Nicola un gran schiaffo, che per la violenza dell'impeto, con cui fu dato, fece un gran rumore, e fu inteso per tutta la Strada, e dopo averli dato lo schiaffo, lo viddi anche metter mano alla Spada, ma non la cacciò fuori, perche il detto D. Nicola avuto lo schiaffo, non fece alcuna resistenza, ma con la beretta in mano, e scappellato, li presentò la faccia con dirli: Se volete darmene un'altro, siete il Padrone: come tuttociò Io viddi, e fu veduto anche da molte Persone del Vicinaro d'uomini, e donne, 73 quali per aver sentito le gridate del sopradetto forastiero erano usciti dalle loro Case per vedere, che cosa fosse seguito, e però il detto caso fu pubblico, e notorio nel nostro vicinato, e per la gente poi accorsa in gran moltitudine, e fu divolgato da per tutto, restando ognuno scandalizzato della temerità, ch'ebbe il detto uomo di dare un simile schiaffo ad un Sacerdote, soggiugnendo, che allora, quando il detto Forastiero andava verso il Sacerdote per darli il schiaffo, viddi che di vicino li 74 parlava un uomo, che abita nella stessa strada di Nazione Giorgiano ec. siccome viddi ad una vicina di nome Maria, che dalla sua Galleria dirimpetto alla Casa del detto D. Nicola gridava verso il d. Forastiero, ma per essermi Io trovato un poco lontano da essi, non intesi quello li dicevano, ben vero dopo seguito il fatto, si disse pubblicamente, che li detti Giorgiano, e Maria avessero avertito al soprad. uomo, che colui a cui ingiuriava era Sacerdote, e per essere stato lo stesso Percussore dopo seguito il caso, rimproverato dell'eccesso da lui commesso, egli mostrò d'ignorare la qualità della persona del percosso, cioè d'essere Sacerd.

,, *Octavus Testis*: Lamentandosi del d. uomo forastiero per la d. aazione, questo voltandosi indietto di nuovo 75 si portò verso il d. D. Nicola, e mentre s'incamminava verso di lui lo andava ingiurando con parole molto vituperose, avendo obbligato a me d'avvertirlo, che badasse a quel ch'egli, cioè il d. D. Nicola era, ma con tutto ciò seguitò il suo cammino, ed avvicinandosi al d. D. Nicola alzò la mano, e con essa aperta li scaricò un gran schiaffo, che fu inteso per tutta la strada, della qual cosa, così Io, come gl'altri vicini restassimo molto scandalizzati, maggiormente perche quando s'accostò per darli lo schiaffo, il d. D. Nicola levando la berretta dal capo s'abbassò, mostrandoli la sua Chierica, come Io viddi, ma con tutto ciò il d. uomo li scaricò lo schiaffo come dissi, e tutto ciò fu anche veduto, ed inteso da molti altri del vicinato usciti dalle loro Case, e finestre, per aver sentito le gridate, come dissi, e maggiormente accorse la Gente dopo, che fu dato lo schiaffo, che per essere stato pubblico fu divulgato da per tutto, restando ognuno scandalizato della temerità del detto uomo, quale poi si disse, ch'egli era un Servitore di un Cavaliere.

,, *Nonus Testis*: Il d. uomo allora voltandosi indietro rispose allo stesso D. Nicola con parole ingiuriose, e 76 molto vituperose, che mi vergogno di dirle, e mentre diceva, e replicava ad alta voce le d. parole venne camminando a passo veloce verso la porta della Casa del d. D. Nicola, ed accostandosi a Lui lo minacciò di 77 volergli dare sulla faccia, ed allora il d. D. Nicola cacciando la sua berretta, e tenendola colla mano, abbassò il suo Capo verso il d. uomo dicendoli: Guardate che fate, e vedete chi son io, mostrandoli in tal modo, e positura la Chierica, che come Sacerdote porta nel suo Capo, ma con tuttociò il d. uomo forastiero, di cui non sò il suo nome, alzando la sua mano con essa aperta scaricò con grand'impeto, e violenza al d. D. Nicola uno schiaffo nella faccia, lasciandoli il rossore colla percossa, tuttociò Io viddi, ed osservai dalla d. mia Galleria, siccome anche viddi, che il d. D. Nicola dopo ricevuto lo schiaffo legando le mani, ed abbassando il Capo disse: eccomi, se mi volete dar più 78 siete il Padrone: ed intanto il Percussore ritornando indietro nella strada per essere stato rimproverato da tutto il vicinaro per la sua temerità, riflettendo a quanto aveva fatto, si presentò avanti il d. D. Nicola addomandandoli perdono, ma per essere stato molto pubblico, e notorio il suo eccesso, come seguito avanti tanta gente, che per aver sentito le gridate era uscita fuori nella strada, ognuno restò scandalizzato per la temerità, ed ardire di detto uomo.

,, *Decimus Testis*: Detto uomo voltandosi, e ritornò indietto verso il d. D. Nicola, e nel venire diceva contro l'istesso D. Nicola parole molto vituperose, che non mi conviene il dirle, e quando giunse vicino al d. D. Nicola lo minacciò mostrando di voler alzar la ma- 79 no per lui, ed allora il d. D. Nicola gli disse, che badasse bene, che fare, e levando dal Capo suo la berretta si abbassò verso il d. uomo a capo scoperto, mostrandoli la Chierica, che come Sacerdote tiene nel suo capo, e li disse guardate bene chi son Io, ma con tottociò il d. uomo alzando con grand'impeto la sua mano con essa aperta scaricò al d. D. Nicola un grã schiaffo nella faccia, che per il rumore fatto fu inteso per tutto il vicinato, e senza che il d. D. Nicola facesse alcuna resistenza, anzi dopo ricevuto lo schiaffo; legando le mani, s'abbassò dicendo allo stesso Percussore: se mi volete dar più siete il Padrone, e ciò detto, il Percussore se ne andò di nuovo nella strada verso il Bastio- 80 ne, ma per essere stato improverato dalli vicini per un tal misfatto, un poco dopo ritornò avanti lo stesso D. Nicola, addimãdãdoli perdono, ma cõ tutto ciò per essere stato molto pubblico il d. Eccesso, come commesso avanti tantà gente uscita fuori dalle sue Case, allora che furono inteso le sgridate, ed ingiurie vituperose del sopradetto uomo restò ognuno scandalizzato della sua temerità, ed ardire.

,, *Undecimus Testis*: Andò caminando à passo veloce verso la Casa del Sacerdote D. Nicola Aquilina, posta nella med. strada, e nell'andare diceva a voce alta parole ingiuriose allo stesso D. Nicola, che stava sul so- 81 glio della porta di sua Casa vestito in Ovatta, guardando verso il med. uomo, ed allora Io anche osservai, che quasi tutto il vicinato era nella strada, ed alcuni nelle finestre, e nelle porte delle loro case a guardare, e sentire le gridate, e parole ingiuriose, ed avvicinatosi il d. uomo al Sacerdote alzando la sua mano con grand'impeto, scaricò al med. un grande schiaffo in faccia, che per il rumore fatto fu inteso da me, benche ero lontana, e da tutti gli altri vicini, che stavano guardando restando ognuno scandalizzato d'un eccesso così temerario, pubblico, e notorio, ed il d. Sacer- 82 dote non alzò la mano, nè fece alcuna resistenza al Percussore, ma lo viddi col capo basso, e scoperto avanti di Lui, dopo di che per un mormorio di tutti li vicini, e rimproveri fatti al d. uomo, dopo fatti da lui alcuni passi verso il Bastione ritornò a dietro, e portandosi avanti il Sacerdote da lui percosso, gli addomandò perdono, ed avendo parlato assieme se ne andò via, ed il Sacerdote si ritirò in casa sua restando ognuno scandalizato, come dissi.

Deveniendo modò ad contrarias criticationes adversùs Censuras, incursas à Cæsare Facciola, Diabolo sua- 83 dente, & ausu plusquam temerario impingente alapam maxillæ innocenti Sacerdoti Nicolao Aquilinæ juxtà consilium Salvatoris Nostri Jesu Christi, de quo *Luc.* 6. 29. ei præbenti alteram, postquam seriò, & repetitis vicibus admonitus fuerat ab Adstantibus, quod erat Sacerdos, dum notoriè habebatur, & communiter reputabatur pro tali in Civitate Vallettæ, juxta uniformem deposi-

depositionum multorum Testium, de quibus in dicto Autheotico Processu.

De qua præcedenti admonitione habemus plures Te- 84 stes contestes, & signaotet de illa deponit primus ibi; „ Io ancora lo avvertii di badare bene, perche quello „ a cui Lui ingiuriava, e parlava così male, era Sacer- „ dote, e perche con tutto ciò egli continuava le ingiu- „ rie, ed andava verso di Lui, di nuovo lo avvertii, che „ quello era Sacerdote; quali avvertimenti da me fat- „ tili per due volte, e forse anche per tre, l' ha sentiti „ molto bene, perche era vicino, e mi guardava; Anzi 85 „ allora mi guardò cou volto più adirato parlandomi, „ e senza curarsi punto de' miei avvertimeoti andò so- „ pra del detto D. Nicola, e gli scaricò con la mano „ aperta uo gran schiaffo in faccia: *Secundus Testis litt. B. ibi*: „ un uomo &c. l'avvertì di badare a quello face- „ va, perche colui, a cui egli ingiuriava, era Sacerdote, „ e per non averlo voluto seotire la prima volta, il det- „ to si accostò più da vicino a Lui, quasi toccandolo, e „ di nuovo li replicò lo stesso avvertimento, e con tutto „ ciò detto uomo forastiero facendo segno con la mano, „ come io atto di disprezzare l'avvertimento contipuò 86 „ ad ingiuriare &c. con la mano alzata, ed aperta gli „ scaricò un grande schiaffo: *Quartus Testis, ibi*: Il „ Marito di una tale Isabella &c. lo avvertì di non par- „ lare così con un Sacerdote, replicandoli più volte lo „ stesso avvertimento, cioè che quello a cui ingiuriava „ era Sacerdote, ma egli continuando ad ingiurisrlo, „ senza curare il suo avvertimeoto, aozi l'ho ioteso ris- 87 „ pondere, che m'importa a me, che cosa sia? *Quintus* „ *Testis ibi*: Io allora dalla mia Galleria dissi all'istes- „ so, che stava di sotto, camminando verso il detto D. „ Nicola, così si parla a' Preti? ed egli seguitando il suo „ camino &c. alzando la mano, con essa aperta scaricò „ un schiaffo &c. *Sextus Testis, quia non callet idioma Italicum, non percepit dictas admonitiones, et factas à dd. aliis Testibus, sed ait ibi* „ Viddi vicino a Lui un uo- „ mo &c. che li parlava da vicino, & anche ad una Don- „ na, che dalla sua Galleria parlava all'istesso Forastie- „ re, ma oon intesi quello li dicevano per non saper 88 „ parlare in linguaggio Italiano: *Septimus Testis ibi*: „ Si disse publicameote, che li detti &c. avessero avver- „ tito al sopradetto uomo, che colui, a cui ingiuriava, „ era Sacerdote: *Octavus Testis ibi*; Obligò me d'avver- „ tirlo, che badasse a quel, che egli, cioè il d. D. Ni- „ cola era, ma con tutto ciò seguitò il suo camino, ed „ avvicinandosi &c. li scaricò un gran schiaffo.

Prætenditur exadverso declarationem, seu denuncia- tiooem Censurarum, esse nullam, tam attenta exem- ptione ejusdem Rei à Jurisdictione Episcopi, ex quo 89 erat famulus Equitis Caroli Buscæ, quàm ea quo idem Reus antecedenter noo fuit legitimè monitus, nec in- terpellatus ad dicendam causam, quare declarari nou debebat excommunicatus, quam ea eo quod in omnem casum deficiat qualitas notorii formalis cum supposito, quod illa ex hac parte concludenter non probetur.

Nullus autem ex dictis prætentibus subsistit, vel obstat.

Non primus, quia respectu non exemptionis dicti Cæsaris Facciolæ ex defectu requisitorum, præscripto- 90 rum *in Constit. 67. §. 2. san. mem. Gregorii XIII.* ad evi- tandum EE. PP. tædium remissivè Nos habeotes ad ea, quæ diximus in nostro Restrictu, & probavimus in Summario; Nec oou ad ea, quæ late observat *Episco- pus Barus. in Torcular. Jur. resolut. 11. per totam*, & si- gnanter *num. 8. versic. Quo verò*, ubi enumerat requisita omnia, quæ copulativè verificari debent, ad hoc, ut locum habeaot Privilegia, exemptiva Religionis Hie- rosolymitanæ, quæ non probantur eaadverso, respectu dicti Cæsaris Facciolæ, Famuli D. Equitis Buscæ in ordine ad exemptionem à Jurisdictione Ordinarii; 91 Quidquid sit quoad ea, quæ concernunt Sacramento- rum administrationem, juxta Gratiam suspensionis De- cretorum Congregatioois particularis anoi 1698. regi- stratorum supra *à n. 41. usque ad num. 56.* eaadverso ob- tentam à san. mem. Innocentio XII. & prorogatam à san. mem. Clemente XI. de quibus Decretis ejusdem Congregationis Particularis, concernentibus dictam Sa- cramentorum administrationem, hodiè non disputamus.

Cathegoricè respondemus, declarationem excom- muoicationis, seu denunciationem Excommunicati, fieri posse etiam contra non Subditos, quando sermo est de Censuris, à Jure Inflictis, & sumus in terminis delicti notorii, quale esse illud Cæsaris Facciolæ supra concludeoter probavimus, & infrà *à §. 46.* concluden- 92 tissimè demonstrabimus; Ea viva ratione, quia in de- lictis notoriis, & ubi agitur de Censuris, latis à Jure, non requiritur aliquis Jurisdictionis actus; Et propterea quævis exemptio, quantumcumque ampla, amplior, & amplissima, oullatenus impedit, quominus Loco- rum Ordinarii ipsos Exemptos declarent Excommuni- catos, ad hoc, ut à propriis Subditis evitentur, juxta *Clem. primam de Privileg.* ubi *Abb. num. 22.* in cujus se- quelam, ita tenent omoes Canonistæ, & signaoter *Ge-* 93 *minian. in canon Si Papa num. 5. in fin. distinct. 40.* ibi: *Quod nota, quia facit, quod Episcopus possit Exemptos, qui incurrunt ex facto suo notorio excommunicationem ipso Jure, eos dicere excommunicatos, & facere ab aliis evi- tari*: ibique *Præpositus num. 12. vers. facit quod Episco- pus*, idem *Geminian. in cap. Episcopus de Privileg. in 6. vers. Sed posset salvari*, latè *Fagnan. in cap. Non potest num. 16. & seqq. de Sentent. & re Judic.* ibique *Felin. num. 3.* ibi: *Episcopum posse declarare, Exemptos incurrisse excommunicationem in facto notorio, & facere eos evitari*; *Imol. in Clement. 1. num. 19. de Sequestrat. possess. & fruct. Franc. in d. cap. Episcopus num. 3. de Privileg. in 6. Sanchez cons. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 29. Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 49. num. 68. & seq. Lauret. de Franc. de Controvers. inter Episcopos, & Regulares quæst. 7. vers. Contraria opinio, de Luca ad Ventrigl. in Prax. par. 1. annot. 48. num. 5. vers. Ordinarius, Nicolius in Floscul. verb. Exemptio num. 14. vers. Unde ad hoc, Pi- gnatell. consult. 10. num. 3. & seqq. tom. 3. Dian. in editio- ne ordinata tom. 7. tract. primo de Dub. Regular. resol. 42.* 94 *num. 1. Barbos. de Potest. Episc. par. 3. allegat. 105. num. 73. Feass. de Patron. reg. Jud. cap. 58. num. 40. & cap. 62. num. 65. Cochier. de Jurisdict. in Exempt. par. 2. quæst. 45. num. 8. Tambur. de Jur. Abb. tom. 2. disput. 14. quæst. 4. num. 8. Raynald. Observat. crimin. tom. 3. ad cap. 32. sup- plet. 4. num. 69.* ibi: *Episcopum posse declarare, Exem- ptos incurrisse excommunicationem in facto notorio, & fa- cere eos evitari &c. Licèt Diœcesanus non posset pœnam im- ponere, potest tamen declarare, ex Juris dispositione in- cursum esse, quod credit procedere saltem quando factum est notorium.*

Et magistraliter de more *Emin. Petra ad Constit. Apo- stol. tom. 3. ad Constit. 11. Alexandri IV. sect. unica num. 12.* ubi postquam egregiè explicaverat differentiam in- 95 ter denunciationem Excommunicati, & declarationem excommunicationis in Exemptos, pro materiæ dilucida- tione ad nostram rem subjungit; *Quod si incursio in cen- suras sit notoria, poterit tunc Episcopus etiam per viam declarationis procedere, ex ea valida ratione, quod tunc cessat qualitas illa judicialis, consideranda in pri- mo casu, quæque non permittitur contra Exemptum, cùm in casu veri notorii, non requiratur citatio, ne- que Processus.*

Eademque communis opinio recepta est in omnibus Tribunalibus, etiam in casu fortiori, respectu nimi- rùm illorum Exemptorum, qui, ultra amplissimam 96 exemptionem à Jurisdictione Ordinarii, habent ulte- riùs speciale privilegium, ut non possint ab Ordinariis locorum excommunicari; Quando enim, ut in præsen- ti verificatur, agitur de excommunicatione, lata à Ju- re, deque notorio delicto, tali privilegio non obstan- te, adhuc ab Ordinario declarari possunt excommuni- cati, ut articulo formiter discusso probat egregiè *Emi- nentissimus Petra Constit. 11. Alexandri IV. sect. unica num. 10.* ibi: *Aut agitur de declaratione Censurarum, à Jure inflictarum, & tunc poterit Ordinarius Exem- ptos quoscunque, etiam privilegiatos, ut non possint ex-* 97 *communicari, declarare, eos incurrisse in excommunica- tionem, contentam in Jure &c. Dummodò incursio in cen- suras sit notoria; ex ea quidem præcipua ratione, quod talis declaratio non sit actus Jurisdictionalis quoad E- xemptos*, & concordant *Fagnan. in cap. Non potest num. 12. & 13. de Sentent. & re judic. Campanil. in Di- vers. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. numero 42. Ventrigl. in Prax. tom. 1. annot. 48. §. unico, numero 34.* ibique *Carol. Anton. de Luc. numero 5. §. Ordinarius potest, Bar- bos. de Potest. Episcop. allegat. 105. num. 73. Ugolin. eodem tit. cap. 20. §. 10. numero 1. & 2. Novar. in Lu- cerna Regular. verbo Excommunicare numero 6. Lauret. de Franch. de Controvers. inter Episcop. & Regular. quæst. 7. vers. Contraria opinio, Diana de Dub. Regul. resol.*

resol. 35. per totam Ricc. d. Cur. Neapolit. 50. num. 1. & in Collectaneis par. 3. collect. 391. Genuens. in Prax. cap. 39. num. 1. Bonsadin. in Thesaur. Eccles. resolut. 8. num. 67. Pellizar. in Manual. tom. 2. tract. 8. cap. 6. sect. 1. num. 45. 98 Raynald. Observ. crim. tom. 3. cap. 32. supplet. 4. num. 31. & Card. de Luca de Jurisdict. disc. 29. num. 2. & disc. 47. num. 3. vers. Et quamvis, ubi testatur de praxi hujus S. Congregationis, necnon aliarum Sacrarum Congregationum Concilii, & Immunitatis, ibi: Hoc autem fieri potest etiam cum non Subditis, & Exemptis &c. Quinimò etiamsi expressè haberent privilegium, ne ab Ordinario censurari possent; Quoniam non est facere partes Judicis &c. neque proferre Censuras, sed declarare eas, à lege prolatas &c. declarando scilicet, illum gessisse tale factum, ubi quòd inherent Censuræ, à lege illatæ. Nihilominus, ubi factum est certum, habens speciem no- 99 torii, seu aliàs non controvertatur, itaut illius verificatio, ut est in delicto dubio, & negato, non requirat Processum formalem, ac judicialem cognitionem, omnes Sacræ Congregationes, tam Concilii, quàm Immunitatis, & Episcoporum retinent hanc opinionem, & disc 100. nu. 12. ibi: Distinguendum est inter Censuras, illatas à lege, & aliàs, prolatas ab homine; In prima etenim specie difficultas esse solet potiùs facti, quàm Juris, an scilicet illud delictum, ex quo resultet incursus censurarum, illatarum à lege, sit notorium, vel ita certum, quod nullam exigat causæ cognitionem, & tunc meliùs sit, ut Ordinarius, dicto privilegio non obstante, Censuras declarare, seu publicare valeat, cùm id non faciat tanquam Judex 100 &c. & bonam adducit rationem Fagn. in cap. Non potest n. 18. de Sent. & re judicat. his verbis: Ratio est, quia qui excommunicatus est, per declarationem ampliùs non ligatur, cùm à principio ligatus fuerit, sed solùm declaratur, ut ab aliis evitetur.

Non attentis authoritatibus aliquorum Regularium, in contrarium allegatis, non solùm quia erroneè supponunt, Episcopos in nostris terminis non posse proce- 101 dere, nisi causa judicialiter cognita, confundendo delicta publica, requirentia discussionem causæ, cum delictis notoriis, quæ nullam exposcunt judicialem cognitionem, ut dictum æquivocum aperiendo egregiè observant Fagnan. in cap. Non potest num. 12. vers. Verum hæc possunt de Privileg. Pignatell. consult. 10. nu. 4. tom. 7. & Emin. Petra ubi supra sect. unica nu. 12. vers. Idcircò, & vers. quæ sanè distinctio. Sed etiam quia authoritates Regularium nullam in hac parte fidem merentur, dum propriam causam defendentes, sustentant quantum possunt eorum Privilegia exemptiva, & deprimere curant ordinariam Episcoporum authoritatem, ut in nostris terminis punctualiter observant Ventrigl. in Prax. par. 1. 102 annot. 48. n. 134. vers. Licèt ipse, Card. de Luca de Jurisd. disc. 29. nu. 8. vers. Ideoque ibi: Moralium authoritati in proposito deferendum non esse, quamvis aliàs doctis, & probatis, utpotè Testibus in causa propria, & Emin. Petra ubi supra sect. unica n. 15. vers. Aliqui morales, & generaliter Sperell. dec. 8. n. 34. vers. sed quidquid, ubi quod quisque solet aquam ad suum Molinum trahere, & Rot. in Barchinonen. Beneficii 22. Februarii 1704. §. Neque Bartolus coram Emin. Scotto.

Absque ulla prorsus difficultate ex quo habemus in nostra Civitate particularem Legem, seu Synodalem Constitutionem, in acerrimo Partium Contradictorio 103 solemniter à Sac. Congregatione Concilii approbatam in Meliten. Synodi 27. Novembr. 1694. Cùm enim Episcopus Melitæ in sua Synodali Constitutione demandasset, ut infra; Ubi verò casus ferat, ut Regulares propter eorum delicta &c. incurrerunt Censuras, à Sede Apostolica latas, declarentur per Curiam nostram, fuit dubitatum, 104 an Constitutio esset valida, & Juri conformis, & Sacra Congregatio respondit affirmativè, si delicta sint notoria, prout eandem resolutionem referendo, notat Emin. Petra ad Const. 11. Alex. 4. sect. unic. num. 13. vers. Quod autem.

In eodem quoque sensu fuit eadem Congregatio in Neapolit. 18. Aprilis 1693. quando disputato sequenti dubio; An Abbas exemptus à Jurisdictione ordinaria, po- 105 tuerit ab Emin. Episcopo declarari incidisse in Censuras, latas à Jure, eo quia percusserat Alapa Sacerdotem Antonium Jannettasium responsum fuit; Potuisse, attenta notorietate facti, prout eandem resolutionem referunt, & sequuntur Monacell. in Formul. tom. 1. tom. 6. formul. 10. n. 25. & Emin. Petra d. sect. unic. n. 13. vers. & in Neapolitana.

Ex quibus remanet manifestum, quod in delictis notoriis, & respectu Censurarum, à Jure latarum, ad nostrum effectum nullam considerant Doctores differen- 106 tiam inter denunciationem. Excommunicati, & declarationem excommunicationis, quia utraque permissa est Episcopis contra Exemptos, quando non procedunt in figura Judicis, neque prævia citatione, sed declarando solùm, Reum incursum esse in Censuras, à Jure latas, & uti talem vitandum esse à Subditis ex supra animadversis.

Neque ad dictum effectum præcedere debet formalis Processus, ser. ser. formandus contra Reum, sed sufficit sola, & simplex extrajudicialis informatio super 107 notorio, absque ulla Rei monitione, ut notant Genuens. in Prax. Curiæ Neapolitanæ cap. 23. num. 16. Vivius opin. 348. per totam Panimol. decis. 96. num. 15. Monacell. in Formul. tom. 4. fol. 65. n. 389. & Antonell. de Loc. legal. lib. 1. cap. 1. quæst. 8. num. 165. ibi -- Judex potest sumere informationem etiam, Parte non citata, an aliquod sit notorium -- cum aliis infra allegandis.

Cum quibus, me Scribente, processit Congregatio Immunitatis in Neapolitana Censurarum 27. Augusti 1709. Ponente Eminentissimo Marefusco, sequenti dubio -- an 108 Declaratoria Censurarum, lata per Curiam Archiepiscopalem contra Petrum Assandrum, Cappellanum Majorem Ecclesiæ Sancti Jacobi Neapolis (qui uti talis erat notorissimè exemptus à Jurisdictione Archiepiscopi) sustineatur, respondendo, Censuras sustineri, ut videre est in tom. 2. par. 1. discept. 19. per totam, & signanter numero 74.

Quod autem in nostro casu Reverendissimus Episco- 109 pus ita processerit, & punctualiter practicaverit, ad evidentiam usque desumitur ex sola, & simplici recognitione d. Processus relicti in manibus Ponentis.

Quibus non adversatur alia resolutio hujus Sacræ Congregationis in Neapolitana 23. Februarii ejusdem anni 110 1709. ex adverso magnificata, in qua disputato sequenti dubio; An Censuræ latæ, seu declaratoria contra Cappellanum majorem Ecclesiæ Sancti Jacobi Nationis Hispanarum à Curia Archiepiscopali Neapolitana sustineantur, non obstantibus privilegiis, concessis à sanctæ memoriæ Clementis VII. Gregorio XIII. & Sixto V. in casu &c. responsum fuit, Censuras non sustineri in casu, de quo agitur, & per Curiam Archiepiscopalem procedendum esse, prout de Jure ad denunciationem.

Primò, quia in dicta resolutione additum fuit in casu, de quo agitur; quod operatur, ut non possit allegari pro 111 aliarum Causarum decisione Rot. decis. 326. num. 4. coram Card. Caprara ibi -- Declaratio ipsa Sacræ Congregationis facit legem generalem, ubique servandam &c. Nisi super specialitate alicujus casus fuerit consulta.

Secundò, quia in dicto casu in quo scripsi, unà cum Domino seniore in Jure Scribente, & succubuimus, dif- 112 ficultas cadebat circa notorium, cujus respectu nullum Jota, nullusque miserabilis apex legabatur in Actis Curiæ Archiepiscopalis, idemque notorium dicta Sacra Congregatio non habuit pro concludenter probato, ex quo casus non evenerat in loco publico, sed in angulo parvi Atrii sotto l' Archi del Formale (idest Putei) vicino la porta della Sagrestia, juxta præcisa verba Testium, adductorum in Summario, quod ad excludendam qualitatem Notorii observat Barus. in Torcul. Jur. resol. 130. 113 num. 33. in fine ibi -- Si aliquid fieret in Domo, nunquam possit dici notorium; Prout etiam in actu percussionis non aderat præsens sufficiens numerus Testium ad constituendum notorium, licet postea, audito rumore, accesserint aliqui, quibus Clericus percussus factum narravit, ut dictum fuit in Summario, ibi: Intesi, tanto da esso Chierico Nicola &c.

Tertiò quia Curia Archiepiscopalis in dicto casu, assumendo partes Judicis, contra notoriè Exemptum de- 114 venerat ad formalem, & præcisam declarationem excommunicationis, nullo facto verbo de notorietate delicti ibi: Per Illustrissimum & Reverendissimum Dominum Generalem Vicarium Neapolitanum &c. fuit provisum, & decretum, quod idem D. Petrus declaretur, prout præsenti nostro decreto declarari mandetur incursus &c. in Censuras, contentas in can. Si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4. & in cap. Cùm pro causa de

Sentent. excomm. propter Alapam, per ipsum illatam in Personam notorii Clerici Nicolai Stramadiæ &c. & expediantur Ceduloner, & affigantur; Et cum eodem tenore processit etiam in Cedulonibus ibi — *Authoritate nostra ordinaria, qua fungimur declaratur, Sacerdotem D. Petrum Assandris, Cappellanum majorem Ecclesiæ S. Jacobi Hispanorum, incidisse, & incurrisse, & incursum esse in Censuras contentas in cap. Si quis suadente Dia-* 115 *bolo 27. quæst. 4. & in cap. Cum pro causa de Sent. excomm. ex eo quia ausus fuit in mane diei Martis vigesima quarta peoximè elapsi mensis Aprilis currentis anni 1708. Alapa in faciem rigorosè percutere notorium Clericum Nicolaum Stramadiam propè Sacristiam Ecclesię S. Jacobi, locum immunem, magno cum Populi scandalo ut ex Actis. Absolutio quarum Censurarum cui de Jure reservatur &c.*

De se igitur patet quantum inter se distent termini dictæ Causæ Neapolitanæ à nostris, in quibus locus est innegabiliter publicus, & Adstaotes vigesies superant numerum Persouarum, ad constituendum notorium necessarium; Et quod magis est nostra Curia 116 non processit in figura Judicis ad declarationem Censurarum, sed tanquam in casu notorio, in quo eessant omnes contrariæ criticationes, ex hucusque animadversis.

Ex quibus remanet manifestum, quod multo minorem meretur animadversionem secundus contrarius prætextus, innixus defectui citationis, seu monitionis dicti Faoiollæ, ante declarationem excommunica- 117 tionis, in quam incursus erat. Repetimus enim, quod necessitas talis Citationis nunquam adfuit, habendo prę oculis notorietatem ejus scandalosi excessus, ex auctoritatibus supra citatis, & addimus *Bellet. Disquisit. Cleric. par. 1. tit. de Disciplin. Cleric. §. 2. num. 28.* ibi — *Super quo notorio potest Judex se informare ex officio; nam in notorio non est necessaria aliqua diligentia*, & *Panimoll. decis. 96. annot. 1. num. 16.* ibi — *Si crimen adeò notorium sit, ut manifeste constet, nullam de-* 118 *fensionem, aut excusationem Reo competere, quia tunc excessus notorius examinatione non indiget.*

Probationibus siquidem suprà adductis ad demonstrandam notorietatem dicti scandalosi delicti. Ad- 119 dimus depositionem undecim Testium, quorum verba registravimus supra.

120 Addimus Testes contrarios, de quibus in exadverso Summario.

Addimus Senteotiam Magni Prioris, eisdem depositionibus contrariorum Testium innixam, in qua rotundis litteris idem delictum non solum declaratum, 121 & qualificatum fuit pro notorio ibi — *Visis Informationibus &c. super notoria Alapæ incussione in faciem Sacerdotis Nicolai Aquilina per Cæsarem Facciolam*, sed ulterius additum fuit: *Nil quod ipsum excusare posset, in sui defensionem adduxit.*

Necdum autem difficilè, sed ferè impossibile est, meliorem, concludentioremque adducere probationem qualitatis notorii dicti scandalosi delicti, in conflictu dictæ seriæ, & judicialis assertionis, quæ legitur 122 in Sententia magni Prioris, innixæ informationibus Testium, ab ipsu examinatorum *ad Text. in Leg. Cum precum Cod. de Liberali causæ* cum concordantibus *apud Rot. decis. 7. n. 4. coram Priolo, & decis. 14. num. 7. coram Ansald.*

Itaut rotunda negatio dicti notorii, multoties repetita in contrariis Scripturis, admirationem causet *ad Textum in leg. Generaliter Cod. de Non numerat. pecun.* ibi — *Nimis enim indignum esse judicamus, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eundem ca-* 123 *sum infirmare, testimonioque peoprio resistere*, cum concordantibus apud *Rot. decis. 158. num. 11. par. 1. recent.* Et applicatur spectabilis authoritas *Cassiodor. lib. 5. epist. 21.* ibi — *Pondus est &c. propria voce convinci.*

Nec dicatur, quod dicta Sententia Magni Prioris est posterior Cedulonibus, promulgatis à Reverendissimo Episcopo, quodque istorum justitia debet justifi- 124 cari ex Actis, illam antecedentibus in propria Curia, non autem subsequentibus Actis, factis in Tribunali diverso.

Ultra quod enim pro congrua responsione applicari potest theorica *Innocentii*, de qua infra Respon- 125 demus, quod io casu præseoti justitia dd. Cedulonum, hoc est qualitas notorii delicti Facciolæ concludentissimè probatur ab uniformi antecedenti depositione undecim Testium, examinatorum in Episcopali Curia die 20. Junii 1724., & sic per dies quatuor ante Cedulones Episcopi, publicatos die 20. ejusdem mensis.

Supplicantes hic observare, quod comprobationem notorii ex hujusmodi actibus contrariis superlativè demonstratam, non adducimus ad illam simpliciter probandam ex dictis actibus, neque ad ostendendam Justititiam Cedulouum Episcopi, quia ista mirabiliter comprobatur ex dictis undecim Testibus, ante il- 126 lorum promulgationem examinatis. Sed insistimus in dictis actibus contrariis ad jugulandam Partem adversam ex proprio facto, scripturis, sententia confessione, & examine Testium, ad hoc, ut qualitas notorii, ex adductis pro hac parte plusquam manifesta, nedum constituatur intra fines evidentiæ, sed manibus palpetur, ex ipsismet Scripturis contrariis.

Sed quando omnia ista deficerent, adhuc notorietas dicti scandalosi delicti, eum omnibus suis qualitatibus, ad hominem probata remanet in nostro casu ex innegabili concursu illorum trium requisitorum, ex quibus in Seutentia omnium Doctorum, notorium constat, & probatur, hoc est loci, temporis, & Ad- 127 stantium juxta theoricam *Innocentii in cap. Tua nos de Cohabit. Cleric. & mulier num. 4.* ibi — *Notorium verò deprehenditur loco, quia fit in publico &c. & propter adstantes, qui sunt multi, & peætere a tempore puta die, non autem nocte. Calderin. in cap. Vestra num. 44. eodem tit.* ibi — *Notorium facti deprehenditur ex tribus, scilicet ex loco, quia factum fuit in loco publico &c. Secundò en multitudine &c. Tertiò deprehenditur notorium facti ex temporis qualitate, quia de die id factum est, non de nocte*, ibique *Panormit. num. 16.* ibi — *Communiter dicitur, quod ex tribus causatur notorium, ex hominum scientia, &* 128 *loci, & temporis qualitate, Monet. de Conservator. cap. 7. num. 123. & seqq. Dian. coordinat. tom. 5. tract. 2. de Censur. resol. 38. num. 3. Pignatell. consult. 120. num. 3. vers. quod discretus tom. 10. & Raynald. Obser. criminal. tom. 3. ad cap. 32. supplet. 4. num. 115.* ibi — *Veritas est, quod ad notorietatem facti sufficit, quod delictum sit commissum coram decem Persouis &c. tria esse necessaria. Primum quod factum eveniat in loco publico, in quo solent homines communiter versari &c. Secundum quod saltem coram decem Personis committatur &c. Tertium, quod fiat de die, quia de nocte non possunt homines benè videre, & discernere.*

Ad probanda autem dicta tria requisita nos adduximus dictos undecim Testes, io omnibus contestes, & tamen communiter observant DD. quod ad dictum effectum duo tantùm Testes superabundant, juxta ma- 129 gistralem *Glossam in canon. Deus omnipotent verb. Judicis 2. quæst. 1.* ibi — *Nunquid sufficiunt duo Testes ad probandum, aliquid esset notorium? Sic, sicut duo possunt probare famam*, quam sequuntur *Salycet. in leg. Ea quidem num. 82. Cod de Accusator.* ibi — *Quæritur per quot Testes notorium probetur? Respondet Gloss. &c. quod per duos Testes, & ita se habet communis opinio, Abbas in cap. Vestra num. 17. de Cohabitat. Cleric. & Mulier* ibi — 130 *Ad tertium quomodo probetur notorium? Dico quod duo Testes sufficiunt Clar. in Prax. §. final. quæst. 9. vers. Quæro nunc per quot Testes, Gomez. var. resol. lib. 3. cap. 1. num. 43. Pax Jord. var. lucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 17. num. 89. Mascard. de Probat. conclus. 1105. num. 1.* ubi testatur de opioione commuoi *Donat. Rer. Regul. tom. 1. tract. 13. de Exempt. Religiosor. quæst. 52. num. 3.* ubi testatur pariter de communi opinione, & *Antonell. de Loc. legal. lib. 2. cap. 1. num. 162.*

Respectu Loci, & Temporis in nostro casu nulla potest cadere difficultas, quia ille erat publicus, & tempus 131 nedum diurnum, sed meridianum.

Minor verò difficultas verificari potest respectu Adstantium, nedum enim ex istis examinati fuerunt undecim, qui omnes deponunt de visu, quando ad nostrum effectum superabundaret decem ex adductis *per Farinac.* 132 *quæst. 21. num. 49. Peyrin. in Formul. regular. tom. 2. lit. P cap. 17. num. 2. Lezzan. Quæst. Regularium, tom. 3. verb. Notorium num. 4. Less. de Justit. & Jur. lib. 2. cap. 11. dub. 13. num. 73. & 74. Comitul. respons. moral. lib. 6. quæst. 44. num. 6. Ricc. in Praxi resol. 450. per totam, Barbos. de Potest. Episc. par. 2. allegat. 59. n. 24.*

num. 24. *Bellet. Disquis. Clericul. par.* 1. *tit. de Disciplin. Clerical.* §. 4. *num.* 28. *del Bene de Inquisit. par.* 1. *dub.* 33. *sect.* 9. *n.* 3. *& Raynald. Observat. Criminal. tom.* 3. *ad cap.* 32. *supplet.* 4. *num.* 35.

Sed quod magis est dicti undecim Testes, in omnibus contestes, citant innumeros Adstantes, & totam Viciniam: 133 *Primus Testis*, *ibi*; „ Li Vicini, quali avevano veduto il detto fatto, per essere stato molto publico, e notorio, ed altri accorsero allora per aver sentito le gridate &c. *Secundus Testis*, *ibi*: Subito che il sopradetto Forastiere cominciò a gridare col sopradetto Aquilina, vennero li Vicini avanti la Casa del medesimo, ed altri dalle finestre s'affacciarono: *Quartus Testis*, *ibi*: Per essere intanto venuta la Gente: *Quintus Testis*, *ibi*: Quando Io mi affacciai, come dissi dalla Galleria viddi, che molti Vicini erano usciti fuori dalle loro Case, e nelle finestre per osservare, come me &c. Osservai pure, che nella Cantoniera della Strada vi erano due uomini a guardare: *Sextus Testis*, *ibi*: Fu inteso da tutti li Vicini, ed altre Persone che dalla Strada, e dalle Finestre stavano guardando &c. *& ibi*: Tuttociò, che da me fu visto, ed inteso, fu anche veduto da molti uomini, e Persone, che si trovorono presenti, o passando per la strada, o che uscirono allora per aver sentite le gridate, essendo però il detto caso reso publico, e notorio nella detta Strada, e nel nostro Vicinato: *Octavus Testis*, *ibi*: Io viddi, e fu veduto an- 134 che da molte Persone del Vicinato di uomini, e Donne quali per aver sentito le gridate del sopradetto Forastiere erano uscite dalle loro Case per vedere, che cosa fusse seguito, e però il detto caso fu publico, e notorio nel nostro Vicinato, e per la Gente, poi accorsa in gran moltitudine, e fu divulgata da per tutto: *Decimus Testis*, *ibi*: Ciò fu anche veduto, e inteso da molti altri del Vicinato, uscite dalle loro Case, e finestre per aver sentite le gridate, e maggiormente accorse la gente dopo che fu dato lo Schiaffo, che per essere stato publico fu divulgato da per tutto: *Undecimus Testis*, *ibi*: 135 Per essere stato molto publico, e notorio il suo Eccesso, come seguito avanti tanta Gente, che per aver sentito le gridate era uscita fuori della strada, *& ibi*: Per essere stato molto publico il detto eccesso, come commesso avanti tanta Gente, uscita fuori dalle sue Case, allora che furono intese le gridate: *& ibi*: Eccesso così temerario, publico, e notorio &c. per un mormorio di tutti li Vicini &c.

Supplicantes hic observare, quod multitudo hæc Virorum, & Mulierum, coram quibus dictum scandalosum delictum commissum fuit, non accessit ante Domum Sa- 136 cerdotis Aquilinæ post strepitosam alapæ incussionem in ejus faciem, & post rumorem in Vicinia, ex dicta causa exortum, ut sequi solet in circumstantibus, nostro casui similibus, post aliquod factum, in illa sequutum; Sed omnes dd. Viri, omnesque Mulieres se posuerunt in fenestra, vel accurrerunt ad viam, eo tempore, quo Facciola (sunt verba quarti Testis) *ingiuriava D. Nicola con parole molto vituperose, che mi vergogno di dirle*, & concordant alii 137 testes, & signanter octavus, ibi: *Molte Persone del Vicinato uomini, e Donne per aver sentito le gridate del sopradetto Forastiere* (quæ præcesserunt alapæ incussionem) *erano uscite dalle loro Case per vedere, che fosse*.

Ex quibus omnibus, præcipuè simul unitis, nedum cessat omnis prætextus casus dubii, & notorium remanet inexcusabile ad *Text. in can. De manifestu* 2. *quæst. prima*, ibi: *Neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen*, & in 138 *can. Deus omnipotens* §. *Quando autem primu quæst.* 2. ibi: *Evidentia ipsa operis Reum esse testatur*, cum aliis apud *Felin. in cap. Potest num.* 3. *de Sentent. & re Judic. Pignatell. consult.* 10. *num.* 3. *vers. Quia, vel nisi tom.* 7. *Bellet. Disquisit. Cleric. part.* 1. *tit. de Disciplin. Cleric.* §. 4. *num.* 27. ibi: *Operis evidentia, quæ nulla tergiversatione celari potest. Puntmoll. decis.* 96. *annot. prima n.* 20. ibi: *Quando insurgit ex operis evidentia, quæ nulla tergiversatione coluri potest, & cujus Testis est Populus, & Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 100. *n.* 12.

Sed, si juxta phrasim *Car. Sfondrati in Lib.* cui titulus: *Legatio Romana fol.* 40. in Scholis gratia exempli esset adducendum paradigma delicti notoriæ percussionis Cle- 139 rici, cum omni sermonis proprietate adduci posset: „ Lo Schiaffo nella publica Strada, in tempo di mezzogiorno da Cesare Facciolli scaricato nella faccia del Sacerdote Nicola Aquilino, con gran forza, e violenza facendo un gran rumore, per il quale fu sentito da tutto il Vicinato, e Gente, accorsa in gran moltitudine, oltre ad altri, che stavano nelle Finestre, e Porte delle loro Case, avendo anche lasciato il segno nella faccia, nella quale vi restò quasi per un ora il rossore dello Schiaffo, nel qual tempo mi mandò a chiamare il Chirurgo, che li cavò Sangue &c.

Cum addito, quod idem Sacerdos taliter offensus non dabat operam rei illicitæ, neque permanebat in Capite Platearum, sed cum Catello moram faciebat ante ostium 140 ejus Domus, quæ unicuique refugium est, ut dicitur *Textus in Leg. Plerique ff. de In jus vocand.* Quive postquam fuerat oneratus injuriis *con parole molto vituperose*, quæ erubuit exprimere quartus Testis, necnon percussus fuerat etiam lapidibus „ Prese dalla strada una pietra, e la scagliò contro detto Cane, e con essa colpì il piede di d. Prete. Allora che ebbe lo Schiaffo, altro non fece che abbassarsi con dire al detto uomo col Berettino in mano, ed il capo scoperto; Se volete potete darmene un' altro.

Posita proinde d. innegabili notorietate delicti, seu publicæ percussionis innocentis Sacerdotis, applicatur conclusio, uno ore à DD. communiter recepta, & à magnis Tribunalibus quotidie canonizata, quod notoria ordinem judiciarium non requirunt, quodque in illis 141 valide procedi possit, nullo juris ordine servato juxta *Text. in cap. Saper eo de Testib. in cap. Cum dilectis* §. *Is igitur de Purgat. Canonic. & in cap. Vestra de Cohabit. Cleric. & Mulier.* ubi latè *Fagnan.* cum aliis, citatis *à Pignatello consult.* 119. *n.* 9. *tom.* 1. & in terminis similis de- 142 claratoriæ contra Syndicum Civitatis Cavæ, qui alium Sacerdotem alapa publicè percusserat, resolvit *Sac. Congregatio Immunitatis in Caven.* 29. *Septembris* 1724. ut recognosci potest ex Regesto Scripturarum veterum *pag.* 35. Et in durioribus terminis Regularium, notoriè exemptorum ab omni Jurisdictione Ordinariorum, quod si publicè percutiant Clericum Secularem, uti notoriè excommunicari, tanquam tales declarari possint ab Episcopo latè probat *Monacell. in Formal. tom.* 3. *tit. primo formul. prima n.* 45. ubi sequitur innumeros concordantes, frustra hic transcribendos.

Quod eit adeo verum, ut si in delictis notoriis Ordinarius procederet adhuc prævia citatione, illa attendenda nullatenus esset, neque arctaret Reum ad comparen- 143 dum, sed attenderetur veritas, & substantia facti notorii potiùs quàm formalitas, ut egregiè de more in nostris præcisis terminis observat *Eminentissimus Petra ad Constit. Apostol. tom.* 3. *ad Constit.* 11. *Alex. IV. section. unic. num.* 14. ubi post concordantes, ibidem citatos, ait: „ Difficultas tamen est in inspiciendo, quatenus Ordinarius in declaratoria censeatur procedere judicialiter &c. In qua re aliqui considerant, si fiat processus si adsit citatio, vel instantia Partis, seu Promotoris; Nihilominùs veritas est attrendenda potiùs, quàm formalitas, si enim factum fuerit notorium, & 144 certum, itaut aliqua exceptione elidi nequeat, tunc etsi fiat citatio &c. non tamen diceretur precedere judicialiter, neque hæc citatio arctaret Comparentem ad deducendas exceptiones, sed potiùs ut resipiscat &c. & sic non dicitur actus judicialis, prout si fiat aliqualis Processus, pro instructione animi Judicantis, non autem pro forma judiciali, ita quoad instantiam, quæ potiùs fit loco denunciationis, requisitæ, ut Ordinarius sciat factum sequutum fuisse.

Nec replicetur, quod in nostris terminis Episcopus non processit extrajudicialiter, & per viam denuncia- 145 tionis, quæ ipsi permissa erat juxta *Text. in Clement.* 1. *de Privileg.* Sed per viam declarationis incursus in Censuras, ad cujus declarationis subsistentiam præcedere omninò debebat citatio, seu monitio Rei, contra quem judicialiter procedebatur.

Ultra quod enim enim distinctio inter declarationem excommunicationis, & denunciationem excommunicati attenditur solum in delictis publicis, non autem in 146 notoriis, juxta terminos nostri casus, in quibus, sive Episcopus procedat per viam declararionis, sive per viam denunciationis, semper validè procedit, juxta punctuales authoritates, supracitatas, inter quas uti punctualissima vim legis habere videtur illa Emin. Petræ, cujus aurea verba registravimus supra; In qua parte pro-

te penbè recordor, & in margine meæ Responsionis adnotavi ea, quæ mihi summa benignitate inter informandum in dicta Causa Neapolitana die 23. Februarii 1709. dixit clar. mem. Card. Panciasicus, quod scilicet pro conciliatione Resolutionum Sac. Congregationum, quæ videntur contrariæ, procedendum est cum hac distinctione, aut delictum, pro quo Exemptus declaratus fuit incursus in Censuras, à Jure inflictas, est simpliciter publicum, & tunc procedunt Resolutiones illæ, quæ canonizant nullam talem declarationem incursus in dd. Censuras; At verò delictum erat notorium, & tunc procedunt aliæ, approbantes validitatem declarationis talium Censurarum.

Alia legalis, & solida responsio desumitur ex verbis dictæ declarationis, seu denunciationis Episcopi, datæ in Summario, quæ sunt sequentia: „ Cùm ex Informa- 147 „ tionibus, per nostram magnam Curiam captis, notoriè constet, Cæsarem Facciolì natione Mediolanen. „ manus violentas injecisse in Personam Sacerdotis D. „ Nicolai Aquilini, ideo ob talem excessum publicè „ commissum incidisse in Sententiam excommunicatio- „ nis, contentam in Canone, Si quis suadente Diabolo „ 17. qu. 4. Cùmque juxtà sanctiones canonicas præser- „ tim: Extravagantis Ad evitanda Concilii Constan- „ tiensis, idem Cæsar, tanquam publicus, & notorius „ Percussor Clerici, statim vitari debeat. Hinc nos par- „ tes nostri pastoralis officii explere, & saluti Anima- „ rum nobis concreditarum providere volentes; Tenore „ præsentium, omnique alio meliori modo declarantes, 148 „ prædictum Cæsarem Facciolli, ob publicam, & noto- „ riam percussionem prædicti D. Nicolai incursum in „ Sententiam excommunicationis, contentam in præ- „ dicto Canone, Si quis suadente, mandamus, eum, uti „ excommunicatum, à Fidelium Communione, & Sa- „ cramentorum participatione segregatum existere, & „ ab omnibus Christifidelibus vitari, donec beneficium „ absolutionis legitimè obtinuerit.

Ex quibus clarè desumitur, quod factum Processus judicialis per viam declarationis, exadversò præsuppositum, in hac parte non regit, quia nihil aliud fecit Rever. 149 Episcopus, quàm enunciare d. Facciolam incursum in excommunicationem, ob dictam notoriam Clerici percussionem, & uti talem esse vitandum à suis Subditis, juxta verba illa opportunè repetenda, *mandamus, uti excommunicatum, à Fidelium Communione, & Sacramentorum participatione, segregatum existere*, non autem ex tunc declaravit illum incurrisse in excommunicationem, ob dictam Sacerdotis percussionem, juxta terminos dictæ resolutionis Sacræ Congregationis Concilii anni 1709. ibi: „ Fuit provisum, & decretum, quod idem Petrus „ declaretur incursus; prout præsenti nostro decreto de- „ clarari mandatur &c. „ Sed indicasse pro præterito 150 esse incursum in eamdem excommunicationem, ob quam mandavit esse vitandum à Fidelibus. In quibus circumstantiis nulla requirebatur præcedens monitio, seu citatio, vel alter actus judicialis, ut egregiè probat *Card. Sfondrat. in lib.* cui titulus *Legatio Romam fol. mihi* 63. ibi: „ Certum est, quoties Censuræ, non ab homine, sed à „ Jure, & Lege feruntur, nulla alia monitione opus esse, „ cùm satis, ac semper ipsa lex moneat. In notoriis quo- „ que, & quæ nulla tergiversatione celari, negativè „ possint, non oportet, ut monitio, aut citatio declara- „ tionem præcedat, præsertim cum excommunicatio non „ est comminatoria, sed latæ Sententiæ: „ qui sunt præcisi termini nostri casus, & in quibus idem admittunt Auctores illi, quos referunt, & sequuntur *Fagn. in cap. Non* 151 *potest n. 16. de Sent. & re Judic. Suarez de Censur. disput. 3. sect. 8. n. 3. & disput. 18. sect. 3. n. 28. Menoch. de Arbitr. cas. 541. n. 7. & cas. 543. n. 26. Monacell. in Formul. tom. 3. tit. 1. form. 1. n. 5.* ibi: „ Nisi fortè excessus esset notorius, tunc „ enim non oportet, quod hæc monitio præcedat, sed „ potest Judex absque ulla monitione sententiam de- „ claratoriam proferre, & Reum publice excom- „ municatum denunciare &c. „ *Pignatell. consult. 10. n. 6. tom. 7.* ubi sequentem adducit stringentem rationem: „ Nec potest dici, quod tunc imponat eis pœnam, quia „ illa est à Jure inducta, nec denunciatio aliquid addit „ *& Rot. decis. 92. num. 9. part. 17. recent.* cum aliis citatis supra *à n. 92.*

Quæ omnia concordantia cum dictis verbis denunciationis Rev. Episcopi, comprobantur ex ipsius Relatio- 152 ne, data supra, ubi asseruit, verbum illud *declarantes* fuisse ab eo appositum ad præservandam ejus Jurisdictionem, quatenus Facciola non esset verè exemptus, casum in casu exemptionis valere dictam denunciationem tanquam præceptum de vitando, quod temperamentum mihi in facto supponitur exadverso fuisse admissum, & concordatum cor. Emin. D. meo Card. Ponente.

Ad quem effectum supplicamus observare, verba illa: *Omni alio meliori modo*, in eadem declaratione apposita; quæ operantur, ut idem actus valeat eo modo, 153 quo de Jure sustineri poterat, ex adductis à *Barbos. de Claus. claus. 95. n. 6. & seqq.* ibi: „ Operatur hæc clausu- „ la, ut melior via censeatur electa &c. Non restringi- „ tur ad expressa, sed extenditur ad omnes casus, in qui- „ bus actus meliùs sustinetur &c. facit sustineri actum „ etiamsi alio modo, quàm expressum sit, valere possit „ &c. si dispositio secundùm verba expressa sustineri „ non possit, sustinetur secundùm ea, quæ congruentiùs „ exprimi potuisset „ cum aliis apud *Rotam in decis. 105. n. 4. cor. Emerix jun. & decis. 305. n. 5. par. 17. rec.*

Non attenta replicatione, quod quidquid sit in illis terminis, in quibus loquuntur præfatæ authoritates, in circumstantiis nostri casus omninò præcedere debebat 154 citatio, seu monitio Rei, eò quia ex istius parte non erat certum, nullam concurrere causam, ipsum excusantem à gravitate delicti, ad quem effectum magna dos gratis ubique attribuitur ejus crassæ ignorantiæ, asserendo non potuisse cognoscere Sacerdotem, indutum, non proprio habitu, sed cum *Veste da Camera*. Et cum æquali promptitudine ad excusandam ejus temeritatem gratis pariter ubique exageratur illa circumstantia facti, quod idem insolentissimus Famulus, habita notitia qualitatis Sacerdotalis Nicolai Aquilinæ, ab eo offensi, statim in se reversus, veniam ab eodem petiit.

Hujusmodi enim æquè speciosus, ac ingeniosus discursus nullam habet verisimilitudinis umbram, vel verita- 155 tis guttam; Neque enim in facto subsistit, quod Facciolla ignoraverit, Aquilinam esse Sacerdotem, minusque, quod ab eo post percussionem veniam petierit ex motivo, quod tunc, & non anteà ad ejus notitiam devenerat ejus qualitas Sacerdotalis.

Primum suppositum affectatæ ignorantiæ qualitatis Sacerdotalis respectu Aquilinæ, nedum excluditur ex eo, quod ille uti talis in Civitate Vallettæ publicè, & palam notoriè reputabatur, juxtà depositionem multorum Te- 156 stium, de quibus in dicto Processu, in quibus terminis dicta ejus prætensa ignorantia, ubi nimis crassa, & supina, non esset apta illum excusare juxtà magistralem *Gloss. in cap. Inaotuit verb. Ignorantiam de Election.* ibi: *Ignorantia crassa, & supina non excusat*: quam sequuntur adducti per *Rotam decis. 95. n. 25. coram Ansaldo, & decis. 156. n. 14. & 15. par. 9. recent.* cum aliis adductis à *Seniore in Jure scribente de Controv. Patronor. allegat. 81. n. 8. in fine, & nu. 9.* 157 ibi: *Paria sunt scire, & scire debere &c. Ista ignorantia dicitur crassa, & supina, quæ non attenditur*: Et in terminis Censurarum, quod crassa, & supina ignorantia ab illarum incursu nullatenus excuset, egregiè probat *Sperell.* post multus concordantes in *decis. 129. num. 22.* ibi: *Ista prætensa ignorantia dicitur supina, & affectata, quæ neque à lethali culpa, neque à Censuris &c. excusat.*

Sed manifestissimè excluditur ex repetitis admonitionibus, rotundis literis à pluribus Testis eidem factis an- 158 te percussionem, ut ipsimet deponunt in dicto Processu, & recognosci potest ex eorum præcisis verbis; *Primus enim Testis asserit*: „ Io allora lo avvertii di badar bene, „ perche quello, a cui lui ingiuriava, e parlava così ma- „ le, era Sacerdote, e perche con tutto ciò egli continua- „ va le ingiurie, e andava verso di lui, di nuovo lo av- „ vertii, che quello era Sacerdote, quali avvertimenti „ da me fattegli per due volte, e forse anche per tre l'ha „ sentiti molto bene, perche era vicino, *Secundus Testis*: „ Lo avvertii badare a quello faceva, perche colui a cui „ egli ingiuriava era Sacerdote, e per non averlo volsu- „ to sentire la prima volta si accostò più vicino a Lui, „ quasi toccandolo, e di nuovo li replicò l'istesso avver- „ timento, e con tutto ciò &c. continuò ad ingiuriare il 159 „ detto Don Nicola &c. *Quartus Testis*: Abbassando il „ capo, e mostrandogli la Chierica li disse, fate quel che „ volete, ma badate a quel che fate, *& ibi*: Lo avvertii „ di non parlar così con un Sacerdote, replicandoli più „ volte lo stesso avvertimento, cioè, che quello, a cui lui „ ingiuriava era Sacerdote, continuando ad ingiuriarlo, „ senza curare nessuno avvertimento: *Quintus Testis*:

Io

„ Io allora dalla mia Galleria dissi allo stesso, che stava di sotto, camminando verso il detto Don Nicola, così si parla a i Preti? ed egli seguitando il suo cammino, s'accostò vicino al detto D. Nicola, ed alzando la sua mano con essa aperta scaricò uno sciaffo &c. *Octavus Testis*: Mentre s'incamminava verso di lui lo andava ingiuriando con parole molto vituperose, avendo obligato me d'avertirlo, che badasse quel che era il detto D. Nicola, ma con tutto ciò seguitò il suo cammino, ed avvicinandosi al d. D. Nicola, alzò la 560 mano, e con essa aperta li scaricò un gran schiaffo; *Nonus Testis*. Detto D. Nicola cacciando la sua Berretta, e tenendola con la mano, abbasò il suo Capo, dicendoli, guardate, che fate, e vedete chi son'Io, mostrandoli in tal modo, e positura la Chierica, che come Sacerdote porta nel suo Capo: *Decimus Testis*: Allora il detto D. Nicola li disse, che badasse bene, che fare, e levando dal Capo suo la Beretta si abbassò verso il detto Uomo a capo scoperto, mostrandoli la Chierica, che come Sacerdote tiene, e li disse badate bene chi son'Io.

Est autem purum figmentum ejusdem Rei assertio illa, quod eodem tempore, cùm esset iratus non audivit easdem monitiones, & propterea excusandum videtur ejus 561 scandalosum delictum. Ultra quod enim si admittatur hujusmodi prætextus, nimis ampla, & spatiosa via aperietur in præjudicium Ecclesiasticæ Immunitatis, & reverentiæ, debitæ Sacerdotibus, Cathegoricè respondemus, quod multis ex dictis piis Hominibus, ante percussionem ipsum seriò monentibus, æquali temeritate, ac scandalo nimis impropria responsa dedit, vel illos torvis, minacibusque oculis aspexit, ut pro veritate, & 562 conscientia testatur Primus Testis: „ Doppo quali avvertimenti per due volte, ed anco per tre riguardò con volto più adirato, senza curarsi punto de' miei avvertimenti. *Quartus Testis*: Senza curare nessuno avvertimento, l'ho inteso rispondere, che importa a me che cosa sia?

Secundum verò gratuitum suppositum, quod veniam à dicto Sacerdote percusso petierit, statim ac cognoverit, 563 ipsum esse Sacerdotem, licèt per necessariam consequentiam detegatur fictitium ex hucusque animadversis, adhuc evidentius comprobatur tale ex Testibus, exadverso exhibitis *in contrario Summario Num. 5. ante finem versic. Dixit*, ibi: „ Egli accorgendosi dell'errore (Igitur non ex eo, quod cognovit, offensum esse Sacerdotem,) tornò indietro verso detto Sacerdote, domandandogli perdono &c. „ Observando quod motivum petitionis veniæ fuit reflexio detestabilis facinoris „ accorgendosi dell'errore, non autem agnoscendo, ipsum 564 esse Sacerdotem. Licet autem iste Testis, quamvis unicus, concludentem faciat probationem contra Magnum Priorem producentem juxtà firmata per *Rotam decis. 81 a. num. 12. coram Dunoz. jun. & decis. 11. num. 9. cor. Ansaldo, & decis. 201. n. 10. par. 5. & decis. 510. nu. 1. par. 54. & decis. 409. n. 7. par. 19. rec.*

Nihilominus eadem veritas intra evidentiæ fines ponitur à nostris Testibus, referentibus dictæ veniæ petitionem, non cognitioni qualitatis Sacerdotalis in Per- 565 cusso, sed communi voci, & repetitis verbis totius Populi, exclamantis, & exprobrantis magnum facinus d. Rei, non sine fundamento timentis ne lapidibus obrueretur à Populo præsente, & contra ipsum exclamante videndo dignissimum Sacerdotem graviter offensum, & ignominiosè tractatum à vili Famulo, eidem magna humilitate dicentem „ Col Berettino in mano, e bassando il Capo, se volete darmene un'altra sete il Padrone, *ut deponit nonus Testis ibi*: per essere stato rim- 566 proverato da tutto il Vicinato per la sua temerità, riflettendo a quanto aveva fatto, si presentò avanti il detto D. Nicola, addomandandoli perdono &c. & *concordat decimus Testis, ibi*: Il d. Percussore se n'andò di nuovo nella strada verso il Bastione, ma per essere stato rimproverato dalli Vicini per un tal misfatto, poco dopo ritornò avanti l'istesso D. Nicola ad- 567 dimandandoli perdono, *nec non undecimus Testis ibi*: Dopo di che per un mormorio di tutti li Vicini, e rimproveri fatti al d. Uomo, dopo fatti da lui alcuni passi verso il Bastione, ritornò a dietro, e portandosi avanti al Sacerdote, da lui percosso, gli domandò perdono. Videntur hæc superabundare pro affirmativa resolutione nostri Dubii, & tamen addimus, quod ad tollen- 568 dum in hac parte omnem scrupulum, cum dicta declaratio excommunicationis Facciole in Censuras esset iterum facienda, quatenus legitimè facta non esset, (quod absolutè negamus) ex quo nullo prætextu potest se excusare ab illarum incursu, ex admissis etiam per Curiam Laicalem Magni Prioris, qui illum ex dicto capite excommunicatum declaravit addendo in suis Cedulonibus: *Nil quod ipsum excusare posset, in sui defensionem adduxit: contrario Summario Num. 6.* In istis circumstantiis annullari non deberent, juxta Oraculum hujus Sacræ Congregationis sequentis tenoris: „ Sacra Congregatio respondit, nullitatem Censurarum non attendi, quando quod factum est, si factum non esset, denuò fieri deberet, quod sequuntur adducti per *Pignatell.* 569 *consultat. 168. n. 53. tom. 1. juxta Romanam impressionem ibi*: Quatenus declaratorio esset ex aliquo capite invalida, ex quo tamen denuò esset facienda, non debet revocari, seu annullari, cum possit fieri probatio ex post, & *Panimol. decis. 96. n. 18. ibi*; Et quatenus etiam hujusmodi declaratoria ex aliquo capite redderetur invalida, ex quo tamen denuò fieri deberet, non est revocanda, & annullanda, præcipuè quando fieri potest probatio ex post, ut censuit S. Congregatio Episcoporum.

In qua parte applicari potest theorica Canonistarum Patris *Innoc. in cap. Tua n. 10. de Cohabit. Cleric. & Mulier.* ibi: „ Item dicimus, quod etiam si Judici non sit factum verum notorium, dummodò verè sit notorium 570 &c. respondeo, ejus Sententia irrevocabiliter tenet, „ quam sequuntur citati per *Gratian. discept. 715. n. 54.* ibi: „ Quando Judex processit velut in notorio, idem tunc non haberet probationes notorii, tamen Sententia valebit irrevocabiliter, si verè erat notorium, & de eo posteà appareat: *Rota decis. 12. de Fide Instrum. in* 571 *antiquis*, ibi: Nota quod si Judici non sit factum notorium, & Judex ferat Sententiam antequam probetur quod sit factum notorium, si tamen in rei veritate factum dicitur notorium, licèt Judici non sit, tamen valet Sententia, lata per Judicem.

Quoad secundam partem nostri dubii, satis dictum in Restrictu, præcipuè quia circa illam DD. exadverso Scribentes dant manus victas se restringentes ad duos 572 dumtaxat prætextus. Primus est, quod nos non adducamus in forma authentica punctuales resolutiones Sacrarum Congregationum, in nostro Restrictu allegatas. Secundus verò, quod hodie Facciolla absolutionem non petat, quorum neuter relevat.

Non primus, quia in Urbe, attenta facilitate recognoscendi Regesta Secretariarum omnium Sacrarum Congregationum, quæ omnibus patent, sat est illas allegare, juxtà quotidianam praxim, in contrariis Scri- 573 pturis exadverso servatam, & notat *Cardin. de Luca in Relat. Roman. Cur. forens. discurs. 16. n. 2. in fine*, ibi: „ In Curia verò ista solemnitas, vel forma, desiderari non solet, cùm de facili Defensores alterius Partis, contra quam resolutiones allegentur, de illarum veritate certificari valeant ex Registris, quæ diligenter asservantur &c.

Neque secundus, quia nisi Facciolla malè sentiat de fide (quod nolumus credere,) post declaratam validitatem Cedulonum, de quibus disputamus, absque dubio instabit pro absolutione; Unde dignum, & justum videtur, ad evitandas inutiles expensas novæ propositionis, ut determinetur hodie, cui illa spectet, vel à quo danda sit, juxtà secundam partem nostri dubii, quod 574 cum fuerit exadverso concordatum, non est permissum DD. exadverso Scribentibus illius resolutionem sub dicto frivolo prætextu impedire, juxta notoriam praxim.

Die 23. Augusti 1726. proposita Causa in Congregatione Episcoporum per Card. Gualterium sub sequenti dubio:

An Cedulones Curiæ Episcopalis Melevitanæ sustineantur, & cui committenda sit absolutio in casu &c. Responsum fuit:

DISCEPTATIO XXXIX.

Aquæpendentis prætensæ Pensionis.

INTER

Alexandrum Fidelem, Episcopum Aquæpendentis, postea translato ad Ecclesiam Æsinam.

ET

Philippum Letum.

ARGUMENTUM.

Episcopus quando possit petere Congruam, non obstante, quod in provisione Episcopatus non fuit apposita clausula; Dummodo mille remaneneant pro Episcopo.

OCcasione resignationis Ecclesiæ Aquæpendentis, quam liberè in manibus Papæ fecit de anno 1674. Nicolaus Letus, f. m. Clemens X. reservavit annuam pensionem sc. 200. ad favorem Philippi Leti ejusdem [1] Nicolai Nepotis. In Litteris autem ad favorem Fratris Ludovici Magni, in Episcopatu successoris expeditis, ex incuria Officialium, vel ex scientia Papæ, ignoratur, non fuit apposita clausula, *Dummodo mille remaneant pro Episcopo*; E contra verò nulla habetur renunciatio Congruæ, sed tam in prima, quàm in sequentibus provisionibus ejusdem Episcopatus, processum fuit per simplicem obligationem Episcoporum de solvendo pensionem, juxta formam in Litteris Apo- [2] stolicis expressam, quæ de facto soluta fuit à moderno Episcopo, & ab aliis Antecessoribus, quamvis circa solutiones, factas ab Archiepiscopo adsit aliquis rumor in contrarium, quod non solverit integraliter omnes terminos.

Statim ac provisus fuit de Episcopatu Alexander Fidelis Amicus meus, ex multorum relatione dubitans de insufficientia redituum Episcopatus pro substinenda [3] dicta excessiva pensione, non semel conquæstus fuit cum eodem Leto, sed omne dubium eliminavit experientia, dum in triennio, quo laudabiliter rexit eamdem Ecclesiam, deductis omnibus oneribus, percepit solùm Scuta 1696:70. quæ nedum non adequant Congruam Conciliarem, sed nec etiam satisfuerunt pro alimentaria, dum constituant summam sc. 565:67. pro quolibet anno; Tractata igitur multo tempore, sed non [4] fuit conclusa reductio ejusdem pensionis, unde in præsenti omnis amicabilis compositionis spe frustrata, quæritur ante introductionem judicii, an Rev. Episcopus bonum jus foveat.

Non modicam ingerere difficultatem circa merita videtur omissio clausulæ, *dummodo mille remaneant pro Episcopo*, ex illa enim arguunt Doctores, & firmavit [5] Sacra Rota, quod censeatur per Papam implicitè Concilio Tridentino derogatum, itaut proinde non Congrua Conciliaris, sed solùm alimentaria peti possit, ut videre est apud *Card. de Luca de Pension. disc. 52. sub n. 5. & in summ. num. 12. Barbos. ad Concil. sess. 24. de reform. cap. 13. num. 12. & de claus. claus. 48. num. 2. Tondat. de Pension. cap. 14. num. 32. Rocca select. interpr. cap. 191. à num. 61. Adden. ad Barrat. decis. 261. num. 14. & seqq.* [6] ubi allegat multas decisiones non impressas, & *Rot. in Faventina Pensionis 23. Januarii 1602. coram Ottembergo*, impressa *apud Marches. de Commiss. parte prima, fol. 534.*

Ea ratione, quia pro derogatione Concilii Tridentini non sit necessaria illius specialis, & individua mentio, [7] sed satis sit, provisionem Papæ esse incompatibilem cum dicti Concilii dispositione, ut observant *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. num. 120. Card. de Luca de Benefic. disc. 46. num. 13. & Rot. coram Manzaned. decis. 260. num. 3. & coram Cavaler. decis. 601. eodem num. 3. & in par. 7. rec. decis. 260. num. 9.*

Quæ difficultas augetur potius, quàm tollatur, seu minuatur ex assertione jurata, quam Letus nomine Episcopi Nicolai fecit paulò ante renunciationem Episco- [8] patus in scutis 1007. occasione solutionis Decimarum; Ex illa enim potius comprobatur scientia Papæ circa insufficientiam redituum pro assignatione Congruæ, & solutionem pensionis, sicque omittendo clausulam *dummodo &c.* eo certius videtur Concilio Tridentino derogasse; ut considerando authoritates supra adductas, & propter illas in specie observat *Card. de Luc. de Pension. disc. 2. num. 8.* ubi, quod quando Papa omittit clausu- [9] lam *dummodo &c.* se declarat plenè informatum de redditibus Ecclesiæ, insufficientibus ad substinendum onus Congruæ, & pensionis, & *Rot. decis. 611. num. 1. versic. Nec dicatur part. 4. divers.* ubi quod Papa in reservatione Pensionum super Episcopatibus solet habere perfectas probationes fructuum.

Atque hæc verisimilis notitia deducitur quoque ex Processu Concistoriali, qui quamvis verum valorem de rigore non probent; Deservit tamen pro valido, & ni- [10] mis urgente adminiculo, ut observat *Idem Card. de Luc. de Benefic. disc. 90. num. 68. vers. Quarto Processus*, ubi allegat *Rotam in Cotronen. Pensionis 11. Januarii 1646. coram Verospio*, & concordat *eadem Rota in dec. 342. nu. 11. part. 14. recentior.*

Pro remotione hujus difficultatis, necessariam crederem verificationem hujus facti, vel per inspectionem ejusdem Processus Concistorialis, vel mediantibus a- [11] liis legitimis probationibus, quia si apparebit, quod de tempore reservationis controversæ Pensionis, fructus Episcopatus suppositi fuerunt Pontifici in summa sc. 1200. vel majori, tunc trea applicarentur regulæ ad nostrum propositum.

Prima, quod in hac hypothesi omissio clausulæ *dummodo &c.* referenda esset incuriæ Officialium, & nun- [12] quam diceretur Concilio Tridentino ad hunc effectum per Papam implicitè derogatum, ut contrariis respondendo, egregiè firmavit *Rota in Campanien. Pensionis 22. Junii 1609. coram Iusto*, impressa *apud Marches. de Commis. part. 1. fol. 547.*

Secunda, quod non sufficeret hujusmodi implicita, & generalis derogatio, sed requireretur expressa, ac [13] specifica, ut notant *Ricc. in prax. part. 3. cap. 109. nu. 4. versic. super Cathedrali, & Card. de Luc. in comment. de Pension. cap. 6. num. 4. & Rota decis. 342. num. 5. & 6. par. 14. recentior.*

Tertia, quod eadem clausula *dummodo*, subintelligi debet, etsi non legatur in Bullis, ut in terminis Paro- [14] chiæ firmavit *Rota coram Zarat. dec. 34. num. 3.* & in nostris terminis *Add. ad Buratt. decis. 261. num. 15. & Card. de Luca in comment. ad Bull. de Pension. cap. 6. num. 3. & seqq.* ubi quamvis fateatur, Rotam contrarium tenere, indistinctè admittit, quod hæc clausula semper præsumitur, illaque nunquam censeatur sublata, nec Concilio Tridentino derogatum per clausulas gene- [15] rales, *& cap. 11. num. 16.* ubi, quod veritatem hujus propositionis cognovit in exercitio sexennali muneris Auditoris Papæ, quodque ad hujusmodi effectum valoris Ecclesiarum, Processus Concistoriales sunt potius cæremoniales, quod mihi experimentali notitia probè notum est.

Quoad probationes insufficientiæ redituum nostræ [16] Ecclesiæ, quamvis agatur in petitorio crederem, illas faciendas esse à moderno Episcopo, magistralis siquidem, & à Doctoribus communiter amplexa est in hac materia distinctio, quod aut reservatio pensionis est pura, & absoluta, & onus probandi insufficientiam spectat ad Titularem, aut verò est modificata ab aliqua clausula, & conditionalis, & tunc illud spectet ad Pensionarium, conditionalitatem in his casibus deducendo ex eo, quod [17] clausula *dummodo &c.* adjecta sit ipsi reservationi; Quia si illa apposita sit in fine, & post perfectam reservationem, tunc quoque reservatio dicatur pura; ea diversitatis ratione, quod primo casu conditio sit consubstantialis reservationi, quæ cum ipsa, & non aliter efformatur; [18] Secus verò in secundo casu, quia consequitur post reservationem, purè jam in esse deductam, ut antiquioribus omissis, videre est apud *Rot. in decis. 611. num. 1. per totam part. 4. divers. & decis. 642. num. 2. & 3. part. 3. recent. & decis. 227. num. 2. coram Cavaler. & dec. 759. num. 6. & 7. coram Danoz. jun. & decis. 222. num. 7. coram Bich.*

Nos autem versari in casu reservationis absolutè vi- [19] detur innegabile, quia nedum clausula *dummodo &c.* non est adjecta reservationi; Sed nullo modo reperitur in Litteris provisionis; Proindeque in his circumstantiis onus probandi insufficientiam redituum spectare ad Ti-

Titularem individualiter probat *Card. de Luca de Pensionibus disc. 2. num. 4. vers. demum*, *& seqq.* ubi quod ita judicavit in suo casu Judex, & idem judicium à Signa-20 ra fuit canonizatum, & *in Comment. ad Bullam de Pensionibus capite quinto, numero quarto*, *& Tondat. eodem tractat. capite decimo quarto, numero trigesimo secundo*, *& sequentibus*.

Ad quem effectum congruę leviores sufficiunt probationes, quàm si ageretur de nullitate pensionis, ut advertit 21 *idem Card. de Luca in comment. ad Rubr. de Pension. capite decimo secundo sub numero quarto*, & firmavit *Rota in decis. vigesima tertia, numero nono, parte decima octava, recentior.* Quamvis autem eadem Sacra Rota admiserit confessiones Episcoporum, occasione assignationis redituum pro solutione Decimarum, ut videre est *in dicta decisione vigesima tertia, numero octavo, & decisione trigentesima octuagesima nona, numero decimo, parte decima octava recentior. & in Vrbevetana regressus 3. Aprilis 1668. §. Talis enim coram Bevilaqua*; In repropositione nihilominus ejusdem Causæ, dubitavit de subsistentia 22 conclusionis, eamdem confessionem referendo non vero valori, sed exonerationi à debito Decimarum, ut videre est *in decisione trigentesima quadragesima secunda, numero decimo secundo, parte decima nona rec.*

Prò augenda Congrua ultra scuta mille, non videntur sufficientes causæ, in scripturis de partibus transmissis adductæ, expensæ scilicet pro Seminario, pro suppellectilibus Ecclesiæ, pro reparatione Palatii, & similibus: Quia admisso, quod eadem Congrua possit 23 esse major scutis mille, habita ratione ad qualitatem Episcopatus, ut probant *Card. de Luca in comment. ad ad Bull. de Pension. capite decimo primo, numero decimo nono*, & firmavit *Rota decisione trigentesima quinquagesima prima, numero tertio, & quarto, parte decima nona recentior.* Adhuc eędem Causæ non sunt ad hoc sufficientes, sed illæ habitæ fuerunt à Rota in consideratione ad effectum concedendi Congruam alimentariam in solis scutis 700. *ut in d. decis. 342. num. 14. & seqq. p. 14.* ubi de expensis pro Seminario, pro reparatione Ecclesiæ, Palatii, visitatione Sacrorum liminum, & similibus, de quibus etiam *in dec. 23. num. 12. & decis. 389. num. 20. & seqq. part. 18. recentior. & dec. 87. cor. Aret.* ubi de expensis pro Clerico, qui Divinis inserviat.

Quibus omnibus non obstat obligatio solvendi con-24 troversam pensionem à Rev. Episcopo emissa ante expeditionem Litterarum suæ provisionis; Quia illa apta quidem est ad arctius ligandum eumdem Rev. Episcopum nunquam autem ad tollendum privilegiatam actionem pro congrua, ut concordantibus adductis individualiter observant *Rocca selectar. interpr. cap. 191. num. 62. Lot-25 ter. de re benefic. lib. 2. qu. 38. num. 48. Card. de Luca de Benefic. disc. 90. num. 47. & Rota dec. 633. num. 5. coram Dunoz. jun. & dec. 222. num. 3. coram Bichio & dec. 351. num. 10. & seqq. part. 18. rec.*

Minus refragatur, quod Rev. Episcopus sibi imputare debeat, si Episcopatum nimis tenuem, vel pensioni-26 bus gravatum acceptavit. *Rot. dec. 374. num. 13. & 14. & dec. 218. n. 10. part. 18.* Non enim ex eadem repellendus est à consequutione Congruæ, quæ in favorem ordinis Episcopalis à Sacro Conc. Trid. concessa fuit, ne scilicet in illius opprobrium, mendicare cogerentur, aut curam commissi gregis deserere, prout huic objecto re-27 spondet *Rota in dec. 347. nu. 11. & dec. 392. num. 14. & seqq. par. 13. & dec. 23. num. 13. & 14. & dec. 351. nu. 10. & dec. 389. num. 22. & seqq. par. 18. & dec. 1. num. 53. & seqq. part. 19. recent.*

Oblatio demum quam facere intendit Rev. Episcopus dimittendi Leto administrationem reddituum Episcopa-28 tus cum conditione exbursandi scuta mille pro sua Congrua, habere potest locum ipso volente, ut practicatum fuit *cor. Vbag. in dec. 103. num. 11. & in Calaritana Pensionis cor. Road.* ibidem allegata, cęterum Pensionariis contradicentibus, hoc nunquam practicare consuevit Rota, & Curia teste *Card. de Luca in comm. Bullæ Innoc. XI. de Pens. cap. 11. n. 21.* & nos observavimus supra

Incertus est exitus, quia dictus Episcopus Fidelis translatus fuit ad Episcopatum Æsinum.

DISCEPTATIO XL.

Taurinen. Matrimonii.

PRO

Maria Catharina Comitissa Balbiani Comitissa de Salmur.

ARGUMENTUM.

Validum est Matrimonium, contractum per Procuratorem inter Catholicam, & Hæreticum, tam coram Vicario Generali, quàm coram Archiepiscopo, etiamsi non pręcesserint denunciationes matrimoniales Vagus potest Matrimonium contrahere coram quocunque Parocho.

CArolus Philippus, ex Marchionibus Brandeburgi quarto genitus, dum esset Copiarum militarium suæ Regionis Dux, & Moderator in Bello Pedemontano, triplicatò sub tribus formis Matrimonium contraxit cum Nobili Maria Catherina Balbiani Comitissa de Salmur. 1

Et primò sub die 29. Maii 1695. futuri Conjuges è Taurino profecti ad Palatium Veneriæ, post Convivium terminatum, vocato Parocho Loci coram illo, & duobus Testibus, nempe Equite Joanne Antonio Parella, 2 & Abbate Alexandro Doria, dixit Princeps: *Estote Testes, quod ego coram Parocho in uxorem accipio Co: Mariam Catherinam Balbianam de Salmur, hic præsentem*: Et immediatè subdit Comitissa: *Ego quoque volo vos esse Testes, quod in Sponsam accipio coram Parocho Principem Carolum Philippum de Brandeburg, hic præsentem*; prout ex Relatione Nuncii Apostolici, quæ registratur in fine.

Secundò. Sub die festo S. Joannis Baptistæ in Ecclesia Metropolitana, coram Vicario Generali, Missam celebrante, & ad Populum se vertente, dicendo: *Ora-* 3 *te Fratres*, Procurator Principis, in præsentia Populi, ac tribus Testibus specialiter adhibitis, vocato Vicario, dixit: *Ego Angelus Franciscus Mella, uti Procurator Principis Caroli Philippi de Brandeburgh, nomine ejusdem in Uxorem duco Comitissam Mariam Catherinam Balbianam de Salmur, in personam Marchionissæ Marthæ Mariæ Balbianæ, hic præsentis, quam scio esse legitimam Procuratricem d. Comitissæ de Salmur*; Et statim Marchionissa respondit: *Ego Martha Maria Balbiana, uti Procuratrix Comitissæ Mariæ Catherinæ Balbianæ de Salmur suo nomine accipio in Sponsam Principem Carolum Philippum de Brandeburgh in personam Angeli Francisci Mellæ, hic præsentis, quem scio esse Procuratorem legitimum d. Principis*: Et deinde ambo super Altare posuerunt unusquisque proprii Mandati exemplar, dicentes Vicario, ut legeret, & retineret, dum ipsi alia duo consimilia exemplaria retinebant, prout ex dicta Relatione.

Tertiò. Marchio Flaminius, & Eques Antonius de Balbianis Germani Comitissæ Fratres præsentarunt Archiepiscopo, & Marchio Flaminius alta, & intel- 4 legibili voce, & coram Testibus legit Archiepiscopo Litteras utriusque Conjugis, Archiepiscopo directas, quibus unusquisque declarabat ratum habere quidquid ab eorum Procuratoribus factum fuerat; Quodque si adhuc aliquid desiderabatur, iterum coram ipso mutuum 5 præstabant, & respectivè acceptabant Consensum, ut in Sponsos se haberent, prout ex d. Relatione D. Nuntii

Dum hæc Taurini agebantur, examen primi Contractus, ex quo Vir non erat Catholicus, delatum fuerat ad Sac. Congreg. S. Officii, quæ subinde de secundo, ac 6 tertio certiorata fuerat; At verò, soluto per mortem Principis Matrimoni, cessante Causæ spiritualitate, Sac. Congreg. cessavit etiam à cognitione: Sed quia Conjugis superstitis ob sui, suæque Familiæ honorem valde intererat, ut matrimonium validum declararetur, ne aliàs stante consumatione, quæ intercesserat sub dubio validitatis offuscata remaneret; Cumque diffideret de Officialibus Archiepiscopatus, humillimè supplicavit Sanctissimo, quatenus dignaretur Causam hanc Sacræ Congreg. cognoscendam specialiter committere: Et per organum Emin. Spadæ Secretarii Status f. m. In- 7 noc. XII. benignè annuit. Unde fabricato per Nuntiaturam

turam Processu in Secretaria exhibito, audito Promotore Fiscali Curiæ Archiepiscopalis, ipsoque Archiepiscopo, pro declaratione validitatis sub unaquaque ex præmissis formis humillimè supplicamus.

Super Contractibus hujusmodi duæ sunt inspectiones quarum una respicit disparitatem Religionis Contrahentium, & altera formam, præscriptam per Concilium *cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim.*

In ordine ad primam, res hodiè est absoluta, quod scilicet matrimonium inter Catholicam, & Hæreticum, quamvis illicitum, est tamen validum, ut notat *Gloss. in cap. Non oportet, verb. Hæreticis 28. quæst. 1.* & ibi Archidiacon. *num. 4. Bellamer. num. 1. & in cap. fin. de Condition. apposit.* ubi Butr. *num. 7. Panormit. num. 5. Zabarell. num. 3.* Præposit. *num. 6. Alexand. de Nevo num. 12.* cum aliis, relatis per *Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 72. num. 2.* & hanc esse communem Theologorum, & Canonistarum probat *Pont. in Append. ad Tractat. de Matrim. cap. 1. num. 1.* cum qua processit Rota in *Monasterien. Matrimonii coram Caprara*, inter impressas coram eodem *decis. 304. & 319. & 449.* ubi, quod ad validitatem Matrimonii requiritur, paritas baptismi, non autem fidei.

In ordine ad secundam, respectu primi Contractus in loco Veneriæ, supponimus tanquam indubitatum, ad validitatem matrimonii sufficere Parochum proprium alterutrius ex Contrahentibus; Ac propterea, licèt Parochus Mulieris non interfuerit, censendum esse validè contractum, si proprius Viri Parochus intervenerit. In casu, de quo agitur Parochus Principis non erat in tota Italia Parochus proprius magis unus, quàm alius, tùm quia Miles, & vagus; Tum quia nullum ubiibi Parochum habuerat, ac propterea intrat conclusio de qua *Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 25. n. 11.* scilicet potuisse quemcumque Parochum illius Matrimonio interesse, quia dum Princeps nullum habebat Parochum; erat in ejus libertate eligere in Parochum proprium quemcunque voluisset, & concordat *Barbos. ad Concil. sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 7. num. 2.* ubi quod id est verum, non obstante, quod Mulier habeat Domicilia, quia validè contrahi potest matrimonium coram Parocho Viri vagi.

Neque obstat, quod Princeps retineret Palatium Taurini, quia domicilium illud erat accidentale, dummodo hac, modò illac excurrebat, non obstante locationis Instrumento, quia hoc factum fuerat, ex eo duntaxat, ex quo Locator noluerat alitar concedere, eum cæteroqui Princeps locationi repugnaret, ut ex dicta Relatione Nuntii. Ideoque nullum habuerat animum contrahendi Domicilium pro effectibus domicilii: Ac propterea ad effectum Parochialitatis multò magis remanserat semper indeterminatus, & vagus; Ideoque poterat pro Parocho proprio quemcunque eligere; Unde Parochus Veneriæ, ad hunc effectum electus, censendus est Parochus proprias: Et contrahendo coram ipso, servata dicitur forma Concilii in eo, quod pertinet ad præsentiam proprii Parochi, absque eo quod obstet non fuisse servatas solemnitates, ab eodem Concilio præscriptas in *cap. 7. sess. 24. de reform. matr.* de matrimoniis Vagorum, quia actus quidem erit punibilis; sed tamen Matrimonium est validum. Diligentiæ enim ibidem præscriptæ non pertinent ad essentiam Matrimonii; neque præscriptæ sunt sub pœna irritanti, ut notat *Sanchez d. lib. 3. disp. 25. n. 16.*

Minusque obstat, quod Parochus Veneriæ dicat non recordari, Comitissam aliquid sibi dixisse, nec verbis à sa prolatis, ullum fuisse datum responsum, prout ex dicta Relatione Nuntii. Tum quia dicere non recordari, non est excludere, quod Comitissa non dixerit; Tum quia verba Comitissæ intercessisse probatur per Testes datos in Summario, quod satis est ad validitatem Matrimonii, *ut firmatum fuit ab hac Sac. Congregatione 30. Septembris 1673. in Romana Matrimonii* alterius Principis, & observat *Card. de Luca de Matrimon. discurs. 6. num. 5.* ubi Parochus dicebat, non benè advertisse ad verba prolata per Contrahentes; Fortiùs in casu nostro, ubi Parochus fatetur, respondisse Contrahentibus, ipsum non habere facultatem eos desponsandi, & quod talis actus tantummodo inservire poterat pro simplicibus Sponsalibus, aliàs esset Matrimonium clandestinum, ut ex dicta Relatione Nuntii, unde Parochus, qui in uno admittit contractum in qualitate Sponsalium, qui etiam per necesse importat mutuum Consensum utriusque Contrahentis, perperam in alio negat, seu dicit, non recordari, & potiùs ita deponere ad se excusandum à pœnis, quas timebat, ut ad rem reflectit *Card. de Luca d. discurs. 6. num. 5. §. Potissimè, circa medium.*

Minùs est dubitandum de validitate matrimonii, contracti coram Vicario Generali, prout ex dicta Relatione. Quia quatenus attinet ad requisitam Parochi præsentiam, de qua dubitabatur, an Parochus Veneriæ diceretur proprius, ex quo Princeps retinebat Domum Taurini; Nullatenus dubitari potest, Vicarium Generalem esse Ordinarium proprium, sive inspiciamus Principem, sive inspiciamus Principissam, quæ citra ullum dubium erat Subdita Vicario. Et coram Vicario Generali matrimonium esse validum æquè ac coram Parocho proprio, sententia non habet hodie contradictorem ex *Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 29. per totam, & præcisè num. 18.* cum aliis citatis *in tom. 3. par. 1. discept. 5. §. 16. n. 16.*

Quatenus verò attinet ad contractum, celebratum per Procuratores, matrimonium etiam est validum, quia consensus matrimonialis validè utrimque per Procuratores præstatur *Sanch. lib. 2. disp. 11. num. 4.* & præsertim, quia in illo exprimendo Procuratores plusquam exactè expleverunt formam à DD. insinuatam per *Sanch. d. disp. 11. nu. 16.* & apparet ex d. Relatione Nuntii.

Hic etiam nil refragatur, quòd Vicarius excuset se intentum Missæ Sacrificio haud perfectè intellexisse quid illi facere intenderent. Quia recurrunt mox adducta circa Parochum Veneriæ, dùm planè cognoscitur, hoc dicere ad se excusandum, cum cæteroqui Vir Sagax, & diu Romæ per Tribunalia versatus, & dum hæc imprimuntur, Episcopus Anagninus, neque raptus in estasim, optimè censendus est intellexisse quid ageretur, depositis præsertim Procuræ mandatis supee Altari; Cumque ipsemet fateatur, cogitasse illos accessisse, ut aliquem actum super præcedenti matrimonio facerent, prout ex d. Relatione. Cùmque ad Altare nihil fieri posset, nisi Matrimonium, cùm ibi Judicia non expediantur, optimè fatetur, de Matrimonio contrahendo cogitasse; ac propterea de validitate dubitari non potest.

Sed clarior est tertia forma, sub qua coram ipsomet Archiepiscopo fuit explicatus consensus Contrahentium, non solum per viam ratificationis præcedenter gestorum per Procuratores, verùm etiam per novam consensus præstationem, prout ex d. Relatione Nuntii. Quia, licèt non adessent Personæ Contrahentium, sed ipsarum loco Procuratoras; Attamen tali forma contrahitur matrimonialis stipulatio, quando Syngraphæ directæ sunt, sive Parocho, sive Ordinario, & coram ipso explicitè leguntur, ut notant *Henriquez in Summatit. de Matrim. lib. 11. cap. 2. n. 6. Sanchez lib. 2. disp. 12. n. 3. Perez disp. 15. sect. 9. ubi de communi Pont. lib. 2. cap. 16. n. 8. Molfet. in Summ. tract. 4. cap. 7. num. 35. Coninch. disp. 24. dub. 9. n. 80. Castropal. tom. 5. disput. 2. punct. 9. n. 11.* ubi etiam de communi, cum aliis citatis à *Golin. de Procurator. p. 2. cap. 5. n. 8.*

Et hic nullum dubium, quod Archiepiscopus audiverit, & intellexerit, quodque res gesta fuerit Testibus præsentibus; Ideoque nullo modo ampliùs dubitari potest de Matrimonii validitate.

Relatio Nuntii Taurin.

Eminentissimi, e Reverendissimi DD. Padroni Colendissimi.

Accepto ab EE. VV. supremo Jussu, ut facti seriem, & animi mei sensum referre deberem super inclusis precibus Mariæ Catherinæ Balbianæ Comitissæ de Salmur, promptius, ut valui, exactissimas desumpsi Informationes, ex quibus, audito etiam Archiepiscopo Taurinensi, inveni quòd cùm die 29. Mensis Maii proximi elapsi hoc est anni 1695. festum SS. Trinitatis prædicta Comitissa de Salmur, cum aliis duabus nobilibus Matronis, & Principe Carolo Philippo de Brandeburgh, Equite Joanne Antonio Parella, & Abbate Alexandro Doria de Maro, se contulisset ad Palatium Ve-

Veneriæ, distans tribus circiter milliariis à Civitate Taurini, ut ibi cum prædictis interesset Convivio, à Principe Carolo præparato, terminato eodem Convivio, vocatus fuit à quodam famulo Parochus dicti loci Veneriæ, sub prætextu, quod Eques Balbianus secum alloqui intenderet, eoque ibi pervento, adstantibus dd. Equite Parella, & Abb. Doria, Princeps Carolus dixit: *Estote Testes, quod Ego coram Parocho in Uxorem accipio Comitissam Mariam Catharinam de Salmur hic præsentem*; Quibus verbis completis, Comitissa inquit: *Ego quoque volo Vos esse Testes, quod in Sponsum accipio coram Parocho Principem Carolum Philippum de Brandeburgh hic præsentem*; Tunc Parochus respondit, non habere facultatem eos desponsandi, & quod talis actus tantummodo inservire poterat pro simplicibus Sponsalibus, aliàs esset Matrimonium clandestinum; Princeps verò, & Comitissa replicarunt, quod ipsi intendebant actu Matrimonium contraxisse, & non simplicia Sponsalia.

De his omnibus deponunt prædicti duo Testes in eorum examine; Parochus tamen asserit, non recordari Comitissam aliquid sibi dixisse, nec verbis à se prolatis fuisse datum responsum.

Expleto prædicto actu, redierunt omnes ad Civitatem, & Princeps Comitissam in proprium Palatium recepit, & cum illa tribus diebus cohabitavit, quibus elapsis ab ipso separata fuit, & in Monasterium reclusa.

Princeps, & Comitissa Matrimonium in d. loco contrahere meditarunt, ut effugerent impedimenta, quæ ab illius Familiaribus præparari poterant, si coram proprio Parocho contrahere voluissent.

Palatium prædictum, à Principe inhabitatum in Parochia S. Eusebii initio mensis Maji anni præteriti 1694. Ejus nomine conductum fuerat ad tres menses, ita exigentibus Ministris Marchionis de Prierio, illius Domini, dum aliàs Principis Secretarius Locationem conficere intendebat de mense in mensem. Elapsis verò prædictis tribus mensibus, & instantibus prædictis Ministris, ut Locatio renovaretur, prorogata fuit verbaliter ad aliud Trimestre, quo tamen completo, Secretarius noluit illam renovare, nec aliquod tempus præfigere, sed promisit solutorum affictum ad ratam temporis, quo Princeps illo uteretur, ac tali modo continuatum fuit usque in finem Mensis Julii proximè elapsi 1695. quo diem clausit extremum in Castris prope Casale.

Cursu 14. Mensium, quo Princeps Palatium retinuit: Nam æstivo tempore anni præteriti ferè semper moram traxit in Castris, & licèt pluries Taurinum venerit, paucis diebus qualibet vice permansit, semper tamen in d. Palatio; Hyemali verò tempore, quo Principis Milites erant in Civitate Astensi, pluries ad eandem accessit, & postmodum Venetias progressus, ibique ultra mensem commoratus, Taurinum rediit, ut ad obsidionem Casalis cum suis Militibus se transferret, sed morbo percussus in Civitate remansit usque ad diem 13 mensis Junii; Unde subducto tempore absentiæ à Civitate, resultat septem circiter menses in pluribus, & diversis vicibus in d. Palatio habitasse.

Orta subinde occasione dubitandi de validitate prædicti Matrimonii ex defectu interventus proprii Parochi, cogitarunt Princeps, & Comitissa illud per Procuratores renovare coram Persona legitima, cùm ipsis impossibile redderetur personaliter id peragere, attenta custodia Comitissæ in Monasterium, unde Princeps constituit Procuratorem Angelum Franciscum Mellam Taurinensem, & Comitissa suam fecit Procuratricem Marchionissam Balbianam, ejus Matrem, dantes eisdem facultatem comparendi, & denuò contrahendi ipsorum nomine Matrimonium, & præstandi, & respectivè acceptandi consensum coram Parocho legitimo, aut coram Archiepiscopo, sive ejus Vicario Gen. & quia Notarii copiam non habebant, qui de prædictis publica conficeret Instrumenta, se declararunt, ipsorum charactere scripsisse, subscripsisse, & propriis sigillis munisse prædicta mandata Procuræ, ac duo fecisse Exemplaria, quorum unum præsentari deberet Parocho, sive aliæ Personæ legitimæ, coram qua Matrimonium renovaretur, & alterum penes Procuratores remaneret.

Comparuerunt prædicti duo Procuratores die 24. Junii festo S. Jo: Bapt. in Eccl. Metropolitana hujus Civitatis coram Vicario Gen. qui S. Missæ Sacrificium celebrabat, & dum ipse Populo indicebat, *Orate Fratres*, Procurator Principis, vocato priùs eodem Vicario, dixit: *Ego Angelus Franciscus Mella, uti Procurator Principis Caroli Philippi de Brandeburgh, nomine ejusd. in Uxorem duco Co. Mariam Catharinam Balbianam de Salmur, in personam Marchionissæ Mariæ Mariæ Balbianæ hic præsentis, quam scio esse legitimam Procuratricem d. Comitissæ de Salmur*; Et statim Marchionissa respondit: *Ego Marta Maria Balbiana, uti Procuratrix Co. Mariæ Catharinæ Balbianæ de Salmur, suo nomine accipio in Sponsum Principem Carolum Philippum de Brandeburgh in Personam Angeli Francisci Mellæ hic præsentis, quem scio esse Procuratorem legitimum d. Principis*: Quibus completis, posuerunt super Altare unam ex duabus copiis suorum Mandatorum, & dixerunt Vicario, quod legeret, & retineret, quia ipsi alias duas similes copias habebant, & de prædictis vocarunt in Testes omnes Adstantes, & præsertim tres ex illis.

Vicarius, Sacrificio intentus, perfectè non intellexit quid ipsi facere intenderent; Auditis tamen verbis Principis de Brandeburgh, Co. Balbianæ, ac nomine Procuratoris testatur, cogitasse eos ibi accessisse, ut aliquem actum super prædicto Matrimonio facerent; Unde nihil aliud respondit, quàm quod silerent, & discederent, quia scandalum Populo inferebant, jussitque Clerico, ut Scripturas ab Altari removeret.

Prædicto actui supervenit ratificatio Principis, & Comitissæ, qui duas privatas Scripturas sub diebus 21. Junii, & Julii scriptas, subscriptas, & sigillatas ad formam præcedentium exararunt, directas Archiepiscopo Taurinen. in quibus *ei declarabant ratum habere quidquid ab eorum Procuratoribus factum fuerat*, & quod *si adhuc aliquid desiderabatur iterum coram ipso mutuum præstabant, & respectivè acceptabant consensum, ut in Sponsos se haberent*, & hæ præsentatæ, & coram Testibus lectæ fuerunt Archiepiscopo à Marchione Flaminio, & Equite Antonio de Balbianis Fratribus Comitissæ de Salmur, ut ipsemet in sua relatione testatur.

Omnes enunciatæ Scripturæ fuerunt recognitæ à Testibus, habentibus notam manum Principis, & Comitissæ, cujus etiam accessit recognitio quoad proprias, & ceteræ Informationes desumptæ fuere, vocato, & audito Procuratore Fiscali mensæ Archiepiscopalis.

Sum ex prædictis in Voto, Matrimonium validum declarari posse, nisi summæ EE. VV. prudentiæ, & Justitiæ diversimodè judicandum videatur, & humillimè earum purpuras osculor.

EE. VV. Taurini 2. Decemb. 1695.

Humillimus, Addictiss. Obseq. Servus
Alexander Archiep. Neocæsareæ.

Die 28. Septembris 1697. in Congregatione Concilii proposito sequenti dubio:

An Matrimonium sit validum in casu &c. Responsum fuit: *Affirmativè; Imposita tamen Oratrici pœnitentia salutari, arbitrio Ordinarii.*

DISCEPTATIO XLI.

Ratisbonen. Parochialium.

P R O

Consistorio Episcopali Ratisboneo.

C U M

Abbate, & Monachis in Waldsassen.

A R G U M E N T U M.

Vicarii Amovibiles quando deputari possint ad animarum curam exercendam; & an in Ecclesiis Parochialibus, Monasteriis unitis, cura animarum administrari possit per Regulares illarum Religionum, quorum Monasteriis unitæ sunt.

Consistorium Episcopale Ratisbonensis Ecclesiæ à tempore immemorabili extitit in pacifica possessione admittendi Presbyteros dumtaxat Seculares, pietate,

tate, doctrina, exemplo, & vigilantia præstantes, quotiescumque sequuta fuit vocatio Parochialium Ecclesiarum in Turschenreutz, Beuthl, Wondreb, ac in Falckelberg, ab Abbatibus Monasterii in Waldsassen Ordinis Cisterciensis præsentatos, ut liquet ex Relatione Ordinarii Ratisbonen. qui hodie est Administrator, ab Apostolica Sede ad mentem Sacræ Cong. Consistorialis deputatus, ibi: *Plures eidem Cœnobio à Summis Pontificibus unitæ existunt Ecclesiæ Parochiales, non cohærentes tamen, sed remotæ, quibus singulis ab immemorabili tempore præsunt, & prosunt Sacerdotes Sæculares, tanquam Vicarii perpetui, & adhuc existentes omnes de more præsentati à prædefunctis Abbatibus, fuerunt instituti authoritate Ordinaria Ratisbonensi, & sunt pietate, doctrina, exemplo, vigilantia præstantes pro Animarum salute paranda, reparandaque.*

Et quamvis præfati Abbates aliquando institerint in memorato Consistorio Ratisbonensi pro admissione Monachorum, ad nutum amovibilium ad antedictas Parochiales Ecclesias, nihilominus instantia semper rejecta fuit, ex quo: *nulla unquam illuxit ratio, necessitas, aut utilitas postponendi Sacerdotes Sæculares, quoniam hoc Cisterciense Cœnobium est ditissimum, & si non superat, saltem adæquat redditus annuos Episcopatus Ratisbonensis;* sunt præcisa verba prædicti Administratoris in sua Relatione.

Hoc non obstante, Abbas modernus eandem promovit instantiam in hac Sac. Cong. mediante supplici Libello, expostulando, ut Vicarii, ab eodem Abbate præsentandi, non sint perpetui, sed temporales, utq; nedum præsentare possint Sacerdotes Sæculares, sed etiam Monachos ejusdem Religionis, ad quem effectum petunt etiam licentiam fundandi Domum Prioralem, seu Grangiam in d. Loco Turschenreutz pro sex, vel pluribus Religiosis, & hoc modo tam Parochiam in eodem Loco existentem, quàm supradictas alias tres, positas in Beuthl, in Wondreb, ac in Falckenberg, regere faciendi per Monachos ejusdem Monasterii, vel Ordinis; Superventa autem Informatione præfati Administratoris, ab hac Sac. Cong. exquisita, dataque in Summario, atque subscriptis Dubiis, eadem Instantia rejicienda videtur.

Incipiendo enim à primo, *An Vicarii deputandi ab Abbate Monasterii Waldsassen. Parochiis, de quibus agitur, sint deputandi perpetui, seu potiùs temporanei*, illius affirmativa resolutio quoad primam, & negativè quoad secundam partem, videtur nimis naturalis, & plana, tam ex parte Præsentantis, quàm Præsentati.

Ex parte Præsentantis, quia quando Vicarii sunt ad nutum amovibiles, ob privatos affectus, & multa alia accidentia, de facili amoveri solent; Frequens autem illorum mutatio, ut plurimùm est valde Ecclesiæ præjudicialis, ut in terminis, egregiè discurrendo latè observat *Fagn. in cap. Ex parte nu. 16. de Offic. Vicar.* cum concordantibus ibidem cumulatis.

Ex parte verò Præsentati, quia Parochi ad nutum amovibiles, uti conductitii, & mercenarii, negligere solent ea, quæ ad Cultum Divinum spectant, & animarum salutem concernunt, ut per hæc verba notat *Rebuff. in Prax. dispens. tit. de Dispens. de non residen. n. 57.* & *58.* ibi: *Cultus Divinus minuitur per Mercenarios, qui non serviunt; & quibus nulla est Cura de Ovibus, ut Sac. docet Evangelium*; & concordat *Fagn. in d. cap. Ex parte à n. 9. usq; ad fin. de Offic. Vicar.* ubi *n. 33.* ad rem observat: *multò fructuosius consultum esse Ecclesiis, & Curæ Animarum per institutionem Vicariorum perpetuorum, quàm per deputationem amovibilium &c. eò quia in hoc secundo casu*, sunt ejus verba, *Divinus Cultus minuitur, hospitalitas, in ipsis Beneficiis debita, non servatur, & dum non sunt sui in unaquaque Regione Rectores, Ecclesiarum detrahatur commodis, & honori &c. & quod amarius est dolendum, Animarum Cura negligitur, & vitiorum sensibus fomentum periculosè præbetur.*

In qua parte habemus Textum, rotundis literis id demandantem *in Can. Præcipimus 21.* ibi: *Præcipimus etiā ne conductitiis Presbyteris Ecclesia committatur, sed unaquæque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem*, cum quo, me scribente, processit *die 27. Februarii 1710.* Sacra Cong. particularis Eminentissimorū, & Reverendissimorum DD. Cardinalium Tanaræ, S. Clementis, & Sacripantis, Petrucci, & Noris, rescribendo, in Collegiata Ecclesia S. Marci Urbis, in qua à tempore immemorabili, semper deputatus fuerat Vicarius amovibilis, deputandum esse Vicarium perpetuū, effectu punctualiter subsequuto; Imò recurrentibus Canonicis ad Card. Parraccianum, tunc temporis Sanctissimi Auditorem, iste in acerrimo Partium contradictorio die 20. Maii 1705. ita respondit: *Ex tunc facto verbo cum Sanctissimo, mandavit, quod non retardata interim exequutione Decretorum emanatorum in Congregatione particulari super perpetuitate Curæ, seu Vicariæ Ecclesiæ Sancti Marci &c. quoad alia Instantes deducant eorum Jura in Sac. Congregatione Visitationis.*

Unde ex hoc solito Urbis, comprobato etiam à praxi omnium aliarum Parochialium, & Collegiatarum, applicantur ea, quæ in hac parte ad rem egregiè observat *Fagn. in d. cap. Ex parte num. 35. de Offic. Vicar.* his verbis: *Quia in omnibus Urbis Ecclesiis, Patriarchalibus, & Collegiatis, quibus Cura Animarum imminet, constituti sunt Vicarii perpetui; Quod quidem in maximam Ecclesiarum utilitatem, & Animarum profectum, & Cultus Divini augmentum evasisse palam est; Unde congruum est, ut Ecclesiæ inferiores ad illarum exemplum instituantur*, & meritò, quia Urbis consuetudo normam dare solet aliis Ecclesiis in Universo Orbe, ut advertit *Rota in Majoricen. Parochialis de Manacor 2. Julii 1708. §. Hocque coram Omanna, & 16. Novembris ejusdem anni §. Attenta coram Molines.*

Supplicantes hìc observare, quod hujusmodi punctualissimæ authoritates loquuntur in casibus longè fortioribus, quia in illis agebatur de immutanda qualitate amovibili in qualitatem Parochi perpetui; E' contra verò nos sumus in terminis facilioribus, quia nostri Parochi à tempore immemorabili semper fuerunt perpetui, hodie autem prætenditur illos immutare in temporaneos, mercenarios, & conductitios, quod cùm vergat in Divini Cultus detrimentum, Animarum præjudicium, & decoris Ecclesiarum diminutionem, non videtur permittendum; Usus enim longævi non est levis authoritas, & nimia durum est immutare ea, quæ longo temporis cursu servata sunt, ut notat *Capon. disceptat. 85. num 11. & seqq. tom. 2.* & firmavit *Rota in decis. 242. n. 3. & 4. par. 17. recent.* Nihilque magis animos perturbat, quàm innovare juxta dictum *S. Jo. Chrisost. Epist. 1. ad Corinth. homil. 7.* sequutus à *Rota in decis. 19. in fine* apud *Antonell. de Jurib. Cleric.*

Deveniendo ad secundum Dubium: *An sit liberum Abbati deputare in prædictos Vicarios temporaneos, etiam Monachos sui Monasterii*, videtur resolvendum *negativè*, quia Consistorium Ratisbonense à tempore immemorabili fuit, & est in quieta, & pacifica possessione admittendi Presbyteros dumtaxat Sæculares in dictis quatuor Parochialibus; Unde vigore hujusmodi observantiæ inimemorabilis admittendi dumtaxat Presbyteros Sæculares, potest Consistorium allegare Apostolicum Privilegium, omnemque alium meliorem titulum de Mundo, ut observant *Gratian. discept. forens. cap 867. n. 50. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 12. in princip. & n. 76. & seqq.* & firmavit *Rota dec. 803. n. 15. cor. Emer. jun. & dec. 268. n. 18. par. 12. & dec. 155. num. 8. & 9. par. 16. & dec. 46. n. 8. par. 17. & dec. 493. n. 3. & 4. & dec. 533. n. 17. par. 19. recent.*

Præsertim in subjecta materia, in qua ex sola etiam præsentatione Sacerdotis Sæcularis per spatium annorū quadraginta Ecclesiæ Status immutatur, etiamsi antecedens status esset clarus, & indubitatus pro regularitate, ex *Text. in cap. Cùm de beneficio de Præbend. in 6.* ubi communiter *Repetentes*, cum aliis apud *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 7. n. 8. Card de Luc. de Benef. disc. 63. n. 2. & Rot. dec. 65. n. 20. p. 11. rec.* & in nostris præcisis terminis *in Brixien. Jurisdictionis 27. Junii 1710. §. Juris assistentiæ, & §. Huc usque vers. Nihilominùs*, ibi: *Cùm Commendatarii semper præsentaverint Presbyteros Sæculares in sequutis vacationibus, videntur quoad controversam Ecclesiam Privilegia sua amisisse, ad quem effectum, & faciendi reditum ad Jus commune sufficeret non usus Privilegiorum per spatium triginta, vel quadraginta annorum coram Kaunitz.*

Quibus adstipulatur, quod actualiter, & de præsenti controversæ Parochiæ reguntur, & gubernantur per

per Sacerdotes Sæculares ut inter Partes est in confessu, dum apertè colligitur ex confessione Partis emissa in

18 ejus Memoriali ibi: *Vicarius nunc sæcularis, mihi existens*; Adeoque militat pro hac parte ultimus status, qui semper attenditur, ut in terminis tradunt *Passerin. in cap. Cùm de benefic. num.711. de Præbend. in 6. Corrad. in Prax. dispens. Apostolic. lib.6 cap.2. num.34.* ibi: *Ad hoc, ut Beneficium dicatur sæculare attendatur ultimus Status; Card. de Luc. de Benefic. disc.73. nu.12.* ibi: *Ultimus Status in proposito satis attendendus est, ut in specie Ecclesiæ, præsertim Parochialis, ut sit Sæcularis, non autem regularis, Murg. eodem Tract. quæst.2. nu.8. & Rot. dec. 65. num.24. part.15. rec.*

Non obstat, quod Bonifacius IX. ad subveniendum prædicti Monasterii necessitati, ei supradictas quatuor

19 Parochias univit, cum facultate præsentandi Sacerdotes Sæculares, vel Religiosos, quodque dictam unionem successivè confirmaverint Eugenius IV. Sixtus IV. & Clemens IX.

Quia unio præfata, saltem quoad facultatem præsentandi Religiosos nunquam suum sortita fuit effectum, dum à tempore immemorabili semper fuerunt præsentati Sacerdotes Sæculares, & consequenter uti prorsùs ineffectuata in nulla haberi debet consideratione, ut in specie advertunt adducti per *Rot. in decis. 282. num.16. coram Cels. & decis. 261. num 6. & seq. coram Ottbobon. & decis. 47. num. 7. coram Ansald.* sed unicè attendi debet solitum; quod in hac materia totum facit juxta punctualem *decis. 1368. nu.2. & seqq. coram Emerix jun.*

Et in terminis alterius consimilis unionis Parochialis Ecclesiæ in Lauterbarch Monasterio S. Emerani Ordinis S. Benedicti per Corradum Episcopum Ratisbonen-

20 sem factæ, & respectivè approbatæ à Card. Pileo authoritate Apostolica, cum facultate præsentandi Presbyterum Regularem, disputato Dubio: *An præsentatio facta à P. Abbate S. Emerani ad Parochialem Ecclesiam Lauterbarch vacantem per obitum quondam Joannis Ignatii Lichledarer de P. Joachim Millber Regulari sustineatur in casu &c.* hac Sacra Congregatio sub die 19. Maii 1708. respondit *Negativè, & amplius*, ut videre est in *Tom.3. part.2. discept. 6.* Quo circa cum habeamus casum decisum ab hac Sacra Congregatione,

21 nihil est, quod argumentis, & conjecturis subtilius inquiratur, cessatque omnis quæstio ex vulgari regula *Text. in leg. Ille aut ille §. Cum in verbis ff. de legat. 3.* generaliter habente locum in omni materia, ut advertit *Card. de Luc. de Regal. disc. 8. num 2. & disc. 31. num. 9. & Rot. decis. 35. num. 14. part. 11. rec.* Resolutiones enim hujus Sacrosancti Senatus vim

22 legis habent, & omnem dubitationis umbram eliminant, per ea, quæ notant *Fagnan. in cap. Quoniam num.12. de Constit. & Pasqual. quæst. moral. juridic. cent. 1. cap.61. num.4.* & firmavit *Rota in dec.7. nu.3. post Antonell. de Jurib. Clericor.*

Eoque magis in nostra hypothesi, dum juxta sensum Patris expressum in dicto supplici Libello, Bonifacius IX. devenit ad unionem, de qua agitur ibi: *Ad subveniendum præfati Monasterii necessitati*, quæ necessitas hu-

23 diernis temporibus nullatenus adest: *Quoniam hoc Cisterciense Cænobium, Superis faventibus, est ditissimum, etsi non superat, saltem adæquat redditus annuos Episcopatus Ratisbonensis*; sunt formalia verba Relationis præfati Administratoris, & consequenter cessante ratione, & fine unionis, cessat etiam ipsa unio, juxta regulam, quam latè exornat *Everard. in loco cessante ratione, & Rot. decis. 602. num. 3. coram Emer. jun.*

Et in punctualibus terminis, quod Privilegium Causa paupertatis concessum, ista cessante, cesset, habe-

24 mus Textum literalem, id demandantem in *cap. Suggestum de decim.* ibi: *Nam quando Romana Ecclesia Ordini nostro Privilegia de decimis dedit, ita erant raræ Abbatiæ &c. sed nunc in tantum augmentatæ sunt, ac possessionibus ditatæ, quod multi Viri Ecclesiastici de Vobis, apud nos querelam sæpe proponant &c.* quem sequuntur adducti in *dec.67. num.9. & seqq. cor. Zarath. decis. 551. num.5. & seq. part.18. recent.*

Quin refragetur, quod præsentationes Sacerdotum Sæcularium sint actus facultativi; Quia id superlativè

excluditur à multiplicitate, & diversitate Abbatum, qui per tempus immemorabile passi sunt Parochias, de qui-

25 bus agitur, regi per Sacerdotes Sæculares juxta animadversa per *Rot. in Burgen. Jentaculorum 28. Junii 1697. §. Altera coram Pio, & in Romana Alimentorum 9. Decembris 1697. In hypothesi, & 23. Junii 1698. §. Altera, coram Ursino.*

Et absque ulla difficultate, ex quo oppositiones similem fecerunt instantiam in Consistorio Ratisbonensi

26 pro admissione Religiosorum, quæ eis rejecta fuit, eidemque rejectioni acquieverunt, ut restatur Administrator in sua Relatione, ibi *Venerabili Consistorio Ratisbonensi aliquoties ab iisdem Abbatibus impetito, ut in institutione hodiernis temporibus anteponeret Monachos ad nutum amovibiles: Nulla unquam illuxit ratio, necessitas, aut utilitas postponendi Sacerdotes Sæculares, scilicet Vicarios perpetuos*, quæ circumstantia contradictionis, & subsecutæ acquiescentiæ valdè stringit,

27 & destruit quamcumque Partis prætensionem, per ea quæ notat *Cardin. de Luc. de Regalae. disc. 5. numero 4.*

Minus relevat competentia Juris præsentandi favore oppositorum. Etenim stant benè simul, ut Collator sit Regularis, & tamen Beneficium sit Sæculare, sic-

28 que de necessitate conferendum Clerico Sæculari, ut in individualibus terminis probat *Card de Luc. de Benef. disc.63. num 13.* & concordant *Lotter. de Re benefic. lib.1. quæst.34. num 71. & seqq.* ubi quod ex unione nullatenus infertur ad regularitatem, *Passerin. in cap. Cùm de Beneficio num 6. de Præbend in 6* ibi: *Ad Beneficii regularitatem non sufficit, quod Jus conferendi illud, vel præsentandi spectet ad Regulares, nam Regulares utrumque Jus habere possunt circa Beneficia Sæcularia &c. & ita ad regularitatem non sufficit, quod sit unitum Monasterio, sed omninò requiritur, quod de Jure reddi debeat per Regulares.*

Supplicantes reflectere, quod Sacerdotes Sæculares, qui pro tempore gubernant Parochias, de quibus agitur, *sunt pietate, doctrina, exemplo, vigilantia præstantes pro*

29 *Animarum salute paranda, reparandaque*, ut his verbis testatur sæpedictus Administrator; Quodque Diœcesis Ratisbonen. abundat Sacerdotibus Sæcularibus, de Animarum salute tuenda apprimè idoneis, *qui* (sunt verba dicti Administratoris) *si Religiosi omnes tales Parochias contra prohibitionem Tridentini ad se raperent, non haberent unde se sabstentarent, sed in ludibrium, & prostitutionem totius Cleri mendicare cogerentur*; quod nullatenus est permittendum.

Ex quibus remanet manifestum, quod procurantur exadverso novitates, quæ semper arcendæ sunt, & quantùm fieri potest impediendæ, juxta monitum *Sancti*

30 *Joa: Chrisost. in epist.1. ad Corinth. homil. 7.* secutum à *Rota decis.29. in fine apud Antonell. de Jur. Clericor. & in Pampilonen. Manutentionis 10. Maii 1706. in fine coram Caffarello*: Præsertim quia hujusmodi novitates sunt incompatibiles cum Monachorum statu, qui solitariè, & in suo Claustro vivere debent, quia sicuti piscis sine aqua caret vita, ita sine Monasterio Monachus, ut inquit *Textus in cap. Placuit 16. quæst 1.* hinc ne daretur occasio divagationis, & ne disciplina Monastica corrueret, meritò statutum fuit, ne Monachi Cu-

31 ram Animarum exercerent, imò & in ipsis Ecclesiis Monasterio subjectis, non Monachus, sed Clericus institueretur, juxta dispositionem *Textus in cap.1. de Capell Monach.* & advertit *Gonzal. in cap. Monachi 2. nu.2. de stat. Monach.* & si in ullo casu daretur occasio divagationis, ille absque ullo dubio verificaretur in hypothesi, quatenus admitterentur Monachi ad Parochiales Ecclesias, de quibus agitur regendas, utpote valde remotas à Monasterio, ut testatur dictus Administrator in sua sæpedicta Relatione, ibi: *Eidem Cænobio unitæ existant Ecclesiæ Parochiales non cohærentes tamen, sed*

32 *remotæ*; Quapropter concludimus cum verbis *Textus in dicto capit. Placuit: Sedeat itaque solitarius, & taceat, quia Mundo mortuus est*, dicatque cum *Tertullian. lib. de Pall. cap. 5. Secessi de Populo, unicum negotium mihi est, nec aliud curo, quàm ne curem*, quem sequutus fui *in Instit. Crimin. lib.1. tit.10. § 4. num. 133.*

Et ex his infertur negativa resolutio tertii dubii:

An sit locus ædificationi Domus Prioralis in Civitate Turrensensi in casu &c.

Aut enim prætenditur exadverso ædificatio dictæ domus Prioralis, ad hoc, ut ibi manere possint Monachi, exercentes Curam Animarum in dictis Parochiis, & ex supra animadversis cessante dicta facultate, non est opus multiplicandi Domus sine aliqua necessitate.

33

Aut verò sermo est de ædificatione dictæ Domus, ad hoc, ut in illa motam ducant Conversi pro Agris colendis, ut distinguendo duas Grangiarum species, ad tem advertit *Fagnan. in cap. Auctoritate de Cens. seu in discept. de Grang. num. 2. & seqq.* & hujus respectu nullæ præcedere debent solemnitates, nullaque hujus Sacræ Congregationis licentia, quia non dicuntur Loca sacra, neque Religiosa, ut notat egregiè *Fagnan. ubi supra*, illas æquiparans Casalibus in Agro Romano.

34

IN EADEM CAUSA.

QUoad primum dubium dicimus, pro deputatione eorumdem Vicariorum temporaneorum nullam viam fieri posse in prætensa Unione dictarum Parochiarum Monasterio, quia in illis casibus, in quibus concludenter probatur unio, optimè ad invicem compatiuntur Jus nominandi, seu præsentandi ad beneficium unitum, competens Regularibus, & qualitas perpetuitatis respectu Sacerdotis nominandi, seu præsentandi ad idem Beneficium unitum, ad textum literalem *in cap. unicè de Cappell. Monachor. in 6.* ibi: *Presbyteri, qui ad Curam Populi per Monachos in earum Ecclesiis præsentantur Episcopis, & instituuntur ab ipsis, cùm debeant esse perpetui &c.* quem, antiquioribus cumulatis, sequuntur *Passerin. in cap. Cùm de Beneficio num 6. de Præbend. in 6. Lotter. de Re Benefic. lib. primo quæst. 34. num. 71. & seqq. Gonzalez ad Regul. & Cancell. gloss. 5. §. 3. num. 10. & 11. Card. de Luca de Benef. discurs. 63. num. 13. Barbos. de Jur. Eccles. libr. 3. cap. 6. num. 3. Rebuff. in Prax. benef. tit. de Vicar. perpet. nu. 1. & 2. Ventrigl. in Prax. par. prima annot. 20. §. 2. num. 4. & 5. & Rot. dec. 758. num. 2. part. 1. divers.*

35

36

Ex qua communissima opinione ortum habet, vulgatum illud dicterium apud Beneficialistas, quod ex unione Beneficiorum nullatenus inferatur ad illorum amovibilitatem, & regularitatem, de qua *Rota decis. 433. nu. 25. & seqq. coram Bich. & decis. 368. num. 2. coram Dunoz. jun.* ibi: *Maximè quia est juri communi conforme, secundum, quod in Parochialibus Sæcularibus, unitis alicui Dignitati, vel Monasterio, deputari debent Vicarii perpetui &c. & dec. 382. nu. 1. coram eodem, & in Brixien. Jurisdictionis 27. Junii 1710. §. Quia, cor. Kaunitz.*

37

Cum quibus ultimo loco processit eadem Sacra Rota, rejiciendo omnino similem prætensionem *in Frisingen. Parochialis 24. Martii 1713. coram Ansaldo*, quando resolutum fuit: *Præsentandum esse Presbyterum Sæcularem in perpetuum.*

38

Quibus non obstant authoritates in contrarium allegatæ, & allegabiles, quia procedunt, quando agitur de Unione omninò extinctiva tituli, & cujus vigore datur ampla facultas instituendi, & destituendi Abbati illius Monasterii, cui facta est unio, quod nec etiam exadverso allegatur in præsenti, ut conciliando easdem contrarias authoritates, observat *Rot. in dicta decis. 668. nu. 8. coram Dunoz. jun.* & concordant *Abb. in cap. Quoniam num. 3.* ibique *Butr. num. 5. de Privil. Passerin in cap. primo num. 2. & 9. de Cappell. Monach. in 6. & Rota decis. 5. num. 8. part. 7. recent. & in Burgen. Jurisdictionis super commissione Curæ 11. Junii 1706. §. Cæterum cor. Ansaldo.*

39

Concordat cum hac Juris dispositione Sacrosanctum *Concilium Tridentinum*, quod *in sess. 7. cap. 7. de Reform.* disponit, in hujusmodi Parochialibus, unitis Regularibus, Animarum Curam exercendam esse per Vicarios perpetuos, ab ipso Episcopo instituendos, nisi aliter ipsis Ordinariis videatur, derogando etiam Literis unionis concedentibus Vicarios amovibiles, & quibuscumque privilegiis in contrarium, ut in præcisis terminis nostri casus observat ibidem *Barbos. num. 14. & de Potest. Episcop. part. 3. alleg. 72. num. 190. Garz. de Benefic. par. 11. cap. 2. num. 5. & sequent. Flor. de Mena variar. resolut. quæst. 10. num. 39. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 9. quæst. 18. in princ. Rota decis. 368. num. 3. & 4. cor. Dunoz. jun. & decis. 23. num. 34. coram Zarat. & in dicta Brixinen. Jurisdictionis 27. Junii 1712. §. Huc usque coram Kaunitz.*

40

41

Cum quibus processit hæc Sacra Congregatio in *Ratisbonen. Parochialium 19. Maii 1708.* in cujus casu concurrebant eædem reflexiones, quæ exagerantur hodie, quas nec etiam iterum audire voluit hæc Sacra Congregatio, addedo negativo rescripto, ut causa ampliùs non proponeretur, ut supra observavimus.

42

Advertunt præterea iidem Authores, decretum dicti Sacrosancti Concilii Tridentini in citata *sess. 7. cap. 7. de Reform.* nullatenus pugnare cum iis, quæ postea in eodem Concilio statuta fuerunt in *sess. 25. de Regular. cap. 11.* circa facultatem ponendi Vicarios, ad nutum amovibiles in Ecclesiis Regularibus unitis, quia scilicet totum id, remissum est Ordinariorum arbitrio, ut signanter observat *Barbos. ad idem Concil. dicta sess. 7. cap. 7. de Reform. num. 15.* ibi: *Non pugnare cum hoc decreto aliud infra sess. 25. de Regular. cap. 11. dum supponit in Ecclesiis Monasteriorum Vicarios removibiles poni posse, eo quia hoc, de quo in præsenti non negat id, quod post in dicto cap. 11. est statutum, sed relinquit arbitrio Ordinariorum, ut si viderint expedire, perpetuos ponant Vicarios.*

43

Expedire autem in nostris Ecclesiis adesse dictos Vicarios perpetuos ad terminos ultimi status, & observantiæ plusquam quadragenariæ, non verò ad nutum amovibiles, pro veritate requisitus huic Sacræ Congregationi ingenuè aperit Modernus Administrator à Sede Apostolica specialiter deputatus pro Ecclesia Ratisbonen. in Relatione. Idque tendere *in maximam Ecclesiarum utilitatem, animarum profectum, & Cultus Divini augmentum*, per hæc præcisa verba, aliis cumulatis, advertit *Fagnan. in capit. Ex parte num. 35. de Offic. Vicar.*

44

Nec dicatur, dispositionem Sacri Concilii *Tridentini in dicta sess. 7. cap. 7. de Reform.* revocatam in hac parte fuisse per *Sanctum Pium Quintum in ejus Constitut. 47. in Bullar. novo tom. 2.* quæ incipit *Ad exequendum.*

45

Omissa enim inspectione, an eadem Constitutio Piana compatibilis sit cum dispositis in dicto Sacrosancto Concilio juxta ea, quæ latè discurrunt Authores supra citati. Respondemus, disposita in dicta Constitutione *Ad exequendum Sancti Pii Quinti*, reducta fuisse ad terminos juris communis, & Sacri Concilii Tridentini per Gregorium XIII. ejus immediatum Successorem in *Constitut. 9. Bullar. nov. tom. 2.* quæ incipit *In tanta rerum, & negotiorum mole*, quæve ita summatur *Reductio ad terminos Juris communis, & Concilii Tridentini trium Concessionum à Pio V. pro Ordinibus Mendicantium, aliisque editarum*: Et proinde nulla omninò vis fieri potest in dicta antiqua Constitutione, ut supra ad terminos Juris communis, & Concilii Tridentini reducta, per ea, quæ notat *Pignatell. consult. 17. num. 6. tom. 9.* & firmavit *Rot. in dec. 14. num. 5. part. 16. rec.*

46

47

Non attenta replicatione, quod idem Gregorius XIII. vivæ vocis oraculo revalidaverit dictam Pianam Constitutionem; Quia hujusmodi vivæ vocis oracula apta non sunt derogare eidem literali Constitutioni in Bullario impressæ, ex clara *Constitut. 27. Gregorii XIII. in Bullar. nov. tom. 3.* quæ ita summatur, *Revocatio quarumcumque Concessionum vivæ vocis oraculo factarum*, quamve confirmavit *Urbanus VIII. Constit. 9. in appendic. d. tom. 3.*

48

Absque ulla prorsus difficultate attenta plusquam quadragenaria observantia, & ultimo statu, qui immegabiliter urgent pro perpetuitate Parochorum in Parochiis, de quibus disputamus, & exclusione qualitatis amovibilis ad nutum, juxta disposita in *dicto Concilio Tridentino sess. 7. cap. 7. de Reformat.* Si enim *Sac. Rota* mediantibus novem decisionibus in celebri illa *Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis* nempè *28. Junii 1700. coram Emin. della Tremoille, & 16. Februarii 1703. & 27. Aprilis, & 20. Novembris 1705. coram Molines, & prima Junii 1708. & 2. Junii 1710. coram Ansaldo, & 12. & 15. & 26. Junii 1711. coram Caffarello*, quarum tres nempe dierum *16. Februarii 1703. 27. Aprilis 1705. & primam Junii 1708.*

49

1708. impressi *de Prosperis post ejus Tract. de Territor. separat. dec* 20. 23. & 24. in ea resedit opinione, quod ad præscribendam Ordinariam, & quasi Episcopalem Jurisdi- 50 ctionem cum Territorio separato, sufficiat sola possessio quadragenaria cum titulo, etiam colorato, vel putativo, & concordat *eadem Sacra Rota decis.* 988. & *decis.* 1001. *utrobique num. primo coram Dunoz. jun. & decis.* 290. *num.* 13. *coram Priol. & in Bonon. Juris conferendi* 23. *Aprilis* 1697. §. *Quia tamen*, & 9. *Junii* 1699. §. 27. *coram Ursino*, & *in Marsicen. seu nullius Jurisdictionis* 7. *Junii* 1700. §. *Quinimò coram Muto*, in quibus innumeri alii allegantur concordantes frustra hic transcribendi.

Quanto igitur magis idem dicendum est in nostris terminis in quibus non est quæstio de substantia Jurisdictio- 51 nis, seu de præscribendis ipsismet Beneficiis, sed de sola, & simplici illarum qualitate, seu perpetuitate, pro qua inducenda omnis militat præsumptio, omnisque capianda est interpretatio, juxta punctualem *decis.* 2. *de Præbend. in novis num.* 2. & 3. & *in Brixinen. Jurisdi-* 52 *ctionis* à 7. *Junii* 1710. §. *hucusque coram Kaunitz* ubi quod ad hoc ut fiat redditus ad Jus commune, non usus Privilegiorum per annos 30. vel ad summum 40. superabundat.

Neque in contrarium ulla vis fieri potest in actibus, & Scripturis exadverso exhibitis; Omnes enim tangunt, & concernunt antiquum, & antiquissimum statum, seu qualitatem nostrarum Parochiarum, ante an- 53 nos 40. & proinde ad nostrum effectum, poni possunt ad partes in conflictu ultimi status, & plusquam quadragenariæ possessionis, egregiè *Rota in dicta Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super Præscriptiva* 15. *Junii* 1711. §. 28. *coram Caffarella* ibi: *Cessare visa fuit undique difficultas, reflectendo, quod illi actus qui sunt ante annum* 1602. *&c. omnes ponendi veniunt ad partes, cùm sint priores d. quadragenariæ, quam propterea infringere non valent.*

Respondetur exadverso, eandem pacificam observantiam attendendam in nostris terminis non esse, eo quia constet de clara voluntate Summorum Pontificum 54 Bonifacii Noni, & Sixti Quarti, ut nostræ Parochiæ regi etiam possent per Vicarios ad nutum Abbatis amovibiles. Replicatio autem in promptu est, quod scilicet talis prætensa facultas, quando etiam concludentissimè probaretur, in nulla consideratione habenda esset, attenta dicta posteriori sanctione *Concilii Tridentini in dicta sess.* 7. *cap.* 7. *de Reformat.* ut punctualissimè advertunt *Garz. de Benef. par.* 11. *cap.* 2. *num.* 5. ibi: *Ex decreto Concilii &c. datur facultas Ordinariis deputandi* 55 *Vicarios perpetuos in Beneficiis Curatis unitis &c. & sic derogatur Privilegio ponendi Vicarium temporalem, seu ad nutum, Barbos. de Potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 72. *num.* 290. *Flores de Mena var. quæst. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 39. & *Rot. decis.* 23. *num.* 34. *coram Zarat.* & *decis.* 368. *num.* 3. & 4. *coram Dunoz. jun.* & *in dicta Brixinen. Jurisdictionis* 27. *Junii* 1710. §. *Qui, coram Kaunitz*, cum quibus processit Sacra Rota *in dicta Frisingen. Parochialis* 23. *Martii* 1713. *coram Ansaldo*, necnon hæc *Sacra Congregatio in dicta Ratisbonen. Parochialis* 19. *Maii* 1708.

Semperque recurrit propositio illa, à dicta Sac. Rota admissa, solemniter canonizata, *in dicta Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis*, quod status, seu qualitas Bene- 56 ficii per subsequutam quadragenariam contrariam observantiam dicitur immutatus, eademque quadragenaria possessio præferenda sit antecedenti contrariæ qualitati quamvis claræ, & literali ut advertit, *Rota in decis.* 483. *num.* 9. *coram Cerro* ibi: *Ultimus status, etiam potest dici præscriptus per annos* 40. *quod sufficit, ne primæva erectio attendatur.*

Convincentem autem rationem his præcisis verbis adducit *Sac. Rota in dicta Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super præscriptiva* 15. *Junii* 1711. §. 4. *coram Caf-* 57 *farello, quia in materia præscriptibili quadragenaria præscriptio innixa titulo putativo, colorato, & dubio, æquivalet immemorabili, & centenariæ, & ejusdem efficaciæ censetur*, & concordant *Mierez de Majorat. par.* 4. *quæst.* 20. *nu.* 166. *Gutier. Pract. quæst. lib.* 5. *quæst.* 62. *num.* 11. *Trobat. de Effect. immemorab. quæst.* 14. *art.* 2. *nu.* 7. & *seqq. Card. de Luca de Hæred. disc.* 33. *nu.* 13. & *de Judic. disc.* 21. *num.* 42. & *Rota decis.* 401. *num.* 9. *coram Rembold.* & *decis.* 108. *num.* 7. & *seqq. par.* 17. & *decis.* 234. *num.* 7. *par.* 19. *recent.* & *in Gerundea. Primitiarum* 15. *Januarii* 1703. §. *Habet enim coram clar. memor. Card. Caprara*, inter ejus impressas *in* 624. *num.* 3.

Idque non solum locum sibi vindicat ad effectum acquirendi Territorium separatum, verum etiam in aliorum spiritualium, & profanorum Jurium acquisitione, 58 pro quibus opus sit Immemorabili, ut per hæc numero verba ampliando observat *Sac. Rota in dicta Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super Præscriptiva* 15. *Junii* 1711. §. 4. *coram Caffarello*, & ad rem advertunt *Rebuff. de Benefic. quæst.* 20. *num.* 80. & *seqq. Thomat. decis. March.* 131. *num.* 45. *Larrea alleg. Fiscal.* 68. *num. primo, Gutier. pract. quæst. lib.* 1. *quæst.* 86. *num. primo, Cabed. decis.* 41. *num.* 21. *par.* 2. & *Rota decis.* 149. *num.* 4. *part.* 18. *recent.*

Si autem omnia hæc procedunt in illis terminis, in quibus quadragenaria possessio innititur titulo colorato, putativo, incerto, & dubio, atque adducitur ad effe- 59 ctum immutationis ipsiusmet substantiæ, seu pertinentiæ Beneficii, imò ad auferendam ab Episcopis nativam, & ordinariam eorum Jurisdictionem, juxta præcisa verba *Sac. Rotæ in dicta decis.* 23. *num.* 3. *apud de Prosper. de Terr. separat.* absque ullo dubitationis principio admittenda videntur in nostro casu, in quo agitur de sola, & simplici qualitate perpetuitatis, concurrit- 60 que verus, & realis titulus, quem habent Episcopi pro deputatione Vicariorum perpetuorum in Ecclesiis unitis Monasteriis Regularium vigore literalis dispositionis *Sac. Concilii Tridentini sæpecitato cap.* 7. *sess.* 7. *de Reform.*

Ab his considerationibus oppressus, ad illud tandem confugium recursum habet exadverso Scribens, quod in omnem casum non potuerunt antiqui, & modernus Abbas præjudicare Juribus Monasterii, permittendo ut Ratisbonenses Episcopi per dictum spatium ultra quadraginta annorum ad eorum præsentationem, & nominationem instituerint Parochos perpetuos, non autem ad nutum eorundem Abbatum amovibiles.

Responsio autem nullam omninò subsistentiam habet, quia in his terminis præjudicium, si quod in hac parte considerari potest, oritur ab ipsomet Jure communi, cui 61 innititur præscriptio, ut reprobando, seu declarando authores qui videntur contrarii, firmavit egregiè, *Rota in decis.* 1206. *num.* 5. & *seqq. coram Emer. jun.* & *in Florentina Quartæ Funeralis prima Decembris* 1704. §. *Secundò probata coram Molines.*

Habemusque in hac parte dictam magistralem decisionem *in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super Præscriptiva* 15. *Junii* 1711. *per tot.* & §. *Ratio sic decidendi*, & *seqq. coram Caffarello*, in qua Sac. Rota æquè solidè, ac clarè firmavit, ad acquirendam Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato, suf- 62 ficere præscriptionem quadragenariam cum titulo putativo, vel colorato; Nemo autem ignorat, & punctualiter advertit eadem *Rota coram Ansaldo decis.* 47. *num.* 17. & *dec.* 96. *num.* 20. quod mater præscriptionis est ipsamet negligentia, seu operationes illius, contra quem 63 inducitur, & allegatur præscriptio, & concordant adducti *in decis.* 127. *num.* 2. *coram Royas*, & *decis.* 50. *num.* 4. *coram Bich.* & *decis.* 17. *num.* 3. *in fin. part.* 4. & *decis.* 407. *num.* 16. *part.* 5. & *decis.* 243. *num.* 13. *part.* 15. *recent.* Itaut admissa contraria prætensione nullo unquam tempore, nulloque casu allegari posset præscriptio in Juribus, competentibus Communitatibus, Religiosis, seu Regularibus Ordinibus, quod quantum absurdum sit, Jurique communi contrarium, de se patet. Et proinde sicuti Episcopi, ad terminos dictæ punctualissimæ decisionis præjudicare possunt eorum Dignitati, & Jurisdictioni, ita dicendum est posse eidem Jus acquirere, mediante possessione per tempus aptum ad præscribendum, ne ad imparia in hac parte judicentur adversus *Textum in capite. Non licèt de Regul. Jur. in* 6. *cum aliis apud Ansald. decis.* 18. *num.* 16. & *decis.* 78. *num.* 49.

Posita igitur ex his affirmativa resolutione primæ partis primi dubii, seu qualitate perpetuitatis respectu nostrorum Parochorum, in necessariam venit consequen-

tiam negativa resolutio secundi, *an sit liberum Abbati deputare in prædictos Vicarios temporaneos, etiam Monachos sui Monasterii*, 64 quia Monachi, aliæque Personæ regulares nullatenus deputari possunt cum qualitate perpetuitatis, sed ad omnem nutum Superiorum Regularium semper removeri ab eorum Officiis, & muneribus possunt, juxta magistralem *Glossam in cap. Per tuas 32. verb. Leviribus de Simon.*, ubi adducit bonam rationem, *Quia non ita pingue Jus habent Regulares, sicuti Sæculares, vel potius, quia non est tantum scandalum pro remotione Regularis, sicuti Sæcularis, & in cap. Ea, quæ verb. Absque strepitu de stat. Monachor.* ibi. *Et hoc ideò, quia hujusmodi Regulares de facili removentur à suis administrationibus.*

Indeque habemus Textum id literaliter determinantem, *in cap. primo de Cappell. Monachor.* ibi *In Ecclesiis, ubi Monachi habitant, Populus per Monachum* 65 *non regatur, sed Cappellanus, qui Populum regat per consilium Monachorum instituatur, itaut ex solius Episcopi arbitrio tam Ordinario ejus, quàm deposito, & totius vitæ pendeat conversatio*, & aliis adductis, benè *Rota in dicta decis 368. num. 2. & 382. num. primo coram Dunozet. jun.* & meliùs in *Gerunden. Hebdomadariæ 5. Maii* 1690. *§. Nec ad destruendas coram Ursino* ibi: *Etenim hoc non tantum non repugnat, sed potiùs convenit annexioni Curæ ad Monasterium, cùm ex dispositione Juris mandetur, ut in Ecclesia, & Cappellis Monachorum Cura non exerceatur per Monachos, sed per Clericum Sæcularem, ab ipsis deputandum, & ab Episcopo instituendam, ut expressè sancitur in citato cap. primo de Capell. Monachor. & in citata Brixinen. Jurisdictionis 7. Junii 1710. §. Quia coram* 66 Kaunitz ibi: *Cum agatur de Parochiis &c. in quibus inclytus Ordo Theutonicus habet Juspatronatus, seu præsentandi ratione concessionis, seu unionis, Jus assistit Episcopo instituendi in eisdem Parochiis Presbyteros perpetuos, & Sæculares ad præsentationem Regularium, nec tenetur admittere prædicti ordinis Regulares.*

Fortiùs, quia pro exclusione etiam talis qualitatis regularitatis, nedum militat ultimus status, neque etiam exadverso controversus pro qualitate sæculari, qui 67 ad nostrum effectum semper attenditur pro dignoscenda qualitate beneficiorum, ex punctualiter animadversis per *Passerin. in cap. Cùm de beneficio num. 71. de Præben. in 6. Corrad. in Prax dispensat. lib. sexto cap. primo num. 34. & Cardin. de Luca de Benefic. discurs. 73. num. 12.* & firmatis per *Rotam in decis. 2. num. 3. de Præbend. in novis, & decis. 65. n. 24. p. 11. rec.*

Sed ulteriùs innegabiliter concurrit pariter plusquàm quadragenaria possessio pro statu, & qualitate Sæcularitatis; Regulare autem est in hac materia, quod qua- 68 dragenaria possessio superabundat ad hoc, ut ultimus status attendatur, non curata primæva beneficii erectione, egregiè *Rota decis. 483. num. 9. coram Cerro, & decis. 168. num secundo part. prima decis. 50. num. septimo p. 7. dec. 79. num. 11. p. 8. rec.*

Agnoscitur exadverso efficacia præmissorum, ad quam evitandam insistitur in eo, quod dicta prætensa unio nostrarum Ecclesiarum facta Monasterio sit ple- 69 naria, & subjectiva, & proinde eædem Ecclesiæ effectæ sint prædium Monasterii, & sequenter, sicuti ad gubernium prædiorum Monasterii præficere possunt Monachos, eosque ad libitum amovere, ita etiam idem facere possunt respectu nostrarum Parochiarum,

Quidquid autem sit de subsistentia talium Conclusionum in Jure, hoc unum est certum in facto, quod in concreto nostri casus illæ nullo modo adaptantur, 70 ad quod manibus palpandum præmisso, cùm *Rota in Pisana Oeconomatus 12. Decembris* 1695. impressa apud *Bertacchin. Vot. decisiv. 88. num 29.* quod *natura unionis subjectivæ, & extinctivæ tituli est, omninò tollere tam essentiam, quàm nomen, & titulum Ecclesiæ unitæ, eamque reddere membrum, & prædium alteriùs, cui fit unio*, & concordant adducti per *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 2. & sequent. Garz. de Benefic. p. 12. cap. 2. num. 12. & seqq. Rota decis. 330. num. 5. coram Caval. & dec. 434. n. 7 & 8. p. 19. rec.*

Tantùm abest, quod hujusmodi tituli extinctio pro- 71 betur exadverso, quin potiùs illa penitus, & omninò exclusa remaneat ex sola recognitione contrarii Summarii, & proinde corruente dicto insubsistenti supposito unionis extinctivæ tituli Ecclesiarum, de quibus agimus, à se ipsis corruunt omnia ea, quæ laté expensa fuere exadverso cum dicto insubsistenti supposito, juxta firmata per *Rot. decis. 584. num. duodecimo, coram Dunozett. junior. & decis. 274. num. undecimo part. 17. recent. & in Firmana Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. Sed quatenus coram Molines.*

Idque evidens ulteriùs fit, tam ex illis verbis primi dubii, *an Vicarii deputandi &c. Parochiis, de quibus agitur &c.* Igitur tituli Parochiarum unitarum Monasterio 72 existunt etiam hodie, & eædem Parochiæ non sunt effectæ prædia dicti Monasterii, minusque per assertam unionem penitus, & omninò extinctus fuit illarum nomen, & titulus, necnon essentia earundem Parochiarum æquata prædiis dicti Monasterii; quæ omnia copulativè debent concurrere, ad hoc, ut unio dicatur plenaria, subjectiva, & tituli extinctiva, ex supra animadversis.

Quàm ex præsentationibus earundem Ecclesiarum, datis in contrario Summario, ea ratione quia beneficia alteri plenariè, & subjectivè unita nunquam impetrantur de per se, & principaliter, minusque ad illa 73 fit præsentatio, vel nominatio, distincta à beneficio, cui supponitur unitum, ut egregiè firmavit *Rot. in dec. decima octava num. 35. apud de Prosper. de Territ. separ.* & notant *Hojed. de Incompatib. Benefic. part. secunda cap. tertia sub num. secundo, Paris. de Resignat. lib. decimo quæst. secunda num. 36. Gratian. discept. 292. num quarto, Turricell. de Union. cap. tertio num. decimo septimo, Card. de Luca de Præeminent. disc. 2. num. 24. & Rota coram Merlin. dec. 37. n. 3. & seqq.*

Pro quorum faciliori admissione supplicamus, tria præ oculis habere.

Primùm, quod nostris temporibus Ratisbonen. Diœcesis abundat Sacerdotibus Sæcularibus, pietate, Doctrina, exemplo, & vigilantia pro animarum salute 74 præstantibus, quiva si Monachi possent præfici Curæ animarum, non haberent unde se posse sustentare, atque in ludibrium, & prostitutionem totius Cleri mendicare cogerentur.

Secundùm, quod Monasterium ditissimum est, ejus- 75 demque redditus, si non superant, saltem adæquant annuos redditus insignis Episcopatus Ratisbonen.

Tertiùm, quod in eadem Ratisbonen. Diœcesi impunè grassatur hæresis, & proindè Monachi illam soli circuentes, vel extra claustra moram facientes, non de facili conservant spiritum illum, salutisque æternæ zelum, 76 qui in aliorum Correligiosorum convictu emicant, & in Monasteriis florent, prout omnia hæc ferè his præcisis verbis pro veritate ab hac Sac. Cong. interpellatus omnibus palam facit modernus Administrator à Sede Apostolica deputatus pro eadem Diœcesi Ratisbonen. in Relatione per extensum exhibita in Secretaria; Illaque in casu omninò simillimo admisit hæc Sac. Congr. in citata 77 *Ratisbonen. Juris præsentandi 19. Martii* 1708. ut ex folio dicta die distributo *§. Primo in fine*, ibi. *Insuper incongrua fit Religiosorum extra Septa Monasterii vita, à communi mensa, & regulari disciplina remotior, quod tandem eadem Diœcesis Sæcularibus Presbyteris abundet.*

Et ex his remanent abundè sublata ea omnia, quæ laté exagerantur circa facultatem ad nutum Abbatis 78 deputandi in Curatos Monachos sui Monasterii ex qualitate beneficii, ex unione Parochiarum, ex speciali concessione plurium Summorum Pontificum, ex generali lege Ecclesiæ universalis, & demum ex peculiari Conventione, inter Monachos, & Episcopum Ratisbonen.

Adversus enim omnes istos titulos, seu prætextus, superabundare videtur unica illa cathegorica responsio, quod ex supra animadversis in concursu ultimi status, & quadragenariæ observantiæ pro perpetuitate, & Sæcularitate in nostris terminis innegabilibus, dicta obser- 79 vantia præferri debet omnibus aliis titulis, & prætextibus, ea viva ratione, quod cùm illa æquivaleat immemorabili, cujus vigore, juxta notoria axiomata allegare possumus, posterius Apostolicum Privilegium, novam Partium conventionem, omnemque alium meliorem titulum, ut in specie omnia hæc præ oculis habita fuerunt à *Sacra Rota in dicto Frisingen.* Pa-

ra-

rochialis 23. *Martii* 1713. qoando reſpondit præſentandum eſſe Presbyterum Sæcularem in perpetuum, & Literas Apoſtolicas Pauli Secundi, & Alexaodri Sexti longè clariores illis Bonifacii Noni, & Sixti Quarti, quæ exadverſo allegantur, uti antiquiores Concilio Trideotino nullatenus ſuffragari.

Et nihilominus ad omnem abundantiorem cautelam, atque ad ſolius materiæ ornatum, deſcendendo ad primum motivum aſſertæ fundationis noſtrarum Parochia- **80** lium, illud deſtruitur ex animadverſis in contraria Scriptura, ubi ſupponitur, Monaſterium fuiſſe dotatum, ſeu ditatum ab anteceſſoribus Sereniſſimorum Bavariæ Ducum; Igitur abſque ingratitudinis nota non poteſt hodie contrarium prætendi, & quidem impugnando, ſeu controvertendo nunc ejuſdem Sereniſſimæ Domus ſucceſſoribus moderno Epiſcopo Ratisbonen. Jus illud, quod ejus anteceſſores pacificè poſſederunt.

Ejuſdem levitatis eſt ſecundum, innixum qualitati prætenſæ unionis quia ex animadverſis ſupra in noſtris terminis ab unione Parochialium, nulla omninò illa- **81** tio fieri valet ad illarum regularitatem. Quibus addimus Eminentiſs. Petram *tom. ſecundo ad Conſtitut. prima Anaſtaſii Quarti ſect. prima num. quadrageſimo quarto, & ſeqq.* ibi. *Hinc eſt, quod Parochiæ unitæ unione ſimplici, ſcilicet quoad redditus tantùm incorporatos men-* **82** *ſæ Monaſterii, nequeat obtineri à Regulari, etiam ſi Monaſterium habeat Jus præſentandi, ea ratione, quia ſemper titulus eſt ſæcularis, obtinendus ab Epiſcopo mediante inſtitutione, facienda ad præſentationem Abbatis.*

Inſubſiſtens pariter eſt tertium ſuppoſitum, quod id licitum ſit Abbati ex ſpeciali diſpoſitione Summorum Pontificum Bonifacii Noni, & Sixti Quarti, quia quando etiam id in facto ſubſiſteret, ſequens diſpoſitio **83** Concilii Tridentini à Summo Pontifice Pio IV. ſpecialiter approbati, omnes antecedentes contrarias determinationes revocavit, & annullavit, & proindè niſi exadverſo oſtendatur diſpoſitio poſterior alterius Summi Pontificis in dictis prætenſis antecedentibus Gratiis, & Conceſſionibus nulla omninò vis fieri valet, egregiè *Rota coram Dunoz. jun. deciſ.* 368. *num. tertio*, ibi. *Et prædicta adeo vera ſunt, quod etiamſi in Literis unionis fuerit expreſſum, quod Eccleſiæ unitæ poſſit deſervire per Vicarios amovibiles, nihilominus ſi dictæ Literæ fuerint conceſſæ ante Sac. Concilium Tridentinum debet deputari Vicarius perpetuus.*

Similis ſatine ſeu potiùs paradoxum eſt quartum, quod ex generali lege Eccleſiaſtica licitum ſit Monachis in- **84** ſervire Parochiis, eorum Monaſteriis unitis; Id enim ex diametro pugnat cum Monachorum Inſtituto ex latè animadverſis ſupra, atque literaliter adverſatur diſpoſitis *in cap. primo de Cappell. Monach.* ibi. *In Eccleſiis, ubi Monachi habitant, Populus per Monachum non regatur, ſed Cappellanus, qui Populum regat &c. ex ſolius Epiſcopi arbitrio &c. pendeat*, ſupplicantes obſer- **85** vare, quod Textus iſte loquitur in caſu longè duriori illius Eccleſiæ, ubi Monachi habitant, quod non applicatur noſtro caſui, dum in Locis, ubi adſunt noſtræ Parochiæ, iidem Monachi non habent ubi caput reclinent, itaut in tertio dubio petant facultatem ædificandi Domum in Oppido Torcenſenſi.

Authoritates verò in hac parte exadverſo adductæ loquuntur in terminis illarum Parochialium, quæ incorporatæ ſunt cum iiſdem Monaſteriis, & congruam di- **86** verſitatis rationem adducit *Butr. in cap. Paſtoralis num.* 4. & 6. *de Donat.* quia ſcilicet quando ſermo eſt de Eccleſiis, ſimpliciter unitis Monaſteriis Religioſorum, iſti debent Eccleſias unitas conſervare in illatum antiquo ſtato, ibi. *Et conceſſione facta loco Religioſo, transferuntur temporalia &c. licèt Monachi recipiant redditus in Eccleſia omnes, tamen oportet, quod conſervent Eccleſiam in ſtatu ſuo; & dimittant congruam portionem Rectori*, & *in cap. Paſtoralis num. decimo de Privileg.* ibi. *Quarò quis eſt effectus Eccleſiæ in uſus Monachorum, dicit Innoc., quod videtur conceſſa adminiſtratio Eccleſiæ,* **87** *ut ſibi de temporalibus reſpondeatur, & retento bono, & antiquo ſtatu Eccleſiæ ſuperfluos fructus in ſuos uſus convertant, & debent Eccleſiam in antiquo ſtatu tenere*, & *Butr.* ſequuntur *Turricell. de Union. cap.* 4. *num. ſexto*, & *Rota deciſ.* 758. *num. primo, part. prima diverſ.* & *deciſ.* 502. *n.* 10. & 11. *part.* 15. *rec.*

Omnium verò debiliſſimus eſt ultimus prætextus Concordiæ, exhibitæ in contrario Summario. Omiſſa enim inſpectione legalitatis ejuſdem, dum illam videre nullatenus potuimus pro dignoſcenda ejuſdem ſubſiſtentia, ſtrictè dicimus, quod in dicta prætenſa Con- **88** cordia nulla ſyllaba, nullumque jota legitur circa talem prætenſam facultatem regendi Parochias per Monachos. Imò contrarium rotundè legitur diſpoſitum in dicto contrario Summario, ibi. *In illis porrò Locis, ubi Monaſteria Jus prætitè patronatus, vel præſentandi habent, ſemper ſecundùm conſuetudinem Presbyteri Sæculares ponendi ſunt, at ii, qui actualiter ſimiles Parochias poſſident in illis relinquendi*, Si enim innegabile eſt, quod poſt talem Concordiam ſemper Presbyteri Sæculares adminiſtrarunt Parochias, de quibus agitur, neceſſariò ſequitur, quod talis fuerit conſuetudo ante d. Concordiam, ut conſideranti remanet manifeſtum.

Neque vis aliqua fieri poteſt in verbis illis regiſtratis in dicto contrario Summario. *Sperant verò viciſſim præmemorati DD. Abbates &c. iis præſtitis pecuniis, ut quam primùm introducuntur Religioſi unà cum Juribus ante habitis, itaut Monaſteria rurſus actuali,* **89** *plenaque poſſeſſione, prout tempore Anteceſſorum ſuorum ab Achatholicis non impeditorum gaudebant, donentur*, quia talis ſpes ſuum habuit complementum, ex quo de facto hodie iidem Religioſi actualiter, plenaque poſſeſſione poſſident Monaſteria illa, quæ priùs ab Achatholicis occupabantur.

Remanet proindè apertè inſubſiſtens, quod: *Reintroducti Monachi Anno* 1668. *expreſsè fuit conventum cum* **90** *Epiſcopali Curia Ratisbonen. &c. liberum eſſe Abbati deſervire facere Parochiis unitis, aut per Sacerdotes Sæculares, aut per Monachos ſui Monaſterii*, dum tale quid neque per ſomnium legitur in eodem contrario Summario, ut ex illius recognitione remanet manifeſtum.

Poterant omitti piæ illæ meditationes deſumptæ ex *Murga*, propriam defendente Cauſam, quod Monachis permiſſus de Jure ſit exercitium Curæ Anima- **91** rum; Nos enim omiſſa caterva illa Doctorum, qui de facili in oppoſitum allegari poſſent, duo ſolida fundamenta opponimus contrariis ſpeculationibus; Primum innixum *Textui literali in cap. primo de Capell. Monachor.*, ubi latè *Fagnan. ſignanter num. ſeptimo*, ibi. *Monachi viventes in Congregatione ex eorum Inſtituto prohibentur de Jure curam Animarum perſonarum ſæcularium exercere Textus eſt clarus hic &c.*; Secundum verò deſumptum ex Oraculo Sanctæ memoriæ Gregorii XIII. de cujus mandato in durioribus terminis Canonicorum Regularium Majorem ſimilitudinem habentium cum Clero Sæculari, *Teſte eodem Fagnan. in cap. Quod Dei timorem ſub num. decimo ſexto de Stat. Monachor. Generaliter fuit quæſitum, an Canonici Regulares de licentia ſui Generalis poſſint aſſumere Curam Animarum, tam ad tempus, quàm* **92** *perpetuo. Die 8. Julii 1681. Sanctiſſimus Dominus Noſter noluit licere iſtis Regularibus, etiam de licentia ſui Generalis abſque permiſſu Summi Pontificis aſſumere Curam etiam ad tempus, multoque minus beneficia Curata in titulum*, ut reperitur adnotatum in Libris *Sacræ Congregationis cap. decimo octavo ſeſſ. vigeſima quarta pag.* 99.

In quorum conflictu frigeſcunt contrariæ generalitates, deſumptæ vel ex Breviario Romano, in lectionibus Sancti Baſilii, vel ex Epiſtola Divi Hieronymi ad Paulinum regiſtrata in *Can. ſi cupis* 16. *quæſt. prima*; Quia quando allegatur Summorum Pontificum autho- **93** ritas, qui ſunt legum Conditores, & Juris fontes, non eſt permiſſum per generalitates, & ſubtilitates vagari, ut dicebat *Rota in Legionen. Parochialis* 15. *Novembris* 1693. §. *Non obſtante coram Pio*, & *in Mindonien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis prima Julii* 1706. §. *Verum ex hoc cor. Anſaldo*.

Et tamen idemmet Sanctus Hieronymus in *Epiſtola ad Heliodorum*, regiſtrata in *Can. Alia cauſa* 16. *quæſt.* **94** *prima*, contrariam prætenſionem nimis rotundè reprobat aſſerendo. *Alia Cauſa eſt Monachi, alia Clerici, Clerici oves paſcunt, ego, paſcor, illi de Altari vivunt, mihi ſecuris,*

quasi ad radicem infructuosæ arboris ponitur, ubi *Gloss. verb. Securis ait*, *quia succisus est Mundo*.

Respectu demum tertii dubii, *an sit locus ædificationi Domus Prioralis in Civitate Turrensense*, in substantia sub involucro verborum, prætendunt Monachi extorquere ab hac Sac. Congr. facultatem erigendi ibidem Monasterium, **95** non servata forma Apostolicarum Constitutionum, quod plusquam tacitè infertur ex verbis illis euntrariæ Scripturæ; *Ideoque cùm agatur de reædificatione, nulla desideratur Ordinarii Licentia &c. & quatenus exoptaretur illa denegari non valeret*; Et pruinde congruam in hac parte faciant instantiam, serventque ea, quæ in Apostolicis Constitutionibus præscribuntur, & tunc eidem petitioni respondebimus.

Nun attento prætextu reædificationis, tum quia de priori ædificatiune nulla exhibetur justificatio, tum quia post duo Sæcula, vanum est discurrere de reædificatione seu recognitione antiqui Loci, tum quia hoc mediu tempore multa Loca Religiosa ædificari de novo potuerunt, **96** impedientia dictam reædificatiunem, tum demum, quia iu istis etiam terminis reædificationis omninò servari debent Apostolicæ Coustitutiones, ea ratione, quam his verbis adducit *Cherubin. in Constit. 99. Clement. VIII. Scholio a. Quod Conventus, de quibus loquuntur Apostolica Decreta, non intelliguntur, quoad materiam, seu fabricam, sed quoad Religiosorum in unum cohabitationem, qui de novo redeuntes possunt Regularibus esse detrimento, ta quo facit vim ista Constitutio Clement. VIII.*, & concordant *Peyrin. in tom. 2. Privileg. Minim. in Constit. 6. Greg. XV. num. 2. & Donat. Rer. Regular. tom. 1. tit. de Monaster. ædifican q. 36. n. 1. & seqq.*

Non concordat autem contraria Scriptura, cum ejus Summariu; In prima enim Turfcendereut, non semel vocatur Civitas, & in altera semper appellatur Oppidum, **97** & tamen moderui *Geographi Ferrarius*, & *Baudrand*, approbati à *Sacra Rota in decis. 396. num. 9. coram Emerix junior. & decis. 18. num. 5. apud Prosper de Territ. Segar. & in Castellana Aperitionis Oris 19. Novemb. 1703. §. Et sic seorsim coram Molines*, in eorum *Lexicon Geographicis* nullam omninu de illu faciuut mentiunem, licèt usque ad minutias deferibant etiam Vicos, & alia infima Loca totius Orbis.

IN EADEM CAUSA.

Assistit jus commune, concordat Sacrum Concilium Tridentinum, concurrit quadragenaria observantia, militat ultimus Status, & demum expedit, quia tendit ad animarum profectum, Ecclesiæ utilitatem, & Cultus Divini augmentum, ut in Parochiis, de qui-**98** bus agimus, Vicarii sint perpetui, & assumantur ex Clero Sæculari, & proindè firmiter speramus rejiciendas esse contrarias reflexiones, sicuti illas rejecit in casu longè fortiori centenariæ observantiæ pro amuvibilitate, Congregatio particularis, à Sanctissimo D. N. disputata 10 Maii 1705. demandando, ut in Ecclesia Sancti Marci de Urbe illius Parochus non esset ampliùs amovibilis, sed perpetuus; Necnon rejecit pariter *Sac. Rota in Frisingen. Parochialis 23. Martii 1713. coram Ansaldo.* **99** Et admittere noluit hæc Sacr. Congregatio *in Ratisbonen. Parochialis 19. Maii 1708.* Adversus quas punctuales authoritates, in nostris Scripturis allegatas, maximum servatur silentium iu contraria Responsione.

Idemque practicavit hæc Sac. Congregatiu in propo-**100** sita Congregatione in illa *Spoletana Juris amovendi Curatum*, cujus ratio, in folio expressa, quod Parochi qui frequenter amoventur, morum corruptelis blandiuntur; mirabiliter præsenti casui applicantur.

Nou est verum, quòd Concilium non loquatur de Pa-**101** rochiis uuitis Monasteriis, sed solùm Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, ut dicitur in contraria Responsione; Illius enim verba, quæ talia sunt. *Beneficia Ecclesiastica Curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis &c. perpetuò unita, & annexa reperiuntur*, pro adæquata replicatione deserviunt.

Ultrò admittimus, arbitrium, Ordinarils datum à **102** dicto Sac. Concilio, non esse effrænatum, sed regulandum *à bono regimine Ecclesiarum*, juxta præcisa verba ejusdem; Sed nunquam satis repetimus, quòd bonum regimen nostrarum Ecclesiarum perpetuitatem exigit, rationibus latè expensis *in Relatione* data in Secretaria, comprobatis ab observantia, plusquam quadragenariam, cujus vigore id, quod antea erat arbitrarium, post dicta quadragenariam trausivit iu necessitatem, ex firmatis *per Rota in Nullius, seu Fulden. allegata supra*.

Quidquid sit de prætensa unione nostrarum Ecclesiarum, deque illius inefficacia ad nostrum effectum; Si-**103** ve quia illa nou fuerit subjectiva, plenaria, & extinctiva tituli; Sive quia non fuerit suum effectum sortita; Sive quia uti concessa, *propter malitiam temporum, & guerras, propter quas multa debita contraxistis, in quibus adhuc obligamini diversis creditoribus vestris*, juxta verba contrarii Summarii; Cessaverit per sequentes, præsentesque Monachorum divitias, ex allegatis supra; Sive **104** demùm, quia iu dubium revocata fuit in ipsamet Constitutione Sixti IV. ut patet ex verbis contrarii Summarii.

Strictè subdimus, quòd in omnem casum etiamsi per falsam hypothesim essemus iu terminis unionis arciplenariæ, & plusquam subjectivæ, necnon penitus extinctivæ tituli, cum nostrum effectum in conflictu observantiæ, plusquàm quadragenariæ, cum titulu vero, & **105** reali, neque etiam eadverso impugnato, in nulla prorsus consideratione habenda esset, ea viva, & conviucenti ratione, quia si ad terminos punctualium Decisionum *in dicta Nullius, seu Fulden.* adversus quas nihil omninò legitur in contraria Respousioue, ubservantia **106** quadragenaria eum titulu dubio, incerto, & purativo, uti immemorabili æquivalens, apta est ad præscribendam ipsammet substantiam nativæ; & ordinariæ Jurisdictionis Episcoporum, necnon constitueudi Territorium separatum, in æternum præjudicium omnium Successorum in Episcopatu; multò magis apta erit in nostro casu ad præscribendam solam, & simplicem qualitatem perpetuitatis Curæ, quocumque modo illa unita sit Munasteriis Regularium.

107 Ad quod clariùs ostendendum, procedendo eum eodem insubsistenti præsupposito, quòd nostræ Ecclesiæ spectent ad Monachos, non ratiune alicujus unionis, quæ ipsarum antecedentem Sæcularem statum digito demonstrat, & apertè convincit; Sed, ut ita dicam, sint identificatæ, habeantque totalem dependentiam, tam in esse, quàm in conservari à Monasterio; Semper urget d. reflexio, innixa plusquam quadragenariæ observantiæ, quæ militat pro perpetuitate; Et ratiu evidens ea est, quia quocumque modo eædem Ecclesiæ concipiantur unitæ, & dependentes à Monasterio, semper erunt unitæ, & dependentes minori vinculo, & debiliori dependentia, ac sit unita jurisdictio Episcopalis Dignitati Ordinariorum, ut de se patet; Cùm hæc sit na-**108** tiva, ordinaria, & propria; Illa verò accessoria, superaddita, & unita.

Sicuti igitur Observantia quadragenaria cum titulo etiam putativo, colorato, & incerto, apta est tollere ab Episcopali Dignitate nativam, propriam, & ordinariam Jurisdictionem, illamque trausferre iu Abba-**109** tem, cum separatione Territorii, ex firmatis *per Rot. in sæpe citata Nullius, seu Fulden.* ita idem dicendum est favore Ordinariorum, ut scilicet quadragenaria possessiu cum titulo vero, & reali, ipsorum favure militans, apta sit ad eorum favorem inducere facultatem deputandi Vicarios perpetuos iu Parochiis, unitis Munasteriis Regularium.

Ad effugiendam vim hujusmodi Strangulatorii dilemmatis, ad eam devenit extremitatem contrarius Defensor, ut rotundè negaverit dictam observantiam; Tum quia illa incęperit solùm anno 1690. non autem 1668. **110** negandu, adfuisse aliquem Abbatem nostri Monasterii ante d. anuum 1690. Tum quia Monachi in præteritum iusteterint pro deputatione Parochorum amovibilium, juxta verba Relationis administratoris per Apostillam manuscriptam, superadditam contrariæ Responsioni impressæ; Tum demum quia lis incęperit usque ab anno 1708. juxta Documenta, exhibita in contrario Summariu.

Quantum verò insubsistentes sint hujusmodi reflexiones, de se patet, & ad hominem contra retorqueri, **111** ad evidentiam usque demonstramus; agendo pruindè

gratias

grstias contrario Defensori, qui eo tempore, quo d. Observantiam impugnat, nobis motiva subministrat, illam manifestè comprobandi.

Retorquetur primùm, quia habemus præsentationes Parochorum, factar ab Adversariis usque ab anno 1668. in contrario Summario *num.* 10. cujur Apostilla 112 talis est, *Vicarii deputatio post annum* 1668. ubi etiam nimis rotundè asseritur; tunc temporis Abbatem Monasterii Waldssassen fuisse quemdam Martinum, ibi: *Reverendissimus, ac Gratiosus D. Martinus Abbas de Firstenfeld, & VValdssassen, Abbas* &c. nullam autem involvit repugnantiam, quòd una, & eadem persona duplicir Monasterii Abbas fuerit, sive duplex Officium exerceat, ut, aliis omissis, videmus in contraria Scri- 113 ptura, ubi contrarius Defensor se subscribit, uti Agens, & in contrario Summario Responsionis uti Prior Monasterii Adversarii.

Retorquetur secundùm, quia juxta prima juris elementa, observantia non destruitur, sed magis robur 114 accipit ex eo, quòd quis recurrat, instet, se conquerat, & deindè succumbat, & acquiescat, egregiè *Rota dec.*361. *nu.*23. *coram Bich. & dec.*690. *num.*7. *coram Cerro, & dec.*528. *à num.*15. *usque ad fin. part.*17. *& dec.*251. *num.*18. *part.*18. *rec.*

Retorquetur tertiùm, quia anno 1708. Monachi à Summo Pontifice petierunt solam confirmationem anti- 115 quorum, & antiquatorum Privilegiorum, necnon *ut eadem Parochia*; Sunt verba contrarii Summarii, *per Religiosos Ordinis, & loci ad nutum Abbatis ponendos, & amovendos de cætero regi, & administrari possint, facul-* 116 *tatem nobis concedere Sanctitas vestra gratiosissimè non dedignetur*: Igitur talem facultatem non habebant anteà; Frustra enim quis petit, quod in suis habet, juxta notoria axiomata de quibus *in Tom.*2. *part.*4. *discept.*4. *nu.* 32. imò hæc Partis seria confessio, Summo Pontifici, rebus maturè consideratis, facta, tali evidentia sigillare videtur omnia ex hac parte deducta pro d. Observan- 117 tia, ut nihil efficacius, nihilque concludentius addi ulteriùs possit, egregiè *Rot. dec.*53. *num.*4. *cor. Ansaldo* ibi: *Nulla alia excogitari valet comprobatio, quàm ea, quæ descendit ab ipsius Partis agnitione, & confessione.*

Cæterùm quatenus majores hujus quadragenariæ observantiæ exquirantur exadverso probationes, parati 118 sumus illam omnibus demonstrationum generibus intra evidentiæ fines ponere, veritas enim una est, & quantò magis conteritur, & astutiis oppugnatur, eò magis expulsis tenebris, in lucem progreditur, ut per hæc verba notat *Castrens. cons.*23. *in princ. lib.*1. quem sequitur *Rocca Select. interpret. cap.*46. *num.*26.

Non omittentes rogare Sapientissimos Judicantes, ut dignentur reflectere, quòd contraria prætensio non sine 119 misterio inculcatur de præsenti, quo Ecclesia Ratisbonen. nullum potest auxilium, Consiliumque expectare à suo Sponso, & Defensore, notorietate maxima absente, & non valente defendere jura propria Ecclesiæ.

Ea, quæ bis replicantur in contraria Scriptura de contractu oneroso Scutorum 20000. solutorum à Mona- 120 chis anno 1668. Episcopatui Ratisbonen. pro Concessione facultatis deputandi Vicarios ad nutum amovibiles, nullam habent facti assistentiam, idque ad oculum resultat ex contrario Summario, ex quo patet, Summam Floren. 80000. constituentium Summam Scutorum 40000. dumtaxat, solutam fuisse ab octo Monaste- 121 riis ibidem specificatis, non à duobus tantùm, minusque ad obtinendam talem somniatam facultatem, *sed pro reintegratione oppressi Capituli Cathedralis Ratisbonen.* juxta verba dicti contrarii Summarii; Idque de expresso mandato Summi Pontificis, atque pro reintegratione 122 illarum expensarum, quæ factæ fuerant pro recuperatione dd. octo Monasteriorum de manibus Acatholicorum.

Non benè exadverso insistitur in verbis dictæ conventionis anni 1668. ac si verba illa *Prælatorum* intel- 123 ligantur de Abbatibus, non autem de Episcopis, juxta eorum obvium, naturalemque sensum, quia cùm dicta Conventio composita fuerit, & exhibita in Secretaria Idiomate Theutonico, nulla vis fieri potest in præcisis verbis ejusdem, non docto de illius valida traductione in latinum Idioma, qualis non est illa, quæ proprio marte absque ulla facultate, vel legalitate exadverso fuit exhibita.

Observantes hìc, quod non agitur de Idiomate aliquo, Italicæ, vel Latinæ linguæ affini, in quibus terminis solent magna Tribunalia mitius in hac parte pro- 124 cedere, ut respectu Hispanici Idiomatis practicavit *Sac. Rota in dec.*85. *sub num.*5. *apud Urceol. de transact.* quam sequutus fui *in Instit. crim. lib.*4. *tit.*8. *num.*147. Sed agitur de Idiomate Theutonico, adeò difficili, ut volens ipsius magnam difficultatem ostendere in illis terminis, in quibus Bartolus obscurè loquitur, *Angel. in l. Miles* 6. *§. Decem sub num.*3. *ff. de re judic.* lepidè scripsit *il Bartolo parla Todesco*. In istis enim terminis non possunt figi 125 peder in Processibus, nisi prævia illorum legali interpretatione, egregiè *Rota dec.*313. *in fine coram Coccin.* ibi: *Nolui extendere rationes decisionis, sed iterum proponere dubium, interpretato prius toto Processu, ut possim referre, quomodo factum se habeat.*

Præterea Scripturæ omnes, exadverso exhibitæ ex quibus compositum fuit contrarium Summarium, non possunt esse magis informes, eò quia non apparent munitæ solita, & necessaria legalitate, & quamvis in aliquibus ex illis legatur nomen cujusdam Notarii, qui 126 nimis ampullosè se denominat Comitem Palatinum nullam habemus justificationem, quòd ille sit talis Notarius, qualem se facit.

Initium demum præsentis litis non benè attribuitur qualificato illi viro, cui supponitur scripta prætensa 127 Epistola, data in contrario Summario; Veritas enim in hac parte, quam mihi solita ingenuitate, & commendabili candore inter informandum aperuit unus ex Eminentissimis Patribus, de illo informatissimus, ea est, quòd ultimo loco Reverendissimus Abbas misit ad Urbem unum ex suis Correligiosis, non in Curribur, neque in Equis, sed cum sacculo, & peta, cujus germanus frater tunc temporis moram in eadem Urbe fa- 128 ciebat, idemque Religiosus semina illa præsentis Controversiæ seminavit, quæ hodiè excreverunt in maximam contrariarum Scripturarum molem.

Die 28. Julii 1713. propositis tribus sequentibus dubiis in Congregatione Concilii.

Primò: *An Vicarii, deputandi ab Abbate Monasterii* 129 *VValdssassen Parochiis, de quibus agitur sint deputandi perpetui, seu potius temporanei*; Et quatenus affirmativè quoad secundam partem,

Secundò: *An sit liberum Abbati deputare in prædictis* 130 *Vicarius temporaneus, etiam Monachos sui Monasterii.*

Tertiò: *An sit locus ædificationi Domus Prioralis in Ci-* 131 *vitate Furtensi in casu &c.*

Ad primum responsum fuit: *Negativè quoad primam* 132 *partem, Affirmativè quoad secundam.*

Ad secundum: *Affirmativè.* 133

Ad tertium: *Ad Sacram Congregationem Episcoporum* 134 *& Regularium.*

Respectu *decis. Sac. Rot. in Fulden. Jurisdictionis*, supra sæpissimè allegatæ, observandum est hìc, quòd cir- 135 ca eundem articulum deputata deinde Congregatione particulari à f. m. Clemente XI. hac die 14. Januarii 1722. contrarium resoluit, ut videre est *in Bullar. Clem. fol.* 465. ubi registratur decretum ejusdem particularis Congregationir cujus tenor talis est:

„ In Congregatione particulari, à Sanctiss. Domi-
„ no Nostro die tertia Augusti 1718. specialiter depu-
„ tata EE. DD. Judice, Vallemani, Parracciani,
„ Præfecti Sac. Congregationis Episcoporum, & Re- 136
„ gularium, Corradini Præfecti Sacræ Congregationis
„ Concilii Tridentini Interpretis, Scotti Præfecti Si-
„ gnaturæ Justitiæ, necnon RR. PP. DD. Petræ
„ prædictæ Sacræ Congregationis Episcoporum, &
„ Regularium Secretarii, Lancettæ Sacræ Rotæ Ro-
„ manæ Decani, Cerri ejusdem Rotæ Auditoris,
„ Ansidei Assessoris Sanctissimæ Inquisitionis, & mei
„ infrascripti Secretarii memoratæ Congregationis Con-
„ cilii Tridentini Interpretis, & hujus quoque parti-
„ cularis Congregationis Secretarii, ut in ea videlicet
„ examinaretur, an ad tramites Sacrorum Canonum,
„ Sacrique præsertim Concilii Tridentini, possit infe-
„ rior Prælatus Territorium separatum, & jurisdictio-
„ nem

nem ordinariam, & quasi Episcopalem in Clerum, & Populum, cum ipsius Episcopi exclusione, in aliquo speciali loco acquirere per quadragenariam præscriptionem, unà cum titulo colorato, prædicti EE. DD. & RR. PP. particularem Congregationem constituentes, insimul congregati in ædibus Eminentissimi Judice die 3. Januarii hujus anni 1721. post maturum, & diligentissimum materiæ examen, unanimiter responderunt, non posse, sed pro acquisitione Territorii separati, prædictæque jurisdictionis omnino requiri, aut durum clarum, & undequaque subsistens Apostolicum Privilegium, aut Consuetudinem immemorabilem, cum suis omnibus requisitis ritè probatam, per quam Apostolicum Privilegium de jure præsumi valeat. Ao autem admisso vero Apostolico Privilegio, de sui natura apto ad separationem Territorii, & concessionem jurisdictionis Ordinariæ, quasi Episcopalis in Clerum, & Populum, cum exclusione Episcopi in aliquo determinato loco, sed aliquam rationabilem dubietatem, aut disputationem admittente, subsequens uniformis quadragenaria, aut per aliud legitimum tempus continuata observantia, favens Prælato inferiori, in qualibet actuum specie Ordinariæ & quasi Episcopalis jurisdictionis, deservire valeat pro dicti Apostolici Privilegii interpretatione, prædicti EE. DD. & RR. PP. dixerunt, id dependere, à singulis casuum, & factorum circumstantiis, & sic dandum esse responsum à suis Judicibus super hac re in casibus particolaribus. Factaque per me prædictorum omnium Sanctissimo Domino Nostro relatione, die 14. Januarii hoc anno 1721. Sanctitas sua approbare dignata est, & præsens Decretum publicari mandavit.

Prosper de Lambertinis Sacræ Congregationis particularis Secretarius.

DISCEPTATIO XLI.

Sancti Angeli Lombardorum Congruæ

PRO

Thoma de Rosa Episcopo S. Angeli postea translato ad Ecclesiam Policastrensem

CUM

Ejus Pensionariis

ARGUMENTUM.

In qua quantitate debeatur Episcopo Congrua, quando Papa in Bullis assumptionis ad Episcopatum non apposuit clausulam dummodo mille remaneant pro Episcopo: Quæ emolumenta in illam imputentur; Et an præferenda sit credito Pensionum.

Obtenta per Episcopum S. Angeli Lombardorum Sententia super assignatione congruæ, sibi ex dispositione Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini debita, adversus Translatarios Pensionum, olim à f. m. Alexandro VII. in motu proprio, prout moris est, in Ecclesiam provisione Consistoriali reservatarum, interpositaque per eosdem Translatarios appellatione, fuit disputatum in Signatura Justitiæ, an commissio appellationis esset signanda tantùm in devolutivo addita clausula, *non retardata solutione congruæ*, vel etiam in suspensivo, prout iidem Translatarii prætendebant; In qua disceptatione Ego, ut Episcopo Viro, & Amico meo morem gererem (qui tunc erat Thomas de Rosa, postea ad Ecclesiam Policastren. translatus operibus ab ipso editis, & signanter *Tractatu de executoribus Literarum Apostolicarum*, *Tractatu de Vera residentia Episcoporum*, *& Tractatu de Recta distributione redditum Beneficiorum secularium, præsertim Episcopatuum*, Reipublicæ literariæ satis notos) sequentia deduxeram.

Rescribendum, vel pro denegatione Appellationis, vel saltim illa quoad devolutivum tantùm concessa, siquidem versamur in Sententiam super assignatione Congruæ, & sic loco alimentorum succedentis, à qua nulla datur appellatio, cum venter non patiatur dilationem, ne interim, dum de viribus Sententiæ disputatur, Episcopus contra propriæ Dignitatis decorem mendicare cogatur, ut satis clarè videtur colligi ex pluribus Sacri *Concilii Tridentini* decretis, & signanter *Sess. 7. de Ref. cap. 5.* ibi: *Addens insuper, quod ipsi Ordinarii etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem, omninò provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, & Beneficia ipsa debitis obsequiis minimè defraudentur, Appellationibus, Privilegiis, & exemptionibus quibuscunque, etiam cum Judicum specialium deputatione, & illorum Inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus*, & rursus subsequenti *cap. 7.* ibi: *Ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiæ regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorum portione, etiam super certa reassignanda ibidem deputandos, Animarum Cura utiliter exerceatur, appellationibus, privilegiis, exemptionibus, & cum Judicum deputatione, & illorum Inhibitionibus quibuscunque in præmissis minimè suffragantibus*, Ac anteà *Sess. 6. de Ref. cap. 2. & Sess. 25. cap. 4. & cap. 25.* in quibus omnibus cautum est, ut in qualibet alimentorum, & congruæ portionis deputatione, Ordinarius appellatione remota procedat, quod etiam anteà sancivit *Innocentius III. lib. 2. regestr. 13. Epist. final.* qua Episcopo, & Decanis Morinen. scripsit, quod Ecclesiarum facultatibus diligenter inspectis, secundùm eas ipsarum Servitoribus assignarent ad sustentationem eorum honestam, & congruam, sublato appellationis obstaculo, portionem, & ex *lib. 3. regestr. 15. Epistol. 86.* qua Bituricensi Primati mandavit cogere Patronos congruam assignare in ea Ecclesia ministrantibus ibi: *Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Patronos Ecclesiarum ipsarum, ut de illarum proventibus Sacerdotibus in eisdem ministrantibus, congruam portionem assignent, moneant, & inducas ipsos ad id, si necesse fuerit, per Censuram Ecclesiasticam, appellatione remota compescens, cùm non ad opus Patronorum, sed ad opus potius servientium in eisdem fuerunt Ecclesiis redditus deputati*; Quod postmodum confirmavit, ac declaravit *Sanctus Pius V. in sua Constitut. 46. Bullar. veter. pag. 999.*

Et comprobatum etiam extat de Jure communi *ex Clement. 1. de Jurepatron.* quæ disponit, quod Episcopus in assignatione congruæ debeat procedere secundùm Conscientiam, & levato velo, semotis omnibus exceptionibus, & allegationibus, & per consequens semota appellatione, & sic quatenus illa aliquo casu videatur concedenda, id solum in devolutivo, nunquam verò in suspensivo sit faciendum, ut egregiè post *Gloss. in d. Clement. verb. oneramus*, ibidemque *Zabarell. Anthoran.* & cæteros repetentes observat *Lambertin. de Jurepatr. par. 3. lib. 2. quæst. 10. art. 13.* & post antiquiores alios, quos adducunt, notant *Salgad. de Reg. Protect. part. 3. cap. 2. num. 1. & seqq. & ad cap. Ad hæc 3. quæst. 1. num. 41. & quæst. 4. num. 18. de Offic. Vicar. ac per tot.* ubi de hoc latissimè agit *Hurtad. resol. moral. de congrua lib. 2. resol. 1. §. 1. num. 22. & 23. Fermosin. ad cap. 11. de Appellation. quæst. 4. nu. 14. Barbos. ad Concil. Trid. Sess. 2. de Reform. cap. 7. num. 38. Bellett. Disquisit. Clerical. part. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 16. sub num. 6. Verb. nihilominus, Rot. coram Seraph. dec. 173. num. 3.* ac fuit resolutum à Sac. Congregatione Concilii, ut in declaratione, quam referunt *Pagnan. in cap. de Doctoribus nu. 10. de Cleric. ægrotan. & Passerin. in cap. 1. nu. 13. in fine de Præbend. in 6.* & longè post hæc scripta *Pignatell. consult. Canonic. 126. tom. 4.*

Quod procedit, sive agatur de congrua, competente Jure actionis, sive Officio Judicis assignata, dum agitur de congrua, loco alimentorum succedente, & Episcopo ob redditum tenuitatem decreta, ad hoc, ut propriæ dignitatis decorem conservare valeat, ut specificè tradit *Salgad. d. cap. 2. à num. 22.* & signanter *nu. 36. & 37.* Præsertim si congrua sit assignata pro alimentis futuris, ut prosequitur *Pignatell. d. consult. 126. nu. 1. circa fin. vers. quod locum habeat*, ubi sequitur *Jo: Andream in ad-*

in addit. ad speculat. tit. de Appellat. §. In quibus num. 11. liter. A. rejicieotem *eumdem Speculat.* qui in Causa alimentorum, an esset danda appellatio nec ne, distinxerat inter casum, quo fuerant assignata Officio Judicis, & inter casum, quo fuerant assignata jure actionis, ut in primo non sit concedenda appellatio, quia Judex incidenter, & summatim cognoscit; In secundo verò secus, quoniam Judex procedit prout fit in ordinariis Judiciis, in quo casu communiter Doctores distinguunt inter alimenta preterita, & alimenta in futurū prestanda, ut quicquid sit quoad illa quoad istam nunquam dari appellationem suspensivam, sive Juris actione, sive Judicis officio fuerit assignata, tradunt *Scacc. de Appell. quæst. 17. limit. 7. num. 57. Giurb. observ. 19. num. 18. Mell. obser. ad Castill. de Alimen. cap. 8. num. 4. Barz. dec. Bononien. 69. à num. 29. ad 33. Sanfel. dec. 132. num. 2. Rot. coram Buratt. dec 208. num 4. & seq. & in rec. dec 355. num. 7. & seqq. part. 9.* Unde Inhibitionem Superioris non suspendere præstationem alimentorum tradunt *Mandos. de Inhibit. quæst. 120. Ceváll. de Cognit. per viam violent. par. 2. quæst. 38. num. fin.* addens *num. 14. & 15.* quod sint præstanda alimenta, etiam propter delictum, commissum appellatione pendente ex *Surd. de Alim. tit. 9. quæst. 32. à num 6.*

Et licèt *Florez Diez de Mena var. quæst. lib. 1. p. 14. n. 5.* adhuc in materia, de qua agitur appellationem etiam in suspensivo esse concedendam contendat, ex eo, quod in Jure semper, & in omnibus casibus permittitur appellatio quoad utrumque effectum suspensivum, & devolutivum, nisi inveniatur prohibita, cùm autem in casu assignationis Congruæ hujusmodi prohibitio non reperiatur, utique appellatio quoad utrumque effectum videbitur permissa, allegans *Gignut. de pens. quæst 95. circa fin. & Rebuff. in tract. de Congrua num. 70. inter tract. magn. tom. 15. par. 2. pag. 244. Adden. num. 7. & seqq.* quod decreta Conciliaria, & alia Jura superiùs adducta, intelligenda sunt, quando & officio ab Episcopo, vel alio, ad quem id spectat, assignatur Congrua ei, qui antea illam non habebat, & non per viam actionis, à Parte Intentatæ, quia cùm tunc Episcopus procedat ex officio, & secundùm suam conscientiam ad assignanda alimenta Rectori, ut commodè possit Ecclesiæ deservire, procedit summariè, & de plano, undè nil mirum, si appellatio non sortiatur effectum suspensivum, quando verò assignata est Congrua à Judice, procedendo per viam actionis, & ad Partis petitionem quoad utrumque effectum semper conceditur appellatio, propter præsumptionem, quæ est pro assignatione, antea facta, & quia tunc periculum non est in mora, nec maxima inopia ex parte Rectoris, cùm possit sibi providere ex Congruæ assignatione facta, fatendo tamen *num. 12.* quod si Congrua ab antiquo Rectore assignata per tractum temporis ita facta esset exigua, quod ipse magnam inopiam pateretur, nec posset litem prosequi, quod tunc appellatione pendente per viam provisionis sibi deberet decerni Congrua sufficiens, imò si assignata per Sententiam non esset excessiva, posset Judex appellationi non deferre, concludens tandem totum id Judicis arbitrio esse remittendum.

Attamen ipse nominatim rejicitur *à Salgado, & Fermosino in loco supra alleg.* quibus addo *Cevall. de cognit. per viam violent. part. 2. cap. 162.* Inter quos præcipuè *Salgadus* totus est in evertendis ipsius dictis, tradens *p. d. cap. 2. num. 36.* quod assertio ab ipso tradita, quod in materia assignationis Congruæ sit danda appellatio quoad utrumque effectum, caret omni Juris fundamento, nec *Rebuff. & Gigas*, ab ipso allegati, id probant, sed tantùm loquuntur in casu, in quo agitur de reformanda pensione, ob aliquam Causam, quo casu ipsemet Salgadus fatetur, deferendum esse appellationi per ea, quæ tradidit anteced *num. 21.* non tantùm quando agitur propter augendam Congruam ex antiquo Constitutam, vel illam simpliciter assignandam, quia Episcopus, vel Rector ex aliqua justa Causa dicit, non esse Congruam sufficientem ad ejus commodam sustentationem, & hinc petit pensionis reformationem, vel inde ea evenit causativè, scilicet, & incidenter, quo casu, si Judex Sententiam tulerit, qua auget, vel assignat Congruam, & per consequens minuit pensionem, ab hac Sententia Pensionarius appellans, non erit admittendus, nec ejus appellatio obstabit quin Sententia ipsa executioni mittatur, id latè probans *à num. 23. ad 35.* & sequitur *Hurtad. de Congr. d. lib. 2. resol. 1. §. 1. num. 22. & 23.*

Dicens secundò, quod distinctio, facta ab ipso *Florez Diez de Mena* de congrua petita Jure actionis, vel assignata Officio Judicis, minimè vera est, quando agitur de exigenda congrua exigua, vel illa assignanda, quamvis inde eveniat Pensionis reformatio, cùm tunc licèt agatur Jure actionis, attamen, cùm in supplemento, vel deficientia Judex interponat Officium suum per ea, quæ in materia alimentorum habentur *in l. Cum iis in princ. ff. de Transact.* utique appellationi, maximè in suspensivo nullatenus est deferendum, sicuti DD. tradunt, non esse deferendum in partis alimentorum assignatione juxta cumulatas per ipsum *anteced. cap. 1. nu. 7.* quibus addendi sunt recensiti *per Castill. de Alim. cap. 8. num. 10. Boss. de Alim. obligat. cap. 29. num. 1114. Pegas. resolut. forens. cap. 15. num. 105.* quod minimè dici posset, si illa non Officio Judicis assignata, sed jure actionis dicenda essent petita, Concludens tandem sub *d. num. 36.* quod cùm postmodum idem *Florez Diez de Mena* tradat, in Judicis arbitrio esse relinquendum, manifestè videtur agnoscere suæ assertionis imperfectionem, ex quo etiam ipsum fuisse varium in sua opinione, & esse incostantem ejus resolutionem, ideoque minimè attendendum dicit *Cevall. d. q. 162. circa fin.*

Et propterea, cùm in præsenti casu Episcopus obtinuerit ab A. C. sibi assignari, ac liquidari ex fructibus, redditibus, ac proventibus certis, & incertis Episcopatus Scut. 1000. monetæ juxta valorem illarum partium pro congrua illius sustentatione, & sic Judex processerit ex Officio in illius taxatione, & liquidatione, utique nulla videtur concedenda appellatio suspensiva, quamvis in Sententia fuerit dictum, illa esse præstanda libera, & immunia à quocunque onere etiam Pensionum, & pro illarum consequutione Episcopum ipsis Translatariis esse præferendum, nec ab eis esse molestandum pro ass. pensione in eos respectivè translata, cùm hæc mixtura veniat in consequentiam, & incidenter; Quando autem in Sententiam concurrunt duæ qualitates contrariæ, una permissiva appellationis, alia prohibitiva, & una est alteri accessoria, hæc suæ qualitatis principalis sequitur naturam, ut in his terminis dicit *Salgad. ubi supra d. cap. 2. num. 33.* & generaliter tradunt ipsemet *Salgad. anteced. par. 2. cap. 7. à num. 101. & Ruginell. de Appellat. §. 22. Gloss. 2. cap. 5.*

Idque sine dubio procedit in præsenti ejusdem Sententiæ validitate, & justitia attentis; Validitas siquidem nequit controverti, cùm abundè probetur ex revolutione actorum juxta vulg. *Caputaquen. dec. 260. part. 2.* Justitia verò apertè deducitur ex omnium Sac. Canonum dispositione in quibus præcipitur, ut qui Altari servit, de Altari vivere debeat, nec alligandum sit os bovi trituranti, & ei Vineam Christi bonis operibus fructiferam reddit, sua merces sit tribuenda, illique alimenta concedenda, sive congrua portio sit assignanda, ex qua ipse alii, ejus familia nutriri, & Dignitatis majestas conservari possit, ut habetur *in cap. de Monachis 12. cap. Cum secundum 16. cap. extirpandæ 30. de Præbend. & cap. 1. eodem tit. in 6. ac Innoc. III. Epist. lib. 2. regest. 13. Epist. ult. lib. 3. Regest. 15. Epist. 86. & Epist. 214.* & notant uno ore scribentes, quos latè referunt, & sequuntur *Rebuff. in tract. de Congrua nu. 17. Inter tract. magn. tom. 15. par. 2. pag. 273 Lotther. de Re benef. lib. 2. quæst. 12. nu. 20. & seqq. Velasc. de Privil. pauper. par. 1. quæst. 12. num. 18. & 19. Fermosin. in cap. 3 de Offic. Vicar. quæst. 5. nu 26. & seqq. Pyrbing. in nov. method. Jur. Pontif. lib. 3 tit. 5. sect. 1. §. 5 num. 34. & 35. Mart. Uran. consf. 42. num. 1. 15. & 16. tom. 2. Valenzuel. cons 54 num. 2. & seqq. & per tot. lib. 1. Noal. consf. 94. num. 7. Themund. de Senat Archiep. Ulisiponen. dec. 203. num. 15. lib. 2. Rota coram Mollin dec 84. num. 1 in rec. dec. 449. num 2. & 3 part. 2. & dec. 392. nu. 5. & seqq. part. 13. & dec 342. nu. 2. 19. & 20. part. 14. & dec. 23. num. 1. dec. 351. num. 1. 5. & 11. & dec. 389. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7 8. 14. 15. & 24. part. 18. & dec. 1. num. 4. 6. & seqq. par. 19.*

Ita quod hæc in primis, & ante omnia, ac antequam solvantur pensiones ex fructibus, sit ex redditibus Ecclesiæ deducenda, cùm congrua, quæ Episcopo, vel Rectori debetur, non computetur inter fructus, sed inter impensas necessarias, quæ ab eadem Ecclesia fieri debent, ut proinde Episcopi, & Rectores pro illa consequen-

sequenda Pensionatiis sint præferendi, ut advertunt *Noal. cons.21. num.2. & cons. 61. num.13. Card. de Luca de Pens. disc.18. num.3. VVames. respons. de Jur. Pontif. cons.278. nu.4. & 5. tom.1. Rota coram Ludovis. dec.507. num.5. & in rec. dec.352. num.5. dec.763. num.1. part.2.* & melius *d. dec.23. num.2. dec.351. num. 6. & decis.389. num.17. par.18.* 24 Cùm fructus non dicantur, nisi detractis expensis per *Text. in l. fructuum, & in l. divortio §. Impendia ff. solut. matrim.* & aliis Juribus concordantibus in his terminis expensis per *Rotam in rec.dec.343. nu. 9. par.14. & d. dec.23. num.3. par.18.*

Addito, quod Episcopi, ac Rectores hoc casu agunt de damno vitando, Pensionarii verò de lucro captan- 25 do, in quorum concursu præfertur, qui agit de damno vitando, & in terminis dicit *Gratian. discept. for. cap. 368. num 14.* ex generalitet *Text. in l. Juris ignorantia ff. de Jur. & fact. ignor.* cum aliis citatis in *Tom.5. part. 1. discept.8. num 63.*

Imò tali casu nedum Pensionarii, sed etiam Reservatarii fructuum, Episcopo, vel Rectori præstare teneantur tam actione reali, quia fructus pro congrua semper hypothecati remanent in quemcunque transeant, quàm personali, cùm etiam conditione ex lege de fructibus perceptis congrua debeatur, cujus conditionis vigore personalis contra quemcumque possessorem competit actio, juxta plenè tradita per *Rot. in rec. dec.747. nu.2. part. 3.*

Nec obstare poterit, quod in præsenti sa. me. Alexander VII. reservaverit pensiones exadverso prætensas Consistorialiter, & motu proprio, non apposita clausula, 26 *Dummodò remaneant mille pro Episcopo*, quo casu dispositioni *Sac. Conc. Trid. sess.24. de Ref. cap.13.* In quo statuitur congrua Episcopo debita esse Scut. 1000. & congruam debitam Rectoribus Ecclesiarum Parochialium esse Scut. 100. videtur censeri derogatum, & præcisè advertunt *Barbos. in Collect. ad d. Concil. decret. num.12. vers. Sed in hoc videtur contrarium tenendum, & de Claus. claus.48. num.2. Tondut. de Pens. cap.14. num.32. Ferentill. in addit. ad Buratt. dec. 261. num.14. vers. quando tamen Rota in Ferentina Pensionis 23. Januarii 1602. coram Ottembergo* impress. *apud Marches. de Commiss. par.1. pag.535. & in S. Angeli Pensionis 18. Aprilis 1622. coram Pirovano.*

Maximè cum in Literis reservationis fuerit derogatum Conciliis, tum Synodalibus, tum generalibus, 27 nec non quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, in contrarium facientibus, quæ derogatio, licèt non videretur sufficiens, ad hoc, ut aliis Conciliis generalibus derogatum, esset dicendum, nisi de illis fuisset facta specifica mentio; Attamen satis, superque est ad hoc, ut Concilio Tridentino sit derogatum, tam ex eo quod in eodem *Concil Sess.25. de Reformat. cap.23.* fuit statutum quod in omnibus suis decretis salva semper sit authoritas Sedis Apostolicæ, quam vigore motus proprii *S. Pii V.* de quo *Garz. de Benefic. par. 4. cap.5. num.33. & 34. & Fagnan. in cap. Nulla num.56. de Concess. præben.* quo cautum est, Papam censeri Concilio Tridentino derogasse statim, ac illi contraria decrevit, quamvis derogatorias generales non apposuerit, 28 ut notant *Gonzalez ad regul.8. Cancell. gloss.6. num.120. vers. ad præsertim Marescott. var. resol. lib.1. cap.19. nu. 11. Noal. cons.93. num 9. Massobr. in prax. haben concurs. requisit.17. dub.4. num.8. Ricciull. de Jure personarum lib. 8. cap.4. num.7. Corrad. in Prax. dispensat. Apost. lib.4. cap.2. num.46. Gratian. discept. forens. cap 940. num.15. & 16. Ferentill. in addit. ad Buratt. d. decis.261. num. 15. vers. Censetur tamen Rot. in recent. decis.687. nu.24. part. 2.*

Quia non per hoc censetur Papam voluisse derogare congruæ, Episcopo pro substentatione dignitatis illi ex 29 Juris communis dispositione debitæ, cùm ad hoc, ut illi derogatum dicatur specialis, explicita, & individua derogatio derogatur, nec sufficiat generalis, quia non est verisimile, quod Papa tollere voluerunt legem scriptam, & Jus commune, ut in fortioribus terminis Pensionis, reservatæ cum clausula: *Etiamsi mille Scuta similia pro Episcopo juxta formam Concilii Tridentini non remaneant*, individualiter firmat *Rota in recent. d. decis. 342. sub num.3. vers. Non obstat, & num.4. 5. & 6. par. 14.* ubi ulterius sub *num.19. vers. Neque relevat* dicit, id procedere, etiamsi in Literis reservationis pensionis fuerit dictum, illam esse præferendam congruæ, & 30 quod prior, atque potior, & primo loco solvi debeat, accedentibus omnibus, & singulis libertatibus Immunitatibus cum quibus reservari possit, cùm per hæc verba Papam solùm censeatur, voluisse pensionem esse priorem, & potiorem omnibus oneribus realibus, quæ sunt Decimæ Papales, subsidia, & similia, quibus alio- 31 quin pensionarius de Jure communi pro rata contribuere teneretur ad plenè tradita per *Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract.2. cap.18. num.7. Valenzuel. cons.127. num.28. nu. 2. & Rota in rec. decis.640. part.3.* ubi *num.5.* rationem adducit, quia congrua, à Concilio taxata, debet esse immunis, & libera ab omnibus oneribus, quod etiam dicunt *Spad. cons.170. num.13. tom.2. Rota in recent. dec. 400. num.18. par.18.* vel quidem esse priorem, & potiorem, si congrua peteretur in Scut. 1000. monetæ Romanæ, non autem quod sit præferenda congruæ de Jure communi debitæ, & per Judicem taxandæ, sive taxatæ, quæ in Papam nunquam censetur sublata, ut prosequitur *Rota d. decis.342. num.20. part.14.*

Prout nec obstare poterit consensus, & obligatio facta per Episcopum de solvendis pensionibus, de quibus agitur, ita quod non videatur posse contra ea reclama- 32 re ad tradita per *Valenzuel. cons.127. sub num.8. vers. Ulterius, & num 9. cum seqq. tom.2.* Juncta regula, quod acceptans beneficium tenuis redditus, aut similibus oneribus obnoxium, sibi imputare debeat, nec proinde possit petere congruæ augmentum ad tradita *per Gloss. in Cap. Quanto verb. Indulgemus de Censibus, Rebuff. de Congr. quæst.12. num.91. Spad. cons.140. num.1. tom.2. Gabriel. Martinez. inter Barbosæ Vota decisiva il Voto 108. num.11. Rot. coram Ludovis. decis.459. num.4. & dec.431. num.11. & coram Coccin. decis.5. num 2. & in recent. decis. 7. nu.3. & dec.239. nu.1. par.1. & decis.374. nu.14 par.18.*

Siquidem talis obligatio, & consensus non potest operari ultra consensum Papæ, qui sicuti non censetur derogare voluisse congruæ Episcopo, & aliis Beneficiatis, pro sui alimonia, & familiæ substentatione, ac di- 33 gnitatis conservatione, ex Sacrorum Canonum præscripto debitæ, etiamsi derogatorias generales apposuerit in pensionum reservationibus, ut diximus; Ita, nec etiam per consensum, & obligationem præstitis per Episcopos, & alios Beneficiatos eas solvendi, illi excludi à consequutione congruæ possunt, ut præcisè firmat *Rot. in rec. d. dec.342. nu.7 & 8 par.14* & *d. dec.23 n.14. par.18.*

Et stringens ratio est, quia hujusmodi Congruæ est privilegium Ordinis elargitum à Jure, ne Episcopi, aut Rectores in opprobrium dignitatis mendicare, aut curam 34 commissi Gregis deserere cogantur, proindè nec tacitè, nec expressè illi renunciare possunt, ut punctualiter observant *Caldevin. cons.1 de vit. & honest. Cler. circa med. vers. Non obstat si dicatur Gallerat. de Renunciat. Centur.1. renunc.7. vers. Sed, & Presbyter* egregiè *Zipæus Respons. de Jur Canonic. lib.3. respons.2. nu.1. circa finem, & Noal. cons. 61. nu.14 & cons 94. sub num.6. vers. in tantum.* Ubi dicit hoc esse verum, etiamsi fuisset renunciatum cum Juramento ex *Bald. in l. Pactum nu.17. Cod. de collation.* Ex quo etiam limitatur regula supra tradita, quod acceptans beneficium tenue, vel similibus oneribus obnoxium, sibi imputare debet, quando prout in nostro casu non agitur tantùm de præjudicio personæ acceptantis, sed totius Ordinis, & Ecclesia est ita depauperata, ut redditus non sufficiant pro necessaria substentatione Dignitatis, 35 cùm hoc casu illi succurrendum sit, saltem per viam restitutionis in integrum pro assignatione Congruæ, quia voluntaria acceptatio non sit trahenda ad necessitatem, ut notant *Rebuff. de Congrua d. qu 12. nu 92. Garz. de Benefic. par.5 cap.3. nu.148 post med. Hurtad. de Congrua lib.2. resol. 5. §.1. nu.6 & 7. Lotterius de Re benefic. lib.2. qu.12. num.27. Nicol lucubrat. var. tom.2. lib.3. tit.29. sub nu.1. vers. Si verò constet Velasc. de Privil. Paup. par.1. qu.12. nu 21. Tondut. quæst. & resolut. benefic. par.1. cap.38. nu 7. Themud. dec. Senat. Archiepiscop. Ulyssiponen. dec.227. n.28. par.2. Beltramin. in addit. ad Ludovis. dec.459. num 8. Rot. coram Coccin. decis. 734. nu.8 dec 2046. num.6. & cor. Dunozet. Jun. dec.631. nu. 5. & in recent. dec.420. nu.4. & 5. par.1. & dec.449. nu.5. par. 2. & dec.228. sub nu.8. par 6. & dec.48 nu.5. & 6. & dec.392. nu.16. & 17. par.13. & dec.351. n.10. & seqq. & dec.389. n. 22. & seqq. par.18. & dec.1. nu.13. & 14. par.19.*

Minus

Minus obstare poterit quasi possessio à Pensionariis
prætensa exigendi pensiones, quia cùm ex dilatione ip-
sius Congruæ imminere possit periculum vitæ, & irre-
36 parabilis præjudicii, cùm venter non patiatur dilatio-
nem expectandi finem possessorii manutentionis, nulla
est habenda ratio quasi possessionis prædictæ, cùm cau-
sa ista Congruæ præferatur cuicumque altero Judicio,
quod suspendit, & cessare facit, ut, relictis generali-
bus, punctualiter probat *Noal. d. cons. 94. num. primo &
seqq.* ubi inter cætera ad hoc expendit optimum *Text. in
cap. extirpanda §. Cum igitur de Præben.* Dicens quod
cum in eo dicatur, Congruam præstandam esse Cleri-
cis, non obstante quacumque consuetudine contraria,
utique etiam inibi supponitur, illam deberi etiam qua-
cumque possessione non obstante, quia possessio inest
37 consuetudini, maximè *cùm d. §. Cum igitur* intelliga-
tur de consuetudine præscripta tanquàm Juri contraria,
quæ præscriptio non potest esse sine possessione; Unde
nedum consuetudine, sed nec etiam Statuto hanc Con-
gruam tolli posse, concludunt in specie *Boich. in cap. expo-
suisti in fin. de Præben.* & ibidem *Zabarell. in 3. notabil.
Rebuff. de Congrua num. 104. Gratian. discept. forens. cap.
366. num. 16.*

Nec dicatur, quod hæc omnia procedant in Congrua
alimentaria, non verò in Congrua Conciliari, prout
videtur esse illa, quæ ad præsens fuit per Judicem decreta,
38 tum quia fuit taxata in ducatis mille, juxta taxatio-
nem ejusdem Sacri Concilii, tum quia eadem Sententia
habet relationem ad ipsum Concilium.

Nam ultra quod ad hunc effectum nulla, aut parva
existit differentia inter utramque, cùm nihil aliud sit
Congrua, à Concilio decreta, quàm alimenta, certo
39 modo taxata, nec proindè differant ad Summum, nisi
tanquam genus, & species, ad tradita *per Salgad. de Reg.
Protect. part. 3. cap. 2. sub num.* 22. longè post hæc scripta
animadvertit noster *Episcopus Rosa in tract. de rect. Di-
stribut. reddit. Ecclesiast. cap. 1. n. 113. & seqq.*

Objectum duplici responsione evitatur, & primo ex
ipso facto, cùm Judex in Sententia non solùm ad Con-
cilium se retulerit, sed etiam ad Juris communis dispo-
40 sitionem, & quidem primario, ut satis clarè patet ex
ipsius sententiæ verbis ibi, *juxta dispositionem Sacrorum
Canonum, & Sac. Concil. Trid.* Et taxaverit hanc Con-
gruam in ducatis 1000. non habito respectu ad Concilii
dispositionem, sed quia ex Testibus, pro Episcopo pro-
ductis, hujusmodi summa fuit pro illius substentatione
& oneribus Ecclesiæ necessaria probata, ut constat ex
Processu, & fassi sunt ipsimet Pensionarii in commissio-
ne appellationis interpositæ ibi. *Quia Judex &c. devenit
ad Sententiam diffinitivam, in qua assignavit, & liquida-
vit in Ducatis mille &c.* quod benefacere potuit, quia cùm
non reperiatur Jure cautum quanta esse debeat Congruæ
portio, ut advertunt DD. cumulati *per Francesc. de Ec-
cles. Cathedral. cap. 14. num 145. Rot. in rec. decis. 281. num. 1.
part. 19.* à Judicantis arbitrio pendere solet, ad tradita
per *Rebuff. de Congrua portion. num. 80. Molin. de Just. & Jur.
tract. 2. disput. 145. vers. his ita constitutis Lud. Bellum cons.
86. num. 1. Rotam coram Ubald. decis. 87. num. 6. par. prima,
& in rec. dec. 595. num. 3. par. 4. tom. 1. & decis. 246. num. 11.
p. 8. decis. 1. nu. 5. & decis. 112. num. 6. par. 19.* Sed utique se-
cundùm Canones regulatur, ut advertit *Zippeus respons.
de Jur. Canonic. lib. 3. resp. 2. sub num. 10. circa med.* hoc est,
ut ipse prosequitur, ut secundùm conscientiam modera-
tionem portionis ipsius debitæ faciant, nec odio, vel fa-
vore, vel aliàs in pluri, vel minori circa illam scienter
41 excedant, quemadmodum decrevit *Clemens V. in Con-
cil. Viennen. relato in Clem. 1. de Jurepatr.*

Qui quidem Judex in suo arbitrio interponendo, ut
juxta, & secundùm Canones sit dicenda taxatio, &
assignatio Congruæ ab ipso facta, vel facienda, debet,
ita eam decernere, ut sit satis tam pro Personæ, &
suorum Indigentiis substinendis, quàm Ecclesiæ oneri-
42 bus supportandis, ac Dignitatis decorem, & majesta-
tem conservandam, habito potissimùm respectu ad con-
ditionem Personæ Ecclesiæ, situm Regionis, consuetu-
dinem, & Ecclesiæ facultates, ut post *Hostien. in Summ.
tit. de Præb. §. 3 & antiquiores alios*, plenè tradunt *Fran-
cesc. de Eccles. Cathedral. cap. 14. à num. 145. Royas de incom-
patibilitat. par. 7. cap. 3. num. 6. & 7. Mortin. Uran. cons. 42. n.
2. & seqq. Valenzuel. cons. 34. a num. 39. usque ad finem, pri-
mo, Tondut. quæst. & resol. benefic. par. 1. quæst. 58. num. 13.
& 14. Bard. Select. quæst. ex Theolog. Moral. lib. 3. quæst. 10.
sect. 6. Schonard. cons. 17. num. 5. & seqq. lib. 1. Rota coram Du-
nozett Jun. dec. 310. num. 11. & in recent. decis. 23. num. 10. &
seqq. par. 18. & decis. 1. num 4. & decis. 206. n. 12. par. 19.* Et
potissimùm ad assignanda Congrua Episcopis respicien-
43 dum, ut Dignitas non vilescat, sed majestate, & splen-
dore conservetur, plenè longè post hæc scripta tradit
noster Episcopus *Rosa d. tract. de rect. distribut. reddit Ec-
clesiast. cap. 1. num. 117. & seqq.* ut proinde de Dote Epi-
scoporum, semper Ecclesiam, & Romanos Pontifices
fuisse non mediocriter sollicitos, ne ad sordidas artes,
ad fœdam Principem, & magnatum adulationem, con-
44 silio eluctandæ, ac amoliendæ paupertatis, adduceren-
tur, dicit, & probat *Nicol. le Maistre de Bon Eccles. lib.
2. cap. 14. per tot* & signanter *vers. ex quibus patet pag 287.
vers. Ad rem.*

Animadvertendo, quòd licèt à Sacro Concilio Tri-
dentino fuerit pro regula traditum, Congruam Episco-
pi esse debere Scutorum mille, & Congruam Rectoris,
seu Vicarii Ecclesiæ Parochialis esse debere Sc. 100. At-
tamen id non fuit mihi sancitum per modum regulæ cer-
45 tæ, & invariabilis, sed quia similis portio frequentiùs
visa fuit pro illorum, & dignitatis substentatione suffi-
ciens, ut proindè si majori portione indigeant illa secun-
dùm indigentiam sit præstanda, ut latè differit *Card. de
Luc. de Pensionibus disc. 16. num 4.* & notant *Fermosin. in
cap. 3. de officio Vicarii quæst. 5. num. 34. & 35. Pammoll. dec.
for. Eccles. in annot. 2. ad dec. 15. num. 9. & 10. Coccin. annot.
decisiv. 240. & coram Dunozet jun. decis. 361. num. 6. & in
recent. decis. 1. num. 8. & decis. 112. par. 19.* Unde eadem
46 Rot. aliquando assignavit Congruam Rectori in Ducatis
450. quamvis à Concilio fuisset decreta in solis Sc. 100.
ut in recent. decis. 420. sub num. 10. par. 1. Et quidem non
minorem Congruam quàm Ducatorum 1000. requiri pro
necessaria Episcopi alimentari substentatione, latè pro-
bat, & demonstrat *Rosa ubi supra d. cap. primo num. 41.
& num. 116. cum seqq.*

Secundò evitatur objectum, quia dato, quod Judex
in præsenti devenerit ad assignationem, de qua agitur,
vigore dispositionis Conciliaris, adhuc tamen ritè, &
rectè fecisset, cùm in literis reservationis harum pensio-
num Summum Pontificem, nec expressè, cùm id non
dixerit, nec tacitè vigore derogatoriarum generalium,
possit dici Sac. Concilio decreta derogasse, sed imò ta-
47 citè illius dispositionem præservasse, & juxta illud re-
servandam esse Congruam, Episcopo voluisse, animad-
vertendo, quod ex processu Consistoriali resultabat,
redditus Ecclesiæ esse tales, quod reservatis pensionibus,
adhuc remanebat pro Episcopo portio Congrua pro illius
48 substentatione uniformis Concilio; Quo stante, nun-
quàm censetur, Papam voluisse Concilio derogare, sed
potiùs se cum illo conformare, & in reservandis Pen-
sionibus fuisse deceptum, ex expressione valoris, seu
redditum, à Testibus in Processu deductis; Quic-
quid aliter esset dicendum. Si ex Processu præfato re-
sultasset, quod valor, seu redditus non ascenderet ad
Summam, à Concilio decretam, & adhuc Papa reser-
vasset Pensiones, vel quidem in literis reservationis
addidisset Ecclesiam *etiamsi non remaneant mille pro Epi-
scopo, vel centum pro Rectore*, ut egregiè distinguit *Rota
in Campanien pensionis 22. Junii 1609. coram Justo*, im-
pressa *apud Marchesan. de commiss. par. 1. pag. 547. num. 4.*
præsertim circa finem, quæ in hac materia est celebris,
49 & magistralis, & latè etiam ex ea advertunt *Fagnan. in
cap. Ad hoc primo à num. 23. de solution. & Capon. discept.
forens. 109. à num. 61.* & signanter *num 67 tom. 2.* & facit
Rot. in rec. decis. 342. sub num. 19 vers. Quæ Summa. Dupli-
citer enim potest per Papam fieri Congruæ reservatio,
expressè nimirum cùm expressè eam determinet per
clausulam. *Dummodò remaneant tot pro Titulari*, & ta-
citè cum illa consequitur, & supposita quantitate fru-
ctuum, & determinata quantitate pensionis, ut quia
quis illi narret fructus ascendere ad Ducatos tot, vel si-
50 bi innotescat vigore probationum factarum super valo-
re, & redditibus, cùm tunc sive Papa reservet. Pen-
sionem cum clausula. *Dummodò non excedat medietatem*,
vel sine, utique necessariò consequitur, determinasse
51 Congruam Episcopo in mille, vel Rectori in centum,
vi relationis, factæ ad quantitatem determinatam juxta
ani-

animadversa per *Lotter. de Re benef. lib. 1. quæst. 41. n. 26. & 27.* quam laudat, *Cammar. respons. decisiv. 10. n. 8. to. 1.*

52 Ut proinde, cùm in præsenti Papa reservaverit pensiones cum supposito valore, & redditu Ecclesiæ, in Processu narrato, prorsus dicendum sit racitè Congruam Conciliarem præservasse, & ideò rectè Judicem secundùm illius dispositionem eamdem, assignasse, quatenus ad illud solum respexisset, cùm tamen cōstet potissimùm disposit ioni Juris communis innixam fuisse. Imò, & cum hoc supposito Episcopum se obligasse ad solutionem pensionum, & consensisse earumdem reservationi est dicendum, ita quod oltra illud obligatio non sit extendenda etiamsi fuerit Juramento vallata, cùm Juramentum re-

53 gulerur secundùm naturam principalis obligationis, & sic cùm reservatio pensionum fuerit facta cum supposito, quod remaneat Congrua portio pro Episcopo, eadem ratione obligatio, & Juramentum censeri debent præstita cum eodem supposito ad tradita *per Tondut. de Pens. cap. 14. num. a 5. Cammarat. d. respons. decisiv. 10. num. 23. & seqq. & num. 26. tom. 1.*

Ex præfato autem Processu Consistoriali, minimè inferri potest ad præsens, quod frustra hodie petatur per

54 Episcopum Congruæ assignatio, dum ex illo constat Ecclesiam non esse incapacem pensionum reservatarum; Quia licèt ille fuerit satis ad informandum Papam ad hoc, ut ex ea informatione possit dici reservata Congrua in quantitate, quæ soperat pensionibus reservatis, attamen nulla inde probatio deduci potest, quæ sit satis ad probandum verum valorem, cùm Testes in istis Processibus Consistorialibus, ut plurimum deponant de forma, & nullam Scientiæ causam habentes, ut be-

55 nè firmatur *per Rot. in d. Campanien. Pensionis cor. Justo* in loco citato, ac ex ea tradunt *Card. de Luca de Pensionibus disc. 18. num. 6. Rot. in recent. decis. 342. num. 11. part. 14.* & sic cùm hodie per Testes pro parte Episcopi formiter examinatos cum Interrogatoriis Partis adversæ concludenter sit probatum, fructus Episcopatus, de quo agitur, non ascendere ad ducatos 600. Eorum depo-

56 sitio aliis supra enunciatis sit præferenda, quamvis negativam non coarctent, cùm tamen eam coarctare sit dicendum, dum deponant de facto proprio, adducendo optimas Scientiæ rationes, ut in his terminis benè prosequitur *Rot. d. decis. 342. num. 13. & 14. par. 14. & dec. 389. num. 9. part. 18.* cum aliis generaliter deductis *in tom. 3. par. 1. discept 1. §. 10. num. 9. & §. 18. num. 2.*

Maximè cùm non agatur ad effectum nullitatis Pensionum, sed pro consequenda Congrua, quo caso leviores probationes sufficiunt *Rot. coram Cæsar. de Graff. decis. 7. num. 19. de Præbend. & in recent. decis. 330. num. 1. part. 1. & decis. 139. num. 8. p. 5. & decis. 23. num. 9. & dict. dec. 389. n. 12. p. 18.*

Propterea animadvertendum, quod postquam fuerat provisus noster Episcopus de ista Ecclesia, grassaverat

57 aliis partibus magnum illud Pestis Contagium, ex quo valdè depauperati, & diminuti remanserunt omnes redditus, tam Ecclesiastici, quàm Sæculares, ut cuique notum, & ideò cum supervenerit necessitas, quæ priùs non aderat, nullum argumentum deduci debet ab uno temporead aliud, sed juxta temporum necessitatem Congrua est supplenda ad tradita *per Valasc. de Privileg. Paup. par. 1. quæst. 12. num. 24. Sthenan. cons. 17. num. 13. lib.*

58 *1.* etiamsi inde pensionum diminutio, vel cessatio eveniat, ut specificè probat *Gasp. Manzius in Dissertat. super eo an defectus fructuum, & redditum præstet Debitor. dilation. vel liberat quæst. 6. num. 28 & seqq.*

Præcipuè quia agatur de Congrua pro alimentis præstanda, quæ secundùm temporum varietatem sunt decernenda ad benè tradita per *Tondut. de Pens. cap. 58. num. 22. & seqq.* ubi *num. 23.* dicit, id procedere etiam-

59 si consensus præstitus fuerit, qui debet intelligi, rebus in eodem Statu permanentibus, & *num 24.* afferit, id procedere, sive similia alimenta Jure actionis debeantur, sive Judicis Officio, & conferunt etiam tradita per *Merend. controv. Jur. lib. 23. cap. 23. num. 40. & Bess. de alim. cap. 19. §. 5. num. 112.*

Cæterùm ad effectum, de quo agitur, cessat omnis difficultas, quia aut taxatio Congruæ, facta in præsenti dijudicatur justa, & hoc casu nulla est admittenda appellatio saltem suspensiva, per ea, quæ superiùs deduximus; Aut creditur excessiva, & cùm agatur de Congrua, decreta pro alimentis, & accessaria substentatione Personæ, & decore Dignitatis, & hoc casu saltem per modum provisionis aliqua summa est decer-

60 nenda, prout pietati Judicantium videbitur opportunum, ne interim Episcopus, contra omnes Juris, & æquitatis rationes, omni alimonia privetur, & ut faciendum consoluit ipse *Florez. Diez de Mena*, quamvis appellationis concedendæ in hac materia acerrimus pro-

61 pugnator *d. var. quæst. lib. 1. quæst. 14. num. 12.* ut retulimus supra & tradunt *Salgad. de Reg. Protect. par. 3. d. lib. 2. cap. 2. n 6. & Scaccia de appell. quæst. 17. limit. 7. n. 7.*

Eoque magis, cùm satis superque justificatum remaneat Episcopum non habere aliunde unde vivere possit, cùm tamen etiamsi pingue Patrimonium haberet, illi ex Ecclesiæ redditibus esset præstanda Congrua substentatio, ex qua personam suam, & Ecclesiæ, ac dignitatem decorem sustentare possit, quia licèt controversa sit inter DD. quæstio, an ille, qui habet sufficientes

62 redditus patrimoniales, possit ex Ecclesiæ redditibus Congruam substentationem deducere, illis reservatis, ita ut per hujus Congruæ deductionem remaneat prorsus sublata, vel saltem diminuta obligatio, quam habent Beneficiati convertendi saltem certam partem eorumdem Ecclesiasticorum redditu um in pauperibus alendis,

63 & aliis piis operibus explendis, in qua quæstione negativam tradunt ex Canonistis *Dec. in cap. Episcopus num. 6. de Præbend. & ex Theologis Carthusian. in opuscul. de vit. Canonicor. art. 24. Adrian. in 4. lib. Sentent. tit. de restitut. quæst. 32.* ex eo quia fructus beneficiorum Ecclesiasticorum dantur Beneficiatis, quatenus sint necessarii, ut ex iis alantur, & proindè si habent sufficientia bona patrimonialia ad se alendum, debent illos ad pios

64 usus convertere, ex Sententia SS. Hieronymi, Prospe-ri, & Augustini, de quibus *in Canon. Clericor. in Can. Pastor. in Can si quis Caus. 61. quæst. 2. in Can. Si privatim Caus. 12. quæst. in Can. fin. Caus. 15. quæst. 1.* quam Sententiam in terminis, de quibus agitur, expendunt *Card. de Luca de Pensionibus disc. 16. num. 8. & Rota in recent. dec. 342. num. 21. par. 14.*

65 Attamen magis communiter recepta est Sententia contraria, quod nempè adhuc bonis patrimonialibus existentibus, Beneficiati Congruam substentationem è fructibus Beneficiorum educere possint, cùm fructus Beneficiorum dentur tanquam merces illorum obsequiorum Ecclesiasticorum, & ideò rationi consentaneum est, ut qui Altari servit de Altari vivere debeat, & per accidens sit, quod Beneficiatus habeat aliunde unde vivat, qui proinde non debet esse deterioris conditionis in hoc, quàm sit alius Beneficiatus non habens Bona

66 patrimonialia, nam opera illa, quæ præstantur in Dei Cultum, & in utilitatem Populorum ex se sine respectu ad id, quod aliunde possideat, vel non possideat Beneficiatus, sunt digna propria mercede, ergo etiam etsi Beneficiatus aliundè sit dives, non est privandus stipendiis, quæ illi debentur ob exercitium Ecclesiasti-

67 corum ministeriorum, & ob laborem, quem ponit in dirigendis Fidelibus, ut ex *S. Thoma, Cajetano, Soto*, & aliis, latè tradunt *Suarez de religion. tom. 3. tract. 3. lib. 4. de Simon. cap. 46. num. 7. Sanchez consil. Moral lib. 2. cap. 2. dub 44. num. 5.* ubi pro hac opinione triginta quatuor citat, & sequitur classicos Doctores, *Azor. Instit. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 3. quæst. 13. Castropal. Oper. Moral. tract. 6. de Charitat. disput. 2. punct. 5. num. 12. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 17. num. 26. & seqq. de Lug. de Just. & Jur. tom. 1. disput. 4. sect. 3. num. 36 & sect. 4. num. 61. & 62. Bard. Select. quæst. ex Theolog. Moral. lib. 3. quæst. 15. sect. 9. num. 2. & seqq. Theoph. Raynaud. de mal. & Bonis Eccles. sect. 2. cap. 5. num. 5. & sect. 3. cap. 2. num. 12. oper. tom. 12. pag. 151. & pag. 192. Fagnan. in cap. Si quis sanè à num. 6. ad 17. de Pecul. Cleric.*

68 *Mostaz. de Caus. piis lib. 6. cap. 4. num. 34 & seqq* Qui omnes demonstrant, dicta SS. Patrum de quibus supra, non loqui per modum præcepti, sed per modum Consilii, & quamvis aliquo modo utantur verbis, culpam significantibus, illis tamen utuntur, non quia id damnent uti vitiosum, sed uti minus perfectum, & quia in tali casu facilè committi potest culpa, ut si consumantur patrimoniales redditus in operibus profanis, & culpabilibus ac ex Ecclesiasticis redditibus substentari, illisque magis ad congregandas divitias, quàm ad subvenien-

69 dum Pauperibus utantur, unde ad præsentem Congruam Epi-

Episcopo esse præstandam, quamvis abundet bonis patrimonialibus, ut nemo propriis stipendiis militare cogatur, & cùm Episcopus militet sub vexillis Christi, Juri consonum esse Congruam illi ex Ecclesiæ redditibus deberi, dixit *Rota in recent. decis. 489. num. 14. part. 19. & innuit Passerinus in cap. 1. num. 12. de Præben. in 6.* ac post hæc scripta probat *noster Episcopus Rota de tract. de Rect. distribut. reddit. Ecclesiasticorum cap. 1. num. 126. & seqq. & capitulo secundo sub n. 98. cum seqq.*

Quod autem verùm sit, ut Episcopus, sive Rector, aut quivis alius Beneficiarius, nullatenùs hoc casu in suam congruam teneatur imputare emolumenta, aut redditus quos percipit ab extra probant alterius *Rebuff. de congruâ portion. quæst. 11. num. 85. Perez. de Lara de* 70 *Anniverf. & Cappellan. libro secundo capitulo primo numer 36. Petrus Barbos. in l. Divort. §. quod in anno numero septimo ff. solut. matrim. Tondut. quæst. & resolut. beneficial parte prima capit. 58. numero secundo Rota coram Mantic. decis. 269. num. 5. & inter divers. decis. 5. n. 8. p. 2.* & in terminis deducendæ congruæ adversus reservatarium pensionis *Rota coram Buratt. dec. 354. nu. 6. 7. & 8. & coram Cerr. dec. 18. n. 1.*

Ita tamen hæc omnia intelligendo, ut procedant quando Episcopus, Rector, aut Beneficiatus non se 71 obligarunt solvere de proprio, ut inquit *Rot. in recent. decis. 23. num. 4. part. 18.* non autem quando obligarunt se, ac sua hæredum, & successorum suorum bona quæcumque mobilia, & immobilia præsentia, & futura, ubicumque posita, & existentia in amplissima forma Rev. Cam. Apost. quia tunc si Episcopus Rector, aut Beneficiatus habeat, unde vivat de bonis suis, videntur obligati sua voluntate, suo juramento, saltem de illis solvere pensiones, ut tradunt *Card. de Luca de* 72 *Pens. d. disc. 17. num 7. & Rota in recent. d. decis. 342. nu. 81. part. 14.* licèt id non esse sine controversia dicat *Rosa ubi suprà d. capitulo primo n. 128.* Illud in tamen S. Ministris Ecclesiæ, & ejus Senatorum Judicio relinquens determinandum.

Quamvis autem in santentia fuerit dictum, congruam ducatorum mille deducendam esse ex fructibus, redditibus, & proventibus tam certis, quàm incertis 73 adhuc in illam imputari non debent obventiones, & emolumenta omninò incerta, ratione principii, & quantitatis, aut ratione aventus, ut quia dependeant ab imperscrutabili Divinæ dispositionis judicio, vel à mera voluntate fidelium; Quia cùm congrua sit merè necessaria, & pro alimentis, ac honesta sustentatione Episcopi, vel Rectoris destinata, 74 dependere non potest ab incertitudine, & contingibilitate fructuum *Rebuff. de Congr. post num. 83. & seqq. Barbos. de Jur. Ecclef. lib. 3. cap. 6. num. 44. Campanil. divers. Jur. Can. rubr. 6. capit. 6. num. 119. Velasc. de Privil. paup. parte prima, capitulo duodecimo, numero vigesimo primo. Rosa ubi supra dicto capitulo primo, numer. 112. Pauhnoll. decis. 33. num. 51. Rota coram Mantic. decis. 269. numero sexto, & coram Comitol. decis. 101. numero tertio, & coram Coccin. decis. 734. numero nono, & undecimo cum aliis plenè deductis in Romana Pens. 12. Junii 1682. §. Tum quia, & 13. Decembris sub §. Quæ tamen limitatio coram Rondinino*, sed solùm ea incerta, quæ sunt talia ratione fructuum, ut sunt Decimæ & similia de stylo, & consuetudine Regionis, aut mediantibus locationibus, & arrendamentis solent, & possunt ad certitudinem reduci, & non alia, ut precisè in terminis Congruæ assignatæ super fructibus certis, & incertis declarat *Rota coram Bich. decis. 255. numero decimo sexto, & in dicta Romana Pensionis 12. Junii 1682. coram eodem §. Tum quia in fin. coram Rondinino.*

Idque non sine congrua ratione, quia cùm paria sint, certum quid esse per se, vel per relationem ad aliud, utique ea incerta quæ per locationes, arrendamenta, & similia possunt ad certitudinem reduci pro certis. Possunt ad effectum, de quo agitur, dijudicari, & in congruam imputari. Alia verò incerta, quæ ad certitudinem, neque physicam, nec moralem reduci possint, cùm venter non debeat pendere ab incerto, nunquam in congruam imputari debent, juxta distinctionem, traditam per *Anchavan. in Clement. unic. num. 42. vers. Sed adverte de Concess. Præbend. Felin. in capit. Ad aures, numer. 14. de Rescript. Rebuff. ubi suprà num. 86. & 87. Moneta de distribut. quotid. parte prima, quæstione quarta, sub numero septimo, Salgad. de Reg. Protect. parte quarta, capitulo octavo, num. 80. & 81. Ludov. Bellam. cons. 86. num. 6. & cons. 153. num. 3. Rota coram Cesare de Crass. decis. 6. num. 12. de Præbend. & dignit. Inter divers. decis. 5. nu. 6. part. 2. & cor. Coccin. dec. 2046. n. 3. & 4. repetita in rec. dec. 230. p. 6. & cor. Bur. dec. 418. n. 5. & cor. Pamph. dec. 4. num. 7. & coram Bich. decis. 255. num. 13. & seqq. cum aliis latè cumulatis per Pauhnoll. decis. annot. 2. ad decis. 15. numero quinto, & seqq. & per Rot. in dicta Romana Pensionis 12. Junii, & 2. Decembris 1682. coram Rondinino, & 5. Maii 1683. coram Caccia.* 78

Animadvertendo tamen, quod licèt hæc sint vera in terminis deducendæ Congruæ, non tamen procedunt in constituendo valore beneficii, ad effectum deducendi 80 pensionem reservatam Papæ super fructibus certis, & incertis, quia tunc cùm in litteris Apostolicis, quæ extenduntur à doctissimis, & peritissimis officialibus nullum verbum inane esse, aut effectu vacare soleat, omnia, & quæcumque, & quomodolibet incerta computari debent, ut recedendo quoad hoc à prioribus decisionibus coram Rondinino editis plenè firmavit Ro- 81 ta in dicta Romana pensionis coram Caccia, confirmando id quod antea in eadem causa firmaverat *in recent. decis. 233. num. 6. part. 19. ex Garz. de Benefic. parte prima cap. quinto num. 375. & seqq. Lotter. de re benefic. lib. primo cap 39. num. 37. Hieronym. Palma alleg. 35. numer. 18. tomo primo Rota in recent. decis. 350. numero primo, & quinto, parte prima, decis. 130. num. 8. part. 18. & dec. 33. num. 5. & seqq. par. 19.*

Causa hæc anno 1692. fuit per concordiam terminata.

DISCEPTATIO XLIII

Hispalen. Jurisdictionis

PRO

Archiepiscopo Hispalen.

CUM

Canonicis ejusdem Metropolitanæ

ARGUMENTUM.

Judex Delegatus à Summo Pontifice ad cognoscenda, & punienda delicta Capitularium, quando procedere debeat cum, vel sine Adjunctis.

REmissa per Ven. Dei servum Innocent. XI. huic Sacræ Congregationi pro voto controversia inter Archiepiscopum Hispalen. & Capitulum ejusdem Civitatis, circa Adjunctos, dandos Judici, delegando per Summ. Pont. Votum videtur dandum, ut infra, Adjunctos scilicet non esse dandos Judici delegando.

Agitur siquidem de punitione delicti, commissi à toto Capitulo, nec non de causa respiciente interesse pariter totius Capituli, quo casu absolutum est in jure Episcopum, & multomagis Judicem, in ejus locum delegandum, posse procedere sine Adjunctis, ut aliis adductis observant *Grat. disc. for. cap. 892. n. 24. Lotter de Re benef. lib. 1. q. 25. n. 62. Sar. de Jur. Adjunctor. q. 5. nu. 11. & q. 6. per tot. Marcb. in Praxi Vic. Cap. p. 3. tit. 35. n. 7. Vers. Et tunc nec minus, Barbos. ad Concil. sess. 25. c. 6. de Reform. n. 21. & in Sum. Apost. dec. collect. 294. nu. 2. & de Canon. cap. 28. n. 23. & Rota coram Seraph. d. 1050. num. 5.*

Ratio est evidens quia in istis circumstantiis Adjuncti essent Judices, & Partes, quod ex adductis *in tom. 4. parte secunda discept. 26. numer. 29.* omnibus juribus apertè repugnat; Si enim Canonicus in causa Concanonici potest recusari, & suspectus allegari, ut probat *Scialoj. de For. Compet. capitulo nono, numero centesimo quarto*, quanto magis potest dici suspectus in causa propria, & in qua non agitur solum de interesse seu restitutione

librorum, sed etiam de punitione delictorum quorum respectu essent Judices in causa propria contra *Tex. in leg. unica Cod. ne quis in sua caus.* quæ in his terminis sequitur *Gratian. discept. for. capit.* 892. *numero vigesimo quarto*.

Ex hoc sequitur etiam quod delegatio cum Adjunctis in hoc casu importaret indubitatam impunitionem hujus delicti; quia si Episcopus delegandus erit in voto pro punitione Canonicorum, & Adjuncti pro absolutione, erit eligendus alter de gremio ejusdem Capituli ad forma Concilii, qui eodem pariter modo erit intentus impunitioni proprii delicti; Unde delegatio cum Adjunctis importaret potiùs commissionem Parti, seipsam absolvendi ab hac pœna, quam destinationem Judicis ad effectum puniendi eadem delicta, ut patet ad sensum.

Quæ si in jure nullam remittunt Controversiam, in facto, sivè circa probationem hujusmodi communis delicti, sunt innegabilia, sivè habeatur ratio ad subitam convocationem Capituli, post certiorationem asportationis Librorum ad Curiam Archiepiscopalem, ubi accesserunt Canonici etiam superpelliceis induti, & pessimè tractarunt familiares Archiepiscopales ut verbis nimirum & factis, sivè ad retentionem eorumdem Librorum nomine Capituli per spatium multorum mensium, qui jam elapsi sunt à die violentę asportationis; Non obstantibus repetitis instantiis Archiepiscopi pro restitutione ad curiam Archiepiscopalem, prout hujusmodi commune delictum latiùs probatur in Processu qui per extensum datur impressus.

Procedunt hęc usque dicta cum supposito exemptionis Canonicorum à Jurisdictione Archiepiscopi, verum eo certiùs credimus delegationem esse faciendam sine Adjunctis, quo in hac causa solus Archiepiscopus posset procedere.

Quia, admissa sine veri præjudicio exemptione eorumdem Canonicorum ante delictum, post ejusdem patrationem in persona Reverendissimi Archiepiscopi cessavit exemptio; speciale enim est in delictis, quę contra Episcopos, & alios Superiores Ecclesiasticos perpetrantur per Exemptos, ut in pœnam delictorum exemptionem statim amittant, & eorumdem Jurisdictioni subjiciantur, ut probant; *Farinac. in Prax. q.* 114. *num.* 67. & 75. *Genuens. in prax. Cur. Archiepisc. Neapol. capitulo* 10. *per totum & benè Cardin. de Luca de Jurisd. disc. vigesimo nono, numero quarto, & quinto*.

Ad Excusationem verò talis delicti nullam meretur animadversionem illa nimis subtilis consideratio, quod Libri fuerint pacificè consignati Canonico Doctorali; non verò ab eodem per violentiam extracti è manibus Domesticorum Archiepiscopi; Non enim negamus, quod Provisor Curie Archiepiscopalis ad evitanda majora mala post tot, tantasque minas, & vexationes, quæ unanimi voce & consensu verbis, & factis in ferebantur eisdem familiaribus Archiepiscopi Consignaverit eosdem Libros eidem Canonico Doctorali, sed constanter dicimus, & ex Processu, qui datur ad partes evidenter patet, quod idem Canonicus Doctoralis, in hac, ut ita dicam, obsidione Palatii Archiepiscopalis gerebat vices Generalis Ducis exercitus Capitularis, minantis ruinam, & excidium Palatii, necnon in furcis suspensionem omnium Familiarium ejusdem Archiepiscopi si Libri non consignabantur, unde prudentiæ EE. PP. relinquimus judicium, an hæc consignatio, cum talibus antecedentibus, & concomitantibus circumstantiis sequuta possit dici violenta necne.

Nimis autem ingeniosum est temperamentum, quod ab eodem Capitulo fuit practicatum pro propria exculpatione ab hoc scandaloso delicto, dum non sine maxima affectatione punierunt unum, vel alterum, ex eis, qui dictę violentę extorsioni Librorum intervenerunt, tacite se plus, eorumque Consocios absolvendo; Etenim *Consilium Tridentinum d. sess.* 25. *cap.* 6. *de Reform.* decrevit quidem, ut in Causis Capitularum exemptionem, Episcopus procederet cum Adjunctis; Verum nec in eodem capite, nec alibi concessit Canonicis delinquentibus in proprios Episcopos facultatem seipsos, vel consocios absolvendi, judicandi, & puniendi, unde nescitur cui motivo innitatur facultas qua in hac parte usum est Capitulum in hac palliata punitione aliquorum ex Delinquentibus contra proprium superiorem.

Nec refragatur, quod delegatio non immutet naturam Jurisdictionis delegatæ, unde exadversò prætenditur, quod sicuti Archiepiscopus procedere teneretur cum Adjunctis, ita Judex delegandus ad Summo Pontifice, duplici enim responsione removetur objectum: prima quia, ut supra probavimus in hac causa delicti, commissi contra Archiepiscopum, solus ipse posset procedere, unde admittendo sequelam ex adversus prętensam solus pariter judex delegandus procedere debet. Secunda verò quia in tantum Episcopus procedit cum Adjunctis in causis Canonicorum exemptorum, in quantum potest suspicari de sævitia, seu malis tractamentis in Exemptos; Cessat autem hujusmodi causa in judice delegato, cujus respectu nullam considerari potest affectio erga unam, vel alteram ex partibus Collitigantibus; unde cessare pariter debet respectu ejusdem concessio Adjunctorum, sicuti praticatur in casu simillimo Capitularis non subditi delinquentis in aliena Diœcesi, qui à solo Episcopo, in cujus Diœcesi delinquit, punitur, ut observant *Sarav. de Jurisdict. Adjunct. quæstione vigesima secunda, numero sexto in fine*.

In quorum corroborationem subjungimus, quod ita aliud fuit bis practicatum à Summis Pontificibus, qui eisdem de causis, supra expresis, nunquam judicibus ab eis delegatis dederunt Adjunctos, ut justificatur in summario, unde & faciliùs ita pariter in hac causa practicandum videtur.

Die 7. Augusti 1688. proposita causa in Congregat. Concilii fuit rescriptum, *Commiss. esse signandam sine Adiunctis in casu, de quo agitur*; Reproposita verò in Congregatione habita die 28. ejusdem mensis *Persistitum fuit, in decisis*.

Practicatum fuit in hac causa id, quod expediret forsan quotidie practicari in aliis, dum ego scripsi super d. dubio duntaxat. Cùm enim multa dubia inter easdem Partes disputata fuerint in eadem Congregatione quilibet advocatus scripsit circa unum, vel aliud ex dd. dubiis: scribendo autem hoc modo duo resultare solent commoda. Primum, quod Judices cum majori facilitate, & jucunditate legunt unam Scripturam circa unum dubium Secundum verò, quòd longè majus studium facit Adversus quando scit, ejus Scripturam destribuendam esse sub solo nomine, ac quando restringenda est in Scriptura, quæ vulgò dicitur Restrictus, qui lepidè *à Card. de Luc. de Relat. Rom. Cur. disc.* 46. *num.* 46. vocatur lucanica seu *Salcicia*, ibi *Cogitur componere compendii* extensor quandam malè ordinatam consarcinationem, quę vulgò *Salcicia* nuncupatur: Cujus respectu major solet haberi existimatio illius Advocati cujus Scripturæ aliqui integri paragraphi in illo ad literam inseruntur.

Idem pariter practicandum esset in Congressibus Medicorum pro habendo illorum veridico sensu, hoc est illos seorsim, & separatim interrogando, quia, si audientur insimul, verificatur idem, quod de restrictu diximus, quia non solet secundum, tertium &c. se opponere ei, quod primus Medicus consuluit, sed blandis, non sine laude, vel adulatione se conformare sensui illius Medici, qui primo loco fuit loquutus. Tam quoad Juristas, quàm quoad Medicos, experto credite. Quoad Juristas, ut ita dicam activè; Quò verò ad Medicos, passivè.

DISCEPTATIO XLIV.

Florentina Dissolutionis Matrimonii.

ARGUMENTUM

Est idem cum illo discept. 32. primæ part. hujus senti Tomi.

Præsens Causa, in qua Ego scripsi de mandato Sac. Congregationis Concilii, ut videre *est suprà part. 1. discep.* 32. proposita fuit die 29. Martii 1727. quando exhibita fuerunt tria Vota totidem Theologorum, quæ sunt sequentia, unà cum folio, dicta die pariter distributo, tenoris ut sequitur.

Ricca Esther, dùm erat Judæa Matrimonium contraxit cum Abraham Hebræo, & illud consummavit, cumque post aliquod temporis spatium Judaicam perfidiam abjurasset, & ad Catholicam Religionem conversa esset, post canonicam consuetam monitionem reliquit Abraham in sua Judaica perfidia, & licèt ad alia vota transire posset, cœlibem nihilominus statum elegit, & etiam hodie remanet innupta.

Post Ricchæ conversionem, Abraham existimavit se in libertate positum, quo circa annum 1721. aliam Hebræam nomine Blancam duxit in Uxorem, & Matrimonium cum ea consummavit, cumque tam Abraham, quàm Blanca anno præterito suam patefecerint voluntatem de Judaismo abjurando, & Cathechismo fuerint subjecti, suum quoque desiderium explicaverunt de perseverando, post receptum Baptismum, in Matrimonio uti supra contracto.

Ricca interrogata, quid super hac re sentiret, respondit se suum libentissimè assensum præstare, & se nolle ullo modo ad Abraham redire, etiam post abjuratam ab ipso Judaicam perfidiam, & ejus conversionem ad nostram Sanctam Religionem.

Visum fuit, & meritò, Ricchæ consensum non sufficere ad rem, de qua nunc agitur, exortisque proinde super hac re in Civitate Florentina controversiis, iisdemque remissis ad hanc Sac. Congregationem, de illis actum fuit in Consensu habito *die 27. Julii* 1726. cujus Folium poterit ab EE. VV. benignè reassumi.

Dubia, quę tunc fuerunt proposita, sunt hęc, quę sequuntur.

An adhuc subsistat Matrimonium in Judaismo contractum inter Riccam, & Abraham, & quatenus affirmativè.

An Abraham post suam, & Blanchæ conversionem teneatur ad redeundum cum Ricca, & Blancam relinquendam, & quatenus affirmativè.

An Ricca cogi possit ad cohabitandum cum Abraham ad Fidem converso, & quatenus affirmativè.

An Summus Pontifex dispensare possit, ut Abraham conversus permaneat in Matrimonio in infidelitate, uti supra, contracto cum Blanca, & quatenus affirmativè.

An consilium præstandum sit Sanctissimo Domino nostro pro concessione dictæ dispensationis in casu &c.

Et in Congregatione habita *prædicta die 27. Julii*, ad primum, & secundum responsum fuit *affirmativè*, & in reliquis nulla fuit capta resolutio, sed dictum, quòd scriberent Theologi, & Canonistæ, & perquirerentur exempla, & additum fuit ad mentem, quæ fuit, ut scriberetur Archiepiscopo Florentino, an possibile esset, ut citrà præjudicium Conversionis ad Fidem Catholicam Abraham separaretur à Blanca, & ad Riccam rediret, item, an Ricca esset in statu Virum ducendi, aut emittendi Professionem Religiosam in aliqua Religione, per hanc etenim viam credebatur evitari posse resolutionem dubiorum propositorum, & non resolutorum.

Fundamentum affirmativę responsionis ad prima duo dubia, constitutum fuit in hoc, quod licèt certum sit, Matrimonium in infidelitate contractum solvi quoad vinculum, si alter ex Conjugibus in infidelitate permaneat, & nolit habitare cum Conjuge ad Fidem converso, vel si cohabitare velit, nolit cohabitationem sine contumelia Creatoris, incertum nihilominus est, quo tempore Matrimonium prędictum quoad vinculum solvatur, cumque communis, & communissima hodia sit Theologorum, & Canonistarum sententia, quod Matrimonium quoad vinculum dissolvitur, tunc cum Conjux Fidelis aliud contrahit Matrimonium, hinc optimo jure ponderatum fuit, quod si Ricca conversa nullum adhuc contraxit Matrimonium post conversionē, subsistere de necessitate debebat Matrimonium per eā in Judaismo contractum cum Abraham, & sic per consequens, quod Abraham post suam, & Blanchæ conversionem tenebatur ad redeundum cum Ricca, & Blancam relinquendam, & eò fortius, cùm auditis Theologis, & Articulo formiter examinato, & accedente Summi Pontificis approbatione, in consimili prorsùs casu fuerit eodem modo responsum ab hac Sacra Congregatione in alia Causa Florentina *prima Julii 1679. & 13. Aprilis* 1680. uti habetur ex resolutionibus per extensum relatis in meo Discurso edito ad calcē Folii memoratæ Congregat. habitæ *die 27. Julii* 1726.

Et in eo, quod attinet ad tertium, quartum, & quintum dubium, quæ in citata Congregatione fuerunt proposita, & non resoluta, juxtà demandata scripserunt Theologi, & scripsit etiam Canonista super quarto, & quinto dubiis, & eorum allegationes exhibentur; In eoque, quod spectat ad literas dandas ad Archiepiscopum Florentinum, litteræ datæ sunt ad eundem, & ex ejus responsionibus *die 13. Augusti, & die 7. Septembris anni præteriti* duo colliguntur, alterum possibile non esse, ut Abraham separetur à Blanca, *in risposta di quanto Vostra Signoria Illustrissima s'è compiacciuta di commandarmi con sua lettera di 31. Luglio, posso per ora dirle brevemente, che ho fatto parlare a i consaputi Conjugi Ebrei Abramo, e Blanca, che desiderano di venire alla Santa Fede per iscoprire, se fossero in disposizione di farlo anco con separarsi, ritornando Abramo colla sua prima Moglie Ricca Ester precedentemente convertita; sopra di ciò si trova grandissima opposizione, protestandosi essi, che solo la morte può separarli, e che non sapranno mai indursi a rompere un vincolo, che è loro troppo caro. Non s'è lasciato d'usare le più efficaci persuasive, e si continuano le diligenze, ma dubito assai, che se ne voglia ottenere l'intento. Deve ancora V. S. Illustrissima essere informata, che prima della Conversione di Ricca, e sussistendo il di lei Matrimonio con Abramo, Blanca stava in casa del medesimo per Serva, ed era da esso così ben veduta, che ne nacquero gelosie, e dissensioni colla Moglie; onde si deduce, che l'affetto scambievole tra Abramo, e Blanca non è un puro affetto Maritale, ma geniale ancora, e radicato per lungo tempo negl'animi d'ambedue, il che a mio credere renderà molto più difficile la loro separazione*, alterum est Riccam nolle, vel aliud Matrimonium contrahere, vel religiosæ Professioni nomen dare, uti habetur ex verbis alterius Epistolę Archiepiscopi Florentini tertia Septembris anni præteriti, *la predetta Ricca alla proposizione fattale disse subito, che in quanto a farsi Religiosa non le bastava l'animo di fare un tal passo, e quanto al maritarsi ci sentiva della repugnanza, ma pure si contentò di pigliar tempo a pensarci prima di dare positiva risposta. Finalmente doppo molti giorni non ostante tutti i motivi addattili, persistè nella negativa, dicendo, che nell'età avanzata di 40. anni non si sente di soggettarsi a nuovo vincolo di Matrimonio, ed a perdere quella quiete, che prova nello stato libero, in cui colle proprie sostanze vive commodamente.* Quo propterea stante tantùm abest, quod ex responsionibus Archiepiscopi Florentini evitari valeat resolutio dubiorum aliàs propositorum, & non resolutorū, quod ex illis potiùs subingredi videtur necessitas procedendi ad eorum discussionem, atque resolutionem, & id, quod ex dictis responsionibus evitatur, est examen Articuli, an Matrimonium consummatū Infidelium dissolvatur per Professionē in Religione emissam ab altero ex illis converso ad Fidem, altero in infidelitate adhuc permanēte: licèt enim nonnulli velint Matrimonium in infidelitate consummatum solvi per religiosam Professionem, ex quo si Professio religiosa solvit Matrimonium ratum inter Fideles, multò magis solvere debet Matrimonium consummatum inter Infideles, cum vinculum Matrimonii rati inter Fideles sit fortiùs Matrimonio consummato Infidelium *Sanch. de Matr. lib. 7. disp. 76. n. 8. Cler. de Sacr. Matr. dec. 12. n. 7. Salmanticenses in Cursu morali tomo 2. tr. 9. de Matrimon. cap. 4. dub. 2. punct. 2. num. 32.*, alii tamen non desunt formiter sustinentes, quod Matrimonium in infidelitate con-

consummatum non solvitur per religiosam Professionem, tum quia non subsit principium, quod vinculum Matrimonii rati inter Fideles sit fortius vinculo Matrimonii consummati inter Infideles, tum quia potestas dissolvendi Matrimonium consummatum inter Infideles provenire debet à divina concessione, nec ullibi concessum invenitur, quod Professione Religiosa dirimatur Matrimonium consummatum Infidelium, uti latè prosequuntur *Perez de Matrimon. disputat. 36. sect. 8. num. 4. Diana in edit. coordinata tom. 2. tract. 6. resolut. 125.*.

Ad examen itaq; materiæ descendendo, cum Theologi, & Canonistæ scripserint super quarto, & quinto dubio, an videlicet possit Summus Pontifex dispensare, ut Abraham conversus permaneat in Matrimonio in infidelitate cótracto cum Blanca, & an adsint legitimæ causæ pro dicta dispésatione cócedenda, quod est idem, ac dicere, an Summus Pontifex possit solvere quoad vinculum Matrimonium in infidelitate contractum, & consummatum inter Abraham, & Riccam, antequam Abraham ad Fidem Christianã convertatur, nec enim locus est dispésationi, ut Abraham conversus ad Fidem permaneat in Matrimonio in infidelitate contracto cũ Blanca, nisi præcedat solutio vinculi intercedentis inter Abraham, & Riccam, vigore antecedentis Matrimonii ab ipsis, uti sępe dictum est, in infidelitate contracti, & consummati, & eo magis, cum ab hac Sac. Congregatione jam resolutum sit illud adhuc subsistere, & Abraham de jure post suam, & Blanchæ conversionem teneri ad redeundum cum Ricca, idemque Theologi, & Canonistæ de tertio dubio proposito, & non resoluto sermonem non fecerint, prima, quæ se offert, inspectio in hoc consistit, an videlicet admissa subsistentia Matrimonii in infidelitate contracti inter Abraham, & Riccam, & admissa obligatione Abrahæ relinquendi Biancam post suam conversionem, & redeundi ad Riccam, teneatur Ricca, & cogi possit ad cohabitandum cum eodem Abraham ad Fidem converso.

Et quidem pro negativa, quod Ricca videlicet cogi non possit ad cohabitandum cum Abraham ad Fidem converso, facere posse videtur, quod ex causa Adulterii Conjux innocens potest à peccatore Conjuge divertere, & se à Thoro, & cohabitatione illius separare, juxta illud *Matthęi 5. Excepta causa fornicationis*, & quando Adulterium publicè notorium est, sive notorietas illa sit facti, sive juris, potest Conjux innocens propria auctoritate ab Adultero recedere, tam quoad debiti redditionem, quam quoad mutuam cohabitationem, uti probat *Text. in capit. ex parte de sponsalibus*, ibi, *Sine manifesta causa fornicationis*, & latè adnotarunt *Sylvester in verb. divortium 9. quæst. 8. Covarr. par. 2. de sponsalibus cap. 2. §. 5. num. 12.*

Applicando activa passivis, si demonstrabitur illicitam ad minùs fuisse commixtionem habitam ab Abrahamo cum Blanca, cum qua post Ricchæ conversionem, & durante adhuc vinculo cum Ricca, more suo Matrimonium contraxit, demonstratú etiam dici debebit notorium fuisse, & esse ejus Adulterium, & sic per consequens Riccam non posse etiam post ejus conversionem cogi ad cohabitandum cum ipso.

Assumptum verò mira facilitate ponitur in claris; Quidquid etenim sit de controversia inter Theologos agitata, an Conjux, qui Fidelem Conjugem sequi noluit, possit novum sibi Conjugem eligere ex sua gente, quæ est in eadem perfidia, qua in re affirmativè respondetur à nonnullis, ex quo id nullo Jure prohibitum est Conjugi Infideli, *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 77. num. 6.* & à nonnullis aliis negativè respondetur, uti habetur apud *Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 48. num. 25.*, & est expressa doctrina *Div. Thomæ in 4. dist. 37. quæst. 2. art. 5. ad 3.* ibi, *ad 3. dicendum, quod postquam Fidelis contraxit, solutum est vinculum Matrimonii ex utraque parte, quia Matrimonium non claudicat quantum ad vinculum, sed quandoque claudicat quantum ad effectum, unde in pœnam Uxoris Infidelis ei indicitur, quod non possit cum alio contrahere magis quàm ex virtute Matrimonii præcedentis; sed si posteà convertatur, potest ei concedi dispensativè, ut alteri nubat, si vir ejus aliam duxerit Uxorem*, & tam una, quam alia opinio tanquam probabilis admittitur à *Diana in edit. coordinata tom. secundo tractat. 6. de Sacramento Matrimonii resolut. 122.*

Communis hodiè videtur esse sententia, quæ distinguit casum à casu; aut etenim conjux permanens in infidelitate aliud Matrimonium contraxit, antequam Conversa ad alia vota transivit, & tunc illicitè, & nulliter agit, aut idem Conjux permanens in infidelitate aliud contrahit Matrimonium, postquam Conversa ad alia vota transivit, & tunc ille validè agit, & forte etiam licitè; Privilegium quippe datum ab Apostolo solvendi vinculum Matrimoniale in casu, quo alter ex Conjugibus convertatur ad Fidem, est datum favore Fidei, & per accidens Infideli. Idque facit, ut non possit Infidelis ad alia vota transire, nisi postquam Fidelis solutus est, quæ solutio non datur nisi per novum Matrimonium quod ab ipso post conversionem contrahatur, quemadmodum ad rem bene distinguunt *Sanchez de matr. lib. 7. disp. 75. n. 6. & 7. Card. de Laurea de matr. dis. 16. art. 9. §. 5. per tot. Clericat. de matr. dec. 12. num. 2. Rosignol. de matr. p. 2. to. 6. contr. 15. præmot. 14. n. 19. & seq. P. Schmalzgrueber ad lib. 4. Decr. tit. 19. à n. 29. usque ad 34.* Cumque Abraham, innupta adhuc Ricca, & cęlibem vitam agente, Matrimonium more suo contraxerit cum Blanca, sicuti dubitandum non est de Adulterio, ita neque dubitandum esse videtur de Ricchæ immunitate à coactione, sive à necessitate cohabitandi cum ipso, etiam postquam ipse ad Fidem Christianam conversus est.

Accedit, quòd etiam præscindendo ab Adulterio, potest ex aliis causis Ecclesia inter Conjuges decernere Thori separationem, juxta *Can. 8. sess. 24. de refor. matr.* Cumque inter Causas adscribatur molesta cohabitatio ex probabili periculo Jurgiorum, atque Rixarum, uti ponderat *Henriquez lib. 11. de matr. c. 17. n. 7. Pirbing. ad lib. 4. Decretal. de divortiis n. 61. notabili tertio*, & ex supra relatis Epistolis Archiepiscopi Florentini, de prædicta molesta cohabitatione non videatur esse dubitandum, satis id esse potest, etiam præscindendo ab Adulterio, ne Ricca cogi possit ad cohabitandum cum Abraham, etiam postquam ille ad Fidem conversus sit.

E' contra pro affirmativa, quòd Ricca scilicèt cogi possit ad cohabitandum cum Abraham ad Fidem converso, militare potest sequens animadversio. Quidquid etenim sit, an Abraham ante Ricchæ conversionem potuerit, vel non potuerit contrahere Matrimonium cum Blanca, & se cum eadem commiscendo Adulterium patraverit, nec ne, punctus est in videndo, an Ricca possit hoc Adulterium Abrahæ opponere, postquam ille ad Fidem conversus erit; Videtur quippè certum esse, quod, secuta Abrahæ conversione, permissum esse non valeat Ricchę, prædictum Adulterium opponere, cùm certum sit certitudine Fidei sublatum esse per Christum Dominum Libellum Repudii à Moyse permissum, & quod si Uxor repudiata, & vivente Viro repudiante, trãseat ad alia vota, Adulterium committit juxta illud *Matthęi c. 5. dictum est autem, quicumque dimiserit Uxorem suam, det ei libellum Repudii; Ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiserit Uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat*, & certum pariter sit, quod secuta Mariti conversione ad Fidem Christianam, si Uxor in infidelitate repudiata, in statu infidelitatis transeat ad alia vota, & deinde convertatur ad Fidem, antequam Maritus aliam duxerit Uxorem, non potest Maritus ei objicere, quod contrahendo Matrimonium mæchata sit, sed tantum objicere poterit Adulterium; si cum alio Viro sibi per Matrimonium non copulato rem habuerit, juxta solemnem *dec. Text. in c. gaudemus de divortiis*, ibi, *Si conversum ad Fidem, & illa conversa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimam ille ducat Uxorem, eam recipere compelletur, quamvis quoque secundum Evangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mæchatur, non tamen dimissor poterit objicere fornicationem dimissæ pro eo, quòd nupsit illi post Repudium, nisi aliàs fuerit fornicata*: In quo proinde rerum themate nihil aliud superest Ricchę pro evitanda cohabitatione cum Abraham ad Fidem converso, nisi causa odii, & inimicitiarum, propter quam non rigorosum Divortium, sed abstinentia conceditur à cohabitatione, & à Thoro ad tempus certum, vel incertum, uti benè ponderant *Maldon. in Matth. c. 5. vers. 32. Bellar. lib. 1. de Mat. c. 14. §. Secunda causa, Reginald Praxi Fori Pœnit. lib. 31. n. 313. ver. porro, Sanchez de matrim. lib. 10. disp. 15. nu. 2.* & fuit ab hac

Sac.

Sac. Congregatione resolutum *in Taurinen. 13. Septemb. 1721. & 16. Martii 1726.*

Hæc sunt, quæ pertinent ad tertium dubium; Supersunt quartum, & quintum, in quorum examine, uti supra dictum est, perpendendum occurrit, an possit Summus Pontifex dissolvere Matrimonium in infidelitate contractum, & consummatum inter Abraham, & Riccam, & an supposita potestate, adsint pro ejus usu causæ legitimæ, super quo articulo scripserunt Theologi, & Canonistæ, & in varias abierunt sententias.

Ne autem confusè procedatur, distinguendus est casus à casu; Primus est, quando ambo Conjuges infideles non solùm contraxerunt, & consummarunt Matrimonium in infidelitate, sed etiam dum actu sunt Infideles, instant pro ejus Dissolutione, & in hoc primo casu, qui potiùs videtur idealis, quàm practicus, negativa responsio tutissima esse videtur, ut enim inquit 31 Apostolus, *quid ad nos de his, qui foris sunt, judicare?* Secundus casus est, quando Matrimonium fuit contractum, & consummatum in infidelitate, & uterque Conjux post suam conversionem ad Fidem Christianam, sine nova Matrimonii consummatione post conversionem instant pro dissolutione, & in hoc secundo casu responsio negativa haberi posset pro tutiore, quandoquidem in hoc Matrimonio utraque qualitas verificatur, quod videlicet sit Matrimonium Fidelium, & sit consummatum, & eo fortiùs, cum consummati in infidelitate ratio habeatur eam post conversionem, ut infra, & in eo, quod attinet ad Matrimonium Fidelium consummatum, certum sit, non posse Summum Pontificem dispensare, ut in his terminis latè prosequitur *P. Schmalzgrueber ad lib. 4. Decr.* 32 *tit. 19. de Divortiis num. 58. & seq.* Tertius denique casus est, quando Matrimonium fuit contractum, & consummatum in infidelitate, & post unius ex Conjugibus conversionem, & alterius permanentiam in infidelitate, promovetur Instantia pro dissolutione, & hic est casus noster, & in ejus resolutione discrepant Theologi à Theologis, Canonistæ à Canonistis, ita-33 ut utraque opinio tanquam probabilis habeatur à *Diana in edit. coordinata tom. 2. tract. 6. resol. 125. num. 4.* & controversia tanta ab aliis existimetur, ut super ea expectandum dicant judicium Sedis Apostolicæ, uti ha-34 betur apud *Clericat. de Sacram. Matrimonii dec. 12. num. 16. in fine.*

Illi, qui asserunt Summum Pontificem posse dispensare; Sic argumentantur; Vinculum Matrimonii rati inter Fideles fortius est Vinculo Matrimonii consummati Infidelium, cùm primum suam firmitatem deducat non solum à natura contractus, sed etiam à Sacramento, & in secundo nulla adsit firmitas, quam ea, 35 quæ descendit à contractu, & ab ejus indole, atque natura; Sacramentum etenim inter Infideles esse non potest; Cumque hodie non amplius controversa, sed certa sit undequaque sententia, quæ dat Pontifici potestatem dissolvendi quoad Vinculum Matrimonium ratum inter Fideles, ex hoc à fortiori descendit, posse eumdem Summum Pontificem dispensare in Matrimonio consummato Infidelium.

Hoc est argumentum originale *Nav. cons. 3. lib. 3. à n.* 36 *12. tit. de Convers. Infidel. edit. Lugdunensis anni 1594.* & *Nav.* sequuntur *Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 17. per tot. Verricell. de Apostolicis Missionibus tit. 12. de Matr. q. 177. n. 18. Layman. in Theologia Morali tom. 2. lib. 5. tr. 10. par. 2. cap. 3. sub n. 2.* & plures alii facile cumulandi.

Confirmatur; quandoquidem si Infidelis in infidelitate plures insimul habuerit Uxores, & ipse ad Fidem convertatur, debet remanere cum prima Uxore, eo quod cum ea solùm fuit verum Matrimonium; Cùm-37 que Summi Pontifices passim concesserint, ut dicti Infideles ad Fidem conversi possent permanere cum ea Uxore, quæ ad Fidem convertitur, relicta prima, quæ in infidelitate permansit, & hoc fieri non possit, nisi dissoluto quoad Vinculum primo Matrimonio contracto, & in infidelitate consummato, infertur ex his posse Summum Pontificem dispensare in Matrimonio, quòd est in infidelitate contractum, & consummatum.

Quod autem, si Infidelis in infidelitate plures habuerit Uxores, & ipse ad Fidem convertatur, debeat 38 cum prima Uxore remanere, doctrina est *Divi Thomæ in 4. distinct. 39. quæst. unica art. 4. ad 4.* quam cæteris cumulatis iste sequuntur *Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 73. n. 4. & 5. de Justis dispens. matrimonialibus lib. 2. cap. 15. n. 32. & seq.*

Quod verò Summi Pontifices aliquando dispensaverint, ut Infidelis ad Fidem conversus possit remanere cum ea Uxore, quæ Fidem Christianam amplexa est, de relicta prima, quæ in infidelitate permanet, desumitur ex Brevi S. Pii V. expedito *die 2. Augusti anno 1571.* in quo cum exposuisset Indos in infidelitate plures simul habere Uxores, *cùm itaque sicut accepimus Indis in sua infidelitate manentibus, plures permittuntur Uxores*, & aliquando dari casum, ut Maritus conver-39 tatur ad Fidem, & unà cum Marito Uxor convertatur, non prima, sed alia, prima remanente in infidelitate, *Sed quia durissimum esset separare eos ab uxoribus, cum quibus ipsi Indi Baptismum susceperunt, minimè quia difficillimum foret primam Conjugem reperire*, ex Apostolica benignitate concessit, ut permanerent cum Uxore, quæ Baptismum recepit, & hujusmodi Matrimonium validum declaravit, *ut Indi, sic, ut præmittitur, baptizati, & in futurum baptizandi cum uxore, quæ cum ipsis fuerit baptizata, & baptizabitur, remanere habeant tanquam cum uxore legitimè, aliis dimissis, Apostolica Authoritate tenore præsentium declaramus, Matrimoniumque hujusmodi legitimè inter eos consistere, sicque &c. judicari, ac definiri debere.*

Quod denique id fieri non potuerit, nisi dissoluto, quoad vinculum primo Matrimonio contracto, & in infidelitate consummato, patet, quia aliàs discurren-40 do sequeretur, quod Pontifex super Poligamia dispensasset contra Jus Divinum, quæ dispensatio soli Deo est reservata, uti probat *Tentus in cap. gaudemus de divortiis*, ibi, *verùm absonum hoc videtur, & inimicum Fidei Christianæ, cum ab initio una Costa in unam fœminam sit conversa, & Scriptura divina testetur, quod propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in carne una, non dixit tres, vel plures, sed duo, nec dixit adhærebit Uxoribus, sed Uxori*, & paulò post, *sine dubitatione aliqua protestamur, quod nulli unquam licuerit insimul plures Uxores habere, nisi cui fuit Divina revelatione concessum*, & ad 41 rem prosequitur *Card. Bellarminus de Sacramento Matrimonii lib. 1. c. 9. contr. 3.* ibi, *prima propositio circa Poligamiam tam Uxoris cum multis Viris, quàm Viri cum multis Uxoribus, nullus homo dispensare potest, & maximè post Evangelium prædicatum; Patet, quia Poligamia prohibita est primùm Jure Divino naturali, & deinde Jure Divino Evangelico: non potest autem Inferior dispensare in lege Superioris, proindè nec homo in lege Dei.*

Apostolicæ litteræ S. Pii V. impressæ sunt apud *Veracrux in speculo Conjugum p. 3. art. 8. concl. 5.* & earum me-42 minit *Avendanas in Thesauro Indico to. 2. tit. 12. cap. 14.* & præter has Apostolicas litteras aliæ occurrunt Gregorii Papæ XIII. impressæ apud *Pont. de matrimon. lib. 7. capit. 48.*

Exponitur in his postremis litteris, quod plures ex Angola, Æthiopia, Brasilia, & aliis Indicis Regionibus, ab ais exterminantur, itant propriis cogantur relinquere Uxores. Exponitur hos aliquando ad Fidem Christianam converti, & non posse interpellare Conjugem Fidelem, an velit converti. Facta hac expo-43 sitione Pontifex ait, *Idcircò Nos attendentes hujusmodi connubia inter infideles contracta, vera quidem, non tamen adeò rata censeri, ut necessitate suadente dissolvi non possint*, & deinde concedit non solum, ut contrahere possint Matrimonium, & consummare cum Muliere Fideli, postquam summarie constiterit non potuisse interpellare Conjugem Infidelem, ibi, *ut eorum quilibet etiam superstite Conjuge infideli, & ejus consensu minimè requisito, responso non expectato, Matrimonium cum quovis Fideli aliàs tamen ritè contrahere, & in eis postea carnali copula consummatis, quoad vixerint, remanere licitè valeant, dummodò constet eis summarie*, hoc est Missionariis, *& extrajudicialiter Conjugem absentem moneri legitimè non posse, aut monitam intra tempus eidem monitione præfixum, suam voluntatem non significasse*, sed ad ulteriora procedendo, valida, & firma declaravit hæc Matrimonia contracta ab Infideli converso cum Muliere Christiana, etiamsi deinde probaretur primam Conjugem non potuisse justis de causis

suam voluntatem explicare, & etiam, quod non erat Infidelis, sed Fidelis tempore secundi Matrimonii contracti, ibi, *quæ quidem Matrimonia, etiam si postea innotuerit Conjuges priores Infideles suam voluntatem justè impeditos declarare non potuisse, & ad Fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii conversos fuisse, nihilominus rescindi nunquam debere, sed valida, & firma esse.*

Quo circà si Gregorius dixit Matrimonia Infidelium necessitate suadente, dissolvi posse, si dependenter ab hoc principio validum declaravit Matrimonium ab Infideli converso contractum cum Muliere Fideli, etiam si primùm ipse contraxisset, & consummasset Matrimonium in infidelitate, & etiam si tempore secun- 44 di Matrimonii Uxor conversa fuisset, & id fieri non valeat, nisi dissoluto, quoad vinculum, primo Matrimonio in infidelitate contracto, & consummato, eo magis crescit assumptum, favens Pontificiæ Potestati in ordine ad dispensandum super Matrimonio Infidelium licèt consummato.

Denique pro concedenda dispensatione non est necessarium definire, quod Pontifex possit dispensare in hujusmodi Matrimoniis, sed satis est, ut sententia favens Pontificiæ Potestati suam habeat probabilitatem, cumque in casu, de quo nunc agitur, certa sit probabilitas sententiæ, quæ favet Auctoritati Pontificiæ, & causæ non desint, quæ ejus usum suadent in casu 45 præsenti, ut Abraham videlicet, & Blanca Fidem Christianam amplectantur, quam sine dispensatione non sunt amplexuri, omnia hæc simul sumpta ostendunt Summum Pontificem posse, atque etiam congruere, ut petitam concedat dispensationem, & sic, quod quarto, & quinto dubiis affirmativè respondeatur.

Alii è contra, qui dubitant de Pontificia Potestate, & multo magis de usu, sic discurrunt: Matrimonium suam obtinuit indissolubilitatem in ipso Mundi prin- 46 cipio ex jure naturali Divino, & deinde ex Evangelico juxta illud *Genesis cap. 2. quamobrem relinquet homo Patrem suum, & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erant duo in carne una*, quæ verba fuerunt à Chri- 47 sto Domino reassumpta in Evangelio *Matthæi cap. 19. non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, Masculum, & Fœminam fecit eos. Dixit propter hoc dimittet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erant duo in carne una, itaque jam non sunt duo, sed una caro; Quòd ergo Deus conjunxit, homo non separet*, & paulò post, *dico autem vobis, quia quicumque dimiserit Uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit mœchatur*. Divina hæc eloquia procedunt in Matrimonio saltem con- 48 summato juxta responsum *Alexandri III. in cap. ex publico de Conv. Conjugatorum*, ibi, *Sanè quòd Dominus in Evangelio dicit non licere Viro, nisi ob causam fornicationis Uxorem suam dimittere, intelligendum est secundùm interpretationem Sacri Eloquii de his, quorum Matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consummari non potest*, & præscindendo ab Auctoritatibus Theologorum, quæ facili negotio cumulari possent, ab his Divinis Eloquiis desumitur indissolubilitas Matrimonii saltem consummati jure naturali Divino, 49 & Evangelico, uti exposuit *Bonifacius VIII. in cap. unico de voto, & voti redemptione in sexto*, ibi, *Matrimonii verò vinculum ab ipso Ecclesiæ Capite rerum omnium conditore, ipsum in Paradiso in statu innocentiæ instituente unionem, & indissolubilitatem accepit*, & concordat *Sac. Conc. Trid. in Doctrina de Sacramento Matrimonii*, ibi, *Matrimonii perpetuum, indissolubilemque* 50 *nexum primus humani Generis Parens Divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit; Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quamobrem relinquet homo Patrem suum, & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in carne una; Hoc autem vinculo duos tantummodò copulari, & conjungi Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba tanquàm à Deo prolata referens dixit, itaque jam non sunt duo, sed una caro, statimque ejusdem nexus firmitatem ab Adamo tanto ante pronuntiatam his verbis confirmavit, quod ergo Deus conjunxit homo non separet.*

Posito quòd Vinculum Matrimonii saltem consummati sit indissolubile Jure naturali, Divino, & Evangelico, non operatur hæc indissolubilitas, quin in aliquo casu dissolvi possit, sed oportet, ut hic casus sit expressus ab eo, qui primam statuit indissolubilitatem, quique potest dicto juri derogare, cumque hujus Vin- 51 culi dissolutioni solus faveat Textus Apostoli *prima ad Corinthios cap. 7.* ibi, *quod si Infidelis discedit, discedat, non enim servituti subjectus est Frater, aut Soror in hujusmodi, in pace autem vocavit nos Deus*, quod est idem, ac dicere, cùm unicus sit dissolutionis Casus à Deo per Apostolum Paulum expressus, quando videlicet Conjux Infidelis non vult cohabitare, vel si vult id facere, non vult id exequi sine contumelia Creatoris, juxta Textum *in Canone si Infidelis 28. qu.* 52 *2, & in Cap. gaudemus de Divortiis*; Extra consequenter hunc Casum solvi non potest Vinculum Matrimonii consummati, ita ut per consequens interdictum dici debeat Summo Pontifici solvere Matrimonium in infidelitate consummatum, vel quando ambo Conjuges permanent in infidelitate, vel quando ambo sunt Conversi, vel quando alter est Conversus, & alter vult converti, nec enim in hoc casu Infidelis discedit, sed potius venire dicendus est. Hoc in substantia est argumentum, quo utuntur dubitantes de Pontificia Auctoritate in casu, de quo nunc agitur, *Pont. de Matrim. lib. 9. cap. 2. Castropal. oper.* 53 *moral. Tom. 4. tit. de Sponsal. disput. 3. punct. 2. §. 3. nu. 2. Aversa de Matrim. quæst. 2. sect. 5. Versic. postrema, & fusius omnibus Card. de Laurea de Matr. disput. 16. Articul. 11. §. 6. per totam, & signanter num. 427.*, ibi, *dispensatio pro Solutione Matrimonii consummati est Divina, non Papalis, ergo in eo tantum casu potest applicari, pro quo Deus vult, Papa autem declaravit semel locum Apostoli, prima ad Corinthios 7. pro casu Conversionis unius, & pœnitentiæ alterius, ergo stante hac lege in aliis casibus non potest*; Et locus, in quo Papa id declara- 54 vit, est Textus *in cap. quanto de Divortiis*, ibi, *si enim alter Infidelium Conjugum ad fidem Catholicam convertatur, altero, vel nullo modo, vel saltem sine blasphemia Divini Nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit, & in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus, si Infidelis discedit, discedat; Frater enim, vel Soror non est Servituti subjectus in hujusmodi.*

Difficultatibus super potestate succedunt difficultates super ejus usu, quatenus de ea non esset dubitandum, & cum respectu ad usum Causa sit necessaria, & etiam exempla requirantur, contendunt Causam non adesse, & exempla omninò deficere, quæ concludant intentum: Quod autem causa requiratur, controverti non potest, juxta regulam textus *cap. in Causis de Sen-* 55 *tentia, & Re judicata, & in cap. non debet de consanguinitate, & affinitate*, & concordat Sac. Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformat. Matrimonii cap. 5.* & *sess. 25. de reformat. cap. 18.* Quòd verò Causa non adsit, demonstratur; cum etenim causa constituatur in Conversione duorum Infidelium ad Fidem, eadem non videtur apta, atque sufficiens Teste *Pont. de Ma-* 56 *trim. libr. 9. capit. 2. numer. 9.* ibi, *quod autem aliqui Gentiles ad Fidem facilius converterentur, si liceret illis, dimissa prima, aliam, quam magis diligant, retinere, nulla idonea causa est, nisi lunare libidini habeant, & velle, ut Evangelium libidine, & voluptati deserviat; An quia Germaniæ Clerici ad Ecclesiæ gremium redirent, si illis licentia ineundi Conjugia concederetur, id indulgendum esset; minimè sanè; Quo enim pacto credemus illum erga Religionem esse effectum, qui erga legis naturalis obligationem malè affectus est, aut quo animo religionem Christianam amplectetur, quam videt Suæ Voluptati, & deliciis obsequentem?* Quòd exempla pariter requirantur, desumitur nedum ex praxi Sedis Apostolicæ, sed etiam ex solemni facto Summi Pontificis Clementis VIII.; Petita quippè per Henricum Ducem Barrensem à dicto Pontifice dispensatione ducendi in Uxorem Catharinam Sororem Henrici Regis Galliæ, Hæresi Calvini addictam, ac præterea tertio, & quarto Consanguinitatis gradibus conjunctam, uti fusè exponitur à *Spondano in continuat. Annalium ad Annum Christi 1600.* 57 *n. 3. & seq.* Summus ille Pontifex Congregationem par- 58 ticularem deputavit, in qua examinari jussit, primò, an adesset Potestas, secundò, an concurrente Causæ, & tertiò, an Exempla consimilis dispensationis reperirentur, protestatione emissa, quod nulla fieret indago de primo, & secundo, nisi tertium con-

cur-

curreret, ex quo novæ dispensationis Exemplum in Ecclesia introducere nolebat, uti plenè refertur in *To. 5. Epistolar. Card. D'Ossat. Epist. 317.* Quòd denique aptum ad rem, de qua agitur, desit exemplum, ponitur in claris; Si etenim aliquod aptum adesset Exemplum, esset illud, super quo Navarrus suum edidit Consilium 3. *lib. 3. de Convers. Infidelium*, in quo agebatur de Judæo, qui instabat pro dissolutione Matrimonii in infidelitate consummati, & de ejus Uxore ad Fidem præcedenter conversa, & quæ adhuc innupta remanebat; Summque consensum dissolutioni præstabat, & in quo demum Auctor ille de potestate Summi Pontificis inquit dubitandum non esse, multoque minus de Causa dispensandi, ex quo agebatur de Conversione tum Viri, tum secundæ Uxoris, quàm duxerat in infidelitate post primæ Conversionem ad Fidem Catholicam, sed hoc Consilium suo caruit effectu, cùm Summus Pontifex Sixtus V. petitam dispensationem concedere noluerit, Teste insigni Theologo Societatis Jesu Gabriele Vasquez *in tertiam partem Divi Thomæ tom. 4. disput. 2. cap. 6. de Matrim. nu. 58.* ibi, *id, quod*, sermo est de prædicta dispensatione, *Anno Domini 1588. cum ego Romæ essem à Summo Pontifice Sixto V. obtinere pro viribus contenderunt, sed repulsam passi sunt, in quorum Sententiam nunquam subscribere volui.*

Neque his admissis, putant quidquam obesse posse Argumentum in superioribus expositum, quod scilicèt Papa dispensat in Matrimonio rato Fidelium, & sic, quod multò magis dispensare valet in Matrimonio consummato Infidelium, cùm Vinculum illius utpote Sacramenti sit fortius Vinculo hujus, quod est simplex Contractus; Admissa siquidem libentissimè Summi Pontificis potestate super dispensatione Matrimonii rati inter Fideles, & admisso quoque, quod Matrimonium ratum Fidelium sit Sacramentum, negatur, quod Vinculum Matrimonii rati inter Fideles sit fortiùs Vinculo Matrimonii consummati Infidelium; Primò, quia Matrimonii indissolubilitas non provenit à Sacramento; Matrimonium etenim uti Sacramentum non habet effectum indelebilem, puta characterem, uti latè ostendunt Sanchez *de Matrim. lib. 2. disput. 13. sub nu. 7. Pont. de Matrim. lib. 1. cap. 33. nu. 10.* & ad summum dici potest, quod indissolubilitas Matrimonii fuerit ex elevatione hujus Contractus ad esse Sacramentale confirmata, benedicta, & sanctificata, & eo validius roborata, uti desumitur ex Cathechismo Concilii Tridentini *tit. de Matrim. §. Jam vero* ibi, *quamvis Matrimonio, quatenus naturæ est, officium conveniat, ut dissolvi non possit, tamen id maximè fit, quatenus est Sacramentum*, & latè prosequitur *Card. de Laurea de Matrim. disput. 16. art. 2. num. 23.* cùm enim Christus Dominus in Sacramentorum institutione assignaverit pro materia id, quod erat aptum ad significandum, quod intendebat, ablutionem, Panem, & Vinum in Eucharistia ad inuendam Spiritualem Animæ nutritionem, pro materia in Matrimonio assignavit Contractum ab intrinseco indissolubilem, ut significaret indissolubilem nexum, quem habet cùm natura humana per Incarnationem, & per Gratiam, & Charitatem cum tota Ecclesia, uti ad rem argumentantur *Salmanticenses in cursu morali tom. 2. tract. 9. de Matrim. cap. 4. dub. 1. nu. 21. Clericat. de Matrim. decis. 7. num. 26.* Ostendunt hæc omnia Matrimonium ratum Fidelium licèt Sacramentum non constituere Vinculum fortius Matrimonio consummato Infidelium, quòd ipsum suadetur à posteriori, cùm multi Theologi doceant dari posse inter Fideles validum Matrimonium, atque indissolubile, licèt non sit Sacramentum, puta, si Sponsi in contrahendo Matrimonium essent in peccato Mortali, & dicerent in animo suo, volo facere contractum validum Matrimonii, sed nolo facere Sacramentum, quia nolo committere novum peccatum, vel si ad invicem paciscerentur ita, faciamus contractum, non autem Sacramentum, uti benè disputant *Mastrius in 4. Sentent. tom. 4. disput. 7. num. 10. Diana in edit. Coordinata tom. 2. tract. 6. resolut. 118. Gonett. in Clypeo Theologiæ Thomisticæ tom. 5. disput. 2. art. 2. §. 3. num. 52. & seqq.*

Secundò, quia Matrimonium ratum significat unionem Christi cum Anima justa, & Matrimonium consummatum significat unionem inter Christum, & Ecclesiam per Carnem assumptam, juxtà solemne responsum Innocentii III. *in cap. debitum de Bigamis*, ibi, *cum duo sint in Conjugio, videlicet consensus animorum, & commixtio Corporum, quorum alterum significat Charitatem, quæ consistit in Spiritu inter Deum, & Justam Animam, ad quod pertinet illud, quod dicit Apostolus, qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo, reliquum vero designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum, & Sanctam Ecclesiam, ad quod pertinet illud, quod Evangelista testatur, Verbum Caro factum est, & habitavit in Nobis, profectà Conjugium illud, quod non est commixtione Corporis consummatum, non pertinet ad illud Conjugium designandum, quod inter Christum, & Ecclesiam per Incarnationis Misterium est contractum, juxtà quod Paulus exponens illud, quod dixerat Protoplastus; Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in Carne una, statim subjungit, hoc autem dico magnum Sacramentum in Christo, & Ecclesia*; Quocirca si Matrimonium ratum significat unionem Christi cum Anima justa per Gratiam, & Matrimonium consummatum significat unionem Christi cùm Ecclesia per Incarnationem, imperceptibile est, quod vinculum Matrimonii rati inter Fideles sit fortius vinculo Matrimonii consummati inter Infideles; optimè Card. Bellarminus *Controvers. tom. 2. lib. 2. de Monachis cap. 38. §. Ad primam rationem, & tom. 3. lib. 1. de Sacram. Matrimonii cap. 4. §. Primo, & sequen.* Nullatenus attenta responsione, quòd Matrimonium consummatum significat unionem Christi cùm Ecclesia per Incarnationem, sed inter Fideles, non autem inter Infideles; quandoquidem etiam inter Infideles Matrimonium consummatum prædictam significat unionem, ut in puncto, proposito argumento respondit *Card. de Laurea de Matrim. disput. 16. art. 9. §. 6. num. 231.* quæ doctrina adeò approbatur à Gabriele Vasquezio, ut contrariam non dubitaverit erroris insimulare, uti habetur apud eundem *in 3. parte Divi Thomæ tom. 4. disp. 2. cap. 6. sub num. 37.* ibi, *habet ergo hujusmodi Infidelium Matrimonium quidquid necessarium est, ut sit signum conjunctionis Christi, & Ecclesiæ, idque usque adeò verum est, ut sine nota aliqua negari non posse censeam*; Et licèt hæc censura nimis gravis videatur *Pont. in suo tractatu de Matrim. lib. 1. cap. 11.* ubi ostendere conatur prædictam significationem adesse in Matrimonio Infidelium per aptitudinem, negari tamen non potest, quod supra recensita Vasquezii doctrina non sit Sacris Canonibus undequaque conformis, tum quia in plerisque Sacris Canonibus Matrimonium Infidelium appellatur Sacramentum, *in cap. videlicet gaudemus de divortiis*, ibi, *Sacramentum Conjugii apud Fideles, & Infideles existit*, & *in cap. ultimo de transactionibus*, ibi, *utpotè Conjugii Sacramentum, quod non solum apud Latinos, & Græcos, sed etiam apud Fideles, & Infideles existit*; Verba hæc etenim non possunt intelligi de verò Sacramento Gratiam conferente, cùm id solùm verificetur in Ecclesia *Textus in Can. extra Catholicam prima, quæst. prima, & in Can. plerumque §. Hinc est secunda quæst. 7.* quo circa nihil aliud remanet, quàm ut intelligantur de Sacramento largè sumpto, hoc est de misterio, & sic de significatione unionis Christi cum Ecclesia; tum quia irregularitas Bigamiæ descendit ex defectu significationis unionis Christi cum Ecclesia per Carnem assumptam, uti habetur *in cit. cap. debitum de bigamis non ordinandis*, ibi, *cum propter Sacramenti defectum inhibitum sit, ne Bigamus, aut Maritus Viduæ præsumat ad Sacros Ordines promoveri*, cumque etiam Bigamus sit ille, qui duxit unam Uxorem ante Baptismum, & aliam post Baptismum, uti habetur *in Can. deinde dist. 26. & in Canone acutius 28. quæst. 3.* ibi, *sic qui ante Baptismum habuit unam, & post Baptismum alteram, non nisi Bigamus est reputandus; amisit enim quidnam non ad Vitæ meritum, sed ad signaculi Sacramentum*, id absque dubio supponit Matrimonium Infidelium significare conjunctionem Christi cum Ecclesia, uti subtiliter argumentatur Vasquez loco citato, ibi, *si autem Matrimonium Infidelium non esset Sacramentum Conjunctionis Christi cum Ecclesia, Infideles plures ducentes uxores non amitterent*

ullam

ullam normam, aut aliquid de hac significatione, ac proinde Bigamia in eis impedimento non esset, quominus eolle ordinari possent; nam impedimentum non aliundè, nisi ex defectu significationis oritur.

Additur fuisse ante tempora Alexandri III. ab aliquibus dubitatum, an Matrimonium ratum inter Fideles dissolveretur per aliud Matrimonium subsequenter contractum, atque consummatum, uti ha- 76 betur *in cap. licet de sponsa duorum*, in quo idem Alexander decrevit Matrimonium ratum nullatenus dissolvi per posterius consummatum, *quamvis aliter à quibusdam Prædecessoribus nostris sit aliquando judicatum*, hoc est licèt aliquando Prædecessores non ex Cathedra, sed uti privati Doctores aliter judicassent, 77 juxta veram intelligentiam *Textus apud Gonzal. in comment. ad eundem num. 2.* Cùm autem nunquam fuerit dubitatum, an Matrimonium Consummatum Infidelium dissolvatur per secundum ex post contractum, & subsequenter consummatum, signum evidens hoc est, dici tutò non posse, quod Matrimonium ratum Fidelium sit fortius Matrimonio consummato Infidelium.

At præscindendo ab omnibus hisce Scholæ subtilitatibus, de natura Matrimonii ut sic est indissolubilitas Matrimonium consummatum est indissolubile de Jure naturali Divino, & Evangelico, uti supra dictum fuit. Matrimonium simpliciter ratum est pariter verum Matrimonium, & indissolubile, individuam etenim vitæ consuetudinem continet, uti loquendo de 78 Matrimonio Beatissimæ Virginis cum Sancto Joseph inquit Sanctus Augustinus *in Canone Beata 27. quæst. 2.* & Matrimonii rati indissolubilitas à Jure Divino et- 79 iam procedit juxta veriorem opinionem, de qua *Aversa de Matrim. qu. 2. sect. 6. Card. de Laurea de Matrim. disput. 16. art. 8. num. 100.* excepto siquidem illo Mat- 80 thæi loco 19. ubi expresse mentio fit de Matrimonio consummaro, jus illud Divinum, de quo *in cap. unico de Voto in sexto*, & *in sess. 24. Concilii Tridentini de Sacram. Matrim.* utpote loquens de Matrimonio ut sic, comprehendit tam Matrimonium consummatum, quàm Matrimonium simpliciter ratum.

Cessat indissolubilitas Matrimonii consummati ex dispensatione Divina, de qua Apostolus in loco sæpè citato, quando alter ex Conjugibus convertitur ad Fi- 81 dem, altero in infidelitate remanente, & nolente cohabitare sine Contumelia Creatoris.

Cessat indissolubilitas Matrimonii rati in casu, in quo alter ex Conjugibus Professionem regularem e- 82 mittat, & hæc solubilitas originem habet à Jure Divino, quemadmodum latè probant *Pont. de Matrim. lib. 9. cap. 5. num. 4. & seq. Mastrius in 4. sentent. disp. 7. de Sacram. Matrim. num. 190. novissimè Pater Maurus in* 83 *sua Theologia tomo 3. lib. 13. qu. 298. num. 3.* probaturque ex Canone *Scripsit 27. qu. 2.* ibi, *Deus tamen, & non homo separat, quando Divini amoris intuitu ex consensu utriusque Conjugis Matrimonio dissolvuntur*, & concordat *Textus in cap. ex publico de conversione Conjugatorum* ibi *secundùm interpretationem Sacri Eloquii*, & clarissimè ostenditur ex *Canone 6. sess. 24. de Matrim.* ubi anathema profertur adversùs asserentes Matrimonium ratum non solvi per Professionem Religiosam, si etenim post hunc Tridentini Canonem de fide est ratum solvi 84 per Professionem, solubilitas debuit esse imposita à solo Deo, qui eam potuit facere sempiternè veram, uti subtiliter argumentatur sæpè citatus Cardinalis de Laurea *de Matrim. dispu. 16. art. 24. num. 325.*

Cessat quoque indissolubilitas Matrimonii rati in aliis omnibus casibus extra Professionem religiosam, in quibus Summus Pontifex, justis, & gravissimis de causis, censet ejus dissolutioni esse locum, ita suadente Traditione, ita exposcente Observantia, ita de- 85 mum convincente continuata plurium sæculorum Praxi Sedis Apostolicæ, ex quibus interpretatio Juris Divini optimè colligi potest, cumque hæc Traditio, hæc Observantia, hæc Praxis non procedat in Matrimonio consummato Infidelium, unusquisque facili negotio colligere poterit à dissolutione Matrimonii rati inter Fideles non valere argumentum ad dissolutionem Matrimonii consummati Infidelium.

Absque eo quod Praxis in ordine ad Matrimonia consummata Infidelium argui valeat ex supra citato Brevi Sancti Pii V. tum quia in illo nullum fit dispensationis verbum, sed verba potiùs importent juridicam Sententiam, ibi: *Apostolica authoritate tenore præ-* 86 *sentium declaramus Matrimonium hujusmodi inter eos consistere, sicque per quoscumque Judices, & Commissarios judicari, & definiri debere*: tum quia, ut ex Brevi S. Pii V. argui posset dispensatio in Matrimonio consummato Infidelium, ostendendum esset eundem Summum Pontificem supposuisse repertam fuisse primam Uxorem, cùm qua ab Infideli subinde converso ad Fidem Matrimonium consummatum fuit in Infidelitate, & hoc minimè obstante, eundem Pontificem declarasse validitatem Matrimonii cum secunda, aut tertia Uxore ad Fidem conversa, & ad effectum pariter concludendæ dispensationis in Matrimonio consummato Infidelium, necesse esset demonstrare, quòd prima Uxor esset parata ad amplectendam Fidem Christianam; cùm autem Sanctus Pius V. tantum abest, quòd admiserit primæ Uxoris reperitionem, quòd hanc potiùs excluserit, uti colligitur ex verbis Brevis: *maxi-* 87 *mè quia difficillimum foret primam Conjugem reperire*, eàmque in eodem Brevi nullum fiat verbum de præparatione primæ Uxoris ad recipiendam Fidem Christianam, id quod ex hoc Brevi desumi potest, non est, quod Papa dispensaverit in Matrimonio consummato Infidelium, sed quòd habuerit pro dissoluto quoad vinculum, Matrimonium cùm prima Uxore contractum, & in Infidelitate consummatum, ex quo ipsa discedit, juxta Apostoli verba, & haberi debet pro discedente, etiamsi, juxta morem, non fuerit interpellata, *an* vellet converti; concurrentibus etenim legitimis circumstantiis, & signanter difficultate reperiendi primam Conjugem, probabilis est opinio Doctorum interpellationem omitti posse, & sine ea permissum esse 88 Conjugi converso ad alia vota transire *Sanchez de Matrim. lib. 7. disput. 74. num. 14. & 15. Comitol. lib. 2. quæst. 124. Genuensis in praxi Curiæ Neapolitanæ cap. 27. num. 20. Riccius in praxi part. 1. resolut. 241.*

Neque est majoris momenti aliud Breve allegatum Gregorii XIII. tres quippè habet partes; In prima dicitur, quòd Matrimonia Infidelium, necessitate suadente, dissolvi possunt, ibi: *nos attendentes, hujusmo-* 89 *di connubia inter Infideles contracta, vera quidem, non tamen adeo rata censeri, ut necessitate suadente dissolvi non possint*, & hoc est vesum, sed non videtur facere ad rem: Solvuntur etenim quoad vinculum Matrimonia Infidelium licet consummata, quando alter convertitur ad Fidem, & alter non vult converti, & hoc est specialissimum, ex quo Matrimonia Fidelium consummata nunquam quoad vinculum dissolvi possunt, quòd enim Deus conjunxit, homo separare non debet; In secunda parte Brevis dicitur non posse Conjuges ad Fidem conversos propter longum terrarum intervallum monere Conjuges Infideles, an velint sine contumelia Creatoris cohabitare, & decernitur Conjugem Fidelem posse ad alia vota transire, non absolutè tamen, & simpliciter, sed qualificate, *dummodò con-* 90 *stet etiam summariè, & extrajudicialiter Conjugem absentem moneri legitimè non posse, aut monitum intra tempus in eadem monitione præfixum suam voluntatem non significasse*: At hæc secunda pars non probat, quòd Papa dispensaverit in Matrimonio consummato Infidelium, sed tantùm quod rigorosæ interpellationis morem temperaverit, & licèt usus sit verbis importantibus dispensationem, *concedimus facultatem dispen-* 91 *sandi*, dispensatio tamen percutit, & respicit interpellationem; Cùm etiam concurrentibus gravissimis circumstantiis probabilis sit opinio Doctorum necessariam esse Pontificiam Dispensationem, ut vel omittatur in totum, vel in parte temperetur Interpellatio, uti respondent *Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 48. nu. 22. Ni-* 92 *col. lucub. civil. lib. 5. tit. 10. de nuptiis num. 43.* & fuit resolutum ab hac Sacra Congregatione in alia causa *Florentina 17. Januarii 1722.* Tertia demum Brevis Apostolici pars est cæteris difficilior; in ea etenim Papa decernit validitatem secundi Matrimonii, etiam si prima Uxor ostenderet se non discessisse, sed venisse, hoc est se non fuisse Infidelem, sed Fidelem tempore, quo à suo Viro ad Fidem converso secundum Matrimonium contractum fuit, *quæ quidem Matrimonia,* 93 *etiam si posteà innotuerit Conjuges priores Infideles suam voluntatem justè impeditos declarare non potuisse, & ad*

Fidem

Fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii conversos fuisse; nihilominus rescindi nunquam debere, sed valida, & firma esse, non videtur enim posse validum declarari secundum Matrimonium, nisi supposita dissolutione primi per dispensationem: verùm in eo, quòd attinet ad hanc tertiam partem, respondetur Summum Pontificem non dispensasse super vinculo prioris Matrimonii, sed tantùm decrevisse, ut fides non præstaretur Conjugi, quæ requisita, & latitans non expressit voluntatem de cohabitando sine contumelia Creatoris, & deinde post contractum à Conjuge converso Matrimonium cum Christiana, comparet, & asserit se tempore, quo illud contractum est, jam fuisse conversam, responsio hæc est *Pont. lib. 9. cap. 2. num. 17.* & quamvis à nonnullis dicatur divinatoria, uti talis tamen qualificari non potest, quia aliàs discurrendo sequeretur absurdum, quia sequeretur, quòd Papa dispensasset in Matrimonio consummato in infidelitate post utriusque Conjugis conversionem, & sic in Matrimonio consummato Fidelium, cùm tale dicatur etiam illud, quod est in infidelitate consummatum, postquam Conjuges conversi sunt, & si post conversionem novam non fecerint consummationem.

Hæc sunt, quæ pro utraque parte deducta fuerunt, ut Sacra Congregatio maturum super dubiis non resolutis judicium ferre valeat.

Sed ne aliquid intactum relinquatur, operæ pretium esse existimo duo alia subdere, primum est in præsenti agi de Matrimonio ab Abraham Hebræo contracto cum Ricca tunc pariter Judæa, & sic cùm lege Repudii, uti testando de praxi Judæorum, docent *Marquard. de Judæis part. 2. cap. 8. num. 4. Sessa eodem tract. capit. 33. num. 21. Tondut. quæst. benefic. cap. 48. num. 21. & 20.*

Secundum, quod Repudii libellus, de quo in *Deuter. cap. 24.* Sive importaverat simplicem tolerantiam, sive positivam dispensationem, juxta varias Theologorum Sententias, de quibus *Perez de Matrim. disput. 55. sect. 1. nu. 2. & seq. Salmantic. in Cursu morali tom. 2. tract. 9. cap. 4. dub. 2. num. 30.* à Christo Domino sublatus fuit in Evangelio, uti habetur *Marci cap. 10. & Matthæi cap. 19.* & adnotavit Innocentius III. in *cap. gaudemus de Divortiis*, & benè prosequuntur *Cornel. à Lapide in Deuteronom. cap. 24. Card. Bellarmin. tom. 2. controvers. de matrim. cap. 15. & seq.*

Quibus suppositis, omissisque disputationibus super facultate dispensandi, videri posset, an validum, nec ne fuerit Matrimonium contractum ab Abraham cum Ricca; Si etenim invalidum fuisset, ad declarationem nullitatis servatis servandis procedi posset, & unico contextu permitti eidem Abrahamo cum Blanca cohabitare, renovato debitis formis consensu.

Regula Juris est, quòd si Matrimonium contrahatur cum conditione, quæ sit contraria substantiæ Matrimonii, conditio non vitiatur, sed vitiat Matrimonium, juxta *Text. in cap. si conditiones de Conditionibus appositis*, ibi: *Si conditiones contra substantiam Conjugii inserantur &c. matrimonialis contractus, quantumcunque sit favorabilis, caret effectu.*

Adeoque si Matrimonium fuisset contractum inter Abraham, & Riccam cum expresso pacto Repudii, Matrimonium esset nullum; pactum quippe dissolubilitatis est contra substantiam Matrimonii, juxta *Glossam in cap. de Infidelibus in verbo esse Matrimonium de Consanguinitate, & Affinitate*, ibi: *Item alia ratione non est Matrimonium inter eos, ipsi enim contrahunt eo proposito, ut cum voluerint, separentur, dato libello Repudii, sed hoc est contra substantiam Matrimonii; respondeo; Si hoc pactum exprimatur in ipso contractu, nec inter eos, nec inter Christianos esset Matrimonium, sed non copulantur tali pacto, licèt posteà abjiciant Uxores de facto*: Et in terminis Matrimonii initi inter Judæos, quod nullum sit, si fuerit contractum cum pacto expresso Repudii, vel cum intentione non observandi perpetuitatem, firmant *Sanch. lib. 1. disp. 12. Sessa de Judæis cap. 33. num. 19. Card. de Laurea de Matrimonio disputat. 17. artic. 10. num. 176. & num. 176. & 180. Clericat. de Sacramento Matrimonii decis. 8. num. 43. Pater Schmalzgrueber ad lib. 4. Decretalium tit. 5. de condit. appositis §. 5. num. 129.* & sola difficultas est quoad Matrimonia, quæ contrahuntur inter Infideles, apud quos viget usus Repudii, sed absque eo quòd facultas repudiandi deducatur in pactum, nec interné intendatur tanquam conditio, & circumstantia contractus, itaut fidem intendant Matrimonium, uti possunt, validè contrahere, licèt sint in opinione, quòd possint validè repudiare, hæc siquidem Matrimonia uti valida reputantur *Pont. in Append. de Matrim. Hæreticorum capit. 9. num. 10. Perez de Matrim. disp. 14. sect. 7. nu. 5. Gobat in Theologia Experimentali tract. 10. num. 707. Card. de Laurea de Matrimonio disp. 17. art. 10. num. 185. Salmantic. in cursu morali tom. 2. tractat. 9. de Matrimonio cap. 4. tom. 0. nu. 26. Pater Schmalzgrueber ad lib. 4. Decretalium tit. 19. de Divortiis à num. 64. ad num. 77.*

Hæc innuisse satis sit; quo circa ex his, cæterisque, quæ legi possunt in suffragiis Theologorum, & Canonistæ, dignabuntur EE. VV. decernere.

An Ricca cogi possit ad cohabitandum cum Abraham ad Fidem converso in casu &c.

An Summus Pontifex dispensare possit, ut Abraham conversus permaneat in Matrimonio in infidelitate contracto cum Blanca, & quatenus affirmativè.

An consilium præstandum sit Sanctissimo Domino Nostro pro concessione d. dispensationis, in casu &c.

Ad propositum dubium.

An Summus Pontifex dispensare possit, ut Abraham post conversionem remaneat cum Blanca, dissolvendo Matrimonium antea contra contractum, & consumatum cum Ricca, postea conversa ad fidem; In casu &c.

Respondeo: Negativè. Ratio unica fundamentalis & meo videri insolubilis hæc est, quia præceptum Domini est Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, Homo non separet*: Quæ verba, juncta praxi Theologorum, in sensu litterali, & rigoroso sumenda sunt, nisi vel ex aliis, concentibus Sacræ Scripturæ, vel ex Sanctis Patribus, vel ex Sacris Canonibus, vel ex praxi Ecclesiæ, constet, accipienda, & intelligenda esse cum aliqua limitatione. Quod sanè constare non potest; Imò Sancti Patres in sensu rigoroso eadem verba intellexerunt: Quare Sanctus Hieronymus, quem citat Sanctus Thomas in Catena aurea super Evangelium Matthæi 19. ait: *Deus conjunxit, unam faciendo carnem Viri & Feminæ, hanc ergo Homo separare non potest, sed solus Deus*, ubi per ultima verba, *sed solus Deus*, excluditur quælibet potestas, etiam Papalis. Ibidem Chrisostomus ait: *Quemadmodum igitur carnem incidere est sordidum, ita & mulierem dividere est iniquum.*

Ut autem omnibus argumentis, quæ contra assertionem istam militare videntur, occurratur, advertendum est, verba illa Christi Domini intelligenda esse generaliter de quocunque Matrimonio, etiam *Infidelium*, & insuper *de solo Matrimonio consumato*, ut in casu.

Quod de quocumque Matrimonio generaliter, etiam Infidelium, accipienda sint, patet; Nam Innocentius I. *in cap. Nunquid 28. quæst. 1.* ita asserit his verbis: *Ipse Dominus, cum interrogaretur à Judæis, si liceret dimittere Uxorem, atque exponeret, fieri non debere; addidit: Quod Deus conjunxit, Homo non separet.* Ac, ne de his putetur esse locutus, qui post Baptismum Uxores sortiuntur, meminerint, hoc à Judæis interrogatum, & Judæis esse responsum.

Imò indissolubilitatem Matrimonii Infidelium expressit Apostolus *1. ad Corint. cap. 7.* dum dixit: *Si quis Frater Uxorem habet Infidelem, & hæc consensit habitare cum illo, non dimittat illam &c.* Quibus verbis docet Apostolus, non esse solvendum Matrimonium Infidelium ratione fidei susceptæ, quoties Infidelis consentiat habitare cum Fideli, videlicet absque contumelia Creatoris. Quòd, si hoc modo habitare non consentiat, tunc licitum est Fideli ad alias Nuptias transire, & tunc dissolvitur illud Matrimonium; in Infidelitate contractum, licèt consummatum, ut docet D. Thom. *in Supplem. ad 3. part. quæst. 59. art. 5. ad 10.*

Verùm notetur quæstio: Nunc unicum esse casum, in quo dissolvi potest Matrimonium Infidelium, licèt consummatum; Quando scilicet Infidelis non vult coha-

cohabitare cum Fideli, absque contumelia Creatoris, & Fidelis actu contrahit Matrimonium, vel emittit Professionem solemnem. Id tamen non est contra Præceptum divinum, superiùs adductum; nam excipitur hujusmodi casus expressè in Sacra Scriptura, dicente 116 Apostolo *ad Corinth. loc. cit. Quòd, si Infidelis discedit, discedat*; quasi diceret; si Infidelis non consentit habitare, absque contumelia, discedat quidem, sitque liber Fidelis ad contrahendum novum Matrimonium, vel ad suscipiendos Ordines sacros, vel ad solemniter profitendum in Religione, ut explicant communiter Theologi. Quare, dum in tali casu separantur, quantum ad vinculum, Conjuges, non dicitur quòd Homo illos separat, sed, quòd Deus proxima scilicet hujusmodi causa excipitur ab ipso Deo per verba Apostoli, quod non contingit in casu nostro.

Quòd autem præceptum illud intelligendum sit *de solo Matrimonio consummato*, ut in casu, patet ex verbis Christi, immediatè præcedentibus; Dicitur enim. 117 *Itaque jam non sunt duo, sed una caro* postque verba immediatè sequitur præceptum; *Quod ergo Deus conjunxit, Homo non separet.*

Ubi ponderanda sunt etiam verba præcedentia: Di- 118 xerat enim priùs Jesus: *Propter hoc dimittet Homo Patrem, & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in carne una*: Quibus verbis de futuro, *Adhærebit, Erunt*, indicantur Matrimonium ratum, & non consummatum, dum autem subditur. *Itaque non sunt duo, sed una caro*, per verbum de præsenti indicatur Matrimonium consummatum, de quo subditur Præ- 119 ceptum, tanquam per legitimam consequentiam. *Quod ergo Deus conjunxit, Homo non separet.*

Ne autem videatur voluntaria, & merè speculativa hujusmodi explicatio, audiatur Alexander III. *de* 120 *Convers. Conjug. cap. 7. ex Publico*, ubi ait: *Sanè quod Dominus in Evangelio dicit, non licere Viro, nisi ob causam fornicationis, Uxorem suam dimittere, intelligendum est secundùm interpretationem Sacri Eloquii de his, quorum Matrimonium carnali copula est consumma-* 121 *tum*. Ubi Glossa habet: *Matrimonium, non consummatum, sortitur naturam ex constitutione Ecclesiæ; Ideo, circa illud latissimè patet Papæ potestas*. Ex qua Glossa validum formari potest argumentum, quòd scilicet Matrimonium consummatum, cùm non sortiatur naturam ex constitutione Ecclesiæ, neque à Papa dissolvi potest.

Eodem modo intellexit verba Christi Cardinalis 122 Turrecremat. *in noviss. edit. pag. 643. rubr. 13. num. 8.* ubi explicat verba illa: *Quod Deus conjunxit &c.* de solo Matrimonio consummato, subdens; *Quis ergo huic Cœlesti Legislatori contradicat? Scimus, quia scriptum est: Erunt duo in carne una.*

Hinc meo videri prorsus inutile, ac nullius momenti est argumentum depromptum ex matrimonio rato. Fateor enim quàm libentissimè, quòd Papa dissolvere possit justis de causis matrimonium ratum. Nego tamen, quòd dissolvere possit martimonium consummatum, etiam Infidelium, nam de hoc extat divinum præce- 123 ptum: *Homo non separet*, non autem de illo.

Est autem maxima differentia inter matrimonium ratum, & consummatum, quam indicat D. Thomas 124 *loc. cit. Supplementi 3. part. quæst. 61. art. 2.* his verbis. *Ante carnalem Copulam est inter Conjuges tantùm vinculum spirituale, postea etiam est inter eos vinculum carnale*, & ad 2. ait: *Ante carnalem copulam non est omnino translatum Corpus unius sub potestate alterius, sed per carnalem copulam completur dicta translatio*; & ad 3. *Conjunctio matrimonialis ante carnalem copulam est quidem perfecta ad esse primum*, idest in actu primo, *sed non consummata, quantùm ad actum secundum, quod est operatio, & similatur possessioni corporali, & ideo non omnimodam indivisibilitatem habet*; Quid quæso clarius? Matrimonium ratum, inquit Divus Thomas, non habet omnimodam indivisibilitatem; Ergo illam omnimodam indivisibilitatem habet Matrimonium consummatum.

Est alia differentia, desumpta ex Glossa, adducta: 125 *Quia Matrimonium, non consummatum, sortitur naturam ex constitutione Ecclesiæ; Ideò circa illud patet latissimè Papæ potestas*; Matrimonium verò consummatum sortitut naturam ex præcepto Divino, à quo omnimodam habet indissolubilitatem, neque subditur potestati Papæ.

Eruitur insuper alia differentia ex Concilio Ttidentino *Sess. 24. can. 6.* dicente; *Si quis dixerit, Matrimo-* 126 *nium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis Professionem alterius Conjugum non dirimi, anathema sit.*

Ex quo enim alter Conjugum potestatem habet dissolvendi matrimonium ratum, propter suum bonum spirituale *privatum*; benè arguitur, quòd à fortiori Papa poterit illud dissolvere, propter bonum spirituale plurium, vel bonum commune: Non sic autem contingit de consummato, neque leve argumentum desumi potest ex ipsa praxi. Nam pluries Summi Pon- 127 tifices potestate dissolvendi Matrimonium ratum usi sunt, nunquam verò dissolverunt matrimonium aliquod consummatum, non obstante, quòd non defuerint casus, etiam urgentes.

Neque recurrendum est ad matrimonium, consummatum inter Fideles duntaxat; Qui namque admittunt indissolubilitatem matrimonii, consummati inter Fideles, admittere quoque debent indissolubilitatem, consummati inter Infideles; nam de utroque verifica- 128 tur: *Quòd sunt duo in carne una: Quòd, non jam sunt duo, sed una caro: Quòd datur duplex in illo vinculum, spirituale, & carnale; Quòd est completa translatio dominii Corporum: Quòd est capta possessio.*

In hoc uno differt matrimonium, consummatum inter Fideles à consummato inter Infideles, quòd hoc non est Sacramentum; bene verò illud; Quòd hoc deficit à significatione unionis Christi cum Ecclesia; quam unionem perfectè illud significat; Verumtamen, neque ratio Sacramenti inducit indissolubilitatem, ut patet in Matrimonio rato inter Fideles, quod est perfectum Sacramentum, & tamen dissolvi potest. Neque defectus significationis unionis Christi cum Ecclesia arguit dissolubilitatem: Aliàs secundæ Nuptiæ, licèt consummatæ, essent dissolubiles, quia ex Divo Thoma *loc. cit. Supplement. quæst. 63. art. 1. ad 2. Defi-* 129 *ciunt à significatione, quæ est in primis Nuptiis, ut sit una unius, sicut est in Christo, & Ecclesia.*

Hinc cavendum est, ne, semel admissa potestate in Pontifice dissolvendi matrimonium consummatum inter Infideles, admitti etiam debeat eadem potestas, circa consummatum inter Fideles; Si namque non obstat dissolubilitati ratio *consummati* inter Infideles, ne- 130 que obstabit ratio Sacramenti, cùm ratio Sacramenti æque reperiatur in rato, quod tamen est dissolubile.

Cæterùm, dato, quòd admitteretur in Summo Pontifice hujusmodi potestas; Adhuc non esset applicanda in casu, sicut hactenus ab exordio Ecclesiæ non fuit applicata. Pro quo verba Pontii *de Matrimonio* 131 *lib. 9. cap. 2.* audienda sunt: *Quod autem*, inquit, *aliqui ad fidem faciliùs converterentur, si liceret illis, dimissa prima, aliam, quam magis diligunt, retinere nulla idonea causa est, nisi laxare libidini habenas, & velle, ut Evangelium libidini, & voluptati deserviat. An, quia Germaniæ Clerici ad Ecclesiæ gremium redirent, si illis licentia ineundi Conjugia concederetur, id indulgendum esset? Quo enim pacto credemus, illum erga Religionem esse affectum, qui erga Legis naturalis obligationem malè affectus est? Aut, quo animo Religionem Christianorum amplecteretur, qui videt suæ voluptati, & deliciis obsequentem.* Hæc Pontius *loc. cit.* 132 Et hæc dicta sint; Salvo semper meliori judicio.

Ita censeo Fr. Dominicus Pons Ordinis Prædicatorum Sacræ Theolog. Mag. &c.

Supposita resolutione hujus Sacræ Congregationis affirmativè ad primum, & secundum ex propositis 133 dubiis, supra quarto, & quinto ejusdem Sacræ Congregationis imperio obtemperans ut sensum meum humillimè aperiam.

Præmitto doctrinam inter omnes Theologos, & Canonistas sine dubio certissimam nimirum omne validum matrimonium sive Fidelium, sive Infidelium habere ex conformitate ad Jus naturæ ut ejus vinculum dissolvi non possit, sicut cæteri contractus ex solo mutuo consensu utriusque contrahentis absque ulla alia causa, aut etiam cum causa purè temporali, qualiscumque ea sit, quia firmitas ac perpetuitas matri-

monii

monii multum interest Reipublicæ humanæ, & interest usque adeo, ut præponderet, cuicumque Bono purè temporali atque huc usque sunt demonstraturæ rationes Sancti Thomæ in 4. dist. 33. quæst. 2. art. 1. & lib. 3. contra Gen. cap. 124. Scoti in 4. Sentent. dist. 26. quæst. unica concl. 3.

Cæterum quia Bona temporalia, ac corporalia sunt subordinata, spiritualibus nec non minus bonum spirituale Bono spirituali majori, Neque est rationabile impediri bonum spirituale, ut retineatur bonum temporale; Propterea matrimonium ejusque vinculum, quà est Bonum quoddam temporale, est dissolubile quoties evenit, ut fit impedititium Boni spiritualis, & salutis animæ, similiterque dissolubile est idem matrimonium quà est Bonum quoddam spirituale, quoties similiter est impedimentum Boni spiritualis majoris, adeoque non omnia valida matrimonia sunt eodem modo insolubilia in omnem prorsus eventum.

Matrimonium ratum inter Fideles certitudine Fidei definita in Conc. Trident. Sess. 24. can. 6. dissolvitur pro solemnem Religionis Professionem, & solvitur etiam Pontificia dispensatione ex multis causis, nec supra hac re sine temeritate observari amplius licet.

Circa matrimonia Baptizati cum non Baptizato, dum talis permanet quatuor dissolutionis causas specialiter reperio huc usque à Romanis Pontificibus constitutas: Nec quidquam interest. An id præstiterint, declarando solùm, ac intimando Jus divinum. An etiam superaddendo Jus novum Ecclesiasticum ex prædictis quatuor causis sola prima de Infideli; qui Fidelem rejicit nec vult illi cohabitare, quia Fidelis est, expressa fuit ab Apostolo 1. ad Corinth. cap. 7. v. 15. *Quod si Infidelis discedit, discedat*, quasi diceret nihil interest quia fidelis eo ipso maner liber ad aliud matrimonium ineundum, non enim *servituti subjectus est Frater, aut soror in hujusmodi*: Agit hic Apostolus de exclusione servitutis solum quoad Bonum spirituale, & pertinensad salutem vitæ æternæ. Nam in antecedenti contextu expressè supponit compossibilitatem Baptismi cum securitate quoad temporalia.

Cum igitur sit certum de fide ex verbis Apostoli baptizatum vi Baptismi liberari absolutè à servitute nociva animæ; sitque aliunde manifestum baptizatum posse pati impedimentum Boni spiritualis ex perseverantia vinculi matrimonialis cum Infideli non solum quando idem Infidelis vult recedere in odium fidei, qui erat casus unicè propositus ab Apostolo, sed etiam pro aliis circumstantiis, tametsi Infidelis recedere nolit. Manifestum profectò est vinculum matrimonii inter fidelem, & infidelem aliis etiam de causis dissolvi posse Judicio, & auctoritate Summi Pontificis nempe quoties visum ipsi fuerit perseverantiam inevitabilem talis matrimonii vertere, omnibus consideratis, in detrimentum aliquod spirituale, atque nocere saluti animarum.

Intellexit hoc Innocentius III. *in cap. illo Gaudemus*, ea ratione superaddens duas alias dissolutionis causas ultra eam, quam expressit determinatè Apostolus nempe cohabitationem in contumeliam Creatoris, vel cum allicientia ad peccatum læthale, verba quibus Innocentius duplicem istam extensionem superaddit, & illam adhibet rationem, sunt talia: *Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit Uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licitè poterit aliam etiam ad fidem Christi conversus habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat habere eam ipso (ecce casum Apostoli.) Aut etiam si consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel ut eum pertrahat ad peccatum læthale (ecce secundam & tertiam Pontificiæ extensionis) quia secundùm Apostolum (ecce rationem omnium fundamentalem) frater, aut soror non est hujusmodi subjectus servituti*.

Eadem ratione Gregorius XIII. post Pium Quintum superinduxit quartam causam dissolvendi eadem matrimonia; *Nempè absentiam Consortis Infidelis ob quam his præmoneri, & requiri de consensu cohabitandi sine contumelia Creatoris, minimè possit, aut non nisi difficillimè possit. Concedit enim pro hoc casu facultatem, ut dissolvatur matrimonium, atque Fidelis transeat ad secundas nuptias, quas validas, & manutenendas decrevit, tametsi compareat deindè Consors absens, atque ostendat se fuisse omnino impeditum, quominus suam legitimè cohabitandi voluntatem declarare posset; Et insuper fuerit etiam ipse conversus ad fidem tempore contracti secundi matrimonii*. Porrò clarè ex istis postremis duabus circumstantiis, quas præsertim notat expressè Pontifex causam istam dissolutionis esse usque adeo manifestè diversam à tribus aliis jam præmissis, ut nihil necesse sit ea de re disputare cum Basilio Pontio, qui ad tuendum propositum adversùs Navarrum, & Sanchez de dissolutione matrimonii ex solo Jure Divino contendit istam causam Gregorianam confundere cum duabus illis Innocentii, sicut & istas ipsas cum illa prima expressa ab Apostolo.

Rationem decreti sui, & concessionis reddit Gregor. his verbis: *Idcirco nos decernentes hujusmodi connubia inter Infideles contracta vera quidem, non tamen adeo rata censeri, ut necessitate suadente dissolvi non poterit, talium Gentium infirmitate non &c.* Cùm autem necessitas Pontificiæ considerationis propria, quæ suadere potuit dissolutionem, solùm potuerit talis esse sub respectu boni spiritualis impediendi, nisi dissolverentur sub prædictis circumstantiis ea matrimonia. Perinde sanum est, ea dissolvere ne fidelis patiatur servitutem ex permanentia inevitabili matrimonii initi cum Infideli, cujus utique servitutis exclusio à Consorte fideli est certa de fide ex verbis Apostoli, unde, & validè, & licitè, idque non per accidens, ut intendit Pontius supra, sed per se, & cum vero, & sufficienti fundamento in doctrina Apostoli potest dissolvere Pontifex hujusmodi matrimonia, quoties id suaserit necessitas, & liberatio à servitute in sensu explicato.

Ex his quatuor causis tres primæ reperiebantur in Ricca, & ex illis Jus habebat ad contrahendum matrimonium cum altero Fideli, cessant verò post conversionem Abraham ad fidem; Igitur nec illæ tres nec quarta Gregoriana aptari potest ad resolutionem quarti dubii, Ricca est præsens, est fidelis, est certò baptizata, & insupra, non curat quidem thorum habere commune cum Abraham, sed non ex odio illius conversionis ad fidem, non ex injuria Creatoris, aut ex allicientia ad peccatum læthale, sed unicè, ac præcisè ob adulterium Abrahæ, quod est sufficiens pro separatione thori, non autem pro dissolutione vinculi. Cùm ergo nulla ex prædictis quatuor causis aptare possit in casu præsenti, cùm nulla revera possit excogitari *servitus* nociva animæ Fidelis ex vinculo matrimonii cum Infideli postquam insimul conversi sunt ad fidem; Hioc resolutio quarti dubii pendere videtur ex universali resolutione. An ex alia rationabili causa distincta à prædictis quatuor in Jure expressis possit Romanus Pontifex solvere matrimonium inter Riccam, & Abraham in infidelitate contractum, & consummatum post Baptismum utriusque conjugis.

Atque sub his generalioribus terminis affirmativam sententiam post Navarrum, & Sanchez sustinent graves, & celebres Canonistæ, & Theologi quorum omnium unica est hæc ratio primo aspectu solida, & plausibilis, quia majorem indissolubilitatem habet matrimonium ratum Fidelium, quod non solùm est contractus, sed etiam Sacramentum, quàm matrimonium consummatum Infidelium, quod est purus contractus, sed Pontifex ex multis rationabilibus causis dispensare potest, & multoties dispensavit non solum inter magnos Principes, sed etiam inter privatas Personas in matrimonio rato fidelium, quod est Sacramentum, ergo à fortiori ex similibus causis rationabilibus potest dissolvere matrimonium consumatum Infidelium, quod non est Sacramentum, sic argumentantur illi ducto argumento à majori ad minus, & procedendo cum axiomate. *Si vinco vincentem te, fortius vinco te*.

Hoc tamen non obstante viginti, quos legi celebres item, & graves Theologi cum Card. de Laurea *disp. 16. art. 11. §. 6.* multis non spernendis argumentis intrepide affirmant Pontificem dispensare non posse, quia in nullo alio casu hucusque Ecclesia cognovit matrimonium Infidelium esse solubile, nisi per conversionem unius ad fidem & cum illis quatuor causis seu cautelis desuper adductis, quia tunc ex Dei non ex Pontificiis dispen-

dispensatione solvitur matrimonium consummatum.

Ego verò Pontificiam auctoritatem sartam tectam in omnibus esse debere sentio, exercitium tamen talis potestatis in casu, crederem non esse Sanctissimo Domino Nostro consulendum ex sequentibus scrupulis.

Primò. Ne per hujusmodi dissolutionem matrimonii consumati in Infidelitate inter Riccam, & Abraham nunc ad fidem conversum scandalum præbeatur Judæis, & Gentilibus qui inde arguere possent vigore adhuc in Ecclesia Christi ex aliqua rationabili causa repudiosa. Etenim Abraham per adulterium conjugium cum Blanca facto ipso & existimatione Judæorum Riccam ad fidem conversam in odium fidei repudiavit per dissolutionem ergo vinculi adhuc promanentis inter Riccam & Abraham videretur approbari repudium illud, atque motivum verisimile daretur judicandi, quod in Ecclesia Christi esset potestas repudii, & solum esset restricta facultas, ut quæ prius sub lege Moysis erat in Personis privatis, nunc esset solum in capite Ecclesiæ; adeoque Infideles ad fidem conversi non essent cogendi in quacumque casu cum prima uxore manere, & reliquas dimittere cujus oppositum expressè definivit Innocentius III. *cap. Gaude-*

146 *mus de divort. Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit Uxorem, cum tale repudium Veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licitè poterit aliam etiam ad fidem Christi conversas habere:*

Profectò si Imperator Synarum, aut Turcarum cum suis omnibus Uxoribus converterentur ad Catholicam fidem sponderentque se curaturos, ut amplissima illa Regni fidem Christi susciplant, vellent tamen non cum prima legitima Uxore ad fidem pariter conversa, sed cum secunda pulchriori ipsisque respectivè magis grata remanere utique dissolutionem vinculi matrimonialis cum prima, remorari deberent verba illa Inno-

147 centii III. *cùm tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licitè poterit aliam etiam ad fidem Christi conversas habere:* In data hypothesi maturanda etiam foret resolutio affirmativa per dissolutionem matrimonii cum prima, nec statim summo Pontifici consulenda tutius, & prudentius in ea hypothesi esset cogere primam Imperatoris Uxorem ad votum solemne Religionis, ne tantum Ecclesiæ bonum impediret; Cæterum dissolutio matrimonii consummati cum prima ad fidem conversa videretur approbare repudium, quod Christus in Evangelio reprobavit.

Tanta utilitas, & necessitas Ecclesiæ, quæ foret in ea hypothesi non relucet in casu præsenti, ubi agitur de duobus privatis Judæis de novo conversis, Ricca renuit cohabitare cum Abraham adultero forsan ex Zelotypia Abraham libidine percitus vellet matrimonium inire cum Concubina, dissolutio vinculi inter Riccam, & Abraham foveret in casu, & Zelothypiam Ricchæ & inordinatam libidinem Abrahæ quod si iste baptizatus, & separatus à Blanca Christiana per per aliquod tempus vivat. Ricca prima Uxor videns

148 Abrahæ conversionem adeptam sibi libertatem, quam hucusque habuit contrahendi matrimonium cum altero facilè adulterii injuriam condonabit, & in casu obstinationis tolerabilius fovet, atque tutius in praxi cogere illam ad habitandum cum Abraham, ne iste ex sua conversione cælibem teneatur ducere vitam (quod est unicum gravamen, & incommodum Abrahæ in casu præsenti; In quo tamen plurimi fideles innocentes separati ab Uxoribus vel ob hæresim, vel ob adulterium reperiuntur) quam dissolutionem matrimonii consummati concedere per duo de viginti ferè sæcula à S. Petro ad Benedictum XIII. inauditam in Ecclesia licet non semel hæc individualis dispensatio fuerit à Romanis Pontificibus petita, sed semper negata.

Navarri siquidem tempore anno 1588. Sixto V. præsens. Individuale dubium cum omnibus suis circumstantiis ipso Navarro aliisque de eo tempore Theologis pro affirmativa sententia scribentibus propositum fuit Sixto V. petentes tamen repulsam passi

149 sunt Teste Vasquezio gravissimo Societatis Jesu Theologo Romæ tunc temporis præsente, & pro negativa sententia pugnante *tom. 4. in 3. part. disp. 21. cap. 62. num. 58.* Cum autem nulla relevabilis circumstantia reperiatur in casu præsenti inter Riccam, & Abraham, quæ non fuerit in casu proposito à Navarro inter Lazzarum & primam ejus Uxorem quæque movere possit ad dissolutionem matrimonii præ illo videtur etiam standum pro resolutione negativa prout stetit Sixtus V.

Addenda videtur triplex negativa resolutio hujus Sacræ Congreg. de anno 1629. allata ab Illustriss. Do- 150 mino meo Secretario in suo discursu solita majestate, & eruditione exarato pro resolutione hujus Causæ, quæ in hoc solum differt ab illa quod ibi: *Maria Rosa* primò conversa & innupta instabat suum sibi reddi Virum, hic vero *Ricca* dissolationi matrimonii consentit Sacra Congregatio semel, & iterum proposita Causa decrevit debere Virum redire ad primam, atque relata Summo Pontifici resolutione Sanctissimus voluit eam ampliùs examinari (propensus, & inclinatus forsan ad indulgendum Oratoribus, si tuto fieri liceret) verùm quotquot Theologi scripserunt, resolutionem Sacræ Congregationis veram comprobarunt, ac tertio proposita Causa, Sacra Congregatio stetit in decisis. Cum autem nulla alia sit diversitas pro casu præsenti, nisi consensus Ricchæ ad dissolutionem, & solus consensus Conjugum absque alia urgenti causa non sit sufficiens, nec etiam ad dissolvendum matrimonium ratum Fidelium, quod aliunde etiam altero dissentiente, dissolvi potest, & multoties dissolutum fuit, ut advertit Card. de Laurea *disp. 16. art. 12. §. 4. num. 279.* Hinc videtur etiam in casu præsenti cum 151 Sixto V. & cum hac Sacra Congregatione Concilii respondendum negativè.

Secundò. Prudentissimè autem, & Pontifex, & hæc Sacra Congregatio judicarunt non esse in matrimonio consummato Infidelium conversorum ad fidem procedendum ad dissolutionem, sicuti fieri solet in matrimonio rato fidelium, & ex causis, ex quibus istud quandoque dissolvitur. Cùm sit magna, & palpabilis diversitas summopere ponderanda, ne Græcis Schismaticis, Luteranis, & Calvinistis dentur motivum infirmandi præcipuum fundamentum, cui innititur dogma Catholicum de absoluta indissolubilitate matrimonii consummati Fidelium, quæ & à Romanis Pontificibus, & à Concilio Tridentino *Sess. 24. de matrim.* col- 152 ligitur ex verbis Christi Matth. 19. *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet:* His verbis, & non aliis Lothario Constantino Copronimo, & Michaeli III. Imperatori præsentibus solutionem Vinculi matrimonialis consummati restiterunt Sanctus Ignatius, Nicolaus, & Adrianus, & Trident. ex illis *Can. 5. & 7.* dogma illud catholicum definit, quæ quidem Christi verba utpotè prolata in eodem contextu post illa, *& erant duo in carne una: itaque non sunt duo sed una caro, quod ergo Deus conjunxit, homo non separet:* Juremerito Theologi post Cajetanum *tract. 8. quæst. unica*, restringunt ad solum matrimonium Conjuges, nisi per Carnalem copulam, quam restrictionem ante Theologos 153 probaverant, & definierant Gregor. I. *in cap. Agathosa, & in cap. sunt qui dicunt 27. quæst. 2.* & Alex. III. *cap. verum cap. ex parte, & cap. ex publico de convers. Conjug.* sanè, inquit, *quod Dominus in Evangelio dicit non licere Viro Uxorem suam dimittere intelligendum est, secundùm interpretationem sacri Eloquii de iis quorum matrimonium carnali Copula est consummatum:* Unde meritò concludunt cum Cajetano Theologi matrimonium ratum Fidelium, & si intrinsecam insolubilitatem habeat naturali Juri conformem non habere tamen absolutam indissolubilitatem ex Jure Divino positiva, quod statuit Christus illis verbis, *quod Deus* 154 *conjunxit, homo non separet: Non licere Viro Uxorem suam dimittere*, & ideo Ecclesiastica lege vel Summi Pontificis auctoritate in aliquibus circumstantiis solvi potest ratum fidelium. Unde & Concilium pariter Trident. cit. ad illam restrictionem attendens cum *Canon. 5. & 7.* absolutam indissolubilitatem consummati definierit, *Can. 6.* matrimonium ratum solvi per solemnem Religionis Professionem declaravit.

Quàm autem certum est verba illa; *Quod Deus conjunxit, homo non separet*, ita restricta esse ad matrimonium consummatum, ut ratum tantummodo non comprehendant, tum clarissimum est restringi non posse ad consummatum fidelium in Infidelitate contracto: Qui-

nimò

nimò extendenda fore ad omne validum consummatum matrimonium sive fidelium, sive Infidelium ex- [155] pressè aperit Augustin. 14. *de Civit. cap.* 22. & quod magis est clarissimè definivit Innoc. I. *cap. nunquid* 28. *quæst.* 1. *Ipse Dominus*, inquit, *cum interrogaretur à Judæis si liceret dimittere Uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit, quod Deus conjunxit, homo non separet, ac ne de iis putetur esse locutus, qui post Baptismum Uxores sortiuntur meminerint hoc, & à Judæis interrogatum, & Judæis esse responsum*, ex quibus evidens est matrimonium sive Fidelium, sive Infidelium esse insolubile lege divina positiva ex illis verbis, *Quod Deus conjunxit, homo non separet*, quæ matrimonium ratum fidelium licet sit Sacramentum non comprehendunt, adeoque non videtur totum in praxi procedere ad solutionem consummati Infidelium ex causis, quæ sufficiunt ad solvendum matrimonium ratum Fidelium.

Dogma igitur Catholicum de absoluta indissolubilitate matrimonii consummati fidelium oppugnari non potest à Schismaticis, & Hæreticis paritatis dissolutionis matrimonii rati, quia ut vidimus hoc non est insolubile Jure positivo Divino, nec comprehensum sub verbis. *Quod Deus conjunxit, homo non separet*: non potest item oppugnari paritate dissolutionis matrimonii consummati Infidelium ex conversione unius Conjugis ad fidem, quando solvitur ob unam ex illis quatuor causis fundatis in verbis Apostoli. *Non enim servituti subjectus est frater, aut soror in hujusmodi*, quia tunc ut advertit Bellarm. *lib.* 1. *de matrim. cap.* 12. §. *Nempe* [156] *obstat. Non dirimitur ab homine, sed à Deo cujus interpretem habemus Apostolum Paulum.* Hinc cum Pollonius hæreticus contenderet permissionem factam Apostolo discedendi ab Uxore Infideli esse contrariam intentioni Christi præcipientis Virum ab Uxore non [157] discedere, totus est Augustin. *lib.* 1. *de adulter. Conjug. cap.* 13. & 14. & habetur *in cap. jam nunc* 28. *quæst.* 1. in ostendendo illam Pauli permissionem non esse Ecclesiasticam & Apostolicam, sed verè Divinam ex intentione Christi ab Apostolo promulgatam in Beneficium fidei.

At verò si solvatur consumatum Infidelium ex aliis causis, ac præsertim ex illis quibus solvi solet matrimonium ratum Fidelium timendum est ne hoc exemplo Ecclesiæ hucusque penitus ignoto) abutantur hæretici contra Dogma Catholicum, & quemadmodum nunc Navarrus, Sanchez, & alii planibili argumento de- [158] derunt solutionem consumati Infidelium ex dissolutione matrimonii rati fidelium, ita & hæretici ab exemplo solutionis consumati Infidelium ex causa in illis Pauli verbis non expressa deducent cum verisimili fundamento dissolutionem consumati fidelium ex causa hæresis adulterii molestè cohabitationis &c.

Sanè non est tam expedita disparitas, quod enim dicitur matrimonium consumatum fidelium esse absolutè indissolubile, eo quia repræsentat unionem indissolubilem Christi cum Ecclesia non est tanti ponderis, nec videtur sufficiens ad obstruendum os Impiorum perversa loquentium, dum primo, quia cum in re quæ in signum alterius instituitur debeat esse quodam naturalis aptitudo ad illam rem significandam, non ideo est insolubile matrimonium consumatum fidelium, quia significat unionem insolubilem Christi cum Ecclesia, sed potius quia ex se ex Christi institutione supponitur insolubile, & perpetuum ille, ideo institutum est in signum indissolubilis unionis Christi cum Ecclesia, tum secundo quia significatio illa desumpta ex verbis [159] Apostoli: *Hoc Sacramentum magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia*, de matrimonio primorum Parentum ante adventum Christi dicta fuisse non immeritò contendit Augustinus *lib. de bon. conjug. cap.* 8. *lib.* 2. *de peccat. orig. cap.* 34. & *lib.* 22. *de nupt. & Concup.* 10. & 22. Et revera cum significatio illa non conveniat matrimonio quatenus Sacramentum est stricto modo (tale enim per significationem gratiæ, quam producit constituitur, non verò per significationem illam unionis Christi cum Ecclesia ex qua denominatur Sacramentum latiori Sacramenti acceptione) non est cur talis significatio unionis Christi cum Ecclesia denegetur matrimonio consumatò ante Baptismum; Cum tertio tandem & principaliter, quia licet ante Baptismum eam significationem indissolubilis unionis non habeat, suscepto tamen ab utroque conjuge Baptismate statim indissolubilem Christi unionem actu significat. Etenim quia per Baptismum unius conjugis, alter remanente in infidelitate poterat unice solvi matrimonium illud. Ideo forsan prius actuali ea significatione carebat, suscepto verò Baptismate ab utroque conjuge, est remota unica illa hypothesi dissolutionis, non est cur actu non significet indissolubilem illam unionem, & hoc totum est, quod elici solet matrimonia [160] Infidelium per Baptismum ratificari, & hoc est, quod intelligit S. Thomas *in Supplem. quæst.* 59. *art.* 2. *ad* 2. eliciens de matrimonio consumato Infidelium, quod sit aliquo modo Sacramentum *habitualiter* quamvis, *non actualiter*.

Nec dici potest insolubilitatem absolutam matrimonio consumato fidelium convenire, quia Sacramentum est strictè tale, nam ratum fidelium est verè, & propriè Sacramentum, & tamen solvitur, deinde si insolubilitas provaniret ex ratione proprietatis Sa- [161] cramenti, cùm probabilior in Ecclesia sententia doceat, matrimonia Infidelium contracta ante Baptismu nec etiam post Baptismum ex defectu materiæ fieri Sacramentum; Inde sequeretur matrimonium Infidelium etiam post Baptismum consumatum fieri indissolubile, quia nunquam efficitur Sacramentum.

Quod tandem assumitur nimirum matrimonium cōsumatum Infidelium, nisi iterum consumetur post Baptismum *æquivalere tantummodo rato Fidelium*, gratis, & arbitrariè assumitur, quia nulla solida ratione probatur, nec video cur ad hoc requiratur, ut formaliter à fidelibus cōsumetur, cùm revera antecedenter facti sint jam *una caro* per copulā licitam, & maritalē in qua indissolubilitas absoluta matrimonialis vinculi ex Divino Jure fundatur. Deinde est certum inter Theologos, & Canonistas Bigamiā non fieri ante consumationē plurium Conjugiorum, est etiam certum hominem non fieri bigamum, quia ex copula illicita non oritur vinculum. Est tandem certissimum, & definitum ab *Innoc. I. ep.* 22. [162] *cap.* 22. & refertur Can. deinde *dist.* 26. & *Can. Acutius* 27. & 28. *qu.* 3. *Bigamiam non tantum incurri à baptizatis, & fidelibus, sed etiam à Catechumenis, & Infidelibus neque Baptismo purgari.* Exploratum est enim Infideles, qui in Infidelitate duas Uxores, aut simul, aut successivè cognoverunt Bigamos esse, rationes autem hujus reddidit Augustinus *de bon. Conjug. cap.* 58. [163] *quia normam quondam Sacramenti amiserunt*, & *Innoc. III. cap. debitum de bigamis non ordinandis*, quia per bigamiam aliquid de significatione conjunctionis Christi cum Ecclesia emiserunt, nimirum non est unus unius sicut Christus unus uni tantùm unitus est Ecclesiæ. Ex his tribus Principiis certis infero. Primum est ergo matrimonia consumata Infidelium etiam ante Baptismum significabant unionem Christi cum Ecclesia, non enim possent ammittere aliquid significationis si ea significationem non habebant secundùm, & ad rem nostram est si post Baptismum matrimonium in infidelitate consumatum, nisi succedat copula post Baptismum æquivaleret matrimonio rato fidelium ergo infidelis, qui est in infidelitate cognovit successivas duas uxores si post Baptismum non cognoscat non esset bigamus, & bigamia per Baptismum purgaretur, quod ex præmissis dici non potest cum ex duobus de matrimoniis ratis tantummodo homo non dicitur bigamus, ergo reputatur pro consumato alias bigamia non oriretur ex copula habita ante Baptismum.

Ultimus scrupulus est, quia argumentum cui unicè innituntur Navarr. Sanchez, & alii desumptum ex paritate dissolutionis Sacramenti rati fidelium non est tanti ponderis, ut tutum reddere possit in praxi exercitium potestatis Pontificiæ dissolventis consumatum Infidelium simul Baptizatorum in casu præsenti. Primò, quia in singularibus Privilegiis, quæ à jure communi exorbitant non est arguendum à simili, vel potiore, *cap. quæ à jure de reg. jur. lib.* 6. & ut docet cum a- [164] liis *Lessius de justit. cap.* 15. *dub.* 4. *n.* 28. Secundò est certum certitudine fidei dissolvi ratum fidelium per votum solemne Religionis, non est autem certum de fide, imò probabilissimè defendere à multis Theologis in Ecclesia consummatum Infidelium non dissolvi per votum solemne Religionis; Item ut docet, vel ipse Sanchez, [165] *lib.* 7. *disp.* 76. *nu.* 3. & 7. Fidelis non potest ingredi Religio-

ligionem non monito Conjuge Infideli, imò etsi legitimè ingressus sit tenetur egredi si ante professionem alter convertatur, ad quæ tamen non obligat matrimonium ratum fidelium, & consequenter illud in aliquibus fortius isto ligat. Tertiò, Matrimonium ratum fidelium etiam altero Conjuge dissentiente multoties dissolutum est. At consummatum Infidelium in sensu composito utriusque conversionis, nondum (quod sciam) altero dissentiente fuit dissolutum, ut deducitur ex triplici illa negativa resolutione hujus Sacræ Congregationis desuper enunciata. Quartò, & præcipuè matrimonium ratum fidelium non comprehenditur sub præcepto Divino positivo statuto à Christo verbis illis jam non sunt duo, sed una caro: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet*. Quæ tamen ex definitione Innocentii I. etiam ad matrimonia consumata Infidelium extendenda sunt; igitur sine periculo læsionis Divini Juris solvitur auctoritate Pontificia ratum fidelium, non est tamen in praxi certum, Juri Divino non derogari per dissolutionem consumati Infidelium ex causa in jure Divino non expressa.

Cùm autem agitur de lege positiva Divina clarè, & evidenter à Christo intimata pro omni matrimonio valido consumato, & dubium non levis momenti sit, ut magnorum virorum sensus manifestè commonstrat, an dissolutio in casu apponatur Divinæ legi, cùm possessio sit pro lege, & non pro libertate periculosum est in praxi dissolutionem consulere, maturandum est ergo judicium, & cautè procedendum ne Judæis datur 166 scandalum pro subsistentia repudii, ne Hæreticis præbeatur motivum oppugnandi Dogma Catholicum, ne summa, & suprema Pontificis prudentia in dispensationibus concedendis nitatur argumento Navarri, & Sanchez, quod ex multis capitibus reddi potest infirmum ne tandem introducatur in Ecclesia dissolutio matrimonii consumati ex causa huc usque penitus inaudita, & quæ Judicio gravissimorum Theologorum Juri divino putatur opposita.

Nemo nescit quantum Theologis insudandum fuit 167 substinendam dispensationem à Julio II. concessam Henrico VIII. ut matrimonium iniret cum Uxore fratris sui, totisque viribus incumbendum fuit. Juri Divino illam non adversari, ut ostenderent, scimus certam, & indubitatam esse Pontificis auctoritatem dispensandi in impedimentis Jure solum Ecclesiastico statutis; At si initia harum dispensationem hodie frequentium recurramus comperiemus imprimis exemplis Romanos Pontifices, & gravissimum fundamentum, & nobilissimum habuisse motivum; Quæ profectò in hoc primo casu dissolvendi matrimonium consumatum duorum Judæorum de novo baptizatorum non concurrunt, superest ergo, ut cum doctissimo, & omni 168 genere eruditionis viro concludam; *Quidquid sit de Pontificia auctoritate quam sartam tectam in omnibus esse debere sentio, exercitium talis potestatis esset in casu periculosum*.

169 Et ita salvis semper &c. humillime censeo.

Fr. Franciscus Zaveroni Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.

Illustr. & Rev. Dom. Exhibeo quid censeam, prout Dominatio Vestra Illustrissima, & Reverendissima 170 mihi dignata est imperare, circa quartum, & quintum de propositis Dubiis.

Quartum dubium ad hos terminos redigo, an Summus Pontifex possit dispensatione sua, etiam quoad vinculum, solvere matrimonium, priùs inter Abraham, & Riccam in infidelitate contractum, & consumatum? Nam hoc priore matrimonio non soluto, certum est, non posse summum Pontificem dispensare, ut Abraham permaneat in posteriore matrimonio, in infidelitate contracto cum Blanca; Dispensaret enim in Poligamia, sive in impedimento ligaminis, in quo ex unanimi Doctorum sensu dispensare certè 171 non potest; Prius autem matrimonium inter Abraham, & Riccam ipsam Ricchæ conversione, juxta communem Theologorum Doctrinam, non est solutum, nec solutum est altero matrimonio, quòd Ricca præmissis Canonicis monitionibus poterat conversa contrahere cum Fideli, & non contraxit, nec solvi jam potest, eo quòd Abraham, utpote sub Cathechismo velit suscipiendo Baptismum integrè converti, fieri simpliciter fidelis, & in Ecclesiam ingredi.

Debet ergo priùs Abrahæ cum Ricca matrimonium ab alia potestate solvi, ut possit Abraham conversus permanere in posteriori matrimonio contracto cum 172 Blanca pariter conversa; sive potius, ut possit illud posterius matrimonium, utpote invalidè, etiam in Infidelitate contractum revalidare, sive denuò contrahere in facie Ecclesiæ.

Redigo ulterius ad præcisos terminos casus præsentis, in quo Abraham, utpotè adhuc sub Cathecismo, nondum est fidelis, quo nomine soli significantur Baptizati, ac propterea in quo quæritur, utrum matrimonium Abrahæ cum Ricca in Infidelitate contractum, 173 & consumatum possit Pontificia dispensatione solvi, quando sola Ricca est conversa, & fidelis.

Si enim Ricca simul, & Abraham Baptismum jam suscepissent, adderetur major difficultas ad resolvendum affirmativè, quæstionem, ex eo quod aliqui Theologi putent matrimonium Infidelium ipsa Baptismi 174 susceptione transire in Sacramentum, ita Sanchez *l. 2. de matrim. disp. 9. num. 5.* Gutierez *cap. 41. de matrim. num. 5.* Aliqui verò in matrimonium etiam consumatum fidelium adeoque omni potestate humana insolubile ita Castropal. *de Sponf. disp. 2. punct. 2. §. 4. num. 2.* Schmalzgru. *tit. de Divortiis num. 60.* In his tantùm ter- 175 minis Vasquez *disput. 2. de matrim. cap. 6. nu. 8.* ait eos repulsam passos, qui juxta oppositam Doctrinam dispensationem obtinere à Sixto V. nitebantur.

Stando ergo in præcisis terminis casus præsentis censeo resolvendam esse affirmativè quæstionem, Fundamentum debet esse generalis potestas à Christo Domino concessa à Petro, in ejusque Sede successoribus illi- 176 mitatis illis verbis Matthæi *c. 16. num. 8. Et tibi dabo Claves Regni Cælorum; Et quodcumquè ligaveris super terram erit ligatum & in Cælis; Et quodcumque solveris super terram erit solutum & in Cælis.* Ex quibus Suar. *to. 3. de Relig. lib. 6. cap. 16. n. 11.* benè refert hoc principium: *Quidquid vel natura sua insolubile non est, vel ab ab ipso Christo non est prohibitum solvi per potestatem Petro datam solvi potest, Quia ab illa universali Christi loquutione nos excipere non possumus nisi quod vel natura sua exceptum est, vel Christus ipse excepit. Imò quando res fuerit dubia & exceptio non constiterit pro Petri potestate præsumendum est, tum quia in dubiis melior est conditio possidentis, præsertim Superioris, tum etiam quia concessio Principis amplissimè ampliando est, maximè quando verba ejus sunt amplissima quoad matrimonium.*

Excipitur matrimonium Fidelium consumatum, cui omnimoda indissolubilitas, non competit quidem per Sanchez *lib. 2. de Matrim. disput. 13. nu. 8.* & Jure naturæ competit tamen ex Christi præcepto Divino positivo imposito Matth. 19. ibi: *Quos Deus conjunxit, homo non separet*, ubi elevavit Matrimonium adesse Sa- 177 cramenti, & ut repræsentaret indissolubilem Christi unionem cum Ecclesia per Carnem assumptam. Et ideo nulla in terris potestate, nec Pontificia, & in nullo casu, nisi alterutrius & conjugatis fidelibus morte dissolvi potest.

Sed non excipitur matrimonium etiam Fidelium ratum non consumatum; Hoc enim certe solubile est solvitur per solemnem Professionem in Religione Apostolica approbata, ut constat *ex Cap. verum cap. ex* 178 *publico de Convers. Conjug.* Extravagant. Joann. XII. *de Voto*, & Tridentino *Sess. 24. canon. 8.* ibi: *Si quis dixerit Matrimonium ratum non consumatum per solemnem Religionis professionem alterius Conjugum non dirimi, anathema sit.* Ratio solubilitatis est, quia licet sit verè, ac propriè Sacramentum novæ Legis, non tamen significat unionem insolubilem Christi cum Ecclesia per Carnem assumptam, sed solubilem cum anima per Gratiam.

An verò etiam solubile sit Pontificia dispensatione, res erat inter Theologos valde controversa pluribus hanc potestatem Summo Pontifici probabiliter negantibus pluribus quoque probabiliter tribuentibus apud Sanch. *lib. 2. de Matrimon. disputat. 14.* & Castropal. *de Sponsalib. disput. 2. punct. 2. §. 30. nu. 2.* Nunc autem 179 hæc in Summo Pontifici potestas extra controversiam est

est, tum ex eo, quod Summi Pontifices pluries illa usi sunt, tum ex recenti Clementis XI. declaratione. Et quidem ad dandam certitudinem non est deventum aliunde, quam ex eo quod cùm exceptio non constaret pro Petri potestate, præsumendum fuit. Cæteroquin bono Ecclesiæ regimini, & Fidelium utilitati valde conferente ut *Sanchez loco citato* demonstrat. Excipiendum igitur ex pari ratione non est matrimonium Infidelium consumatum, quando præsertim unus eorum baptizatus, alter non: nam hoc etiam matrimonium solubile est Privilegio Christi per Apostolum dato 1. *Chorinth. cap. 7. num. 15.* ibi: *Quod si Infidelis discedit discedat, non enim servituti subjectus est frater,* 180 *aut soror in hujusmodi, & explicato in Cap. Gaudemus de divort.* Ergo Pontificiam etiam dispensationem solvi juxta interveniente causa poterit. De hac etiam potestate Theologi dubitant; eam tamen affirmant *Sanchez lib. 2. disp. 17. num. 2.* cum *Navarro Layman* 181 *lib. 5. tom. 10. part. 2. cap. 3. num. 3. Pignatell. tom. 8. consult. 93. num. 24. Ventricell. de Apost. miss. tit. in qu. 156. num. 18. Card. de Lugo apud Kochier. de matrim. num. 1409. Avendano Thesau. Indic. tit. in cap. 14. à n. 305. Filiucc. tom. 1. part. 1. cap. 2. num. 89.* his verbis; *Cui sententiæ quia favorabilior est potestati Summi Pontificis, & quia favet usus, & praxis, cum aliquando in tali Matrimonio dispensatum fuerit nos etiam adstipulamur*. Ergo &c.

Ex fortiori etiam ratione, qua matrimonium fidelium ratum, & non consumatum, eo quod sit Sacramentum difficiliorem, habet solubilitatem, Matrimonium autem Infidelium consumatum faciliorem, cùm sit contractus merè naturalis, & in Officina naturæ, 182 Et hac de causa *Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 76. num. 9. Salmantic. de Matrimonio tract. 9. cap. 4. num. 12. Clericat. de Matrimonio cap. 5. num. 71.* & alii sentiunt, prout Matrimonium ratum Fidelium, ita consumatum Infidelium Religiosa professione dissolvi, Et consequenter Pontificia dispensatione.

Ex fortiore insuper pro præsenti casu, quia citati Doctores affirmant, dispensativam Summi Pontificis potestatem in Matrimonio Infidelium consumato ante Baptismum: quando etiam ambo convertuntur, & baptizantur, sed post Baptismum matrimonium non consumarunt. Quia illud matrimonium per Baptismum non transit in Sacramentum, neque in matrimonium consumatum Fidelium, nimirum formaliter Fidelium, sed fit consumatum Fidelium cum termini distractione, nempe Infide- 183 lium, qui futuri erant Fideles; At in præsenti casu, in quo Ricca est conversa, & Abraham nondum est conversus, consomatum eorum in utriusque Infidelitate matrimonium, non subest ullatenus Baptismo, ut per Baptismum fieri possit Sacramentum, aut Matrimonium consumatum Fidelium: Ergo à fortiori potest in præsenti casu Summus Pontifex dispensare.

Firmatur hæc etiam dispensativa Pontificia potestas in matrimonio Infidelium consumato non minus, quam in matrimonio Fidelium rato, & non 184 consumato ex ipsius usu. Differentia tamen est, quod in matrimonio Fidelium rato reperitur usus in casibus particularibus. At in matrimonio Infidelium consumato reperiutr solùm in Casibus generalibus, & quidem etiam cum attentione, & tempus quo ambo Infideles sunt conversi, & baptizati.

Casus autem generales habentur in Literis Sancti Pii Quinti, & Gregorii Decimitertii apud *Verricell. libro primo*, apud *Avendan. in Thesaur. Indic.* 185 *num.* 398. & alios in favorem Fidei ad facilitandam Indorum conversionem, ne videlicet ab hac absterreantur per hoc, quod in iis casibus cogantur ad cælibatum; Principales casus sunt. Primò, si Infidelis plurium, quas in Infidelitate duxit uxorem deprehendere nequeat, quam primum duxerit. Huic Infideli converso indulget Sanctus Pius V. ut pro libito conversam, sive Fidelem ducat matrimonium rite contrahat cum illa. In hoc casu re ipsa datur prima, & fortassè jam conversa. Dispensatur ergo in matrimonio cum illa legitimè contracto, & in infidelitate consumato, ac etiamsi ambo postea conversi fuerint, & Baptismum susceperint. Secundò, si Infidelis uxor convertatur, viro suo ita 186 procul distante, ut non possit canonicè moneri, nec explorari ejus voluntas. Huic Gregorius Decimus tertius indulget ritè contrahere cum alio Fideli, & taliter; ut si Vir primus postea redeat, etiam antea conversus, & eo ipso tempore, quo Uxor conversa est, alterum matrimonium cum Viro secundo contractum non rescindatur, sed subsistat.

Nec dici potest hæc Pontificum Indulta non esse dispensationes, sed meras declarationes Privilegii per Apostolum Paulum à Christo concessi: Nam præter quam quod earum Literarum clausulæ eo præsertim hæc Gregorii Decimitertii Connubia Infidelium necessitate suadente dissolvi posse, dispensationem satis indicant, ea Pontificum Indulto addunt multum ultra concessionem Christi Domini, ac etiam ultra explicationem Capituli *Gaudemus de Divortiis*, atque adeò Pontifices ita indulgendo dispensativa sua potestate utuntur, & de facto dispensant.

Ad repulsam Sixti V. in contrarium adductam, facit id, quod *Schmalz. de Divort. num.* 49. in simili sic respondet: *Dum Innocentius Octavus nega-* 187 *vit se dispensare posse in matrimonio rato, id intelligendum est, non quod hoc absolutè non possit Pontifex, sed quod non possit licitè, sine justa causa, nam facere id solum posse dicimus, quod à nobis Jure, honestèque potest.*

Quare his omnibus consideratis censeo, Pontificiæ potestati pro præsenti casu favendum, & quar- 188 tum dubium affirmativè resolvendum esse.

Circa quintum dubium admodum hæsito, utpote in gravissima materia, & circa quam non potui Pontificiæ potestatis exercitium invenire in ullo ca- 189 su particulari, & fortassè ob periculum, quod in casu particulari dispensatio caderet non in favorem fidei, sed potiùs in favorem libidinis, aut alterius vitiosi, & depravati assensus.

Ad resolvendum tamen affirmativè etiam quintum dubium duplex consideratio conferre potest; Prima, quod Ricca Canonicam monitionem in sua conversione præmisit, eo quod post monitionem præmissam non fuit amplius ex Apostolo *Servituti subjecta* hoc est obligationi permanendi in Matrimonio Abraham contrahendo aliud cum Fideli matrimonium. Hoc jure non est usa, sed mansit innupta; secun- 190 da, quod Abraham contraxit, & consumavit aliud matrimonium cum Blanca, videlicet relictus à Ricca, & ideò fortassè indicant illud sibi licitum juxta suam sectam, & ex ignorantia fortassè non immediatè culpabili, & consequenter vivens honestè, & intra leges Conjugii, & maritalis affectus.

Si hæc duo habeant circumstantias adstipulantes, exempli gratia diuturnitatem temporis, exemplarem pietatem in Ricca, cum cælibatu conjunctam, faciliorem Abrahæ, & Blancæ per susceptionem Baptismi conversionem, & alias fidei faventes, propendeo ad affirmativam quinti dubii resolutionem, & præsertim si obtenta dispensatio non sit futura 191 pernicioso imposterum exemplo, cum periculo relaxandi reservationem hucusque à Sede Apostolica in hac materia usurpatam.

Ita salvo meliori &c.

Aloysius Sparvieri Soc. Jes. Sac. Pænitent. Theol. qui brevi morbo correptus piè obiit in Urbe die 27. Martii 1727.

Die 29. Martii 1727. proposita Causa in Sacra Congreg. Concilii sub prædictis dubiis, illius resolutio dilata fuit, cum Rescripto: *Scribatur juxta Instructionem.*

DISCEPTATIO XLV.

Olomucen. Dispensationis.

PRO

Antonio OppeteisKa.

ARGUMENTUM.

Gratia dispensationis in secundo gradu, sive Affinitatis, sive Consanguinitatis, non solet de facili ab Apostolica Sede concedi.

ANtequam fati munus impleret Barbara Martin KousKin, Uxor prædefunctæ Antonii Oppeteis-Ka, de Reitesfeld, devoti E. V. Oratoris, pluribus adstantibus, eundem Oratorem dicta Barbara rogavit, ut commendatam habere vellet, & veluti pupillam oculi sui nobilem Adolescentulam Sidoniam Sohatlianam, filiam ex Sorore dictæ Barbaræ, & sic in primo & secundo gradu affinitatis cum eodem Oratore conjunctam, omnesque conatus ad eam ducendam adhiberet.

Supradicta enim Puella, utroque orbata Parente, bonisque fortunæ carens, à pueritia in Domo præfati Oratoris inservivit, ipsique in suis infirmitatibus adstitit solo victu, & amictu contenta, tanta fidelitate, pietate, ac vigilantia, ut mutuo amore se se prosequantur, & absque periculo prostitutionis dictæ Puellæ, ac translationis ad partes Catholicas vicinarum Provinciarum, ad invicem separari nequeant.

Adconsulendum igitur eorum conscientiæ, ac securitati Animarum, capiunt matrimonialiter copulari, cùmque dicto gradu primo, & secundo affinitatis se attineant: Supplicarunt humiliter SS. D. N. pro opportuna dispensatione; Cùmque preces remissæ fuerint ad hanc S. Congregationem pro Voto, proinde demissæ hodiè Em. PP. exorantur ut idem Votum desuper favorabile proferre dignentur, & exaudiri confidimus.

Primò. Ob periculum Animarum amborum Oratorum, qui variis Dœmonis suggestionibus impelluntur ad sese transfereodum ad vicinas Provincias Acatholicas, & ita sibi ipsis satisfacere, quoties ab hac Sancta Sede dispensatio denegetur, prout ex Attestatione Suffraganei Olomucen. eorum Ordinarii Summ. data in quæ causa sufficiens judicata fuit in quampluribus casibus; si enim movetur Summus Pontifex ad dispensandum, ut Matrimonium inter pares Religione contrahantur, ut notat *Corrad. de Disp. lib. 7. cap. 2. nu. 96. & de Just. de Dispens. Matr. lib. 3. c. 10. & 11. per tot.* à fortiori quoties, prout in casu nostro, timetur, nè ambo Oratores supradictis humani Generis Hostis suggestionibus tandem cedant, & ad Hæreticos se transferrant, ibique contrahant.

Secundò. Ob ejusdem paupertatem, quæ potissima etiam causa foret prostitutionis, nisi Matrimonium cum dicto Oratore sequeretur, dum idem Orator eam ducere cupit sine dote, ex gratitudine, aliisque causis desuper enarratis; Quæ motiva in aliis Viris non concurrerent, & hanc causam pariter contribuere concessioni Dispensationis prosequitur idem *Corrad. lib. 7. cap. 2. num. 22.* ibique. *Quia ad bonum publicum confert, nè Fœmina defectu dotis innupta remaneat, quod magis procedit in Muliere, quæ nullam penitùs habet dotem*, & concordat *Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 19. n. 4.* ibi. *Ultima clementia Pontificis, quod Puella pauper sit, velitque Patruelis ipsam ducere, ac honestè ditare.*

Tertiò. Ob excessum ætatis dictæ Mulieris annorum 26. *de Just. de disp. matr. lib. 3. cap. 8. n. 7. & seqq.* ibi. *Movetur Pontifex ad dispensandum ob hujusmodi causam ad succurendum Oratrici, nè cùm periculo Animæ innupta remaneat, et propterea, cum Feminam remanere innuptam sit causa scandalorum, et peccatorum, Papa ad illa vitanda dispensat*, nec non ob ejusdem Mulieris orbatæ utroque Parente, qualitatem nobilem sicut, & Viri.

Et quamvis ad obtinendam dispensationem in gradibus proximioribus sufficere posse videatur sola causa in primo loco desuper expressa; Nihilominùs quateous non adesset, adhuc simul omnes aliæ unitæ prodessent, ut benè subdit *Corrad. ubi suprà c. 3. n. 17.* testans de Praxi ibi, *Aliàs vidi plures ex levioribus allegantur, veluti, quod cùm dicta Oratrix Patre orbata, trigesimum annum agens, in dicto Loco propter illius angustiam &c. qui de verè nobili genere procreati.*

Quarto. Tandem ob benemerentiam Oratoris, qui per annos 40. & ultrà fuit familiaris Comitis de Kaunitz, Pro-Cancellarii S. R. I. ergà Sedem Apostolicam, & Ecclesiam Catholicam optime meriti, & eidem adstitit in variis Legationibus, initis pro bono publico, & præsertim in Bavaria, & Germania, occasione obsidionis, qua Civitas Viennen. præmebatur à Tyrannide Turcica. Sedes enim Apostolica gratiosam se reddere non dedignatur erga benemeritas Personas, & iis auxilium, & gratias impendere, qui eidem Sedi Apostolicæ, & Catholicæ Ecclesiæ, omnium Matrimonii inservierunt, ut in terminis notat *de Just. de disp. matr. lib. 30. cap. 12. n. 2.* ibi, *Papa movetur ad dispensandum ob hanc causam, quia dignum est, & justum, ut Ecclesiæ benignitatem experiantur, qui apud ipsam benemeriti sunt, & bono publico valdè expedit, ut qui cum fide Catholica, seu Romana Ecclesia, & in ejus servitiis benè se gesserint, & remu nerentur.*

Supplicantes omnes has causas unitim præoculis habendas esse: *Quando enim* (sunt verba *Corradi in praxi Disp. lib. 7. cap. 2. n. 20.*) *causæ aliquæ non sufficiunt, multæ ad invicem aggregatæ pro sunt juxtà illud, singula quæ non prosunt, simul collecta juvant*; Quod est etiam de mente communis in his terminis Magistri *Sanchez de Matr. disp. 19. nu. 34.* ibi, *Demum duo observandæ sunt, primum est, quando causæ aliquæ singulæ non sufficiunt, multas aggregatas adjuvari ad invicem, quia singula, quæ non prosunt, simul collecta juvant.*

Quibus non adversatur Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 5. Reform. matr. Quamvis enim* (sunt verba *de Just. de disp. matr. lib. 2. ca. 3. n. 13.*) *Concilium Tridentinum disponat, quod in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam: Tamen adhuc solet Pontifex cum Personis inferioris conditionis, etiam ob eorum privatum bonum, id quod indirectè ad bonum commune attinet, dispensare &c.* & referendo plura exempla similium Dispensationum sub sanctissimo Pontifice Pio V. *di segnalata, e severa bontà, e religioso osservatore del Concilio, dopo la cui terminazione esser egli quasi immediatamente asceso al governo &c. e con l'esempio di lui eransi affidati li Pontefici Successori al medesimo stile etc.* per hæc præcisa verba egregiè observat *Cardin. Pallavic. in Histor. Conc. Trid. lib. 23. c. 8. nu. 11.* ubi latè prosequendo materiam Pontificum Praxim laudat, eamque à contrariis criticationibus vindicat.

Die 25. Februarii 1711. relatis hujusmodi precibus in Sac. Congregatione Concilii, rescriptum fuit *Lectum*: Quo rescribendi modo uti solent omnes Sac. Congregationes quando Gratiam concedere oolunt.

DISCEPTATIO XLVI.

Gravioen. Nullitatis Matrimonii.

PRO

Leonardo Palma

ET

Dominica Maria Menga

ARGUMENTUM.

Quando dicatur constare de nullitate Matrimonii ob fornicariam copulam, habitam cum Matre sponsæ, & ex quibus illa probata dicatur.

DIe 26. Febr. 1697. nullis denunciationibus præmissis, in oppido Altamuræ, in qua curationis gratia à paucis duotaxat diebus permanebat Rosa Pappalardo Civi-

Civit. Gravinæ, inter istam, in extremis laborantem & Leonardum Palmam Iocolam ejusd. Civitatis Gravinæ contractum fuit Matrimonium, tempore quo eadem Rosa laborabat in extremis, quæ immediatè fuit traducta ad d. Civitatem Gravinæ, communem Patriam, sex milliaribus distantem ab Altamura, *dove giontn la detta Rosa verso un' ora di notte di quel giorno se ne morì*, ut uniformiter deponunt Testes dati in Summario, & concordat Vicarius Capitularis in Relatione in Secretaria exhibita.

Attenta autem evidenti nullitate ejusdem matrimonii, volens hodiè idem Palma matrimonium contrahere cum Dominica Maria Menga, Matre ejusdem Rosæ, petiit ab Em. PP. declarationem talis nullitatis: Remissis verò de more ejus precibus pro Informatione, & Voto Vicario Capitulari Gravinæ, de istius mandato, ser. omnibus ser. compilatus fuit Processus, quem ad hanc S.C. transmisit, Cùmque ex ejus pervolutione eadem nullitas appareat manifesta, respondendum videtur constare de nullitate dicti matrimonii.

Duæ sunt palpabiles ejusdem matrimonii nullitates: Prima consistit in deficientia præsentiæ proprii Parochi: Secunda verò in affinitate in primo gradu inter dd. Palmam, & Rosã, attenta copula, cũ ejus Matre habita.

Quoad primam, ex iisdem testibus remanet concludentissimè justificatum, quòd ambo Contrahentes erant exteri, oriundi nempè, & habitantes in Civitate Gravinæ, & proptereà evidenter nullum est matrimonium, contractum coram Paroco Altamuræ, ex literali disposit. *sess. 24. de Ref. cap. 1.* in cujus sequelam ita quotidie respondere solet hæc S. C. ut, antiquioribus omissis, resoluit in *Farfen. Matr. 26. Martii 1707.* cum qua se conformavit *Stat. Cler. Rom. in Addit. ad cap. 3. §. 9. versic. Carceribus*, ut videre est *in tom. 1. p. 2. discept. 30.* Suntque etiam in hac parte magistrales decis. Rotæ *in Neapolit. Matr. 25. Junii 1705. & 26. Febr. 1706. cor.* Card. Priolo in quibus conciliantur omnes authoritates, & resolutiones hujus S.C. quæ inter se contrariæ videntur.

Non attento, quod eadem Rosa laborabat in extremis, itaut nimis difficilè reduci poterat ad Civitatem Gravinæ, communem Patriam, ibidemque coram proprio Parocho illud validè contrahere, ex quo motivo credidit Parochus Gravinæ, illos posse matrimonio jungere, ut expressit in partita Libri matrimonii, ibi, *Stante mortis periculo*, Quia talis necessitas, quando etiam in facto verificaretur, apta non est convalidare matrimonium, coram non proprio Parocho contractum juxta æquè magistralem, ac punctualem *dec. 308. per tot. cor. Dnn. Sen.* quam sequitur *de Rub. in addit. ad dec. 431. à n. 35. p. 4. tom. 2. rec.* cum aliis de quibus *supra par. 1. discept. 1. §. 31. à n. 36.*

Quo verò ad 2. Caput æque evidentis nullitatis ob affinitatem in primo gradu, ad illam demonstrandam præmito, necessarium non esse, ut in his circumstantiis demonstretur copula, probationibus directis, quia agitur de re difficilis probationis, & in qua vocari non solent Testes, ut vidimus supra *discept. 9. n. 11.* ubi *num. 12.* observavimus.

Receptum proinde esse inter Doctores illam nedum probari præsumptionibus, & conjecturis, sed etiam testibus, exceptiones patientibus, & quidem etiam ad præcisum effectum nullitatis matrimonii. Ad quem effectum concludentis probationis adminicula, præsumptiones, & conjecturæ jungi debeat, juxta vulgatum dicterium, *singula quæ non prosunt, unita juvant*, quod in nostris terminis punctualiter sequuntur Authores, citati *d. discept. 9. n. 15.*

Non solùm autem concurrunt conjecturæ, & adminicula ad d. copulam in nostris terminis probandam, de quibus in processu, sed habemus etiam concludentes probationes.

Primo enim loco illam probant plures Testes, dati in Summario adducentes bonas, & concludentes rationes eorum dicti, quia scilicet erant vicini, *ed abbiamo benissimamente visto con nostri proprj occhi detto Palma, e Menga trattare impudicamente, e molti altri atti scandalosi*, ex quibus copulam concludenter probari notant adducti *per Rot. in dec. 8. n. 54. cor. Arguel.* cum aliis citatis *in d. discept. 9. à n. 17.* ubi *n. 49.* quod ad effectum, de super agimus, admittuntur etiam Testes inhabiles.

II. Concurrit præceptum de non conversando sub pena excommunicationis, injunctum Leonardo, & Dominicæ ab Episcopo de Cavaleriis à quo, & ab antecedenti frequenti conversatione eorundem, concludenter probata à testibus, vehementissima inducitur copulæ præsumptio ex adductis *in d. discept. 9. à n. 17.*

III. Idem claris literis fatetur Vicarius Capitularis in Relatione huic S.C. transmissa ibi, *Qui inhonesto concubitur cum qualitate adulterii vixerunt*, cui omnis in hac parte adhibenda est fides ex adductis *in t. 1. p. 2. disc. 9. n. 7.*

IV. Concurrit utriusque Juventus, carnalibus vicina lapsibus, juxta dictum *S. Ambros. lib. de Vid. cap. 2.* de quo *in d. discept. 9. n. 19.*

V. Jurata depositio tam Leonardi, quàm Dominicæ quæ adminiculatæ à dictis aliis probationibus, & conjecturis, perfectam copulæ probationem faciunt ex animadversis *in d. discept. 9. n. 37.*

VI. Aliis, ex Processu resultantibus modestiæ causam omissis, sequendo dictum *Senec. in 1. Declam. Rodulph. Agricol. fol. 666. Quædam satius est, vel cum causæ detrimento tacere, quàm inverecundè dicere*, concurrit publica vox, & fama inter omnes Cives, & Incolas Gravinæ, non sine bonorum omnium scandalo disseminata, de qua deponunt, omnes Testes Summ. quam ve magni faciunt Authores citati *in d. discept. 9. n. 36.*

Nec in aliquo obstaret copula, quatenus possibilis fuisset, inter Leonardum, & Rosam, quia illa aggravaret quidem delictum, attenta antecedenti copula, cum ejus Matre habita, sed nullatenus tolleret affinitatem, per d. copulam contractam, juxta *magistr. decis. 8. coram Arguel. & 162. coram Ottob.*

Dixi, quatenus fuisset possibilis, quia illa nedum erat prorsùs inverisimilis, attento, quod eadem Rosa post contractum matrimonium semper fuit associata à Matre, aliisque Consanguineis, ut deponunt testes. Sed erat physicè impossibilis in eo statu, in quo contractum fuit matrimonium, dùm de eadem Rosa tempore verificabantur verba illa *Deuter. 28. 59. Plagæ tuæ magnæ, & perseverantes, infirmitates pessimæ, & perpetuæ*, quas describunt testes in Summario. Itaut post paucas horas ex hac vita discesserit ut probant dicti Testes, & concordat Vicarius Capitularis.

Motivum verò dicti matrimonii, cum tali, tantaque præcipitantia contracti cum d. Rosa, semimortua & plagis undique afflicta, adducunt omnes testes hoc est ad facilitandum carnale commercium cum Matre, *e à finche il Mondo non parli più spropositatamente* juxta verbi Leonardi, eo tempore, quo ipse *arcispropositatamente*, & pessimè operabatur, atque ad praxim reducebat vulgatum illud dictum cujusdam magni Principis: *Loquantur illi, nos verò faciamus*, quod referunt Authores indicati *in Instit. Crim. lib. 2. tit. 9. in fine.*

Posita ex his affinitate in primo gradu inter Leonardum, & d. Rosam, ob copulam cum ejus Matre habitam, ex hoc etiam separato capite dubitari nullatenus potest de nullitate matrimonii contracti cum d. Rosa ex literali dispositione *Text. in cap. Discretionem de Eo, qui cognov. Consangu. Uxor. suæ*, innovati *à Conc. Trid. sess. 24. de Refor. Matr. cap. 4.* ubi cumulantes refert *Barb. n. 12. & de Offic. & Potest. Episc. p. 3. alleg. 51. n. 165.* & firmavit in specie *Rot. dec. 8. in fin. cor. Arguel. & dec. 262. n. 1. cor. Ottob. & dec. 36. n. 6. & 7. p. 18. rec.* & resoluit hæc S. C. *in Fulginaten. Matr. 20. Sept. 1692.* ubi resoluit nullum fuisse matrimonium, contractum à Patre cum ea, quam filius priùs carnaliter cognoverat, ut videre est *in Libr. 42. Decr. fol. 567.*

Die 5. Martii 1712. proposito in C.C. dubio. *An constet de nullitate matrimonii inter Leonardum Palmam, & Rosam de Pappalardo*, responsum fuit, *Negative, & Ordinarius omnino procedat ad separationem Juris remediis.*

In alia vero causa *Anconitan. matrimonii die 6. Augus. ejusdem anni 1712.* eadem S.C. in dubio *An sit locus celebrationi Matrimonii in facie Ecclesiæ* inter quendam nobile Anconitanum, & Catherinam, filiam conjugũ infimæ conditionis, *vel potius aliquod obstet impedimentum*, respondit: *Negative quoad primam, & Affirmative quoad secundam partem*, in cujus casu Vir multoties extrajudicialiter fassus fuerat, d. Catherinam esse ejus Filiam, licèt deinde asserere id dixisse *ne à Puellæ contubernio prohiberetur*, vide in Folio d. die distributo.

DISCEPTATIO XLVII.

Bamberg. Canonicatus

PRO

Canonico Adamo Triebel

CUM

Joanne Josepho Lobenhoffer

ARGUMENTUM.

Canonicatus, vacans in mense, in quo Turnarius habet Jus conferendi, ab ipso conferri debet, non attenta illius resignatione, antecedenter facta contra Constit. 58. S. Pii V. quæ in Germania in viridi est observantia.

A tempore, cujus initii memoria non existit, in Collegiata, & Imperiali Ecclesia S. Stephani Bambergæ, illa viget consuetudo, ut, vacante aliquo ex Canonicatibus ejusdem Ecclesiæ, Jus ad illud nominandi spectet Canonico Turnario pro tempore, quod in nostra Civitate, & Diœcesi exadverso non controvertitur,& respectu aliarum Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum totius Germaniæ recognosci potest *ex dec.164.p.10.& dec.222.& dec.255.p.16. & dec.260.p.17.rec. & dec.7. apud de Rosa de Executor. Liter. Apost.* & alibi passim.

De mense Februarii 1725. quo per obitum Canonici Joannis Gasparis Lobenhoffer, secutum die 17. ejusdem mensis, vacavit Canonicatus, quem à duobus annis antea obtinuerat, ad cujus titulum asseritur ordinatus, eo tempore, quo moram fecit in Urbe, uti Alumnus Collegii Germanici, & Hungarici, erat Turnarius Canonicus Adamus Triebel, qui volens ad illum, fer. fer. nominare Personam, sibi benè visam, invenit fuisse collatum ad favorem Joannis Josephi Lobenhoffer, germani Fratris defuncti sub die 13. Martii ejusdem anni 1725. vigore Resignationis die 11. Januarii pariter 1725. factæ in manibus Electoris Moguntini tanquam Episcopi Bambergensis, prout hæc omnia patent ex ejus Relatione.

Ad hoc autem, ut Lis inter Ecclesiasticas Personas occasione dicti Canonicatus exorta, celeriter terminaretur, prout in his casibus faciendum esse monet *Text. in authent. Apud quos oportet causas dicere*, ibi. *Sed etiam accelerare Lites sancimus &c. ut non mens eorum occupetur circa Litis sollicitudinem, sed velociter liberati, sacris operibus obsecundent*, cum concordantibus apud *Rot. dec. 35. n. 2. cor. Priolo*, ex parte ejusdem Canonici Turnarii Adami Triebel die 9. Aprilis 1725. habitus fuit recursus ad Sanctissimum D. N. qui ejus preces benignè remisit huic Sac. Congregationi, à qua die 23. Junii ejusdem anni 1725. de more scriptum fuit pro Informatione, & Voto eidem Celsissimo Episcopo Bambergen, qui loco Informationis transmisit facti seriem exhibitam in Summario.

Licèt omnia ista sequuta fuerint in urbe,& procurata in Partibus ad instantiam dicti Canonici Triebel adhuc, illo non citato, neque audito, Adversarius die prima Septembris 1755. petiit ab hac Sac. Congregatione declarationem validitatis dictæ collationis Canonicatus; Cùmque solita attentione, & commendabili circumspectione rescriptum fuerit; *Proponatur Causa, citata Parte*, præviis multis Intimationibus, proponitur hodie. Attenta autem triplici evidenti nullitate dictæ prætensæ Resignationis, factæ coram Celsissimo Episcopo Bambergen. illa declaranda videtur nullius roboris, nulliusque efficaciæ.

Prima nullitas desumitur ex eo, quod dictus Canonicus Gasper Lobenhoffer asseritur ordinatus Sacerdos ad titulum dicti Canonicatus, quo stante non poterat illum renunciare, nisi prævia subrogatione Patrimonii, vel alterius Ecclesiastici Beneficii, cum authoritate, & Decreto Ordinarii, juxta disposita *in Sac. Concilio Trid. sess. 21. de Reform. cap. 2.* ut omissis antiquioribus de quibus latissimè *Ventrigl. in Prax. tit. de Renunciat. Benef. §. 5. n. 1. & pluribus sequentibus, & Rota in magistrali decis. 415. per totam par. 3. recept. & dec. 441. per totum cor Ludov.* ibique *Add.* cum aliis *Piton. discep. Eccl. 6. n. 11.* ultimo loco resoluit hæc S. Congregatio *in Lancianen. 9. Februarii currentis anni 1726.*

Neutrum autem ex supra dictis probatur exadverso, nec de eis fit mentio in dicto contrario Memoriali, exhibito in Congregatione habita dicta die prima Septembris 1725. Non assignatio Patrimonii, neque collatio Ecclesiastici Beneficii, & propterea ex hujusmodi defectu resignatio Canonicatus, facta à Canonico Gaspar Lobenhoffer, illiusque consecutiva collatio ad favorem ejus germani Fratris, remanent evidenter nullæ, ex authoritatibus, supra citatis, & signanter ex dicto novissimo Oraculo hujus Sacr. Congregationis *in Lancianen.*

Robur sumit hujusmodi nullitas *ex Const. 58. S. Pii V. in Bullar. Novo tom. 2.* in cujus §. 3. expressè declarantur nullæ, nulliusque roboris, & momenti illæ Renunciationes Beneficiorum, quæ fiunt ab initiatis Sacris Ordinibus, *nisi aliunde eis sit, quo in vita possint commodè sustentari*, in cujus sequelam id advertunt *Paris. de Resignat. lib. 5. q. 6. num. 1. & seqq. Gonzal. ad Reg. 7. Cancell. gloss. 10. n. 33. Garz. de Benefic. par. 2. cap. 5. n. 192. Gratian. discept. 195. num. 3. & seqq. & Rota coram Ludovis. decis. 441. num. 1.* ibique *Add. num. 9.* Et tamen neque etiam aliqua, vel minima probatio hujus commodæ substentationis exadverso affertur respectu Canonici Resignantis, quæ omnino præcedere debebat Canonicatus Resignationem, ut sequendo eandem Pianam Constitutionem notat *Monacell. in Formul. tom. primo tit. 2. formul. 19. num. 3.* ibi: *Non admittantur ad resignandum, nisi aliunde habeat, ut commodè vivere possit, & ideo Episcopus antequam instantiam resignare volentis recipiat, debet firmiter de hoc certiorari*, & firmavit *Rota dec. 90. num. 23. par. 3. recent.* ibi: *Non potuit Canonicatum renunciare absque eo quod aliud Beneficium ad sui congruam sustentationem consequeretur, & de hoc in specie Papæ mentionem faceret*; Imò in facto mihi constanter supponitur, notoriam esse in Civitate Bambergensi tenuitatem redditutum Patris d. Canonici Resignantis, ex omni parte impotentis ad assignandũ Filio tale Patrimoniũ, ut ex illius redditibus commodè sustentari posset.

Secunda nullitas desumitur *ex §. 4. ejusdem Const. 58. S. Pii V.* in quo disponitur, & sub pœna nullitatis determinatur, ne Beneficia resignata conferantur Consanguineis, vel Affinibus Resignantium, *quod si secus factum fuerint* (sunt verba dictæ Pianæ Constitutionis) *id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere*; Quæ verba æquipollere efficaciæ, & vi Decreti irritantis, & taliter inficere Resignationes, ut nullo colore valeant substineri, firmavit egregiè *Rot. in dec. 2060. n. 3. cor. Coccin. & dec. 7. n. 5. apud de Rosa de Execut. Lit. Apostol.*

Notorium est autem, & ultro admittitur in Relatione Episcopi Bambergen. quod post paucos dies ab obitu Canonici Resignantis Canonicatus, quem in Vita possiderat, collatus fuit Adversario, ejus Germano Fratri; Ex quo infertur, quod hujusmodi subsequuta collatio in Personam germanis Fratris Resignantis in nostris terminis, uti nimium suspecta, importet nullitatem resignationis ex adductis *à Ventrgl. in Prax. p. 2. tit. de Renunc. Benef. §. 1. n. 45.* ibique *Carol. Anton. de Luca num. primo, versic. Beneficia, & Novar. in Summ. Bull. par. 1. comment. 30. n. 22.* ibi, *Ordinarii observare debent, ut admittentis Beneficiorum Resignationes, non debeant illa conferre suis, aut Admittentium Consanguineis, Affinibus &c. etiam per circuitum, sub pœna prædicta, & nullitatis collationis, Filliuce. Oper. Moral. tom. 3. tract. 45. cap. 8. n. 28. & 29. Paris. de Resignat. lib. 5. quæst. 6. à num. 188. Villalobos in Summ. tom. 2. tract. 37. diffic. 32. n. 3.* ibi, *Pio V. en su Estravagante manda à los Collatores de los Beneficios resignandos, que no les den à los suyo, o a los Parientes, y Affines, o Familiares de los, que resignan, y que sa bizieren lo contrario, sea irrito. Dian. Coord. t. 3. tr. 3. de Potest. Episc. res. 115. n. 1. Leo in Prax. p. 3. c. 2. n. 19.* ibi *Beneficia, per resignationem vacantia, consanguineis &c. authoritate ordinaria conferri non possunt, aliàs de hujusmodi Beneficiis sic provisi careat titulo, qui vires, & effe-*

effectus habere non potest, *Card. de Luc. de Benef. disc. 34. sub num. 6.* ibi, *Aut verò habuit animum ita resignandi ad favorem Fratris, ut porrectæ preces, & subsequuta* 15 *collatio denotabant, & tunc pariter in odium, ac præjudicium, tam Resignantis, quàm Resignatarii effectuata quidem fuit resignatio, cùm de facto habuerit effectum, sed etiamsi non esset secuta mors infra viginti dies, adhuc remanebat infecta quoad utrumque per Constitut. 58. Pii V. Barbos. de Potest. Episcop. par. 3. alleg. 69. n. 48.* ubi quod ex subsequuta collatione in Personas consanguineas, vel affines Resignantibus, præsumitur indirectè facta ad earum favorem, ibi, *Si hoc facerent, hæc renunciatio præsumeretur tacitè, & indirectè facta ad favorem,* 16 *quæ coram eis fieri non potest*, cum concordantibus, ibidem citatis, & firmavit *Rot. decis. 400. n. 1. cor. Cerro, & dec. 222. eodem num. par. 16. rec.* quæ est in terminis similis Resignationis Canonicatus Ecclesiæ Monasteriensis, *& dec. 7. in principio apud de Ros. de Exequator. Liter. Apostol.*

Esse autem in viridi observantia, necnon servandam esse in Germania dispositionem dictæ Constitutionis Pianæ, observant adducti per *Paris. de Resignat. lib. 5. quæst. 6. num. 230. vers. Non omittam*, & ex Authoribus 17 Germanicis *Branden. ad Consuet. German. q. 12. num. 18.* ibique *Nicolaus dub. 9. §. 6. & §. 8. CoKier. de Permutat. Benefic. cap. 16. nu. 2. par. 3. & ad Regul. Cancell. regul. 43. seu 44. n. 68. §. His æqua, vers. De cætero*, & habemus in hac parte magistralem *Rotæ decis. in Monasterien. Canonicatuum*, quæ est *dec. 260. per totam parte 17. recent.*

Tertia pariter æquè clara nullitas innititur literali dispositioni *Regulæ Cancellariæ 19. seu de viginti*, in qua disponitur, quod si quis, in infirmitate constitutus, resignaverit, sive in Romana Curia, sive extra 18 illam, aliquod Beneficium, & post viginti dies decesserit ipsum Beneficium, quavis authoritate conferatur, censeatur vacare per obitum, non autem per resignationem.

Constans siquidem in facto est, & clarè desumitur ex dicta Relatione Episcopi Bambergensis, quod renunciatio Canonicatus, de quo disputamus, licèt à Canonico Gaspare Lobenhoffer facta appareat die 11. Januarii 1725. non tamen fuit præsentata à Resignatario, vel acceptata ab Ordinario, viginti diebus ante obitum ejusdem Canonici Resignantis, sed die 13. Martii ejusdem anni, qua Canonicatus collatus fuit Adversario, germano Fratri ejusdem Resignantis, juxtà illa verba. *Vacante &c. per ejus obitum, ut vulgò credebatur,* 19 *præbenda Canonicali d. Collegiatæ, Adamus Trisbel &c. præfatam Præbendam Cognato suo conferre destinabat &c. Ac eodem tempore, & loco producebantur Literæ resignatoriæ vi quarum prædictus Jo: Gasparus Lobenhoffer Canonicatum suum jam 11. Januarii 1725. &c. resignavit.*

Ex quibus palpatur manibus, quòd resignatio prædicta, nonnisi post obitum ejusdem Resignatarii lucem 20 aspexit, & ab Ordinario admissa, seu acceptata fuit.

Applicatur proinde clara dispositio *dictæ Regulæ 19. Cancellariæ*, ad quam fraudandam solent ab Infirmis dictæ Resignationes Beneficiorum fieri, non statim Or- 21 dinariis exhiberi, seu præsentari, ut observat *Antonell. de Tempore Legali lib. 4. cap. 27. n. 8.* ibi: *Dicta Regula Cancellariæ condita fuit, ut fraudibus Infirmi renunciantis, & illorum, in quorum favorem fit renunciatio, occurratur.*

Ex quo inferunt Doctores, initium dd. dierum viginti desumendum esse à tempore, quo resignatio exhibetur, & acceptatur ab Ordinario, non autem à tempore, quo illa emittitur, & in manica retinetur à Resi- 22 gnante, ut videre est apud *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. n. 50. versic. Resignationem*, ibi, *Nuda voluntate dimittentis sine Papæ, aut Ordinarii acceptione, Beneficium non amittitur. Paris de Resignat. lib. 8. q. 9. n. 13. & 14. Mandos. ad Regul. Cancell. reg. 19. in fine*, ubi quod hoc procedit adversùs malitias Resignantium, quibus liberum aliàs esset uti, vel non uti resignatione, *Benintenden. de Renunc. decis. 2. in fin.* ibi, *Non videtur effectualis cessio, nisi in die admissionis, Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præb. & Dign. §. 3. de Reg. Cancellar. n. 31.* ibi. *Ad nostrum itaque propositum, vult dicere Summus Pontifex in Regul. de Infirm. resignantib. quod infirmitas, & lapsus viginti dierum non debeant computari à die porrectæ, aut signatæ Supplicationis, sed à die præstiti consensus*, *Boer. dec. 348. n. 3.* ibi. *Illi viginti dies computantur à die admissæ resignationis, & hoc in favorem, tam Ordinariorum, quàm Graduatorum, & Nominatorum*, referendo ita pluries fuisse judicatum, *CoKier. ad regul. 19. Cancellar. n. 40. in fin.* ibi, *Dicti viginti dies in-* 23 *ciperent currere statim à Resignatione admissa, sive collatio esset facta, sive dilatata*, *Cassador. dec. 31. sub n. 4.* ibi, *Ad obviandum fraudibus eorum, qui expectabant eventum infirmitatis antequam consentirent, & diu ante habebant Supplicationem signatam, & Rebuff. in Addit. ad Reg. Cancell. vers. A die per ipsum præstandi consensum*, ibi, *Computantur isti dies à die consensus præstandi*, & infra, ibi, *Illi viginti dies computantur à die admissæ Resignationis, & hoc in favorem, tam Ordinariorum, quàm Nominatorum*, referens ita pluries judicatum.

Ita practicari videmus in simili, quando Beneficiatus conficit Procuræ Mandatum ad renunciandum Beneficium, qui à Resignatario perficitur à consensu, præstito per Procuratorem, non autem ab ipsa stipulatione 24 Mandati Procuræ, & animadversis per *Paris. de Resign. lib. 8. q. 8. n. 41. Lotter. de Re Benef. lib. 3. qu. 16. à nu. 54. & Tondut. Quæst. Benef. p. 3. c. 188. nu. 4.* & firmatis per *Rot. in Ferrar. Canonicatu 1. Julii 1697. §. Urgere cor. Pio, & 3. Aprilis 1699. §. Si verò cor. Card. de la Tremoill.*

Et æque stringeos, ac legalis ratio hæc est, quia Resignantem infirmum, si deinde sanitatem recuperet, potest pœnitere, & non amplius instare pro effectuanda resignatione, quam adducit *Rot. in dicta Ferrarien. Cano-* 25 *nicatus, ubi supra cor. Card. de la Tremoill.* Quod idem est, ac *stare a cavallo al Fosso*, quod nemini permittitur *Rot. in Romana, seù Mexicana Depositi 27. Novembr. 1705. §. Hæc quoad expensas cor. Ansald.*

Plusquam tacitè admitti videtur exadversò subsistentia hujusmodi nullitatum, & propterea in contrario Memoriali, distributo in Congregatione, habita die 26 1. Septembris 1725. preces exadversò porrectæ fuerunt, *perchè si sostenga almeno, o sia valida la Provisione Apostolica dell' istesso Canonicato, fatta a suo favore.*

Cùmque eadem asserta Gratia, ultimo tandem loco Nobis communicata, sit evidenter sub, & obreptitia, perinde habetur, ac si non emanasset, *Cap. Ad aures,* 27 *& cap. Ad audientiam de Rescript. Rota dec. 153. nu. 7. cor. Ottob. & dec. 38. n. 2. cor. Ansald. & dec. 148. nu. 12. part. 19. recentior.*

Probatur subreptio ex eo, quod non fuit Summo Pontifici narrata Lis, tam in Partibus, quàm coram hac S. Congregatione pendens, prævio Rescripto S. D. N. 28 super Jure, competente Canonico Triebal tanquam Turnario, cui non solent Summi Pontifices derogare, ut in crastino eorum assumptionis ad Summi Apostolatus apicem solemniter se declarant, ad quem effectum ad hoc, ut locum habeant similes Gratiæ, necessaria est individua, & specialis mentio Juris, Tertio com- 29 petentis, ex adductis *in dec. 576. n. 6. & seqq. cor. Buratt. & dec. 36. n. 9. p. 9. to. 2. & dec. 369. n. 15. p. 14. rec.*

Reperitur ulteriùs in eadem asserta Gratia, sequens clausula; *Dummodo de tempore Datæ præsentium non sit in eis alicui specialiter Jus quæsitum*, quod Jus, Principali competens, tanquam Turnario, innegabile in facto 30 est, & propterea eadem clausula operatur, ut nullam mereatur exequutionem, ex animadversis per *Barbos. de Clausul. claus. 44. n. 2. & seqq.* ubi quod præservat non solum Jus in re, sed etiam ad rem, quod admittunt etiam *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 172. Gratian. discept. 780. num. 17. & Rot. decis. 31. num. 14. & dec. 144. num. 12. cor. Celso.*

Qualificatur pariter eadem asserta Gratia limitatione illa, ut non habeat locum in vacationibus per obi- 31 tum, ibi, *Ordinaria authoritate collati &c. non tamen per obitum vacet*; Supra autem concludenter probavimus, quod, attenta nullitate d. Resignationis Canonicatus, iste vacasse dicitur per obitũ, nõ autẽ per Resignationẽ, & propterea ex hoc etiam capite eadem Gratia perinde habetur, ac si cõcessa non fuisset ex supra animadversis.

Non omittentes observare, quod si prædictæ nullitates Summo Pontifici narratæ fuissent, vel assertã gratiam nullatenus, vel saltem cum difficultate concessisset, quod ad impediendam illius exequutionem, superabun- 32 dat, ex communiter admissis per *Felin. in cap. Super literis num. 8. de Rescript. Soccin. sen. cons. 200. num. 2. lib. 2.*

& Rot.

& Rot. decis. 189. num. 17. coram Bich. & decis. 731. nu. 45. coram Dunoz. jun. & decis. 291. num. 3. coram Priol. & decis. 54. num. 32. par. 13. rec.

Sigillatur demum eadem asserta Gratia verbis illis: *Volumus autem, quod dictus Joseph in primis, & ante omnia, coram Notario publico, & Testibus, provisioni sibi, de dictis Canonicatu, & Præbenda Ordinaria authoritate prædicta, ut præfertur, factæ, ac possessioni, illius prætextu forsan captæ, à quibusvis actibus, indè sequutis, penitus, & omninò renunciare, ac se præsenti Gratia uti, & earundem præsentium vigore, non aliàs, possessionem de novo capere, ac retinere, & continuare velle declararet, nec non documentum publicum renunciationis, & de novo captæ possessionis prædictarum infra sex* 33 *menses proximos in Dataria Apostolica exhibere omninò teneatur, alioquin præsens Gratia nulla sit;* Non docto igitur exadverso de punctuali adimplemento dictæ elaræ voluntatis Summi Pontificis intra dictos sex menses ab ejus Data, adeò evidens, adeoque palpabilis remanet nullitas d. ass. Gratiæ, ut nihil clarius, nihilque evidentius ad d. effectum adduci possit.

IN EADEM CAUSA.

SUbsistunt omnes nullitates collationis Canonicatus, de quo est quæstio, juxta latè deducta supra, & propterea omnia dubia resolvenda videntur favore Canonici Triebel Principalis; non obstantibus exadverso deductis.

Non enim obstat, quod Canonicatus dicatur vacasse de mense Januarii 1725. quo fuit liberè resignatus in manibus Ordinarii, non autem de mense Februarii 34 ejusdem anni, quo obiit Jo: Gaspar Lobenhoffer Resignans, in quo mense erat Canonicus Turnarius dictus Adamus Triebel Principalis.

Conclusio enim, longo authoritatum apparatu exadverso exagerata, quod per Resignationem Beneficii cesset omne Jus Resignatarii, vera est in illis terminis, in quibus illa valida est, quia, posita illius nullitate, 35 juxta præcisos terminos nostri casus, Beneficium dicitur vacare per obitum Renunciatarii, non autem per renunciationem nullam, juxta animadversa per *Surd. num. 8.* & firmata per *Rot. dec. 770. num. 4. par. 18. & dec. 315. num. 17. par. 19. rec. & animadversa supra.*

Quæ nullitas ex triplici capite in nostris terminis palpatur manibus ex supra deductis, Et præcipuè ex eo, 36 quia Canonicatus collatus fuit Adversario germano Fratri Renunciatarii, adversùs rotundam *Constitut. S. Pii V. la 58. in Bullar. novo tom. 2.*

Adversùs solidum hoc motivum arduam assumunt provinciam exadverso Scribentes, prætendentes illam non esse receptam in Germania, ex authoritate 37 *Pax Jordan lucubrat. tom. 2. lib. 10. quæst. 35. nu. 19. Garz. de Benefic. par. 11. cap. 3. n. 270. Barbos. de Potest. Episc. alleg. 16. nu. 48. Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl in Prax. for. Eccles. part. 2 4. §. 1. num. 2. & Card. de Luc. de Benefic. disc. 65. num. 12.*

Qui omnes poni possunt ad partes; Quia *Pax Jordanus, Garzias, & Barbosa* loquuntur in terminis Regnorum Hispaniarum, in quibus (sunt verba *Garziæ*, ubi su-38 pra) *prætenditur, eam non esse receptam, sed esse ab ea supplicatum*, quod longè distat ab illa propositione: *In Hispania, & etiam in multis Ecclesiis Germaniæ recepta non est*, juxta ampullosa verba contrariæ Scripturæ.

Diximus autem, & constantissimè repetimus, non esse verum, quod eadem Sanctissima Constitutio recepta non est in Germania; Ad quod probandum loco Infor-39 mationis supplicamus recognoscere magistralem *decis. 260. à num. 6 usque ad fin. par. 17. rec.* in qua adducitur sequens stringens ratio *n. 24. Contrarius usus non nocuisset huic Constitutioni Summi Pontificis, qui cùm habeat immediatam potestatem à Deo, absque dependentia à consensu Populi, ut primùm Constitutionem hanc edidit, & publicavit, ea censetur effectum sortita ubique, eam statim liget, & obliget, absque alia Subditorum acceptatione, qui non possunt de illius usu, seu contrario usu excipere;* Addens S. Rota in præmissorum comprobationem *nu. 20.* sequentem efficacissimam reflexionem. *Maximè, quia edita non fuit ad favorem alicujus Particularis &c. Sed per viam legis universalis, pro salubri totius Ecclesiæ Catholicæ statu,* 40 *ad impediendos simoniacos, & vitiosos ingressus in Beneficiis, sicuti habetur in ejus proœmio. Quo maximè casu non usus, seu contrarius usus in præjudicium Ecclesiarum, & contra mentem Pontificis, nunquam præscribitur, sine illius scientia, & consensu certo, & explicito, ut dixit Rota &c.*

Remanet *Carolus Antonius de Luca*, qui nihil aliud 41 dicit, nisi; *Utrum sit in usu Germaniæ edisserit Card. de Luca.*

Adversus quem *Card. de Luc.* scribentem, & succumbentem in d. Causa, cujus decisio impressa in *p. 17. rec. la 260.* in qua S. Rota solidè, & magistraliter probat, eandem *Constit. 58. S. Pii V.* receptam esse in Germania, pro congrua responsione utimur illis præcisis ver-42 bis in *Tract. de Success. ab intest. disc. 16. nu. 15.* ibi: *Unde propterea rectè quoad istas authoritates intrat consideratio Franch. dec. 260. nu. 5. canonizata per Rot. in Laud. n. Census 23. Junii 1666. cor. Taya, quod quando allegantur consilia oportet videre decisiones, super eis editas;* Circa quod concordant *Pignatell. consult. 8. n. 19. tom. 8. Rovit. dec. 69. sub nu. 19. & Rot. in Romana, seu Januen. Successionis 17. Martii 1706. §. Quidquid dicendum cor. Ansald. & in Imolen. Salviani 12. Martii 1708. in fine cor. Card. Scotto, & in Romana Primogeniturarum de Cosinis 17. Aprilis 1711. §. 8. cor. Aldobran.*

Cujus conclusionis æquè elegantem, ac stringentem adducit rationem idem *Card. de Luc. in disc. 98. nu. 24. de Fideicom.* ubi postquam repetiit, *quod quando allegantur consilia, videre oportet decisiones, super eis editas, quibus* 43 *magis quàm consiliis deferendum est*, subdit, quod contraria prætensio, quod scilicet præstanda sit fides illis Authoribus, qui scripserunt in aliqua Causa, in qua succubuerunt: *est unus de nimis claris, & contemptibilibus Pragmaticorum erroribus, quod illæ doctrinæ, quæ ipso Authore vivente, oretenus etiam dante calorem, non fuerunt efficaces in suo casu præciso, in quo accuratè, & studiosè editæ fuerunt, debeant effici tales in diverso casu, ex eo, quod inter Volumina impressæ sint, ut patet de me ipso,* 44 *scribente in tot Causis, in quibus succubui, prout succubui in d. Monasterien.*

Quatenus autem in hac evidentia alia evidentior desideretur exadverso demonstratio, quod Bulla S. Pii V. in viridi sit observantia, nedum generaliter in Germania, sed præcisè in Diœcesi Bambergen. illa ictu oculi desumitur ex Sanctiss. D. N. assertione, & ex propria Adversarii confessione, quæ leguntur in Literis Apo-45 stolicis, datis in contrario Summ. ibi: *Per liberam dimissionem &c. spontè factam per eundem Episcopum, ejus ordinaria authoritate, extra Romanam Curiam admissam, vacantibus, de illis, sic vacantibus per d. Episcopum Bambergen. ejus ordinaria authoritate prædicta contra formam Constitutionis recol. mem. Pii PP. Quinti Prædecessoris nostri, Beneficia Ecclesiastica in Ordinariorum manibus* 46 *dimissa, seu resignata, Consanguineis, vel Affinibus Dimittentium, vel Resignantium, conferre prohibentis, eidem Josepho provisum fuit, possessione forsan, nulla tamen fructuum perceptione, subsequutis. Cùm autem, sicut eadem petitio subjungebat, dictus Joseph prædicti Joannis Gasparis Frater germanus existat, propterea que provisio hujusmodi viribus non subsistat, sed Canonicatus, & Præbenda prædicti adhuc per dimissionem præd. vacare noscantur ad præsens.* Sub Sole siquidem difficile est meliorem, 47 magisque concludentem hujus veritatis adducere probationem, ut considerando Summi Pontificis assertionem notant communiter *Repetentes in cap. Si Papa de Privil. in sexto, & in Clem. Literis de Probat.* cum aliis concordantibus, sequutis *à Rota in Valven. seu Sulmonen. Jurisdictionis 10. Decembris 1714. §. Fortius coram Card. Falconerio.* Et præ oculis habendo propriam confessionem post *Textus in l. 1. Cod. de Confess. & in leg. Pro-* 48 *indè §. Notandum ff. Ad Leg. Aquil.* observat *Rot. dec. 700. nu. 4. cor. Card. Caprara.*

Si enim ex oraculo Sanctissimi D. N. Provisio Canonicatus, facta authoritate ordinaria Adversario, Fratri germano Resignantis, est contra formam *Constitutionis 58. S. Pii V.* in necessariam venit consequen-49 tiam, quod illa vigeat in Civitate Bambergensi ad *Text. in l. 4. §. Condemnatum ff. de re judicat.* cum concordantibus *apud Rot. dec. 68. num. 4. coram Ansaldo.* Prout etiamsi ex rotunda, & seria confessione Adversarii, facta Summo Pontifici, qui de illa veridicum perhibet testimonium, viribus non subsistit Resignatio Ca-50 noni-

nonicatus, ei facta à Canonico Joanne Gaspare Lo- 50 benboffer, ejus germano Fratre, ex eo præciso motivo, quod est contra dispositionem *d. Constitutionis 58. S. Pii V.* Igitur est mera vanitas, & vanum subterfugium prætendere, quod illa non sit in usu in nostra Civitate, ut patet consideranti.

Agnoscitur exadverso vis harum reflexionum, & 51 rationum, quæ re vera sunt incapaces argmento, & propterea respondetur, quod in omnem casum substineri debet eadem Apostolica Provisio, per Adversarium ab Apostolica Sede extorta.

Sed responsio non potest esse magis frivola, magisque insubsistens, ex quo dicta subrepritia, & obreptitia Gratia, exadverso expiscata, inter alias præcisas, 52 & expressas conditiones, quibus qualificata fuit, continet sequentem: *Volumus autem, quod d. Joseph in primis, & ante omnia coram Notario publico, & Testibus, Provisioni, sibi de dd. Canonicatu, & Præbenda, Ordinaria authoritate prædicta, ut præfertur factę, ac quibusvis actibus, inde sequutis, penitus, & omnino renunciare, ac se præsenti Gratia uti, & eorundem præsentium vigore, & non aliàs, possessionem de novo capere, ac retinere, & continuare velle declarare; Necnon documentum publicum renunciationis, & de novo captæ possessionis prædictarum infra sex menses proximos in Dataria Apostolica exhibere, omninò teneatur; Alioquin præsens gratia nulla sit, &c. Datum Romæ, &c. die 22. Aprilis 1725.*

Cùmque, nec ulla miserabilis syllaba ex dictis 53 expressis, & præcissimis condirionibus, ab Adversario impleta sit, post decem, & septem menses à die expeditionis dictarum Literarum Apostolicarum nullum omninò fundamentum in eadem Gratia fieri potest, juxra animadversa per *Rovit. decis. 11. num. 12. & Rocc. Selectar. Interpret. cap. 119. num. 72.* ac firmata per *Rot. decis. 98. num. 8. & 9. coram Ansaldo, & decision. 107. numer. 9. & 10. part. 12. recentiorum.*

Non attenta pia illa meditatione, seu nimis frivola excusatione, quæ legitur in contraria scriptu- 54 ra: *Quoniam defectus adimplementi voluntatis Summi Pontificis non provenit ex propria Provisi Apostolici nostri principalis socordia, sed ex impedimento Domini Adami Trebiel Adversarii, qui statim executioni Literarum Apostolicarum se opposuit; recurrendo ad S. Sedem pro eorundem Literarum executione impedienda.*

Nullus enim ex dictis prætextibus regit in facto, vel relevat in Jure; Quia est merum adinventum 55 exaggeratio illa, quod ex impedimento Principalis non potuerit Adversarins adimplere Summi Pontificis voluntatem; Nescimus enim videre, & difficile erit ostendere, quod idem Adversarius ex nostro recursu die 16. Junii 1725. & sic post duos menses, habito ad S. Sedem, & consequenter longè post expeditas dictas Literas Apostolicas, quæ habent Datam diei 22. Aprilis 1725. quas nunquam exhibuit in Partibus, semperque in manica retinuit, impeditus fuerit coram Notario, & Testibus, absque ullo facto, vel scientia Principalis, renunciare Provisioni, authoritate ordinaria sibi factæ, & eodem tempore declarare, velle uti dicta Gratia Apostolica; Sunt hæc adeò plana, adeòque evidentia 56 ex sola lectura dictarum Literatum Apostolicarum, de quibus in contrario *Sum.* ut nihil clarius adduci possit, ad manibus palpandam voluntatem Adversarii, nolle uti Literis Apostolicis, sed velle continuare, & acriter insistere Provisioni Canonicatus, de quo est quæstio, & quem obtinuit in evidentem spretam *d. Constitutionis 58. S. Pii V.* vigore solius authoritatis Ordinarii, quibuscumque non obstantibus.

Quibus addimus aliam æquè patentem, ac efficacem demonstrationem hujus veritatis, seu voluntatis Adversarii non renunciandi provisioni Ordina- 57 rii, desumptam ex Relatione Officialis Bambergensis sub Data die 6. Augusti 1725. registrata in contrario *Sum.* in qua nec verbum quidem legitur de dicta Literarum Apostolicarum præsentatione, vel de adimplemento illarum conditionum. Signum plusquam evidens, quod usque ad d. diem 6. Augusti 1725. & sic post quatuor menses ab illarum expeditione Adversarius, perseverabat adhuc in eadem voluntate.

Quod est adeo verum, adeoque in facto subsistens, ut Principalis non, nisi de mense Octobris 1725. de illis notitiam habuit, à Nobis ei datam, postquam exhibitæ fuerunt in Secretaria, & procu- 58 rata Causæ propositio in Congregatione, habita die 1. Septembris 1725. Nobis non citatis, neque auditis, & quando hæc S. Congregatio, solita maturitate procedendo, rescripsit: *Proponatur cit. part.*

Ex quibus non sine maxima verisimilitudine dicere possumus, Adversarium in expeditione dd. Literarum Apostolicarum voluisse stare, ut vulgò dicitur *a cavallo al fosso*, cum sequenti dilemmate. Aut 59 Principalis non reclamat, & absque ulla exhibitione dictarum Literarum Apostolicarum, consovebitur injustissima illa prætensio, quod Constitutió S. Pii V. non est recepta in Civitate Bambergæ, dum in eadem publicè, & palam ab Ordinario admittitur Resignatio Canonicatus ad favorem germani Fratris Resignantis; Aut Principalis reclamat, ut factum est, & tunc ab Adversario exhibitæ fuerunt dd. Literæ Apostolicæ, licèt ob conditiones, in illis præscriptas, non adimpletas, ex omni parte sint inexequibiles ex supra animadversis. Nemini autem permissum esse, ita operari, ut dicitur *stare a ca-* 60 *vallo al fosso*, notabiliter firmavit *Rota in Romana, seu Mexicana Depositi 27. Aprilis 1705. §. Hæc quoad expensas coram Ansaldo.* Imò talis operandi modus videtur involvere nescio quid mali exempli ad elidendas Sacratissimas Apostolicas Constitutiones, ex se satis notum.

Quoad aliam nullitatem Resignationis Canonica- 61 tus, de quo agitur, ex defectu congruæ manutentionis Canonici Renunciatarii, de qua supra. Nihil exadverso dicitur, quia revera illa in facto superlativè regit, & in Jure nullam admittit criticationem.

Quo verò ad tertiam, innixam defectui qualitatis Patrimonii sacri, ex quo mihi supponitur in facto, quod Canonicus Resignans ordinatus fuerit 62 ad titulum d. Canonicatus, vel saltem quod postquam rediit ad Patriam, idem Canonicatus subrogatus fuerit loco sui patrimonii sacri, respondetur exadverso, quod Alumni Collegii Germanici ex particula Brevis Gregorii XIII. datæ in contrario *Sum.* possint ordinari ad titulum Missionis.

Responsio autem non tollit difficultatem, quia oportet probare, quod Canonicus Jo. Gaspar Lobenhoffer Resignans de facto ordinatus fuerit ad 63 d. titulum, ea ratione quia Alumni ejusdem Collegii, qui habent Ecclesiastica Beneficia, ad horum titulum, non autem ad titulum Missionis ordinantur. Et quia à potentia ad actum non valet argumentum juxta affirmata à Philosophis, & Juristis communia.

Die 28. Septembris 1726. proposita Causa in Congregatione Concilii sub sequentibus dubiis. 64

I. Ad quem spectet Jus conferendi Canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani Bamberg. Et quatenus 65 *spectet ad Eminentissimum Ordinarium.*

II. An collatio dicti Canonicatus, per ipsum facta favore Joa. Josephi Lobenhoffer, sit valida. Et qua- 66 *tenus negativè.*

III. An provisio Apostolica dicti Canonicatus, favore ejusdem Jo. Josephi Lobenhoffer substineatur in 67 *casu &c.*

Ad primum responsum *fuit spectare ad Turnarium.* 68

Ad secundum *provisum in primo.* 69

Ad tertium *Negativè* cum Addito, ut *causa am-* 70 *plius non proponeretur.*

DISCEPTATIO XLVIII.

Nullius Dissolutionis Matrimonii.

Suppressis Nominibus.

ARGUMENTUM.

Matrimonium, ob viri impotentiam quando dissolvi possit? Et quando ad dictum effectum præcedere debeat Mulieris recognitio? Et quomodo illa facienda sit?

RESTRICTIVÈ ad sensum, seu opinionem Sac. Rotæ, pro veritate quæritur quid juris in casu sequenti, juxta facti seriem mihi communicatam, quæ talis est.

Mevia viginti annos, vel circa nata, postquam per spatium duorum annorum, & amplius cum suo Marito Titio viginti annos nato vixit eumdem Titium coram Officiali in jus vocavit, ut eorum matrimonium dirimeretur ob impotentiam, seu inhabilitatem ex parte dicti Titii.

Partibus vocatis, & interrogatis, Titius se pluries matrimonium consumasse affirmavit, Mevia negavit.

Judex Titii Inspectione, seu visitationem decrevit illum Periti in suis partibus benè conditionatum, at nullum erectionis signum dedisse retulerunt; proindeque Meviam visitandam, atque inspiciendam ad dijudicandum de potentia, vel impotentia Titii declaravere.

Titius huic Meviæ visitationi se opponit: Primò, quia injuriosa, & verecunda Sponso habetur. Secundò, quia incerta est, ac judicatu perdifficile videtur, an mulier fuerit realiter cognita, cùm nulla sint certa Virginitatis signa, & oculi, manusque signa, & oculi, manusque obstetricum sæpè falluntur. Tertiò, quia etiamsi Sponsam hactenus non cognovit, exinde minimè concludendum, quod ipsam cognoscere non valeat.

Officialis antequam de inspectione, seu visitatione mulieris statuat, secundam Titii visitationem, ut Periti suam de habilitate, vel potentia, seu impotentia Sponsi sententiam dilucidè referant, decrevit.

Inspectio facta fuit; Periti cunctas Titii partes conditionatas, ac benè conformatas esse, juxta aliorum Peritorum relationem nunciaverunt, at cùm de ejus habilitate, & potentia, nisi ex effectu judicare queant, & ipse nullum erectionis signum dederit, existimaverunt Periti, antequam de pontentia, vel impotentia Titii statuerent, ut ipse Titius signum erectionis præbeat.

Rebus sic stantibus, Sponsus insistit, ut è petitis avadat Sponsa, matrimoniumque confirmetur, attento quod sufficit primò, ipsum esse sanæ, & integræ partium conformationis, naturamque cunctarum corporis benè conformati partium animatio procedit, illis sufficienter ex se tribuere ea, quæ ad agendum, sive operandum necessaria sunt, sicque cùm in illis nullus deprehendatur defectus realis, inde concludi debere pro potentia, sive habilitate partis, quæ aliàs esset quid monstruosum.

Secundò. Se non teneri, imo prohiberi ad faciendam in præsentia Peritorum probationem erectionis, quæ vel naturalis esse potest, vel excitata: Si naturalis, pendet à fantasia, quæ nihilominus hebetatur, & extinguitur, quàm ab alieni oculi contemplatione, unde in hoc casu difficilis admodum, & quasi impossibilis est; Si verò erectio excitata sit ab attactu criminosa est, & nefanda.

Tertiò. Probationem erectionis ab ipso exigi debere cùm ipsemet Judex eum ad tale probationem adstringere non possit.

Quartò. Id probationis genus ab ipsa muliere è contra repetendum esse, utpote quæ maritum accusans impotentiæ, illam probare tenetur, sicque cum illa non probet aliunde, stantibus in favorem matrimonii præjudicatis rejici debet ejus petitio.

Mevia concludit, consentiendo, se visitari, & inspici, & casu quo reperiatur Virgo, matrimonium irritari, & annullari debere ex sequentibus.

Primò. Ex eo, quod non sufficiat bona Corporis conformatio, cùm ii qui natura frigidi sunt, sint benè conformati, & nihilominus à jure sunt inhabiles declarati, sicuti reperiuntur cæci, qui cum oculis benè conformatis lumine privati sunt.

Secundò. Quia relativè sunt quædam impotentiæ v.g. reperiuntur mariti, qui licet impotentes respectu virgines, non sunt tamen respectu viduæ: quod genus impotentiæ cùm benè dilucidari, & cognosci non possit, nisi videatur ad oculum qualitas erectionis, concluditur aliquod erectionis sperimentum à marito exhiberi debere.

Tertiò. Quod ipsimet Medici, & Chirurgi non judicantes, bonam conformationem esse quid sufficiens ad probationem potentiæ, minimè ausi sunt pronunciare de Titii habilitate, & potentia.

Quartò. Tum etiam quia in Processu desuper confecto probatum reperitur, partes insimul dormivisse per duos menses integros diversis vicibus spatio duorum annorum cum dimidio, vel circiter, ex qua condormitione concluditur, quod si maritus uxorem non cognovit, ipsum esse impotentem præsumitur; uxor autem profitetur se paratam ad demonstrandum, quod virgo est, atque intacta.

Denique quod ex dispositione cap. *Proposuisti* de donationibus ordinatur inspectio, seu visitatio mulieris in simili casu.

His sic positis, quæritur nunc, quænam esset Rotæ Sententia: videtur, unam tantùm ex sequentibus responsionibus esse amplectendam.

Primò. Aut mulieris petitio rejicienda ex eo, quod bona conformatio sufficiat.

Secundò. Antequam jus Partibus adjudicetur, statuendum, ut per duos integros menses continuos certis temporibus matutinis liceat Peritis Titium inspicere, judicandi gratia, utrum idoneus sit, ac habilis ad erectionem, & inde dignoscendi, utrum talis erectio, cujus signum ediderit, ea sit, quæ pro Virgine sufficiat.

Tertiò. Vel statuendum, ut Partes insimul per tres annos cohabitent: maximè cùm Vir viginti, aut viginti duos annos non superet, & per duos, aut tres menses tantùm cum uxore habitaverit spatio duorum annorum cum dimidio à die celebrationis matrimonii usque ad diem judicialis mulieris expostulationis.

Quartò. Denique saltem decernendam esse mulieris visitationem, & si reperiatur virgo matrimonium annullandum, quo casu matrimonium videtur Titio interdicendum, quod difficile, & durum videtur, cùm ipse vix ætatem viginti, aut viginti duorum annorum attingat.

Si quæ melior via aperiatur huic casui decidendo, illam pergratam erit rescire, & id præsertim expetitur; quæ sit in similibus casibus jurisprudentia Rotæ.

Quamvis autem facili negotio eidem petitioni satisfieri possit, mediantibus duabus famosis decisionibus ejusdem Sac. Rotæ in Romana dissolutionis matrimonii 25. Junii 1685. coram Paulutio, & 26. Januarii 1686. coram Ursino, in quibus materia funditus, magistraliterque examinatur, & ex quarum recognitione remanet manifestum Sacram Rotam non de facili canonizare nullitatem, seu dissolutionem matrimoniorum ob viri impotentiam, nisi post triennale experimentum, & prævia rigorosa recognitione impotentiæ & meritò rationibus, & congruentiis latissimè expensis in dictis duabus decisionibus, quæ sunt impressæ *in Mont. Cardinal. de Luc. decisione duodecima, & decisione 13.*

Nihilominus omnibus maturè perpensis, difficile mihi videtur, posse in his terminis evitari triennalem cohabitationem, sive attendat florida ætas Conjugum, sive breve tempus duorum circiter annorum, in quibus permanserunt in figura matrimonii, sive a. duntaxat

taxat mensium, quibus in eodem lecto cohabitarent, sive recta conformatio, & bona dispositio Partium generationi dicatur in marito, ex qua impotentia saltem remanet dubia, & solùm verisimilis; sive demum tarda reclamatio Uxoris post duos circiter annos à die contracti matrimonii, omnia enim ista simul unita, 25 & considerata, prout in nostris terminis faciendum esse firmavit *Rota in Colonien. Illegitimitatis 13. Januarii 1653. §. Qui sanè coram Verospio, & in Romana matrimonii 19. Januarii 1688. §. Cunctæ hæc coram Ursino, & in d. Romana dissolutionis matrimonii 25. Junii 1685. §. Impotentia coram Paulutio*, sub illa reflexione, quod agitur de dissolvendo magno matrimonii Sacramento legitimè contracto, & in quo absque ulla reclamatione longo tempore permanserint Conjuges, videntur talis efficaciæ, ut nullo modo sperari possit declaratio dissolutionis ejusdem matrimonii absque dicto triennali experimento, & replicata recognitione impotentiæ Viri per probos, expertosque Peritos juxta casum solemniter decisum à Sacra Congregatione Concilii in una Romana matrimonii inter Franciscum Alexandrum Sensinum, & Eleonoram Cimarram, in qua concurrebant eædem circumstantiæ circa defectus potentiæ ex parte Viri, quamvis ex parte Mulieris verificaretur reclamatio intra mensem, & 26 nihilominus Sacra Congregatio 27. Julii 1697. rescripsit: *Eligantur novi Periti ex officio pro instructione animi &c.* die 11. Januarii 1698. *Sensinus experiatur nova medicamina*, die 10. Maii ejusdem anni: *Esse locum cohabitationi triennali*; & die 15. Novembris ejusdem anni 1698. *In decisis, & amplius*, omnem præcludendo viam novis recursibus; Itaut in Congressu habito ex parte mulieris concorditer fuerit conclusum, nullo modo expedire recursum ad Signaturam Sanctissimi.

Licèt autem in alia æquè famosa Causa Jannen. dissolutionis matrimonii eadem Sacra Congregatio pari constantia contrarium practicaverit, demandando scilicet matrimonii dissolutionem absque novo triennali experimento, id evenit ex duplici capite, primò, quia præcesserat cohabitatio ferè per sex triennia, nempe per annos decem, & septem, & secundò, quia agebatur de vitio sensibili, & omnibus obvio, nempè de phymosi, & quamvis Vir de mandato Sacræ Congregationis ultra alia medicamina se subjecerit etiam incisioni illius partis, quæ impedimento erat matrimonii consumationi, nihilominus etiam post talem incisionem perdurabat impedimen- 27 tum, & proindè nil mirum si contrarium in hac Causa practicavit die 28. Julii 1703. rescribendo: *Præfigendum terminum duorum Mensium Leonardo ad se subjiciendum curæ*, & exinde die 13. Martii 1706. post inutilem usum multorum medicamentorum rescribendo, *locum esse dissolutioni matrimonii*, quam resolutio- 28 nem confirmavit die 8. Maii ejusdem anni cum rescripto, *In decisis, & amplius*: Obtenta autem nova audientia non ab ipsa Sacra Congregatione, quæ illam constanter denegavit, sed à Sanctissimo Domino Nostro in plena Signatura Gratiæ diebus 18. Februarii, & 9. Aprilis 1707. iterum dictam resolutionem confirmavit, neque amplius de eadem Causa actum fuit ob rescriptum, ut Causa amplius non proponeretur.

Procedendo proindè cum mitiori illa opinione, quòd triennalis cohabitatio in his terminis non sit simpliciter, & indispensabiliter necessaria ad dissolutionem matrimonii ex Causa impotentiæ viri, neque absolutè præscripta à Sacris Canonibus, sed conditionaliter tantùm, quatenus scilicet aliundè probari non 29 possit, ad literam *Textus in Cap. laudabilem de frigid. & maleficiat. ibique Gloss. verb. priùs probari, & communiter repetentes, nempè Anchoran. num. 2. Abb. eodem numero, Butr. num. 14. Præposit. nu. 8. Alexand. de Ner. num. 17. & Innoc. num. 1. vers. nam si primò probari possit, Barbos. num. 2. & Gonzal. num. 3. cum aliis apud Cuce. Instit. Canon. lib. 3. de matrim. tit. 7. fol. 108. Guttier. de matrim. cap. 120. sub num. 3. Pont. eodem tract. lib. 7. cap. 66. nu. 1. Card. de Luc. pariter de matrim. disc. 9. num. 11. Feuret. de abus. lib. 5. cap. 4. sub num. 11.*

Congrua accedente ratione, quia dilatio per tempus triennale datur à jure, ut impedimentum impotentiæ eodem cursu detegatur, sed quando ex aliis probationibus incontinenti constat de tali impedimento, frustra expectatur eventus, cujus nullus induceretur effectus, ut in eorum *tractatibus de matrim. observant* 30 *Guttier. cap. 120. sub num. 3. Pont. lib. 7. cap. 66. num. 1. Dicastill. disput. 7. dubit. 52. num. 566. & Tambur. Oper. moral. lib. 8. tit. de matrim. tract. 2. cap. 13. §. 2. nu. 5.*

Semper obstabit dicta taciturnitas mulieris per adeò longum tempus plusquam duorum annorum juncta cum aliis considerationibus, de quibus supra §. *Nihilominus*, ut specificando casum, in quo Uxor intra bimestre reclamet, deque viri impotentia coram Judice se conquerat, habemus *Text. literalem in Cap.* 31 *1. de frigid. & maleficiat.* ibi: *Statim in ipsa novitate post mensem, aut duos ad Episcopum, aut ejus Missum proclamaverit, dicens, volo esse Mater, volo filios procreare, & ideò Maritum accepi; Sed vir quem accepi, frigidæ naturæ est, & non potest facere per quæ accepi; Si probari potest per rectum judicium, separari potestis, & illa, si vult, nubet in Domino.*

Rationem assignat *Tambur. Oper. Moral. lib. 8. de Matrim. tract. 2. cap. 13. §. 4. num. 12.* Quia scilicet quan- 32 do Mulier statim reclamat, impotentia præsumitur antecedens ad matrimonium, quod proindè, uti contractum cum mala fide viri, hoc est cum scientia ejus impotentiæ, non dat illi possessionem continuandam per triennium.

Et ita uniformi calamo, in fonte recogniti, distinguendo, notant *Abb. Panormit. in cap. 1. num. 5. de frigid. & malefic. Abb. antiq. in eodem Cap. num. fin. Alen. de Neupar. in d. cap. 1. num. 13. & Joan. Andr. num. 1. de Angel. de Confess. tom. 2. quæst. 49. num. 8. Barbos. in d. cap. 1. sub num. 1. de frigid. & malefic. & num. 3. Baron. de Corpor. ejusq; part. tit. 17. de viril. num. 83. Butr. in cap. laudabilem num. 14. de frigid. & malefic. Castropal. Oper. moral. tom. 5. tit. de Sponsal. disp. 4. punct. 13. §. 8. num. 2. fol. 244. Dicastill. de matrim. tract. 10. disp. 7. dubit. 52. sub num. 574. Filliuc. Oper. moral. tract. 10. de matrim. part. 2. cap. 4. de impotent. natural. num. 108. Guttier. de matrim. cap. 120. num. 28. Hostien. in cap. 1. nu. 1. de frigid. & malef. ibique Innoc. par. num. 1. Mascard.* 33 *de probat. concl. 816. num. 15. Perez de matrim. disp. 37. sect. 11. num. 9. Pyrbing. in Jus canon. lib. 4. tit. 15. §. 3. sub num. 14. vers. notandum 3. fol. 145. & in Indice Synoptic. seu methodic. tit. 15. §. 3. fol. 227. Pont. de matr. lib. 7. cap. 66. num. 11. Præposit. in cap. 5. sub num. 5. de frigid. & maleficiat. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 109. nu. 16. Joan. Sanc. in Select. disp. 49. nu. 29. à Spiritu Sanct. in direct. Confess. part. 2. tract. 11. de matrim. disp. 7. sect. 13. §. 7. num. 463. Tambur. Oper. moral. lib. 8. de matrim. tract. 2. cap. 13. num. 9. Tancred. de matrim. lib. 7. disput. 109. fol. 207. Trullench. in prax. Sacram. lib. 7. cap. 9. dub. 16. nu. 27. & Zabarel. in cap. 1. sub n. 1. de frigid. & maleficiat.*

Deveniendo nunc ad modum, quo facienda est dicta probatio impotentiæ, & ad illum gradum, in quo de- 34 monstrari debet, ad hoc, ut sit locus dissolutioni matrimonii, tres distinguere solent casus Doctores.

Aut enim impotentia est naturalis, & perpetua, illiusque signa sunt evidentia, & tunc constito de dd. signis, statim ad dissolutionem proceditur, sive clapsum sit tempus triennalis cohabitationis, sive non, & sive Mulier reclamaverit statim, seu intra bimestre, sive etiam post annum, & quandocumque; cùm enim impotentia sit evidens, & perpetua, matrimonium non potuit unquam valere, ac consequenter sine matrimonio non licet magis diuturnum experimentum 35 Copulæ demandare, vel permittere, ut clarè colligitur ex *Textu in cap. laudabile, & cap. fin. de frigid. & maleficiat. & tradunt Pont. de matrim. lib. 7. cap. 66. num. 1. Sanchez eodem tract. lib. 7. disp. 107. num. 3. Filliuc. Oper. moral. tract. 10. quæst. 2. cap. 4. num. 106. Trullenc. Oper. moral. tit. de matrim. quæst. 16. sect. 5. in princ. Sperell. dec. 141. num. 37. Merbes. in Summ. Ethic. Christian. tom. 2. tit. de Sacram. matrim. dissert. 7. quæst. 83. quæstiunc. 2. Natal. ab Alex. in Theolog. Dogmat. & moral. tit. de matrim. lib. 2. reg. 9. fol. 744. Panimol. decis. 51. num. 2. de just. de dispens. matrim. lib. 2. cap. 17. num. 26. de Angel. de confess. lib. 2. quæst. 47. num. 7. & 8. & Rot. dec. 965. num. 2. part. 1. rec. & in Romana dissolutionis*

Matri-

Matrimonii 25. Junii 1685. §. Et quia coram Pauluc. & 28. Jan. 1686. §. Cum etiam coram Ursino.

Aut impotentia non est certitudinaliter, sed verisimiliter solùm, & moraliter evidens, probaturque per signa, verisimiliter eam concludentia, & hoc casu neque requiritur triennalis cohabitatio, sed pro dissolutione sufficit juramentum Conjugum, asserentium, se coire non posse, & septima manus propinquorum, jurantium, se credere, eos verum fateri, ut communiter observant repetentes *in d. cap. laudabilem, ubi Barbos. nu. 2. & Gonzal. nu. 3.* Antiquiores citant, & sequuntur, & concordant *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 107. num. 14. Branell. de Sponsal. concl. 28. num. 16. Castropal. Oper. moral. tom. 5. tit. de Sponsal. disp. 4. punct. 9. num. 4. Panimol. decis. 51. num. 3. Baron. de Corp. tit. de viril. num. 81. & seqq. Zacch. quæst. medic. legal lib. 3. tit. 1. quæst. 5. num. 25. Filiuc. Oper. moral. tract. 10. de Sacram. matrim. part. 2. cap. 4. num. 106. de Angel. de confess. lib. 2. quæst 49. nu. 8. Mascard. de probat. concl. 311. num. 4. Escobar. in Theolog. moral. tom. 3. part. 2. lib. 27. dub 130. fol. 266. Leand. Oper. moral. tom. 2. tract. 9. de matrim. disp. 21. de impedim. potent. quæst. 1. & quæst. 43. Christin. decis. Belgic. 338. per tot. tom. 1.* ubi quod in suo casu ex Medicorum relatione circa viri impotentiam, data fuit Mulieri facultas contrahendi aliud matrimonium, & observant in eorum tractatibus *de matrim. Sanchez lib. 7. disput. 107. nu. 14. Pont. cap. 66. num. 2. lib. 7. Guttier. Cap. 120. nu. 4. Perez disp. 37. Sect. 11. num. 6. Tancred. lib. 7. disp. 507. nu. 3. Dicastil. tract. 10. disp. 7. dubit. 52. nu. 563. & 566. Card. de Luca disc. 9. nu. 15.* ubi quod in his casibus nulla ratio subesse videtur, ob quam triennale experimentum per quandam speciem Judaismi omninò requiri debeat, *& Joan. par. 8. quæst. 26. num. 13. & firmavit Rot. in dec. 40. num. 3. post Zacch. quæst. medic. legal. & dec. 695. sub nu. 2. & 4. part. 1. rec. & in citata Romana dissolutionis matrimonii 25. Junii 1685. §. Et quia, & §. Tandem coram Paulut. & 28. Jan. 1686. §. Impotentia, coram Ursino.*

36 37 38

Et ratio est, quia signa, verisimiliter evidentia, intellectum convincunt, atque eundem effectum pariunt apud peritos Judices, quem parit aperta probatio per aspectum apud imperitos legalis, & phylosophicæ rationis inexpertes; frustrà igitur requireretur alia dilatio, sive triennalis cohabitatio, quæ nil aliud afferre posset in fine triennii, quàm id, quod per media, verisimiliter evidentia, de præsenti constat, ut præter supra allegatos in specie advertunt *Abb. in Cap. laudabilem num. 2. de frigid. & maleficiat. ibique Alexand. de Nev. num. 3. & Butr. num. 50. Hurtad. de matrim. disp. 22. diffic. 12. num. 28.*

39

Aut denique impotentia non est certa, minusque verisimiliter evidens, sed deduci solum prætenditur ex signis dubiis, & præsumptionibus, & quod magis est, Mulier non reclamavit statim, & tunc semper locus est triennali experimento, eo quia Mulier, allegans in istis terminis viri impotentiam, duplicem habet contra se Juris præsumptionem; Primam scilicet, quod tamdiù tacendo non reclamavit; alteram verò, quòd magis creditur viro neganti, qui est caput Mulieris, ut ferè per hæc verba id statuitur *in cap. 5. de frigid. & malefic.* & in istis terminis intelligendæ sunt authoritates omnes, firmantes, triennalem cohabitationem necessariam esse, quando concurrunt signa, præsumptivè impotentiam indicantia, ut notant *Pyrhing. in Jus Canon. lib. 4. tit. 15. de frigid. & malefic. §. 3. num. 14. fol. 145. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 109. num. 2. & 50. & Pont. eodem tractat. lib. 7. cap. 66. num. 7. & 11.*

40 41

Ea, quæ indicantur in facti serie de excitatione erectionis respectu Titii ad perfectè cognoscendam illius potentiam, vel impotentiam ad consumationem matrimonii, utpotè involuntaria mortalem culpam, nullo modo, nulloque colore inter Catholicos nedum ad praxim reducenda, sed neque etiam excogitanda sunt, juxta ea, quæ improbantur à D. Paulo *ad Ephes. 5. 3. & seqq.*

42

Non sic autem ea, quæ dicuntur de inspectione Mulieris, quia hæc præcedere omninò debent ante matrimonii dissolutionem, non attento, quod illa uti indecora eidem mulieri, quàm fieri potest, evitanda sit, quia id procedit, quando illa petitur, vel ad praxim reducitur ad alium finem, quàm cognoscendi potentiam, vel impotentiam ad effectum dirimendi, vel dissolvendi matrimonium, ut in terminis firmavit Sacra Rota in Mediolanen. impotentiæ ad coeundum 16. Martii 1588. *§. Non obstat coram Gyptio*, his verbis: *Non obstat, quod adversus Aretinum scribit Tiraquel. nempè quod Corporis inspectio uti turpis, & indecora evitanda sit, quoniam hoc totum in Judicis arbitrio residet, & allegata per ipsum locum tibi non vindicant ubi de potentia, vel impotentia alicujus quæritur, quia tunc inspectio non denegatur, &c.* & in effectu ita practicatum fuit in dicta Romana dissolutionis matrimonii coram Paulutio, & Ursino, in qua replicatis vicibus mulieris integritas recognita fuit ante declarationem nullitatis matrimonii ob impotentiam Viri.

43

Cognita igitur ex his arduitate procedendi per hanc viam, quæ saltem longissima, & nimis incerta erit, remanet alia nimis facilis, & expedita, uti pendens à sola voluntate Pontificis, petendi matrimonium, dispensationem hujusmodi matrimonii rati, & nullatenus consumati.

44

Via hæc, seu modus rarò practicari solet à Summo Pontifice absque voto Sacræ Congregationis Concilii, ut advertit *de Just. de Dispensat. matrimon. lib. 2. cap. 10. num. 35.* estque praxis nimis nota, eadem tamen Sacra Congregatio non solet esse facilis ad consulendum dissolutionem, quam in specie denegavit dd. Sensino, & Cimarræ die 24. Martii 1699. & in Brixinen. dispensationis 11. Januarii 1705.

45 46

Idque ex peculiaribus facti circumstantiis, non autem ex defectu potestatis, quæ, quidquid dicant aliqui ex Theologis, apud Canonistas uniformi calamo recognoscitur in Summo Pontifice, ex animadversis per *Bellarm. de matrim. lib. 1. cap. 15. & Sanchez eodem tract. lib. 2. cap. 13. num. 7. & seqq. & Rota in Burgen. dissolutionis matrimonii 17. Junii 1594. coram Justo, impressa apud Farin. tom. 2. cons. 5. decis. 86. sub num. 1.* ibi: *Domini quoad potestatem dissolvendi matrimonium ratum, & non consumatum, dixerunt, non dubitandum, quia hæc est communis opinio Canonistarum, præsertim de consensu Conjugum, & ex justa aliqua causa &c.*

47

Neque desunt innumera similia exempla, quæ adduci possent ad inclinandum animum dictæ Sacræ Congregationis ad gratiæ concessionem.

48

Omissis enim antiquioribus exemplis, relatis à *D. Antonin. part. 3. tit. 1. cap. 25. §. 3.* ubi asseris propriis oculis vidisse similes dispensationes expeditas à Martino V. & Eugenio IV. *Navar. in Summ. cap. 22. num. 21.* ubi quod Paulus III. & Pius IV. ad ipsius supplicationem quater in hac parte dispensarunt, *Henriq. de matrimon. lib. 11. cap. 8. num. 11. ubi in glos. lit. F.* quod Gregorius XIII. unica die undecim similes dispensationes concessit, *Menoch. cons. 385. per tot. Cajetan. in Opusc. tom. 5. tract. 28. de matrimon. in princ. de Just. de dispens. matrim. lib. 2. cap. 10. à num. 25. & Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 24. num. 2. antè fin.*

49

Urbanus VIII. dispensavit inter Michaelem Blancum, & Joannam filiam Principis Conchæ, referentibus Corrad. *in prax. dispens. Apostol. lib. 8. cap. 7. num. 25. & de Just. de dispens. matrim. lib. 2. cap. 10. sub num. 57. ejusdemque Brevis Copiam, unà cum aliis infra citandis conservo, quæ in casu petitionis similis gratiæ dari poterunt per extensum in Summario.*

50

Idem Urbanus VIII. dispensavit inter Hyacinthum Remos, & Blancam Suarez Ulixbonen. Diœcesis die 13. Aprilis 1637.

51

Alexander VII. dispensavit inter Babilanum Pallavicinum, & Annam Mariam Pinellam die 11. Settembris 1662. scribente *Card. de Luca de matrim. disc. 9. per tot.*

52

Idem Alexander VII. dispensavit inter Petrum vitandum de Valmasia Placen. & Eleonoram de Arenatum, & Ave die 28. Julii 1662. & patet ex Libr. 23. Decr. Sac. Congregationis Concilii fol. 233.

53

Clemens X. dispensavit inter Joannem Lucam de Cruce Tyburtinum, & Sylviam Angeli ex Terra Talleacotii die 16. Settembris 1671.

54

Idem Clemens X. dispensavit in alio casu in Urbe notorio inter nobilem Romanum, & mulierem Gal-

55

Gallicæ Nationis, cujus nomina conſultò ſupprimimus.

Demùm Clemens XI. Regnans in caſu longè fortiori diſpenſavit inter Paſcalinm Quæſadam pharmacopolam annorum 25. & Roſam Fort. annorum 15. prævio voto Sacræ Congregationis Concilii in Oriolen. diſpenſationis 16. Maii 1715.

Dixi *in caſu longe fortiori*, quia fundamentum gratiæ fuit ſententia Ordinarii Oriolen. declarantis, nullum dictum matrimoninm ob perpetuum, & abſolutum impedimentum arctitudinis dictæ Roſæ, quo attento, Paſchalius convolavit ad ſecundas nuptias cum Maria Antonia Perez, cum qua prolem ſuſcepit; quod autem Roſæ arctitudo non eſſet impedimentum abſolutum, & perpetuum, demonſtravit experientia, quia cognita fuit, & deſponſata ab Antonio Ximenez. Itaut impedimentum non fuerit abſolutum, & perpetuum, ſed tantùm correſpectivum, ſeu relativum ad d. Quæſadam, in quibus terminis longè difficilius concedi ſolent ſimiles gratiæ, & tamen illam noviſſimè conceſſit, ut ſupra SS. D. N. prævio dicto voto S. Congreg. Concilii.

Eo autem magis ſperari poteſt dicta gratia in noſtris terminis, quia ut optimo effectu in caſu omninò ſimillimo ratiocinatur *Card. de Luca de matrim. diſc. 9. num. 9. verè, & propriè non ſumus in caſu formalis diſpenſationis ſupra matrimonio, alioquin firmo, & indiſſolubili, dum ſtantibus claris indiciis impedimenti naturalis, videtur potiùs quædam adminiſtratio juſtitiæ, ita prudentialiter ſub alio titulo magis honeſto more Principis adminiſtratæ, cùm ita utriuſque partis juribus conſultum remaneret.*

DISCEPTATIO XLIX.

Romana Juris Doctorandi.

ARGUMENTUM.

Jus doctorandi in Urbe privativè ſpectat ad Collegium Advocatorum Conſiſtorialium. Collegium verò Prothonotariorum Apoſtolicorum ex ſpeciali Gratia Urbani VIII. doctorare poteſt quolibet anno quatuor tantùm Familiares, vel Pauperes; Non attenta quacumque conſuetudine in contrarium, ſive centenaria, ſive immemorabili, cui ſpecialiter derogavit SS. D. N. Benedictus XIII.

SUmmus Pontifex Sixtus V. *in ejus Conſtit.* quæ incipit *Laudabilis Sedis Apoſtolicæ* edita die 5. Februarii 1586. *in Bullar. nov. tom. 2. conſtit. 12.* numero Prothonotariorum de numero Participantium aucto de ſeptem ad duodecim, eos multis Privilegiis decoravit, & inter cætera, quod poſſint creare Doctores in qualibet facultate, his verbis: *Ac nunc pro tempore exiſtentibus Notariis de dicto numero, & eorum cuilibet, quoſcumque, qui in Jure Canonico, & Civili, ſeu altero eorum, per diligentem examen, per ſe adhibitum, & aſſumptis ſecum duobus aut tribus illius Scientiæ, & Facultatis Doctoribus, Scientia, & Moribus idoneis, & ſufficientes fuerint in utroque, ſeu altero Jurium hujuſmodi. Quos verò in Theologia (Non tamen alicujus Ordinis Regulares) ſeu Artibus, vel Medicina, aut alia licita Facultate ſtuduiſſe, ac per ſimilem examinationem duorum, vel trium, etiam per eos eligendorum Doctorum, ſeu Magiſtrorum Facultatis, in qua ſtuduerunt, coram eis, vel aliquo eorum habenda, ad Magiſtrorum, ſeu Doctorum eorundem atteſtationem, eis facienda, peritos & ſcientia, ac moribus præfatis, ad hoc idoneos eſſe repererint, de eorundem Doctorum, ſeu Magiſtrorum quoad præmiſſa omnia conſilio, & aſſenſu in Theologia, ſeu Artibus, vel Medicina, aut alia licita Facultate hujuſmodi, ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magiſterii Gradus promovendi, & illis in eis legendi, & alios actus, ad perſonas in hujuſmodi Gradu conſtitutos quomodolibet pertinentes, faciendi, authoritatem concedendi, & ipſorum Graduum ſolita inſignia eis, qui eiſdem authoritatibus, facultatibus, & privilegiis, ac ſi hujuſmodi Gradus in aliqua etiam famoſa Univerſitate ſuſcepiſſet, præter quam quod habilitatem ad Cathedrales Eccleſias utantur, & gaudeant conferendi.*

Cumque ex iſto privilegio læderetur Jus inſignis Collegii Advocatorum Conſiſtorialium, quibus Julius III. *in ejus Conſtit.* 16. & alii Summi Pontifices, ac etiam multi Imperatores conceſſerunt Privilegium conferendi Doctoralem Lauream privativè quoad omnes, ex animadverſis à *Pierb. Corrad. in Prax. diſpen. in add. ad l. 4. c. 2. §. Nam voluit Julius III. num. 26. fol. mihi 14. & Rub. in ejus Defenſ. cap. 5. num. 5. & 6. Maſſobr. in prax. habend. Concurſ. requiſ. 10. dub. 6. num. 6. Nicol. in Floſcul. ver. Doctor n. 1. Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc. 44. num. 8. & diſc. 46. num. 55. Auſald. deciſ. 62. num. 22. & Rota dec. 26. num. 1. & per tot. apud Antonell. de Jurib. Clericor.* & ſignanter *num.* 16. Recurſum habuerunt ad Clement. VIII. ut declararet, eorum Privilegio non eſſe derogatum per illud conſpicui Collegii Prothonotariorum, qui Cauſam in Rota commiſit Cardinali Seraphino, tunc Rotæ Auditori, cognoſcen. & ipſi Pontifici referen. Cauſaque ab eo in Rota propoſita ſub die 3. Aprilis 1590. reſolutum fuit, Privilegio Advocatorum Conſiſtorialium non eſſe derogatum per illud Prothonotariorum, ex multis ſolidiſſimis rationibus, in dicta Deciſione deductis, quæ eſt inter ejus impreſſas *in* 1271. & ſignanter, quia *Sixtus V. in ſua Conſtit.* 62. §. 4. declaravit, confirmavit, innovavit, & quatenus opus eſſet, de novo conceſſit moto proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis Collegio Advocatorum Conciſtorialium Privilegium doctorandi privativè quoad omnes, cum derogatione, *Reg. de Jure quæſito non tollendo*, & aliis clauſulis efficacioribus, & potentioribus, ut dicitur in eadem *Deciſ. Seraphini* 1271. *ſub num.* 7. & notant *de Rubeis ubi ſupra ſub num. 7. Pirrh. Corrad. in add. ad ſuam praxim diſpenſ. dicto num. 26. pag. mihi 14. Cobell. in Notit. Cardin. Congr. 19. fol. 39. verſ. Facultatem creandi Doctores Cherubin. in comp. Bullar. ad conſtit. 16. Iulii III. Schol. 1.* & in ſpecie de privativa quoad Prothonotarios *Lotter. de Re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 7. num. 124. Maſſobr. in prax. haben. concurſ. requiſit. 10. dub. 6. num. 6. in fine &c. Venteigi. prax. rer. notab. Eccleſ. tom. 2. annot. 15. §. 2. num. 11.* Cui deciſioni non acquieſcens Collegium Prothonotariorum, obtinuit ab eodem Clement. VIII. reaudiri, & dictus Summus Pontifex negotium commiſit Cardinali Blanchetto, ut iterum Jura, & rationes utriuſque Partis verbotenus, vel in ſcriptis deducenda, cognoſceret, & poſtmodum ipſi Pontifici referret, qui Cardinalis, Partibus ſæpiùs auditis, illorumque Juribus, & rationibus maturè perpenſis, & conſideratis, retulit Summo Pontifici, Collegium Advocatorum bonum Jus fovere, ejuſque Privilegia privativè quoad alia omnia Collegia, & Perſonas, præſertim Prothonotariorum prædictorum in Curia, & in Urbe prędictis, ipſiuſque Urbis diſtrictu prævalere, & præferenda eſſe: Qui proinde conſulendo Advocatorum Conſiſtorialium indemnitati, per Bullam, & Conſtitutionem perpetuam, confirmatis omnibus Privilegiis Collegii Advocatorum Conſiſtorialium inſuper declaravit: Quod de cætero perpetuis futuris temporibus, præter Collegium Advocatorum Conſiſtorialium, nulla alia Perſona, cujuſcunque Dignitatis, ſtatus, gradus, conditionis, ordinis, pręeminentię, nobilitatis, & excellentiæ exiſtens, ac quacumque Dignitate, & honore præfulgens, nullum præterea aliud Collegium Romanæ Curiæ Officialium, & Notariorum de numero Participantium hujuſmodi, etiam vigore, ſeu prætextu quorumcunque Privilegiorum, Indultorum, Licentiarum, Facultatum, etiam Apoſtolicarum, etiam motu proprio, & de poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam ex titulo oneroſo, & quibuſcunque aliis, etiam quantumcunque maximis, & urgentiſſimis, ſub quibuſvis verborum

formis, & expressionibus, ac cum quibusvis efficacissimis, etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis, etiam talibus, quod illis nullatenus, aut nonnisi sub certis modo, & forma, in eis contentis, derogari possint, irritantibus, & aliis decretis, per supradictos, & quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores, ac etiam per ipsum, & Sedem præfatam quomodolibet concessorum, seu etiam confirmatorum, & innovatorum quibuscumque Personis cujusvis Dignitatis; gradus, & conditionis existentibus etiam maximè idoneis, & habilibus, gradum Doctoratus, & Licentiaturæ in utroque, seu altero Jurium in Curia, & Urbe, ac districtu prædictis conferre, easque ad hujusmodi gradum promovere, Doctoratusque, seu Licentiaturæ insignia conferre, ac tales in Doctores, seu Licentiatos creare possint, sed quod munus, seu privilegium, ac facultates creandi Doctores, seu Licentiatos in utroque, seu altero Jurium, ac conferendi Insignia Doctoratus, & Licentiaturæ solummodo ad Collegium Advocatorum Concistorialium, privativè quoad omnes alias Personas, cujuscumque Gradus, status, ordinis, & conditionis; ac omnia alia Collegia Officialium dictæ Curiæ, & Notariorum, de numero participantium prædictorum perpetuò spectet, & cum clausula *sublata*, decreto irritanti, ac aliis pluribus efficacissimis, ut legitur in ipsa Bulla sub Datum die 22. Septembris 1601. Pontificatus anno X. quæ est impressa in *Syllabo Advocatorum Concistorialium Cartharii pag. 162. & seq.* illamque referunt, & commendant etiam *Hieron. Faber in ejus Tract. de Prothonotar. Apostol. cap. 10. num. 36. & Rub. in defens. Rediviv. cap. 5. sub num. 7.* Quæve per extensum registrantur in fine.

Mediantibus *dicta Decisione, & prædictis Bullis 62. Sixti V. & altera Clem. VIII.* remansit firmatum Jus doctorandi Advocatorum Concistorialium, in Curia, Urbe, ac Districtu, privativè quoad omnes, & signanter quoad Collegium Protbonotariorum de numero participantium, ut in iisdem Bullis expressè decernitur, & per Doctores supra allegat. observatum fuit, sublata penitus Prothonotariorum Collegio facultate doctorandi, donec mediante ejus Constitutione, in fine pariter registranda *Urbanus VIII. anno 1629.* Pontificatus sui anno 7. confirmavit omnia Prothonotariorum Privilegia, Gratias, & Facultates, dummodo tamen sint in usu, & revocata à S. Concilio non sint, ac insuper Collegio Notariorum de numero hujusmodi, quod perpetuis futuris temporibus quolibet anno in vim hujus specialis Indulti quatuor Adolescentes, seu Viros, vita, moribus, literatura, aliisque requisitis qualitatibus, habiles, & idoneos Familiares eorum, *ac ex eis, qui familiares eorum non sunt, alios pauperes tantùm*, & qui prius hujusmodi paupertatem juraverint, illamque verè, & legitimè penes Secretarium ipsius Collegii probaverint, in utroque, vel altero Jurium Doctores, prævio tamen rigoroso examine, & collegialiter, ac in Urbe tantùm, non autem alibi, creandi, eisdemque Doctoratus Gradum hujusmodi, servatis etiam aliis in similibus de Jure, usu, consuetudine, ac stylo servari solitis, ac gratis ubique conferendi: Ita tamen quod numerus quatuor, ut supra, quavis de causa omissus, vel non completus uno anno, non possit, nec valeat, subsequentibus annis suppleri, vel integrari Apostolica auctoritate de specialis dono gratiæ facultatem concessit, & impartitus fuit. Volens, quod tam in rogitu decreti, & Instrumenti, ac privilegio quorumlibet Doctoratuum prædictorum, quam in Libro, seu Protocollo, ad hoc penes Secretarium Collegii Notariorum hujusmodi retinendo, fiat specialis mentio, tam hujus Privilegii, quàm paupertatis, & gratiosæ promotionis prædictarum, quodque Nota rogitus promotionum hujusmodi Nomina, Cognomina, ac Patriam, & paupertatem, & alia requisita prædicta continen. intra mensem ex tunc proximum à die cujuslibet promotionis computan. ad Archivium Urbanum, ad instar aliorum Rogituum, per dictum Secretarium deferri omninò debeat, & tunc solùm, postquam Nota prædicta exhibita fuerit, etiam ante fidem, vel Instrumentum, vel Privilegium decreti admissionis, vel promotionis dare debeat, decernensque irritum, & inane quidquid secus, aut contra, vel præter formam præmissam, à quoquam factum, vel attentatum fuerit; Quodque illa inobservata, vel prætermissa, etiam in minimo, Doctoratus hujusmodi ipso jure nulli sint, nec promotis in aliquo suffragentur; Notarii verò Collegii hujusmodi, si numerum prædictum, quomodolibet, sive collegialiter, sive particulariter excesserint; vel promotionem aliquam Doctorum extra Urbis mœnia fuerint, ab hoc speciali Privilegio, & Indulto cadant, perinde ac si illis, & Collegio eorum concessum nunquam fuisset.

Istius specialis facultatis vigore, quamvis Prothonotariis competat facultas doctorandi solummodo quatuor eorum Familiares, ac ex eis, qui eorum familiares non sunt, alios quatuor, pauperes tamen & qui prius hujusmodi paupertatem juraverint, illamque verè, & legitimè penes Secretarium ipsius Collegii probaverint, sine ulla mercede, aut præmii solutione, quibus tantùm in Urbe, & non alibi Lauream conferre possint, ut etiam advertunt *Cohell. Notit. Cardin. cap. 18. fol. 202. §. Quod autem Rab. in ejus Defens. cap. 5. ante fin. fol. 191. Fab. in dicto tract. de Prothonot. cap. 10. num. 37.* Nihilominus asserunt multi, quod Prothonotarii prædicti cum maximo præjudicio Advocatorum Concistorialium, nedum creant Doctores ultra numerum quatuor quolibet anno in Urbe; Sed quod pejus est, novo, insolito, & nunquam audito modo, multos alios creant extra Urbem, & etiam extra Statum Ecclesiasticum, committendo examen in partibus: Circa quas novitates, & præcipuè circa nullitatem Doctorum, usque nunc ab eis creatorum, necnon super Jure, & facultate, quam habent, creandi Doctores restrictam in Urbe ad quatuor tantùm Familiares, vel totidem Pauperes quolibet anno, pro veritate consultus, circa singula puncta meam aperiendo sententiam, meliori judicio semper salvo.

Respectu primi censeo, dictum Privilegium nullo modo hodie subsistere, nec etiam quoad Jus creandi quatuor Doctores in Urbe, quia illi obstant omnia ea, quæ Rota censuit obstare Privilegio Sixti Quinti concesso Prothonotariis, latè expensa *coram Seraphino, d. decis. 1271.* & signanter, quod in privilegio Advocatorum Concistorialium Julii III. deinde confirmato per eundem Sixtum Quintum *in dict. Bulla 62.* ac in altera *Clementis VIII.* adest Decretum, ut privilegium, & Facultates Advocatorum Concistorialium nullo modo revocari, neque suspendi possit, & quoties emanaverint derogationes in aliis Constitutionibus, toties ab illis exceptæ, ac denuò Advocatis prædictis concessæ, & restitutæ, & repositæ censeantur; Quod decretum est tantæ efficaciæ, ut per futuras derogationes non censeatur illi præjudicatum, nisi de illo expressa mentio facta fuerit, ut in præcisis terminis per hæc numero verba respondit *Rota coram Seraphino dicta decis. 1871. numer. 3.* illamque sequuta fuit *coram Peutingerio dec. 30. num. 20.*

Non obstante, quod in dicto privilegio Urbani VIII. ante finem fiat mentio privilegii Sixti Quinti concessi Collegio Advocatorum Consistorialium conferendi Gradus Doctoratus; Quia in illo non fit mentio privilegii Julii III. nec Bullæ Clementis VIII. quæ emanavit causa cognita, & continet Sententiam Pontificiam, quæ si Papæ innotuisset, utique dictam Gratiam, vel nullo modo, vel difficilius concessisset, cùm Papa nunquam censeatur velle præjudicare Juri, alteri quæsito, maximè ex sententia, & re judicata. Quæ si habent locum in Sententia cujuslibet Judicis ordinarii, multò magis habent locum in Sententia Papæ, cùm rei judicatæ nunquam censetur derogatum, nisi de illa expressa fiat mentio, ex animadversis per *Cravett. consil. 172. num. 34. Menoch. de Arbitr. Judic. cap. 202. num. 10.* cum aliis apud *Adden. ad Buratt. decis. 487. litt. A. & Barbos. de Claus. clausal. 174. num. 27.* latè

Cen-

Ceasal. decis. Lucens. 88. *num.* 6. & 7. & egregiè *Ansald. in Addit. ad decis.* 37. *num.* 21. ibi : *Res, judicata, quæ secundùm vulgata axiomata, facit de albo nigrum, & de quadrato rotundum, tantæ existit efficaciæ, ut etiamsi Supremus Princeps causam commiserit*, non obstante tali sententia, *adhuc, nisi etiam adjecerit alia verba*, in Judicatum transacta, *Commissio ipsa non tenet : ex communiter notatis per Scribentes, & signanter per Jasonem, &c.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo in dicto Brevi non est derogatum Regulæ de Jure quæsito non tollendo, sine qua per quascumque gratias nunquam intelligitur præjudicatum Juri alteri quæsito, propter expressam protestationem contentam in dicta Regu-12 la, quod Papa nunquam intelligit derogare Juri alterius, nisi dictæ Regulæ expressè deroget, ut cumulatis concordantibus, notat *Fagnan. in capit. Cæterùm num.* 18. & 19. *de Rescript.* ubi ampliat procedere, etiam si Papa habuerit scientiam de præjudicio Tertii : & *numer.* 22. & 23. ait procedere, 13 etiam si gratia facta sit motu proprio, & Papa processerit de plenitudine potestatis, & *numero* 26. observat, id procedere non obstantibus quibuscumque derogationibus, & *in cap. Causam nu.* 11. 17. & *sequentibus eodem titulo*, & *Rota coram Seraphino, decis.* 1082. *num.* 7. & *seq.* Et ad favorem Collegii Advocatorum Consistorialium *in dicta decis.* 1271. *numer.* 5. Indeque observant communiter Doctores nullam posse inveniri Formulam, seu Cautelam, per quam possit tolli Jus Tertii, nisi derogatum sit huic Regulæ, ut inquit *Fagnan. in dicto capite Cæterum sub num.* 25. & *sequentibus de Rescriptis*, & *numer.* 87. ubi refert ita judicatum per Congregationem particularem trium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Lantis, de la Quæva, & Cherubini die decima prima Junii 1649. quæ resolutio 14 emanavit favore ejusdem *Fagnani*, licèt ibidem loquatur suppressis nominibus, ut colligitur ex toto contextu, & advertit *Eminentissimus Petru de Sacramento Pœnitentiæ, parte prima cap.* 7. & concordat *Rota coram Seraphino, dicta decis.* 1082. *numer.* 9. & *in recent. decis.* 36. *num.* 9. & *seq.* & præsertim *sub numero decimo primo, parte quarta, tomo tertio.*

In omnem verò casum idem Breve Urbanum operari posset, quod Prothonotarii facere possint solummodò quatuor Doctores familiares, vel pauperes, prævio rigoroso examine, coram ipsis, & collegialiter in Urbe tantùm, & non alibi, nec extra Urbem. Quo enim ad privilegium Sixti Quinti de illo non est agendum, cum per sequentem Bullam 62. ejusdem Sixti, ac per Bullam Clementis Octavi infra registranda, fuerit ei derogatum, & de medio sublatum, ut fuit supra ostensum. Unde sequens confirmatio privilegii dictorum Prothonotariorum, contenta in dicto Brevi Urbani Octavi, non potest extendi ad istud revocatum, & abrogatum, tam attento tenore Brevi ipsius Urbani, in quo adest clausula, *Dummodò tamen sint in usu, ac* 15 *revocata non fiat*, quàm etiam attenta dispositione Juris communis, juxta quod sub confirmatione non comprehenduntur Statuta, & privilegia antiquata, & abrogata, ut notant *Gozzadin. consil.* 37. *numer.* 14. *versic. præterea*, *Rolund. de Lucr. Dot. quæstione* 99. *num.* 7. & *Surd. consil.* 330. *num.* 16. & 17. & *Rota in Recent. decis.* 6082. *num.* 25. & *inter divers. decis.* 31. *num.* 6. *parte* 2. & *in parte* 4. *recent. decis.* 76. *num.* 11. & *in parte* 15. *decis.* 161. *num.* 10. & *in parte* 16. *decis.* 244. *numer.* 21. & *coram Cardinale Caprara, decis.* 453. *num.* 10.

Præterea cùm ultimum Breve Urbani Octavi ipsis concedat, quod possint gradum solummodò conferre quatuor Familiaribus, vel pauperibus pro quolibet anno, prævio rigoroso examine, & *collegialiter, ac in Urbe tantum, & non alibi*, si sustineretur ex usu posteriori, Gratia censeretur abrogata, & revocata quoad omnia incompatibilia, & repugnan-16 tia, cùm secundùm privilegium semper operatur revocationem primi quoad incompatibilia, etiam si de primo nulla fiat mentio, ex animadversis per *Sua-*

rez de Legibus, libro 3. *cap.* 27. *num.* 2. *versic. Aliquando verò*, & *num.* 3. *capite* 12. *Castropal. Oper. moral. part.* 1. *tract.* 3. *disput.* 5. *punct.* 281. *num.* 7. *fol. mihi* 289. *Merolla disputat. moral. tom.* 2. *disput.* 4. *cap.* 7. *num.* 20. *versic. Quia conclusio*, & 23. *ver. Tertiò deducitur*, *Alex. consil.* 122. *num.* 1. *in fin.* & *num.* 2. *lib.* 4. *Maschard. de Gener. Statut. interpret. conclus.* 73. *vers. Secus autem*, *Spin. de Testam. glos.* 3. *princ. num.* 8. *Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. §. 1. *num.* 51. & *Rot. in recent. decis.* 393. *numer.* 2. & 3. *par.* 4.

Si igitur primum privilegium Sixti V. fuit revocatum per Bullam Clem. VIII. istud novum Urb. VIII. censeri nova gratia, & tantùm operabitur, quantum fuit expressum, & quoad cætera, quæ in hoc secundo 17 Brevi non sunt expressa, prima Bulla Clementis Octavi, remanebit in suo robore, ut advertunt *Bald. in leg. Et milites* 10. §. *Quæritur num.* 1. *ff. de Excusat. Tutor. Decian. tract. crim. cap.* 36. *num.* 5. *Pacis. consil.* 56. *num.* 23. & 24. *lib.* 2. *Maschar. de gener. Statut. interpret. conclus.* 8. *num.* 99. & *conclus.* 11. *num.* 20.

Nec dicatur, quod Bulla Clementis Octavi sustulerit Prothonotariis solam facultatem creandi Doctores in Urbe, & in Districtu, non autem illam, quam 18 habent creandi Doctores extra Urbem, & Districtum : Nullibi enim legitur, & nunquam Prothonotarii ostendere poterunt Indultum creandi Doctores extra Urbem; Si enim fundant se *in Bulla duodecima Sixti Quinti*, illa remansit abrogata, & revocata per Bullam posteriorem 62. *ejusdem Sixti Quinti*. Nec non per aliam Clementis Octavi, ut supra fuit ostensum.

Quatenus autem per modum falsæ hypothesis, & contra apertam veritatem admitteretur, quod eadem facultas non fuerit in totum abrogata ex Bulla Clementis Octavi. Attamen necesse est fateri, quod fuerit sublata per Breve Urbani Octavi, cùm dictum Breve expressè disponat, quod Prothonotarii possint doctorare quatuor solos Familiares, vel 19 pauperes, prævio rigoroso examine collegialiter, & *in Urbe tantum, non autem alibi*, quæ verba cùm sint incompatibilia cum prætensione Prothonotariorum, & cum asserta Facultate doctorandi singulariter, & extra Urbem, utique Bulla Sixti Quinti, remansit abrogata per istud posterius Breve in eo, in quo est incompatibilis, cùm Breve Urbani Octavi, juxta punctuales doctrinas, superius allegatas.

Cæterùm longè magis insubsistens est alia prætensio Prothonotariorum committendi Laureandorum examen extra Urbem, & Statum Ecclesiasticum, & postea expediendi privilegia Doctoratus ad simplicem relationem Examinatorum, ab ipsis deputatorum pro Personis, ab ipsis nunquam visis, & cognitis, & quarum experimentum in examine rigoroso non fecerunt : Hoc enim, ex supra animadversis, & infra observandis, est contra praxim totius Orbis : Contra Constitutiones Apostolicas; Contra dispositionem Juris, & Sacrorum Canonum, & contra Bullam Sixti Quinti, in qua expressè disponitur, quod Laureandus faciat su-20 um experimentum per diligentem examinationem, per se, & coram eis adhibitam : Quæ verba requirunt, quod Prothonotarii teneantur ipsimet coram se examen facere, non autem possint facere per alium, ut de verbis *per se* notat *Lap. allegatione trigesima sexta*, *Garzias de Beneficiis, parte septima, capite primo, numero octuagesimo octavo*, *Rota coram Merlino decisione trigentesima, nonagesima nona, num. primo*, & *in decisione* 825. *numero quarto*, & *in recentior. decisione ducentesima, vigesima prima, numero decimo sexto, parte septima*, & *decisione ducentesima, octuagesima secunda, numero decimo primo, parte octava*, & *coram Ninott. decisione vigesima secunda, numero secundo*, & de verbis *Coram eis*, quòd importent non solùm personalem, sed etiam intellectualem, & operativam præsentiam, quod scilicet, ipsimet eorum Judicio, & arbitrio cognoscant, & approbent idoneitatem Laureandi, pro-21 bat

bat Tex. in leg. Diem proferre §. Coram ff. de Recept. arbitr. Leg. 5. quis mihi §. Coram Titio, juncta Gloss. ff. de Acquir. hæred. can. 2. ubi Gloss. in verbo Ipso præsente 2. quæst. 7. Avedan. ad leg. 44. Taur. gloss. 14. num. 3. Barbos. de Dictionib. dist. 71. num. 2. cum aliis, à me latè adductis in Tom. 1. par. 2. discept. 2. num. 38. & seq. ubi registravi verba illa Text. in leg. Coram ff. de Verbor. signific. coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat.

Ponderando maximè, quod approbatio Laureandi est commissa arbitrio, fidei, & conscientiæ approbare debentis, de quibus Princeps confidit, non autem 22 de aliis, ex animadversis per Pignatell. consultat. 220. num. 6. tom. primo, & Mendez. de Jur. Accadem. lib. primo quæst. 15. num. 365. & certo modo dicitur electa in- 23 dustria Personæ ex adductis à Merlin. Pignatell. controvers. 84. num. 9. tom. primo, & num. 11. in fin. Gratian. discept. 978. num. 31. Rot. in recent. decis. 234. num. 2. par. 1. Ideoque non possunt alteri examen committere, 24 sed tenentur per seipsos id facere, juxta doctrinam Bald. cons. 128. num. 1. vers. Sed ad hoc respondetur lib. 3. & concordant Roman. cons. 330. num. 4. versic. Tertiò quia exposito, Thesaur. in Prax. for. Ecclesiast. par. 1. cap. 15. nu. 5. Rot. in recent. dicta decis. 234. n. 2. & 2. par. 2. & decis. 38. nu. 24. & 54. par. 6. & in terminis examinis ad effectum probandi sufficientiam, & idoneita- 25 tem scientiæ, quod requiratur præsentia Examinantis, & Examinati Rot. dec. 18. num. 4. de Concess. Præbend. in novis, ubi quod Examinator non potest committe- 26 re vices suas alieri, quam sequitur Lotter. de Re benefictar. lib. 2. quæst. 50. num. 66.

Ex diametro pariter opponitur ead. prætensio Brevi Urbani VIII. dum injungit, quod Prothonotarii id collegialiter faciant; quia ad hoc, ut aliquod dicatur collegialiter factum, necesse est, quod omnes persona- 27 liter simul interveniant, ut observat Abb. in cap. Non potest 3. num. 27. de Sent. & re judic. ubi in fine advertit, hoc esse diligenter notandum, quia minus benè per alios examinantur.

Opponitur etiam dispositioni Juris, juxtà quod, ut quis possit doctorari plura uultim concurrere debent; Primò scilicet, ut Promovendi præsententur per Magistros, & publicos Professores Universitatum, de quibus confidunt Principes; Secundò à Cancellario Studii; Et tertiò à publico Collegio, eoram quo iidem 28 publici Professores testari debent de habilitate, & idoneitate illorum, qui laureari cupiunt, juxta Textus in leg. prima Cod. de Offic. Magistr. ibi Propterea, in quo totius Scholæ status, & Magistri securitas constituta est, idoneus probitate morum, & bonis artibus præditus, nostris per Magistros obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio, ubi Barbosa ait: Privilegiis, Scholæ indultis, nemo per suffragium fruatur, sed virtute, labore, animi vigilantia, ac testimonio morum, & artium, à Præceptoribus impetrato, ad talia deveniat, & leg. Nemini Cod. de Advoc. div. Judicior. ibi. Jurisperitos etiam eorum Doctores jubemus juratos sub gestorum testificatione de- 29 promere, esse eum, qui post hac subrogari voluerit, peritia Juris instructum.

In quorum Textuum sequelam ita communiter tenent Doctores, ut videre est apud Abb. in cap. Proposuisti num. 12. & 13. de Probation. ibi Ex prædictis potest colligi, an æqualiter debeat jurare Doctor apud Cancellarium Studii, quando examinavit Scholarem, promovendum; Sentit enim Bartolus in dicto loco, quod debet jurare de credulitate. Nota ergo, quod Doctores examinantes debent jurare, & idem dic de Præsentantibus per hanc bonum Textum in dicta leg. Nemini &c. Et adverte, quod ante Doctoratum ter debet approbari, primò à Præsentantibus; secundò in examine privato à Doctoribus Collegii, tertiò in publico, quando doctoratur &c. Item nota, quod non solùm propter defectum scientiæ, sed etiam morum potest Scholaris reprobari, Bartol. in leg. Magistros num. 2. Cod. de Profess. & Medic. lib. 10. ibi Nota, quod Doctores præcedere debent alios in moribus, & scientia, & ideò propter defectum morum, & scientiarum possunt licitè reprobari. Secundò nota, quod Doctor debet esse approbatus, sed adverte; quod ad hanc approbationem requiritur præsentatio, & juramentum Doctorum, leg. Nemini &c. & in leg. unic. num. 2. Cod. de Athlet. eodem lib. 10. ibi. Et ex hoc inventa est consuetudo, quod Scholares ter examinentur, primò à suo Doctore præsentante, secundò in privato examine, & tertiò in publico examine, ubi Alexand. in Addition. asserit, hoc procedere, etiamsi Scholaris laureandus, esset peritissimus, quando examen præmitti debet pro forma, ut 30 videmus in Sacræ Rotæ Auditoribus, & Consistorialis Aulæ Advocatis, & notat Zaul. ad Statut. Favent. tom. primo lib. 1. rubric. 20. num. 8. Ex respectu Laureandorum in Urbis Archigymnasio adest Constit. 88. 31 Pii IV. in Bullar. nov. tom. 2. Idem Bartol. in Constit. prima, seu in proemio ff. num. 8. in fin. ibi. Item potes ex hoc videre, utrum, & qualiter debeant jurare Doctores, quando deponunt in examinatione Scholaris &c. pro ipso ad Doctoratus apicem promovendo, quem paucissimi rectè attingant, secundum Cynum, Tolosan. de Republic. lib. 19. cap. 9. num. 4. Pereyr. de Accadem. lib. 8. num. 2176. Staphilæus de Signat. Grat. titul. de Prærogativ. expectativ. num. 26. fol 244. ibi. Antè Doctoratum debet quis ter approbari. Primò à Præsentantibus; Secundò in examine privato à Doctoribus Collegii, & tertiò in publico, Mandos. eodem tract. de Signat. Grat. verb. Licentia doctorandi versic. Si in supplicatione fol. mihi 107. à tergo, ibi. Doctorandus autem ad instar Athletæ post trinum examen, trinamque comprobationem ad illum summum honorem promovetur, & notat Bartol. &c. & vers. Sive licentia, ibi. Doctores enim jurare debent super peritia, & habilitatibus ad Doctoratum promovendi, ut per Bartolum Abbatem &c. Lotter. de Re benefic. lib. 2. quæst. 7. nu. 238. ibi. Nihilominus adhuc per istum rigorosum examen non est satisfactum intentioni Juris, quia istud erit semper unicum examen, non autem triplex, & ordinatum, quòd secundùm Juris dispositionem exigitur: Undè, ità Promotus, perpetuò dicetur per saltum promotus, idest, 32 omisso ordine triplicis ejus examinis, de quo Bartolus &c. Pignatell. consultat. 222. num. 6. tom. primo, juxtà Romanam impressionem ibi. Confidunt igitur Principes Professoribus Universitatum, tamquam Præceptoribus, qui ingeniorum Scolasticorum possunt esse justi Æstimatores, vel ex frequentia colloquutionis, & auditionis illorum, vel ex examine, quod habere debent, antequam testimonium dent eruditionis. Hinc ejusmodi examen, vel inquisitio Promovendi ad gradum Magisterii, seu Doctoris, triplex solet fieri. Primum fit à Præceptoribus propriis, qui promovent, seu præsentant Insigniendum Universitati, juxta leg. Nemini &c. Secundum &c. Rot. decis. 357. nu. 6. par. 18. recentior. ibi. Debet &c. juramentis Doctorum esse approbatus, & in Romana, seu Sarzanen. Immissionis 14. Aprilis 1698. §. Sed hoc objectum coram Cardin. 33 Priol. ibi. Et maximè, quando Doctoratus conferri non solet, nisi cum rigoroso examine, ac prævijs attestationibus, & approbationibus aliàs dicendum esset, quod malè processissent, tam Examinatores in examinando, quàm Magistri in attestando, confirmata 15. Maii 1699. §. Nec ad illam cor. Lancett. de quibus in Instit. crim. lib. 3. tit. 10. num. 28. & seqq.

Ultra quod si posset commiti examen alteri, non esset implere formam necessariam in conferendo gradum Doctoratus, pro quo requiritur, quod ipsi habentes potestatem conferendi Lauream, examinent per se ipsos, & cognoscant qualitates Laureandi, eumque juxta propriam conscientiam approbent, ex supra allegatis; Et esset prodere Principem, qui de eorum fide, & qualitate personaliter confidit, non autem de aliis, & posset esse, quod illi, quibus examen com- 34 mittunt, vel non esset idoneus, vel ex gratia, & alio respectu approbarent non approbandum, ut utar verbis Rot. decis. 18. num. 4. de Concess. Præbend. in novis; Posset etiam committi examen alicui illiterato, quod absurdum in ejus Constit. 16. §. 1. in Bullar. novo tom. 1. agnoscens Julius III. asseruit (sunt ejus præcisa verba) quod multi Juris Civilis, & Canonici ignari, ad Doctoratus Gradum indebitè aspirantes, sub prætextu, quod in aliqua Universitate studii Generalis operam dando in tantum profecerint, ut idonei existant, Licentiam à nobis, & Sede Apostolica extorquent, ut ab aliquo Prælato, seu Persona, in Dignitate Ecclesiastica constituta, etiam de propriis extorquendo Insignia Doctoratus in Romana Curia suscipere valeant, & ejusdem licentiæ prætextu, examine ad id requisito, & aliis necessariis disu-

desuper minimè adhibitis, contra Sac. Canonum Statuta, & Juris dispositionem in Doctoratus Dignitatis opprobrium, se ad illius Gradum faciant promoveri, aude plura absurda sequuntur, & Clerus repletur indoctis &c.

35 De quibus doctoratis sine necessariis requisitis verificantur ea, quæ notant *Sabell. in Summ. verb. Doctor. §. 25. num. 3. & Brancacciu. de Jure doctor. lib. 3. cap. 1. num. 15.* Quod inconveniens dictus Summus Pontifex emendavit, & imposterum jussit, Gradum Doctoratus à nemine in Urbe, ejusque Districtu concedi posse, nisi à solo Collegio Advocatorum Consistorialium 36 non obstantibus Privilegiis, & Licentiis, in contrarium concessis, ut notat *Tholosan. de Repub. lib. 18. cap. 9. num. 3. Mussobr. in Prax. habendi concurs. requis. 50. dub. 6. n. 6. in fine & Pignatell. consult. 255. num. 7. tom. 2.* juxta Romanam Impressionem.

Sed quia adhuc non remanebat sufficienter consultum utilitati Reipublicæ, & publico bono, quia aderant multi, qui prætextu suorum Privilegiorum Doctores, sine examine creabant, & quidem, ut plurimum indoctos, quos indignum erant ad hunc Gradum 37 assumi, & in detrimentum Reipublicæ cedebant, ut advertit *Peregr. in ejus Accadem. literaria lib. 8. num. 176. in fine*, Ideo *Sanctus Pius V. in ejus constit. 60.* expressè revocavit, & annullavit omnia Privilegia, & Indulta Comitibus Palatinis, ac etiam quibusvis Officialibus Romanæ Curiæ Collegiis, singulisque aliis Personis cujuscumque status, gradus, ordinis, & præeminentiæ existentibus, ad Doctoratus, Licentiaturæ, & Magisterii Gradum promovendi per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores suos, & Sedem Apostolicam, ac etiam per ipsum Summum Pontificem, etiam motu proprio, deque certa scientia, & potestatis plenitudine quomodolibet concessa, confirmata, & innovata, ac Decretis *Concil. Trid.* inhærendo, decrevit, & declaravit, eos, qui à Comitibus, & aliis Prælatis promoti fuerint, quoad Dignitates, cæteraque Beneficia Ecclesiastica, nulla Gradus prærogativa frui, & gaudere posse; Addens sequentem rationem, quia intellexerat, hujusmodi Indultarios quamplurimos, tam Laicos, quàm Clericos indoctos, & inhabiles, nullo prævio examine, Licentiatos, & Magistratos creasse, ut ad Dignitates, cæteraque Beneficia Ecclesiastica faciliùs assume- 38 rentur, in Animarum suarum jacturam, & quamplurimorum scandalum, cujus Bullæ mentionem fecerunt *Petr. Greg. Tholosan. de Repub. lib. 18. cap. 9. num. 7. in fin. Lotter. de Re Benefic. lib. 3. quæst. 7. in fin. num. 153. & seq. Pyrr. Corrad. in Add. ad Prax. de Dispens. num. 26. fol. 14. Pignatel. consult. 222. num. 8. tom. 2. juxta Romanam Impressionem, & Mend. de Jur. Accadem. lib. primo quæst. 12.*

Idemque censerunt postmodum alii Pontifices successores, & sæpissimè resolverunt omnes Sacræ Congregationes, nempè *Congr. Sac. Concilii Tridentini in* 39 *una Elnem. 17. Januarii 1643.* in qua declaravit, non sufficere Gradum Doctoratus, nisi sit receptus in Universitate publicà, & approbata; *In una Papien. 17. Junii 1652.* in qua declaravit, quod ad obtinenda Beneficia, & Ecclesiasticas Dignitates in quibus ex dispositione S. Concilii Tridentini, & Sacrorum Canonum requiritur Gradus Doctoratus in Jure Canonico, vel in Theologia, intelligitur de Doctoratis in publica Universitate, non autem de Doctoratis à Comitibus Palatinis, vel ab aliis similia Privile- 40 gia habentibus; Idemque respondit *Sac. Congregatio Episcoporum die 19. Augusti 1667.* quas refert, & sequitur *Pignatell. d. consult. 222. nu. 10. & consult. 312. num. 1. lib. 1.* & alias antiquiores refert, & sequitur *Barbos. de Canon. & dignit. cap. 42. num. 51. & in Summa dec. Apostolic. collect. 259. num. 7.* Et per viam legis generalis cum approbatione Summi Pontificis Clem. X. eadem Sac. Congregatio Concilii *die 23. Julii 1673.* declaravit neminem posse assequi Dignitates, & Beneficia, in quibus ex præscripto Sacrarum Constitutionum, aut Decretorum ipsius Concilii requiritur Gradus Doctoratus, nisi illum consequtus sit in publica, & approbata Universitate. Alias præter pœnas, ab ipsis sanctionibus contra inobservantes inflictas, Dignitates, & Beneficia aliter collata, vacent eo ipso, & taliter Provisi non 41 faciant fructus suos, eaque ex hoc capite impetrari possint quam per extensum impressit *Galles. de Restitut. in integr. cap. 7. num. 66.* necnon *bon. memor. Zaul. ad Statut. Faveat. tom. 1. lib. 1. rubric. 20. num. 8. & seqq.*, & S. Consulta, *inhærendo Decretis, alias factis sub die 22. Augusti ejusdem Anni 1673 jussu, quod Gubernatoribus, Prætoribus, Locatenentibus, aliisque Officialibus, tam ab ipsa S. Consulta, quàm ab Universitatibus, Collegiis, Prælatis, aliisque Personis quibuscumque ad Jurisdictionem temporalem exercendam quomodolibet assumendis, ad qualitatem Magisterii, Doctoratus, seu Licentiaturæ; Qualitas prædicta non suffragetur, nisi assumendo, ut supranumeratos Gradus in aliqua publica, & approbata Universitate recepisse docuerint, sub pœnis, arbitrio ejusdem Sac. Consultæ*, teste *Galles. de Restit. in integr. dict. cap. 7. num. 67. & 68. fol. mihi 103.* Et Urbanus VIII. declaravit, Doctores, creatos à DD. de Sfortiis, non esse admittendos ad Dignitates, & Beneficia, viso priùs Privilegio eorun- 42 dem DD. de Sfortiis, ut refert *Pyrrh. Corrad. ubi supra dicto num. 26. ante fin.*

Ex quibus patet, prætensionem Prothonotariorum carere omni legali fundamento, eo quia Bullæ, in quibus se fundant, vel sint abrogatæ, vel restrictæ ad solos quatuor Doctores, creandos in Urbe, & non alibi, & quidem per ipsosmet collegialiter congregatos examinandos; Esseque eandem prætensionem Prothonotariorum oppositam claris, expressisque ver- 43 bis diversarum Bullarum Apostolicarum; Contra dispositionem Juris communis, & Sac. Canonum, & contra tot Resolutiones S. Congregationum, & demum implicare, & continere eademmet absurda, & inconvenientia, quæ propter bonum publicum, & utilitatem Reipublicæ Summi Pontifices, & Sacræ Congregationes millies reprobarunt.

Et ultimo loco S. Congregatio Concilii die 18. Septembris 1726. cum approbatione Sanctissimi D. N. Benedicti XIII. ad eadem inconvenientia evitanda, nedùm strictè, ac præcisè demandavit, punctuali exe- 44 qutioni esse demandandas omnes præfatas dispositiones Sacrorum Canonum, Constitutionumque Apostolicarum, ac resolutiones omnes Sacrarum Congregationum, sed per enciclycam epistolam injunxit omnibus Curiis Ecclesiasticis Italiæ, & Insularum adjacentium, ut illius Exemplar in earum Cancellariis perpetuò asservaretur.

Cum sequenti speciali addito, *Qui Sanctissimus D. Noster Benedictus XIII. pro inviolabili præmissorum omnium observantia, ulteriùs derogavit omnibus, in contrarium facientibus, sive Privilegiis, sive Consuetudinibus centenariis, & etiam immemorabilibus*: Et me- 45 ritò, quia *malæ Consuetudines, neque ex longo tempore confirmantur*, sunt verba *Textus in auth. Ut nulli Judic. cap. 1.* sequutus ab *Adden. ad dec. 28. num. 242. par. 3. recen.* ubi refert, & sequitur vulgatum illud: *Si malè sis usus, nunquam præscribit abusus*, cum aliis apud *Panimoll. decis. 1. annot. 2. num. 14. & Rot. decis. 10. num. 40. in fine, apud Pacion. de Locat.* ibi: *Talis inobservantia judicandus est abusus, non admittendus, sed eliminandus, ut exclamant Rovit. &c. decis. 354. num. 4. & 5. cor. Card. Caprara*, ubi, quod consuetudo irrationabilis, tanquam corruptela, sperni debet, & in 46 *Tranen. Præeminentiarum 19. Novembris 1717. §. Quibus coram Ansaldo*, ubi quod corruptelæ, & abusui nulla suffragatur consuetudo; Itaut, attento dicto novissimo Oraculo SS. D. N hodie quævis prætensa consuetudo, sive centenaria, sive immemorabilis, 47 prorsùs inallegabilis sit, egregiè *Rota decis. 1620. num. 4. coram Coccin.* ubi, quod nimis improprium est allegare ea, quæ reprobata fuerunt.

CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

DEcet Romanum Pontificem æqui bonique supremum assertorem, non solùm illa, quæ à suis Prædecessoribus rectè providè sancita sunt, ne in contentionis scrupulum relabantur, sed eò firmius illibata subsistant, quò sæpiùs Apostolico præsidio fuerint communita, approbationis suæ robore consolidare; verùm etiam dubia desuper exorta opportunæ declarationis falce resecare, ac aliàs in his pastoralis officii sui partes efficaciter interponere prout justitiæ, & æquitati consentaneum esse cognoscit. Aliàs siquidem per fel: rec: Julium Papam III. Prędecessorem nostrum accepto, quod multi juris civilis, & Canonici ignari, ad Docturatus Gradum indebitè aspirantes, sub prætextu, quod in aliqua Universitate Studii generalis operam dando, in tantum profecerant, quod ad gradum hujusmodi suscipiendum idonei existebant, licentiam à Sede Apostolica extorquebant ut ab aliquo Prelato, seu Persona in Dignitate Ecclesiastica constituta, etiam de propitiis, insigna Doctoratus in Romana Curia suscipere valerent, ac ejusdem licentiæ prætextu, examine aliisque ad id necessariis desuper minimè adhibitis, contra Sacrorum Canonum Statuta, & juris dispositionem, in ipsius Doctoralis Dignitatis opprobrium se ad illius gradum faciebant promoveri, unde plura absurda sequebantur, & multis ob privilegia graduatarum Beneficia Ecclesiastica assequi aspirantibus, Clerus indoctis replebatur; plures quoque Magistratus, qui ex consuetudinibus, & Statutis locorum per juris Doctores deberent exerceri, etiam à pluribus indoctis sic doctoratis adipiscebantur, non sine magno Justitiæ detrimento, sicque bonis, & industriis, ac literatis Doctoribus animus concidebat, cùm pariter doctis, & indoctis gradus paterent dignitatis, & exinde in populo Doctoralis Dignitas vilescebat, prædictus Prædecessor præmissis, prout ex debito Pastoralis officii tenebatur, præsertim in dicta Urbe, ex qua utrumque jus profluit ac descendit, & à cujus exemplo ceteræ Orbis partes solent regulari, obviare volens, ac de literarum scientia, virtutibus & meritis Collegii Advocatorum suæ Aulæ Consistorialis, quibus Doctores in utroque jure creandi, & illis insignia conferendi ex diversis privilegiis & antiqua consuetudine facultas & auctoritas competebat, ac in eisdem potestas S. R. E. Camerarii Gymnasyque; Almæ Urbis Cancellarii pro tempore existentium repræsentabatur plurimum in Domino confisus, Motu suo proprio, & ex certa scientia per quasdam suas in forma Brevis confectas literas statuit, & ordinavit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus etiam prætextu cujusvis licentiæ seu facultatis ab eo desuper obtenta aut privilegiorum, indultorum, & litterarum Apostolicarum quibusvis personis cujuscumque dignitatis, status, gradus, conditionis, præeminentiæ, nobilitatis, & excellentiæ existentibus, etiam Romanæ Curiæ Officialibus eorumque Collegiis, ac quacumque dignitate, & honore fulgentibus aut illorum contemplatione seu intuitu, etiam motu, & Scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine etiam ex titulo oneroso & quibusvis, etiam quamtumcumque maximis & urgentibus causis, sub quibusvis verborum formis & expressionibus, ac cum quibusvis efficacissimis, & insolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis, etiam talibus, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma in eis contentis derogari possit, irritantibusque, & aliis decretis per ipsum Julium, seu ejus prædecessores, ac eandem sedem, vel aliter pro tempore concessorum, ad gradum Doctoratus in utroque, seu altero Jurium ab alio, quàm à Collegio Advocatorum hujusmodi in dicta Curia assumi, seu in utroque seu altero jurium Doctor creari posset, ac assumptiones, & creationes Doctorum, nec non traditione insignium Doctoralium per Collegium eorundem Advocatorum faciendas validas, & efficaces existere, suosque effectus sortiri, alias verò in utroque, seu altero jurium hujusmodi Doctorum creationes ac insignium prædictorum traditiones per alios quàm Collegium Advocatorum hujusmodi de cætero in ipsa Curia faciendas cum inde sequutis, irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti esse, & censeri, ac nemini suffragari, nec non sic assumptis ad hujusmodi Doctoratus gradum pro non Doctoribus haberi decrevit; & deinde piæ me: Pius Papa V. etiam prædecessor noster cum fida relatione intellexisset, nonnullos Comites Palatinos, & diversos alios prætextu facultatum, sibi à Rom. Pont. & Sede prædicta concessarum, quamplurimos tam laicos, quàm Clericos indoctos, & inhabiles in juribus hujusmodi, ac etiam Theologia, nullo aut non debito examine prævio Doctores, licentiatos, & magistros creasse, & promovisse ut ad dignitates, cæteraque Beneficia Ecclesiastica facilius assumerentur, & de illis eis provideretur in animarum suarum jacturam & quamplurimorum scandalum, his quoque obviare volens, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, quadam perpetuò valitura Constitutione omnia, & singula facultates, & indulta eisdem Comitibus ac etiam quibusvis Officialium prędictæ Curię Collegiis, singulisque aliis personis cujuscumque status, gradus, ordinis & præeminentiæ existentibus ad Doctoratus, licentiaturæ, & magisterii gradum promovendi per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores suos, & sedem prædictam, ac etiam se ipsum, etiam eisdem motu, scientia, & potestatis plenitudine quomodolibet concessa, confirmata & innovata, illorum tenores tunc pro expressis habens perpetuò revocavit, cassavit, & annullavit; insuper decrevit, & declaravit, eos, qua à Comitibus Palatinis & aliis prædictis promoti fuerant, quoad dignitatas, ceteraque Beneficia ecclesiastica nulla gradus prærogativa frui posse, vel debere, quisbusvis facultatibus, privilegiis, indultis & litteris Apostolicis, eisdem Comitibus, & Collegiis, nec non quibusvis aliis, ex quavis etiam urgentissima & onerosa causa, etiam in vim contractus inter eos, & sedem prædictam initi etiam motu pari, & Consistorialiter ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis approbatis, & innovatis expressè derogando. Et successivè recol. mem. Sixtus Papa V. similiter prædecessor noster etiam per quasdam suas litteras inter alia omnia, & quæcumque privilegia Collegio Advocatorum hujusmodi per prædictum Julium, & quoscumque alios Romanos Pontifices prędecessores suos super facultare creādi Doctores etiam privativè quoad omnes alios concessa, illorum omnium tenores etiam prò expressis habens confirmavit, & innovavit, ac quatenus opus esset, de novo concessit Constitutioni suę de non tollēdo jure quęsito etiam expressè derogando, ac alias prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Postmodum verò pro parte Collegii Advocatorum hujusmodi nobis exposito, quoad prędicta eorum privilegia a Collegiis aliorum dictæ Curiæ Officialium & pręsertim dilectorum filiorum Notariorum Nostrorum de numero participantium pretextu cujusdam privilegii per prædictum Sixtum prędecessorem sub Dat. videlicet non. Februarii Pontificatus sui anno primo, Collegio Notariorum hujusmodi concessi labefactari & ferè jam consuetudinem, seù potius abusum irrepsisse, ut nonnulli ad Doctoratus lauream aspirantes, & de propria idoneitate diffidentes nullo rigoroso à Collegio Advocatorum hujusmodi faciendo, sed quodam alio inter privatos parietes à propiriis, & considentibus Doctoribus habito examine, per certas particulares personas prætextu quorumdam privilegiorum & indultorum Apostolicorum eis, ut asserebant, concessorum ad utriusq; juris Doctoratus gradum assumebantur, & quandoque etiam avidisse, ut à Collegio Advocatorum hujusmodi reprobati ab illis nihil ominus admitterentur. Nos ut unicuique Collegiorum tam Advocatorum, quam Notariorum hujusmodi, quorum singulares personæ familiares nostri existunt, jura sua illesa servarentur & ne propterea lites inter eosdem superagitari contigeret, causam hujusmodi dilecto filio Magistro Seraphino Olivario Cappellano nostro, & Causarum Palatii Apostolici Auditori cognoscendam,

ac

ac nobis referendum primò per memoriale nostrum, & deinde facta nobis ab eo ad favorem Collegii Advocatorum hujusmodi relatione, rorsos illi oretenus, ot eandem causam in Palatii hujusmodi Auditorio proponeret commissimus, & tandem dicta causa in eodem Auditorio die 3. mensis Apr. anni Dom. 1598. proposita cum ibidem resolutum fuisset, privilegii Collegii Advocatorum hujusmodi prævalere, & nihilominus Collegium hujusmodi Notariorum, & illius particulares personæ resolutioni prædictæ non acquiescerent, seque particulariter, ac etiam Collegialiter privilegio ipsis per prædictum Siatum prædecessorem, ut præmittitur concessor, ac aliqua, quæ in Auditorio prædicto deducta non fuerant, per ipsos de novo proponi posse prætenderent, nos zelo justitiæ unicuique eorundem Collegiorum æqua lance ut decebat, administrandæ permoti, dilecto filio nostro Laurentio tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Blanchetto dedimus in mandatis, ut iterum jura & rationes Collegiorum Advocatorum, & Notariorum coram ipso verbotenus, vel in scriptis deducenda cognosceret, & intelligeret, ac postmodum nobis referret; Qui quidem Laurentius Cardinalis partibus ipsis sæpius auditis illorumque juribus, & rationibus maturè perpensis, & consideratis, nobis etiam retulit circa præmissa Collegium Advocatorum hujusmodi bonum jus, fovere eorumque privilegia doctorandi in utroque jure privative quoad omnia alia collegia, & personas, presertim Notariorum prædictorum in Curia, & Urbe prædictis ipsiusque urbis districtu prævalere, & præferenda esse. Quare pro parte Collegii Advocatorum hujusmodi nobis fuit humiliter supplicatum quatenus suis privilegiis, aliisque præmissis pro eorum subsistentia perpetua, & inviolabili observatione robur Apostolicæ confirmationis adiicere, ac alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Collegii Advocatorum hujusmodi indemnitati, & simul Absurdis, & inconvenientibus supradictis quantum cùm Deo possumus, consulere, ac ne de cætero inhabiles ad hujusmodi gradus admittantur providere volentes, nec non singulares personas Collegii Advocatorum hujusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac singularum Litterarum necessariorum, ac inde secutorum quorumcumque necnon infrascriptorum statutorum, consuetudinum, Ordinationum, Capitulorum, & Consuetudinum veriores, & totos tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati; supradictas eorundem Prædecessorum litteras, ac per illas Collegio Advocatorum hujusmodi concessa, privilegia, & indulta, ac in eis contenta quæcunque; præterea omnia, & singula statuta, Constitutiones, Ordinationes, & Capitula per Collegium Advocatorum hujusmodi, pro ejus, ac negociorum illi, nec non Gymnasio prædicto, cujus Rectoratus eidem Collegio Advocatorum Apostolica auctoritate unitus, & annexus reperitur, incumbentium, personarumque eis subjectarum felici regimine, & gubernio facta, & condita, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis Constitutionibusque Apostolicis minimè contraria; necnon quascumque consuetudines laudabiles, & honestas Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque plenariæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quàm facti, nec non solemnitatum quarumcumque quomodolibet omissarum aliasque defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem supplemus illaque omnia auctoritate, & tenore prædictis innovamus, & de novo concedimus, ac ab omnibus, & singulis personis, ad quas pro tempore spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter perpetuò servari volumus, mandamus, & ordinamus. Insuper Collegio Advocatorum hujusmodi, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus præter ipsos nulla omnino alia persona cujuscumque dignitatis status, gradus, conditionis, ordinis, præeminentiæ, nobilitatis, & excellentiæ existens ac quacumque dignitate, & honore præfulgens nullum præterea aliud Collegium Romanæ Curiæ Officialium, & Notariorum de numero participantium hujusmodi, etiam vigore, seu pretextu quorumcumque privilegiorum, indultorum, licentiarum, facultatum, & litterarum Apostolic: etiam motu, & potestatis plenitudine similibus etiam ex titulo oneroso, ac quibuscumque aliis etiam quantumcumque maximis, & urgentissimis sub quibusvis verborum formis, & expressionibus, ac cum quibusvis efficacissimis, etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis etiam talibus quòd illis nullatenus, aut nonnisi sub certis modo, & forma in eis contentis derogari possit irritantibusque, & aliis decretis per supradictos, & quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos, & sedem prædictam quomodolibet concessorum, seu etiam confirmatorum & innovatorum quibuscumque personis, & cujusvis dignitatis, gradus, & conditionis existentibus, etiam maximè idoneis, & habilibus gradum Doctoratus, & Licentiaturæ in utroque seu altero jurium in Curia, & Urbe, ac districtu prædictis conferre, easque ad hujusmodi gradum promovere, Doctoratusque seu licentiaturæ insigna conferre, ac tales in Doctores seu licentiatos creare possint, sed quod munus, seu privilegium, ac facultas creandi Doctores seu licentiatos in utroque, vel altero jurium, ac conferendi insignia Doctoratus, & Licentiaturæ solumodò ad Collegium Advocatorum hujusmodi privativè quoad omnes alias personas cujuscumque status gradus, ordinis, & Conditionis, ac omnia alia Collegia Officialium dictæ Curiæ & Notariorum de numero participantium prædictorum perpetuò spectet. Demum Collegio Advocatorum hujusmodi, quod supradicta eorum statuta, Constitutiones, Ordinationes, & Capitula, ac stylos, usus & consuetudines pro rerum tempore, & personarum qualitate, ac quoties eis expedire videbitur, abrogare, cassare, mutare, alterare, & alia illorum loco facere, condere, edere, & servare, liberè, & licite valeant, quæ postquam facta, condita, & edita fuerint dummodo ut præmittitur, licita, & honesta, Sacrisque Canonibus, & Decretis dicti Concilii ac Constitutionibus Apostolicis contraria non existant, eo ipso dicta auctoritate confirmata sint; ac ab omnibus & singulis, quos ea concernunt, in futurum, sub pœnis in eis contentis observari debeant, eisdem auctoritate & tenore etiam perpetuò concedimus, & indulgemus, plenamque liberam & omnimodam facultatem, & auctoritatem impartimur; nec non quibusvis aliis personis & Collegiis etiam Notariorum de numero participantium hujusmodi, ne de cætero personas quascumque etiam quomodolibet optimè qualificatas in eisdem Curia, Urbe, & districtu ad Doctoratus, seu licentiaturæ gradus assumere, seu illis eorum insignia tradere quoquomodo etiam vigore privilegiorum, & indultorum ad hoc eis auctoritate prædicta concessorum, ac etiam confirmatorum, & innovatorum audeant, vel præsumant districtius inhibemus. Quinimo privilegia, licentias, facultates, & indulta eis concessa prædicta quoad hoc auctoritate, & tenore similibus revocamus, cassamus, & annullamus. Decernentes, quascumque Doctoratus seu Licentiaturæ in utroque seu altero jurium creationes, eorumque insignium traditiones ab aliis, quam Collegio Advocatorum hujusmodi, etiam per Comites Palatinos, ac prædictos notarios etiam de numero participantium, eorumque Collegium de cætero in Curia, Urbe, & districtu prædictis faciendas cum inde secutis quibuscumque nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, & momenti esse, fore & censeri, neminique suffragari ipsosque ab aliis, quàm Collegio Advocatorum ad Doctoratus, seu licentiaturæ gradum hujusmodi assumptos pro non Doctoribus seu licentiatis

tiatis

tiatis habere ac de officia beneficia, dignitates; & honores que non nisi Doctoribus, concedi vel conferri debent, vel consueverunt, inhabilea, & incapaces prorsus esse, & censeri debere, neque præsentibus ex quavis causa, vel occasione, etiam per nos, & sedem prædictam ac etiam Constitutiones Apostolicas, aut Cancellariæ Apostnlicæ regulas editas, & edendas, ac quascumque litteras Apostolicas In forma Brevis etiam quod tenores, & formæ illarum habeantur pro expressis, seù alias clausulss & decreta quæcumque In se continentes, Notariis etiam de numero participantium, ac Comitibus Palatinis, ac aliis Officialibus, & personis prædictis corum Collegiis pro tempore concessas, etiam vigore implicitæ derogationis latissimè extendende in supplicationibus desuper pro tempore signatis appositæ in generem, vel in specie derogari ipsasque presentes etiam ex eo quod Interresse habentes, vel prætendentes ad hoc vocati non fuerint aut quavis alia causa de subreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, revocari, cassari, suspendi, limitari, aut in aliquo alterari, minimè posse, & quoties eis derogari, seu illas revocari, cassari, limitari, aut alterari contigerit, toties in pristinum, & validissimum statum, etiam sub posteriori, aut alia quavis data per Collegium Advocatorum hujusmodi prn tempore eligenda restitutas, repetitas, & reintegratas, ac de novo concessas esse, fore, & censeri sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Judices, & Commissarios, & Causarum dicti Palatii Auditores ac S. R. E. Cardinalis judicari, & deffiniri debere, nec non itritum, & inane, si secus super his à quoquam etiam Ignoranter contigerit attentari. Non obstancibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis priviiegiis, facultatibus, indultis, & litteris Apostolicis Collegiis Notariorum etiam de numero participantium, ac aliorum Officialium hujusmodi, nec non dictis Comitibus Palatinis, ac quibusvis aliis etiam ex quavis causa urgentissima, & titulo oneroso, seu in vim contractus inter eos & sedem prædictam initi motu, Scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, apprnbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, non autem per clausulas generales idem importantes, seu quavia alia expressio habenda aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo, ad verbum, nihil penltns omisso, & forma in illia tradita observata insertl forent eisdem præsentibus pro sufficientet expressis habentes quoad hunc effectum hac vice duntaaat harum serie specialiter expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, adiectionis, suppletionis, innovationis, concessionis, voluntatis, mandati, ordInationis, Indulti, inhibitionis, revocationis, cassationis, annullationis, decreti & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Paull Apostolorum ejus se noverit incursurum Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1599. Idibus Februatii Pontificatus nostri anno IX.

BREVE URBANI VIII.

In quo conceditur Indultum Collegio Dominorum Protbonotariorum Apostolicorum quolibet anno doctorandi quatuor familiares vel Pauperes.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis Gratiarum Dispensatoris providentia &c. Hinc est, quod Nos Collegium &c. Notariorum de numero participantium &c. ex quorum numero quamplurimi etiam S.R. Ecclesiæ Cardinales &c. prout Nos ipsi etiam, in minoribus constituti, adscripti fuimus, condignis favoribus, &c. decorare volentes &c. necnon quarumcumque Privilegiorum, & Indultorum eidem Collegio hactenus sub quibuscumque verborum &c. formis concessorum tenore præsentium pro plenè &c. expressis haben. motu proprio &c. ex certa scientia, & matura deliberatione, nostra, deque Apostolicæ potestatis pienitudine, omnia, & singula Privilegia, Gratias, Exemptiones, Libertates, Immunitates, Favores, Facultates, Concessiones, Emolumenta, Præeminentias, Antelationes, & Indulta quæcumque, tam per dictum Sixtum, quam alios quoscumque Romanos Pnntifices Prædecessores nostros prædicto Collegio, ac illlus Notariis hujusmodi, tam antiquis, quàm novis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ut præfertur concessa; Dummodo tamen sint in usu &c. tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, ac insuper Collegio Notariorum de numero hujusmodi, quod perpetuis futuris temporibus quolibet anno In vim hujus nostri specialis Indulti quatuor Adolescentes, seu Viros &c. in utroque, vel altero Jurium Doctores, prævio tamen rigoroso examine, & collegialiter, ac in Urbe tantùm &c. creandi, eisdemque Doctoratus Gradum hujusmodi, servatis etiam aliis in similibus, de Jure, usu, consuetudine, ac stylo servati solitis &c. conferendi; Ita tamen, quod numerus quatuor, ut supra quavis de causa omissus, vel non completus uno anno, non possit, nec valeat sub sequentibus annis suppleri, vel integrari, Apostolica authoritste tenore præsentium de specialis dono gratiæ facultatem concedimus, & impartimur &c. Notarii verò Collegii hujusmodi si numerum annorum prædictum quomodolibet &c. sive collegialiter, sivè particulariter exceperint, vel promotionem aliquam Doctorum extra Urbis mænia fecerint, ab hoc nostro speciali Privilegio, & Indulto cadant &c.

Ac decernentes prædicta, & singula, præsentesque Literas, nec non omnia & singula in illis contenta &c. nec non quæ &c. earundem præsentium Literarum vigore fieri contingerit, tam in vim præsentis, quàm aliarum quarumcumque concessionum, eiidem Notariis de numero eorumque singulis hactenus factæ ac deinceps &c. facien. cum inde sequntis, & sequuturis valida &c. & efficacia fore &c. nec per similes, vel dissimiles, Gratias illis concessas, vel conceden. confundi, sed illis accumulative in omnibus, & per omnia ati &c. Non obstantibus præmissis &c. ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum &c. statutis &c. Privilegiis &c. præsertim &c. Sixti Quinti, Prædecessoris nostri, studio Sapientiæ nuncupato ejusdem Urbis, ac Collegio Advocatorum Aulæ Consistorialis, quoad facul-

ta-

tatem gradus Doctoratus hujusmodi conferen. dumtaxat &c. quibus omnibus, & singulis &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Septembris 1659. &c.

Encyclica Epistola, de qua fit mentio supra num. 43.

REVERENDISSIME DOMINE UTI FRATER.

CUm à Sacro Tridentino Concilio *sess.* 22. *cap.* 2. *de Reformatione*, statutum sit, neminem ad Episcopatum esse assumendum, qui in Universitate Studiorum Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in Sacra Theologia, vel Jure Canonico meritò promotus non sit, aut publico alicujus Accademiæ testimonio idoneus ad alios edocendos non fuerit denunciatus: Itemque *sess.* 24. *cap.* 16. Vicarium Capitularem esse debere saltem in Jure Canonico Doctorem, vel Licentiatum, aut aliàs, quantum fieri poterit, idoneum; Et eadem *sess. cap.* 8. Penitentiarium esse ab Episcopo in sua Cathedrali instituendum, qui Magister sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Sac. Theologia, vel Jure Canonico; Quod ipsum *cap.* 12. extendit ad Archidiaconos, & ad Dignitates omnes, & saltem ad dimidiam partem Canonicorum in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis Insignibus, quoad eas saltem Provincias, ubi id commodè fieri possit; *Et sess.* 23. *cap.* 18. eadem Sacrosancta Synodus mandaverit, quòd Officia, vel Dignitates illæ, quæ Scholasteriæ dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiaris in Sacra Pagina, aut in Jure Canonico, & aliis Personis idoneis, quæ per se ipsos id munus explicare possint, conferantur; *Et sess.* 24. *cap.* 18. inter cæteras qualitates, quas exposcit in Examinatoribus ad Parochiales, præscripserit, quòd deberent esse Magistri, vel Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel Jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam Sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei, & hæc eadem Doctoratus, seù Licentiaturæ qualitas, ab aliis Constitutionibus Apostolicis, atque Statutis Ecclesiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium, quoad Dignitates, Canonicatus, & Officia quædam Ecclesiastica, injuncta sit; Cordi semper fuit, tam Summis Pontificibus, quàm Sacræ huic Congregationi Eminentissimorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum, ut sarta tecta permanerent; unà cum aliis Conciliaribus dispositionibus, etiam ea, quæ in superioribus fuerunt exposita, sublatis quibuscumque subterfugiis, & illusionibus, & aliis quibuscumque, rectæ Disciplinæ adversantibus; *Sanctus etenim Pius V. in sua Constitutione* 60. *Bullarii Roman. Tom.* 2. decrevit, & declaravit, eos, qui à Comitibus Palatinis, & quibusvis Collegiis Officialium Romanæ Curiæ, & singulis aliis Personis, ad Doctoratum, Licentiaturam & Magisterium fuissent promoti, nulla Gradus prærogativa frui, & gaudere posse, vel debere quoad Dignitates, & cætera Beneficia Ecclesiastica, & hæc eadem Sacra Congregatio, approbante felic. recordation. Clemente Papa Decimo, sequens edidit Generale Decretum, nempè.

Die vigesima secunda Julii millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, Sacra Congregatio Eminentissimorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, animadvertens, quamplures impetrare, ac obtinere Dignitates, ac Beneficia, ex præscripto Sacrarum Constitutionum, aut Decretorum ipsius Concilii Gradum aliquem requirentia, non obstante, quod Gradus hujusmodi assecuti non fuerint in publica, & approbata Universitate, contra formam Constitutionis Sancti Pii Quinti incipien. Quamvis à Sede Apostolica, &c. ac volens propterea tam utilium Sanctionum observationi imposterum constanter prospicere. Inhærendo Constitutioni præfatæ, ac declarationibus, aliàs factis, iterum decrevit, quod Gradus Magisterii, vel Doctoratus, aut Licentiaturæ, à dictis Sacris dispositionibus requisiti, debeant esse recepti; seu respectivè recipi in publica, & approbata Universitate: Alias præter pœnas, ab ipsis Sanctionibus contra inobservantes inflictas, præfatæ Dignitates, vel Beneficia aliter collata vacent eo ipso, ac proinde taliter Provisi non faciant fructus suos, eaque ex hoc capite impetrari possint, & die vigesima sexta ejusdem facta de præmissis relatione Sanctissimo, Sanctitas sua præsens Decretum approbavit; observari mandavit ac publicari.

Et hoc ipso currenti anno Sacra Congregatio prædicta statuit, & decrevit (re priùs concordata cum Eminentissimo Prodatario Sanctissimi Domini Nostri) ut in Commissionibus, quæ à Sede Apostolica diriguntur Personis, degentibus in aliis Regionibus, quæ dicuntur mutatio Judicis, & quæ aliquando expediuntur quando Partes recurrunt à Judicatis Ordinariorum, & instant pro deputatione novi Judicis, loco appellationis in Curia, Clausula imposterum apponeretur, quòd ille, cui fit Commissio, debeat esse in aliqua publica, & approbata Universitate aut Doctor, Licentiatus in Sacra Theologia, vel in utroque Jure, & non alio modo, uti desumitur ex resolutionibus, editis die decima septima Novembris 1725. & die nona Februarii 1726. quod ipsum die 30. Martii hujus ejusdem anni extensum fuit etiam ad Subdelegatos in casibus, in quibus subdelegatio habet locum, itaut, sicut illa, cui præfatæ diriguntur Commissiones, debet esse Doctor, aut Licentiatus in aliqua publica, & approbata Universitate, in Sacra Theologia, vel in utroque Jure, ita hac eadem qualitate potitus esse debeat ille, qui à Delegato subdelegatur in casibus, in quibus locus esse potest subdelegationi.

Ut autem hæ omnes Resolutiones, & Decreta, nedum innotescant, sed etiam debitum sortiantur effectum, Eminentissimi Patres ejusdem Sacræ Congregationis Concilii, sicuti Locorum Ordinarios per encyclicas Literas monendos esse statuerunt, ita Ampliationi tuæ injungendum duxerunt, prout præsentibus injungunt, ne sinat aliquem promoveri ad Dignitates, Canonicatus, Officia, & quæcumque Munera Ecclesiastica, in quibus qualitas Doctoris, aut Licentiati in Sacra Theologia, vel jura Canonico, aut in utroque Jure exposcitur à Sacro Concilio Tridentino, aut Constitutionibus Apostolicis, aut quibuscumque Ecclesiasticis Statutis, qui Doctoratum, aut Licentiaturam consecutus non sit in aliqua publica, & approbata Universitate, *& prævio necessariò examine, per eos ipsos, & non per alios, qui ab eis subdelegentur explete, hoc est per eos ipsos, qui membra sunt ejus publicæ, & approbatæ Universitatis, per quam expletur collatio gradus Magisterii, aut Licentiaturæ.* Renovatis adversus eos omnes, qui aliter Magisterium, aut Licentiaturam fuerint consecuti, omnibus pœnis statutis, tam in Bulla Sancti Pii V. quàm in suprà relato Decreto anni millesimi sexcentesimi septuagesimi tertii; Ita approbabante, & confirmante Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Papa Decimotertio. Qui pro inviolabili præmissorum omnium observantia, ulterius *derogavit omnibus in contrarium facientibus, sive Privilegiis, sive Consuetudinibus centenariis; & etiam immemorabilibus*; Mandavitque, ut ad perpetuam rei memoriam harum Literarum exemplar in ista Episcopali Cancellaria asservetur.

Supradictæ itaque Sacræ Congregationis Sententiæ, & Sanctitatis Suæ Menti conformare se non omittat Ampliatio Tua, cui omnia fausta ex corde precamus à Domino.

Romæ hac die vigesima octava Septembris millesimo septingentesimo vigesimo sexto.

DI-

DISCEPTATIO L.

Romana Educandarum.

ARGUMENTUM.

Legatum, relictum Filiabus Advocatorum Romanorum, debetur illis, quorum Pater, non origine, sed Incolatu, vel Domicilio, talis est. Patria duplex; Originis una; Domicilii, & Incolatus altera. Non potest dari concursus inter illos, qui successivè fuerunt vocati. Vocatio passiva duplex est; Una immediata, quæ fit à Testatore; Alia mediata, seu mediante facto Hæredis. Paupertas ad effectum capacitatis subsidiorum dotalium levioribus probationibus contentatur.

INnocentius Raymundus Advocatus Masettus in ejus Testamento, condito die 6. Decembris 1724. apertoque die 10. Aprilis 1726. per Acta Persiani, Notarii Capitolini, instituta ejus hærede universali Congregatione Operariorum Divinæ Pietatis Urbis, 1 eidem assignavit annua scuta viginti dumtaxat; *Il Rimanente poi* (sunt ejus præcisa verba *della mio Eredità, del quale intieramente voglio, che se ne tenga conto a parte, voglio, che per l'entrante quantità s'impieghi nel mantenimento di quelle mie Parenti Zitelle, che desiderassero ritirarsi in Monastero per fino a tanto, che vorranno in esso dimorarvi, e non più; Pagandolisi da miei Eredi l'Alimenti alla ragione di scudi cinque il Mese; Purchè si ritirono nell'infrascritti Monasterii &c.*

In caso poi, che le Concorrenti fossero in maggior numero di quello, potesse cendere la mia Eredità, voglio che si preferiscono sempre le più prossime, ed in parità di grado, le più avvanzate in età, ed in parità di Requisi- 2 *ti, per togliere ogni causa di lite, voglio restino imbussolate, e la prima, che uscirà sia prescelta a tutte le altre, perchè così &c. e non altrimenti &c.*

In defectum verò ejus Consanguinearum, *o che non volessero concorrere a detta Nomina, e godere di questo Beneficio, Lo che dovrà constare col presigerli un termine di quindici giorni, coll'affissione degl'Editti, o Notificazioni, per non avere da intimarglielo personalmente; In tal caso voglio, siano ad esso ammesse le Figliuole Romane di* 3 *Avvocati Romani poveri, o per mancanza di Averi, o per numero de Figliuoli, purchè siano Romani di Patria, e non per privilegio, e purche siano nate di legitimo matrimonio, e non altrimenti, esclase anche le Legitimate per subsequens Matrimonium &c. e non eccedino l'età di venti anni compiti.*

Tertio tandem loco, deficientibus Filiabus Advocatorum Romanorum, disposuit ut infra: *E non trovandosi ne pur di questa sorte, voglio che i miei Eredi abbiano loro lo facoltà di sceglierle, purche fatte prima le debite diligenze, come sopra si è stabilito, ne consti della mancanza; Ed in questo caso voglio, che si restringhi-* 4 *no a Zitelle, effettivamente nate in Roma di legitimo matrimonio, di Padre, e Madre effettivamente Romani, e civili, esclasi sempre gl'Artegiani, quantunque de più riguardevoli, e li Cavalieri, ed altre Persone nobili, e Titolate, perchè così &c. e non altrimenti &c.*

Post obitum Testatoris, & post ceptum ab eadem Congregatione Multiplicum, in executionem dictæ piæ dispositionis, volens pro nunc devenire ad electionem duarum Educandarum in solitis Locis Urbis die 28. Novembris 1726. sequentem affigere fecit Notificationem, *Dovendosi dalla Ven. Congregazione delli Operarj della Divina Pietà, Erede testamentaria della bo. me. del Signor Avvocato Innocenzio Mosetti, come per Testamento, rogato per gli Atti del Persiani, Notaro Ca-* 5 *pitolino, ed aperto li 10. Aprile 1726. venire all'elezzione di alcune Zitelle, che si doveranno ponere in Educazione nelli Monasterj, destinati in detto Testamenta, Perciò si fa intendere con la presente Notificazione a tutte le Zitelle, Parenti del medesimo Avvocato Raimondo Masetti, ed in loro mancanza, a tutte le Zitelle Romane, Figlie di Avvocati Romani poveri. E quando anche queste mancassero, a tutte le Zitelle Romane figlie di Padre, e Madre Romani di condizione civile, che vogliono concorrere a detta Nomina, e godere detto Beneficio in conformità di detto Testamento, debbano dentro il termine di giorni quindici dalla Data della presente far la loro Istanza, con dare il Memoriale nella sudetta Congregazione; questo di 28. Novembre 1726.*

Paucis diebus post talem Notificationem, an data opera, vel ex aliquo accidenti, ignoratur, statim rumor invaluit, quod adetant quinque Consanguineæ Testatoris, volentes concurrere ad idem beneficium, nempè Maria Cleria Palutia, & Angela Palutia, Neptes ex sorore ejusdem Testatoris, quarum secunda actualiter uti Educanda moram facit in Monasterio Diœcesis Sabinensis, N. Palutia Proneptis ex Sorore, N. Girellia, & N. pariter Girellia, ejus Affines quarum una asseritur, ipsamet die nominationis emisisse protestationem in plena Congregatione, nolle pro hac vice concurrere, sibi præservando Jura pro futuris vacationibus, pleno ore asserentes iidem Confratres, (ex quo motivo pariter ignoratur,) quod pro hac vice non aderat locus pro Filiabus Advocatorum Romanorum, quod rotundis literis comprobarunt Confratres, circa id enixè, & specialiter interrogati ut fuit justificatum in Summario. Atque ad eandem veritatem indagandam aliæ etiam præmissę, & multoties reiteratę fuerunt similes diligentię, comprobatę pariter in 6 Summario. Omnes tamen fuerunt absque ullo fructu, quia omnia tractabantur inter Confratres cum adeo magno secreto, ac si nomina Consanguinearum, & Affinium ejusdem Testatoris non essent publicè evulganda, vel mediante illarum declaratione, & admissione ad idem Beneficium, vel post aliam similem Notificationem, qua mediante, in defectum Consanguinearum, & Affinium Testatoris, invitari debebant ad idem Beneficium Filiæ Advocatorum Romanorum, juxta clarum Testatoris præceptum ibi: *In caso poi non vi fossero miei Parenti, o che non volessero concorrere a detta Nomina, e godere di questo Beneficio, lo che dovrà costare col presiger li un termine di quindeci giorni, coll'affissione delli Editti, o Notificazioni, per non avere da intimarglielo personalmente. In tal caso voglio siano ammesse le Figliuole Romane di Avvocati Romani*, Observando verba illa *in tal caso*, quæ, ut videbimus infra non sunt compatibilia cum alio casu contemporanei concursus Consanguinearum, & Affinium Testatoris, quæ procul omne dubium prælationem habebant, juxta claram literam Testamenti.

Ignoratur pariter motivum, quare, transactis dictis quindecim diebus, in eadem Notificatione præscriptis, quique terminabant die 2. Decembris 1726. non fuerit deventum, vel ad electionem Consanguinearum, & Affinium Testatoris, si tunc temporis comparuerant, & in illis concurrebant Requisita in Testamento præscripta; Vel ad aliam Notificationem, quod in illarum defectum aperiebatur locus Fi- 7 liabus Advocatorum Romanorum, juxta præcisum Testaturis præceptum, ibi. *In caso poi, che non vi fossero Parenti, e che non volessero concorrere a detta Nomina, e godere di questo Beneficio &c. in tal caso voglio siano ammesse le Figliuole Romane di Avvocati Romani &c.*

Verum tamen est, quod hoc medio tempore ex parte duorum Advocatorum continuabantur similes diligentiæ comprobatæ in Summario donec ex abrupto asseritur ex adverso, fuisse deventum ad electionem Franciscæ, & Victoriæ, Puellarum tertio loco invitatarum à Testatore, die 30. Januarii currentis anni 1727. non sine tamen Confratrum scissura, neque sine illorum magna contentione, eo tempore, quo erant 8 in Congregatione, dum aliqui erant in sensu differendi saltem electionem Puellarum tertiæ classis, ad hoc, ut interim possent ab omnibus Confratribus maturè perscrutari illarum Requisita, eo quia post prandium dictæ diei 30. Januarii 1727. dumtaxat, & non priùs, eo scilicet tempore, quo erant coadunati, Requisita Puellarum tertiæ classis siccis labiis exposita fuerunt à duobus Confratribus, destinatis ad visitandas Puellas; Alii verò asserebant, in Francisca, una ex dictis

Puel-

Puellis, non concurrere Requisita, in Testamento dræscripta, eo quia illa, uti filia Mercatoris, comprehendebatur sub nomine *di Artegiani riguardevoli*.

Antequam autem istæ admitterentur, & reciperentur in Monasteriis, nomine Principalium statim habitus fuit recursus ad Sanctissimum D. Nostrum, & ad Sacram Congregationem Concilii, à qua de more sub die 8. Februarii 1727. exquisitum fuit Votum Eminentissimi Protectoris dictæ Congregationis, & priùs, hoc est die 1. Februarii dicti anni in Secretaria Eminentissimi Cardinalis Vicarii appositum fuerat *Nihil transeat*, nisi citato Joanne Jacobo Ursino, ne pendente dicto recursu concederetur Licentia ingrediendi Monasteria, à Testatore designata, Puellis, ut supra electis. Quia verò Monasterium Sanctæ Ceciliæ, quod est unum ex designatis à Testatore, exemptum est à Jurisdictione ejusdem Cardinalis Vicarii, 9 eædem diligentiæ renovatæ fuerunt, tam cum Auditore Eminentissimi tunc temporis Titularis, & Protectoris, quàm cum dignissimo Prælato ejusdem Monasterii, quibus non obstan. neque attentis, asseritur exadverso, quod eædem Puellæ reperiantur admissæ Monasteriis Sanctæ Ceciliæ, & Sanctæ Ruffinæ, idque sine solita, & necessaria Licentia Eminentissimi Vicarii, quod ictu oculi desumitur ex recognitione; & visione Libri, existentis in Secretaria ejusdem Card. Vicarii, ubi describi solent nomina illarum Educandarum, quæ in Monasteriis, eidem subjectis, moram facere volunt, & ubi descripta nullatenus reperiuntur illa dictarum Puellarum tertiæ classis.

Post hæc, attento, æquè notorio, ac omni compassione digno, accidenti, non potuit in hac Causa aliquid operari minusque exhiberi in Secretaria Votum Eminentissimi Protectoris d. Ven. Congregationis 10 ut factum fuit statim ac cessavit d. notorium impedimentum, atque ad evitandas ulteriores dilationes fuerunt admissa dubia, exadverso prætensa, cùmque proponantur hodie.

Primum. *An electio, & admissio Franciscæ Masettæ, & Victoriæ Evangelistæ ad subsidium, relictum ab Advocato Masetto pro Virginibus educandis, factæ à Congregatione Operariorum divinæ Pietatis, sustineatur*, videtur negativè resolvendum, ad quem effectum sat esset præ oculis habere ea, quæ infra dicemus circa secundum dubium. Si enim ex Testamento Advocati 11 Masetti constat de bono Jure Principalium, videtur indubitatum, quod Confratres non poterant devenire ad electionem dd. Puellarum, quia juxta rotundam dispositionem dicti Advocati Masetti non erat permissum dd. Confratribus transire ad tertiam speciem Puellarum, nisi in casu, in quo non adessent Filiæ Advocatorum Romanorum, secundo loco vocatæ.

Et tamen addimus ulteriùs, quod talis electio est evidenter nulla eò, quia ad illam deventum fuit, prævia generali Notificatione supra per extensum registrata, complicativa Puellarum Consanguinearum Testatoris, filiarum Advocatorum Romanorum, & Personarum civilium, non nobilium, quæ proinde nullatenùs arctabat filias Advocatorum Romanorum ad concurrendum cum Consanguineis Testatoris, ea viva ratione, quia non poterant concurrere cum dictis Consanguineis Testatoris, ex quo illæ indubitatam habebant prælationem, ex literali dispositione ejusdem Testatoris; In istis enim circumstantiis non potest fieri, neque locum habere concursus inter Personas trium classium, quarum prima habet indubitatam prælationem respectu secundæ, & secunda in ordine ad tertiam, sed Concursus fieri debet inter Personas ejusdem classis, ut patet Consideranti, & in spe-12 cie in casu longè fortiori resolvit Congreg. Concil. *In Amerina Subsidiorum Dotalium 5. Julii 1710.* in qua prælatio Puellarum nobilium in concursu minùs nobilium, non ità clarè demandata fuerat à Testatrice, sicuti in casu nostro prælatio Consanguinearum Testatoris est indubitata, quia in casu dictæ Resolutionis *Amerinæ* illæ vocatæ fuerunt per alternativam O. & libera relicta fuerat facultas Confratribus eligere unam ex illis per Vota secreta ibi: *Ritrovandosi alcuna Zitella nobile, ma povera, o alcuna di bassa mano, ma però onorate, che si vogliono fare Monache, detta Compagnia l'elegga per Voti segreti*; Et tamen disputato sequenti dubio; *An in concursu Puellarum nobilium sint simul admittendæ etiam Puellæ ignobiles concurrentes*, responsum fuit *negativè*, & concordat *Rota in* 13 *Romana Nominationis Puellarum*, quę est *dec. 213. n. 5. p. 5. recent.* ibi: *Filii Jo. Baptistæ sunt vocati ad nominationem Puellarum post obitum Jo. Baptistæ, eorum Patris, & Claricis, eorum Matris, & Catherinæ Aricæ, quo casu dicebatur cessare consortium, & simultatem, nec dari concursum &c. & num. 7.* ibi: *Ordine successivo fuerint vocati, cum quibus non datur concursus*.

In nostro autem casu facultas, data Congregationi Divinæ Pietatis deveniendi ad electionem Puellarum tertiæ speciei, non erat libera, & ad arbitrium Confratruum, *sed non trovandosi ne pure di questa sorte* (hoc est ex Filiabus Advocatorum) *voglio li miei Eredi ab-* 14 *bino la facoltà di sceglierle, purche fatte prima le debite diligenze, come sopra, ne costi della mancanza*.

Agnoscitur exadverso vis, & efficacia hujus solidæ reflexionis, & propterea respondetur, quod cùm in generali Notificatione fuisset habita expressa relatio ad Testamentum; *Chi ne restava in dubio, poteva es-* 15 *pressamente chiarirsene*, recognoscendo tenorem ejusdem Testamenti.

Responsio autem confirmat potiùs, & mirabiliter auget vim d. reflexionis, quàm illam in minimo debilitet, eo quia relatio ad d. Testamentum habita fuit ad effectum probandi qualitatem hæreditariam Advocati Masetti respectu Congregationis Divinę Pietatis, ibi *Dovendosi dalla Congregazione delli Operarij della* 16 *Divina Pietà. Erede testamentaria della b. m. del Signor Avvocato Innocenzo Raimondo Masetti, come per Testamento, rogato per li Atti del Persiani, Notaro Capitolino &c. venire all' elezione di alcune Zitelle &c.*

Et tamen ex ejusdem Testamenti tenore recognito, & supra fideliter relato, oculis corporeis desumebatur, & legebatur prælatio Consanguinearum Testatoris, de quarum defectu, vel voluntate ante d. die 17 30. Januarii 1727. non solùm nullatenus constabat, sed oppositum asseveranter Confratres asserebant, ut probatur in Summario. In illarum proindè concursu nullo modo permissum erat Filiabus Advocatorum petere Legatum, eo quia non nisi in illarum defectum, vel voluntatem aperiebatur locus illarum vocationi, ex supra animadversis.

Fortiùs, quia verba Testatoris, invitantis filias Advocatorum Romanorum, clarissimè præsupponunt, quod ejus Consanguineæ, vel non adessent, vel nollent concurrere juxta illius præcisa verba, supra transcripta; Hoc autem absque divina revelatione, non poterat esse cognitum ante dictam diem 30. Januarii, ex lectura Testamenti, dum neque ipsismet Confratribus notum fuit, nisi d. die 30. Januarii 1727. quando in Congregatione, eadem die habita, relatum fuit, 18 quod duæ Consanguineæ Testatoris erant infra ætatem septem annorum; Aliæ verò, quæ excedebant dictam ætatem, pro hac vice nolebant concurrere, absque tamen præjudicio concurrendi in futuris electionibus, Et demum Masetta, recognitis ejus requisitis, nullo consanguinitatis vinculo juncta erat Testatori, fuitque proinde admissa, uti Puella tertiæ Classis, idque non sine Votorum scissura, ut supra diximus.

Quæ omnia nimis concludenter demonstrant legale motivum, ex quo Filiæ Advocatorum non debebant, nec poterant comparere; Et tamen ad hoc; ut non dicantur sibi præjudicasse non comparendo priùs, quæli- 19 ber causa, etiam fatua, minus justa, & bestialis, juxta phrasim Doctorum, ad nostrum effectum superabundaret, ex adductis *in decis. 160. n. 13. coram Otthobon. & cor. Capr. à dec. 575. à n. 27. usque ad finem dec. 596. numer. 5. & in Romana Fideicommissi de Raspolis 2. Martii 1705. §. 26. coram Molin.* In quorum corroborationem æquè stringentem, ac legalem adducit rationem *Rota decis. 62. numer. 4. coram Ansald.* his verbis: 20 *Barbarum enim, & inhumanum foret, quod quis non ex propria socordia, sed aliena impeditus culpa, vel injustitia, caderet à Jure suo*.

Culpa verò Confratrum in hac parte inexcusabilis est,

eſt, dum expreſsè requiſiti ex parte Advocati Romani, volcotis concurrere in defectum Conſanguineorum Teſtatoris, *ſe in queſta prima ammeſſione per l'Educande Maſetti vi ſia luogo per le Figliuole delli Avvocati Romani*, æquè rotundum, ac deciſivum dederc reſponſum, *per queſta volta per li Avvocati non vi è luogo*, illa adducta ratione, *perche vi ſono due Nepoti del Signor Avvocato Maſetti, le quali occuparanno li due Luoghi, ſtabiliti darſi*. Dum igitur ſub hac bona fide Con- **21** fratrum filiæ Advocatorum Romanorum priùs non comparuerunt, nedum durum, & amarum, ſed verè barbarum, & inhumanum foret, juxta phraſim *d. deciſ. 62. num. 4. cor. Anſald.* ut Jure illo privatæ remanerent, quod his verbis Teſtator eis conceſſit: *Voglio ſieno ad eſſo ammeſſe le Figliuole Romane di Avvocati Romani &c.*

Nec dicatur, quod cum Principales nominatæ non fuerint à Confratribus ad beneficium Educandarum, non poſſit dici quod haberent aliquod Jus, à quo cadere potuerint; Reſponſio enimin promptu, eſt quod ſcili- **22** cet, cum illæ habeant Requiſita, à Teſtatore præſcripta, ex infra obſervandis, Jus illarum non pendet à voluntate Confratrum hæredum, ſed ab illa pii Teſtatoris.

Videmus hoc quotidiè practicari reſpectu illorum, qui Jus paſſivum habent ad obtinenda Beneficia Eccleſiaſtica Jure patronatus, vel ſimilia; Iſti enim, etiamſi à Patronis pro tempore non nominentur, Jus habent ad eadem Beneficia obtinenda, ex innumeris **23** authoritatibus, quas refert & ſequitur *D. Piton. de Controverſ. Patron. alleg. 68. num. 10.* quibus addi poſſunt alii, ſequuti *à Rot. in Montis Regalis Prioratus 24. Januarii 1718. §. Nentiquam cor. Anſald. & in Peruſina Cappellaniæ 11. Martii ejuſdem anni §. Perlecto cor. Lancetta, & in Cremonen. Beneficii 2. Maii pariter ejuſdem anni 1718. §. Docuit coram eadem.*

Et in punctualibus terminis noſtri caſus, egregiè *Card. de Luc. de Dot. diſc. 174. num. 3.* ibi. *Iſtis etenim, extantibus aliis Puellis de diverſis generibus, ſubſidiariè, & in earum defectum vocatis, abſque dubio diſtributio fieri non poteſt &c. cùm non poſſit ſucceſſor ſpernere ſui Authoris præceptum* (quod in noſtris terminis eſt æquè **24** cubitale, ac ſtrangulatorium ibi. *Voglio ſiano ad eſſo ammeſſe le Figliuole Romane di Avvocati Romani*) *atque alterare legem fundationis in præjudicium vocatorum, qui eorum Jus directè, & immediatè metiri dicuntur ex vocatione ipſius Fundatoris, ob quam, habito pro infecto contrario Executorum facto, debent ipſi diſpoſitionis effectum obtinere, & Rota in Romana Renovationis Nominationis Puellarum prima Julii 1715. §. Conſtare coram Eminentiſſimo Falconerio*, inter ejus noviſſimè impreſſas *in 4. num. 5. de Legat. & Fideicom.* ibi; *Qui cùm dictam admiſſionem Puellarum ordinaverit, eamque Locus pias per aditionem illius hæreditatis acceptaverit, remanet proindè obſtrictus ſervare legem, datam à Teſtatore, eique contraire prohibetur.*

Non poteſt pariter admiſſio earumdem Puellarum ſuſtineri, nedum ex eo, quia ſequuta fuit abſque neceſſaria Licentia Eminentiſſimi Vicarii, quod ultra alias antiquiores prohibitiones, de quibus *Nicol. in Floſcul. Verb. Educandæ num. 4. Card. de Luc. ad Concil. diſc. 36.* **25** *num. 15.* ooviſſimè improbatur *in Concilio Romano tit. 21. cap. 4.* ibi. *Studeant, & quàm accuratiſſimè Moniales ipſæ, ad quas, Superiorum accedente conſenſu, & impetrata &c. Licentia, educandas, ac formandas ſuſceperint Puellas convictrices, piè illas, & catholicè inſtituant*; Sed, quod magis eſt, quia admiſſæ fuerunt in ſpretum expreſſæ Inhibitionis ejuſdem Eminentiſſimi Vicarii, contentæ in *Nihil tranſeat*, exiſtente in Secretaria tempore illarum admiſſioois & fuit juſtificatum in Summario.

Quibus additur, quòd admiſſæ pariter fuerunt pendente Cauſa in Cong. Concilii, quæ uſque ſub die 8. Februarii manus in Cauſa appoſuerat, exquirendo Votum Eminentiſſimi Protectoris, quod improbat *D.* **26** *Bernard. in epiſt. 556. ad Innocent. Papam inter ejus Opera fol. mihi 1533.* ibi. *Etiam poſt appellationem tui nominis auſi ſunt exercere &c.*

Deveniendo nunc ad ſecundum dubium, in quo punctus Cauſæ conſiſtit, *An conſtet de vocatione filiarum Advocati Urſayæ*, dicimus, clariſſimam eſſe illarum vocationem; Quia in defectum Puellarum conſanguinearum Teſtatoris, iſte vocavit Filias Advocatorum Romanorum, verbis ſupra expreſſis, & opportunè hic repetendis. *In tal caſo voglio ſiano ad eſſo ammeſſe le Figliuole Romane di Avvocati Romani poveri, O per mancanza di Averi; O per numero de Figliuoli, purche ſiano Romani di Patria, e non per privilegio, o parche ſiano nate di legitimo Matrimonio, eſcluſe anche le Legitimate per ſubſequens &c. e non eccedino l'età di 20. anni compiti.* Quæ verba extra omnem difficultatem appli- cantur Principalibus, quia ſunt Romanæ, & ſunt Filiæ **27** Advocati Romani, pauperis, in præciſo ſenſu, & caſu, quem Teſtator expreſſit, ob Filiorum ſcilicet numerum, *ad Text. in l. Cum ita §. In fideicommiſſo ff. de Legat. 2. Gabriel. conſ. 196. num. 3. & 4. lib. 2. Rot. in Barchinonen. Beneficii 22. Februar. 1704. §. In præſenti cor. Caffarello & in Faventina Beneſic. 11. Februar. 1704. §. Cùm enim cor. Muto.*

Paupertas enim, in ſenſu Teſtatoris requiſita, hic concurrit, dùm illam ità qualificavit. *Avocati Romani poveri, O per mancanza di Averi, O per numero di Figliuoli.* Cùmque gravatus ſim onere octo Filiorum viventium, ultra totidem alios, qui ex hac vita migrarunt, non poteſt pariter in controverſiam revocari, quod illarum reſpectu non verificetur id, quod Teſtator exquiſivit, ad hoc ut Filiæ eſſent capaces beneficii Educandarum, ut in durioribus terminis Patris, ex proprio patrimonio divitis, habentis quinque filios, quod ad noſtrum effectum dicatur pauper, ad hoc, ut ſit locus ſimilibus Legatis, notat *Card. de Luc. de Dot. diſc. 174. num. 12.* ibi. *Propterea concluden-* **28** *dum, quod licèt iſtarum Puellarum Pater non eſſet pauper, attamen, attento ejus ſtatu, & numero Filiorum, dici poterat pauper, ſive quinque filii maſculi, & alii procreandi, dicendi venirent pauperes, ob diviſionem Patrimonii in tot portiones, etiam ſine hac diminutione pro dotationem fœminarum. Multò magis ubi eam facere opus eſſet, atque ita iſta materia regulanda videtur*, quem ſequutus fui *in to. 3. Diſcept. Eccl. part. 2. diſcept. 2. num. 130.* ibi. *Card. de Luca &c. ubi quod ad hunc effectum dicitur pauper ille, qui cum una, vel duabus Filiabus fœminis, multos habet filios maſculos, ob diviſionem ejus Patrimonii in tot portiones, quot ſunt ejus filii; Unde multò magis ad d. effectum reputabitur pauper Pater ille, qui multas habet filias fœminas &c.* & firmavit *Rota cor. Duran. dec. 98. num. 9. & ſeqq.* ibi. *Gravatum* **29** *eſſe Uxore, & quatuor filiis*; In cujus caſu Pater conſtituerat Dotem uni ex ejus filiabus in ſcutis tribus millibus, ut videre eſt ibidem *num. 10. verſ. Neque obſtat.*

Ex quibus nulla adeſt neceſſitas ſe divagandi circa dotem magnam, vel parvam, à me uni ex meis filiabus ſolutam, circa cujus quantitatem proceditur exadverſo cum æquivoco palmari; Circa meos mediocres, vel exceſſivos redditus circa quos pariter multa exadverſo aſſeruntur, nullam omninò habentia in facto ſubſiſtentiam; Circa inſpectionem, an iſti ceſſent cum mea vita, vel conſiſtant in capitalibus fructiferis, quæ poſſim relinquere meis filiis, & filiabus, juxta **30** duriorem caſum, de quo loquuntur *Card. de Luca & Rota coram Duran.* in locis, ſupra citatis; Vel potiùs conſiſtant in laboribus, & applicatione, ſuper quibus proindè, vel per obitum, vel ob minus bonam valetudinem, & ſenium, fieri non poteſt ſtabile fundamentum; An emerim à Congregatione Divinæ Pietatis quatuor Officia Mandatariatus Curiæ Capitolinæ, cum impenſa ſcut. 416. dumtaxat, juxta facti veritatem, Confratribus venditoribus notoriam, non autem octo, ut gratis ubique aſſeritur in Memoriali, Cardin. Protectori exadverſo exhibito, & circa ſimiles inſpectiones; Quia omnia iſta continentur ſub illa paupertatis ſpecie, quæ conſiſtit in defectu Bonorum, *ſeù per mancanza d' Averi*, in qua noſter Teſtator non fixit pedes, ooo autem continetur ſub alia, reſultante à magno numero Filiorum, qui, ut ex punctualibus authoritatibus probavimus ſupra, Perſonas etiam divites ex avito Patrimonio, non autem ex continuis laboribus, quibus ſunt adnexi redditus, faciunt pauperes, redduntque illos capaces ſimilium

Be-

Beneficiorum, attenta etiam Juris communis dispositione; multò magis concurrente expressa, & rotunda Testatoris voluntate, quę in casu nostro est innegabilis, juxta illa verba, opportunè repetenda, *poveri, O per mancanza di Averi, O per numero de Figliuoli*.

Comprobantur hæc sequenti paritate, quæ mirabiliter nostris terminis applicatur. Ponamus casum, quod aliquis magnus Princeps relinquat gratia exempli, unnua scuta mille alicui Personæ nobili, Nobilitate desumpta, vel ab Avorum claritate, vel acquisitu Ar-31 mis, vel Literis, juxtà triplicem Nobilitatis speciem, de qua habemus *Textus in leg. 2. C. de Primicer. lib. 12.* ibi. *Præclaram, nobilemque Militiam: & in leg. Providendum Cod. de Postuland.* ibi: *Quos scientia nobilissimos facit*, cum concordantibus apud *Tiraquell. de Nobilit. cap. 5. tit. An scientia nobilitet num. 1. & per tot. & cap. 8. tit. Militia, an nobilitet pariter per totum, & Card. de Luc. de Prębemin. disc. 35. n. 21. in fine, e nel Trattat. del Cavalier, e la Dama cap. 8. n. 17.*

Si ad tale Relictum, in defectum Nobilis primæ classis, concurrat Dux Exercitus, vel Rector famosæ Universitatis, eidemque opponatur defectus alicujus Requisiti, se tenentis ex parte ejus Ascendentium; Videtur indubitatum, quod talis defectus in nulla haberi debeat consideratione, eo quia tale requisitum est 32 unum ex illis, quæ constituunt Nobilitatem, acquisitam à Majoribus, non autem aliam, resultantem, vel ab excellentia in Armis, vel à Peritia in Literis, quia ad effectus hujus Nobilitatis secundæ, & tertiæ classis, nihil aliud consideratur, nisi Gradus ille, quem in Militia obtinet Dux Exercitus, vel Munus, quod exercet Doctor, excellens in Literis.

Eodem igitur modo discurrendo in nostris terminis, dum Testator expresse voluit, Legatum Educandarum deberi Filiabus Advocati pauperis, paupertate, desumpta, vel à defectu Bonorum, vel à numero Filiorum, non sunt confundendi termini Requisitorum paupertatis primæ speciei, quæ constituitur à deficientia Bonorum, cum secunda, resultante ex multitudine Filiorum; Sed unicè videndum est, an talis Filiorum numerus verificetur, qui in nostro casu, neque etiam in dubium revocatur. Aliàs nulla udesset differentia inter Advocatum pauperem ex defectu bonorum dumtaxat, & alium pauperem ex defectu bonorum & attento numero Filiorum simul, quod prorsus insubsistens est, & ex diametro oppositum claræ voluntati Testatoris, in Jure Periti, & probè agnoscentis maximam differentiam inter cumulativam, & alternativam, *O per mancanza di Averi, s per numero de Figliuoli*.

Pro quorum faciliori admissione non omittimus hic observare respectu probationis veræ, & rigorosæ paupertatis ex Bonorum defectu, quod illam Testator nullatenùs requisivit in tertia classa Puellarum civilium, ultimo loco vocatarum, juxtà illa clara verba Testamenti. *Si restringhino à Zitelle, effettivamente nate in Roma di legitimo Matrimonio di Padri, e Madri effettivamente Romani, e civili, esclusi sempre li Artegiani &c.* & juxtà alia Notificationis, ex adverso factæ, ibi. *Si fà intendere &c. à tutte le Zitelle Romane, figlie di Padri, o Madri Romani, e di condizione civile, che vogliono concorrere, e godere di questo Bene-*34 *ficio*. Et propterea multò minùs dicendum est, illam requisivisse cum omni rigore in Filiabus Advocatorum Romanorum, magis dilectis, ad evitandum magnum illud absurdum, ut minùs dilectus dicatur melioris conditionis magis dilectis, egregiè *Rota decis. 637. num. quinto, part. 19. recent.* ibi. *Ne alioquin sequeretur absurdum, quod &c. minùs dilectus esset melioris conditionis, & præferretur magis dilecto, quod est omninò vitandum ex traditis per Hodiernum &c.*

Quod ego sim Advocatus, in controversiam deduci non potest; Quodque talis sim in Romana Curia, non ab uno, vel ultero anno, sed ab annis quadraginta completis est æqualiter certum, utque notorium, & patet *ex Tomo quarto mearum Disceptationum Ecclesiasticarum part. 2. discept. 27.* cujus Controversia agi-35 tata fuit anno 1687. coram Clemente XI. tunc Prælato, & propterea, quod sim Advocatus Romanus Professione, remanet pariter incontrovertibile.

Nec relevat objectum, quòd, licèt in meis Filiabus verificetur, quod sint Patria Romanæ, quodque Ego sim Professione Advocatus Romanus, attamen Testator requisivisse videtur, quod etiam Pater ea-36 rum sit Romanus origine, & Patria; Quia Testator nil aliud requisivit in Patribus, nisi quod essent *Advocati Romani*; Hoc autem significat, quod Patres essent Professione Advocationis Romani, nempè exercentes in Urbe Advocationem, quod in nostris terminis innegabile est.

Cæterum, quando etiam intellexisset Testator de Advocatis Civibus Romanis, hoc etiam requisitum in me concurrit quia de Jure sum verus, & proprius Civis Romanus, quia Civilitas de Jure acquiritur triplici modo; Primò per Nativitatem; Secundò de Jure, 37 & tertiò per Privilegium, ut notant *Zaul. ad Statut. Favent. lib. 1. Rubr. 11. n. 1. fol. 226. Card. de Luc. de Præbemin. in Summ. num. 94.* ubi quod prima dicitur Civilitas originaria, secunda domiciliaria, & tertia privilegiativa, cum aliis apud *Constantin. ad Statut. Urb. Tom. 2. annot. 60. art. 1. n. 226.*

Certum est autem, quod Ego sum verus, ac proprius Civis Romanus *de Jure*, quia in Urbe ab annis quinquaginta continuam moram traxi, Domicilium constabilivi, Uxorem duxi, Filios procreavi; Lares fixi, & Animum ibidem perpetuò permanendi superlativè multifariam propalaui, & signanter propriis sumptibus construendo particulare Sepulchrum in Ecclesia S. Mariæ in Vallicella, ubi sequens legitur inscriptio. *Dominicus Ursaya in Urbe Advocatus & Veronica Caballina Conjuges, sibi, & suis viventes posuere anno Domini* 1709. ex quibus sum verus Civis, non minùs, ac si essem Originarius *ad Text. in leg. 1. Cod. de Privileg. Corporat. Urb. Rom. lib. decimo*, ubi quod Incolæ Urbis Romæ gaudent Civilitate Romana *leg. 2. in fin. Cod. Ubi Senat. vel clariss.* ibi. *Aut ubi majorem Bonorum partem possident, & in leg. Cives C. de Incol. lib. 10.* ibi. *Ubi quis larem, rerum, ac fortunarum suarum summam constituit, Ansald. de Commerc. & Mercat. disc. 10. num. 12.* ubi *num. 18.* & notabiliter observat, hoc absque ullo dubitationis principio procedere, quando quis constituit Domicilium *in un Regno diverso, ed un'altro Stato, soggetto ad un'altro differente Sovrano, e Prencipe poiche in questi termini il semplice mutar Luogo, e trasportare la Famiglia ne' Stati di un'altro Prencipe Sovrano porta, non solo l'acquisizione del Domicilio del nuovo Stato, mà fà perdere affatto l'origine naturale, secondo quello, che ferma cum Accursio, Baldo, e Gregorio Lopez, latissimè Amaja &c. Rocc. disput. Jur. cap. 83. num. 2.* ibi *verè, & propriè dici debent Cives, non minùs, ac Originarii, de Angel. de Official. Baron. cap. 62. num. 4.* ibi. *Attenta dispositione Juris communis, eo ipso, quod quis in aliquo Loco habet Domum propriam, & ducit Uxorem, efficitur verè Civis, Card. de Luca de Jurisdict. disc. 46. num. 9. vers. Demum, & in Tractat. de Præbemin. disc. 37. num. 3. Rot. coram Ansald. dec. 25. n. 3.* ibi. *Cùm in verba divotissimè habitaverit, in ea uxorem duxerit, liberosque susceperit, quam ubique veram, ac perfectam Civilitatem infigit teste Altograd.*

Et in præcisis terminis, quod ex constructione 40 Sepulchri in aliqua Ecclesia pro se, & suis, dicatur acquisita vera, & propria Civilitas, benè *Gratian. discept. 592. num. 5.* & meliùs *Rota apud Constantin. ad Statut. Urb. decis. 94. num. 13.* ibi. *Eligendi sibi, & Posteris suis perpetuam Sepulturam, quod apertissimè demonstrat animum dicti Josephi perpetuò habitandi dictam Urbem cum sua Posteritate*.

Prorsùs autem insubsistens est Responsio, quod postquàm Testator dixit *Avvocati Romani*, deindè expresserit qualitatem Civicam his verbis *purche siano Romani di Patria, e non per Privilegio*; Ideòque cùm Ego non sim Romanus Patria, meæ Filiæ dici non valeant comprehensæ sub hac dispositione Testatoris.

Tale siquidem objectum non subsistit in Facto, illoque per malam, & insubsistentem hypothesim ad-42 misso, sed non concesso, nullatenus relevaret in Jure.

Non subsistit in Facto, reflectendo ad contextum eorundem verborum, quæ sunt sequentia *In tal caso vi-*

voglio fieno ad esso ammesse le Figliuole Romane di Avvocati Romani poveri , O per mancanza d'Averi , O per numero de' Figliuoli , purche fiano Romani di Padria , e non per Privilegio , & purche fiano nate di legitimo Matrimonio , e non altrimente , esclusse le Legitimate per subsequens ; Cùm enim in tota Oratio, in qua scriptum fuit Legatum, respiciat unicè, & principaliter Filias Romanas Advocatorum Romanorum incipiendo, ibi. *Siano ad esso ammesse le Figliole Romane d'Avvocati Romani poveri , O per mancanza de Averi , O per numero de' Figliuoli* deindè explicat Testator verba illa *per numero de' Figliuoli* , continuando Orationem super iisdem Filiis, & Filiabus ad explicandum earum qualitatem Romanam , non autem qualitatem Patris , cum illis verbis . *Purche fiano Romani di Patria , e per privilegio , e purche fiano nate di legitimo Matrimonio , e non altrimenti , escluse anche le Legitimate per subsequens &c. e non eccedino l'età di 20. anni compiti* , quæ omnia verba, ut Consideranti patet, respiciunt qualitatem Filiorum, & Filiarum, nullatenus verò earum Patres. [43]

Non attento , quod adjectum legatur verbum masculinum *Romani* , ibi *Purche fiano Romani di Patria*; Quia non sine legali fundamento dicere possumus , in dicto verbo *Romani* adesse errorem literæ I. loco literæ E , qui sanè error unius literæ loco alterius semper dicitur clarus , quando sensus Orationis , ita necessariò importat , & aliàs Oratio esset incongrua , ut in specie tradunt *Gabriel. consil. 130. num. 14. & seqq. lib. 2.; Rot. decis. 440. sub num. 1.; vers. Non obstat part. 4. divers. & inreccnt. decis: 149. num. 19. & seqq. part. 16. & decis. 637. num. 19. part. 19. & coram Ottbobon. dec. 35. n. 21.* [44]

Hic autem error , & calami transcursus ponendi unam literam loco alterius , remanet evidentissimus, dùm prædicta verba sunt famulatoria ad Filias legatarias , quæ postquam vocatæ fuerunt in principio Orationis ibi *: Siano ammesse le Figliuole Romane d'Avvocati Romani* , immediatè Testator adjecit *purche* , quæ dictio coarctat dispositionem ipsam juxta qualitatem superiùs appositam *Barbos. var. tract. diction. 95. n. 9. Rot. dec. 329. n. 3. p. 6. rec.* & consequenter refertur ad solas Filias legatarias, tamquam illas principaliter nominatas cum qualitate Romana , & quatum favore cadebat tota dispositio Testatoris, quia de natura relationis est , ut respiciat verbum principale Orationis, scilicet *le figliuole Romane*, non autem accessorium *di Avvocati Romani* , superiùs expressum per viam Genitivi , ut ponderant *Alexand. cons. 1. n. 8. & 9. vers. & licèt lib. 5. Cur. jun. cons. 128. n. 12. & 13. lib. 1. Soccin. sen. cons. 85. n. 18. & 19. lib. 3.* & firmavit egregiè *Rot. in decis. 454. n. 11. & 12. cor. Merlin.* [46]

Quod manifestè patet ex congruitate , & proprietate sensus ; Si enim illa dictio *purche* , juxta contrariam interpretationem , referenda esset ad Patres , sequeretur absurdum , quod etiam subsequentia verba . *E purche fiano nate di legitimo matrimonio , escluse anche le Legitimate , e non eccedino l'età di 20. anni compiti* , essent incongruè referenda ad Patres , dùm eodem contextu Testator adjecit plures qualificationes , respectu unius tantùm subjecti cumulatas , *perche fiano Romani di Patria , e purche fiano nate di legitima Matrimonio , e non eccedino l'età di 20. anni* . Sicut ergo qualitas nativitatis ex legitimo Matrimonio, & ætatis 20. annorum , respicit Filias legatarias , ita etiam eas respicere debet qualitas Civilitatis Romanæ ex Patria , dum verba illa *purche fiano Romani , e purche fiano nate*, qualificant unum , & idem subjectum , non autem diversum ; Aliàs data qualificatione diversi subjecti, Oratio remaneret absurda , & incongrua , confundendo simul adjectivum masculinum , & fœmininum , ut in specie observant *Card. de Luc. Fideic. disc. 103. nu. 3. Torre var. q. p. 3. q. 76. n. 65. Rot. in Lucana fideic. 14. Dec. 1708. §. Quoniam, & §. Talis cor. Kaunitz.* [47]

Absque ulla difficultate , ex quo numquam stare posset hæc discordantia *: Siano Romani , e fiano nate* , quia copula illa *&* , adjecta inter primum adjectivum *Romani* , & secundum *nate* , est merè continuativa , & copulativa præcedentium qualitatum cum sequentibus *l. Et quia ff. de Jurisd. omn. Judic. Grattan. discept. 147. num. 16. Rot. cor. Gregor. dec. 308. num. 5.* & una pars copulativæ declarat aliam , nempè ut omnes qualitates copulatæ *Siano Romani , e fiano nate* , semper referantur ad unum subjectum , *Surd. dec. 124. num. 9. Barbos. diction. 110. num. 12.* Unde si clarum est , quod qualitates illæ : *Siano nate , esclnse anche le Legitimate , e non eccedino l'età di anni 20.* appositæ in secunda parte copulativæ , respiciunt Filias , & non Patres , fatendum est, quod etiam qualitas Civilitatis *Romani di Patria* , referatur ad easdem Filias , itaut expressio per verbum *Romani* per errorem scripta convincatur , & pro *Romane* sit accipienda , juxtà proprietatem , & rectitudinem sensus , qui ostendit errorem expressionis masculinæ loco fœmininæ , ut in similibus terminis dicit *Castren. cons. 309. num. 1. versic. fuit ergo lib. 1.* ibi : *Fuit ergo potiùs vitium dictantis &c. & lubricitas linguæ in apponendo illud verbum &c. quàm intentionis , unde non debet attendi* , & observat *Rot. cor. Otthobon. dec. 35. num. 21. dec. 110. n. 4. cor. Emer. jun.* ibi *Domini noluerunt attendere differentiam unius , vel alterius literæ , quia hujusmodi error à Transcribentibus facilè committitur* . [48] [49] [50]

Similia erroris unius literæ habemus practicum exemplum in eodem Testamento , quatuor versibus ante d. dictionem *Romani* , in quo Testator loco literæ O. apposuit literam A. in illis verbis *godere di questo Beneficio* , ut oculariter apparet ea recognitione Testamenti originalis , proprio charactere Testatoris conscripti , quam circumstantiam ad nostrum effectum egregiè considerat *Rota dec. 35. num. 22. cor. Otthobon.* ibi : *Quando error consistit in syllaba , vel in litera , quod tunc omninò debeat corrigi , dixit Gabr. cons. 130. nu. 42. lib. 2. Præsertim cùm alii similes errores legantur in eodem Testamento* , Neque inauditum est , quod literatorum Hominum manus illorum menti aliquando non correspondeant in una vel altera litera ; Id enim sæpè evenire quilibet experitur , & notat *Card. de Luc. de Success. disc. 17. sub n. 7.* ibi: *Ponderando , an adsit punctus , vel litera majuscula &c. cum similibus considerationibus, quoniam in Testamentis &c. insistitur in substantia dispositionis , ut etiam Literati experiuntur , quando scribunt negotia ; Ideoque prorsus improprium est in hujusmodi formalitatibus voluntatem uno, vel alio modo regulare* ; Imò quod id soleat aliquando evenire etiam in principali sensu Orationis , ex mentis abstractione ponendo negativam pro affirmativa , notabiliter advertit *Dian. Oper. coord. tom. 9. tract. 1. resol. 25. in fine* quem sequutus fuit *Pompejus Ursay.* meus dilectissimus Filius *in Miscellan lit. A. n. 147.* ibi *: Non semel accidit ex mentis abstractione in componendo affirmativam in negativam immutare, Diana &c.* [51] [52] [53]

In cujus majorem evidentiam accedit ratio vitandi absurdum , dum si verba dicerent : *purche fiano Romani di Patria*: & referenda essent ad Patres , sequeretur , quod Testator in Filiabus non requisivisset hanc Civilitatem originariam ; Quando tamen si istæ erant Legatariæ principaliter , in istis requisita fuisset eadem Civilitas , ita, & taliter quod juxtà contrarium sensum sequeretur , quod Filiæ alibi natæ ex Patre Romano , & postea in Urbem translatæ , consequerentur Legatum ; Illud verò non consequerentur natæ in Urbe ex Patre Romano , sed in Urbe non natæ, quod esset apertum absurdum , omninò vitandum ex adductis in *dec. 80. n. 3. cor. Dunoz. jun.* [54]

Minus idem objectum relevaret in Jure , etiam si per falsam hypothesim expressio illa masculina : *purche fiano Romani* , non esset erronea , prout certè talis esse videtur ex supra animadversis ; Adhuc enim numquam concluderet , quod sit referenda ad Patres , quando magis proximè cohæret alteri expressioni masculinæ ipsorum Filiorum ibi: *di Avvocati Romani poveri , O per mancanza di Averi , O per numero de Figliuoli, purche fiano Romani di Patria* , Ergo hoc adjectivum masculinum *fiano Romani* numquam refertur ad Patres, magis remotè nominatos , quando magis congruè referri potest , ac debet ad Filios , quibus immediatè cohæret , quia relatio semper facienda est ad proxima, potiùs quam ad remota , juxta *Text. in l. Si idem ff. de Jurisdict. omn. Judic. Honded. cons. 40. num. 35. & seqq. Peregr. de Fideicom. art. 16. n. 107. Rot. decis. 124. n. 13. coram Priol. & in rec. dec. 637. n. 8. p. 19. rec.* [55]

Et

Et hoc modo salvatur rectus sensus Orationis, dum appellatione Filiorum, tam masculi, quàm foeminæ comprehenduntur, & sic requisitum Civilitatis de Patria, expressum in masculino congruè verificatur Filiabus sub nomine filiorum expressis, Barbos. *appellat. 99. num. 49. & seqq. Rot. decis. 285. num. 5. part. 14. & recent. & in Tusculana fideicom. 14. Junii 1725. §. Generalis coram Eminent. Falconerio* impressa apud *modernum D. Advocatum Frediani differt. forens. 2. n. 42.* ibi. *Absolutum esse in Jure, quod sub nomine Filiorum veniant, tam masculi, quàm in feminæ.* (56)

Præter verba, assistit etiam mens Testatoris, origine Florentini, dùm natus quidam fuit in Urbe, sed ex Patre Florentino, qui numquam somniavit concurrere debere in Patribus requisitum Civilitatis ex Patria, sed solùm illud adjecit Filiabus Ratio enim vocandi Filias Advocatorum Romanorum fuit affectio erga illam Professionem Advocationis in Urbe, quam Testator exercebat, & sic consideravit Advocatos Romanos, tamquam Professores in Urbe, & Cives Romanos de Jure, propter Domicilium, numquam verò cogitavit loqui de Advocatis Romanis ex Patria, ex materiali nativitate, in quo sensu non adamasset, neque prædilexisset professionem Advocati Romani, sed, ea non considerata, simplicem originem, & materialem nativitatem in Urbe, benè *Paris. cons. 12. n. 14. lib. 3.* (57)

Accedit ad hæc etiam manifesta discretiva, dùm in tertio genere Puellarum, vocato in defectum illarum, ex Advocatis Romanis natarum, quando voluit exprimere qualitatem Romanam, etiam in Patribus id literaliter, & modo distincto specificavit ibi. *Voglio; che si restringhino a Zitelle, effettivamente nate in Roma di legitimo matrimonio di Padre, e Madre effettivamente Romani,* ut considerando dictam dictionem *effective* observat *Rot. dec. 42. n. 19. apud Scarfanton. ad Ceccoper,* ibi. *Ejus Mater effectivè erat de Terra Mondulphi,* & habemus in hac parte *Textum literalem in leg. Sint certo §. Si duobus ff. Commod.* ibi. *Pro parte quidem effectu me usum habere,* ubi *Gloss. verb. Effectu* ait. *Effectu quasi dicat ipsa necessitate,* cum aliis concordantibus, sequutis à *Calvin. in Lexic. Jur. verb. Effectu* ibi. *Effecta in Libris nostris significat facto ipso, re ipsa, vi ipsa.* (58)

Unde sicut in hac parte, ubi voluit, Testator scivit exprimere qualitatem Romanam in Filiabus simul, & Patribus, dicendo *di Padre, e Madre effettivamente Romani.* Ita quoties respectu Filiarum Advocatorum Romanorum specialiter ita non specificavit de Patribus, sed contentus fuit, quod essent Advocati Romani, non censetur in istis requisivisse Civilitatem hanc originariam, juxta argumentum discretivæ, quod in Jure validissimum reputatur ad *Textum in leg. unica, §. Sin autem ad deficientis Cod. de Caduc. tollen.* & observat *Card. de Luc. de legat. disc. 45. num. 5.* ubi quod hoc est axioma quotidianum affirmavit *Rot. cor. Ansald. dec. 71. num. 16. & 17.* ibi. *Quando non haberemus verba, luce meridiana clariora, superabundaret vulgata regula, desumpta à diverso modo exprimendi, & coram Card. Caprar. decis. 687. num. 16.* ibi. *Quæ discretiva loquutio arguit diversam Testatoris voluntatem in uno casu, ac in alio, & apud Card. de Luc. lib. 10. de Fideicom. dec. 70. n. 12.* ibi. *Illatio à discretivis in ultimis voluntatibus est præpotentis efficaciæ.* (59)

Verùm etiam si per erroneum suppositum figurare vellemus, quod Testator dixisset quidquid non dixit, quod scilicet denominatio Patriæ respiceret illam Patrum, non autem Filiarum, adhuc duplex, & æquè stringens occurrit responsio ad omne dubium in hac parte eliminandum; Prima, quod ex tali expressione solùm habetur exclusio Civilitatis Romanæ *per privilegium.* Ergo non adest exclusio Civilitatis, *de Jure* acquisitæ ex Domicilio, & Incolatu, ut hic substantiato spatio 50. annorum, una cum Uxore, & Filiis, & substantia Bonorum, & una cum alia circumstantia, quod in Romano Sapientiæ Archigymnasio ab annis 30. sum publicus Lector, & hodiè Sacrorum Canonum primarius Professor, ut in specie, quod Doctor de Universitate sit verus Civis originarius *Felin. in cap. Rodulphus num. 14. de Rescript.* ibi. (60)

Fit Civis originarius ille, qui est de Collegio Doctorum, & ita vidi servari in pluribus Doctoribus, & in &c. Capon. discept. 161. num. 14. & seqq. Ricc. collectan. 269. ibi. *Doctor actu legens, illius Civitatis, in qua legit,* Et de Beneficiato, quod fiat verus Civis illius Loci, in quo Beneficium residentiale obtinet, cumulatis concordantibus, observat *Pignatell. consult. 1. num. 3. in fin. tom. 7. & Lotter. de Re Beneficiar. lib. 1. q. 25. n. 68. & seqq.* & firmavit *Rot. dec. 548. num. 4. coram Coccin. & dec. 73. num. 8. cor. Cerr. & in d. dec. 42. num. 16. apud Scarfanton. ad Ceccoper.* (61)

Et in præcisis terminis nostri casus, post multos concordantes quos referunt, & sequuntur *Dian. in Oper. coord. tom. 6. tract. octavo, resol. 45. num. 5.* ibi. *Nota quintò Legatum, factum Naturalibus v. g. Panormi posse dare iis, qui ibi habitarunt per decennium; licet aliundè sint oriundi Capon. discept. 116. num. 25.* ibi. *Intrans quæ dicunt Doctores, quod Legatum, relictum Naturalibus, & Civibus Neapolitanis, poterit applicari illis, qui aliundè venientes Neapoli habent habitationem, cum animo perpetuò permanendi, vel si tali animo non constet, sufficit si habitaverit Neapoli per decennium &c. & Amostaz de Caus. piis lib. quarto, cap. 6. num. 58.* ibi. *Quando Puellæ naturales alicujus Oppidi ad similia Legata vocantur, non solum illius Oriundæ admittendæ sunt, sed etiam illæ, quæ per decennium ibidem Domicilium habuerint, licèt aliundè originem traxerint, dum tamen habeant animum ibidem commorandi, nam habitatio decennalis cum animo ibidem commorandi facit quemque naturalem,* & disputata ad partes quæstione, pro veritate consultus ita respondit doctissimus *Sanch. cons. moral. lib. 3. cap. 19. per totum fol. mihi 69.* ubi sequenti quæsito. *An legatum factum Naturalibus alicujus Oppidi, possit dari iis, qui ibi habitarunt decennio, licèt aliunde sint oriundæ,* affirmativè respondit, ea adducta ratione, *quia habitatio decennalis facit aliquam naturalem &c. Item, quia per talem habitationem acquiritur domicilium habitationis, & nomine Originarii, etiam in materia stricta intelligimus eum, qui habet domicilium habitationis,* ibique pariter testatur, ita ab ipso requisitum pro conscientia, & veritate respondisse doctum Juris Consultum.

Estque in hac parte æquè magistralis, ac punctualis decisio Rotæ apud *Scarfanton. ad Ceccoper. la 42. à num. 56.* ibi. *Secundus est casus respectu illius Civilitatis, quam quis nanciscitur ex Domicilio; Ubi enim qui verè Penates suos transtulerit ad aliquam Civitatem, seù Locum, cum successiva habitatione ultra decennium, & supportatione onerum Civicorum, is in abstracto dicitur verè Civis, ut tradunt Bertrand. cons. 103. num. 21. & seqq. lib. 2. part. 2. Surd. cons. 471. num. 47. Clarl. controv. 10. num. 140. Paitell. Jun. adnotat. 97. num. vigesimo tertio Oter de Pascuis cap. quarto, num. undecimo Card. de Luc. de Success. disc. 20. num. quarto Rot. dec. 137. num. 5. & seqq. part. 5. rec. Adeò ut acquisita hac Civilitate, quæ pendet ab animo, procedatur cum iisdem regulis, cum quibus ambulatur in propriissima, vera, & naturali Civilitate, ratione nativitatis in aliquo Loco.*

Quod est adeò verum, ut sit *principium incontrastabile,* sunt verba ejusdem *Ansald. de Commerc. & mercatur. discurs. decimo, num. septimo, & octavo, che per rendere a Chi, che sia la vera qualità di vero Cittadino, non meno si considera l'origine, che il Domicilio, ad Textum &c. Ed è tanto vero, che per ragione del Domicilio si acquisti una perfetta Cittadinanza, che dove in qualunque modo si faccia menzione ex. gr. de Veneziani, Fiorentini, o Genovesi, ciò non s'intende adattarsi a quelli dell'origine, se non vi anno congionto il Domicilio. Ma all'incontro conviene solo a quelli, che vi anno il Domicilio, se non l'origine,* ibique citat innumeros concordantes, quibus addo alios, sequutos à *Capyc. Galeot. lib. 2. contr. 17. num. 15.* ibi. *Mentio de Venetis, & Florentini in dubio referri debet ad habentes ibi Domicilium dumtaxat.* (64)

Fortius concurrente amplissima Gratia mihi concessa ab Innocent. XII. in cujus Conclavi fui Dapifer Cardinalis Nigroni, ut recognosci potest ex Bullariolo ejusdem Innoc. XII. *constit. prima n. 2.* ibi. *Veros Cives &c. & nulla prorsus differentia inter eos & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos, & nobiles*

los participantes Cives ipsius Urbis &c. & pro veris, indubitatis, & non fictis Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus; Eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, & Literis, tam gratiam, quàm justitiam separatim, seu utrumque mixtim concernentes, se Cives, & Originarios nominari &c. & & Originarii antiquissimi Cives ejusdem &c. quicumque ex utroque Parente verè Nobili, ac Civi originario, & antiquissimi procreati; de Jure, statuto, consuetudine, vel aliàs ex aliquo speciali privilegio, seu aliàs &c. utantur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique Locorum in Judicio, & extra &c. uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter, & integrè in omnibus, & per omnia etiamsi in Urbe &c. non habitaverint, perinde ac si de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, & jura, quæ, pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seù emanarent, & eis naturaliter, de Jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliàs cōpeterent, vigore præsentium indulgemus &c.

Nisi enim adversus omnia principis in Urbe, & in faciem Summi Pontificis, in controversiam adduci
66 velit illius maxima authoritas, dicendum utique est, mediante hujusmodi amplissima Gratia, me, frui, & gaudere omnibus illis qualitatibus, quibus fruuntur, & gaudent ii, qui naturaliter Patria, & effectivè Romani sunt *Rot. dec. 545. n. 10. cor. Pamphil.* loquens de gratia Civilitatis, concessa à Duce Urbini.

Quarum Gratiarum me fuisse, & esse capacem, & potiri, & frui posse, & debere solemniter declararunt tres Eminentissimi, & Reverendissimi DD. Cardinales, tunc temporis Capita Ordinum, sequentibus verbis. *Visis videndis, & consideratis considerandis, D. Dominicum Ursayam &c. judicamus, & declaramus esse dignum nobilitate, titulo, honore &c. nec non civilitate, nobilitateque Urbis Romæ, quam ipse petiit, omnibusque aliis, & singulis Gratiis &c. in supradicto Motu proprio latius contentis, & expressis &c.*

Observando hìc, quod hæc verè amplissima Gratia non fuit à Me hodiè procurata ad effectum habilitandi proprias Filias ad beneficium Educandarum, de
68 quo est quæstio, & cui gratiæ, seù simplici Privilegio, quod facilitate maxima obtineri potest, occurrere voluit noster Testator, sed in illius pacifica, & inoegabili possessione omnium contentorum in eadem Gratia innegabiliter reperior ab annis triginta sex, & propterea eò magis illa ad nostrum effectum attendenda est, ex punctualiter animadversis per *Card. de Luca de Præemin. disc. decimo tertio, num. 31.* ibi. *Optima, sinceraque fide &c. constitutus erat in ea qualitate, jam impressa de tempore superventæ Dignitatis, adhibendo eosdem terminos &c. de Civitate, aliquem Forensem alliciente in Civem, quoniam si id principaliter agat, Officii vacatione sequuta, seù imminente &c. tunc rectè dicendum est, id fieri non posse, sed si &c. rationabiliter, & sincere &c Forenses alliciat ad inibi habitandum, eos in tempore non suspecto generaliter, & indefinitè Civilitate decorando, tunc si post hujusmodi Civilitatem, jam contractam, contingat agi de Officiis, & prærogativis, debitis potiùs Civibus illius Civitatis &c. non videtur dubitandum, hujusmodi qualitatem sufficere, & discurs. 37. num. decimo:* ibi. *Considerandum esse magnam differentiam inter casum, in quo disputetur, an per aliquem incolatum in Loco, à quo deinde discedat, contractum diceretur, nec ne Domicilium &c. ad effectum ut non imprimeretur, seu non acquireretur, & casum, in quo, dicta Civilitate sine dubio jam legitimè impressa, & acquisita, ageretur de illius amissione, cùm hoc secundo casu importare dicatur pœnam, quæ inesse dicitur, ubi resultat amissio Juris, jam quæsiti, & competentis.*

Nec dicatur, quod hujusmodi amplissima Gratia mihi concessa, non habeat locum in præsenti,
69 ex clara voluntate nostri Testatoris, excludentis civilitatem, ex privilegio acquisitam.

Dupliciter enim respondemus; Primò, quod Testator non exclusit civilitatem, acquisitam juxta regulas Juris communis, qualis est illa, quæ mihi competit, & tamquam publico Lectori in Romanæ Sapientiæ Archigymnasio ab annis triginta, ex uti 70 habitanti in Urbe per annos quinquaginta, quæ ex supra citatis ad nostrum effectum, non solùm superabundat, sed omnem omnino difficultatem tollit, ex admissis etiam per Authorem contrarii Memorialis, qui ultrò concedit, quod dicuntur *con tutta proprietà di vocabolo effettivamente Romani, quelli, che vi anno contratto domicilio.*

Secundò eidem objectu punctualissimè occurrit *Rot. in dict. decis. 42. num. vigesimo nono apud Scarfaton. ad Ceccoper.* ubi observat, contrarium procedere in illis privilegiis civilitatis, quæ conceduntur à Civitati- 71 bus Subditis, nullo autem modo applicari Civilitati, concessæ per Summum Pontificem, aliosque supremos Principes, Superiorem non recognoscentes, juxta Illius aurea verba, quæ sunt sequentia. *Exemplum familiare habemus in Privilegio Conclavistarum; Cùm enim hujusmodi Privilegium concedi soleat per Summum Pontificem, noviter electum, ex rationabilissima causa laborum vigiliarum, aliorumque onerum, quæ supportant Conclavistæ, inservientes S. R. E. Cardinalibus, in tam grandi negotio electionis supremi Antistitis Ecclesiæ universalis occupatis, & inter arctos limites ipsius Conclavis interclusis, atque insimul interclusis, atque insimul intercedant clausulæ pregnantissimæ, quod Conclavistæ valeant eligere quem maluerint Locum, seù Civitatem totius Status Ecclesiastici, comprehensa etiam ipsa Urbe, aliarum Regina, pro nanciscenda omnimoda Civilitate Civitatis præelectæ, itaut gaudeant imposterum omnibus Privilegiis, veris Civis competentibus, sine ulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos, etiam nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, quemadmodum sonant verba hujusmodi Indulti, nefas est dubitare de infusione originalitatis, & perfectæ Civilitatis, ut fuit admissum in Ferrarien. &c.*

Subjungentes, quod etiam in illis Privilegiis, quæ per aliquam Communitatem subditam conceduntur, si à Principe approbantur cum clausulis amplissimis, adhuc taliter Privilegiatus gaudet omnibus 72 Indultis, veris, & originariis Civibus competentibus, juxta firmata per *Rot. in dec. 333. n. 5. coram Roias* ibi. *Ex hoc dici non potest, quod deroget veris Civilitatibus à Principe vel à Magistratu, sufficientem authoritatem habente, concessis, per quas propriè efficitur Civis; & in d. dec. 42. n. 28. apud Scarfanton. ad Ceccoper* ibi. *Civis, per Communitatem allectus, non dicitur Civis originarius, aut oriundus, sive proprius, & naturalis, & ideirco non gaudet, nisi impropriè favoribus, à lege, vel à Principe concessis veris, & originariis Civibus &c. Nisi Princeps clausulas tales adiiciat in suo privilegio, per quod voluerit, Civem, à se aggregatum & allectum huic, vel illi Communitati gaudere, ac si foret propriè originarius, uti limitant Bartolus &c.*

Secunda responsio desumitur ex legali intelligentia, & significatione d. verbi Patria: *Duplex enim est Patria* (sunt verba *Cujac. in leg. Omnes Populi in fin. ff. de Just. & Jur.* duplata *in tit. Cod. de Testament. & quemadmod. Testament. aperiant. lit. C. fol. 53. juxta impres. Parisiensem*) *una originis, altera domicilii & in tit. 23. Cod. ad materiam de Testam. fol. 738. lit. C. juxta dictam impressionem Parisien. anni 1658.* ibi. *Ambiguum est nomen Patriæ, nam alia est Patria originis alia domicilii*, & concordant *Just. Lips. lib. 2. de Constitut. cap. 10.* ibi. *Patria est, quæ Nos excepit, fovit, aluit*, sequutus *in Polyanth. verb. Patria fol. mihi 1001. Stephan. in Thesaur. Marci Tullii Ciceron. lit. P. fol. 1046.* ibi: *Patriam dicimus eam, ubi nati, & illam, qua excepti sumus, Auson. in Libr.* cui titulus, *Exilium non esse malum fol. 37.* ibi: *Non putes, te revera exulare à Patria, si migres inde, ubi natus es, & ubi enutritus es, Samuel. Pitiscus in Lexic. antiq. Romanar. verb. Patria fol. 44. to. 3.* ibi. *Patria duplex est, una originis, alia domicilii. Prateius Lexic. Jur. verb. Patria* ibi. *Duplex constituitur Patria, una originis, alia domicilii;*

lii , vel triplex , originis , quam germanam vocat Tullius aau ; Alia domicilii ; Alia communis , at Roma , Calvin. pariter in Lexicon Juridic. Jur. Cæsar. & Canon. lib. 1. fol. mihi 678. ibi : *Patria duplex est , una originis , altera domicilii .*

Unde *Cicer. de Legib. lib. 2.* sic ait *Ego ; & Catoni , &* 74 *omnibus Municipibus duas esse censeo Patrias , unam naturæ , alteram Civitatis , ut ille Cato , cùm esset Tusculi natus , in Populi Romani Civitatem susceptus est ; Itaque cùm ortu Tusculanus esset , Civitate Romanus , habuit alteram Loci Patriam , alteram Juris .*

Imo Authores iiii , quorum verba referuntur in *Polyanthæa novissimarum novissima* , impressa Venetiis anno 16aa. *verb. Patria* observant , Christo Domino tres attribui Patrias , ibi : *Patria tres Christo tribauntur ab Evangelistis , Nazareth educationis Matth. 13.* 75 *54. Marc. 6. primo ; Bethlem ortus , Matth. 2. 4. & Capharneum Incolatus , Luc. 10. 15. Matth. 13. 58.* ibi : *Non est Propheta sine honore , nisi in Patria sua , & Marc. 6. primo* ibi : *Et egressus inde abiit in Patriam suam , & num. 4.* ibi : *Quia non est Propheta sine honore , nisi in Patria sua* , & concordat *Card. Baron. anno Christi 31. num. 56.* ubi Capharneum appellat Patriam & Civitatem Jesu Christi D. Nostri .

Atque habemus in hac parte clarum *Textum in leg. Nulli Cod. de Offic. Rector. Provinc.* cujus verba sunt hæc 1 *Nulli Patriæ suæ administratio , sine speciali permissu Principis permittatur .* Ex quo Textu uno ore observant ibidem *Repetentes* , à dispositione ejusdem 76 Textus ab Officiis , & Magistratibus Civitatis æqualiter excludi Originarios , ac Domiciliarios , & concordant *Molegnan. altercat. 47. num. vigesima prima , & de Angel. de Official. Baron. cap. 65. num. 1. & seqq.* Quod dici nullatenus posset , si nomine Patriæ sola originis Civitas intelligeretur .

Habemus pariter hoc solemnissimè decisum à quinque insignibus Jurisconsultis , & famosis Judicibus 77 Neapolitanæ Civitatis , teste *Capyc. Latr. consult. 128. per tot. tom. 2.* Cùm enim in eadem Civitate admitti non possent ad illius Sedilia , nisi Equites & Personæ nobiles , Patria Neapolitanæ , velletque ad Sedile Nidi adscribi una ex principalioribus , & nobilioribus Familiis ejusdem Civitatis , quæ duplicem habebat Patriam , originis nimirum unam , seù nativitatis ex Civitate Amalphitana , domicilii verò , seù Incolatus alteram in dicta Civitate Neapolitana , concordi Voto omnium Judicum , & effectu punctualiter sub- 78 sequuto , resolutum fuit , admittendam esse ad idem Sedile , ea adducta ratione *num. 17. Quia potest quis habere plures Patrias , alteram originis , alteram verò Incolatus , & n. 31.* ibi : *Ratio est , quia quis potest habere duas Patrias , unam originis , alteram Incolatus ,* & ibi: *Obtinuerunt prædicti Marius , & Julius &c. per quinque Judices à Sua Majestate deputatos .*

Quibus stantibus cum omni sermonis proprietate Ego uti possum verbis illis probati Curialis , extra 79 Urbem quidem nati , sed in illa ab infantia educati , *in Epistola ad Lectorem tom. primo Bagnæ Quaresimæ in Thesaur. quotidian. quæst. secunda in Urbe impress. anno 1724.* nempe : *Mihi binæ sunt Patriæ , prima nativitatis &c. Secunda verò educationis à primis unguiculis , Roma &c.*

Quod autem in nostris terminis nomen Patriæ su- 80 mendum sit pro Patria incolatus, & domicilii , non autem originis, ex duplici capite evidenter desumitur .

Primò ex eo , quod Testator expressè declaravit animum suum , unicè excludere à beneficio Legati Educandarum Patriam ex Privilegio ibi , *Romani di Patria , e non per privilegio* , ex supra animadversis ; Cùmque esset in utroque Jure peritus , & in Urbe Advocatus , perfectè sciebat , Advocatum, Patria Romanum, significare, tam natum in Urbe , quàm in eadem habentem Domicilium ; Et propterea ab exclusione Patriæ , ex Privilegio acquisitæ , quæ legitur in ejus Testamento , non solùm numquam inferri potest ex- 81 clusio Patriæ ex Domicilio , & Incolatu ; Sed potiùs ita disponendo firmavit regulam in contrarium , ad *Textum in leg. Quæsitum §. Denique ff. de Feud. Instruct.* cum notissimis ; Aliàs si pro Romano Patria intellexisset Romanum sola origine , & nativitate , excepisset etiam Romanos ex Domicilio , sicut excepit illos ex privilegio , ut patet Consideranti .

Secundo , quia sumus in terminis interpretationis verbi *Patriæ* , contenti in Testamento , in quo omnis interpretatio sumenda est pro Patria Incolatus , non 82 autem originis , & nativitatis , ut , disputata ad Partes quæstione , probat *eruditissimus Cujacius in leg. Omnes Populi in fine ff. de Just. & Jur. seu tom. 4. par. 1. fol. 51.* ibi . *Duplex est Patria , una originis , altera domicilii . Imo est triplex , una originis , quam Tullius germanam vocat , alia domicilii , aut incolatus , alia communis , ut Roma ; Cujus ergo Patriæ in Testamento jus , aut morem sequemur ? Et dicam domicilii potiùs quàm originis Patriam spectari , & tom. 5. ad titul. Cod. de Testam. fol. 738. lit. Cod. juxta impressionem Parisiensem anni 1658.* ibi . *Alia est Patria originis , alia domicilii , quam Patriam spectabo ? Et quamvis magis propriè Patria nobis sit ea , unde orti sumus , quasi deducto nomine à Patre &c. Tamen æquius est , in Testamentis spectare eam Patriam , in qua domicilio posito, factaq; constitutione rerum nostrarum, diem obire decernimus .*

Et ex his patet responsio authoritatibus *Gonzal. ad Regul. octava Cancell. gloss. 9. §. primo , num. decimo , Murg. de Benefic. quæst. tertia , sect. octava , num. 891. & Card. de Luc. de Præhemin. disc. 36. num. 10.* 83 loquentium ad effectum collationis Beneficiorum Ecclesiasticorum vigore alicujus particularis Sanctionis , vel Statuti , non autem pro interpretatione ejusdem verbi *Patria* , vel appositi in Testamentis vel contradistincti à sola Patria per privilegium .

Quibus non adversatur reflexio , quod in meis Operibus ; non me denominaverim Romanum , sed à Bosco . Nullus Diœcesis in Provincia Salernitana . Objecto enim punctualissimè occurrit *Rot.* innume- 84 ris adductis concordantibus *in decis. 42. num. 55. apud Scarfaton. ad Ceccoper* sequentibus verbis . *Minimè repugnat , quemplam habere posse duplicem , & quadruplicem Civilitatem , videlicet in una Civitate per allectionem , in altera per nativitatem , in altera per originem , in altera per domicilium , & sic de singulis & dec. 94. n. 22. apud Constantin. ad Stat. Urb.* ibi , *Quibus non obstat &c. sic etiam , quod appellaverit se Nobilem Januensem , non excludit ; quin voluerit etiam acquirere domicilium in Urbe , ut in terminis dixit &c. & decis. 137. num. 12. part. quinta rec. ibi . Nec etiam nocet , quod Rotulus pluries protestatus fuerit , se esse Bergomensem , & velle mori Bergomensem &c. Quia stant simul , ut quis velit esse Bergomensis , & retinere originem Patriæ , & nihilominus voluerit contrahere Incolatum , cùm quis possit pluribus in Locis sortiri Domicilium , & in uno Loco retinere originem , & in alio acquirere Incolatum* , confirmata *in decis. 341. num. 6. eadem part. quinta rec.* ibi . *Enunciativa Loci originis non tollit , quin idem potuerit Civilitatem in alia Civitate contrahere , & decis. 459. num. 17. par. 19.* ibi . *Dicebant DD. non esse incongruum , quod quis retineat duplicem Civilitatem , originalem scilicet , & acquisitam , & ex utraque privilegia assequatur , tamquam Civis in utroque Loco , ut tradit &c.* & concordant adductis per *Gob. consult. 116. n. 90.*

Videntur hæc superabundare ad nostrum effectum , & tamen pro faciliori illorum admissione supplicamus observare .

Primò , quod agitur de Advocato re , & nomine tali , qui non minus , quàm per spatium annorum quadraginta completorum Advocati Professionem in Urbe exercui , & in obsequium , & venerationem Oraculorum Sac. Congregationum pluries meum Vo- 86 tum pro veritate aperui circa articulos, nimis intricatos , ut videre est *in tom. primo Disceptat. Ecclesiast. part. prima discept. 5. & par. 2. discept. prima , & eadem part. prima discept. 2. & tom. 2. par. prima discept. 24. & part. secunda , discept. 25. & tom. tertio part. secunda discept. 24. & eadem par. discept. 25. & tom. 4. part. tertia discept. prima , & tom. quinto , par. 1. discept. 4. & eadem par. 1. discept. 8. & par. 2. discept. 21. & tom. 6. par. 1. discept. penultima .*

Ultra alias similes Scripturas , de mandato Sacrarum Congregationum per me compositas , quæ non reperiuntur impressæ in meis Operibus inter quas, dum

hæc imprimuntur, ex novissimo mandato hujus Sac. Congregationis de mense Julii proximè preteriti 1727. calamum apto pro Causa *Venafrana Matrimonii*, idque contra Medicorum consilium, sequendo *Gloss. in auth. ut Judices sine quoquo suffragio in princ. lit. X. verb. Utentis* ibi: *Sed ego malè servo*, ut ipsemet testatus sui *in Institut. criminal. lib. 2. cap. 8. num. 107. & seq.* **87** Ita ut cum sermonis proprietate de me verificentur ea, quæ de alio meo Concive scripta reliquit *P. Comand. in Vita Card. de Lauræa fol. 43.* his verbis, *Tot, tantaque scripsit, & edidit, ut verè se probaverit hominem, de quo in Job enunciatur, Homo nascitur ad laborem.*

Secundò, quod non solùm eram cognitus, sed intimus Amicus Testatoris, Litemque circa Mandatariatus Curiæ Capitolinæ acriter, & alacriter defendi, & sustinui, requisitus in voce, & in scriptis ab eodem Testatore, ut est notorium multis ex Operariis Congregationis Divinæ Pietatis, & recognosci potest ex viginti tribus Billectis, mihi scriptis à Testatore, quæ originaliter conservo, ultra innumeros alios Congressus, cum eodem pio Testatore habitos occasione diversarum inspectionum circa eosdem Mandatariatus; Imò in uno ex eisdem Billectis, dato in Summario scripto die 4. Decembris 1724. & sic paucis diebus ante Testamentum, conditum die 6. Decembris **88** ejusdem anni 1724. hæc leguntur. *La compagnia di V. S. Illustrissima è sempre considerabile, e proficua per chi ha l'onore di riceverla, nel presente caso però, oltre ciò, Masetti suo obligatissimo Servitore (se li vantaggi di V. S. Illustrissima, che ardentemente desidera al par de proprj non lo fan travedere) si lusinga poter essere anco giovevole alle di lei convenienze.*

Et propterea, sicuti, si esset vivus Testator in concursu Puellarum tertiæ classis, eidem prorsus incognitarum, absque dubio prælationem daret meis Fi-**89**liabus sui Amici, ita idem faciendum est à suis Hæredibus, *Textus est literalis in leg. Cum Servus propè fin. ff. de Condit. & Demonstrat.* ibi: *Nam quod ipse vivens facturus esset, ab Hæredibus suis fieri jussisse intelligitur*, cum Concordantibus, sequutis à *Valasc. de Privil. Miserab. Personæ q. 62. per totam, & Rub. de Testament. cap. 75. num. primo, & seqq.* & firmavit *Rot. coram Arguel. decis. decimoquarto, num. 38.* ibi: *Illud videtur dispositum, & mandatum per Testatorem, quod verisimiliter responderet interrogatus, ex singulari doctrina DD. &c. & coram Emer. jun. decis. 1137. num. quinto*, ibi: *Hæres tenetur exequi, nedum id, quod Testator voluit: sive expressè, sive tacitè, verum etiam id, quod deinceps verisimiliter vellet, si viveret.*

Et in præcisis terminis nostri casus egregiè *Card. de Luc. de Dot. disc. 174. num. 3. versic. Et generaliter* ibi: *de Exequutore, obligato servare Testatoris voluntatem, non solum expressam, sed etiam taci-* **90** *tam, & verisimilem*, & meliùs *Rota coram Duran. decis. 98. num. quarto*, ibi: *Nedum esse contra æquitatem, sed etiam contra Testatoris voluntatem, qui si voluit præferri Puellas pauperes Diœcesis Mediolanen. & Comen. ei non notas, multò magis istas &c. quorum Pater fuit ei notus, & dilectus.*

Tertiò, quia hodie non est sermo, neque adest concursus cum Filiabus alterius Advocati, Patria originis Romani, secundo loco vocatis, sed cum Puellis civilibus, tertio, & ultimo loco invitatis à Testatore, & consequenter fieri debet transitus, & descensus, seu saltus ad tertiam classem, minùs dilectam, & Testatoris prorsus incognitam; In quibus terminis omnis interpretatio sumenda est favore Puellarum secundæ classis, magis dilectarum, & Testatori cognitarum, ex authoritatibus, supra adductis, quibus ad-**91**dimus alios, quos refert *Lar. de Anniverf. & Cappell. lib. 2. cap. 3. num. 48.* sequutus à *Fargn. de Jurepatr. tom. 2. fol. 188. n. 2.* ibi: *Si in Testamento fuerint priùs nominatæ Puellæ Pauperes nobiles, quàm ignobiles. Nam Puellæ nobiles, primo nominatæ censentur magis prædilectæ à Testatore.*

Quartò, quia non agitur de parvo, sed magno numero octo Filiorum viventium in concursu Puellarum **92** tertiæ classis, quarum una nullam habet Sororem, vel Fratrem, alia verò unicum dumtaxat Fratrem, & propterea ex hoc etiam motivo favore Principalium videtur inclinandum, ex innumeris illis Authoritatibus, quos referunt, & sequuntur *Ventrigl. in Prax. par. 2. adnot. 28. §. 2. num. primo, & Amostaz de Caus. piis lib. quarto, cap. quarto, num. 16. & 17.* & firmavit *Rot. in Faventina Beneficii 11. Februarii 1704. §. cum enim coram Mut.* & resolvit hæc Sac. Congregatio *in Imolen. Legati pii 27. Novembris 1717.* & egregiè *Cobell. ad bon. Regim. cap. 30. num. 88.* sequendo *Textum in leg. Spuriis §. final. ff. de Decurionib.* ibi: *Pater, habens plures Filios, præfertur habenti paucos*, & concordat per eadem numero verba *Roland. consil. 52. num. 12. lib. 2.*

Quintò, quod Mater Principalium est Patria originis effectivè Romana, quam circumstantiam ad nostrum effectum considerat *Rot. in decis. 42. nu. 19. apud Scarfant. ad Ceccoper.* ibi: *Ad tollendam hanc omnimo-* **93** *dam entraneitatem in Francisco, quæ ipsum repelleret à concursu, intercedebat, quod ejus Mater effectivè erat de Terra Mondulfi; Licèt enim origo materna ad dimetiendam veram originem parùm attendatur &c. adhuc ad finem expurgandi notam totalis extraneitatis, Civilitas, & naturalitas Matris sufficere valebat, cum æquo modo sortiantur natalia, imò magis certitudinaliter à Matre, quàm à Patre.*

Sexto tandem, aliis omissis, quòd fieri debet transitus à secunda tertiam classem Puellarum, à Testatore invitatarum; In quibus circumstantiis quatenùs etiam criticari posset aliquod ex Requisitis dd. Puellarum secundæ classis, potiùs benigna interpre-**94**tatione illud suppleri deberet, quàm permittendus transitus ad classem tertiam, & ultimam, minusque dilectam, & prorsùs incognitam Puellarum civilium, per ea, quæ notant adducti per *Carol. Anton. de Luc. de Lin. legal. lib. primo disc. 2. num. 5.* cum aliis citatis per *D. Piton. de Controvers. Patron. allegat. 68. num. 27.* ibi: *Concurrente uno de Linea, primò vocata, qui est laicus, & altero de Linea, per posteriùs vocata, qui est Clericus, quod Ordinarius teneatur clericare Laicum de Linea, primò vocata, illumque instituere, excluso Clerico actuali, de Linea subsidiariè vocata, & in Parerg. post tom. secundo discept. Eccles. num. 26.* ibi: *Fundator vocando priùs Agnatos, intellexit, quod illi haberent Beneficium priùs, quàm Cognati, & quidem omni modo possibili, qui dari potest, & stante hac voluntate debet dari dispensatio, ut ea effectuetur, & habeat locum vocatio generis prædilecti.*

Quibus stantibus, si prælatio concedenda esset Principalibus, etiam in terminis Juris communis, & etiàm si Lis esset cum Filiabus alterius Advocati, Pa-**95**tria Romani, qui tamen onere octo filiorum gravatus non esset, juxtà latè, & egregiè animadversa per *Capon. controv. 161. n. 32. & seqq.* Multò magis videtur admittenda cum meis Filiabus, non in concursu alterius Advocati, sed *di Zitelle civili, effettivamente nate in Roma di Padri, e Madri effettivamente Romani*, cujus qualitatis non adest angulus in Urbe, qui talibus Puellis non abundet.

Remanet tertium dubium, *A quo tempore debeatur dictum Subsidium*, quod videtur resolvendum à die 30. Januarii 1727. proximè præteriti, quando Principalibus postpositis, à Confratribus deventum fuit ad electionem Puellarum tertiæ classis; Quia à dicto tempore dicuntur electæ, & nominatæ ab ipso Testatore, juxta verba illa Testamenti, æquè clara, ac præceptiva: *In caso poi, non vi fossero miei Parenti &c. voglio, siano ad esso ammesse le Figliuole Romane di Avvocati Romani &c.* ex quibus verbis *Voglio, siano ammesse* illæ dicuntur à dicta die deficientiæ ejus Con-**96**sanguinearum, ab ipsomet Testatore nominatæ, neque erat in arbitrio, & voluntate Confratrum illas non elegere, egregiè *Card. de Luc. de Dot. disc. 174. nu. 3.* ubi sequentem, æquè stringentem, ac legalem adducit rationem: *Non potest Successor spernere sui Authoris præceptum &c. in præjudicium Vocatorum, qui eorum Jus directè, & immediatè metiri dicuntur ex vocatione ipsius Fundatoris, ob quam habito pro infecto contrario Exequutorum facto, debent ipsi dispositionis effectum obtinere.*

Habemus hoc quotidiè ad praxim redactum in terminis

nis Beneficiorum, ad quæ eligi debent aliqui de certo genere Personarum. Si enim, istis postpositis, ab hærede eligantur alii, illi, qui habent qualitatem, à Testatore requisitam, dicuntur electi ab ipsomet Testatore à die, qua injustè exclusi fuerunt, & oppositio, seù exclusio, injustè facta ab Hærede, habetur 96 pro electione, & nominatione, juxta firmata per *Rota in dec. 99. num. 3. cor. Pamphil.* ibi. *Cùm versemur in Beneficio debito, certò generi Personarum, postquam Christophorus probavit, se consanguineum Fundatoris &c. ex sola oppositione fuit ei Jus quæsitum &c. absque alia Patronorum præsentatione, cùm in hoc casu oppositio assimiletur præsentationi* quam sequitur *D. Piton. de Controv. Patron. alleg. 1. n. 4.* eas cum concordantibus, citatis *in Faventina Beneficii 12. Februarii 1704. §. Cùm enim, & in Cremonen. Beneficii 2. Maii 1718. §. Docuit coram Lancett.*

Nec dicatur quòd cùm dd. Puellis tertiæ classis fuerint ex adverso soluti termini decursi, & etiam alii de- 98 currendi, Confratres non videntur cogendi ad iteratam eorundem terminorum solutionem.

Quidquid enim sit de tali solutione in facto; Hoc unum certum est in Jure, quòd, cùm dd. Puellæ, ex supra animadversis, cum evidenti injustitia, & æqualibus nullitate, & attentato electæ, & admissæ fuerint, non debent Confratres commodum reportare ex 99 illorum irregularibus, & illegalibus operationibus, & Principales absque ulla propria culpa damnum sentire, juxta *Text. literales in cap. Sedes, & cap. Plerumque de Rescript. & in Leg. In fundo ff. de Rei vindicat. & in leg. Si Legatarius Cod. de Legat. & Rot. decis. 33. num. 203. cor. Peutinger.*

Quibus additur illa æquè stringens, ac legalis ratio, quod in conflictu claræ voluntatis Testatoris, in defectum ejus Consanguinearum præcipientis admittendas esse Filias Advocatorum Romanorum, *Voglio siano ammesse &c.* & voluntatis Confratrum, non simpliciter, & in omni casu, sed *non trovandosi ne pur di questa sorte* (hoc est Filiabus Advocatorum Romanorum) *li miei Eredi abbiano la facoltà di sceglierle*, eo ipso, quod reperiuntur Filiæ Advocatorum Romanorum, cessat omne principium facultatis eligendi Puellas ter- 100 tiæ classis, & consequenter cessare debent omnia ea, quæ in sequelam talis facultatis ab Hæredibus peracta fuerant, egregiè *Rot. dec. 1348. num. 18. coram Emer. jun.* & meliùs *Card. de Luc. de Dot.* loquens in puncto nostri casus *disc. 174. num. 3.* ibi: *Habito pro infecto contrario Exequutorum facto, ipsæ* (hoc est Filiæ Advocatorum Romanorum) *dispositionis effectum debeant obtinere.*

IN EADEM CAUSA.

PRætextus paupertatis non meretur tantam dotem, quanta ei gratis ex adverso datur; Ad quod demonstrandum observ. quod Advocatus Masettus, mediante Legato Educandarum, numquam somniavit velle succurrere calamitati, & miseriæ illarum Puellarum, quas in suo Testamento ad illud invitavit, sed prospicere unicè voluit congruæ temporaneæ permanentiæ trium classium Puellarum in statu Educandarum in uno ex Monasteriis Urbis, hoc est, vel suarum Consanguinearum, vel Filiarum Advocatorum 101 Romanorum, vel Puellarum civilium, quod manibus palpatur, tam ex fine legandi, quàm ex qualitatibus singularum Puellarum dictarum trium classium, quas in ejus Testamento vocavit, illas sigillatim ponderando.

Quoad in finem legandi, iste non fuit relinquere pauperibus, miserabilibusque Puellis competentem Dotem, vel Dotale Subsidium in Religione, vel in Sæculo, juxta innumeras illas verè pias dispositiones, 102 quas sigillatim enumerat *Abb. Piazz. in Libro, cui tit. Opere pie di Roma*, in cujus fine distinctè registravit omnia dd. Subsidia dotalia, quæ unita pro determinatis temporibus, & Festivitatibus quolibet anno ascendunt ad scut. 62175. divisa verò per menses sunt scut. 5181: 25. & subdivisa per dies sunt sc. 170:35.

Sed eisdem Puellis assignavit dumtaxat temporaneè illam menstruam quantitatem, quæ unicè necessaria est pro solo, & simplici victu Educandarum, nihil certi relinquendo pro expensis Vestium, aliarumque rerum, pro eisdem Educandis necessariarum, quæ non solent esse tenues, præcipuè in Urbe, experientia 103 teste, & id observante *Rot. in Antoniana Successionis 27. Februarii 1722. §. Et si aliquid coram R. P. D. Calcagnino.*

Igitur per necessarium antecedens supposuit pius Testator, quod Parentes dd. Puellarum constituti reperiantur in tali facultatum congruo statu, ut nedum possint facere dd. extraordinarias expensas, tempore permanentiæ Filiarum in Monasteriis, sed ulteriùs, ut post reditus earundem ad paternas Domos, juxta proprii Status conditionem, possint illas, vel in Religione Deo consecrare, vel in Sæculo congruè dota- 104 re, quod rigorosam paupertatem evidenter excludit, ut Consideranti manifestum est, & ad nostrum individualem effectum egregiè observant adducti per *Card. de Luc. de Decim. disc. 10. sub num. 6.* ibi. *Secus autem ubi agatur de illa specie Subventionis, ex qua provisio Personæ non resultet, sed necessaria sit ad certum effectum, quo sequuto, adhuc Persona provisione, bonorumque Subsidio indigeat, adeout nulla remaneant vestigia, seu reliquiæ Subsidii.*

Quo verò ad tres classes Puellarum, ab eodem Testatore successivè invitatarum; Illius Consanguineæ, primo loco vocatæ, licèt notoriè divites sint, adhuc literaliter invitatæ fuerunt ad dictum Legatum, & prælatio meritò eis data fuit in aliarum concursu, quamvis pauperum *per mancanza d'Averi.*

Respectu tertiæ speciei Puellarum civilium, ubi Testator illas vocavit, nullam mentionem fecit illarum paupertatis, sed omnia illarum Requisita, expressa in Notificatione sunt hæc. *A tutte le Zitelle Romane, Figlie di Padri, e Madri, Romani di condizione civile*, desumpta ex verbis illis Testamenti: *Zitelle effettivamente nate in Roma, di legitimo Matrimonio, di Padre, e Madre effettivamente Romani, e civili, esclusi sempre li Arteggiani, quantumque de più riguardevoli, li Cavalieri, ed altre Persone nobili, e titolate.* Inter quas experientia docet, adesse etiam Puellas miserrimas, quæ, si Testator habuisset intentionem faciendi legatum intuitu rigorosæ paupertatis, eò majorem merebantur compassionem in concursu dd. Puellarum, simpliciter civilium, quò, si considerentur illarum Parentes, isti fodere non valent, & mendicare erubescunt egregiè *Pasqualig. quæst. mor. censur. 3. q. 231. per totam.* Non sic autem respectu Filiarum *di Padri Romani di condizione civile*, quibus absque ullo dedecore multorum lucrosorum Officiorum permittitur exercitium, quæ sine proprii Status interversione exerceri non possunt *da Cavalieri, Titolati, e da altre Persone nobili.*

Si verò considerentur illorum Filiæ, quæ nullam aliam qualitatem habere debent, nisi di *Persone civili, effettivamente nate in Roma di Padre, e Madre effettivamente Romani* istæ serena fronte concurrere possunt, & singulis annis obtinere aliqua ex illis dotalibus Subsidiis, quæ usque ad dictam considerabilem summam 107 scut. 62175. quolibet anno distribuuntur in Urbe, ex supra animadversis. Imo aliqua ex dd. dotalibus Subsidiis (ut gratia exempli est illud Sanctissimæ Annunciatæ), dd. Puellis *di Padre, e Madre effettivamente Romani*, post aliquod breve tempus denegari non possunt.

Dignum proinde, & justum videtur, ut Puellæ, in Urbe natæ ex Parentibus Romanis dd. Subsidiis contentæ in summa diurnorum sc. 170: 35. non procurent sibi etiam appropriare dictum aliud Legatum Educandarum annuorum sc. 60. quod est unicum in Urbe & à Sæculis non est auditum, quodque pro quolibet anno consistit in miserabili tertia parte illorum Subsidiorum dotalium, quorum qualibet die capaces sunt Filiæ Personarum civilium, in Urbe natæ, illudque in executionem voluntatis Juris utriusque Periti, & Romani Advocati relinquere Filiabus *illorum, qui amore scientiæ exules facti, se ipsos exinaniunt*, sunt verba *auth. Habita Cod. Ne Fil. pro Patr.* Minusque illud confundere cum dicto Chaos Subsidiorum dotalium, ad quæ omnis generis Puellæ concurrere possunt; Ad

quam

quam confusionem evitandam noster pius Testator, cui per experimentalem notitiam non erant ignotæ facilitates illæ, quæ aliquando in similibus casibus practicantur, omnem quidem facultatem suis hæredibus attribuit circa tertiam speciem Puellarum ibi. *Li miei Eredi abbiano la facoltà di scegliervie*; Sed nullam omnino respectu secundæ classis, quas ipsemet nominavit ibi. *Voglio siano ad esso ammesse le Figliole Romane di Avvocati Romani*.

In qua parte dignentur EE. PP. observare, quod in ipsis initiis comprimenda est contraria prætensio, juxta celebre dictum *Cassiod. epist. 14. lib. 4.* Si enim in præsenti nostrum Legatum Educandarum confunditur cum dicto Chaos Subsidiorum dotalium, destinatorum pro omnis generis Puellis, actum erit in futurum de applicatione ejusdem pro Filiabus Advocatorum, quia numquam deerunt Puellæ, natæ in Urbe, quæ non 109 sint, vel esse possint miserabiliores Filiabus Advocatorum, quos Lex non permittit in tali paupertate vivere, ut illorum Filiæ æquiparari possint Puellis, capacibus dictorum Subsidiorum dotalium, juxta disposita *in auth. de Hæred. & Falcid. § fin. in fine*.

Remanent, secundo loco invitatæ, Filiæ Advocatorum Romanorum quorum Cœtum Seminarium Dignitatum vocat *Valent. in novell. de Postaland.* sequutus à *Cajac. de Popularib. action. lib. 4. Lotter. de Re benefic. in Apparat. num. 163. & Scannarol. de Visit. Carcerat.* 110 *fol. 90. num. 8.* Quasvè Testator, qui fuit ex illorum numero, numquam vidit in Urbe mendicare, vel minus civiliter, minusque honestè vivere; Omnes enim ex eorundem nobili Cœtu ad praxim reducere solent Consilium *illud Eccl. 2. 24. Ostendere Animæ suæ Bona de laboribus suis, de manu Dei est*.

Respectu quarum duos inter se diversos consideravit casus providus Testator, Primum, quod illorum Patres essent pauperes *per mancanza di Averi*; Secundum verò *per numero di Figliuoli*, quos casus non copulavit, neque univit, sed per duplicem illam alternativam O. penitus, penitus, penitusque distinxit, disjunxit, & separavit, ibi, *Poveri, O per mancanza di Averi, O per numero de Figliuoli*, ut considerando vim, virtutem, 111 & efficaciam d. alternativæ, & disjunctivæ dictionis seu O. seu Vel, post *Textum literalem in leg. 124. ff. de Verb. signif.* ibi: *Hæc verba: Ille, aut ille, non solum disjunctiva, sed etiam subdisjunctiva Orationis sunt*, observant *Barbos. de Diction. dict. 363. num. 11. Grat. eod. tract. dict. 179. num. 1.* ibi: *Secundum propriam suam significationem dictio ista non solet poni, nisi inter diversa &c. Nec exigit concursum omnium, sed contenta est altero de Requisitis, Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 48. num. 17.* ibi: *Ponderatis illis dictionibus*, Vel, Seu, *quæ de sui natura cadunt inter diversa, Biesm. tom. 5. Quotidinni quæst. cap. 115. par. 5. num. 24.* ibi: Vel *de sui natura disjunctiva est Rot. decis. 129. num. 25. part. 7. rec.* ibi: *Dictio* Vel *ponitur inter diversa*, & per eadem verba *coram Coccin. decis. 1849. num. 6. & coram Dunozjun. decis. 479. num. 3.* ibi: *Ponderando dictionem alternativam*, Vel, *cujus vis est, ut sufficiat, alteram partem esse veram, & in part. 15. decis. 288. num. 6.* ibi. *Talis dictio posita fuit inter diversa, prout poni solet de sui natura & decis. 130. num. 14. & decis. 303. num. 4. par. 17. rec.* ibi: *De sui natura diversitatem significat, & ponitur inter diversa*.

Supplicantes observare, quod hujusmodi textualis dispositio, & communis DD. sensus, circa vim, virtutem, nergiam, & efficaciam dictionis disjunctivæ, & alternativæ O. non est aliquid de apicibus Juris, sed est veritas, ipsismet Tyronibus in jure notissima; Unde multò magis dicendum est, notam fuisse Testatori, in multis Guberniis Status Ecclesiastici in munere Auditoris Prælatorum primæ classis nimis exercitati, ni- 112 miumque eruditi, & deinde à multis annis ante ejus obitum in Curia Advocati, & proinde esse interpretandam secundum Iuris intellectum, ex animadversis per *Sperell. decis. 113. num. 35.* ibi: *Juris Peritorum Testamenta non ex vulgarium, illiteratorumque hominum, sed ex Eruditorum usu, verborumque proprietate, interpretanda sunt*.

Dum igitur idem Testator, ultra Filias illorum Advocatorum, qui essent pauperes *per mancanza di Averi*, æqualiter, & eodem prorsus modo invitavit Filias aliorum, qui essent tales *per num. de Figliuoli*, idque per duplicem disjunctivam, seu alternativam dictionem O quæ ex modò animadversis ponitur inter diversa, & ex propria natura adversitatem significat, neque requirit utriusque partis alternativæ verifica- 113 tionem, sed sufficit, unam illius partem verificari, Patet evidenter, quod intentio Principalium non potest esse magis in Iure fundata, magisque uniformis voluntati Testatoris, dum eorum Pater gravatus reperitur adeò conspicuo numero octo Filiorum viventium.

Concludentes ex prædictis, quod paupertas in nostris terminis non est consideranda secundum generales Juris communis regulas, ut ex adverso prætenditur, sed juxta dictam præcisam, & claram voluntatem ejusdem Testatoris; qui illam in duas species distinxit, & subdistinxit, unam, ut ita dicam, per defectum, hoc est *per mancanza d' Averi*, aliam verò per abundantiam, *seu per numero de Figliuoli*; Quæ voluntas tan- 114 quam Lex servanda est, in terminis egregiè *Dion. in Oper. coordin. tom. 4. tract. 7. resol. 59. per tot.* ubi, postquam quatuor distinxit, & explicavit casus, in quo aliquis dicatur, vel sit pauper secundum Juris communis dispositionem: *Num. 4.* ita concludit; *Notandum verò est, quod omnia supra dicta, sunt admittenda quando aliter non constaret clarè, vel ex conjecturis de mente, & intentione Testatoris, nam tunc distributio facienda est inter illos, quos ipse in particulari voluit, & meliùs Rodriquez in Sum. tom. 2. cap. 156. num. 5.* ibi: *Lo quale se a da tener, salvo sido contrario constare por conjecturas de la voluntad del Testador, per quanto conforme el Derecho de las Gentes, y natural cada uno tiene libre volantad para disponer de sus cosas*.

Nec dicatur, quod Filiorum magnus numerus, quando est unitus cum maximis divitiis, non reddat Patrem pauperem, juxta exemplum quod solet ex adverso adduci alicujus Principis, divitiis abundantis.

Ultra quod enim dicta propositio intelligenda est cum grano salis, ad hoc scilicet, ut dictus Princeps non dicatur pauper in ordine ad Personas inferiores, non autem in suo statu, & respectu alterius æqualis Principis, magno numero Filiorum non gravati, quia per divisionem ejus Patrimonii in tot Personas, quot sunt ejus Filii, Filiæque non erit ampliùs æqualiter dives cum dicto alio Principe, qualis erat ante dictam divisionem sui Patrimonii; Et hoc modo discurrendum est de paupertate Hominum, non quod eis desint simpliciter necessaria, *quæ cuilibet homini Fortuna,* 116 *etiam irata, debet*, juxta dictum *Senec. lib. 2. epist. 14.* Sed, quod numerus Filiorum, etiam in Principibus, hoc operetur, ut cadant ab illo gradu, in quo, sine dicto magno numero Filiorum, conservarentur.

Constantissimè repetimus, quod nostra quæstio discutienda est in concretu casus testamentariæ Dispositionis Advocati Masetti, cui probè notæ erant dictæ Juris generales regulæ, & regulares propositiones, illisque non attentis, cubitalibus literis demandavit, Legati Educandarum esse capaces, nedum Filias Advocatorum, pauperum *per mancanza di Averi*, sed etiam *per numero de Figliuoli*, quod eidem, tam de jure na- 117 turali, quàm Gentium erat indubitanter permissum, ex authoritatibus, citatis supra.

Distinctio hæc duplicis paupertatis non est aliquid metaphysicum, vel inauditum in Jure, sed quotidie in praxi obvia est, illaque suos habet distinctus, & separatos fontes, effectusque diversos. Prima enim ex Bonorum deficientia fundatur in eo, quod quis non habeat congrua alimenta, pro se, suaque Familia necessaria pro tempore, quo vivit; Secunda verò innititur divisioni paterni Patrimonii, quæ operatur, ut etiam Personæ divites per Patrimonii divisionem in plures Filios ad nostrum effectum reputentur pauperes, ut in 118 punctualissimis terminis nostri casus pro veritate consultus, respondit *Juris nostri Illustrator* (sunt verba *Rot. in Callen. 7. Junii 1709. §. Etenim coram Reverendissimo Aldrovando*) nec non *ingeniorum Phoenix, nostræ ætatis prodigium, & Romani Ostri decus*, qualis vocatur *à Bosculo respons. 1. num. 29. tom. 2. apud Torr. de Primogenit. Itol. Card. de Luc. de Dot. disc. 174. num. 12.* ibi.

ibi. *Licèt istarum Puellarum Pater non esset pauper, attamen, attento ejus statu, & numero Filiorum, dici poterat pauper, sive quinque Filij masculis, & alii, procreandi dicendi venirent pauperes, ob divisionem Patrimonii in tot portiones, etiam sine hac diminutione pro dotatione fœminarum, multò magis ubi eam facere opus esset; atque ita ista materia regulanda videtur.*

Usquequò igitur exadverso non adducatur alter Doctor, qui dicat oppositum, cum omni legali fundamento dicere possumus, quod habemus in hac parte ad nostrum savorem casum legis, qualis reputatur Do- 519 ctor, in individuo loquens, & contradictorem non habens, ex adductis *in decis. 106. num. 7. part. 18. rec.* ibi. *Quando non extat, qui contra dicat, Doctoris decisio dicitur casus legis, & dec. 560. num. 3 eadem par. 18.* ibi *illius decisio, etiam sine lege, dicatur casus legis, donec alius adducatur, qui contradicat, & decis. 21. num. 9. par. 19. rec.* ibi: *Cum huc usque nemo alius allegetur Doctor, qui contradicat, eorum decisio dicitur casus legis.*

Quod si in nostro casu procedit vellet cum contrariis criticationibus, non solum confunderetur una cum alia specie paupertatis, à Testatore penitus divisa, prorsus distincta, & omnino separata, idque contra 520 ejus expressam mentem, & indubiam voluntatem; Sed quod magis est, videturque prorsus intolerabile, in nullo omnino casu posset habere locum illa, à Testatore qualificata, & distincta *per numero de Figliuoli*, quod palpabili evidentia ita demonstratur.

Pater ille, qui gravatus est numero multorum Filiorum, vel habet multa Bona, vel non; Inter duo hæc, uti contradictoria, non datur medium; Si non habet multa bona; Ergo est pauper ob deficientiam Bonorum, & non propter numerum Filiorum; Si habet multa bona. Ergo juxta contrariam prætensionem non est pauper; Et consequenter non unica syllaba, neque miserabile verbum, sed integræ duæ illæ cathegoricæ propositiones: *O per mancanza di Averi*, *O per numero de Figliuoli*, remanerent de vento, & ad ornatum Urbis, juxta lepidum dictum *Sperell. dec. 538. num. 47.* Nec non sine ulla prorsus operatione in essen- 521 tiali parte Testamenti; non alicujus Mulierculæ, vel Rustici, sed Juris utriusque Periti, & in Urbe Advocati, qui illud à prima usque ad ultimam syllabam proprio charactere scripsit; Fuisset enim plusquam satis dicere *Avvocati poveri*, ut patet Consideranti. Cujus veritatis æquè legalis, naturalis, atque stringentissima ratio, aureis his verbis, adducitur, *in leg. unic. §. Sin autem ad deficientis Cod. de Caduc. tollend. Sed varietatis non in occulto sit ratio, cùm ideò videatur Testator disjunctim hoc reliquisse, ut unusquisque suum onus, non alienum, agnoscat, nam, si contrarium volebat, nulla erat difficultas conjunctim ea disponere.* Ex contraria autem prætensione dictum sequeretur absurdum adeo grande, adeoque manifestè regulis Juris oppositum, ut nihil magis, nedum dici, sed neque etiam excogitari possit, eo quia *indubium est, nedum* 523 *verba verùm neque etiam syllabam debere remanere superfluam*, sunt verba *Rota in Perusina, seu Fulginaten. 14. Junii 1701. §. Quoniam coram clar. me. Card. Scotto*, & concordant alii, sequuti ab eadem *Rot. in dec. 202. num. 56. p. 7. & dec. 540. n. 9. & dec. 478. n. 6. par. 18., & dec. 75. n. 9. p. 19. rec.*

Licèt autem, ubi Testator, ut in præsenti verificatur, clarè fuit loquutus, opus non sit alia glossa, neque tempus terendum est ad indagandum *motivum ejus dispositionis, & an benè, vel malè disposuerit, & an rationabiliter, vel irrationabiliter Testamentum ordinaverit*, juxta verba *Card. de Luc. de Fideicom. disc. 5. n. 6* Attamen ad solius materiæ ornatum permissum Nobis sit, introspecta ejus verisimili mente, rationabilitatem suæ Dispositionis ostendere, quam non possumus meliùs aperire, nisi præmittendo plura, æquè in Urbe notoria, ac experientia continua comprobata.

Primum, quod Advocati in Urbe, ut plurimum, Uxores ducunt in matura ætate, & postquam per plures annos in legali Scientia se exercuerunt, & per multos alios annos illorum Professionem continuarunt.

Ex quo sequitur secundum, quod regulariter Advocatus ille, qui multos habet Filios, (qui Boletorum 524 ad instar non nascuntur, neque adolescunt brevi tempore, minusque omnes illi, qui lucem aspiciunt, senescunt) reperitur in illa ætate, quam his verbis describit Poeta: *Sed jam fælicior ætas terga vertit, tremuloque gradu venit ægra senectus*, quando non potest continuare labores illos, quos pretium sanitatis vocat *Card. de Luc. de Emphyt. disc. 38. in princ.*

Tertium, quod, ultra dictam gravem ætatem, Advocatis accidere, ut plurimùm, solet, quod gravi, diuturnoque morbo laborent, juxta *Text. in §.* 525 *Item Surdus Inst. Quibus non est perm. facer. Testam.* ibi: *Sæpè enim literati, & eruditi homines, variis casibus &c.* & præter quotidianam experientiam, observant 526 adducti *per Gonzal. in cap. 1. de Cleric. ægrot. num. 4.* cum aliis, latè animadversis per *Patrem Principalium in Instit. crim. lib. 1. tit. 10. §. 3. n. 4.*

Quartum, quod, dd. accidentibus oppressus, non valens Advocatus, in dicta gravi ætate constitutus, suum munus nervosè continuare, cogitur pro sui, suæque Familiæ manutentione, propria Capitalia consu- 527 mere, & hoc modo non potest magno numero propriarum Filiarum congruam Dotem assignare in vita, multoque minus relinquere in morte.

Quintum, quod Advocatis uxoratis clausæ sunt Portæ illæ Dignitatum, quarum dicitur Seminarium illorum Cœtus, quævè divitias, vel adjunctas, vel comites habent, quod in Urbe, æquè nota, ac trita phrasi, exprimi solet, asserendo, quod Advocatus, ducens 528 Uxorem, Domum cooperiat, itaut illa altius extolli nequeat.

Sextum, quod cum *illorum officium laudabile sit, vitæque hominum necessarium, maximèque proinde principalibus præmiis opporteat remunerari*, juxta verba *Textus in leg. Laudabile Cod. de Advocat. divers. Judic.* id 529 erga Advocatos uxoratos ad praxim facilè reduci nequit, ex supra animadversis.

Omnia hæc, & multa alia, quæ Nobis divinare permissum non est juxta animadversa *per Vinc. Alzar Cruc. Cent. 3. epist. ad Jul. Cesar. le Gal.* animo revolvens noster, æquè pius, prudens, ac providus Testator, quantum in se erat, præmiare volens suos Collegas, dictisque connaturalibus Advocatorum accidentibus occurrere, clarè disposuit, ut illorum Filiæ essent capaces Legati Educandarum, vel per hoc, quod illorum Patres essent pauperes *per mancanza d' Averi*, vel per hoc, quod gravati reperirentur magno Filiorum numero, se uniformando in hac parte verè pio desiderio dignissimi Presbyteri Congregationis Oratorii Urbis P. Mariani Soccini, explicato Ven. Dei Servo Innocentio XI. in prima Epistola, eidem scripta initio sui Pontificatus §. *Non lascio di dire.*

Cum hac clara voluntate nostri Testatoris, ut diximus, & numquam satis repetimus, regulanda est exequutio illius Testamenti. Ipsi enim, Juris utriusque 530 Perito, & in Urbe Advocato, probè notæ erant regulæ Juris, quod numerus Filiorum ad paupertatem judicandam considerandus est unitus cum quantitate Bonorum, & tamen voluit illum prorsus separare, penitus dividere; & omnino distinguere, quia sic placuit ei facere, & disponere de suis Bonis, nulla habita ratione nec etiam propriarum Consanguinearum, quas prætulit quidem in consequutione dicti Legati Educandarum, sed in proprietate nihil eis reliquit; Inter acerba siquidem mortis discrimina summa Justiniani clementia guttam hanc consolationis infundere languentibus Mortalibus generosissimè voluit, ut suprema Morientium elogia ipsismet Imperialibus Sanctionibus essent æqualia, utque proinde moriens homo in Testamento, tamquam Imperator, Leges condere posset, ex animadversis *per Simon. de Pret. de Interpr. ultim. volunt lib. 5. dub. 2. num. 68. & Adden. ad decis. 632. par. 4. num. 3. rec.*

Sicuti igitur, si haberemus in aliqua lege determinatum, quod Advocatus in Urbe dicatur pauper ob numerum Filiorum, non esset opus discurrere de facultatibus illius Advocati, qui multos habet Filios, nulla prorsus habita ratione paritatis dictissimi Principis, multos habetis Filios, egregiè *Bartol. in leg. Si* 531 con-

constante num. 14. ff. Solut. Matrim. ibi. *Quandoque in aliquibus casibus lex limitat, qualiter debeat intelligi pauper, tunc stabo dispositioni legis*: Ita idem dicendum est in casu nostro, dum habemus dictam claram Testatoris voluntatem, quæ Lex est, *povero, ò per mancanza di Averi, ò per numero de Figliuoli*.

Et viva ratio adducitur à *Card. de Luc. de Fideicom. disc. 5. num. 6.* asserente, illam audivisse ab ejus Magistro ex traditione Majorum, & Nos propria experientia novimus, quòd scilicet Administratores Locorum piorum, qui relinquuntur hæredes, non faciunt Testamenta Benefactorum, sed illa punctualiter exequi debent, non curato, an rationabiliter, vel irrationabiliter ordinata sint, attendendo id, quod in Testamento legitur, vel id, quod si Testator resurgeret, & interrogaretur, verisimiliter responderet, juxta ea, quæ observavimus *supra num. 89.*

132

Parcere poterant contrarii Scribentes eorum labori, cumulando authoritates ad probandum, quod Relictum paupertatis intuitu, applicari non potest ei, qui concludentibus demonstrationibus suam paupertatem non probat.

133

Etenim ultra ea, quæ latè observavimus; circa Requisita paupertatis, à Testatore præscripta, quæ non sunt restrictu ad illam dumtaxat, quæ provenit *per mancanza d' Averi*, sed æqualiter comprehendit alium *per numero de' Figliuoli*, Cathegoricè respondemus, quod illarum inapplicabilitas, etiam in terminis primæ speciei paupertatis, palpatur manibus, observando cum *Card. de Luc. de decim. disc. 10. numer. 6.* pro conscientia, & veritate consulto, & loquente ad præcisum effectum nostri casus, *quod inspici debet causa, ob quam de paupertatis Requisito, vel justificatione agatur, & signanter si subventio, quæ ratione paupertatis petatur, ex legis rigore potiùs proveniat, ac odiosa censenda sit, utpotè Tertio directè, ac positivè præjudicialis, ut ex. gr. est illa suppeditatio alimentorum, ac sumptuum Litis, quam Adversario collitiganti, contra quandam humanam rationem, facere oporteat, cùm in ea strictè, ac rigorosè procedi debeat. Vel etiam est illa alimentorum subsidiaria petitio, quæ à Conjuncto invito per Conjunctam, parum gratum, fortèque exosum ex Iuris officio petantur, cum similibus, in quibus ratio odii potiùs vigeat. Vel è converso agatur* (juxta præcisos terminos nostri casus) *de hujusmodi distributionibus, quæ ex piis, vel honorificis Defunctorum voluntatibus fieri debent, spectando etiam ipsius Distributionis causam & an majorem, vel minorem æquitatem, vel rationabilitatem contineat*.

134

Poni igitur possunt ad partes authoritates omnes, in contrarium allegatæ; Illæ enim loquuntur in primis odiosis, & præjudicialibus terminis, nimis exosis illis, qui alimenta præstare debent; Nos autem sumus in terminis æqualiter piæ, ac honorificæ Distributionis, quæ non solùm favorabilis est, sed uniformis voluntati Testatoris, quod ex huc usque animadversis videtur indubitatum.

135

Cæterùm ad solius pariter ornatum materiæ subdimus, quod circa paupertatem Advocatorum *per mancanza di Averi*, non est procedendum cum regula Rusticorum, de quibus habemus dictum Bartoli quod mille faciunt Rusticum divitem, sed Nobilem pauperem, sequutum à *Card. de Luc. de Dot. dis. 174. num. 10.* Et ampliando advertit *Surd. decis. 6. num. 5.* ibi. *Quod si mille aureorum valor non sufficiebat antiquis illis Bartoli temporibus ad excludendum paupertatem, longè minus hodie erit sufficiens, quando rerum omnium ad usum necessariarum crevit valor, & plura ex consuetudine desiderantur, quàm tunc essent necessaria*, & applicari videntur ea, quæ observat *Zaul. ad Statut. Favent. lib. 4. rubr. prima numer. 51.* ubi ad rem expendit verba illa *Torquati Tassi Can. 5. Ott. 36. Varia l' istesso operar ne' gradi varj, E sol l' egualità giust' è con Pari*.

136

Sed præmissa conclusione illa, in qua concordant omnes Doctores, *quod non ille solus dicitur pauper, qui necessariis ad vitæ sustentationem caret, verùm etiam is, qui convenientia ad sui status conditionem non habet*, sunt verba *Sperell. decis. 156. num. 17.* ubi cumulat concordantes, quibus addimus *Bald. in leg. Si quis ad declinandum Cod. de Episc. & Cleric.* cujus verba sunt hæc. *Quæro, si unus est nobilis, qui habet alimenta, sed suam Dignitatem conservare non potest, & habet fortè Puellas, quas maritare non potest, utrum quod ei in subsidium vitæ, vel dotium posset dari tanquam pauperi per Episcopum, vel Exequutorem; Et respondeo, quod sic, quia, licèt non sit omnino mendicans, tamen secundum statum natalium suorum aliqua substentatione eget, & ideo inter Pauperes connumeratur; Casus notabilis est*, & nos addimus, quod prophetando videtur loquutus de casu, de quo disputamus. *Surd. decis. 61. num. 3.* ibi. *Non solum dicitur pauper, qui non habet unde vivat, sed etiam qui non potest secundum conditionem suam vivere, Corrad. in Prax dispens. lib. 8. cap. 6. num. 77.* ibi. *Pauper intelligitur id quidem non modo de paupere, qui non habet necessaria ad sustentationem vitæ, verùm etiam de eo, cui deficiunt convenientia, quoad suum statum, & conditionem, Panimol. decis. 20. num. 25.* ibi. *Non habentes convenientia ad sui status conditionem, non minus dicuntur pauperes, quàm dicantur illi, qui non habent unde vivant, & necessariis ad vitæ sustentationem carent, de Justis de Dispens. Matrim. lib. 1. cap. 7. num. 69.* ibi. *Pauper ille dici potest, qui licèt necessaria ad victum servandum habeat, non tamen habet unde se decenter pro sua qualitate substentare possit, & Rot. decis. 758. num. 1. cor. Dunoz. jun.* ibi: *Non sufficit od hoc ut ipsa debito cum decore, & juxta statum suum se substentare valeat*.

137

Præmissa, inquam, hujusmodi communissima conclusione, non solùm ab omnibus Doctoribus admissa, sed quotidiè à Collegialibus Tribunalibus canonizata, circa Advocatorum paupertatem *per mancanza d' Averi*, præ oculis habendam est illorum nobile Munus & Urbis solitum, cum illis accessoriis, quæ pius Testator consideravit, nempè Advocatus, Romanus, Uxoratus, Senex, & Gravatus numero multorum Filiorum.

138

Advocatus, De Advocatis habemus *Textum in Auth. de Hæred. & Falcid. §. fin.* ibi. *Quos Lex non permittit in paupertate vivere, neque in anxietate mori*, quem sequitur *Rot. in decis. 217. num. 6. cor. Caed. Caprar.*

139

Romanus. De expensis necessariis in Urbe, ultra quotidianam, notoriamque experientiam, *Rot. in Anconitana Successionis 27. Februarii 1722. §. Et si aliquid coram R.P.D. Calcagnin.* ubi refert, & sequitur vulgatum illud: *Et finem impensæ non servat prodiga Roma*.

140

Uxoratus. De Uxoratorum oneribus aliqua speculativè indicat *Barbos. Vot. decis. 19. sub num. 41.* ubi ponit definitionem Uxoris, non semper verum, *Fontanell.* verò *de Pact. Nupt. claus. 6. glos. 2. par. 3. num. 2.* ex propria experientia loquens, hæc scribit: *Et si quis percontetur, quæ sint Matrimonii onera, responde ei, quod nubat, & ea experietur, Vix enim aliter possunt illa declarari; Duo enim Deus à cordibus Hominum abstrahere voluit, mortem scilicet propriam, nè super ea cogitando marcescerent, & necessariorum ad vitæ humanæ conservationem obliviscerentur; Et onera matrimonii, nè si illorum conscii essent, præ ipsorum magnitudine, ab eo contrahendo abstinerent, atque ità Genus humanum periret*.

141

Senex. De Advocato Sene *Alciat. lib. 10. Parerg. cap. 21.*, ubi refert verus illud proverbium: *Esto Advocatus juvenis, & Medicus senex*, ibique sequentem adducit rationem: *Faciliùs enim Studiorum laborem, totque pervoluendorum Voluminum curam Juvenis substinebit; Accendet illum, & gloria, quam hæc ætas maximè affectat*, quæ omnia latè exornat *Pater Principalium in Instit. Crim. lib. 1. tit. 10. à num. 81.*

142

Gravatus onere Filiorum, Rot. in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium super Immissione 23. Junii 1718. §. Quæ sanè coram Ansaldo, ibi. *Cùm nemò non sciat, quod Vir uxoratus, Filiisque jam adultis gravatus, multis indiget expensis, & maximè in Civitate Ferrariæ*. Et nos addimus, & multò magis in Urbe: *Habenda enim est ratio Civitatis* (sunt verba *Card. de Luc. de Decim. disc. 10. num. 5.*) *vel Loci, in quo Persona vivit, ob notabilem vivendi modum in magnis Metropoliticis Civitatibus, ac in parvis*, ubi in specie loquitur ad nostrum præcisum effectum capacitatis similis pii Relicti, obtenti ab eo qui pauper rigorosè dici non poterat, neque erat.

143

Suum locum veritati relinquimus, circa paupertatem Puellarum, ex adversò nominatarum, cùm illa ad nostrum effectum nullam mereatur animadversionem, ex quo dd. Puellæ constitutæ reperiuntur in tertia classe, cui Testator prætulit secundam Filiorum Advocatorum.

144

Hoc

Hoc unum observantes, quod in dicta nominatione Puellarum tertiæ, & ultimæ classis, ex parte Electorum, etiam si facultatem nominandi habuissent, quod (attenta existentia, & instantia Puellarum secundæ classis) absolutè negatur, neque etiam adimpletum fuisset, æquè clarum, ac literale illud Testatoris præceptum: *Voglio siano sempre preferite le più povere, e preferite le Orfane alle altre, che avessero li loro Genitori*: Videtur enim nimis inverisimile, prorsusque incredibile, quod inter Puellas, quæ in Urbe adspirant ad Dotalia subsidia, quæ non sunt in parvo numero, ex notatis *in Liberculo, cui titulus: Notizie dell' Anno 1727. fol.* 39. quæve anno quolibet absorbent certam summam scut. 62175. quolibet mense summam scut. 5181. 25., & quolibet die scut. 170. 35. vel in uno ex quatuor Orphanotrophiis, in Urbe existen-**145** tibus, vel in propriis Domibus moram facientibus, nulla adfuerit Orphana, cujus appellatione in piis Relictis, nedum veniunt privatæ utroque, sed etiam uno ex Parentibus, ut latè probat *Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 53. form. 7. num.* 3. Nec non longè inverisimiliùs, longèque incredibiliùs, quod inter Puellas, Genitores habentes, tanquam pauperior existimata fuerit Francisca, unica Filia Thomæ, civiliter nati, Professione Mercatoris, & unica hæres, tàm paterni Patrimonii, quàm maternæ Dotis Margaritæ ejus Genitricis; Necnon Victoria, quæ non solùm unicum habet Fratrem, nomine Dominicum, sed ultra Matrem, & Aviam, habet etiam Patrem, & Avum in Munere nobilium Aulicorum inservientium duobus primæ classis, & primi ordinis Principibus in Urbe.

Quod autem inverisimile est, non habet pro se le-**146** galem præsumptionem, scriptum reliquit *Bald. in leg. 1. n. 16. C. de Servis fugitiv.* quem sequuntur *Dec. cons. 25. n. 3. & Rot. dec. 98. n. 11. cor. Celso*.

Obiter observando hìc, ex errore forsan Impressoris omissam fuisse in dicta Notificatione necessariam **147** expressionem, quod in hujusmodi Legato Educandarum, inter Puellas tertiæ classis, ex rorundo Testatoris præcepto præferendæ erant Orphanæ, qui error optatam aperuit viam admissioni illarum, quæ Orphanæ non sunt.

Relinquentes considerandum, an ita operari, juxta id, quod *n.* 32. supra observavimus ex *Card. de Luc. de Fideicomm. disc. 5. num.* 5. sit exequi Testamentum Advocati Masetti, mandantis, *siano preferite le Orfane alle altre, che avessero li loro Genitori*; Vel potiùs **148** diversum condere Testamentum, & seligere duas, unam habentem Patrem, & Matrem, aliam verò Patrem, & Matrem, necnon Avum, & Aviam, & utramque fortunæ Bonis, minùs abundantibus quidem, sed non Orphanas, minusque *le più povere* inter Puellas tertiæ classis.

Per transitum pariter notantes hìc maximam incohærentiam Oppositorum; Quando enim agitur de excludenda paupertate Advocatorum, commoverunt universam Urbem, recognoverunt omnes Sacras Ædes, se contulerunt ad Secretariam generalem Montium, ad Officium Componendarum, necnon ad Bancos famosorum Negotiatorum, pervoluerunt omnia Notariorum Officia, neque etiam exclusis Capitolinis, ad invenienda Investimenta, ab eis facta, ad investigandos eorum Redditus, Loca Montium, & Officia Vacabilia, pro exagerando nobili Tractamento, & similia, quæ pius Testator in nulla habuit consideratione, contentus solo numero Filiorum respectu Advocatorum Romanorum, ad hoc, ut illarum Filiæ essent capaces Legati Educandarum, specialiter diligendo Professionem illam, quam in vita nobiliter exercuerat. Ad dictum effectum generosissimè recognoscendo labores Ducis, & Capitis illorum, quos vulgus vocat *Scava Morti*, qui tali diligentia tali-**149** que attentione, & punctualitate suum adimplevit munus, aspiciendo in remunerationem, ut de Moyse scriptum reliquit *D. Paul. ad Hebr.* 11. 26. & generaliter *David Psalm.* 118. 112. ut totius Curiæ excitaverit curiositatem, ad indagandum, an esset faciendum aliquod generale Inventarium Bonorum Advocatorum; Mirumque in rei veritate est, quod non expedita fuerint, neque exequuta Mandata de adnotando, & describendo Mobilia Advocatorum; Et quia idem insignis Archiviorum perscrutator divinare non poterat Officium illud, per cujus Acta medietatem tenuis Pensionis in meum dulcissimum Filium transtuli, eo tempore, quo undique conclamata, desperataque erat mea salus, fuit dicto Perquisitori commendabili charitate eadem notitia subministrata ab uno ex illis, qui me in tali pessimo salutis statu visitando, eidem actui præsens fuit, in cujus notitiæ exequutionem dignus Sacerdos, ex Oppositorum numero, ad id recognoscendum ad Officium, per cujus Acta sequuta fuit eadem translatio, punctualiter se transtulit.

Quando verò inter Confratres sermo habitus fuit de missione Puellarum tertiæ classis, inter quas Testator literis *di Scatola* mandavit: *Voglio, siano sempre preferite le più povere; Ed in oltre voglio, siano anche preferite sempre le Orfane alle altre, che avessero li loro Genitori*, nullus zelus, scrupulus nullus, nulla diligentia punctualiter exequendi adeo claram, adeoque **150** præcisam voluntatem pii Testatoris, in publica Notificatione reticendo eamdem qualitatem *di Orfane*, cum illarum prælatione, eligendo minùs pauperes, postponendo verè miserabiles Orphanas, admittendos illas, quæ, nedum Orphanæ non sunt, sed ultra Patrem, & Matrem, habent etiam Avum, & Aviam, circa illarum paupertatem facilitate inaudita procedendo cum sola Fide Parochi, quæ ut infra videbimus ad nostrum effectum non attenditur.

Et, quod magis est, ferèque videtur incredibile, **151** nullus datus fuit auditus multis ex zelantibus Confratribus, videntibus omnia indigestè tractari, & petentibus aliquam brevem dilationem ad recognoscenda Requisita, & investigandas qualitates Puellarum tertiæ classis, sed injunctum, ut, nulla interposita mora, statim procederetur ad conclusionem per Vota secreta, ut factum fuit. Reflexio, in facto innegabilis, & in seipsa admiratione digna, in Jure omnem meretur considerationem, quia non admittit aliam responsionem, nisi illam facultatis mutandi Testamentum, quæ hæredibus non permittitur, ex animadversis supra *num.* 132.

Dixi, quòd Fides Parochi, cum qua exadverso processum fuit, in nostris terminis ad probandam paupertatem non attenditur, quod non possumus evidentiùs demonstrare, quàm mediante Oraculo Ven. Ser-**152** vi Dei Innocentii XI. specificè approbantis resolutionem Congregationis particularis, in qua interfuit *Card. de Luc.* qui illud refert, & sequitur *in Tract. de Credit. disc. 53. num.* 9. ibi: *Licèt ad formam Reformationis Pauli V. probatio paupertatis per Testes formiter, Parte citata, requiratur, ubi agatur de summa, excedente quinquaginta scuta; Ubi verò infra sufficiat Fides Parochi, resolutum tamen fuit indistinctè, dictam probationem per Testes fieri debere, experientia docente, quod Parochi nimiùm faciles sunt ad faciendas hujusmodi Attestationes, præsertim ob emolumentum unius julii*, eamdemque resolutionem sequitur pariter *Sot. de Offic. Locumten. cap. 26. n. 21. fol.* 145.

Cum eodem Oraculo d. Ven. Dei Servi processit **153** *Congregatio Concilii* in præcisissimis terminis nostri casus *in Romana, seu Januen. Legatorum 19. Novembris* 1718. nullam fidem dando simili solemnissimæ Attestationi Parochi, sed rescribendo: *Ad mentem, & mens est, quòd Eminentissimus Archiepiscopus informet super existentia, & paupertate Fratrum Jo: Baptistæ*, me scribente, & obtinente, ut recognosci potest *ex tom. 3. Discept. Eccles. par. 2. discept. 4. n. 39. & 94.*

Subjungentes, quod eo magis aliqua brevis dilatio ad faciendas meliores diligentias ab aliquibus Confratribus commendabili prudentia, petita, necessaria erat in nostro casu, ex quo debebat probari, non simplex paupertas unius respectu alterius Puellæ. *Siano sempre preferite le più povere*. Parochi autem unicam, uniformemque habent formulam attestandi circa pau-**154** pertatem, juxta notoriam praxim, ex qua, non solùm non probatur major paupertas unius respectu alterius Puellæ, sed nec etiam respectu illius, qui cum emolumento unius Julii illam procurat ex supra citatis.

Posito ex his, aliisque supra adductis, quod re-

sta

ctu Principalium verificentur omnia Requisita, à Testatore præscripta, pro consequutione Legati, nullam merentur responsionem omnia ex adverso de- **155** ducta, circa nominationem, & admissionem Puellarum, nulliter, & attentatè factam, & post appellationem excelsi nominis hujus Sacrosancti Consessus exequutam.

Ultra enim ea, quæ in hac parte adduximus supra *num. 32. & lege* opportunè repetimus, quod illa in nulla consideratione habenda est, uti ad praxim tu- **156** multuosè redacta, absque ullo principio facultatis deveniendi ad dictam nominationem, quam Testator nullo modo, nulloque casu Confratribus in concursu Filiarum Advocatorum concessit, sed ipsemet illas nominavit, ibi. *In tal caso voglio siano ad esso ammesse le Figliuole Romane di Avvocati Romani.*

Dum igitur non desunt dd. Filiæ Advocati Romani, munitæ omnibus Requisitis, à Testatore præscriptis, eadem prætensa nominatio perinde habetur, ac si facta esset à qualibet alia Persona, merè privata, **157** nullum omninò Jus nominandi habente, ex latè adductis supra, & addimus *D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 2. in corpore*, ubi talem modum operandi qualificat pro usurpatione, ibi. *Quando homo judicat in iis, in quibus non habet authoritatem, dicitur judicium usurpatum*

Quibus attentis, sublato de medio, seù non curato facto Confratrum, seù nominatione prædicta, Principales habentur pro nominatis à Testatore, & quidem præceptivè, *siano ammesse*, usque à die 30. Januarii proximè præteriti 1727. nominatione illa, quam DD. vocant directam, ad differentiam alterius, quæ dicitur mediata, hoc est, mediante facto hæredis, juxta distinctionem, communiter à DD. receptam, ut videre est apud adductos à *Carol. Anton. de Luc. de Lin. Legal. art. 24. à num. 24.* cum aliis, à *D. Advocato in Tract. de Controv. Patron. alleg. prima num. 40. & seqq.* ibi: *Quando ex lege fundationis certum genus Personarum est necessariò præsentandum duplici modo id contigit; Primò per vocationem directam. Et secundò per vocationem mediatam: Directa vocatio est, quando Fundator in casu vacationis Beneficii mandat, ad illud institui certas Personas, puta Consanguineos &c. Quo casu non est opus præsentatione Patroni, habentis Juspatronatum activum, quia sic vocatus dicitur directè præsentatus ab ipso Fundatore: Mediata autem vocatio est, quando Fundator dirigit verba in Patronos, mandando eis, ut præsentent unum ex prædictis Consanguineis &c. ubi est opus præsentatione Patroni, ut distinguit Carol. Anton. de Luc. &c.*

Et viva ratio hæc est, quia in istis terminis verificari dicitur nominatio, facta à Patrono Patronorum, juxta phrasim *Sac. Rot. in decis. 52. num. 1. tit. 19. de Jurepatr. coram Eminentissimo Domino Card. Falconer.* ibi. *Nihil obstante, quod non fuerit à Patronis præ-* **159** *sentatus, optima enim omnium est præsentatio, quæ resultat à vocatione Fundatoris; Cùm enim in uno concurrunt qualitates, à Testatore volitæ, illum Patroni tenentur præsentare, quod si nolint, is nihilominus habetur tanquam præsentatus ab ipso Fundatore, qui est melior omnium Patronus.*

160 Quoad qualitatem Civis, Patria Romani, respectu mei, relativè me habeo ad latè deducta supra; Addens, quòd Eminentissimus Protector in ejus doctissimo Voto fuit in sensu, illam ultrò verificari in nostro casu. Authoritatibus autem, citatis supra, addidi *Textum literalem in l. In adoptionem §. Cod. de Adoption.* ubi Patriæ duplicitas sequentibus verbis canonizatur: *In adoptionem quidem alienæ Civitatis Civi, rectè dato, additur, non mutatur, Patria*, ubi *Gloss. verb. Non mutatur ait: Nota hic, quòd Patria,* **161** *quam quis est sortitus per originem, non tam facilè mutatur, ut ea, quæ Jure tantùm Domicilii habetur.* Ibique etiam *Bald.* ait: *Per adoptionem Patria additur, non detrahitur; Additur civilis, non detrahitur Patria naturalis.*

162 *Decisio Ariminen. Legati 2. Martii 1693. coram Hervault, & 3. Maii 1694. coram Card. Capr.* inter ejus impressas in 217. tuto Cœlo distat à nostris terminis, quia in illius casu *Testator* (sunt verba primæ *§. seq.*) *non respexit ad pauperes simpliciter, sed ad illos, qui constituti essent in tali egestate, ut omnibus fermè indigerent*, ibi: *Poveri, e bisognosi*, juxta id, quod legitur *Psa. 3. 10. & Psal. 69. 6.* & concordat secunda *cor. Capr. n. 8.* ibi. *Testator mandavit redditus suæ hæreditatis distribui inter pauperes, qui egestate præmerentur, ut se espressi in illis verbis Poveri, e bisognosi.* In nostris autem terminis Testator, non solùm respicit ad **163** pauperes simpliciter, absque ullo alio addito, sed voluit haberi pro talibus etiam illos, qui solo Filiorum numero essent gravati.

Ex quibus firmiter sperant Principales, illarum preces exaudiendas esse cohærenter ad disposita *in auth. Habita Cod. Ne fil. pro Patr. Dignum existimamus, ut cùm omnes bona facientes nostram laudem, & protectionem omnimodam mereantur, quorum scientia totus illuminatur Mundus, & ad obediendum Deo, & Nobis, ejus Ministris; vita subjectorum informatur,* **164** *quadam speciali dilectione eos ab omni injuria defendamus*; Quæ eousque in præsenti se extendit, ut dum, tempore habili ante admissionem Puellarum tertiæ classis, in exequutione Testamenti Advocati Masetti, quod in manibus habebam, uni, ex Confratribus constanter asserebam, verba illa *Romani di Patria*, vel corrigenda esse in *Romane*; Vel esse referenda Filiis, quibus immediatè ad- **165** hærent; Vel demum apposita fuisse ad excludendam Patriam, ex simplici privilegio, non autem ex prægnatissimo Pontificio Indulto, acquisitam, cujus vigore ab annis 36. reperiebar in pacifica possessione qualitatis *veri, non ficti, antiquissimi, & originarii Civis Romani, nulla inter me, & alios veros, non fictos, antiquissimos, & originarios Cives Romanos existente differentia*. Minusque ad excludendam Patriam illam, seu Civilitatem, quæ de Jure communi competit. Postquam Cursum **166** consumavi Philosophiæ, & Sac. Theologiæ. Postquam per annos decem adjutrices adhibui manus in principalioribus Causis totius Catholici Orbis, quæ in diversis Urbis Tribunalibus agitatæ fuerunt. Postquam per annos quadraginta in Urbe Advocationis nobile Munus exercui; Postquam per annos triginta in publico Sapientiæ Archigymnasio, & Romana Universitate Sacros Canones docui. Postquam Typis dedi plures particulares Tractatus. *De Matrimonii Nullitate. De Livellis Religiosorum. De Privilegiis Rev. Fabricæ, De Ambitu inter Religiosos. De Fructibus Locorum Montium, liberè, & integraliter solvendis. Dubia Matrimonialia. In-* **167** *stitutiones Criminales.* Et *sex Tomos Disceptationum Ecclesiasticarum*, me vivente, pluries impressarum, quod, *uti in hujusmodi Libris rarum, ita præclarum est publicæ existimationis judicium*, sunt verba. *Zaulii in Epist. ad Lector. tom. primi decision. Coccin.* & concordat: *Ansald. Sac. Rot. Decanus in simili epist. ad Lector. suarum decis. secundæ impressionis*, ibi. *Quorum repetita impressio omnium certissima Librorum commendatio est*: Ambo Viri, in interpretandis Legum enigmatibus maximè exercitati, admodum eruditi, & planè digni, ut, dum in humanis fuerunt, in eminentioribus Sedis Apostolicæ Muneribus occuparentur. Postquam pro- **168** priis considerabilibus sumptibus, multisque sudoribus, per quinque lustra inutiliter effusis, plures favore Romanorum Concivium de medio substuli abusus, qui longas, tenacesque radices fixerant, benedicente Deo meas operationes. I. Respectu dimidii quadrantis, cui indistinctè subjecti erant omnes, recipientes Epistolas, quolibet anno excedentis summam scut. 200. *Instit. Crim. lib. 2. tit. 5. à num. 75.* Post annos septem continuarum diligentiarum, quibus unitæ fuerunt considerabiles expensæ, ultra continuos sudores, respectu Sterenarum Locorum Montium, quæ quolibet anno ascendebant ad scut. 30000. circiter, ut patet ex particulari Libello **169** qui compositus fuit ad obstruendum os loquentium, insubsistentia; In quo tria palpabili evidentia mathematicè ad oculum demonstrantur. Primum, quod Recognitio prædicta, deductis omnibus deducendis, vix excessit summam scutorum 3000. *dicto Libell. dub. 6. num 16. fol. 159.* Secundum *dicto* **170**

dub.

dub. 6. à num. 51. fol. 16. quod similem Recognitionem Sac. Rota, uti justam, canonizzavit favore Causarum Patroni, qui solas partes Procuratoris adimplevit pro Causis Card. Azzolini, defensis sumptibus sui Principalis in pluribus Tribunalibus Urbis, non autem immediatè coram tribus Summis Pontificibus, propriisque sumptibus, juxtà terminos nostri casus, me dumtaxat omnes adimplente partes, cum illis strenuis operationibus, ad soperan- 571 das magis strenuas oppositiones, quæ in Urbe notoriæ sunt, & ad quem effectum necessaria fuerunt quatuordecim Sanctissimi Domini Nostri. Rescripta, quorum septem impressa sunt in *d. Libercul. fol. 547. & fol. 549. & fol. 152. & fol. 569. & fol. 172. & in §. 1. Append. fol. quinto, & in §. secundo, fol. 10.* Tertium consistit in illa essentialissima circumstantia, quod ulterius sum obligatus toto tempore meæ vitæ gratuitum præstare patrocinium favore Rev. Cameræ, & Montistarum in concernentibus Loca Montium, intuitu ejusdem Recognitionis, assignatæ post octo menses à die primi Rescripti 19. Nov. 1724. cujus vigore Montistæ absq; ulla exbursatione miserabilis quadrantis, imò etiam absque ulla notitia illarum operationum, quæ necessariæ fuerunt ad dictum effectum, statim 572 experri fuerunt commodum non solutionis dd. Stronarum pro mense Decembris dicti anni 1724. cum successiva possessione libertatis illam in futurum non solvendi; Cæterum intra dictorum octo mensium non breve spatium multa potuerunt evenire, ex quibus impediretur effectus ejusdem Recognitionis; *Brevi enim momento summa verti possunt ait Tacit. lib. decimotertio Annal.* III. Respectu novæ praxis, quæ prætendebatur introduci in Urbe, prævia horrida voce Præconis, publicè plus offerentibus pro Debitis Religiosorum vendendi Ecclesias, Deo consecratas, *Discept. Eccles. tom. secundo, part. secunda, & tom. tertio pariter part. secunda, utrobique discept. vigesimaquinta.* IV. Respectu abusus Capillorum fictitiorum, & Cæsaræi artificialis in ordine ad Ecclesiasticos, *Discept. Eccles. tom. quarto, part. prima, discept. vigesima.* V. Respectu antiqui usus, seù abusus promiscui Collaris inter Clericos, & Laicos, *Institut. crim. impress. Roman. anni 1701. lib. primo, tit. decimo, §. quarto, num. 105.* VI. Respectu monstruosæ inæqualitatis, & omnis generis malorum productivi Ludi Urnæ, seù Lotti, *Instit. crim. lib. tertio tit. decimo à num. 171. usque ad fin.* VII. Respectu nullitatis Matrimonii contracti coram Paro- 574 cho, physicè præsente, æquivalente Parocho lapideo, seù in tela picto. *Discept. Eccles. part. secunda discept. secunda, tom. primo.* VIII. Respectu alterius novæ praxis loco solvendi fructus Locorum Montium in pecunia numerata, tradendi Ordinem, directum Banco S. Spiritus, cum illis incommodis, & præjudiciis, quæ explicantur in *dict. Libercul. de Loc. Mont. disc. primo à num. 42. fol. 25. & seqq.* IX. Respectu considerabilis utilitatis annuorum scutorum 500. favore Confratrum in particulari, & aliorum annuorum scutorum 100. favore unius ex primæ classis Archiconfraternitatibus Urbis, *Discept. Eccles. tom. primo part. prima discept. 56.* Respectu intolerabilis oneris, humeris omnium Montistarum, in 575 Urbe habitantibus, ferè per vim infixi, exhibendi procuræ Mandatum, vel Ordinem, per manus publici Notarii recognitum, cum impensa unius julii pro quolibet Bimestre, procedendo per viam Ordinis, & juliorum trium per viam Mandati Procuræ ad hoc, ut possent exigere fructus suorum Locorum Montium, non attento immemorabili solito, illos exigendi cum simplici illorum Ordine, post *Miscel.* 576 *Pompeii Ursayæ fol. 165.* XI. Circa Summi Pontificis potestatem dispensandi in Matrimonio rato, & non consumato inter Fideles, quibuscumque non obstantibus, hodiè communiter admissam, & ad praxim pluries redactam, *Discept. Eccles. tom. 2. part. prima, discept. secunda, & tom. tertio, part. secunda, discept. vigesima tertia.* Necnon circa eamdem potestatem Summi Pontificis dispensandi in Matrimonio, in Infidelitate consumato, *Disceptat. Eccles.* 577 *tom. sexto, part. prima, discept. 32.* XII. Respectu duplicatorum Emolumentorum, quæ prætendebant Parochi associantes Cadavera Defunctorum ad Ecclesias, positas extra fines propriæ Parochiæ etiamsi non adesset distantia à Statuto præscripta, *Discept. Eccles. Tom. primo, part. secunda, discept. vigesima octava à num. 557. & tom. tertio, part. prima, discept. vigesima tertia, num. 48. & tom. quarto, part. prima, discept. decima nono per totam.* Postquam demum procuravi notitiam habere illarum septem Linguarum, quæ explicantur ab Ambrosio Calepino.

Summa patientia, & æquali admiratione, ab uno ex Confratribus Juris prudentiæ domestico, juxta phrasim *Rot. in decis. 252. num. 2. part. 15. rec.* destinato ad recognoscenda Requisita Puellarum tertiæ classis, propriis auribus audivi. *Che non intendo il* 578 *volgare.* Cui verè duro sermoni, molli responsione, desumpta ex *S. Hieronymo in Apologetico ad Domnionem lib. secundo epist. 4.* nihil aliud dixi, nisi. *Loquamur scriptis, ut de Nobis tacitus Lector judicet, quidquid potes, scriptis ostende.* Quæ dicta sunt ex illa necessi- 579 tate, quam his verbis approbat *D. Thom. in cap. decima secundæ ad Corinth. lect. 2. Potest aliquis se commendare secundum Gregorium, quando provocatur opprobriis, & conculcatur.* Verba autem *S. Gregorii lib. 36. Moral. cap. 3.* sunt hæc. *Qui necessitate cogente, vera de se bona loquitur, tantò magis humilitati jungitur, quantò veritati sociatur.*

Omnia hæc procederent, etiam si adesset in Causa alter Advocatus Romanus, minori numero Filiorum gravatus, & Testatori nullatenus amicus, ex supra adductis; Undè multò magis videntur admittenda in præsenti, in quo lis agitur cum Puellis tertiæ classis, quorum Genitores, non solùm Filiorum numero gravati non sunt, sed unicam habent Filiam (unitas autem numerus non est) penitùs, penitùsque incogniti sunt Testatori, & quod magis est pro 580 illis admittendis fieri debet descensus, & transitus ad tertiam classem, secunda, magis dilecta, prætermissa, prorsusque neglecta, quòd, *nedum est contra æquitatem, sed etiam contra Testatoris voluntatem, qui, si voluit, præferri Puellas pauperes, ei non notas, multò magis istas, quorum Pater fuit ei notus, & dilectus,* 581 sunt verba *Rotæ*, loquentis in punctualissimis terminis nostri casus, in *dec. 98. n. 4. coram Duron.*

Hoc modo non permittendo, ut nostrum, æquè nobile, ac pium Relictum, in Urbe usque adhuc incognitum, & à nemine excogitatum, Filiabus Advocatorum dicatur potiùs ostensum, quàm datum: Illudque mediante introductione ad sepulturam Subsidiorum dotalium, *dalla Cuna alla Tomba* brevi spatio ducatur, suffoceturque in suis cunalibus, antequam in cinerem reducatur Cadaver illius pii Benefactoris, qui in pignus suæ benevolentiæ, & amoris erga Advocatorum Professionem, quam in Urbe nobiliter exercuit, dictum Legatum relinquere voluit Fi- 582 liabus illorum, qui, una cum maxima applicatione ad Studia, patienter sustinent illa onera Matrimonii, quæ non nisi, qui experitur, credere potest; Quive, amore scientiæ exules facti, se ipsos exinaniunt, in 583 illa Urbe, quæ meritò Studiorum Mater, & Virtutum Altrix appellatur, & est, & in qua omnes Professiones (neque etiam illa Cerdonum, & Veteramentariorum excepta) favore ejus Alumnorum privativè multa habent similia Subsidia, ut, aliis omis- 584 sis, de quibus latè *Phanuccius, & Piazza nelle Oper. pie di Rom.* respectu dd. Cerdonum notat *Piazz. ubi supra fol. 706.* in fine mensis Octobris.

In istis etenim circumstantiis videtur nimis dura, & æqualiter amara contraria prætensio, velle nostrum tenue Legatum miserabilium annuorum scut. 60. confundere cum dicto Chaos Subsidiorum dotalium in 585 summa fixa, & pro determinatis diebus in annuis scut. 62175. cui si uniantur. *Molte altre Doti, che da diverse Persone, e Famiglie Nobili della Città, si distribuiscono, alcune per diversi Legati, non annessi à tempo determinato, mà à loro arbitro &c. la somma delle se-* 586 *pradette Doti, e Limosine ascende à scudi cento mila l'anno*, sunt verba *d. Piazz. ubi supra fol. 787. & 788.*

Die 20. Septembris proposita causa in Sacra Con- 587

gregatione Conc. tribus dubila responsum fuit ut inf.

Ad primum Affirmativè, & Legatum secundæ classis esse relictum favore tantum filiarum, natarum in Urbe ex pauperibus Advocatis, pariter natis in Urbe.

Ad secundum, & tertium satis provisum in primo.

188 Supra num. 84. asserui, in meis operibus me denominasse natum die 7. Septembris 1661. in Oppido Bosci, nullius Diœcesis, Provinciæ Salernitanæ. Quæ qualitas cùm ultimo loco in controversiam adducta fuisset ab Episcopo Policastren. coram Sacræ Rotæ Auditorio, in ipso succubuit. Ad majorem autem firmitatem Judicati ejusdem verè magni Tribunalis obtentum fuit à Sanctiss. D. N. Breve sequentis tenoris.

BENEDICTUS
PAPA XIII.

AD perpetuam rei memoriam. In Apostolicæ dignitatis fastigio, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam constituti, ad Statum omnium Catholici orbis Ecclesiarum, præsertim Almæ Urbis Nostræ Basilicarum, quarum specialis Nobis à Domino credita est sollicitudo, Personarumque in eis Altissimò assiduè famulantium propensis studiis jugiter intendimus, earumque decori, ornamento ac Dignitati paterna benignitate libenter consulimus, sicut omnibus maturæ considerationis trutina perpensis salubriter expedire in Domino arbitramur. Nuper siquidem pro Parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum, Basilicæ Sancti Petri de Urbe Nobis expositum fuit, quod cùm aliàs postquam fel. Rec. Pius Papa IV. Prædecessor Noster intuitu, ac remunerationem quorumdam subsidiorum à Capitulo, ac tunc existentibus Canonicis ejusdem Basilicæ in Sedis Apostolicæ levamen collatorum, per suam Cedulam Motus propriis XII. Xalendas Julii anno 1564.; seu alio veriori tempore expeditam, diversa monasteria Abbatiæ nuncupata, & præsertim illa Sancti Ruffilli Oppidi Fori pompilii in Ravennaren., & SS. Petri de Cusato, ac Nazzarii in Salernitan. respectivè seu aliis Provinciis consistentia, una cum universis eorum, Jurisdictionibus Vassallis, & Subditis eidem Capitulo perpetuò univerat, & incorporaverat, & à quacomque Jurisdictione, Visitatione, Correctione, & alia Superioritate tunc, ac pro tempore existentium Episcoporum Britinorien., Policastren., & Caputaquen.; tum in Spiritualibus, tum in Temporalibus exemerat. Anno 1595. tunc existens Episcopus Policastrensis Ecclesiam ejusdem Sancti Petri de Curatis, aliasque ab ea dependentes Parochiales Ecclesias, in vim Decretorum Concilii Tridentini, ac tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus visitandi sibi competere prætendisset, exhibita prò parte Capituli, & Canonicorum præfatorum dicta Cedula motus proprii super unione, & incorporatione hujusmodi Congregationis, tunc temporis pariter existentium S.R.E. Cardinalium ipsius Concilii Interpretum, & rationum utrimque deductarum momentis per eosdem Cardinales maturè expensis, prodiit resolutio, non licere præfato Episcopo dictas Parochiales Ecclesias, tamquam unitas post Concilium præsatum visitare; Postmodum verò, nempè anno 1675. cùm tunc etiam existens Episcopus Britinorien., qui ad Almam Urbem Nostram limina SS. Apostolorum Petri, & Pauli visitatum venerat, coram eadem Congregatione Cardinalium licèt immeritò conquestus fuisset, quod Spolium suæ ordinariæ Jurisdictionis in dicto Oppido Fori pompilii, ac Terra de Meldola, quæ à præfato Monasterio Sancti Ruffilli itidem dependent, passus fuisset, ipsaque Congregatio Cardinalium eidem Episcopo Britonorien. mandasset, ut Jura sua Citatis Capitulo, & Canonicis prædictis deduceret, plura dubia in dicta Congregatione Cardinalium, & inter alia, an prædicti Capitulum, & Canonici, Literas dimissiorlales Personis Jurisdictionis ejusdem Monasterii concedere possent die 12. Martii 1672. disputata fuere, super quibus nulla decisiva capta resolutione, ejusmodi causa, & controversia per plures annos silvit, donec illa reassumpta, ac præsertim super facultate Concedenti dictas Literas dimissoriales, eadem Congregatio Cardinalium postquam die 21. Januarii 1719. proposito sibi dubio: *An etiam si constaret de Territorio separato, Capitulum, & Canonici prædicti dimissorias concedere possent* negativè responderit, subinde die 13. Augusti 1720. inter cætera rescripsit, quod iidem Capitulum, & Canonici Romano Pontifici pro obtinendo Indulto Literas dimissoriales prædictas concedendi, supplicarent; Undè ipsi Fel. Rec. Innocentio Papa XIII. Prædecessori Nostro preces porrexerunt, quatenus eis ejusmodi Literas dimissioriales suis subditis, tam ratione Sancti Ruffilli, quam SS. Petri de Cusato, & Nazzarii Monasteriorum præsatorum dandi potestatem faceret, quæ memoratæ Congregationi Cardinalium pro voto, ita quod instantia proponeretur citatis Episcopis remissæ fuerunt ubi die 23. Maii 1722. propusito altero dubio; *Num præstandum foret consilium pro concessione ejusmodi Indulti* dilata fuit resolutio, & rescriptum, *ut expectaretur exitus causæ super Territorio separato pendentis in causarum Palatii Apostolici Auditorio*, de cujus voto aliàs cognoscendum esse censuerat, & in hujus rescripri, executionem Capitulum, & Canonici eandem Causam in dicto Auditorio prosequuti sunt, à quo Juribus hinc inde dedutis strictim, & apprime discussis favore eorundem Capituli, & Canonicorum decisum, ac resolutum suit *constare de Territorio separato in dicto Monasterio Sancti Ruffilli*, & deinde præfatus Episcopus Britonorien. Decisiones, ac resolutiones Rotales hujusmodi acceptavit, & Liti super articulo dicti Territorii separati cessit, ipsique demum Capitulum, & Canonici enarratum Votum ab ipso Auditorio desuper expediri obtinuerunt. Cùm autem, sicut eadem expositio, subjungebat, Capitulum, & Canonici præsati graves expensas in ejusmodi Controversia, ac præsertim, super Territorio separato pro cujus comprobatione multiplicia documenta invenire, ac parare debuerunt, sustinenda facere coacti fuerint, eorumque annui proventus aliquot ab hinc annis ob temporum Calamitates notabiliter diminuti reperiantur, novaque dispendia, si res denuo in dicta Congregatione Cardinalium pro illius voto impetrando agitanda forer, subire compellerentur; ex præmissis verò noo obscurè appareat, ipsam Congregatione Cardinalium concessionem præsati Indulti rationi, & æquitati consentaneam agnovisse, illiusque mentem fuisse, ut illud concedetetur si, & quando de dicto Territorio separato constatet, pro ut nunc de eo planè constat; Plures autem, Romani Pootifices Prædecessores Nostri, etiam post supradictum Concilium Tridentinum, Facultatem dandi Literas dimissoriales hujusmodi, Monasteria similia obtinentibus, concesserint: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut, infra, indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos eandem Basilicam Santi Petri, quæ speciale Sedis Apostolicæ membrum, & propria Romani Pontificis Sedes, nec non cæterarum urbis, & orbis Ecclesiarum Speculum, & decus existit, illiusque Capitulum, & Canonicos amplioris honoris prærogativa donare, ac aliquod peculiaris devotionis nostræ, quam erga eandem Basilicam gerimus affectas, monumentum extare cupientes, ipsorumque Capituli, & Canonicorum votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares Personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pęnis, à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel Causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratorum Prædecessorum Nostrorum exemplo eisdem Capitulo, & Canonicis, ut subditis præfatorum Monasteriorum Sancti Ruffilli Oppidi Foripompilii Ravenaten., & Sanctum Petri de Cusato, ac Nazzarii, Salernitan. respectivè, seu aliarum Provinciarum nunc, & pro tempore existentibus Litteras di-

dimissoriales ad Clericalem Caractorem, & ad omnes etiam sacros, & Presbiteratus Ordines suscipiendos, concedere liberè, & licitè possint, & valeant authoritate Apostolica tenore præsentium facultatem perpetuò tribuimus, & impertimur, Decernentes, easdem præsentes Literas, etiam ex eo, quod quicumque, etiam specifica, & individua mentione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quamtumvis justa, legitima, pia, & privilegiata Causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clausa, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quocumque etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, limitari, ad terminos Juris reduci, aut in controversiam vocari, seu adversus illas aperitionis, oris restitutionis in integrum, aliudvè quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam motu proprio, ac ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu juvare posset, sed ipsas præsentes Litteras semper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; Non obstantibus præmissis, ac quacumque litis, seu litium pendentia, & in universalibus Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, dictorum Monasteriorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegii quoque Indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis etiam si pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque datum Beneventi sub Annulo Piscatoris die 26. Aprilis 1722. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Pro D. Cardinale Oliverio
C. Archiepiscopus Emissenus.

F I N I S.

INDEX
RERUM, ET MATERIARUM
Quæ in utraque Parte Disceptationum Ecclesiasticarum continentur.

Primus numerus indicat Partem; Secundus verò Disceptationem; Tertius demum Disceptationum numeros denotat.

Agens

C.

Col-

Con-

D

De-

Am-

Re-

F

De.

G

H

I

L

M

Qua-

Offi-

Q

R

Re-

S

T

Tran-

V

Non

F I N I S.